£ 300

1614



CASVVM CONSCIENTIAE.

Siuè

THEOLOGIAE MORALIS THESAVRVS,

Authore

REVER. P. D. GREGORIO SAYRO ANGLO,
Ordinis D Benedicti Congreg. Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Padua,
Monacho, & Sacri Monasterij Casinensis professo.

DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS,
alijsque Pœnis & Canonicis impedimentis; in Septem Libros distributus.

In quorum

I. De excommunicationis natura, eiusq; conditionib.
II. De effectibus illius.
III. De excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, alijsque omnibus tam in iure Canonico, quam in Extrauagantibus hactenus editis.
IIII. De Suspensione, eiusque qualitatibus.
V. De Interdicto, Cessatione à Diuinis, Depositione, & Degradatione.
VI. De Irregularitatibus ex defectu contractis.
VII. De Irregularitatibus, quæ ex delicto incurruntur.

EA DOCTRINA, ET DILIGENTIA TRACTATVR, VT NIHIL amplius in hac materia prudens, & studiosus Lector desiderare possit.

HAC QVARTA EDITIONE ADEO MENDIS, ET ERRORIBVS, QVÆ INCVRIA Typographorum hactenus irrepsere expurgatus, vt in nullo Lectoris mens amplius offendi possit.

Cum triplici Indice, Capitum, Rerumque notatu dignissimarum locupletissimo, quorum duos priores in principio, tertium verò in fine Libri, ad maiorem Lectoris vtilitatem apposuimus.

CVM LICENTIA SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.





VENETIIS, MDC XIIII.
Apud Sessas.

ADMODVM ILLVSTRI
ECCLESIAE ANGLICANAE
CLERO VNIVERSO,

Gloriosis Christi Confessoribus, Martyribus designatis, ac Dominis in Christo obseruandissimis.



D. Gregorius Sayrus Anglus, Ordinis S. Benedicti Monachus Casinas, perpetuam salutem.





ELEBRE est illud, & prudentum vsu frequentatum; Naues quidem nouas Diuis tutelaribus dicare; libros verò nouos viris nuncupare Principibus oportere Ita enim opportuna rebus quæri solent auxilia; Cum mari, ventisque sola Numina præsideant; inuidiæ verò fluctus Principum authoritate facilè infringantur Quod si ita est, & magnorum virorum amplitudo necessaria est, quo scriptor tutus prodeat, quænam mihi Maiestas augustior quàm Regale Sacerdotiũ? *Quod vestrum est (Gloriosi Confessores) non communi solùm iure Christianæ hæreditatis, sed sanctiori etiam gloria Sacramenti celsioris, Cælo, Soloque verendi. Enimvero vos ex illis estis, qui* [a] Neque sumunt sibi honorem vt Pontifices fiant: *Neque* [b] Acci- a Hebr. 5. b Psal. 138.
piunt in vanitate ciuitates suas, *vt* [c] fratribus suis dominentur; *sed quos* [d] in c 1. Petr. 5.
die virtutis suæ, in splendoribus Sanctorum, *Deus ipse & elegit sibi Sacerdotes,* d Psal. 109.
& [e] Constituit *quasi* Principes super omnem terram, *adeò admirabiles, vt Pro-* e Psal. 44.
pheta etsi Rex, stupore tam insolitæ Maiestatis de vobis quasi inconditè exclamarit, [f] Ni- f Psal. 138.
mis honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorum;
cũ tamẽ de seipso dixerit: [g] Ego verò egenus, & pauper sum. *Quo expertus, imperitis* g Psal. 69.
significare voluit, humi iacere mundanam altitudinem, & principatum, si illi conferatur,
de quo dicitur, [h] Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. h Psal. 109.

Quibus sacris pro re æstimatis, puto me probasse consilium meum, si cum tutus à calumnijs esse velim, In Regalis Sacerdotij vestri clientelam me receperim. Quapropter cum superiori æstate Lucubrationes in Sancta Ecclesiæ Sacramenta, [i] frugum mearũ primitias i Deut. 26.
Domino consecrandas, *iuxta legis veteris præscriptum, Sanctæ Ecclesiæ (quæ iam militat) Catholicæ Petro scriptum, Sanctæ Ecclesiæ, quæ iam militat Catholicæ Petro, &* [k] *Ce-* K Ioan. 1.
phæ, Summo Sacerdoti, Clementis VIII. deuotè obtulerim; cuiusnam, post illum, potior ratio habenda fuit, quàm fratrum, ac cõciuium meorum, Sanctissimi *nimirum* Cleri Angli-
cani? *In quo sanè clero, soli sunt Sacerdotes, ipsique vniuersi.* [l] Quos retinens mundus l Hymn. in festo plur.
inhorruit, *actu Confessores, Martyres designatione. Etenim Clerus vester, ob egregia Spi-* Martyrum.
ritus Sancti charismata (quibus inuidere impium est) ob virtutes heroicas, & verè sacerdotales, tantum prælucet vulgo Clericorum, quantum Christianorum vulgo multi Sacerdo-
tum. Plerique enim sacerdotes diuino quidem iure vtentes, [m] ex altari viuunt; *vos ad* m 1. Cor. 9.
diuinam charitatem proximè accedentes, pro altaris, ac sacerdotij defensione vitam propriam exponitis. Plerique sacerdotes propter Christum in summa Republicæ luce viuunt, authoritate pollẽt, honoribus illustrantur; vos verò quamuis Nobilitate clari, insignes eru-

a 1. Cor. 4. Rom. 9. ditione, patrimonioque locupletes; obscuri tamen,[a] ignobiles, inopes, infames, omnium
denique ciuium vestrorum peripsema ob Christum, & anathema estis, postquam
in charissima patria nostra, Catholica fides cæpta est haberi flagitium, Sacerdotiũ scelus, &
publicum crimen, esse Christum Domini. Sic (proh dolor) Principibus sui pessimi illuse-
runt hæretici sic Mystagogæ Caluiniani hæresim suam, quam deprehensam, & falsi conui-
ctam vident, semel inuectam grauiter retinendã suadent, etsi non veri interpretem, vtilem
tamen (vt aiunt) Statui Ac si quod falsò nititur, firmũ esse possit, aut qui fidem auitam, per
mille annos à tot potentissimis, & prudentissimis Regibus professam, & defensam, ceruici-
bus obiectis constãter propugnant, huic iam regnanti Serenissimæ Principi, aliquãdo futuri
sint, aut esse possint infideles. Et si fidẽ Deo datam impiè fregerunt, tutam hominibus præ-
stant securitatẽ. Aut si inter omnes totius orbis Catholicos, soli Angli ita insanirent, vt Ma-
iestas, Patria, & splendor ille priscus Anglicani nominis, & Imperij ipsis displiceret, mal-
lentque, quã Regibus fideles esse suis, exterum dominantẽ sequi. Sed reprimem me ne amo
ris æstus, patriæ amantem abripiat extra oras institutæ orationis. Hæc enim satius est (quod
b Prou. 21. soleo) intus in silẽtio deflere apud Deũ,[b] (in cuius manu est cor Regis) obsecrareq; per
omnem Iesu Christi charitatem, vt illa fingat, & immittat in ea consilia, quæ, & nunc, &
c Psal. 138. tunc Principem, populumque iuuabunt, cum [c] dies formabuntur, & nemo in eis.

d Philip. 1. Vos interim fęlices (Christi milites) quibus ferè solis datum est, [d] non solum vt in
Christũ credatis, sed etiam vt pro Christo extrema quæque patiamini; vt meritò
mirentur vniuersi, vndenam in solis ferè Anglis tantus fidei ardor insit, tam inuictus in ve
ritate asserenda animus? Et cum vbique idem Deus, & eadẽ Ecclesia sit, quæ passim impu-
gnatur erroribus impudenter, & impunè grassantibus, rarissimus tamẽ in reliquo orbe (ex
tra insulas nostras) reperiatur, qui tanto periculo, probro, & profusione sanguinis sui, Eccle
e Psal. 35. siæ Catholicæ pro muro sits Profectò [e] iudicia Dei abyssus multa, & in illis [f] scruta-
f Prou. 25. tor maiestatis facilè opprimitur à gloria Cęterum, si in re tam difficili sensum, & iu
g Iacob. 1. dicium meum interponere liceret, quicquid alij senserint, ego certè post Diuinum numen, [g]
A quo omne datum optimũ, & omne donum perfectum est, descendens a
patre luminũ, non minimam huius rei laudem, & gloriam, insulæ nostræ Diuis Tutela-
ribus, & protectoribus, ac in primis Anglorum Apostolo Beato Gregorio, magno Benedicti
h Exod. 17. Patris incremento, ascribendam esse censeo. Nam vt olim [h] Moyses (Iosue cum hoste confli-
gente) non in campum descendens, sed in monte orans vicit Amalechitas; sic spirituales olim
i Beda lib. 1. hist. Ang. ca. 23. & seq. Polid. Virg. lib. 2. Angliæ hostes, immissis in illos [i] SS Augustino, Melito, Laurẽtio, cum nonnullis alijs ordinis
S Benedicti Monachis, vitæ sanctitate, ac doctrina celeberrimis, Gregorius ipsemet etiam
eiusdem ordinis Monachus (vt constans totius antiquitatis sententia est) orando, non præ-
K Martyro. Rom. 4. Id. Mart. dicando, Euangelistas exhibẽdo, non per se, ipse euangelizando vicit, & [k] Anglorum Apostolus fuit.[l] Quid dico fuit, imò est. Nam quia [m] bellum Domini erit cõtra Amalech; à
l Martyrol. Rom. 4. Id. Martij. generatione in generationẽ: ideo [n] Quousque mũdus iste voluitur, Gregorij
laudabile meritũ semper accipit incrementũ, quia ipsius gratiæ ascribitur,
m Exod. 17. quod Anglorum Ecclesia noua semper sobole fęcundatur. Quod merito canit
n Breuiar. Monast. in festo S. Gregorij. Ecclesia ante multa sæcula, non tã historicè dictum, quam de nostris temporibus verè prophetatum, vt quotidiano tenemus experimẽto diuinæ bonitatis. Nã etsi iam ante annos se-
* Abbates sex, s. Fontanẽsis, Geruiẽsis, Riuerius, xaginta infælix Anglia * Abbatibus, & Monachis, partim Martyrio affectis, partim mise-
rè expulsis, monasteria omnia, vel funditus diruerit, vel hæreticis possidẽda concesserit, &
Clero Catholico bellũ cruentissimum indixerit, Gregorio tamen iterum Angliam parturiẽte,

a donec

a donec reformetur in eis Christus, *& clerus Anglicanus numero nõ infrequens, momẽto inæstimabilis; & Monasticus ordo Benedictinus serie Monachorum non interrupta, adhuc Anglus, indies floret, vel in Anglia, & in* ** *carceribus, vel (si exules) in claustris reformatæ Congregationis; Ne minor sit Patriarcha Iacob, Gregorius noster, quin ex femore Euangelico semper prodeat, &* b Beniamin adolescentulus in mentis excessu, *& Ioseph, quem merito* c adorent fratres, vt qui pascit Israel in fame.

Quod si vestris in Anglia certaminibus, nostra corporum præsentia non cõmunicamus, in promptu causa est, non tam paucitas Anglorum, qui Monachi sumus, quam quod operarijs alijs melioribus abundare vos intelligimus, ita vt industria nostra minimè indigeatis; Alioquin certè d testimonium nobis perhibentibus conscientijs nostris in Spiritu sancto, *religiosè affirmamus, nihil acceptius nobis Benedictinis posse esse iniunctum, quam in aciem fidei mitti, & in campo Catholicæ veritatis fortissima obedientiæ arma exercere*, Quid enim *(vt cum inuictissimo Martyre* e *in simili causa dicamus)* optatius & lętius possit accidere, quá nunc nobis inhærere, vt cõplecteremini nos manibus illis, quę purę & innocentes, & dominicá fidẽ ī seruantes, sacrilega obsequia respuerunt? Quid iucundius & sublimius quá osculari nunc ora vestra, quæ gloriosa voce Dominũ confessa sunt, conspici etiam pręsentes oculis vestris, qui despecto seculo, conspiciendo Deo digni extiterunt? *Imò certè vt cum eodem loquamur,* f vobiscũ illic in carcere quodammodo & nos sumus, diuinæ dignationis hortamenta vobiscũ sentire nos credimus, & vestris cordibus inhæremus. Honori nos vestro charitas indiuidua connectit. Separari dilectionẽ spiritus non sinit. Vos illic confessio, nos affectio cõcludit. Et nos quidẽ vestri diebus ac noctibus memores, & quãdo in sacrificijs precẽ cum pluribus facimus, & cũ in secessu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus vestris plenam Domini fauentiam postulamus. *Hæc eò liberiùs, quò veriùs protestamur, quòd nõnullos (nescio quo spiritu plenos) esse, non sine maximo dolore accepimus, qui in angulis, & latebris obmurmurantes affirmant; Quod Benedictus non amat proximũ. Cęterum huiusmodi genus hominum, eorũ calumnias & iniurias, & in* g *Euangelio Christus, & in Euangelica sua regula gloriosus Pater, & Patriarcha Benedictus patienter sufferre nos docuerunt. Etenim* charitas patiens est, benigna est: charitas nõ ęmulatur, non agit perperam, non irritatur, nõ cogitat malũ omnia suffert, omnia sustinet. *Sciant tamen, & intelligant, qui talia feruntur dicere, tam aliena esse hæc a veritate, quam ipsi à charitate absunt. Nouimus enim Patres nostros ita solius propriæ salutis angustijs non contentos zelo flagrasse proximorum, vt totus ferè orbis occidentalis qua Christianus est post Apostolos ipsos, S. Benedicto debeat, vel sua in fide primordia, vel feruorem in vita sanctimonia. Et meminimus* quomodo salui facti sunt Patres nostri: Per quos Deus fecit virtutem tantam in Israel; *vt & nos quamuis imperfecti, in pari necessitatis articulo,* clamemus in Cœlum, *offerentes semper in altari cordis nostri* sacrificium Deo contribulatum.

Nemo autem quietem nostram otium esse putet, aut vacationem nostram credat esse desidiam, cum prudens quisque & expertus facilè intelligat, in prælijs spiritualibus absq; corporis præsentia magna præstari. Neque enim Aaron, & Hur contra Amalech arma induerunt, nec otiosi, credo, fuerunt, qui Moysi in monte astantes, sustentabant manus eius ex vtraq; parte: ita, vt cũ leuarẽt Moyses manus, vincebat Israel: sin

Barlinghẽsis, Stulìensis, VValiensis, cũ alijs multis Monachis 1536. propter fidei defensionem occisi. Alij tres insignes Abbates, videlicet, Richardus Vitingus Glasconię, Hugo Feringdonus Redingi, & Ioan. Becius Colcestrẽsis, 1539. ob eandem causam martyrio coronati.

a Gal. 4.

** Io. Feckenamus tempore Reginæ Mariæ Monachorũ D. Benedicti abbas VVestMonasteriẽsis, postea regnante Elizabetha cũ alijs multis eiusdem ordinis Monachis in vincula coniectus, post xx. sex annorum carceres primò Londini in castro Equitis Marij, deinde in castro VVisbicensi constanter toleratos anno 1585. præclara confessione perfunctus, fœliciter requieuit in domino.

b Exod. 35.
c Exod. 37.
d Rom. 9.
e Cyp. lib. 4. epi. 1. alias 81
f Lib. 2. epistol. 4.
g Matth. 5.
1. Cor. 13.

autem paululum remisisset, superabat Amalech. *Et quis scit, si diuino consilio ex Anglis quidam, etsi imperfecti, semper GREGORIO adsint in monte Monasticae perfectionis, & imbecilla conantium obsequia perpetuent, & impetrent Sancti viri patrocinia,* [a] vt

a Exod. 17. manus ipsius non lassentur, vsque ad occasum Solis.

b 1. Reg. 30. *Interim verò dum vos cominùs cum hoste haeresi confligitis, nos quoad possumus* [b] Ad sarcinas vestras stamus, *id est, totum quod viuimus, & possumus vobis impartimur. Ego autem in praesentiarum in hoc opere ocia mea vestris negotijs accommodaui. Cum enim in Anglia totus ferè labor in Sacramentis populo administrandis positus sit; Sacramenta verò vt absque sacrilegio sint, liberum à Censuris Ministrum postulant; vobis praetereà longè positis fieri vix potest, vt in tanta librorum penuria, ob direptas Catholicorum bibliothecas, in tanta rerum perturbatione, tam incertis sedibus, fugis inopinatis, rumoribus, terroribus, carceribus, tormentis, fieri, inquam vix potest, vt vobis facilè notae sint excommunicationes omnes, suspensiones, interdicta, & irregularitates, quae vel in corpore iuris, vel in Extrauagantibus, vel recentioribus Pontificum Bullis hactenus promulgatae sunt, quas vniuersas in vnum congestas, & (quoad potui) fideliter explicatas, vobis hoc in volumine praesento. Quod si vobis gratum esse intellexero, quos iam inchoatos habeo, dum alios Tomos Casuum Conscientiae refertissimos, (iuuante Deo) perfectos vobis dabo. Hoc cum puto esse* ad sarcinas stare, *id est, pro vobis, absens quidem corpore, semper autem mente praesens, in quibus, & quantum possum laborare. Nec de spolijs sum solicitus, cum nouerim Dauidem esse diuisorem praemiorum, & legem esse in Israel, quod* [c] Aequa pars erit

c 1. Reg. 30. descendentis ad praelium, & remanentis ad sarcinas. *Et mihi pro magno erit, si magnis vestris meritis, mea nouissima & minima accenseantur, etsi non aequalitate beatitudinis imitatione tamen charitatis.*

Vos autem gloriosi Confessores, Martyres designati, fratres, ac conciues in Christo dilectissimi, quod agitis satagite, & ex profligata haeresi aeternos triumphos reportate; & per

d 1. Pet. 2. *actus verè Apostolicos, per consilia mansuetudinis efficite, vt* [d] in eo quod detrectant de vobis *haeretici* tanquam de malefactoribus, *& hostibus publicis*, ex bonis operi-

e Ephes. 6. bus vos considerantes, *tandem intelligant omnes*, [e] colluctationem vestrã *de rebus terrenis non esse*, aut contra carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritales ne-

f Gen. 3. quitias in celestibus: *Nec vos tanto anhelitu contendere, quis terram hanc,* [f] maledictam terram spinis, & tribulis *syluescentem teneat; sed vestro sanguinis pretio tam*

g Math. 5. *Principi, quam populo velle coemere illam, quam* [g] mites possidebunt terram, *probe*

h Habac. 3. *intelligentes quam depressi palustres, &* [h] incuruati sunt mundi colles, *(etsi abiectis hominibus alti videantur)* ab itineribus aeternitatis eius. *Recolite tandem mecum Ec-*

i Lib. 2. epi. 6. alias epi. 9. *clesiae Anglicanae dignitatem*, quam *(vt Diui Cypriani verbis in simili causa vtar)* [i] sic honor diuinae dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat. Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus enim nec rosae, nec lilia desunt. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam dignitatem. Accipiant coronas, vel de operibus candidas, vel de sanguine purpureas. In celestibus castris & pax, & acies habent flores suos, quibus milites Christi ob gloriam coronantur. *Det vobis Deus inuictae fidei vestrae de superba perfidia victoriam, nobisque vestrae gloriae in aeterna requie societatem. Valete. Ex Sacro Monasterio Casinensi.*

Pio,

Pio, ac beneuolo Lectori S.


V M meam in ſcribendo rationem abundè ſatis in libris de Sacramentis in Communi, quos ſuperiori ęſtate edidi, expoſuerim, eam nunc aut longiori oratione declarare velle, aut plura in eius rei confirmationem adijcere, non ſolùm minùs neceſſarium, ſed etiam ſuperfluum omninò iudicaui. Quia verò dum reliquos tomos, quos tunc promiſimus, in lucem emittere ſtuderemus, nonnulli ſæpius graues, doctique viri, (quorum apud me plurimum ſemper valuit, & valere debet auctoritas) vehementer inſtabant vt ſcholaſticis illis diſputationibus, & cum hæreticis concertationibus, ad tempus dimiſsis, de quibus multa à doctiſsimis viris ſubtiliter ſunt hactenus diſputata, eruditeque conſcripta; ad moralem potius doctrinam, (de qua licèt multi ſparſim ſcripſerint, vix tamen, aiebant, eſſet aliquid his temporibus ita abundè & accommodatè, prout res ipſa poſtulat elaboratum,) exornandam, perficiendamque ingenium, ac ſtudium accommodarem: facere non potui, quin te, & de illorum dilatione admonerem, & huius etiam noui inſtituti mei cauſam, vno aut altero verbo explicarem. Et quidem vt ingenuè fatear, deterruit me primò non tam rei nouitas, quàm labor immenſus, quem neceſſariò ſubiturum me fore animaduerteram, ſi rem tam arduam ac prolixam aggredi vellem; detinebat etiam imbecillitatis propriæ cogitatio; poſtremò non ignorabam fore permultos, quibus hic labor noſter non probaretur, aliquos etiam fortaſsis contra eſſe dicturos. Ex aduerſo autem commouebat me rei magnitudo, vrgebat etiam amicorum, eorumque grauium, ac religioſorum crebra; & importuna ſolicitatio; incitauit denique proximorum, ac præſertim conciuium meorum in Eccleſia Anglicana laborantium Sacerdotum, ac noſtra etiam non parua vtilitas. Quę ſanè omnia cum plurimùm apud me poſſent, tum certè hoc vltimum ita me perpulit, vt facilè maleuolorum liuores contemnerem, & labores, ac difficultates omnes, quæ plurimæ, ac maximæ ante oculos verſabantur in tanta prouincia ſuſtinenda, deuorarem, cùm etiamſi opus eſſet, pro illorum bono vitam propriam libentiſsimè exponerem.

Opus autem hoc Morale, quod Theſaurum Caſuum Conſcientiæ inſcripſimus, in tres tomos diuiſimus, quorum hic primus, qui de Cenſuris eccleſiæ, & irregularitatibus, alijſque pęnis & impedimentis Canonicis eſt, ita abundè, clarè, ac dilucidè materiam hanc tractat, dubitationes diſſoluit, caſuſque plurimos (ne dicam omnes) explicat, vt nihil am-

hil amplius in tanta rerum varietate, obscuritate, & difficultate, prudens, ac studiosus lector desiderare possit. Quoniam vero intentionis nostræ est, fidelium conscientijs in hoc, quod suscipimus, opere, pro viribus nostris subuenire, non putauimus conuenire orationis vbertatem consectari, sed nudam sinceramque veritatem stylo simplici, proprio, ac resolutionis, & breuitatis pleno (prout nobiles multi Theologi, ac prudentes scriptores consueuerunt) declarare, eandemque semper tum grauissimorum virorum auctoritatibus confirmare, tum etiam firmis, solidisque (pro ingenij nostri imbecillitate) argumentis & rationibus comprobare studuimus. In sententijs verò auctorum recensendis, omni studio vsus sum, vt quid vnusquisque senserit, breuiter ac succincte exponerem: Id autem vt melius, fideliusque præstarem, omnem operam & diligentiam adhibui, vt auctores ipsos non semel, sed sæpius perlegerem, & attentiùs considerarem: In aliorum vero placitis, & opinionibus, vel confirmandis, vel confutandis, ea semper vsus sum modestia, vt quantum momenti & veritatis habeat cuiusque sententia, fideliter exponerem, prudensque lector simul intelligeret, me nihil minus facere velle, quàm contendere, & aliorum opiniones refutare: (hoc enim viri religiosi grauitate, & modestia indignum esse iudicaui,) sed solùm veritatis inuestigandę studio, quid probabilius & verisimilius sit in sententiarum varietate ostendere. Quapropter cum nobis placeret magis nullum in specie Doctorem, & auctorem impugnandum citare, quia tamen id sine magna & eruditionis debitę, & vtilitatis legentium iactura prestare non potuimus, nonnunquam etiam amicorum testimonia referre, & refellere vel inuiti compellimur. Sanctum quippe est (teste Philosopho) veritatem amicitiæ anteponere. Vnde ni fallor vulgatum illud axioma manauit, *Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas*. In eo namque loco de Platone, eiusque Ideis, licèt auctoris nomine tacito, loquebatur. Hæc omnia nos quantum in nobis est, in hoc opere præstare conati sumus: An vero res pro voto successerit, lectoris iudicio relinquimus; quem etiam magnopere rogamus, vt si quid boni, & vtilitatis ex eius lectione accipiat, id totum D. O. M. à quo omne datum optimum emanat, acceptum referat: sin autem aliquid minus elaboratum inueniat id ingenij nostri imbecillitati ascribat, ignoscat, & corrigat. Vale. Ex celebri Cœnobio S. Georgij Maioris Venetiarum.

INDEX CAPITVM
IN SINGVLIS LIBRIS
Huius Operis contentorum.



Capita libri Primi.

Capita libri Secundi.

Capita libri Tertij.

IIII. De

Capita libri Quarti.

Capita libri Quinti.

Capita libri Sexti.

Capita libri Septimi.

FINIS.

Index Auctorum omnium, qui in hoc Opere citantur.

A



Drianus Papa VI.
Aegidius Bellamera
Albertus Magnus
Albertus Pighius.
Albericus de Rosate de Ferrarijs.
Albertus Trottus,
Alciatus.
Alexander Papa III.
Alexander ab Alexandro.
Alexander de Ales.
Alphonsus a Castro.
Alphonsus a Verracruce, alias Speculum contugiorum.
Alphonsus Vvaldus, alias Candelabrum Aureum.
S. Ambrosius.
Andraeas Eborensis.
Andraeas Tiraquellus.
Angelica Summa.
S. Antoninus.
Antonius de Botrio.
Antonius Corduba Ord. Min.
Antonius Corsettus.
Antonius de Nigris Campanus.
Archidiaconus Bononiensis.
Aristoteles.
Armilla Summa.
Arnaldus Albertinus.
Astensis Summa.
S. Athanasius.
S. Augustinus.

B

Baldus senior.
Bartholomaeus Brixiensis:
Bartholomaeus Hugolinus.
Bartholomaeus Medina.
Bartolus.
Beda.
Benedictus Capra.
S. Bernardus.
Bertachinus.
Biblia.
S. Bonauentura.
Bonifacius de Viralinis.
Borgasius Episcopus.

C

Caesar Lambertinus.
Caietanus Cardinalis.
Caius Iulius Caesar.
Cassiodorus Tripar. Histor.
Catechismus Romanus.
Compendium Priuilegiorum Mendicantium.
Concilium Basileense.
Concilium Constantiense.
Concilium Florentinum.
Concilium Lateranense iij.
Concilium Tridentinum.
Cornelius Iansenius.
Cosmas, alias Pragmatica Sanctio
Cosmus Philiarchus.
Couarruuias.
S. Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.

D

Decius.
S. Dionysius Areopagita.
Dionysius Carthusianus.
Dominicus Banoes.
Dominicus Canonista.
Dominicus Sotus.

E

Emanuel Rodriguez.
S. Epiphanius.
Eusebius Historicus.

F

Federicus de Senis.
Felinus.
Felicianus Episcopus Scalensis.
Ferdinandus Pauez.
Franciscus Aretinus.
Franciscus Arias de Valderas.
Franciscus Niconitius:
Franciscus Suarez.
Franciscus Toletus Cardin.
Franciscus Victoria.

G

Gabriel Biel.
Gabriel Paleotus Cardinalis.
Gaspar Caldertnus.
Geminianus Canonista.
Glossa iuris Canonici, & Ciuilis.
Goffredus.
Gonsaluus a Villadiego.
Gratianus.
S. Gregorius Magnus Papa.
S. Gregorius Nazianzenus.
Gregorius de Valentia.
Gulielmus Duranti Episcopus Mimatensis.
Gulielmus de Monte Laudono.

H

Henricus Bohic.
Henricus Gandauo.
Henricus Henriquez.
D. Hieronymus.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus a Sorbo Capuccinus.
Hostiensis.

I

Iacobus Almain.
Iacobus de Beluisija.
Iacobus de Graffijs.
Iacobus Sbrozzius.
Ignatius Lopez de Salsedo.
Innocentius Papa III.
Innocentius Papa IIII.
Ioannes de Anania.
Ioannes Andraeas.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Bacchonus.
Ioannes Baptista Antonucius.
Ioannes Bernardus Diaz.
Ioannes Caldertnus.
Ioannes Capreolus.
Ioannes Chapeauillus.
S. Ioannes Chrysostomus.
Iulius Clarus.
Ioannes Crottus.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Driedo.
Ioannes EcKius.
Ioannes a Friburgo, alias Summa Confessorum.
Ioannes Gerson.
Ioannes Glossator.
Ioannes de Imola.
Ioannes de Lignano.
Ioannes Maior.
Ioannes Medina.
Ioannes Polancus.
Ioannes Roffensis Cardinalis, & Martyr.
Ioannes Scotus.
Ioannes de Selua.
Ioannes Staphilaeus.
Ioannes Viguerius.
Iosephus.
Ioseph Angles.
S. Irenaeus.

L

Lanfrancus de Oriano.
Lapus.
Lelius Iordanes.
S. Leo Papa.
Ludouicus de Beia Palestellus.
Ludouicus Gomesius.
Ludouicus Lopez.

M

Mandosius.
Marcus Antonius Cucchius.
Marcus Antonius Marscotus de Caluisi
Marianus Socinus senior.
Marsilius Ficinus.
Martinus Ledesmius.
Martinus Nauarrus.
Matthaeus Nerutius.
Maurus Antonius Berarducius, alias Corona Confessorum.
Melchior Canus.
Michael de Palatio.
Michael Salon.

N

Nicephorus Historicus.
Nicolaus de Auximio, Auctor Supplementi.
Nicolaus de Cusa:
Nicolaus Dionysij de Perusio.
Nicolaus Bymericus, Auctor Directorij Inquisitorum.
Nicolaus de Miles.
Nicolaus de Ploue.

O

Oldradus.
Origenes.

P

Panormitanus Abbas.
Paulus de Citradiois.
Paulus Eleazarus.
Paulus Fuscus.
Paulus Parisiensis.
Petrus de Ancharano.
Petrus de Arragon.
Petrus Follerius.
Petrus Gregorius Tholosanus.
Petrus Lombardus.
Petrus Nauarrus.
Petrus de Palude.
Petrus Rebuffus.
Petrus a Soto.
Philippus Francus.
Philippus Probus.
Pisanella Summa.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.

R

Richardus de Mediauilla.
Ripa.
Rochus Cortius.
Rosella Summa.
Ruffinus Historicus.
Ruardus Tapperus.

S

Sebastianus Medices.
Simancha Episc. Septimacensis,
Simon Maiolus Episc. Astensis.
Speculator, qui & Gulielmus Duranti.
Stephanus Costa.
Syluestrina Summa.
Symeon Metaphrastes.
Synodus Casinensis.

T

Tabiena Summa.
Tertullianus.
Theodoretus Historicus.
S. Thomas Aquinas.
Thomas de Argentina.
Thomas Zerula episcopus Minorensis.
Turrecremata Cardinalis.

Z

Zabarella Cardinalis.
Zenzelinus.

INDEX GENERALIS RERVM OMNIVM PRAECIPVARVM,

QVAE IN HOC PRIMO THESAVRI Casuum Conscientiæ Tomo continentur.

A

bulla

C

Episcopos,

censuras

D

com-

excom-

F

Famuli

G

homi-

dum

infames

inter-

inter-

exequendos

Lectio,

M

nouitius,

ordinatus

P

pater

sed

Q

R

Romi-

Statu-

viaticum

vsu

FINIS.

CASVVM CONSCIENTIAE Siuè THEOLOGIÆ MORALIS THESAVRI,

IN QVO DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS, Aliisq; omnibus canonicis impedimentis amplissimè tractatur.



Authore D. GREGORIO SAYRO, Anglo, Ord. S. Benedicti Congregationis Casinensis Monacho.

Authores de Censura Excommunicationis tractantes.



IN PRIMIS Patres in Matth. cap. 16. in ea verba, *Tibi dabo claues regni cœlorum*. Et in ea verba Matth 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, &c.* Theologi etiam Scholastici cum Magistro Sententiarum in 4. dist. 18. c. 7. Alex. de Ales in 4. p. suæ Summæ, quæst. 22. S. Tho. in addit. 3. partis, q. 21. 22. 23. & 24. S. Bonau. in 4. distinct. 18. p. 2. per totum. Richard. ibid. per totum Scot. in eod. 4. distin. 18. & 19. Durandus distin. 18. q. 3. 4. & 5. Palud. ibidem q. 2. 3. 4. 5. & 6. Thomas de Argentina 4. distin. 16. q. 1. art. 4. Ioannes Bachonus 4. distin. 18. q. 1. 2. 3. & 4. Dionysius Cartusianus ibidem q. 4. Gabriel Biel eadem distin. 18. q. 2. Adrianus Papa VI. in 4. Sententiarum, q. 3. de clauibus. Caietanus tomo 1. Opusculorum tractatu 19. & in Summa, verb. Excommunicatio. Dominicus Sot. in 4. distin. 22. q. 1. & 2. per totum. Martinus Ledes. in 2. 4. q. 23. Canonistæ in Rubr. & per totum de sent. excom. in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantib. vbi Hostiens. Innoc. Panor. Ioan. Andr. Felinus, Marian. Socin. Stepha. Costa, & alij. Summistæ in ver. Excommun. vbi Ang. Pisanel. Syluest. Tabie. Armil. Astensis in sua Summa lib. 7. fere per totum. S. Antonin. in 3. p. tit. 24. aliàs 25. Ioannes Viguerius in sua Summa Theol. c. 16. Pet. à Soto in instruc. sacer. tract. de clauibus, lection. 2. Franciscus à Victoria in Summa de Sacramentis. tractatu vlt. qui est de excom. Martin. Nauar. in Man. c. 27. in princ. Couar. in c. Alma mater. de sent. excom. lib. 6. Bar. Medina lib. 1. instruct. confes. c. 11. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Martinus Alphons. Viualdus in Candelabro suo aureo, par. 2. in princ. M. Anto. Cucchius. lib. 4. Instit. Iuris Canonici, tit. 11. Bar. Hugol. de Censuris Ecclesiasticis, tab. 1. 2. & 3. Henricus Henriquez. in sua Summa Morali, tom. 1. lib. 13. & alij plurimi recentiores.

Censura vnde dicatur, & quid, & quotuplex sit. Cap. I.

S V M M A.

1 *Censuræ etymologia quænam sit, et quotuplex eius significatio.*
2 *Censores, cur sic olim appellati, & quod officium eorum.*
3 *Censuræ nomen quo sensu, & quot modis ab ecclesiasticis scriptoribus vsurpetur.*
4 *Censuræ nomen propriè sumptum tria comprehendit, scilicet excõicationem, suspensionem, & interdictum.*
5 *Irregularitas impedimentum Canonicum est, & non censura, & quare.*
6 *Censura ligatus, celebrando, aut solenniter in ordine sacro ministrando, irregularis efficitur.*
7 *Irregularis celebrando, aut ordinem sacrum solenniter exercendo, nouam irregularitatem non incurrit, & quare.*
8 *Definitio censuræ tradita à Nauarro falsa est, & fusè à Barth. & Hugol. & authore refellitur.*
9 *Censura, pœna potius quam sententia dicenda est.*
10 *Definitio vera Censuræ, quæ, & explicatio illius.*
11 *Pœna in foro penitentiali à confessario imposita, non est censura, vnde nec eam transgrediens, irregularitatem incurrit.*
12 *In censuris ferendis, quid intendat ecclesia.*
13 *Definitio altera censuræ explicatur.*
14 *Censura omnis iuris tantum humani est, & ab ecclesia instituta.*
15 *Censuræ propriè sumptæ tres tantum species sunt, excommunicatio, suspensio, & interdictum, & quare nec plures, nec pauciores.*
16 *Hugolini ratio in hac re ab authore refellitur.*
17 *Excommunicatio maior, cur ceteris omnibus censuris grauior sit.*
18 *Irregularitas, per Clausulam Bullis Pontificis inseri solitam (ABSOLVENTES EA CENSVRIS) nec tollitur.*



INTER cætera moralis doctrinæ documenta quæ non solum ipsis pœnitentibus, sed etiam multò magis confessarijs omnibus scitu necessaria sunt, ea non immeritò plerique viri docti arbitrantur esse, quæ de censuris ecclesiasticis traduntur, vt propter nos materiam hanc vniuersam, (quam aliorum hortatu, pro viribus nostris ad omnium vtilitatem edituri sumus) omni, qua possumus diligentia, explicare decreuimus. In quibus explicandis sic veritatem ipsam breuiter aperiemus, vt tamen quid alij sentiant, non omittamus. Atque, vt ea omnia, quæ tum ad generalem eatundem cognitionem, tum ad particularem vniuscuiusque notitiam pertinent, exponamus, primò nominis significationem aperiemus, cum exinde disciplina, & doctrina omnis, initium, & originem suam desumat.

1 CENSVRA igitur, si nominis etymologiam spectemus, à *censendo* deducitur, Quod nomen in vsu fuit apud antiquos Romanos in duplici significatione, vt primo pro Censoris dignitate, & deinde pro censione, sententia, seu correctione ipsius censoris acciperetur, vt optimè Nauar. in Man. cap. 27. num. 1. annotauit. † Fuit enim olim
2 apud Romanos Magistratus quidam ad mores singulorum ordinum corrigendos institutus, cui à censendo, *Censoris* nomen impositum fuit, siue quòd censio seu taxatio censûs ad hunc Magistratum pertineret; siue quod ea, quæ Censores censuissent, rata ab omnibus haberentur. Hinc ipse magistratus Censuræ, & illi, qui Magistratum gerebant, Censores appellari consueuerunt. Horum sententia, quoniam iniquos hominum mores corrigebat, & pœnas contra delinquentes grauissimas statuebat, ab omnibus non immeritò timeri cœpit, vnde ex ampliata, & extensa vocis significatione, qui sententiam aliquam timerent, hi censuram formidare dicebantur. Nomen hoc, sicut & officium, & Censoriam dignitatem à Romana, tanquam à matre, Venetorum Respublica florentissima, & filia primogenita acceptum, vsque in hodiernum diem conseruat.

3 NOMEN autem hoc Censuræ, rebus olim temporalibus accommodatum, scriptores ecclesiastici postea vsurpare cœperunt, illudque ad significandam censionem seu correctiuam sententiam iudicis ecclesiastici trãstulerunt, quo sensu deinde censuræ nomen tripliciter vsurpatũ est. Primò, vt omnis sentẽtia correctiua iudicis ecclesiastici, vocetur censura, quomodocunque illa pœnam constituet. Secundò pressius accipitur ad illas solum sentẽtias ecclesiasticas significandum, quæ non adeo penales, & odiosæ sunt, sed potius medicinales, & salutiferæ, ita vt censuræ nomen has quinque comprehendat, nimirum, excommunicationem, suspensionem, interdictum, cessationem à Diuinis, & irregularitatem, vt placuit Dom. Soto in 4. d.
4 22. q. 3. art. 1. & alijs recentioribus: † Tertiò, accipitur ad huc strictius, & magis propriè, vnde Innoc. III. interrogatus quidnam censuræ nomen significaret, quando in iure, aut litteris, & mandatis Apostolic. apponitur hæc clausula, (*Per Censuram ecclesiasticam*) respondit, quod per eam intelligitur interdicti, suspensionis, & excommunicationis sententia, vt habetur in ca. quærenti, de verbo. signifi. vbi idem docent glossa, Hostiensis, Panor. nu. 1. 2. & 5. & in c. præterea nu. 2. de offi. deleg. & in c. cum clerici. nu. 4. de pact. Summistæ in verb. Censura. Ang. Summa Tabiena, Pisanel. Syluest. Nau. in Man. c. 27. num. 1. & est communis omnium sententia. Hæc igitur tria, excommunicatio, suspensio, & interdictum, nomine Censuræ solum intelliguntur, & hoc merito. Nam cessatio à diuinis non videtur esse censura, eo quod non in pœnam cessantium à Diuinis, sed in pœnam illorum, contra quos cessatio constituta sit, feratur. Vnde si quis eo tempore, quo cessatio fit, celebret, etiam in ipsa ecclesia in quo cessatio obseruatur, nullam incurrit irregularitatem, vt fusius tradunt, Panor. in c. dilectis. num. 18. & 19. de appell. Nau. in Man. cap. 27. nu. 174. 188. & 243. vbi pro hac sententia refert Bonifat. in Clem. 1. §. incessationis. de sent. excõ. post Card. & Imol. cum Nau. sentit etiam Simon. Maiol. lib. 3. de irregu. cap. 20. nume. 11. qui pro hac re citat Spec. in c. si canonici. in ver. à Diuinis. de offi. ord. lib. 6. Idem etiam tradunt Martin. Ledesm. in 2. q. 26. artic. 2. non longe à fine. Couar. in c. alma mater. 2. p. §. 2. nu. 3. & §. 4. nu. 7. & Henric. Henriquez. lib. 13. c. 2. nu. 1. lit. K. Ang. ver. cessatio. in initio, vbi concedit quod celebrans in eadem ecclesia, in qua fit cessatio, non efficitur irregularis.

5 Irregularitas vero non tam censura est, quam impedimentũ, quo impedimur propter Diuinorum reuerentiam, ne vel in susceptis ordinibus ministremus, vel ad superiores ordines ascendamus. Deinde censura tollitur absq; dispensatione per absolutionem, sicut tollitur peccatum, cuius illa est pœna, & ligatus illa prohibetur Sacramenta recipere. At irregularitas non tollitur per contritionem, aut absolutionem, sed per dispensationem, vt tradit Henriquez. lib. 7. cap. 13. nu. 6. citans Concil. Trident. sess. 2 de reform. c. 6. Quo in loco Concilium episcopis, *ab irregularitate facultatem dispensandi, a peccatis verò, & criminibus, & a casibus reseruatis absoluendi potestatem conced* hoc loquendi modo inter dispensationem, & absolutionem distinguens, vt significare voluit Henriquez, quimen ex hoc Concilij loco prædictam differentiam irregularitatem, & aliàs ecclesiasticas censuras non b collegisse videtur, cum Concilium absolutionis vocet sibi

fibus referuatis, & criminibus solum accōmodarit, & di-
spensationis vocabulum tam suspensioni, quam irregula-
6 ritati applicuerit.† Vnde melius probatur irregularitatē
censuram non esse, tum auctoritate Innocentij III. in ca.
quærenti. de verb. signif. vbi tres tantum censuras esse de
finit, nulla tamen facta irregularitatis mentione, tum etiā
quia ligatus cēsura, si solenniter in ordine sacro ministret,
irregularis efficitur, vt Panor. in ca. si quis presbyter. nu.
4.7. & 10. de cler. exco. min. ministr. & ca. si celebrat. nu.
2. tit. eodem. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 163. & 244. Si-
mon Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 20. & 21. & alij omnes:
7 † at vero irregularis, vt illegitimus, aut homicida celebrā-
do nouam irregularitatem non incurrit, ex Innoc. in cap.
si celebrat. num. 3. de cler. excomm. ministr. quem sequun
tur Nauarr. in Manuali, cap. 27. numero 154. & 194. &
Henriquez lib. 7. cap. 13. nu. 6. Simon Marolus lib. 1. de
irreg. c. 2. num. 8. & lib. 4. ca. 35. num. 3. cuius ratio est ex
Nauar. vbi supra. quia irregularitas nō est vera suspēsio,
nec censura ecclesiastica & proinde celebrans illa irreti-
tus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius vio-
latio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurri-
tur nisi in casibus a iure expressis.
8 Cēsura autem variè definitur a Doctoribus, Nauarrus
enim in Manuali, cap. 28. nu. 1. sic definit; *Censura, est sen-
tentia lata a capace ordinis mediante iurisdictione ecclesiastica
fori exterioris, qua quis priuatur communione Sacramentorū,
vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohi-
bentur officia diuina, vel Sacramenta, vel sepultura.* Quam
definitionem latius ibidem explicat. Hæc tamen definitio
non omnino malè a quibusdam recentioribus reprehen-
ditur, eamque refellit Bartholomæus Hugolinus de ec-
cles. censuris. tab. 1. ca. 16. §. 4. numero 5. tum quod pro-
prium genus non sumpserit, tum etiam, quod proprias ge
neris differentias non adhibuerit. Ponit enim Nauarrus
pro genere, quod sit sententia, cui ex parte fauere viden-
tur Panorm. in Rub. de senten. excom. num. 2. & Stepha-
nus Costa, in reper. in rub. de senten. excom. in 6. vbi do-
cent de excōmunicatione, quod dici possit sententia, quod
probant ex eo, quod titulus est, *De sententia excommunica-
tionis.* a qua rubrica licitum est arguere, cum capitula de-
beant sub congruis titulis poni. Ad idem text. in cap. Sa-
cro. de sen. exco. vbi sæpe repetitur hoc verbum, Senten-
9 tia. & 11. q. 3. c. sententia pastoris.† Alij tamen non sente
tiam, sed pęnam potius appellandam esse cēsent. Nā Spe-
cul. tit. de senten. excommun. §. primo. in principio, dicit,
quod est potius pœna, quam sententia, per cap. nemo epi-
scoporum. 11. quæst. 3. & cap. corripiantur. 24. quæst. 3.
vbi dicitur, quod nulla in ecclesia maior pœna sit: & me-
rito, quia inter homines esse, & hominum carere consor-
tio, maxima pœna dicitur, & clem. 1. de pęnis. & extraua.
2. de simon. & extrau. dierum crescente malitia. de pęnis.
& d. c. sacro. de sent. excom. c. ad reprimendam iuncta gl.
de offic. ordin. Panor. etiam in d. rubr. de sen. excom. ait,
quod excommunicatio propriè dici non potest sententia.
Archid. etiam in c. vt animarum. de constit. li. 6. asserit ex
communicationem propriè sententiam non esse, sed pę-
nam. Idem docent Summa Pisana. verb. pęna, primo, Ta
biena. verb. eodem, versi. sexto, & latius Barth. Hugolin.
tab. 1. de eccles. cens. capitu. 16. & tab. 2. cap. 25. §. 3. Hēri
quez lib. 13. cap. 1. num. 3. & colligitur ex rubr. de sentēt.
excomm. vt enim docet Archid. vbi supra, excommunica-
tio potius punit, quā causam definit, quod sententiæ pro-
prium est. arg. l. 1. de re iud. & præterea sententia in re sua
ferri non potest, arg. tot. tit. Cod. ne quis in re sua. Excom
municatio autem sic, vt habetur in c. dilecto. de sentē. ex-
com. libro 6. & Panor. vbi supra, disertis verbis ostendit
excommunicationem non esse sententiam diffinitiuam,
aut interlocutoriā, & proinde inquit, rectè dicitur, & pro-
priè censura ecclesiastica, hoc loquendi modo satis mani-
feste significans, censuram ecclesiasticam nō dici propriè
sententiam: quæ opinio mihi placet magis, quamuis exi-
stimem quæstionem hanc fere inutilem esse, & parum
referre, siue sententia dicatur, siue pœna, quamuis magis
propriè pœna dicenda sit, quo modo locuti sunt authores
illi, qui pœnam esse docuerunt, siue è contra latiori signifi
catione, & impropria acceperunt alij, qui sententiam esse
docuerunt. Et certè negari non potest, quin in iure cano-
nico passim & *sententia*, & *pœna* dicatur, prout in omni-
bus locis superius allatis videre licet; dicitur autem *pœ-
na*, eo quod propter culpam inflicta sit, & bonis homines
priuet, censuris enim bonis maximis priuamur, vt suo lo-
co inferius ostendemus: tum etiam, quia censura ecclesia-
stica contumaciæ medicina est, argu. capitu. 1. de sentent.
excomm. lib. 6. *Sententia* vero appellatur, quia pœna hæc
per sententiam promulgatur, arg. l. 1. ff. de re iud. vnde re
ctè inscribitur, *De sententia excommunicationis*, quasi sen-
tentia aliquid sit, quod ad excommunicationē pertineat,
prout genitiuus ille, *Excommunicationis*, denotare vide-
tur. Rectius ergo pro genere censuræ *pœna*, quā *sententia*,
ponitur. Reliqua, quæ in definitione posita sunt, ad diffe-
rentiam pertinent, quæ ab Hugolino, vbi sup. refelluntur,
tab. 1. ca. 16. Siquidem, vt philosophi docent, differentiæ,
quæ generi conueniunt, propriè etiam singulis eiusdē ge-
neris speciebus conuenire debent, cum tamen in hac cen-
suræ definitione res lōgè aliter se habeat. Nā, vt constat,
suspensioni non conuenit, cum suspensus non communio-
ne Sacramentorum passiua, sed actiua tantum priuetur.
Neque interdicto conuenit, cum ea censura Diuinis pri-
uentur, arg. c. si ciuitas. & c. sententia. & capit. fin. de sent.
excom. lib. 6. nō autem simpliciter hominem communio-
ne, vt in dicta definitione habetur. Nec valet, si dicatur,
verba illa, (*communione Sacramentorum, vel hominum.*) excō
municato solum conuenire: quandoquidem non defi-
nitur hic excommunicatio, quæ species est, sed censura,
quæ genus est ad excommunicationem, & alias cēsuras;
ideoque differentiæ hæ non ita veræ, ac propriæ sunt, cum
differentiæ omnes generis ita ei conuenire debeant, vt sin
gulis eius speciebus conueniant, quod hic non ita esse ma
nifestò constat. Quod verò ait in versicu. *Qua quis, &c.* id
factum esse, vt significaretur triplicem censuram esse, non
valet: quia hoc diuisionis munus est, non definitionis. non
enim directè definitur animal, si dicat Animal est substā-
tia animata, aut rationalis, aut non rationalis. Hæc igitur
censuræ definitio à Nauarro tradita, diminuta est & im-
perfecta.
10 Verior igitur Censuræ definitio illa est, quam alij tra-
dunt in hunc modum. *Censura ecclesiastica est pœna spiri-
tualis, fori exterioris ecclesiæ, qua spiritualium vsus impedi-
tur, vt a contumacia discedatur.* Sic Barthol. Hugolinus de
ecclesiast. censur. tab. 1. capit. 16. §. 4. nume. 5. Cui similis
est illa, quæ ab alijs passim assignari solet. *Censura est vin-
culum spirituale ecclesiasticum, ordinatum ad salutem spiri-
tualium tum illius qui ligatur, tum etiam ad salutem aliorum.*
quæ eadē omninò est cum superiori quoad sensum, licet
verbis differre videatur: quæ tunc veræ apparebunt, si
vtramque breuiter explicemus.
Primo, quod (*pœna sit*) ex his quæ diximus manifestū est.
Secundo (*Spiritualis pœna est*) vt colligitur ex ca. aua-
ritiæ. iuncta glossa. in verb. in spiritualibus, de elect. lib. 6.
& capit. Transmissam. eo. in antiquis, cuius ratio est: quia
hac pœna anima, quæ spiritus est, in primis punitur ea-
demque vsus spiritualium potissimum prohibetur, vt suo
loco fusius dicetur, ad distinctionem nimirum pœnarum
corporis, vt ieiunij, verberum, seruitutis, exilij, atque car-
ceris, quæ pęnæ licet ab ecclesia inferantur, (vt de ieiunio
habetur in capit. si quis contristatus, distinctio. 90. & de
verberibus, capit. primo, 23. quæstione 5. & de seruitute,
in capit. ita quorundam. de Iudæis. & de exilio, in capit.
in synodo. in fine. & glossa ibidem distinct. 63. & tertia.
quæst. 4. capit. hi qui episcopos. & capit. accusatoribus. 2.
quæst. & cap. cum beatus. distinct. 45. & capit. accedens.
distinctio. 50. & cap. in primis. 2. quæst. 1. & de carcere,
in capit. quamuis. de pęnis. libro 6.) pęnæ tamen spiritua-
les non dicuntur, nec proinde censuræ ecclesiasticæ verè

; sicut nec pœna pecuniaria, quæ ab ecclesia infligit, & solet: arg. d. c. ita quorundam. de Iudæis, & c. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. & c. Adrianus. distin. 63. censura ecclesiastica propriè dicitur; multoque minus pœna, siue corporis, siue bonorum, quæ à iure ciuili, aut potestate laica infertur, ecclesiasticæ censuræ nomē sortitur.

Tertio, dicitur esse [*fori exterioris ecclesiæ*] siquidem qui censuram ecclesiasticam fert, iurisdictionem ecclesiasticā contentiosi, & exterioris fori habere debet, cum censuras ferre clericorum sit, & eorum solum, qui talem iurisdictionem habent, ex Panorm. in c. dudum. 2. num. 7. de elect. & in cap. cum contingat. num. 30. de foro compe. citans pro hac re cap. quærenti. de verb. signifi. & c. ex litteris. de offic. & potest. iud. deleg. vbi benè probatur. & glo. in clem. vnic. in verb. iurisdictionem. de foro comper. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. nu. 1. versic. primum igitur. de sent. excommunic. lib. 6. Nauar. in relect. ca. cum contingat. in secunda causa nullitatis, nu. 25. & 29. de rescrip. vbi id probat, tum quia ferri non debet sine causæ cognitione, vt habetur in c. nemo episcopus. 2. quæst. 1. & c. sacro. de sent. excomm. & c. cum medicinalis. eod. tit. lib. 6. tum quia ferrur in inoitū. tum quia iura dicunt tantum a iudicibus censuras esse ferendas, vt in ca. 1. de sent. excommu. lib. 6. vbi textus tep. tit verbum, *Iudex ecclesiasticus*. & ca. quærenti. de verb. signif. Idemque claré docet glossa in c.
11 transmissam, in verb. in talibus, de elect. † vnde pœna, quæ a laicis infertur, censura non est. Sed neque illa, quā sacerdos in foro pœnitentiali iniungit, licet spiritualis sit, rationem censuræ habet. Ex quo fit, quod prohibitio, siue suspensio confessarij à celebrando, verè, & propriè suspēsio non sit, quia non est facta ab habente iurisdictionem in foro exteriori, quæ vera ratio est, cur contrafaciens irregularis non reddatur, vt expressè tradunt Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 51. & Maiol. libro 3. de irreg. ca. 19. num. 23. post Archid. in c. quia sæpe. de elect. lib. 6. & in Speculo tit. de dispensat. §. iuxta. vers. sunt quoque, & glos. recepta in cap. is qui in ecclesia. in verb. in iure. de sent. excom. lib. 6.

Quarto additur, [*qua spiritualium vsus impeditur.*] Nam excommunicatio priuat vsu Sacramentorum, & consortio fidelium. capit. penult. de sent. excomm. & c. Engeltrudā, 3. quæstio. 4. Interdictum impedit, ne diuinis, dum ipsa fiunt, interesse; aut in locis interdictis eadem facere possimus, c. permittimus, de sent. excommu. & ca. alma mater. §. adijcimus, eod. tit. li. 6. Suspensio etiam, ne quis ecclesiastica munia ex officio exercere valeat, impedit. cap. si quis presbyter. & c. Apostolicæ. de cler. excom. minist.

12 † Quinto dicitur, [*vt a contumacia discedatur.*] Hoc siquidem ecclesia in suis censuris ferendis intendit, vt contumacia delinquentis comprimatur, vt expressè habetur in c. 1. de exception. lib. 6. & glossa ibi, in verb. contumaciæ. & cap. nemo episcoporum. 11. quæst. 3. & ibi glossa in verb. motus. & fusius tradit Ioan. Crotus. in c. vt animarum. de constitut. lib. 6. nume. 26. quæ repetitio habetur in tomo 5. repetitionum iuris Canonici. Vnde statim ac contumacia sublata est, absolutio tribuitur, vt habetur in ca. ex literis. de constitut. vbi Innocentius III. ait; *Cum tam iuris Canonici, quam nostri moris existat, vt is, qui propter contumaciam communione priuatur, cum satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat.* Cuius ratio est: quia cum censuræ medicinæ loco adhibeantur, c. cum medicinalis. de sentent. excommun. libro 6. meritò contumacia, quasi morbo sublata, & censura ipsa tolli debet, arg. c. cum cessante. de appellat. Quis igitur prioris definitionis sensus sit, ex dictis constat.

13 Parimodo explicanda est altera definitio censuræ ab alijs assignata. Primo enim rectè dicitur [*esse vinculum.*] hoc enim verè, & propriè singulis censuris conuenit, quæ cū per absolutionē tollantur, vt superius expositum est, & nihil soluitur, quod prius ligatum non fuit, fateri necesse est, censuram omnem rationem quamdam vinculi, & ligaminis habere, Vnde passim Pontifices hoc nomine, *vinculo excommunicationis innodamus*, vtuntur, vt habetur in cap. postulastis. de cler. excomm. minist. & capit. 1. de temp. ord. libro 6. & cap. cum contumelia. de hæret. libro 6. & cap. ad abolendam. de hæret. & ca. venerabilibus. de sent. excommu. lib. 6. & cap. ad probandum, de sent. & re iud. quod nouus est, quam vt longiore explicatione, aut probatione indigeat. Secundo. dicitur [*spirituale*] ad ostendendum hoc vinculum censurarum esse quoddam vinculum metaphoricū, ducta similitudine à corporalibus ad spiritualia: dicitur autem spirituale, vel quia ligat spiritū, idest, animam, nō corpus; vel quia rebus spiritualibus priuat: vel a fine, quia omnium ad salutem spiritualium ordinatur. Tertio, dicitur (*ecclesiasticum*) tum quia a solis ecclesiasticis personis fertur, laicus enim eam ferre non potest, vt expresse habetur, cap. primo, §. Maximus Episcopus, distinct. 96. & glossa ibidem in verb. Præter Romanum, Panor. in cap. ab excommunicato. nu. 6. de rescript. vbi pro hac re citat cap. bene quidem, dist. 96. c. duo. & c. si Imperator. ead. dist. & Stephan. Costa, in repet. in rub. de senten. excommu. lib. 6. num. 4.

14 † Tum quia censuræ vinculum ecclesiæ auctoritate institutum est; siquidem censura omnis iuris tantum humani est, & ex ecclesiæ institutione; vnde fit, quod ecclesia ab omnibus censuris absoluere possit. Quarto dicitur (*Ordinatum ad salutem spiritualem eius, qui ligatur.*) quod de censura, quæ est omnium grauissima, nempe excommunicatione, testatur Apostolus 1. Corint. 5. dicens. *Iudicaui tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.* & refertur in c. audi. 11. quæst. 3. & in c. sed illud, dist. 45. ad quod plurибus tradūt Gabriel in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. notab. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 1. in fi. Bartholomæus Hugolinus de eccles. cens. tab. 1. cap. 15. nu. 1. & 2. Henriquez libro 13. ca. 1. n. 3. post Bonau. in 4. d. 18. in vltima parte distinctionis, quæst. 1. Alexā. de Ales. in 4. parte, quæst. 22. memb. 1. art. 1. in fine, & S. Thomam in addit. ad 3. parte, q. 20. arti. 1. Quinto additur (*in salutem, & vtilitatem etiam aliorum.*) Quia vnius exemplo ceteri facilè corriguntur, vnde Apostolus 1. Tim. 5. ait, *Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant.* & refertur in cap. sed illud. dist. 45. idemque colligitur ex cap. qui peccat. §. Perilianus, & cap. Quid crudele. 23. quæst. 4. & clarissime testatur Richard. 4. d. 18. ar. 3. q. 1. Sicut enim, vt in d. ca. sed illud, habetur, ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, & vno fornicante, vel aliud quodcunque scelus committente, plebs vniuersa polluitur; ita etiam dum vnus ecclesiastica disciplina corrigitur, & pro peccato publicè arguitur, ceteris metus incutitur. c. sanctis. 11. quæst. 2. & c. ita planè. 23. quæst. 5. vniusq; transgressionis vltio, ceteris interdictio delinquendi fit. ca. qua propter, 2. quæstione 7. eiusq; emēdationis qualitate ceteri facile corriguntur. 18. q. 2. c. peruenit ad nos. Quos enim diuinus timor à malo cohibere nō valet, tēporalis pœna nonnunquā a peccato cohibere solet. cap. vt clericorum, §. primo, in fine, de vita, & honest. cleric. & ibi gloss. in verb. pœna. Et fait is versus, *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Sed de censuræ definitione hactenus dictum sit.

15 Est autem censura triplex, Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum, c. quærenti. de verbo. signif. glo. ibi & Panorm. nu. 1. Summistæ in verb. censura, Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 1. Henriquez. libro 13. cap. 3. Hugolin. de eccles. cens. tab. 1. capit. 26. Stephanus Costa, in repet.
16 in Rub. de sentent. excommun. numero 1. † Cur vero tres censuræ species sint, nec plures, nec pauciores, duplici ratione ostendit Hugolinus vbi supra, numero tertio, Quarum vna est, quia his censuris constricti in triplici genere sunt, nimirum, aut clerici, aut laici, aut loca, & quidem excommunicationi subijciuntur tam laici, quam clerici; suspensione vero, soli clerici afficiuntur; loca denique interdicto tantum subijciuntur, vt ipse probat ex capit. postulastis, de cler. excommu. minist. & ex ca. priuilegium de verbo. signi. libro 6. Quod vltimum de interdicto mi

non

non placet, cum non solum loca, sed etiam personæ interdici possint, vt communis Theologorum, & Canonistarũ sententia confirmat, & satis colligitur ex cap. si sententia. de sentent. excomm. libro 6. & D.D. ibi. & Panor. in c. uõ est. num. 8. de sponsal. disertis verbis affirmat ex d. c. li sẽtentia, aliquando interdici locum tantum, & non populum, aliquando populum, & non locum: vnde etiam interdictum æquè dicitur personale, ac locale: vnde ratio hæc aut parum, aut nihil probat. Alia eius ratio est ex ipsa pœnæ ratione desumpta: siquidem censura pœna spiritualis est, qua bonorum spiritualium vsu priuamur; quæ priuatio aut omnium bonorum, aut partis tantum esse potest, idque actiuè, & passiuè, aut altero modo tantum, idest, vt nec ecclesiæ bona quis alijs ministrare, aut ab alijs accipere possit, prout in excommunicato maiori excommunicatione contingit, c. excommunicatos, 11. q. 3. & c. Engeltrudã, 3. q. 4. In interdicto autem solum vsus diuinorum prohibetur actiuè, & passiuè, ita vt nec diuina suscipere, nec ea alijs administrare possit; capit. si sententia, in fine, & c. fin. de sent. excom. libro 6. & c. Episcoporum, de priuileg. eo. libro 6. & c. cleri. de cler. excomm. ministr. in antiq. Suspensio denique actiuè tantum vsu spiritualium ecclesiæ priuat, prohibetur enim suspensus, ne ex officio, & ut clericus ecclesiæ functiones obeat. c. si quis presbyter. de cle. excommu. ministr. & c. cum medicinalis, de sentẽ. excom. §. si quis autem, libro 6. quæ ratio tanto dignior, & efficacior superiore habenda est, quanto à natura, & essentia ipsius censuræ; quę pœna est, vt diximus, magis intimè desumpta est.

7 Ex his, quæ dicta sunt, duo precipuè inferũtur, Primum est, excommunicationẽ maiorem omnibus alijs censuris grauiorem esse, id quod colligitur ex cap. corripiatur, 24. q. 3. & docent Glossa in ca. sacro. in verb. tantam. & Pan. ibid. numero 7. & in c. olim inter, nu. 12. de restit. spoliat. & in cap. postulasti, numero 5. de Iudæis. Glossa. in c. nemo Episcopus, verb. excommunic. 2. quæstione 1. Petr. de Ancharano repet. in c. canonum statuta, num. 187. de constitu. Ioan. Quintinus Hæduus in ca. nouit. numero 28. de iudic. S. Tho. in addit. ad 3. par. q. 21. art. 3. in corp. Gab. in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. notab. 3. Sotus 4. d. 22. q. 1. artic. 2. Nauar. in Man. c. 27. num. 18. Henriquez, libro 13. c. 1. nu. 3. Hugolin. de eccles. cens. tab. 1. c. 26. nu. 5. & tab. 2. c. 1. nu. 1. tũ quia maxima pęna est inter homines esse, & hominum carere commercio, vt dicitur in l. hi, qui sanctã. C. de apostat. tum, quia per eam quis traditur Satanæ in interitum carnis, 1. Corinth. 5. & c. Sed illud. distin. 45. & c. audi. 11. quæst. 3. tum quia priuat medijs ad vitã animæ opportunis, vt Sacramentis, & suffragijs ecclesiæ. Excommunicatione enim maiori ecclesiæ communione, hoc est, tam diuinorum, quam Christi fidelium vsu penitus priuamur, & proinde diuinis, & profanis ecclesiæ bonis caremus. Interdicto autem tantum diuina tam actiuè quam passiuè prohibẽtur, nõ aũt profana, vnde eorũ vsum retinemus: Sicut etiam suspensione diuinarum functionum vsu tantũ actiuè priuamur, re scilicet spiritualia ministremus, tunc enim ministri Ecclesiastici partes agimus, vbi spiritualia ministramus, non autem vbi ea suscipimus: Grauior igitur alijs censuris est excommunicatio. Vnde fallitur Medina, qui lib. 1. instruc. c. 11. §. 14. affirmat cessationem esse pęnarum grauissimam, vt refert Hẽriquez. lib. 13. cap. 1. nume. 3. lit. R. nisi intelligatur de pœnis contra cõitatem; & certè si attẽtè legatur Medina in loco allato de sola interdicti pœna id docuit, solum enim contendit cessationem à Diuinis pœnam grauiorem esse, quam sit illa de interdicto. Illud autem, quod habet Sotus in 4. distinct. 1. q. 5. art. 6. conclus. 8. in fine, irregularitatẽ atriorem pęnam esse, quam sit excommunicatio, est contra cõmunem opinionem, vt suo loco dicemus.

8 SECVNDVM quod infertur, est, per clausulã Bullis Põtificijs inseri solitam, *Absoluentes te a censuris*, irregularitatẽ non tolli. Vnde constat errasse Canum, Sotum in 4. dist. 22. q. 3. ar. 1. & Barth. Medinam in 1. 2. q. 96. art. 4. in lib. 1. instru. c. 11. §. 9. asserentes per Bullam cruciatę, quæ dat confessoribus facultatem absoluendi ab omni censura ecclesiastica, illo nomine includi etiam irregularitatẽ ratione peccati contractam; in qua sententia etiam fuerunt aliqui Doctores Hispaniæ. Quæ tamẽ doctrina nullo modo in praxi sequenda est, cum sit expresse contra constitutionem Pontificiam Innocentij III. in cap. Quærenti. de verbo. signifi. eamque refellunt Nauar. in Manuali c. 27. num 194. & 254. pro se citans Domin. & Alexand. & Villadieg. de irregul. & idem Nauar. in tom. 1. consi. cõsi. 3. de ætat. & qualit. ordin. nu. 3. & in tomo 2. consiliorũ, cõsil. 18. de simon. num. 1. lib. 5. Martinus Ledesmus 2. p. q. 26. art. 2. in fine, §. est præterea irregularis. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 6. n. 6. Hẽriquez, li. 7. de indulg. c. 13. nu. 6. & lib. 13. de excom. c. 2. in anno, & Hugol. de cens. eccles. tab. 1. ca. 26. nu. 2. in anno, & ipsemet Sotus sibi contrarius, in lib. 5. de iustit. q. 1. ar. 4. vbi expresse dicit, quod cum in Pontificijs Bullis confertur facultas absoluendi à quibuscunque peccatis, & censuris, censuræ nomine non venit irregularitas. Et certe stylus Curiæ habet (vt præfati authores docent) ne censeatur dispensatio irregularitatis concessa, nisi exprimatur. Quare Gregorius XIV. in Iubilæo anni 1591. postquam concessit absolui à censuris, & pœnis, negat concedi in vlla irregularitate publica, aut occulta. Et Clemens VIII. in Bulla Iubilęi anni 1593. die 4. mensis Martij, speciatim facultatem hanc dispensandi in irregularitate concessit, & expressit. idemque Pontifex in Bulla Iubilæi anni 1597. tertio Nonas Iulij, postquã cõcessit facultatem absoluendi ab omnibus ecclesiasticis sententijs, & censuris, subdit se non concedere dispensandi facultatem super aliqua irregularitate publica, vel occulta. Hæc igitur sententia in praxi obseruanda est.

De Censurarum Ecclesiasticarum conuenientijs, & differentijs inter se.
Cap. II.

S V M M A.

1 *Conuenientiæ tres censurarum inter se a Dominico Soto positæ, authori non placent.*
2 *Continentiæ quatuordecim censuram inter se, ex varijs Doctoribus colliguntur, & explicantur.*
3 *De censurarum inter se differentijs, Dominici Soti sententia.*
4 *Martini Nauarri, et aliorum de censurarum inter se differentijs opinio.*
5 *Differentiæ septem de censurarum inter se differentijs ab authore afferuntur, & explicantur.*


ENSVRARVM conueniẽtiæ variæ ab autoribus referuntur. Sotus in primis, qui censurarũ species quinq; ponit, in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. (prędictis enim tribus, cessationẽ, & irregularitatem addidit) tres assignat conuenientias.

PRIMA EST, quia omnes sunt censurę ecclesiasticę propter delictum, licet irregularitas nonnunquam citra delictum incurratur. Cæterum hæc conuenientia non placet, quia, vt diximus, necessario, nec irregularitas propriè censura est, sed omnino impropriè.

SECVNDA EST, quod omnes ab eadem causa efficiẽti decernantur, nimirum vel ab homine, vel à iure. Sed neq; hæc conuenientia in illius opinione rectè assignatur, quia irregularitas nunquam ab homine fertur, aut ferri potest, sed solum a iure, vnde communis omniũ sententia est irregularitatẽ nõ nisi in casibus a iure expressis incurri. c. is qui in ecclesia. de sen. exco. lib. 6. Pan. in c. dilectis. nu. 20. de appel. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 194. & consil. 1. de bigam. num. 1. & cons. 35. de homicid. nu. 7. & Si

. Marol. lib. 1. de irreg. ca. 2. nu. 2. qui id fusius ostendit Archid. in c. excommunicatos, 11. q. 3. Feli. in c. ad audiẽtiam, de homicid. in fin. ideo Nicolaus Dionys. de Perus. in d. c. is qui de sent. excomm. dicere solebat, quod qui di cit aliquem esse irregularem, debet adducere casum legis.

TERTIA, quod omnes præexigunt canonicam monitionem, quæ etiam non admodum placet, quamuis enim aliquo modo concedi possit verum esse, quod Panor. in c. pastoralis. §. verum. nu. 15. de appellat. & Domin. in cap. solet. de sent. excom. lib. 6. Nauar. tom. 1. cõsi. cons. 35. de temp. ordin. & tom. 2. cõl. cons. 3. de cler. excom. ministr. nu. 4. tradunt irregularitatem non contrahi, nisi adsit contemptus: quia tamen irregularitas nunquam ab homine fieri potest, neque propter contumaciam, nõ ita facile apparet quomodo præequirat monitionem: monitio enim propriè requiritur in sententijs hominis, nõ autem in sententijs iuris: immo propriè in illis requiritur, quæ non nisi propter contumaciam ferri solent; id quod vel ex ipsa natura monitionis manifestum est; in tantum enim præmittitur monitio, in quantum monitus, & non obediens contumax efficitur.

2 Ab alijs, qui tres tãtum censuras propriè dictas ponũt, plures colligi, & enumerari solent.

PRIMA EST, Quod omnes sunt veræ, & ecclesiasticæ censuræ, c. quærenti. de verb. signif.

SECVNDA EST, Quod quælibet earum debet ferri in scriptis, & cum causa rationabili in eis expressa, c. medicinalis. de sent. excom. lib. 6.

TERTIA EST, Quia in his tribus præcedens appellatio tuetur appellantem, eamque censuram annullat; appellatio verò sequens nõ item. c. is cui. de sen. excom. §. fina. lib. 6. c. pastoralis. §. verum. & ibi fusius Panor. n. 11. et c. ad hæc quoniam. de appel. & ca. ad reprimendam. de officio. ordin. & ibi Panor. nume. 8. Circa quam conuenientiã hoc obiter adnotandum est, hanc etiam conuenire cessationi à diuinis, hęc enim per subsequentem appellationem non suspenditur, vt tradit Panor. in c. dilectis. num. 11. de appel. Appellatio autem pręcedens cessationem etiam annullat sequentem, quantum ad omnes iuris effectus, si quos habet. Vnde falluntur Panor. in d. ca. dilectis. & alij Doctores ibi, & Gõsaluus à Villadiego de irregular. c. de interdicto, ad finem, qui existimant sententiam interdicti per appellationem subsequutam suspendi: quorum sententiam licet Couar. in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. in 2. par. relect. §. 2. nu. 1. aliqua ratione saluare conetur, mihi tamen falsa omninò videtur esse, cet tumque esse, nullam omninò censuram per appellationem subsequentem suspendi, vt expresse de omnibus cẽsuris habetur in cap. is cui. de sent. excom. lib. 6. & in speciali de interdicto id docet Alex. II. in cap. ad hæc quoniam. de appellat.

QVARTA EST, Quod sicut in excommunicatione præcedere debet trina monitio, cap. sacro. de sent. excom. ita etiam & in suspensione, & interdicto, ca. reprehensibilis. de appellat. & c. statutum. de sen. excom. lib. 6. & Inn. in c. ad hæc quoniam. de appel. & Panorm. in d. c. reprehensibilis. num. 4. qui duo authores simul cum Nauar. in Manuali c. 27. nu. 164. hoc verum esse docent in omnibus tribus censuris, & etiam in suspensione, quando illa fertur propter contumaciam, secus si in pœnam delicti, quia tũc frustra fieret monitio, cum oporteat eũ luere pœnam delicti commissi, nam suspẽsio sæpè fit propter delictum. vt in c. tam literis. de testib. vbi Innoc. sine monitione imposuit pœnam suspensionis, ergo & alij hoc facere possunt, c. in causis. de sent. & de re iudic. Quam doctrinam Pan. confirmat etiam ex c. Romana. §. sed nec in specie. de sent. excom. li. 6. vbi licet prius dixisset de excommunicatione, suspẽsione, & interdicto, postea tamen, dum tractauit de offensis, seu culpis præteritis, vel præsentibus, solum prohibet excõmunicationẽ ferri sine monitione, quasi secus senserit, (vt ait Panor.) de interdicto, vel suspẽsione. Circa hanc autem conuenientiam sciendum est, eam conuenire etiam cessationi, ad illam enim premittenda est necessario admonitio, licet alio modo, ac istis censuris, vt suo loco dicetur.

QVINTA EST, Quod quælibet est nulla, quando fertur ab homine, qui aliquem excommunicauit contra participantem cum excommunicato a se, non præmissa monitione ca. statuimus. & c. statutum, de sen. excom. lib. 6. & de excommunicatione id declarat Panor. in c. reprehensibilis. nu. 13. de appellat.

SEXTA EST, Quod quęlibet impedit à Diuinis, excepta illa suspensione, quæ nõ est à Diuinis, vt quæ suspendit à beneficio. facit ca. pastoralis. §. verum. & ibi Pan. de appel. iuncto c. is cui. de sent. excom. lib. 6. Quæ etiam conuenit cessationi, hæc enim impedit etiam à diuinis officijs, cum per eam hæc officia diuina cessent.

SEPTIMA EST, Quia absolutio in omni censura fit recepto iuramẽto de parẽdo mandatis ecclesiæ, vt de sententia excõmunicationis habetur in ca. ex tenore. de sent. excomm. & de suspensione, in ca. venerabili. tit. eod. & ibi gl. in verb. ad cautelam. & Panor. in ca. ad hæc quoniam, num. 3. de appel. Quod præcipuè locum habet in absolutionibus publicis, & iudicialibus; in absolutionibus enim fori interioris hoc non ita frequenter est necessarium, sed in casibus in iure expressis.

OCTAVA EST, Quod quęlibet istarum relaxari, & absolui potest ad cautelam, vt de excõmunicatione habetur in cap. per tuas. & de suspensione, in ca. venerabili. de sent. excomm. id quod locum habet etiam in interdicto, nisi sit interdictum generale, ex c. præsenti. de sent. excõ. lib. 6. & ibi gl. in verb. generaliter. nam specialiter interdicto hoc non conceditur.

NONA EST, Quia sicut excõmunicatus, si celebrat, incurrit irregularitatem, ita etiam & suspẽsus, & interdictus, vt de excõmunicato maiori excommunicatione colligitur ex c. si celebrat. de cler. excom. ministr. & de suspẽsio id expresse habetur in c. Apostolicæ. tit. eod. & in ca. cũ medicinalis. §. caueant. de sent. excom. lib. 6. & de interdicto idem colligitur ex c. is cui. eo. tit. & lib. 6. & Panor. in c. ad hæc quoniam. nu. 3. de appellat.

DECIMA EST, Quod quęlibet harum leuãda est à superiore, c. cum ab ecclesiarum, de offic. iud. ordi. Immò & ab ipsomet, qui eàs sententias tulit. vt post Calderinum in tract. de ecclesiastic. interdicto, memb. 1. tradit Nau. in Manuali c. 27. nu. 164.

VNDECIMA EST, Quod ligati aliqua prædictarũ nec eligere, nec eligi possunt, vt de excõmunicatione maiori colligitur expresse in c. postulastis, & c. celebr. de cle. excommunic. minist. & de suspensio idem habetur in c. cũ dilectus. & ibi glo. in verb. à suspensis. de consuetud. & c. cum inter. 1. in fin. de elect. & ca. cum bonæ. & ibi glos. in verb. suspensi. de ætat. & qualit. ordin. & c. Apostolicę. & ibi glo. in verb. contingit retardari. de except.

DVODECIMA EST, quod nullus censura aliqua cõstrictus, durante sententia testificari potest: id, quod de excommunicato colligitur ex cap. veniens. 2. in fine, iuncta gl. in verb. canonicos. de testib. & habetur in c. decernimus. & ibi. glo. in verb. & testificando, de sen. excom. li. 6. Panorm. in c. veniens, 2. num. 5. de testib. Oldrad. consil. 278. & idem de alijs censuris tradunt Tabiena verb. interdictum. 1. num. 1. & Stephanus Costa. in repet. in ca. cum medicinalis, nu. 70. de sent. excom. lib. 6. & in d. c. decernimus, num. 4. de sent. excom. lib. 6.

DECIMATERTIA EST, Quia sicut non debet aliquis absolui ab excommunicatione non citatis partibus, vel etiam iudice, si de eo proponatur querela. cap. Romana. §. sententias. de appel. lib. 6. et c. Romana, de sen. excõ. lib. 6. ita erit in suspensione, & interdicto, vt ex dictis locis colligitur.

DECIMAQVARTA EST, Quia speciales filij Sedis Apostolicæ, hoc est, qui specialiter sũt recepti in filios Sedis Apostolicę, non possunt ab ordinarijs locorũ ligari aliqua istarum sentẽtiarum, sed solum à Papa, vel eius Legato à latere. Et vt plurimum solent hæc tria in priuilegio talium

taliumimmisceri, vt non possint excõmunicari, suspendi, vel interdici, vt cap. veniẽs. de verb. signif. lib. 6. vbi id expresse docet Innoc. IV. de excommunicatione, & interdicto, & glo. ibi in verb. recepimus. & in verb. interdici. idẽ de suspensione tradit. Hæc sunt illa, in quibus cẽsuræ omnes præcipuè conueniunt, vt ex Panor. in ca. ad hæc quoniam. num. 3. de appell. Calderino in tract. de eccles. interdict. memb. 1. Stephano a Costa repet. in c. cum medicinalis. de sent. excommunic. lib. 6. Tabiena verb. interdictũ. 5. nume. 1. Nauar. in Manuali c. 17. nu. 164. & alijs recentioribus colligitur.

3 Quoad differentias harum, Sotus in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. loquendo de omnibus quinque cẽsuris amplè acceptis, quatuor assignat differentias.

PRIMA EST, quod quælibet definitione differt ab altera, ibiq; definitiones harum omnium ponit, quæ apud eum legi possunt.

SECVNDA EST, quod multę irregularitates sine vllo peccato incurruntur, reliquæ verò censuræ, immò & nonnullæ irregularitates propter peccatum imponuntur.

TERTIA EST, Quod illæ, quæ decernuntur propter peccatum, quędã imponuntur solum propter peccatũ propriæ personæ, & excommunicatio propter peccatum eius, qui excommunicatur, & suspensio propter peccatum eius, qui suspenditur; quædam vero etiam propter peccatum alienum: Interdictum enim non semper fertur propter peccatũ eorum, qui sacris interdicuntur, sed propter alienum. Nã in odium illius, qui pertinaciter est obstinatus in excommunicatione, interdicitur ciuitas: & idem de cessatione dicendum est.

QVARTA EST, Quod excommunicatio, suspẽsio, & irregularitas, nõ nisi aduersus personam, in pœnam sui delicti decernuntur, & non contra communitatem communiter; Interdictum vero, & cessatio contra communitatem, contra ciuitatem, & etiam contra integrum regnũ ferri possunt.

4 Alij, vt Nauar. in Man. c. 27. nu. 565. circa cẽsuras tres propriè dictas, septem enumerat differentias.

PRIMA EST, Quod excommunicatio directè priuat communione aliorum, quatenus est communio quędã humana. Suspensio propriè, & directè priuat vsu potestatis ecclesiasticæ illius, à qua suspendit. Interdictum verò directè priuat sacramẽtis & officijs diuinis; indirectè verò tam suspensio, quam interdictum priuat etiam ijs, quæ necessario consequuntur ad supradicta.

SECVNDA EST, Quod excommunicatio nullo modo suspendi potest, aliæ censurę possunt suspendi auctoritate iudicis ecclesiastici. Hæc differentia cõmuniter ponitur à Canonistis. Decius tamẽ in c. ad hæc quoniam. de appellat. eam non admittit, eo quod putet etiam excõmunicationem suspendi posse auctoritate iudicis, quem Nau. ibi sequitur. Panor. in d. c. ad hæc quoniam. hanc quæst. fusius tractat, & docet solum, quod regulariter excommunicatio non suspenditur saltem ab inferiore à Papa, aliæ vero censuræ sic. Sed de hac re suo loco dicemus.

TERTIA EST, Quod Episcopi, & Prælati maiores Episcopis, non incurrunt suspensionem, nec interdictũ iuris, nisi de eis fiat expressa mentio; at vero excommunicationem incurrunt, ẽt si nulla fiat eorum mentio, ca. quia periculosum, de sent. excom. lib. 6. & ibi glossa, in verb. de episcopis. Huius autem differentiæ rationem licet antiqui Doctores nõ reddant, eã tamen Stephan. Costa, in d. c. quia periculosum. nu. 3. esse putat (& hoc obiter dicam) quia aliquando suspensio, & interdictum proferuntur propter culpam, & delictum alienum, vt in cap. si sentẽtia. de sent. excomm. lib. 6. nam vnus aliquando patitur pœnam pro alio. c. non est. de spons. & facit c. dilectis. de appellat. excommunicatio autem non profertur nisi propter culpã propriam ex contumacia resultantem: vnde non videbatur conueniens, quod innocens pro nocẽtibus puniretur. & in c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excom. lib. 6. facilius ergo cõceditur Episcopos, & superiores nõ cõprehendi in tali sententia suspensionis, & interdicti, quæ aliquando infligitur ex delicto alieno, quam concedatur in sententia excommunicationis, quę solet ex propria culpa, & cõtumacia ferri. Licet ergo in generali sententia suspensionis, vel interdicti non comprehendantur episcopi, nec superiores, in generali tamen sententia excommunicationis lata per canonem veniunt episcopi, etiam si de ipsis non sit habita expressa mentio: quæ ratio non valet in suspensione, cum hæc non nisi ob culpam propriam feratur, ex Nau. in Man. ca. 27. num. 151. 153. 159. & tom. 1. cons. consl. 40. num. 6. de temp. ordin. Medina lib. 1. capit. 51. §. 8. Henriquez lib. 13. cap. 34. de qua re suo loco latius agemus & exactius.

QVARTA EST, Quod vniuersitas non potest excommunicari. c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excommunica. lib. 6. tamen suspendi, & interdici potest. c. si sententia, c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. vbi id habetur de interdicto. & c. Quia sæpe. de elect. lib. 6. vbi idem de suspensione dicitur.

QVINTA EST, Quod excõmunicati nullo modo admittũtur ad Diuina, vt habetur in c. alma mater. de sen excom. lib. 6. suspensi verò, & interdicti in illis festiuitatibus ibi expressis admittuntur. & in d. c. alma mater. §. festiuitatibus.

SEXTA EST, Quia excommunicatio, & suspensio non feruntur nisi ob culpam propriam; interdictum tamẽ etiam ob alienam, vt colligitur ex cap. si sententia. de senten. excomm. lib. 6.

SEPTIMA EST, Quod excommunicatio nunquã aliter tollitur, quam per aliqua verba absolutiua, suspẽsio verò, & interdictum tolluntur nõ nunquam sine vlla absolutione, vt cum feruntur, siue à iure, siue ab homine, sic, donec satisfecerit, vel pœnituerit, tunc enim facta satisfactione, vel adueniente conditione, relaxantur ipso facto, & non indigent alia absolutione: at vero, quantumcunque excõicatio feratur ad tempus, semper tamen requiritur absolutio post illud tempus; hoc fusius tradunt glossa in clem. 1. de decimis. in verb. donec. & in c. 1. de iudic. in verb. Donec. Panor. in c. cum tu. nu. 6. de vsur. & c. nõ est vobis. num. 7. de sponsal. Tab. verb. interdictum. 1. §. 1. in fine, de verb. suspẽsio. §. 10. & est communis omnium Canonistarum sententia.

OCTAVA potest addi ex Stephani Costæ repet. in ca. cum medicinalis. nu. 73. de sent. excom. lib. 6. Quia interdictum in locum non debet fieri pro aliqua causa pecuniaria sine speciali Papæ licẽtia, vt habetur in quadã Extrauaganti Bonifacij. VIII. quæ incipit: Attendentes. Quod secus est in excommunicatione, vt testatur Io. Calderin. in trac. de ecclesiast. interd. memb. 1.

5 CETERVM maioris claritatis, & certioris doctrinę gratia inter has quinq; (ita vocemus quamuis impropriè) censuras, puto has præcipuè differentias posse constitui.

PRIMA EST ex parte principij efficientes; quia irregularitas nunquam fertur ab homine, sed semper à iure. Cessatio autẽ à Diuinis nũquam à iure, sed semper ab homine. excommunicatio, suspensio, & interdictum aliquando à iure, & aliquando ab homine.

SECVNDA desumitur ex parte subiecti, quia interdicto (vt diximus) non solum subijcitur communitas hominum, sed etiam locus. c. 1. de priuileg. §. in eos. li. 6. Panormit. in cap. ad hæc quoniam. num. 3. de appellat. & in cap. non est vobis. nume. 8. de sponsal. vbi ait, quod cum interdicitur locus, nec laici, nec clerici sunt interdicti, vnde extra locum licitè percipiunt diuina; quando autẽ sunt personæ interdictæ, tunc quocunq; se conferant, interdictum sequitur eos. ca. si sententia, de sent. excom. lib. 6. vnde etiã constituunt authores communiter interdictum duplex, personale, & locale. Cessationi subijcitur cõmunitas, quia tota ecclesia simul cessat. Suspẽsioni aliquando subijcitur particularis persona, aliquando communitas: Excommunicationi subijcitur singularis persona tantum, non autẽ vniuersitas, vel collegium. c. Romana. §. in vniuersitatẽ.

de sent.

de sent. excom. li. 6. Idemque de irregularitate dicendum est. Item suspensio est solius personæ ecclesiasticæ. Nau. in Man. c. 27. num. 151. Henriquez lib. 13. ca. 1. alijs vero censuris subijci possunt omnes alij laici Christiani. Item irregularitati subijciuntur etiam infideles, alijs verò censuris soli fideles.

TERTIA desumi pôt ex parte efficaciæ ligandi, suspensio enim, & interdictum iuris non ligant episcopos, & prælatos maiores, nisi de illis fiat expressa mentio. cap. quia periculosum. & ibi glossa, de senten. excommu. lib. 6. reliquæ censuræ omnes ligant, etiam si nulla eorum mentio fiat.

QVARTA potest colligi ex parte causæ, propter quam incurruntur; multæ enim irregularitates sine culpa incurruntur, immò aliquæ sine proprio facto, vt est irregularitas illegitimitatis. Excommunicatio maior propter culpam propriam, & mortalem, & hoc siue sit lata à Canone, siue ab homine. Nauar. in Man. c. 27. num. 9. post Palud. 4. distin. 18. q. 1. art. 2. Valde etiam probabile est cessationem non posse ferri nisi propter culpam mortalē, quia non est cessandum à diuinis nisi pro causa graui. Reliquæ duæ vel ferri possunt, vel saltem incurri etiam propter culpam venialem propriam, vt in suspensione, aut etiam alienam, vt in interdicto. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 165. citans ca. si sententia. de sent. excom. lib. 6.

QVINTA esse potest ex parte durationis tam continuæ, quàm discretæ. Continuæ, quia, vt multi tradunt, excommunicatio nûquam cessat, quousque tollatur per absolutionem, Irregularitas, quousque tollitur per dispensationem, aliæ tres cessant etiam sine absolutione, & dispensatione ad modum Nauarri superius allatum. Discretæ, seu interruptæ, quia excommunicatio regulariter secundum omnes, non potest suspendi, similiter nec irregularitas, & idem probabile est in cessatione, licet, quādo nimis longa est, non sit improbabile posse suspendi. Suspensio autem, & interdictum, ex auctoritate iudicis ecclesiastici suspendi possunt. Panorm. in c. ad hæc quoniam, nu. 4. de appellat. & glos. ibi, in verb. interdictum. & idem Panor. in c. dilectis. num. 22. tit. eod.

SEXTA EST ex parte proprij effectus, cuiusq; enim proprius hic effectus est. Cessatio solum impedit à diuinis laudibus, immò ipsa in silentio consistit: Suspensio priuat aliquo actu legitimo, vel officij, vel ordinis, vel iurisdictionis, vel beneficij: Interdictū priuat ipsis ecclesiasticis officijs, (sub quibus includitur sepultura ecclesiastica, vt tradunt. S. Anton. 3. par. ti. 26. c. 4. Calderin. de eccles. interd. memb. 6. ver. itē quæritur. Ang. in verb. interdictum. 4. q. 3. Sylvest. verb. interdictum 5. §. 2. versi. 4. Nauar. in Manuali, c. 27. num. 18. in fine. Couar. in c. alma mater. 2. part. relect. §. 5. num. 6. Henriquez lib. 13. ca. 2. nu. 1. & ca. 3 t. num. 1.) Irregularitas facit perpetuò inhabilē ad exercitium ordinum susceptorum, & ad ascensum ad superiores ordines, nisi dispensetur: Excommunicatio maior priuat omni participatione actiua, & passiua non solum Sacramentorum, & officiorum diuinorum, sed etiam humanæ conuersationis, & communicationis: nō enim licitum est cum sic excommunicatis participare. ca. sacris. de his, quæ vi, met. can. fiunt. c. sacris, de lent. excom. c. pia. de exceptio. lib. 6. tamen cum suspensis, & interdictis pôt quis participare, nisi specialiter esset interdicta participatio. argu. l. cui pacto. ff. de serui. export. & l. mortis. ff. de pœnis. & Stephan. Costa repet. in c. cum medicinalis, nume. 72. de sent. excom. lib. 6.

SEPTIMA EST ex parte effectuum, quos inducūt violationes harum censurarum; Nam transgressor cessationis à diuinis, seu generalis, aut specialis (quicquid Calde. de eccles. interd. memb. 5. Ancharr. & Ioan. Andr. in c. si canonici. de offi. ordin. lib. 6. Felin. in c. irrefragabili. §. ceterū. de offic. iud. ordin. Gōsaluus à Villadiego, in trac. de irreg. c. de interdicto. Anton. in 3. p. tit. 2. cap. 3. & Cardinal. in clem. 1. §. quod etiam. de sent. excom. vbi cessatio generalis interdicto quoad eius obseruationem, & violationem comparatur, & alij contrarium dicant) irregularitatem non inducit, vt verius tradunt glossa in capit. si canonici, de offic. ordinan. in verb. cessare. Anton. & Panorm. in cap. dilectis. nu. 18. & 19. de appellat. Innocent. cum alijs Doctoribus, in d. capi. irrefragabili. Bonifac. in d. clem. 1. num. 60. Syluester. in verb. interdictum. 1. §. 1. & idem in verb. cessatio. §. vlt. Pisanel. verb. cessatio, in principio. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 188. & 243. & Couar. in cap. alma mater. 2. par. relect. §. 2. numero 3. Henriquez libr. 13. nume. 1. in annot. litera L. & fauet Palud. 4. distin. 18. q. 2. artic. 3. versic. 4. Neque transgressio irregularitatis nouam irregularitatem inducit. Sic Innocent. in cap. si celebrat. nume. 3. de cler. excomm. ministr. Nau. in Manuali, c. 27. nu. 154. & 194. Maiolus lib. 1. de irreg. cap. 2. num. 8. & lib. 4. c. 33. num. 3. Henriquez lib. 7. c. 13. num. 6. violatio autem excommunicationis, suspensionis, & interdicti, irregularitatē inducit, vt colligūt Doctores communiter ex c. is qui. & c. is cui. de sent. excom. lib. 6. & nos infra suis locis dicemus. Et hæc de censuris in communi.

De prima specie Censuræ, quæ est Excommunicatio, & varijs nominibus eius. Cap. III.

SVMMA.

1 *Excommunicatio quot, & quibus nominibus appellari soleat.*
2 *Excommunicatio censura Diuina, seu ecclesiastica quare appelletur.*
3 *Excommunicatio cur districtio ecclesiastica vocetur.*
4 *Censura hæc, cur vt plurimum* EXCOMMVNICATIO *dicatur.*
5 *Quare vocetur* ANATHEMA.
6 *An vox hæc* GRAECA, *vel* HEBRAEA *sit; & Græcam esse verior, & communior est Doctorum opinio.*
7 *Vocatur etiam Anathema maranatha, & quare.*
8 *Mors etiam appellatur, & quare.*
9 *Medicina dicitur, & cur.*
10 *Mucro Episcopi, seu gladius ecclesiasticus, cur dicatur.*
11 *Virga ferea, cur dicta sit.*
12 *Nerui item ecclesiasticæ disciplinæ vocatur, & cur.*
13 *Maxima omnium pœnarum dicitur, quas ecclesia infert.*
14 *Quo sensu intelligatur illud, quod dicitur, Ecclesiam post hanc pœnam iniustam non habere vltra, quod faciat.*
15 *Excommunicationem quo sensu Doctores varijs pœnis ciuilibus comparare soleant.*

1 VIA ex vocis cognitione ad rei notitiam proceditur, explicatis illis omnibus, quæ ad Censuram in communi pertinent, de prima, & principali specie eius, quæ dicitur Excōmunicatio, & cur varijs nominibus appelletur, in hoc capite dicetur. Aliquando enim dicitur Censura ecclesiastica, aliquando districtio ecclesiastica, aliquando Excommunicatio, aliquādo Anathema, seu Anathema Maranatha, aliquādo mors, aliquando medicina, aliquādo mucro episcopi, aliquando pœna spiritualis, & aliquādo omnium pœnarum maxima, his enim, & alijs similibus vocibus à sacris scriptoribus, maximè à Summis Pontificibus in sacris canonibus passim excommunicatio appellari, & explicari solet, de quibus breuiter dicemus.

2 PRIMO igitur dicitur *Censura diuina, seu Ecclesiastica*, sic enim Tertullianus Latinorū antiquissimus in Apologetico aduersus Gentes ca. 39. vocat censuram diuinam, dum Christianorum exercitia, & actiones exponēs dicit: Ibidem

Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura Diuina; nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu; summumque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt a communicatione orationis, & conuentus & omnis sancti commercij relegetur. Censuram itidem ecclesiasticam appellant Innoc. III. in c. irrefragabili. de offi. iud. ordin. & in c. querentes. de verb. sign. & Ioannes XII. in Extrauag. quę incipit, Sancta Romana. in fine, de relig. domib. & Clemens V. in element. 3. de sent. excom. Ideo autem vocata est censura, quia, vt dictum est, huiusmodi pœna, & sententia, hominum contumacia reprimitur, & castigatur; quod munus olim cēsores apud Romanos exercuerunt, vt latius tradit Fenest. de Censor.

3 Secundo appellatur *Districtio ecclesiastica*, ab Alexan. III. in c. nuncios. de decimis. & in c. aduersus. de immunit. ecclesi. quia nimirum hominum contumaciam, ne longius erumpat, quasi vinculo quodam constrictam, & ligatam tenet: huiusmodi enim castigatione, & timore pœnarum fideles nonnunquam ad ecclesiæ obtemperandum compelluntur, vt habetur c. irrefragabili. & c. ceterum. de offi. iud. ordin. iuxta illud Horatij in epist. *Oderunt peccare boni virtutis amore: Oderūt peccare mali formidine pœnæ.* Vnius enim pœna, & vitio alijs in exemplum, & delinquendi interdicto esse solet. 2. q. 7. ca. quia propter. & cap. ea, quæ. §. 1. in fine. de statu monach.

4 Tertiò, & frequentet dicitur *Excommunicatio*, vt patet ex titulis, De cler. excom. minist. & de sent. excomm. per totum. Nomen autem hoc excommunicatio à communione deducitur, (quia fideles in Eucharistiæ participatione maximè vniuntur) sicuti de eo olim in primitiua ecclesia Christi fideles *erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, fractione panis, & orationibus.* Act. 2. vnde de illis dictum est, *Multitudinis credentium, erat cor vnū, & anima vna.* Act. 4. & certe tunc magna pœna erat priuari communione Eucharistiæ, sed refrigescente feruore erga communionem, vt notat Henriquez lib. 13. ca. 1. nu. 5. adiecit ecclesia priuationem aliorum sacramentorum, & bonorum. Præ ceteris igitur nominibus, hæc censura Ecclesiastica dicitur excommunicatio, vt notat Frāciscus Arias de Valderas repet. in c. porro. de sent. excom. nu. 4. & Sot. in 4. dist. 22. q. 1. arr. 1. post Gabr. 4. dist. 18. q. 2. ar. 1. primo quidem eo quod qui ea percelluntur sententia, à communicatione Christi corporis potissimum arceantur, haud secus, vt ait Arias vbi supra, ac Adam ab esu ligni vitæ excommunicatus est. Hinc Cyprianus de oratione Dominica ait, *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti, & nō communicantes à Cælesti panē prohibemur, a Christi corpore separamur.* Quia igitur per Eucharistiæ sacramentum, vt ex Dionys. in lib. de eccles. hierarch. c. 3. & Ioan. Damasc. li. 4. de fide orthod. c. 14. tradit Sotus vbi supra, Christo capiti nostro coadunamur, in eiusque carnem transformamur, & fideles tamquam membra ecclesiæ in vnum corpus maximè reducuntur: communio inter fideles per antonomasiam vni sacramento eucharistiæ tribuitur; sic etiā & excommunicationis sententia, quæ à tali participatione excludit, nomen hoc primatiò delumpsit. Secundo etiā sic dicitur, quia per illam etiam ab aliorum sacramentorum, & bonorum ecclesiæ participatione, & etiam à consortio, societate, & communione fidelium arcemur, vnde S. Augustinus li. de fide, & operib. c. 26. ait: *Nisi essent grauia delicta, vt etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus. 1. Corinth. 5. Congregatis vobis & meo spiritu &c.* de qua re habetur c. Engeltrudā. 3. q. 4. & 11. q. 3. per totum, c. penult. de sent. excom. Hoc ipsum authores Græci, his duobus verbis ἀφορίζω, quod Latinè segrego, seu priuo à communione, & ἀκοινώνητος, quod excommunico significat, declarant, vnde excommunicatus aliquando ἀφωρισμένος, id est separatus, & aliquando ἀκοινώνητος, id est incommunicabilis appellatur. & denique excommunicatio Græcè dicitur ἀκοινωνησία, apud Theodor. lib. 2. hist. eccles. ca. 28. vt eleganter tradit Couar. in c. alma mater. de sentent. excommun. lib. 6. 1. par. in principio.

5 Quartò dicitur *Anathema*, cuius nominis frequens mētio est in sacris canonibus, & Concilijs, vt ca. conspiratores. c. nullus. c. Engeltrudam. 3. q. 4. & c. si quis discernit. dist. 28. & dist. 50. per totum. & c. cū ecclesia. c. aduersus. de immunit. ecclesi. & alibi passim. Et licet aliqui ab eo differre velint ab excommunicatione maiori, quod anathema feratur adhibitis cæremonijs illis, de quibus in ca. debent. 11. q. 3. (vt glossa in c. cum ab ecclesiarum prælatis. de offic. iud. ordin. Panor. ibid. nu. 5. Ioan. Monachus in Extrauag. 1. de sent. excomm. in verb. anathematizamus. & Couar. in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. in 1. part. relect. §. 8. num. 6.) excommunicatio autem maior illis nō adhibitis feratur, Nauarrus tamen in comment. de datis, & promissis, notab. 5. num. 10. vers. addo septimo, & eum sequutus Barth. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 33. §. 1. nu. 3. & alij rectius docent, non ita inter se distingui, tum quia id nullo iure probatur, tum quia in concilio Tridentino, & alijs antiquioribus cōcilijs, nec non in bullis multis Summorum Pontificum constat anathema ferri line cæremonijs illis: tum quia in d. c. debēt. 11. q. 3. Zacharias Papa, cuius illud decretum esse fertur, indifferenter vsus est vocibus illis, anathematis, & excommunicationis, vt patet ex eodem capite, vbi dicitur, (*Qua in conclusione anathematis, vel excommunicationis*) id quod etiam manifeltè satis, ex ca. si habes. & c. certum, 24. q. 3. colligi potest. Solum igitur inter se differunt anathema, & excommunicatio, vt docent Nauar. vbi supra, vers. addo octauo. & Hugolinus cit. sicut genus, & species, est enim excommunicatio genus, & de anathemate, tanquam de sua specie prædicatur.

6 Ceterum non parum inter se dissentiunt authores, qualis vox anathema sit, Græca ne, an Hebræa: Aleiatus enim in c. cum non ab homine. de iudic. num. 106. vocem putat esse Hebræam, pro qua etiam opinione citari solet S. Hieron. in c. 1. epist. ad Galat. vbi ait, *Anathema verbum est propriè Iudæorum*, At vero August. tom. 4. suorū operum, in cap. 41. super Numer. ait, vocem Græcam esse, & significare idem quod *Deuotare*, hoc est, maledicere. Nauarrus autem, vbi supra, notab. 5. vt hos authores inter se concordes reddat, vtramque opinionem amplexus est, existimatque vsu Græcam esse, origine autem, & inuentione Hebræam; addit que nec Hieronymum negare eam esse Græcam, nec Augustinum negare eam esse Hebræam: cōmunis tamen recentiorum sententia est, vocem hanc Græcam esse, vt Couar. Hugolinus, & alij post S. Augustinum vbi supra, Athanasium in c. 9. Romanos, Chrysostomum hom. 16. in epist. ad Romanos, S. Thomam, & Caietanū in c. 9. Roman. qui omnes docent ἀνάθεμα dici ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεσθαι hoc est, sursum ponere vel figendo, vel suspendendo, ita vt anathema dicatur omne separatum à communi vsu hominum. Quæ omnia egregiè explicauit S. Thom. in cap. 1. ad Gala. his verbis; (*Anathema componitur ἀνα, quod est sursum, & θέμα, positio, quasi sursum positio. Et ab ortu ex quadam antiqua consuetudine, antiqui enim quando pugnabant, & prædam aliquam capiebant ab hostibus, quam nolebant conuertere in vsum proprium, suspendebant illam in templis, vel aliquo publico loco ciuitatis, quasi separatam a communi hominum vsu, & omne tale sic suspensum nominabant Græci Anathema. Et ex hoc moleuit cōsuetudo, quod omne illud, quod excludebatur ab vsu communi, diceretur anathematizatum, vnde Iosue 6. dicitur de Hiericho, & omnibus, quæ in ea sunt, quod Iosue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia moleuit, vt illi, qui excluduntur a communi societate ecclesiæ, & a participatione sacramentorum ecclesiæ, dicantur anathematizati.* Hæc Sanctus Thomas. Tria igitur apud scriptores Anathema significare videtur, quæ omnia rectè ex communicatis maiori excommunicatione conueniunt: nam siue dicamus cum Athanasio vbi supra, Anathema significare vel oblationem, & sacrificium; vel quandam seiunctionem, & alienationem; siue dicamus significare maledictum, seu maledictionem, vt existimat S. Augustinus

nus.c.40.& 41. quomodo dicitur Mar. 14. *Petrus cœpit anathematizare*, id est, maledicere, & execrari, quasi Petrus sibi maledictiones imprecaretur, vt maior suo iuramento fides adhiberetur, si nosset hominem, vt testatur S. Hieron. in Zach. 14. in illa verba, *Habitabimus in Hierusalem, & anathema non erit amplius*, id est, maledictio, & abominatio: vtique & hæc excommunicatis ab ecclesia conuenire videntur: siquidem excommunicatus vt ait Chryso. in lib. de anathemate, oblatus est diabolo, & Satanæ traditus, & deuotatus, & à consortio humano sepositus, & separatus, & denique tanquam quid execrabile, & maledictum ab hominibus vitandus: vt ex his quæ tradūt S. Thomas, in c. 1. ad Galat. & Rich. in 4. dist. 18. ar. 5. q. 1. ad primum, colligi potest.

7 Quinto dicitur *Anathema Maranatha*, sic 1. Corint. 16. & Siluerius Papa vt habetur in c. Guilisarius. 23. q. 4. vbi glossa post S. Hieronymū ita interpretatur, vt dicatur excommunicatus vsque ad Domini aduentū, nisi peniteat: cōiunxit enim Apostolus simul vocem Græcam, & Syriacam; *Si quis non amat Dominum, sit Anathema Maranatha*. Anathema, Græco sermone dixit condemnetur; Maranatha, donec Dominus veniat. de qua voce plura legi possunt apud S. Hieron. in 1. Corinth. 16. & epist. ad Marcellam, tom. 3. Couar. vbi supra, Henriquez lib. 13. ca. 20. in fine, & Felin. in c. Rodulphus. nu. 33. de rescript. August. epist. 178.

8 Sextò dicitur *Mors*, sic enim eā vocat Cyprianus lib. 1. dist. 11. non longè à fine vbi hæc habet: (*Non putent sibi vitæ, aut salutis constare rationem, si Episcopis, & sacerdotibus obtemperare noluerint, cum in Deut. 17. Dominus Deus dicat: Et homo quicunque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille. & infra: Interfici Deus ius sit sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes, & tunc quidem gladio occidebantur, quando, & adhuc circumcisio carnalis manebat, nunc autem quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de ecclesia eijciuntur.*) Hæc ille. & similia omnino habentur in c. absit. 11. q. 3. & expresse Inno. in c. per venerabilem. §. sunt autem. Qui filij sint legitimi, excommunicationem mortem appellat, & vtroque in loco refertur auctoritas illa Deuteron. 17. & idem clare habetur in cap. si quis venerit. de maior. & obed. vbi dicitur; Si quis venerit contra decretum Episcopi, ab ecclesia abijciatur. in libro Regum legimus: Qui non obedierit principi, morte moriatur. 1. reg. 13. & in Concilio Agathensi, quod anathematizetur. His cōformis tradunt Panorm. in d. c. si quis. num. 4. & in cap. 1. num. 4. de furt. & Sotus 4. dist. 22. q. 1. ar. 1. vers. eadem veritas. & Hug. vbi supra tab. 2. cap. 33. §. 1. num. 7. vbi docet Excommunicationem appellari mortem, quia sicut mortuus vitæ huius fructibus caret; ita excommunicatus spiritualis vitæ fructibus priuatur.

9 Septimo dicitur *Medicina*, sic enim eam appellat S. August. hom. 50. quæ est de pœni. c. 12. & habetur in c. multi. 2. q. 1. vbi dicitur prohibitio non mortalis, sed medicinalis. & in c. notandum. 24. quæst. 3. Vrbanus Papa ait: disciplina est excommunicatio, nō eradicatio. Innocentius IV. c. 1. de excep. lib. 6. vocat remedium, & medelam: & idem Pontifex, vt habetur in c. 1. de sent. excommunic. li. 6. ait: cum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans. Sicque eam scriptores Scholastici passim appellant, vt S. Thom. in addi. ad tertiam partem, quæst. 21. ar. 3. Alex. de Ales in 4. par. quæst. 22. mēb. 1. art. 2. Bonau. in 4. dist. 18. in vlt. par. dist. quæst. 1. Rich. 4. dist. 18. art. 3. q. 2. Gabr. in 4. d. 18. q. 2. notab. 3. Couar. in cap. alma mater. par. 1. in initio. nu. 9. de sent. excom. lib. 6. Stephan. Costa repet. in c. cum medicinalis. num. 1. de sent. excomm. lib. 6. Hugol. loco cit. num. 5. & alij omnes. Dicitur autem medicinalis tam actiuè, quam passiuè; actiuè, quo ad proferentem, passiuè, quoad eum, in quem talis sententia profertur. Nam vt præfati Doctores tradunt, ipse iudex excommunicās ad instar boni medici se habere debet, cuius intentio est medicinam adhibere, vt infirmus curetur. Intentio enim proferentis hanc sententiam ea esse debet, vt peccatori medelam, & salutem afferat, vt scilicet peccator corrigatur, resipiscat, & à contumacia discedat: vnde 24. q. 3. c. notandum. dicitur: Qui excommunicatur, (vt Apostolus 1. Cor. 5. ait) ad hoc excommunicatur, *vt spiritus eius saluus fiat in die Domini.* disciplina enim est excommunicatio, non eradicatio: & hunc esse finem excommunicantis, aut saltem excommunicationis, constat ex eodem Apostolo. 1. *ad Timoth.* 1. *tradidi*, inquit, *eos Satanæ, vt discant non blasphemare.* Actiuè igitur excommunicatio dicitur medela ex parte ipsius proferentis, immò ex parte ipsius excommunicationis. Passiuè etiam ex parte ipsius excommunicatis medicinalis esse debet, quia excommunicatus eam æquo animo pati debet, & offerre se paratū ad obediendum, & non ad contemnendum, vt sibi ad medelam proficiat, & non ad mortem. 24. q. 3. c. corripiatur. Dū .n. excommunicatus seipsum ita grauari, & opprimi à dæmone videt, & ab omni fidelium consortio separari, facilius resipiscet, vt optimè docet Origenes ho. 2. in Leuit. & refertur 11. q. 3. c. audi denique. Ex quibus constat, ꝙ excommunicatio, dicitur medicinalis in agente, quando ipse agens, & excommunicans rectè ad eam procedit; & in patiente, & excommunicato, quando se humiliter offert paratum ad mandata ecclesiæ mandatis parere. Quod si excommunicatus se rebellem exhibuerit, & contumacem, licet ei tunc excōmunicatio lethalis erit, non medicinalis, alijs tamen ecclesiæ membris medicinalis erit, dum illius exemplo, & pœna peccare desistant, et corrigantur: resecandum est. n. putridum membrum, ne totum corpus putrescat. cap. resecandæ. & c. corripiantur. 24. quæst. 3.

10 Octauo dicitur *Mucro episcopi*, sic enim eam vocat Ioannes Papa, vt habetur 16. q. 2. c. visis. in fine. S. Hieronym. epist. 1. vocans eam mucronē spiritualem, ait; *In veteri lege quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore, nunc verò inobediens spirituali mucrone truncatur, aut eiectus de ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.* Et ab Augustino lib. de correpct. & gratia. ca. 15. dicitur, *episcopale iudicium.* Et refertur in c. corripiantur. 24. q. 3. vbi glossa, in verb. episcopale. vocat eam *mucronem Episcopi.* Quo etiam nomine eam appellat Cælestinus III. in c. cum non ab homine. de iudic. vbi Panorm. nu. 23. ideo mucronem episcopalem dici vult, quia eam Episcopi tantum proferre debent. Cui expositioni fauet glossa in cap. transmissam. de elect. vbi habet, iurisdictionis episcopalis esse ferre censurā. Id quod satis colligitur ex cap. Episcopi. & c. Nemo episcoporū. 11. q. 3. Sic etiam ab Innoc. III. appellatur absolutè mucro, in c. quonia in plerisque, de offic. ordin. & ab Innoc. IV. in c. dilecto. de sent. excō. libr. 6. dicitur mucro spiritualis, & gladius ecclesiasticus. Quo nomine diu ante, eam appellauit gloriosus martyr Cyprianus li. 1. epist. 11. & alias epist. 62. ad Pomponium, dicens: *Spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de ecclesia eijciuntur.* Et meritò hoc nomine patres eā appellarunt: quia sicut in veteri lege, voluit Deus, vt qui voci sacerdotis non obtemperaret, gladio moreretur, vt testatus est S. Hieron. vbi supra, & refertur in c. absit. 11. q. 3. ita in ecclesia, quę Synagogæ successit, excō municationem reliquit, vt homines rebelles, & contumaces gladio hoc spirituali coerceret. Et sicut (vt rectè notat Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 1.) princeps vti debet gladio tēporali ad correctionem malorum, ita & prælatus ecclesiæ excommunicatione tanquam gladio spirituali vti debet, vt eo contumaces in officio contineat, & ecclesiasticam disciplinam tueatur. Atque hi sunt duo gladij, scilicet, ciuilis, & spiritualis, quos Lucæ 22. Christus dixit satis esse ad Christianam familiam gubernandam, vt interpretatur Sotus in 4. distin. 22. q. 1. art. 1. vers. eadem veritas.

11 Nono dicitur *Virga ferrea*; Sic enim eam vocat Sanctus Hieronymus epist. 58. dicens: *Miror sanctum Episcopum,*

pum, in cuius parochia esse presbyter dicitur, acquiescere furori eius, & non virga Apostolica, virgaque ferrea confringere vas inutile, & tradere in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Sic autem dicitur: quia nulla alia censura ecclesiastica sic apta est hominum audaciam, & superbiam comprimere, & constringere, vt est excommunicationis pęna.

12 Decimo appellatur *Neruus ecclesiasticæ disciplinæ*; Sic enim vocant eam Inno. IIII. in c. cũ inter. de consuetud. & Clemens V. in clem. 1. de sent. excom. Sicut enim neruis membra corporis simul iunguntur, quò munia, & officia sua obeant, ita Christi fideles hæc ecclesiastica censura in officio suo continet. vt tradit Hugol. de eccles. censur. tab. 1. c. 12. num. 3. & cap. 27. §. 3.

13 Vndecimo, *maxima omnium pœnarum* dicitur, quæ est in ecclesia; ita enim testatur S. Augustinus de corrept. & gratia, cap. 19. & refertur 24. q. 3. c. corripiantur. & glossa ibi, & idem August. lib. 8. contra aduers. legis, & prophe. ca. 17. quem refert Sotus 3. dist. 22. q. 1. art. 1. vers. est ergo, ait: *Grauius esse hominem excommunicari, quam si gladio feriretur, flammis exureretur, feris subijceretur.* Et trac. 27. ad cap. 6. Ioannis, & habetur 11. q. 3. c. nihil. ait Augustinus: *Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari a corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius: Si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius.* Quod autem maxima pœnarum sit, pluribus tradit Panorm. in c. cum sit generale. num. 9. de foro compet. & in c. olim inter. num. 10. de restitut. spoliat. & in c. postulasti. num. 5. de Iudæis, & colligitur ex c. sacro. de senten. excom. vbi glossa, in verb. tantam. Meritò autem maxima pęnarum dicitur, tum quia priuat nos bonis spiritualibus, quæ temporalibus longè præstant; tum quia grauis pœna est inter homines esse, & ipsorum commercio priuari, vt dicitur in l. Si, qui sanctam. C. de apostat. id quod efficit excommunicatio maior. cap. 1. de except. lib. 6. & ibi glossa in verb. communibus, tum quia excommunicati non solum tanquam Ethnici, & Publicani à populo, & tẽplo Dei separati habentur, Matt. 18. sed peioris longè conditionis sunt; ad mensam enim paganorum si quis ire voluerit, sine vlla prohibitione permittitur, at verò cum excommunicato neque orare, neque loqui, neque vesci licet. 1. Corinth. 5. & can. ad mensam. cap. excommunicato. & cap. qui communicauerit. 11. q. 3. & cap. infideles. 23. q. 4. tum quia excommunicatus traditur Satanæ, 1. Corint. 5. & c. audi. & c. omnis Christianus. 11. qu. 3. vbi dicitur: *Omnis Christianus, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur, quomodo? scilicet, quia extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo tra-*
14 *ditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur.* † Rectè igitur omnibus alijs pœnis excommunicatio maior, & grauior est, quo sensu in cap. cum non ab homine. de iudic. Cælestinus III. ait: *ecclesiam post anathema latum, non habere vltra quod faciat*, hoc est, maiorem pœnam non habere. Quamuis enim pro crimine aliquando tradat quem curiæ sæculari, vt pro crimine hæresis. in cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & in cap. ad abolendam. tit. eo. & in falsante literas Apostolicas. cap. ad falsariorum. de crimine falsi. & cap. nouimus. de verb. sign. Aliquando ẽt pœnam damnationis ad carceres infligit, vt in cap. excommunicamus. 2. de hæret. & in c. quamuis. de pœnis. lib. 6. Aliquando etiam imponit seruitutis pœnam, vt c. eos. d. 32. & in c. cum multæ 15. q. 8. Aliquando etiam pœnas verberum infligit, fustigatur enim quis etiam propter crimen, sic enim clericus ebrius corporali supplicio castigatur. c. fin. dist. 35. vbi glossa ait, in verb. aut corporali, quadraginta ictibus castigandum esse. & c. 1. de calum. similis pœna calumniatori infligitur. His tamen omnibus grauior est excommunicatio; illæ enim corpus tantum lædunt, & cruciant, hæc animam punit, & bonis spiritualibus, nimirum sacramentis ecclesiæ, & communione Christi fidelium priuat, vnde ab Anthero Papa, & a S. Hieronymo in epist. ad Heliodorum, *Spiritualis animaduersio* appellatur; id quod etiam docet glo. in cap. auaritiæ. in verb. spiritualib. de elect. lib. 6. & nos supra declarauimus.

15 Ex hactenus dictis colligitur, qualiter intelligendi sint Doctores, qui excommunicationem varijs pœnis ciuilibus compararunt. Nam glossa iuris ciuilis, Instit. de cap. dimin. in §. media. affirmat excommunicatos æquiparari posse ijs, quibus interdicta sunt aqua, & ignis, quia sicut is, cui interdicitur aqua, & ignis, recipi non poterat, nec ei subueniri, ita nec excommunicatus. Alij vt Bar. in l. 2. de publ. iudic. existimat æquiparari deportato, quia sicut deportatus ciuitatem amittit, nec a suis recipi debet. l. quidam. ff. de pœn. ita nec excommunicatus. arg. c. sicut Apostoli. cum trib. seq. 11. q. 3. Alij vt glo. in c. pastoralis. §. verum. in verb. subtrahuntur. de appel. & Io. Andr. in c. decernimus. de sent. excom. lib. 6. excommunicationem pœnæ relegationis comparant, eo quod sicut relegatus, licet excludatur à ciuitate, iura tamen ciuilia retinet, l. 4. & in l. relegatorum, §. hæc est differentia. ff. de interdictis, & relegat. Sic etiam excommunicatus, licet recipi non debeat, tamen iura sua retinet: & hanc glossæ sententiam sequutus est Steph. Costa repet. in rubr. de sent. excom. lib. 6. nu. 21. Sed vt rectè notant Panor. in c. pastoralis. §. verum. nu. 19. Steph. Costa vbi supra, & Hugol. de censu. eccles. tab. 2. c. 25. §. 2. licet similitudo hæc excommunicati cum præfatis in aliquibus valeat, in alijs tamen est falsa: Nam quoad tẽporalia omnino falsa est, quia nec aqua, nec ignis omnino excommunicatis interdicta sunt, cum in necessitate excommunicatis subuenire liceat: vt docet glo. in cap. cum desideres, verb. excommunicationis pęnam. de sent. excom. & habetur in c. quoniam multos. 11. q. 3. aqua tamen, & igni interdictis succurrere non licet. Deinde deportatus perdit ciuilem libertatem & omnia, quæ sunt iuris ciuilis, vt l. quidam. ff. de pœnis; excommunicatus verò ista omnino non perdit, immò potest donare secundum communem opinionem, & testari de bonis suis, vt notat glossa, cum Ioan. And. in c. decernimus. de sent. excom. lib. 6. & fusius declarat Panor. in c. veritatis. n. 32. de dolo, & contumac. vbi citat pro hac re Feder. cons. 71. & Bar. in l. si quæramus. ff. de testam. & Io. And. in c. pia. de except. lib. 6. Et denique relegato non denegatur communio hominum, nec sacramentorum, secus in excommunicato; & quia potest quis relegari respectu certi loci, l. relegatorum. ff. de interdict. & releg. at verò excõmunicatus in vno loco, vbique vitandus est. Panor. in d. c. pastoralis. §. verum. nu. 19. de appellat. & in c. 1. de rapt. & in c. ad reprimendam. nu. 2. de offic. iud. ordin. & habetur in c. curæ. 11. q. 3. Quoad aliqua tamen excommunicatio illis pœnis comparari potest: Primò quidem, quia sicut deportati, relegati, & aqua, & igni interdicti extra suam patriam eijciuntur; ita excommunicatus extra ecclesiam eijcitur. Secundò, quia sicut illi in eisdem locis, vnde eiecti sunt, commodum reportare nequeunt; ita nec excommunicatus ecclesiæ fructibus frui potest. Tertiò, sicut illi in locis, vnde eiecti sunt, non debent recipi; ita nec excommunicatus in vlla parte ecclesiæ recipi potest, cum ab ea expulsus sit. Qualis ergo, & quanta pœna sit excõmunicatio, & quibus nominibus appelletur, hactenus dictum sit.

De origine, definitione, & diuisione Excommunicationis. Cap. IV.

S V M M A.

1 *Excommunicationis vmbra quædam, & vestigium fuit in statu legis naturæ.*

2 *Eiectio Adæ ex Paradyso vmbra fuit eiectionis excommunicatorum ex ecclesia.*

3 *Huius etiam vestigium fuit apud Gentiles, maximè apud Romanos, & Gallos.*

4 *Censura excommunicationis figura etiam olim apud Iudæos erat.*

5 *Excom-*

5 *Excommunicationis propria ratio nec apud Gentiles, nec apud Iudæos fuit. sed hæc solum est in ecclesia nouæ legis, & quare.*

6 *Excommunicandi potestatem ecclesiarum prælati pro occasione oblata ab ipsis Apostolorum temporibus exercuerunt.*

7 *Eam etiam Apostolus Paulus aliquoties exercuit.*

8 *Excommunicatio diuersa ratione tum de iure Diuino, tum etiam de iure humano positiuo esse dicitur.*

9 *Excommunicationis definitio communiter à Doctoribus tradita nomen potius, quam rem ipsam explicat.*

10 *Excommunicationis definitio verior ab authore affertur, & explicatur.*

11 *Excommunicationis capax non est, qui baptismum non recepit.*

12 *Triplex bonum in communicatione, & participatione ecclesiæ, & fidelium acquiritur, & quodnam illud sit.*

13 *Excommunicatio maior solum conuersationis exterioris, & receptionis sacramentorum bono priuat; charitatem vero non aufert, sed per peccatum mortale commissum ablatam eam esse præsupponit.*

14 *Quo sensu ecclesiam per excommunicationem non damnificare hominem, sed ostendere damnificatum, S. Bonaueutura, & Gabriel docuerint.*

15 *Glossa affirmans excommunicationem iustam quoad Deum, parum aut nihil operari, cautè omnino legenda est.*

16 *Lutherus excommunicationem pœnam tantum externam esse censuit, & diligendam magis, quam timendam.*

17 *Ecclesia per iustam excommunicationem quibus bonis spiritualibus, & internis homines priuet.*

18 *Excommunicatio varijs modis diuiditur, scilicet, in maiorem, & minorem; & cur maior, & minor appelletur.*

19 *Excommunicatio simpliciter, & absolutè in iure, vel ab homine prolata, de maiori intelligitur, & quare.*

20 *Excommunicatio maior alia iusta, alia iniusta est, & quæ ad iustam requirantur.*

21 *Excommunicatio quædam valida est, quædam inualida.*

22 *Excommunicatio alia est à iure, alia ab homine; illa est perpetua, non sic ista.*

23 *Excommunicatio lata ab homine & generalis, & specialis esse potest.*

24 *Excommunicationum quædam reseruatæ sunt, quædam autem non reseruantur, & quis ab vtrisque absoluere valcat.*



VAMVIS excommunicatio nonnullis res aut
noua, aut non tam antiqua visa sit, alij tamen
rem vetustiorem esse docent, quam vulgò credi-
tur. Siquidem huius ecclesiasticæ pœnæ species
quædam, & vmbra fuit etiam in statu legis naturæ; † nam
2 quædam, & vmbra fuit etiam in statu legis naturæ; † nam
Adam ad modum excommunicationis prohibitus est ab
esu ligni scientiæ, Domino dicente: *Videte, ne forte sumatis de ligno vitæ, & de Paradyso eiectus est. Gen. 3.* Vnde
& excommunicatus vocatur in cap. ad mensam. versic.
hæc sententia. 11. q. 3. & clarè S. Hieronymus in cap. 6.
Oseæ, hanc eiectionem excommunicatorum ex ecclesia,
similem esse dicit eiectioni Adæ ex Paradyso: quod idem
tradunt expresè Franciscus Arias de Valderas. repet. in
cap. porro. de sent. excom. num. 4. & Henriquez lib. 3. de
pœnit. cap. 4. §. 4. litera O. & lib. 13. de excommun. cap. 2.
3 §. 4. litera L. † Sed & apud Gentiles, vestigium huius fuit,
maximè apud Romanos, cum videlicet aliquis ob perpetratum nefandum aliquod facinus, Diti deuouebatur, siuē Diris; dictæ enim Diræ erant Furiæ infernales, & talis (vt tradit Dionysius Halicarnassæus lib. 2.) poterat à quolibet impune occidi. Sic etiam apud Gallos, si qui eorum sacerdotibus, qui à *Druy* Rege 4. Celtarum, *Druydæ* dicebantur, non paruissent, sacrificijs eorūdē interdicebātur. Quæ pœna apud illos grauissima fuit; nam quibus sic interdictum erat, ij in numero sceleratorum habebantur, & ab ijsdem omnes discedebant, aditum, sermonemque fugiebant, ratinimirum, quacunq; leui cum eis communicatione eorum contagione affici: insuper nec ijs ius petentibus reddebatur, nec etiam honor vllus exhibebatur, vt fusius scribit Cæsar, comment. de bello Gallico lib. 6. quem locum refert Andreas Tiraquel. lib. 1. de vtroq; retractu. p. 1. glo. 9. §. 1. num. 272. cum sequent. Idem de alijs gentibus testantur Plato, libr. 9. de legib. prope finem. & ibi Marsil. Ficin. & Alexan. ab Alex. libr. 3. Genial. dierum. cap. 5. Plin. lib. 16. cap. 44. Hugolin. de eccles. censur. tab. 2. cap. 33. & ex Theologis Cornel. Iansenius in Concord. cap. 78.

4 Apud Iudæos etiam, vt rectè notat Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 1. vers. Ad hæc, in antiqua lege huius censuræ, id est, excommunicationis figura quædam fuit in leprosis, qui extra castra excludebantur. Leuit. 14. & Num. 5. Si enim ad cauēdam corporis contagionem illi tunc è castris sunt eiecti, multo æquius ad cauendam spiritualem labem hæretici, & alij rebelles ex ecclesia eijciuntur. Exemplum ēt fuisse videtur Ioan. 9. vbi hāc pœnā cōminati sunt Pharisei eis, *qui Iesum confiterentur esse Christum*. Qua ēt pœna afficiendos fore Apostolos Christus prædixit, dicens: *Absq; Synagogis facient vos. Ioan. 15.* Vnde Cyril. lib. 6. c. 20. in Ioan. ait; *Magnum reuera apud Iudæos opprobrium ducebatur, si quem de Synagoga eiecissent, sicut enim nunc homicidæ, vel adulteri, vel ceteri capitalibus criminibus rei ab ecclesia pelluntur; ita tunc confessores Christi à Synagoga Iudæorum eliminabantur.* Hæc ille. Apud Essenos quoque teste Iosepho lib. 2. cap. 7. de bello Iudaico, terribile fuit excommunicationis vestigium, ait enim: *Deprehensos in peccatis à sua congregatione depellunt, & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerunque morte consumitur. Illis quidem ritibus, & sacramentis obligatus neque capere ab alijs oblatum cibum potest: herbas verò pecudum more decerpens, & fame exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerunque miserati extremum spiritum agentes receperunt, sufficientem pro peccatis eorum, quæ vsque ad mortem adduxerit, pœnam fuisse censentes.* Hactenus Iosephus.

6 Ceterum, vt rectè monent Sotus vbi supra, & Henriquez libr. 13. cap. 2. in fine, & Hugol. loco citato, apud Gentiles, aut Iudæos, propria excommunicationis ratio, & vis non fuit, vt tradunt S. Tho. in addit. 3. p. q. 19. art. 1. & q. 22. art. 1. Matt. Ledel. 2. 4. q. 21. artic. 1. cum excommunicandi potestas à clauibus descendat, quæ legis naturæ, aut veteris sacerdotibus non inerat: sed potestatem hanc Christus Ecclesiæ suæ tradidit, Matt. 18. vbi Christus loquitur de correctione fratris delinquentis, & concludit: *Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* vt docent Durand. in 4. d. 18. quæst. 3. num. 6. Bon. 4. dist. 18. in vlt. par. dist. quæst. 1. in princ. S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. artic. 2. & post hos Adrianus in 4. trac. de clauibus. artic. 3. vbi ait; Doctores excommunicationis fundamentum trahere ex illo. *Matt. 18. Si ecclesiam non audierit, &c.* Qui sanè locus idipsū manifeste probat, neque enim sermo illic est de euitando, & fugiendo aliquo priuata auctoritate, sed publica prælati sententia; siquidem postquam dixerat: *Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus:* auctoritate ecclesiæ, id est, prælati illum ex consortio hominum eiectum fugiendum monet: quod etiam subsequentia verba declarant, ait enim Christus: *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celis.* Ac si diceret, si contumax, & rebellis quis fuerit, si ecclesiā non audierit, si ecclesiæ prælatis inobediens sit, sit tibi tanquam

Ethnic-

Ethnicus,& Publicanus. Et si quæras qua auctoritate talem declinare debeas, statim subditur petitioni responsio, *Quaecunque ligaueritis &c.* Quia per ecclesiasticam potestatem Prælati ligatus est, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Excommunicandi proinde auctoritas à Christo tradita est, id quod disertis verbis tradit S.Chrys.homi.4.io c.2.Epist.ad Hebræos,& refertur in c.nemo contēnat.11.q.3.vbi dicitur; *Nemo contemnat vincula ecclesiastica. Non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui nobis hāc potestatem dedit, & dominus fecit homines tanti honoris.*

6 Hanc excōicandi potestatē à Christo ecclesię traditam ecclesiarū prælati pro occasione oblata, ab ipsis, Apostolorum tēporibus exercuerunt; nā ipsemet Paulus, dum illū fornicatium Sathanę traderet, 1.Corint.5.illum excōmunicauit. hoc enim est, *tollere eum de medio, seu tradere Sathanæ.* Id quod tanquam ecclesiæ prælatus, fecit, vt verba ipsa manifestant. *Ego iudicaui cum virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominem Sathanæ &c.* Quasi diceret, Ego tanquam iudex, potestate mihi tanquam iudici à Domino nostro Iesu Christo tradita, excommunicationis sententiam in eum protuli, & tradidi eum Sathanæ. Cum enim homo per excommunicationem abijciatur a cœtu fidelium, quicquid est extra hunc cœtum, Sathanæ est, & ad Sathanam pertinet, vt habetur in cap. omnis Christianus.11.q.3.Id m docent Patres, vt Orig. hom.2.iu ca.2.Iudic.& refertur in c.audi.11.q.3.dicens, *Non solum per Apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed & ligandi. Traduntur autem peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à corpore Christi separantur.* Eundemq; modo exponunt hunc locum oēs expositores tum Græci, tum Latini, & ēt Tertul.lib.de pudicitia,ca.13.& 20.Hilar.in Psal.118. Hieronym.in Ezech.c.17.Ambr.lib.1.de pœnitentia.ca.14. August.lib.de fide,& operib.cap.26. Eadem etiam excōmunicandi censura ad coercendam contumaciam delinquentium vsus est Paulus sæpè alias, vt 1. Timot.1.dum duos illos Hæreticos Alexandrum, & Hymenæum dicit *se tradidisse Sathanæ, vt discerent non blasphemare.* Et 2. Thes.3.vlt, *Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamine cum illo, vt confundatur.* Et Tit.3. *Hæreticum hominem post vnām, & secūdam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Vnde apparet hunc excommunicandi vsum nec nouum esse, nec inane inuentum esse ecclesiæ, sed habere solidum, & firmum fundamentum in doctrina Christi, & Apostolorum. Nunquam enim hanc excommunicandi potestatem ecclesia sibi vsurpasset, nisi intelligeret eam à Christo spōso suo sibi traditam fuisse, vt pluribus contra hæreticos docent, & demonstrant Io. Roffensis contra Lutherum ar.23.Io.ExKius in Enchirid.ar.21. Alphonsus à Castro lib.7.de hæres.in verb.excommunicatio. Adrianus Papa VI.in 4.Seotent.tract.de Clauibus, art.3. Albertus Pighius lib.5.de Ecclesi.Hierarchia.ca.2. Sotus in 4.dist. 22.q.1.art.1.Couar.in alma mater.de sent.excom. libro 6.in 1.part.relect.in initio,& 11.q.3. per totum referuntur Patrum auctoritates.

8 Ex dictis etiam colligi potest responsio ad illam quæstionem, quæ inter Theologos controuertitur; An scilicet excommunicatio de iure diuino, vel potius humano sit. Quidam enim existimant iure diuino excommunicationem ferri contra hominem conuictum hæreticum, propter illa S.Pauli ver. Tit.3. *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita.* Et 2. Thessal. 3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Et 1. Ioann.1. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam* (scilicet illam veram quam Apostolus docuit) *non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* vt Iac.Almain.in 4. dist.18.q. 1.cuius opinionem defendi posse tradit Nauar.de orat.& horis canonicis.cap.22.nu.9.& Castro.libr.2.de iusta hæret.punit.cap.11.18.dicit esse probabilem, Ioann. Driedo, de libert. Christ.lib.2.seu ca pit.2. p. 3. artic. cum sideratione 9. fol. 136. expresse sententiam Almayni tuetur & Couar.in c. alma mater. 1.par.§.1.num.1.de sent. excom.lib.6. Alij tamen vt Sot.4.dist.22.q.1.art.1. vers.ex his autem Henriquez lib.13.de excom.c.2.§.3.qui alios refert, & Hugol.de eccles.censur.tab.1.c.1.& 2.& inclinat Nau.vbi sup.& in man.c.27.n.13.& Caiet.de auctorit. Papæ.c.17.& Panor.in c.cum desideres, nu.3.de sent. exc.id negant. Nam, vt experientia constat, etiam publicos hæresiarchas exteriores Papa non solum denunciat, sed sua sniā, & iure humano excōicat.& Paulus tanquam ecclesiæ prælatus aliquos excōicat, immò hæreticum vitandum monuit, *Sed post vnam, aut secundam correptionem.* Vnde fallitur Nauar.in d.c.22.nu.9.de orat.& horis canonicis, dicēs aliquam excommunicationem iure Diuino latam esse. Dicendum igitur est, quod cum in excōicatione duo considerari possint, nimirum potestas excōicandi, & modus, seu forma excōicandi; vtrumque dici debet excommunicationem quo ad illud primum esse de iure diuino; potestas.n.excōicandi à Christo ecclesiæ data est, Matt.18. vt superius docuimus: At verò quoad scdm, de iure humano est: Quāmuis enim Christus eam potestatem ecclesię tribuerit, modū tamē,& formā excōicandi, & effectus hos,& illos, s.priuandi què cōione sacramentorum, & fidelium,& bonis, & suffragijs cōibus ecclesiæ nō præscripsit; sicut neq; constituit, vt quis per suspensionē à functionibus ecclesiæ arceretur; & per interdictum à Diuinis repelleretur; sed ecclesia ipsa hos puniēdi modos à Spiritu Sancto edocta, (potestate sibi diuinitus collata) iure humano à se constituto præscripsit: vnde & ea, quæ ad bonū regimē ecclesiæ,& salutē aīarū expedierint, addere, admere, mutare, & dispensare in eis pōt: cuius rei exemplum manifestum est in f.r.6.Parasceues, quo tempore, & non alio, pro hæreticis, & excōicatis orat, vt rectè notauit Hēnriquez vbi sup. Et cū olim iure ipso tenerentur Christiani occultū excōicatū, si illis notus esset, occultè deuitare, vt hī in decretis duorum Sum norū Pōtificū, Clem. III. in c.cū desideres.& Innoc.III.in c.a nobis.2.de. sent.exc. postea tn̄ duo iidem Concilia, s.Constantiense, & Basiliense, (quorum decretū in Bulla Martini V. quæ incipit, *Ad euitanda scandala*, hī pp vitanda scandala, pericula, & timoratorū scrupulos,& piè,& sanctè statuerunt, & sanxerunt, ne quis teneatur ēt in administrando, & recipiēdo sacra, nec in alijs officijs diuinis vitare alios censura ligatos, nisi homo sit non solum excōicatus specialiter, idest, nominatim, sed publicè denunciatus à iudice, aut notorius clerici percussor. Excōicatio igitur & de iure diuino, & etiā de iure positiuo esse diuersa rōne dr. De iure Diuino, ratione potestatis à Christo, Deo, & homine, ecclesiæ tributæ; De iure autem humano, ratione modi, & formæ; qua ecclesia in Excommunicando, vtitur, & quia hominib.est collata, et p hoīes exercetur, vt dicitur in Extrau.vnā Sanctā.§.est autem hæc auctoritas, & ibi gl. de maio.& obed. Sed de origine excōicationis hęc satis sint.

9 Excōicationis definitio traditur à S. Th.in addit.ad 3. p.q.21.ar.1.Bon.4.d.18.in vlt.p.d.q.1.Richar.4.d.18.arti.3.q.1.Scoto 4.d.19.§.de 5.art.Gabr.4.dist.18.qu.2.art. 1.notab.1.Soto 4.d.22.q.1.art.1.§.igitur si excōicationē. Martino Ledes.2.4.q.23.art.1.Adrian.in.4.q.de clauib. arr.3.Henriquez lib.13.de excom.c.1.§.1.& à canonistis in rubrica de sent.excomm. vbi Panorm.num.3.Nauarr. in manuali,c.27.nu.1.Couar.In c. alma mater.in 1. par. relect.in initio,num.1.& seq. qui licet inter se verbis differant, sensu tamen non discrepant. Qui enim definiunt eam esse separationem à qualibet licita cōmunione fidelium, cuius meminerunt S.Thomas,& Panor. vbi supra, & etiam Franciscus Arias de Valderas repet.in rub.in c. porrò,de sent.excom.vbi Panor. eam fuam fuisse Goffredi,& Hostiēsis esse dicit, nomē potius ipsum excommunicationis, quam rem ipsam explicare voluerunt: sicut enim cōmunio participationem, & societatem quandam

in rebus, sermonibus, & beneficijs significat, ita excommunicatio separationem ab ijsdem importat, vt satis colligitur ex c. nihil, 11. q. 3. vbi dicitur separatio quædam. & c. de illis. & ca. certum est. 24. q. 1. Quam definitionem Panorm. refellit tamquam nimis generalem, eo quod hac ratione tot essent species excommunicationis, quot sunt species communionis; & quia secundum hanc definitionem iudex sæcularis posset communicare, quia posset priuare quem, a communione hominum, & tamen talis separatio nō est propriè excōicatio, de qua nunc agitur.

10 Excommunicatio igitur in genere, vt se extendit ad maiorem, & minorem, sic definiri potest. *Excommunicatio est censura ecclesiastica à canone, vel iudice ecclesiastico prolata qua Christianus à communione ecclesiæ, quoad fructum & suffragia generalia eius, & conuictu fidelium excluditur.* Quæ definitio ex prædictis authoribus colligitur, & optima est, & sic intelligenda.

Primò enim dicitur [*Censura ecclesiastica*] id est pœna, vt superius ca. 1. diximus, quæ particula loco generis ponitur, censura enim tres illas, scilicet, excommunicationem, suspensionem, & interdictū continet. c. quærenti, de verb. signif. Additur, *ecclesiastica*, vt distinguatur à censuris, & pœnis ciuilibus, & sæcularibus; vel vt significetur, quod quamuis censuræ habeant aliquod fundamentum in scripturis, nulla tamen est censura iure Diuino introducta, sed omnes introductæ sunt iure ecclesiastico, idest, auctoritate ecclesiæ, vnde fit, quod à quacunque censura ecclesia absoluere possit.

Secundò, ponitur, (*A Canone, vel iudice ecclesiastico prolata*) Homo enim, & ius censuram hanc ferre possunt, vt Doctores communiter concludunt. Innocen. in cap. 1. de sent. excom. Hostiensis in summa. tit. de senten. excomm. Panor. in rubr. de sent. excom. & nos in sequentibus dicemus, cum de causis sufficientis excommunicationis agemus, Tunc autem, vt rectè notant Tho. de Argent. 4. d. 19. q. 1. art. 4. & Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. notab. 1. incidit quis in excōmunicationem à canone latā, quando facit aliquid, quod expressè prohibitum est sibi aut modū statuti sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & tamen, ac illud facit, sine aliquo alio mandato iudicis censetur excommunicatus: Tunc autem incidit in excommunicationem à iudice latam, quando vel à iudice excommunicatus denunciatur, vel contumaciter se habet contra monitionem, vel præceptū iudicis vallatum lata sententia ex cōicationis. Et dicitur, à iudice ecclesiastico, quia separatio, quæ fit per iudicem secularem, regulariter non est excōmunicatio, vt notat Panor. in rubr. n. 3. de sent. excom.

11 Tertiò dicitur, (*Qua Christianus.*) Quia excommunicationis capax non est, qui non fuit factus Christianus per fidem, & Baptismū; non enim priuari potest ecclesiæ communione, qui nunquam ad eam admissus fuit. arg. c. omnis Christianus. 11. q. 3. & c. gaudemus. de diuorr. & colligitur ex 1. Corinth. 5. Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare? Quod si quis semel baptizatus sit, licet postea fidem abneget, quia tamē remanet character indelebilis; semper subiacet ecclesiasticę potestati, & excōicari potest.

12 Quartò dicitur [*à communione ecclesiæ quoad fructum & suffragia generalia eius, & conuictu fidelium excluditur.*] Quibus verbis denotatur proprius effectus censuræ excommunicationis. Nam cum triplex bonum sit in communicatione, & participatione ecclesiæ, & fidelium, ad quam communicationem ad mittimur per baptismum qui est ianua sacramentorum: Quorum primum est in conuersatione exteriori, qua fideles conueniunt ad orationes, & conuersantur simul loquela, cibo, salutatione, & alijs id genus. Secundum est in receptione sacramentorum, dū vnus ministrat, & alius suscipit; & in alijs suffragijs ecclesiæ, vt sunt sacrificia, orationes publicæ, quæ à ministris in persona ecclesiæ, fiunt. Tertium est in actibus legitimis spiritualibus, siue in bonorum spiritualium participatione, quæ fit vel ratione intentionis, dū vnus pro alio orat, vel aliud suffragium facit; vel ratione charitatis, quæ facit omnes vnum esse in Deo, iuxta illud *Psalm.* 118. *Particeps ego sum omnium timentium te.*) Ex hoc enim quod fideles sint in charitate, & omnes fideles vnum corpus constituunt in Christo, Rom. 12. 1. Corinth. 12. Epi. 4. vnusquisque fidelis particeps est bonorum omnium, quæ fiunt in ecclesia sine aliqua alia applicatione, quemadmodū in corpore naturali singula mēbra participant bona totius corporis, de qua mentio fit in Symbolo Apostolorū, vbi dicitur: Credo Sanctam ecclesiam, Sanctorum communionem. Omnes enim qui in charitate sunt, quia proximos amant, iuxta illud 1. Ioan. 4. *Hoc mandatum habemus à Deo; vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum;*) consequenter bona sua eis etiam communicant, (communia sunt. n. amicorum bona) vnde orante vno fideli existente in charitate, reliqui omnes existentes in charitate, illius orationis participes sunt, etiam illæ, qui orant, aut merentur, de alijs fidelibus non cogitantibus; & vnus pro alio satisfacit, ēt illo nesciente, pro quo fit satisfactio. Sicut igitur triplex bonum est, in quo fideles coicant, vt tradunt S. Tho. in addit. 3. partis, q. 21, ar. 1. Alex. de Ales 4. par. q. 22. memb. 1. ar. 2. Bonau. 4. dist. 18. in vl. par. d. q. 1. Durand. 4. distinc. 18. q. 3. Tho. de Argent. 4. dist. 19. q. 1. art. 4. ad 4. Gab. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. notab. 1. Caiet. to. 1. opusc. tract. 19. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 1. vers. igitur si excō municationem, Ledesm. 2, 4. q. 23. ar. 1. Nau. in man. cap. 27. nu. 17. & 18. Cuuar. in c. alma mater. 1. par. relect. initio. num. 2. de sent. excomm. lib. 6. & alij, ita etiam triplex ē contrario est priuatio boni, (est enim excommunicatio nihil aliud, vt ratio nominis docet, quam priuatio communionis.) Quātum igitur ad suffragia generalia siue temporalia, quæ sunt in conuictu ciuili, siue quoad spiritualia, quæ propriè sunt suffragia ecclesiæ, & consequenter quoad communionem bonorum primi, & secundi generis, his omnibus priuatur excommunicatus maiori excōmunicatione, ita scilicet, ne ille excōicatus cōmunicare possit alijs, nec alij sibi in publicis orationibus, aut sacrificijs, neque ēt in orationibus priuatis, quas ipsimet fideles inter se instituunt, neque cum alijs officium Diuinum audire potest, neq; etiam cum alijs hominibus in actib. ciuilibus communicare valet, vt suis locis fusius dicetur. Bona verò tertij generis excommunicatio nō tollit; charitatem enim excommunicatio non aufert, sed sublatam supponit, & ita operatur primò non quidem, vt nonnulli putant, exclusionem à gratia Dei, sed declarationem exclusionis iā factæ per peccatum mortale, vt ait Nauarr. in man. c. 27. num. 17. & alias exteriores pœnas, vt suo loco dicemus. Hic igitur excommunicationis in communi sensus est, quæ definitio facile aptari potest iam maiori, quam minori excommunicationi, nam prædicta simpliciter conuenit maiori, vnde Excommunicatio maior definiri potest, *Separatio à communione ecclesiæ quoad sacramenta, & suffragia eius, & quoad conuictum fidelium.* Excommunicationi verò minori, quæ nōn habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat, secundum aliquid tantum conuenit, vt ait, S. Thom. in addit. 3. par. q. 27. ar. 1. ad 4. vnde definiri potest; *Excommunicatio minor est separatio a participatione, & communione sacramentorum tantum, non hominum.* Ex Gab. 4. dist. 18. q. 2. ar. 1. notab. 1. Soto 4. d. 22. q. 2. ar. 3. Francisco Arias in repe. in rubr. ca. porro. nu. 3. de sen. excom. Henriquez lib. 13. de excom. c. 3. §. 1. & colligunt DD. ex cap. si celebrat. de cler. excom. minist. Ex qua definitione multa inferūtur.

13 Primum est, quod quando Doctores docēt excommunicationem maiorem priuare hominem à communione bonorum ecclesiæ, intelligendi sunt de bonis primi, & secundi generis tantum, non tertij. Nam quamdiu quis excommunicatus est, nec ab ea absolutus, siue sit in gratia, siue non, priuatur communione, consortio, & societate fidelium, & participatione sacramentorum tā actiua, quam passiua, & communibus ecclesiæ suffragijs, quæ nec bona sua cōmunicare, nec orare intendit pro excommunicatis, nisi vt resipiscant à sua inobedientia, & redeant ad gremium ecclesiæ,

ecclesiæ, vt rectè notauit Durand. 4. distinct. 18. quæst. 3. num. 5. Si vero quis contritus sit in gratia, etiamsi excommunicentur, & ab ea nondum absoluatur, non priuabitur cõmunione bonorum tertij generis, quæ in gratia, & charitate fundatur, secundum quam diximus merita fidelium ad omnes existentes in charitate extendi. Cuius ratio est, quia antequam quis excommunicetur, si peccauerit mortaliter, iam charitatem amisit, & ita charitas non aufertur per excõicationem iustam, sed eam præsupponit ablatam per peccatum mortale commissum. Vnde sequitur, quod, si quis sit verè excõmunicatus, & tamen sit in charitate, (vt cum quis percussit clericum, & contritus sit) iam excommunicatio illa non priuat hominem illa communione fidelium, quæ fundatur in charitate, vt docent Sotus in 4. d. 22. q. 2. ar. 1. ver. attamen dubium, & Ledes. 2. 4. q. 23. artic. 1. Quia quamdiu manet in homine ratio, & fundamentum illius communionis, tamdiu habet homo ius ad illud, & consequenter cum communio hæc in charitate fundata sit, quamdiu manet charitas, manet etiã communio illa. Sicut quia consecratio fundatur in charactere sacerdotali, quicunque, & quamdiu in hac vita quis illum habet, consecrare potest.

14 Secundum est, quod bona primi, & secundi generis, etiam malis, & peccatoribus conueniũt, & ab ecclesia auferri, aut applicari possunt fidelibus; bona vero tertij generis solis iustis competunt, nec vlla applicatione ecclesiæ indigent, nec ea ab homine auferri possunt, sed illa solus homo peccando mortaliter perdit, ex Soto in 4. d. 22. q. 1. art. 1. vers. nihilominus. in fine. Quo sensu Gabr. 4. d. 18. q. 1. art. 1. notab. 3. coroll. 3. dixit ecclesiam per excommunicationem non damnificare hominem, sed ostendere damnificatum, & ante eum S. Bonau. in 4. distin. 18. in vlt. par. dist. q. 2. docuit ecclesiam non damnificare, sed illum, qui est cõtumax, & peccat, seipsum damnificat; sed ecclesia ostendit eum damnificatum, vt sic saltem malum suum erubescat, & deferat. Et si quodammodo magis dãnificaret, hæc aggrauatio dãni ad vtilitatem ipsius finaliter secundum intentionẽ ecclesiæ ordinatur. Et licet Sotus vbi supra, ver. igitur si excõmunicationem, hoc dictũ Gabrielis carpat; tamen in eo sensu, quo illud Bonau. & Gabr. & docuerunt, vt dictum est, sine periculo defendi põt: certum enim est, excõicationem iustè latam bona spiritualia in charitate fundata non tollere, sicut neq; spem, aut fidẽ tollit, quamuis quoad alia excõicatio iusta plurimum noceat, ex quo eo impedimur, quo minus sacramenta suscipiamus, & suffragiorum ecclesiæ participes simus quibus gratia etiam augetur, & amissa recuperatur.

15 Tertium est, quod cautè legenda est glo. in c. quodcunque in verb. facit ecclesia 24. q. 1. quæ asserit excommunicationem iustam quoad Deum parum, aut nihil operari, nec ecclesiam excõmunicando vllam vim potestatis exercere, sed solum ostendere ligatum, & esse extra gratiam Dei. Quam glossam Panor. in rubr. de sent. excom. num. 4. satis leuiter refellit, Couar. autem in c. alma mater, initio prioris par. nu. 8. de sent. excomm. lib. 6. expresse asserit a veritate catholica planè alienam esse. Sicut etiam hæretica planè est illa Lutheri assertio in artic. 23. dicentis, *Excommunicationes sunt tantum pœnæ externæ, nec priuant hominem communibus spiritualibus ecclesiæ orationibus.* Immo art. 24. ait, *docendos esse Christianos plus diligere excommunicationem, quam timere, eo quod Inno. IIII. in c. cum medicinal. de sent. excomm. lib. 6. dicat, quod excommunicatio sit medicinalis.* Quæ assertiones à Leone X. condẽnantur, sicut, & assertio illa Vvicleffi decẽtis ecclesiam excommunicandi potestatem non habere, in Concil. Constan. sess. 8. & 19. condemnata fuit. Cæterum superius ex scripturis, & Patribus docuimus ecclesiam excõmunicandi potestatem a Christo accepisse, quam etiam Apostolus Paulus non semel, sed ter saltem, vt tradit Scotus 5. distin. 19. §. de quinto articulo exercuit: eandemque veritatem Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 2. hac ratione confirmat, quia Christus ordinans regimen ecclesiæ) quod B. Petro commisit *Io.* 21. *Pasce oues meas.*) dedit omnẽ potestatem ad bonum, & vtile regimen ecclesiæ necessariam, vnde cum excommunicandi potestas necessaria, & vtilis sit, tum ei, qui excõicatur, (siquidem vtile est ei, quem beneficia, & monitiones piæ nõ corrigũt, vt timor pœnæ, & confusionis suæ coerceat, vt a malo resipiscat, & nõ pereat, c. corripiantur, 24. q. 3. fœlix etenim dicitur illa necessitas, quæ nos ad meliora perducit,) tum etiam ecclesiæ, id est, congregationi fidelium, (vtile enim est, vt ouis morbida, & membrum putridum separentur ab ouili, & corpore, ne sana etiam inficiant. c. resecandæ, 24. q. 3. quod fit per excõicationẽ) conueniens plane erat, vt hanc ecclesiæ potestatem Christus traderet. Ecclesia vero iustã excõicando multa operari

16 non tantum quoad ecclesiam militãtẽ, vt voluit glossa, aut quoad pœnas externas, vt docuit Lutherus, sed etiã quoad Deũ, & quoad pœnam interiorem, exinde constat, vt fusius Caie. to. 1. opusc. trac. 19. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 1. & Couar. vbi sup. nu. 6. p. obant. Quia ecclesia nõ frustra orat pro suis, immò multa bona illis cõfert; orando enim pro suis fidelib. adiuuantur fideles ad gratiam acquirendam, vel gratiæ augmentũ, ad benè operandum, ad declinandũ a malo, ad resistendũ diabolo, quæ sunt maxima bona, quæ tñ excõicato nõ conceduntur, quia ecclesia per excõicationem priuat illũ orationib. suis, vnde constat, ꝙ a multis internis bonis excõicatio separat. Huius rei testis ex S. August. qui in lib. 1. contra aduers. Legis, & prophetarum, c. 17. affirmat, *grauius malum esse excõicari à sacerdotib. Dei, quã si quis gladio feriretur, flammis absorberetur, aut feris obijceretur.* Idem etiam Doctor. sermo. 68. de verbis Apostoli, & refertur in capit. omnis Christianus. 11. q. 3. ait, *omnis Christianus qui a sacerdotibus excõmunicatur, Sathanæ traditur. Quomodo? quia scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur.* Hæc ille. Quib. verbis, vt constat, *extra ecclesiã*, intelligit Augustinus, non ecclesiã materialẽ, non extrinsecam communionẽ, sed extra Christo, vt erudite Caietanus vbi supra notat. Replicando autem dicit, *Quasi diabolo traditur*, quia non traditur diabolo possidendus, sed corripiendus. Id quod ex 1. Corinth. 5. colligitur, vbi Apostolus Corinth. illum, qui patris vxorem acceperat, *Sathanæ tradidit in interitum carnis.* & ex Timot. 1. vbi idem S. Paulus ait, *se Hymenæum, & Alexandrum tradidisse Sathanæ, vt discant non blasphemare.* Et certè licet per peccatum hi prius bona ex parte in dæmonis seruitutẽ venerant, nihilominus in maiorem Sathanæ potestatem postea per excommunicationem à S. Paulo traduntur; alioquin enim nec Corinthius ille à dæmone fatigatus in interitum carnis contereretur, vt spiritus eius saluus fieret in die Domini nostri Iesu Christi; nec Hymen, & Alexander didicissent non blasphemare. Vnde Panor. in rubr. de sen. excomm. num. 4. expresse ait, quod diabolus maiorem habet potestatẽ in eo post excommunicationẽ, quam ante, & etiam ex. x. cum glo. in c. audi uenique. 11. q. 3. vbi glossa in verb. Sathanæ, ait, quod diabolus habent potestatem in eo, sicut in pecore suo, & facit c. miramur, § his auctoritatibus in fine, 24. quæst. 1. id quod et tradunt Host. & Io. Andr. & in c. ita quorundam. de Iudæis. Bonis igitur spiritualibus, & internis excõicatio priuat, & non solum externis; ideoque non diligenda, vt impie sensit Lutherus, sed timẽda est, vt pie docuit S. Augustinus trac. 27. ad c. 6. Ioannis, & habetur in c. nihil. 11. q. 3. vbi ait, *Nihil sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius.* & S. Hierony. vt refertur in eod. c. nihil. §. item Hieronymus. *Quorum remiseritis, peccata id est. quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis ianua regni cœlestis clausa erit.* Quid igitur excommunicatio sit, & quibus bonis fideles priuet, iam ex dictis constat.

18 Excommunicatio variè diuiditur: *Primo* enim diuiditur in maiorẽ, & minorẽ, hæc diuisio concessa est ab om-

nibus,& colligitur ex c.pen.& ibi glossa,in verb.non tantum minori.de sent.excom.& ex cap.1.& glossa ibi verb. speciem de except.lib.6.& ex glos. in cap. Engeltrudam. verb.anathema.3.q.4.Gab.4.dist.18.q.2.art.1.& S. Thomas in addit.ad 3.partem.q.21.art.1.Dur.4.dist.18.q.3. nu.5.& alij omnes eam agnoscunt, vt Sotus 4. dist.22. q. 1.art.1.Nauar.in man.c.27.num.1.Hugolin.de censuris eccles.tab.3.c.5.Henriquez lib.13.de excomm.ca.2.5.2. qui dicit esse diuisionem analogi in sua analogata,post Io. Maior.4.distinc.18.q.1.& Nau. in tract. de dat.& promiss.not.4.num.8. Dicitur Maior,respectu habito ad minorem, sicut è contra Minor dicitur, non vt quidam volũt propter paruitatem obiecti, sed respectu maioris,quia est pars maioris excõmunicationis, vt ait Sotus 4.dist.22. q.1.art.1.§.contra nomina.quæ sacramentis, & alijs bonis priuat:maior.n.actiua,& passiua participatione sacramentorum,& fidelium exteriori conuictu priuat, minor vero sola participatione passiua omnium sacramentorum priuat.cap.si celebrat.de cler.excommun. ministr. vbi id habetur de excommunicatione minori.& cap.pen.de sen ten.excomm. vbi id dicitur de excommunicatione maiore.& ibi glossa cum DD.& c. Engeltrudã.3.q.4. & Pan. & DD.in rub.de senten. excomm. & Theologi ferè omnes in 4.distin.18.& Franciscus Atias de Valderas repet. in cap.porrò de sent.excomm.num.3. Nauar.in manuali c.27.num.1. Dicitur etiam Minor,vt vult Sotus loco vlt. cit.quia minoribus peccatis incurritur ; cum tamen maior,vt notat Nau.in manuali,c.27.num.9. Post Palud.in 4.dist.18.q.1.art.1.& communem,non nisi propter mortale incurratur. Ab effectibus igitur maior,aut minor excommunicatio dici sæpius solet, maior enim causat plures,& grauiores effectus,minor vero pauciores,& non ita graues,vt constabit ex ijs,quæ de vtriusq; effectibus inferius dicemus. Excommunicatio maior dicitur perfecta ; minor vero imperfecta quodammodo excommunicatio est,eo quod minor aliqua tantum communione, maior vero omni exteriori cõione ecclesiæ priuat, vt notauit Hugol.de eccles.cens.Tab.3.c.5.vnde a S.Thoma in add.3. par.q.21.art.1.ad 4.dicitur non habere perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid tantum ipsius participare, nec definitionem excommunicationis ei totaliter conuenire,sed solum quoad aliquid,& Innoc. III.in c. illa quotidiana.de elect.& Panorm.ibidem nu.4. vocant eam excommunicationem simplicem, quia scilicet priuat tantum communione sacramentorum, cum tamen maior.& sacramentorum,& hominum communione, & sic duplici communione nos priuet. Illud pulchrum est,quod notat Henriquez vbi supra,quod licet magna pœna sit,priuari passiua sacramentorum receptione, & in primitiua ecclesia graue erat communione priuari,hunc tamen nõ tam graue reputatur priuari sacramentis, quæ rarius homo sumere solet,cum tamen suffragia,conuictus, & alia, quæ prohibẽtur maiori,passim occurrãt. His igitur omnibus de causis excõmunicatio maior, vt minor appellatur.

19 Circa hanc diuisionem, illud solum obseruandum in præsentiarum est, quod excommunicatio maior simpliciter,& absolutè dicitur excommunicatio,non sic excommunicatio minor ; vnde quotiescunque præcisè ponitur ista vox (Excommunicatio) intelligitur semper de maiori,nunquam aũt de minori,nisi addatur hæc vox, minor. ita colligitur ex c.penult.de senten.excom.glossa & DD. ibi Panor.ibi.num.2.& in c.quod in dubijs.eod.nu.1. & in c.illa quotidiana.num.8.de elect.Sco.4.dist.19.q.vnica art.5.Ioan.Maior.4.d.18.q.2.Gab.4.dist.18.q.2.art. 3.dub.1.Sotus 4.d.22.q.1.art.2.nõ longe ab initio. Sylu. verbo excom.1.num.18.Tabiena verbo excomm. 2. §.7. Angel.verb.excom.2.§.vlt.Nau.in man.c.27.nu.1.in fine,& in extrau.de dat.& promiss.nota b.4.num.8.vbi diffusè docet Conar.in c.alma mater.part.1.§.8.num.5. de sent.excomm.lib.6.Hugol.de cens.eccle.tab.2.c.25.§.1. Henriquez.lib.13.de excom. cap. 2.§.2. Paulus Parisius Consentinus.repet.in cap.venerabilem.nu.13. de excep. qui hoc verum esse docent,non solum quando excommunicatio profertur a b homine,vt colligitur ex d.ca.penult. de senten.excommun. sed etiam quando profertur a canone,vt Nau.Couar.& Paris.expresse notarunt. Cuius di&ti varias rationes afferunt,vel quia in concernentib.animæ periculum tutior interpretatio facienda est cap. iuuenis.de sponsa.c.ad audientiam.cap.significasti,2.§. quod si de certi in non possit. de homicid.]vnde,cum excommunicans possit intelligere de maiori,& minori,tutius est de maiori interpretari:vel quia verba intelligi debet secundum consuetudinem.cap.ex literis.1.de sponsal.sed communiter appellatione excõmunicationis intelligimus de maiori,vt constat:ita Panor.Tab.Couar.& Henriquez. & summa Angelica vbi supra:vel quia,vt ait Couar. cum excommunicatio spiritualis pœna sit,lata, & instituta ad hominum contumaciam comprimendam , parum opera retur si de sola minori intelligeretur, cum eadem fere operetur peccatum mortale,quæ excommunicatio minor, s. priuationem sacramentorum ; excommunicatio autem maior maxima pœna est.cap.corripiantur.24.q.3.& contumaciã optime comprimit, ideoque de ea simpliciter lata intelligi debet. Quam etiam rationem dant Anchar.in c.statuimus.de senten.excomm.lib.6.Felin.in c. penu.de sentẽ.excommun.versic.tertio opponitur,& alij quos refert,& sequitur idem Couar.vbi supra. Vel quia cum genus sit analogum ad maiorem,& minorem, analogũ per se sumptum in potiori significatione sumitur: sic Io. Maior.4.d.18.q.2.& fauet Hugol.cit.maximè cum excommunicatio maior effectus minoris excommunicationis in se contineat. Quæ omnes rationes,quamuis fortassis non ita efficaciter rem probent,satis tamen eam illustrant, accedente communi interpretatione, & consensu hominum qui multum in rebus moralibus intelligendis, & exponendis valere debet,vt præfati Doctores communiter affirmant.

20 Secundo diuiditur excommunicatio maior iniustam, & iniustam:ita gloss.in Summa,11.q.3.Nauar.in manu. c.17.nu.2.Henriquez lib.13.de excom.c.2.§.2.Hugo.de eccles.cens.tab.1.c.3.§.1. Ad iustitiam excommunicationis requiruntur tria. Primum est,vt sit causa iusta, & rationabilis,propter quam feratur.arg.c.sacro.§.caueat.de sent.excom.& c.1.eod.lib.6.c.nemo episcopus. 2.q.1. c.nemo episcoporum.11.q.3.Panor.in d.c.sacro.nu.4. Secũdum est,vt debito modo feratur.d.c. sacro. de sentent. excom.& ca.1.eod.lib.6. Tertium est, vt animo recto ab habente potestatem, id est, a proprio iudice feratur. Et quia malum est ex defectu cuiuscunque circunstantiæ, hinc fit vt quolibet horum deficiente, excommunicatio sit iniusta,& ita iniusta erit, aut ex causa, quia sine iusta causa lata est.arg.c.venerabilibus,§.porro,de sent.excõ. lib.6.cap.cum contingat.de offic.deleg. Aut quia ordinẽ iudex non adhibuerit traditum in d.c.sacro. & in c.1. de sent.excõ.lib.6. Aut quia malo,animo,ex odio,ira, amore,metu censuram tulit multis enim modis id fieri potest, vt colligitur ex cap.iudicet.3.q.7.cap.quoniam.11.q.3.cũ duobus seq.& c.iudicare.& ca. Episcopus,presbyter.. sic ergo,eadẽ causa,& q.vbi pulchrè hæc omnia describuntur,& glossa in Summa.11.q.3.& in c.sacr.in verb.iusta, de sent.excom.Panor.in c.ab excommunicato.nume.10. de rescript.vbi optime hanc rem tractat.S.Tho. in addit. 3.p.q.21.art.4.Richard.4.d.18.art.3.q.5.Gabr.4.d.18. q.2.art.2.conclus.8.Sotus 4.dist.22.q.1.art.3.& alij passim.& legendus est Dur.4.dist.18.q.4.

21 Tertio diuiditur penes efficaciam, scilicet quod alia sit valida,& efficax; Alia inualida,& nulla,& quidem valida,est omnis excommunicatio, quæ est iusta; quæ autem sit inualida,& nulla, suis locis explicabitur.

22 Quarto diuiditur ex causa effectiua in excommunicationem a iure,vel ab homine latam, vt communiter tradunt DD.in rubr.de sent.excom.vbi Panor.& alij Host. in summa tit.de sent.excom.§.quis possit excommunicare.Bonau.4.distin.18.in vlt.p.dist.q.2.Tho.de Argen.4 d.19.

d.19.q.vnica,ar.4.Gabr.4.dist.18.q.2. ar.1.notab.1.& ar.2.concl.4.Angelica,verbo,excommu.1.Tabiena.ver. excom.2.§.11.Couar.in ca.alma mater.§.10.Henriquez. lib.13.de excomm.c.2.§.2.& alij. Excommunicatio, quæ est à iure,seu statuto, manet in perpetuum,& obligat in perpetuum quemcunque facientem actum,pro quo ipsa lata est. Quæ verò est ab homine,nõ est perpetua, nec incurritur pro illo actu, pro quo est lata,nisi quamdiu viuit ille,qui tulit, vel quamdiu manet in officio; vtraque tamen; vbi semel est incursa,durat in perpetuum, nisi relaxetur. Quæ distinctio,& doctrina colligitur ex glo.in c. à nobis.1.verb. non nisi subditi. de sentent. excom. Panor. ibid.num.12. Anton.2.par.sum.tit.23.c.74.Nau.in man. c.1.num.2.& 40.vbi in illo num.2. expressè docet sententiam excõicationis latam ab homine mori, mortuo latore,aut amoto eo ab officio; quod intelligitur quoad eos, qui eam non incurrunt,antequam ille moreretur,aut priuaretur,si enim semel incurratur, manet, donec relaxetur,vt diximus. & idem tradit Henriquez vbi supra, cuius rationem tradit Hug.de eccl.cens.tab.1.c.9.§.4. quia lex,cum sit norma,& regula vitæ humanæ,publicè interest,ne facilè tollatur,sed perpetua sit. Vnde plurimum scire refert, an quis sententiam hominis,aut iuris, seu per modum iuris latam sub pœna excommunicationis, violet. Hinc Nauar.in manual.c.27.num.63.Summa Corona de excom.cap.9.ar.1.in 3.par. Martinus Alphõsus de Viualdo in Candelabro de excom.nu.54.Hugo.cit. Henriquez.vbi supra in annot. litera X. docent excommunicationes bullæ cœnæ censendas esse latas à iure,nec morte Pontificum expirare,prout tres Summi Pontifices Pius V.Greg. XIII. & Sixtus V. exposuerunt, de qua re latius nos lib.3.agemus.

23 Quintò diuiditur Excommunicatio lata ab homine in generalem, & specialem, arg.c.à nobis.1.de sent.excõ. Nau.in manua.c.27.nu.2. Henriquez lib.13.de excõ.§.2. & communis DD.consensua.

24 Sextò diuiditur excommunicatio penes potestatem absoluendi in reseruatam,& non reseruatã. Quæ est ab homine communiter reseruata est suo authori, vel eius successori, ita vt nec per superiorem eius absolui possit, nisi de eius scientia. Couar.in c.alma mater.§.12. nu. 3. in fine. Quæ est à iure, si est reseruata,à nemine regulariter potest absolui præterquam ab eo,cui reseruata est: Si autem nulli reseruata sit,absolui potest ab Episcopo, immo etiam & à proprio parocho in foro conscientiæ, quia hoc ipso quod conditor canonis eam non reseruat,alijs concedere videtur arg.c.nuper.de sent.excommu. glo.ibi verb. tunc erit absolutio. Panor.nu.5.S.Tho.in addit. 3.par.q. 24.ar.1.Bon.4.dist.18.in vlt.par.1.q.6.Gabr.4.dist.18.q. 3.ar.3.dub.6.Angel.verb.absolutio,1.§.2.Couar.in d.c. alma mater.§.12.num.5. qui alios in hanc sententiam refert, licet ipsemet contrariam opinionem sequatur, de qua re quid sentiendum sit, nos fusius lib.2.exponemus, vbi quæstionem hanc examinabimus.

De causa efficiente excommunicationis, Homine, & Lege, & necessarijs in homine, vt eam validè ferat. Cap. V.

S V M M A.

1 *Efficiens causa excommunicationis & Homo, & Lex esse potest.*

2 *Iuristarum inter se dissensio de potestate excommunicandi.*

3 *Excommunicandi potestas S.Petro in primis,ac alijs suis successoribus à Christo tradita est.*

4 *Duplex potestas Apostolis,& eorum successoribus communicata est, ordinis scilicet,& iurisdictionis.*

5 *Omnis, & solus iudex ecclesiasticus ius dicendi habens in foro exteriori iure ordinario excommunicare potest.*

6 *Clericus esse debet, qui excommunicationis sententiam fert.*

7 *Apostoli in cœna Domini primum sacerdotes constituti sunt.*

8 *Clericus iurisdictionem ecclesiasticam habens etiamsi solum primam tonsuram habeat, excommunicare potest.*

9 *Episcopus electus,& confirmatus,licet sacerdos non sit, excommunicare potest.*

10 *Abbas electus,& confirmatus,etiamsi sacerdos non sit, monachus suos excommunicare potest.*

11 *Vicarius Generalis episcopi, dummodo primam tonsuram habeat,excommunicationis sententiam ferre potest.*

12 *Clericus coniugatus nec excommunicare,nec beneficia, aut pensiones absque speciali Papæ priuilegio recipere valet.*

13 *Laicus excommunicationis sententiam iure ordinario ferre non potest.*

14 *Laicum iurisdictionis spiritualis capacem sola consuetudo reddere nequit.*

15 *Laico facultas excommunicandi, aliasque censuras ferendi à solo Summo Pontifice,non autem ab alys ecclesiæ Prælatis tribui potest.*

16 *Fœmina nec excommunicare, nec censuram aliam ferre potest.*

17 *Fœmina ex Papæ priuilegio excommunicare, & prædicare potest.*

18 *Baptismo nondum initiatus excommunicationis sententiam ferre nequit.*

19 *Iurisdictio ecclesiastica ad excommunicationem ferendam necessaria est.*

20 *Subiectus alicui quoad iurisdictionem qui non est excommunicari ab eo non potest.*

21 *Excommunicatio ratificari nequit, sed aut statim valet, aut non valet.*

22 *Seipsum quis per sententiam excommunicare non potest, & quamobrem.*

23 *Par à pari excommunicari,aut alia sententia astringi nequit, & quare.*

24 *Pares quinam censentur in hac materia.*

25 *Inferior superiorem suum excommunicare non potest, & quænam huius ratio sit.*

26 *Superior quis dicatur in præsenti materia.*

27 *Episcopus Archiepiscopum suum non excommunicat, etiam si in sua diœcesi,quæ tamen in eius Archiepiscopi prouincia est,delictum committat.*

28 *Archiepiscopus delictum committens in diœcesi, quam suus suffraganeus habet in Prouincia alterius Archiepiscopi, ab eo excommunicari potest, & quamobrem.*

29 *Episcopus iurisdictionem temporalem tantum habens in aliquos,excommunicare illos non potest.*

30 *Abbas Casinensis iurisdictionem spiritualem, & temporalem in omnibus suis castris,& villis obtinet.*

31 *Excommunicare alium qui vult, iurisdictionis vsum impeditum non debet habere.*

32 *Suspensus ab officio tantum,quæ iurisdictionis sunt,validè exercere potest.*

33 *Excommunicatio ab excommunicato occulto, & tolerato lata,an valeat.*

34 *Occultè excommunicatus & excommunicare, & alios actus iurisdictionis validè exercere potest.*

35 *Excommunicatus publicus publicum habens officium, validè excommunicare potest, dummodo non sit denunciatus excommunicatus, nec notorius clerici percussor.*

36 *Episcopus excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor alium validè excommunicare nequit.*

37 *Vicarius Episcopi excommunicati denunciati alium validè excommunicare non potest, & quare.*

38 *Excommunicatio ab inferiori lata, cui id à superiori suo prohibitum fuit, non valet.*

39 *Vicarius Episcopi, Episcopo in hostium potestate existente, excommunicare non potest.*

40 *Iudex recusatus in recusantem excommunicationis sententiam ferre non potest.*

1 Xcommunicationis causa efficiens & homo est, & lex, vt superius dictũ est, de quibus suo ordine dicendum est; & primo quidem de homine.
2 † Est autem non parua inter ipsos Iuristas in hac re cõtrouersia, vt notat S. Bonau. 4. distinc. 18. in vlt. par. d. q. 3. quidam enim dixerũt, quod potestas excommunicandi solum in Episcopis. Alij verò dixerunt, quod non solum est in Episcopis, sed etiam in Archipresbiteris, Archidiaconis, & Abbatibus, & alijs prælatis. Tertij dixerunt, quod hoc competit hjs, & etiam sacerdotibus parochialibus. Et certè licet in hac materia Canonistarum sit dicere, quia talem Theologorum est dicere, propter quid, tanquam scientiam superioris, & altioris, vt optimè S. Bonau. vbi supra notauit.

3 Hoc igitur in primis manifestum est, & ab oĩbus concessum, hanc excommunicandi potestatem à Christo acceptam esse, qui eã præ omnibus, & in primis Petro, ac alijs successoribus, & suis cõcessit, vt habetur in c. quodcunque. 24. q. 1. & cap. solitæ. §. nobis autem. de maior. & obed. & in extrau. vnam sanctam. §. est autem hæc auctoritas, & ibi glos. de maior. & obed. & Bonau. vbi supra. Vnde in Apostolis hanc eandem potestatẽ Episcopis tradidit, in quorum locum Episcopi suffecti sunt. c. in nouo. dist. 21. Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 1. conclus. 1. vers. secundo id probatur. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. ca. 1. id, quod euidenter superius ex Matth. 18. deduximus. Quia verò du-
4 plicem eis potestatẽ concessisse tradunt Doctores, S. Th. in addit. 3. par. q. 22. art. 1. Alex. de Ales in 4. p. q. 22. mẽb. 1. art. 4. Bon. vbi supra Dur. 4. d. 18. q. 1. ar. 1. notab. 2. Io. Bachonus. 4. d. 17. ar. 2. Vnam ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, in quo agitur causa inter Deum, & hominem coram sacerdote, & de quo sacerdos nihil põt verbo, vel signo manifestare alijs; Alteram ligandi, & soluẽdi in foro iudiciali, in quo agitur causa hominis ad hominem; vtique Excommunicandi potestas non ad primam potestatem, sed ad secundam spectat, idest excõmunicatio non ad potestatem ordinis, sed ad potestatẽ iurisdictionis spiritualis, & ecclesiasticæ fori iudicialis exterioris pertinet.

5 † Vnde iure ordinatio omnis ille, & solus ille, qui est iudex ecclesiasticus, & potestatem habet dicendi ius in foro contẽtioso ecclesiastico, excommunicare potest, quamuis ordinis potestatem non habeat. Hæc communis regula ab omnibus assignatur. S. Tho. Alex. Bon. Dur. & alij iam citati. & Panor. in cap. transmissam. num. 2. de elect. Hostiensis in summa. tit. de sent. excommu. §. quis possit. versic. nedum autem. Felin. in ca. dilecto. nu. 3. de maior. & obed. Martinus Ledes. 2. q. 24. art. 1. Couar. in c. alma mater. §. 11. nu. 1. de sent. excom. lib. 6. Nauar. in man. ca. 27. nu. 5. Henriquez lib. 13. de exc. ca. 13. & est communis omnium aliorum opinio, vt testatur Stephanus Costa repet. in c. cum medicinalis. num. 44. & 45. de sent. excommunica. lib. 6. Ex qua regula multa deduci possent, quæ in sequentibus asseremus.

6 Inter alia † verò, in excommunicatore ad excommunicationem ferenda etiam præcipuè requiruntur, vt ex præfatis authoribus colligitur.

Primum est, ordo saltem clericalis, id quod colligitur ex cap. 1. §. Maximus Episcopus. d. 96. & ibi glossa verb. laico. & eadem glossa communiter recepta in cap. transmissam. de elect. & ideo clericus esse debet, qui eam ferre debet. Et licet glo. in d. c. 1. verb. præter. dist. 96. velit nõ quemcunq; clericum, sed solum presbiterum esse debere qui excommunicationem ferat, eo quod etiam presbiter esse debet qui ab ea absoluit. arg. c. canonica. & ibi gl. in verb. presbiter. de sent. excom. par autem ligãdi, & soluendi potestas est; Alij tamen vt Pan. in ca. transmissam. nu. 2. & c. cum in cunctis. §. inferiora. nu. 4. de elect. Host. in summa. tit. de sent. excom. §. quis possit excommunicare. vers. nedum autem. Felin. in c. dilecta filia. nume. 3. de maior. & obed. Martin. Ledes. 2. 4. q. 24. art. 2. conc. 5. Couar. in cap. alma mater. §. 11. nu. 1. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. c. 3. §. 10. num. 5. docent satis esse, quod sit clericus, etiamsi sacerdos non sit, dummodo tamen non excommunicet, aut absoluat cum solennitate, precibus, & alijs ceremonijs adhibitis, de quibus in ca. cum aliquis. 11. qu. 3. & in c. a nobis. 2. de sent. excom. tunc enim sacerdos esse debet, immo aliquãdo episcopus, vt constat. Vnde fallitur Couar. qui in d. §. 11. num. 10. dicit absolutionem ab excommunicatione præstari, & ministrari posse ab eo, qui sacerdos non sit, etiamsi exhibenda sit cum solenni forma text. d. c. à nobis. 2. Si verò sine solennitate fiat absolutio, aut excommunicatio, communis & vera opinio est excõmunicare, & absoluere posse clericũ habentẽ iurisdictionem ecclesiasticã, etiamsi is nec presbiter, nec diaconus sit, nec subdiaconus, vt Couar. vbi supra. nu. 10. verb. hæc distinctio. vbi ad hoc citat Hostien. in dic. c. à nobis. 3. & in cap. ad aures. de simon. Siluest. in verbo. absolut.
7 1. notab. 3. vers. quotus. & alios. Id quod probari potest, quia Matth. 18. data est potestas excommunicandi, & absoluendi ab ea excommunicatione Apostolis; cum tamen tunc Apostoli Sacerdotes non essent, sed in cœna Domini primum Sacerdotes fuissent constituti. Vt definit Conc. Trid. sess. 22. c. 1. & can. 2. Sufficit ergo ordo clericalis, & necessariò requiritur ad excommunicationem ferendam, nõ tamen quasi excõmunicatio esset actus huius ordinis clericalis, id est primæ tonsuræ, sed quia hic ordo facit hominem capacem ecclesiasticæ iurisdictionis, vt expresse Felin. in cap. dilecta filia. nu. 3. de maior. & obed. & Couar. in d. §. 11. nu. 1. notarunt. Et ratio hæc esse potest, quia, vt docet S. Thom. in addit. 3. par. q. 22. art. 1. ad primum, sententia excommunicationis quamuis in exteriori iudicio, & foro promulgetur; quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum regni cœlestis, secundum quod ecclesia militans est via ad triumphantem, dicitur Clauis iurisdictionis, & ad Claues pertinet; vnde par est, vt non feratur excommunicatio nisi ab eo, qui clericus sit, & idoneus ad ecclesiasticam dignitatem consequendam, cuius ratione, excommunicandi, aut ab ea absoluendi potestas iure compet. Certum igitur sit clericum, etsi presbiter nõ sit, dummodo iurisdictionem ecclesiasticam habeat, sine solennitate excommunicare, & absoluere posse. Quod autem Honorius Papa III. in d. c. canonica. de sent. excom. militibus hospitalis Hierosolymitani scribens, dicat permissum esse Priori, *qui presbyter, vt audiuimus*, (inquit) *esset debet*, ideo dicitur, quia inter milites is Prior fortassis laicus esse posset, & tunc absoluere nõ posset, cum nec laicus absoluere, nec excommunicare possit. Ex hoc fundamento multa inferuntur.

8 Primò infertur Clericum habentem iurisdictionem ecclesiasticam posse excommunicare, etiamsi ordinem sacrum non habeat, sed solum primam tonsuram. ita colligunt authores prædicti ex cap. transmissam. de elect. vbi Cœlestinus. III. id manifestè satis insinuat: fauet S. Tho. in addit. 3. par. quæ. 22. art. 1. ad 1. Richar. 4. dist. 18. ar. 4. q. 3. Sot. 3. dist. 22. q. 2. art. 1. versi. nomine autem Martin. Ledes. 2. 4. q. art. 2. Sylue. verb. excommunicatio 1. nu. 6. Couar.

Couar.in relect.cap.alma mater.1.par.§.11.nu.8.& 10.
Nauar.in man.c.27.nu.5.Henriquez.lib.13.cap.24.§.1.
Quia excommunicatio non est actus ordinis sacri, sed iu-
risdictionis. Vnde

9 Secundo infertur, Quod episcopus electus,& cõfirma-
tus, licet non sit Sacerdos, potest excommunicare. Sic ex-
presse habetur in c.transmissam,& ibi Panor.num.2. qui
expresse docet non Sacerdotem posse excommunicare,&
ab ea absoluere, cum ad hæc satis sit iurisdictio ecclesiasti
ca. Et idem tenet Ioan. Andr.in capit.dudum. 2. de elect.
Rich.4.dis.18.ar.4.q.3.Ledes.2.4.q.24.ar.2. Henriquez.
10 vbi supra in annot.litera C. Et ita etiam electus in Abba-
tem,& confirmatus, etiamsi nõ sit Sacerdos, excommuni
care potest monachos suos: ex Rich. cit. & alij Prælati ẽt
non episcopi eandẽ sententiam censuræ in subditos exer-
cent, vt colligit Panor. vbi supra, ex c. cum ab ecclesiarũ.
de offic.ordin.& in cap. sicut.de simon.& in capit.cum in
11 ecclesijs.de maior.& obed. Et Vicarij generales Episco-
porum, quãuis Sacerdotes non sint, excommunicare pos-
sunt,& absoluere a censuris, dummodo primam tonsurã
habeant.ex Ledes.2.4.q.24.art.2. Hẽriquez.lib.13.de ex
com.c.24.§.1.litera C.in annot. Ratio horũ omnium est:
quia potestas excommunicandi iure competit eis, qui ha-
bẽt iurisdictionem ecclesiasticam ordinariam in foro ex-
teriori, etiamsi sint Episcopis inferiores, arg.d.c.cũ ab ec-
clesiarum.de offic.ord.& c.sicut tuis.de simon. Addit au
12 tem Henriquez clericos coniugatos censuram excõmu-
nicationis ferre non posse, vt colligitur ex c.1.de cler.con
iug.lib.6.in fi.sicut nec beneficia, aut pensiones recipere
possunt, nisi ex speciali Papæ priuilegio, & fauet Concil.
Tri.sess.23.de reform.c.6.sicut nec tales Episcopi Vicarij
esse possunt, ex gl.in d.c.1.de cler.coniug.li.6. & habetur
in c.in noua. 16.q.7. Panor.in c.sane.1.de cler.coniug.&
in c.2.nu.12 de iudic. Couar.in c.alma mater,§.11.num.
3.de sent.excom.lib.6.

13 Tertio infertur, quod laicus stando in iure humano, nec
excommunicare, nec vllam aliam censuram ferre valet,
glossa in capit.benè quidem, verb.præter Romanum.dis.
96.& facit c.in noua. 16.q.7. Panorm.in ca.ab excõmuni-
cato.num.6.de rescrip. Couar.vbi sup.num.3.Ledes.2.4.
q.24.art.2.concl.5. Hugol.de eccle.cens.tab.1.c.2. §.10.
nu.1.& 2.cum, vt dictum est, eam ferre ad iurisdictionem
spiritualem pertineat, glossa communiter recepta in cap.
transmissam.de elect.laicus autem spiritualia tractare nõ
potest.cap.decernimus.de iudic.& ibi Panor. nu. 1. & 5.
& c.ecclesia Sanctæ Mariæ,& ibi glo.in verb.etiam reli-
14 giosis.& Panor.ibi nu.5.de constit. Immo, vt notat Pa-
nor.in c.fin.de consuetud.nume. 15. & in c. Massana nu.
4.de electio. nec ab ipsis iurisdictio huiusmodi spiritualis
consuetudine acquiri, aut præscribi potest, consuetudo
enim laicum capacem spiritualium non reddit.arg.c.cau
sam de præscrip. Hinc pure laicus Episcopi Vicarius esse
non potest c.in noua. 16.q.7. Panor.in d.causam,& in ca.
decernimus, nume. 12. de iudic. vbi dicit esse communem
DD.opinionem. Ledes.2.4.q.24.art.2.concl.4. Cou.in c.
alma mater,§.11.numero 3. de sent.excommuni. libro 6.
& latè probat Iacobus Sbrozzius lib.1.de Vicar. Episco-
pi.quæst.31.num.1.& 2.& quæst.37.num.4. Dixi, stando
15 in iure humano, quia stando in solo iure Diuino, vir pu-
rè laicus ex Ledes.vbi supra conclus.5. potest ex commis-
sione Papæ excommunicare, tum quia prima tonsura, &
vt quidam volunt, ordines minores, non sunt de iure Di-
uino, & proinde cum vir ille, qui habet huiusmodi ordi-
nes minores, aut tonsuram ex commissione, vel etiam ex
officio, si electus sit Episcopus,& confirmatus, excommu
nicare possit, vtique poterit laicus ex Papæ commissione
excommunicationis censuram ferre, tum, quia cũ solo iu
re Põtificio cautum sit, vt iurisdictio ecclesiastica a solis
clericis exerceatur, ca. decernimus de iudic.cui iuri Papa
nõ subijcitur, potest eam facultatẽ laicis delegare, nimirũ
vt,& excommunicationẽ ferre,& ab ea vicissim absolue-
re queãt glossa in c.bene quidem verb.præter Romanum.
dist.96. Panorm.in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ nu.5. de
constitut.& in cap.ab excommunicato num.6.de rescrip.
& in cap. Massana.num.2.de elect.& in c. canonica. nu.
3.de sent.excom. Ledes. Coua. & Hugolin. Addidi autem
laicum hæc facere posse auctoritate Papæ: nam cum iure
Canonico statutũ sit, nec ecclesiastica iurisdictio a laicis
exerceatur, d.ca. decernimus solus Papa, qui iuri positiuo
præest, arg.c.propositũ de cõcess.præben. non autem Epi
scopi,& multo minus alij prælati, qui iuri communi subie
cti sunt, eique derogare nequeunt, arg.c.1.& ca.si. de cõ-
stitut.& arg.c.inferior.dist.21.& ca.cum inferior.de ma
ior.& obed.illis facultatem hanc excõmunicandi tribue-
re valẽt.gl.in c.bene quidem.in verb præter Romanum.
dist.96.& in capit.præter.§.verum in verb. duci. dist.32.
Panor.in d.c.canonica.num.3.de sen.excom. Hugol.vbi
sup.& est communis sententia DD.

16 Quarto infertur a fortiori fœminam excommunicare
non posse; licet enim ratione dignitatis ecclesiasticam quã
dam iurisdictionem quoad correctionem, & administra-
tionem obtinere possit ca.dilecta.de maior.& obed. quia
tamen excommunicatio ad Claues pertinet, & ordinem
requirit; cuius fœminæ secundum omnes incapaces sunt,
consequenter nec excommunicare, nec ab excommunica-
tione absoluere valẽt.ita glossa in ca. dilecta. in verb. iu-
risdictionem.de maior.& obed.& in cap.de monial.lib.de
sẽt.excõ. Pan.in d.c.dilecta.n.3. Decius in reg.1.de reg.
iur.nu.41. Anto.3.par.tit.17.c.2.Ledes.2.4.q.24.ar.1.cõ
clus.3.Nau.in man.c.27.nu.5.& tom.2.consi.cons.73.ti.
de sent.excomm. Couar.in cap.alma mater,§.11.num.2.
de sent.excom. Henriquez.lib.3.de pœnitentia,ca. 2.§.3.
& lib.13.de excom.cap.24.§.1.litera B. Hugol. de eccle.
cens.tab.1.c.2.§.7.num.3.qui citat alios. Et quamuis Le-
desm.vbi supra, putet fœminam etiam ex commissione Pa
pæ excommunicare non posse,& fauet Couar. vbi supra,
alij tamen vt Palud.4.distin.19.q.1. art.2.& Henriquez
vbi supra lib.13.c.24.§.2.litera B.putant posse ex Papæ li
centia, quibus assentit Hugo.cit.qui pro hac sententia af-
fert. Anton.in tract.de suspensione,ca.de causa efficiente.
17 & Armil.in verb.excommunicatio.num.24. Quia licet fa
cultas ferendi censuras ad clericos pertineat, quia tamen
ab ordine non pendet, (tunc enim nec a Papa facultas a fœ
minæ tribui posset) sed satis est, vt quis iurisdictionem ha-
beat; consequenter Papa, qui huic iurisdictioni, & iuri
præest, arg.ca.propositũ.de concess.præb.non autem infe
riores ecclesiæ prælati, facultatem hanc fœminis conce-
dere potest. Posse autem fœminam ex Papæ priuilegio ex-
communicare, sicut,& prædicare, concedit etiam Nauar.
vbi supra, consi.73, in fi.de senten.excom.

18 Quinto infertur, non baptizatum excommunicare non
posse, cum talis clericus esse nõ possit,& ex communi om-
nium sententia,& colligitur ex ca.1.2.& 3. de presbit.nõ
ordinato.& in particulari id docent, Henriquez lib.3. de
pœnit.c.2.§.5.lib.13.de excom.capit.24. in annot. litera
A,& Hugol.de ecclesi.cens.tab.1.cap.2.§.9. Vnde in cap.
cum sit nimis absurdum.& ca.ex speciali de Iudæis, pro-
hibitum est, ne Iudæis iurisdictio etiam profana in Chri-
stianos committatur. Addit tamen Hugol.vbi supra, Pa-
pam esse illis hanc facultatem concedere, quamuis id mi-
nime deceat.

19 Secundum, quod ad excommunicationem ferẽdam re
quiritur, est iurisdictio ecclesiastica in foro exteriori. Ete-
nim ex communi omnium consensu excommunicare, ac
alias censuras ferre,& ab eis absoluere, ad iurisdictionem
pertinet. Sic ex Scholasticis docent S.Thom. in addit.3.
par.q.22.art.1. Halensis par.4.q.22.mẽb.1.ar.4.Bon.4.
dist.18.in vlt.par.dist.q.5.Dur.4.d.18.q.7.n.7. Rich. 4.
d.18.ar.4.q.2.& 3.Tho.de Argent.4.dist.16.art.4. in fi.
Gabr.4.d.18.q.2.ar.2.concl.4. Martinus Ledesm.2.4.q.
24.art.1.Sotus 4.d.22.q.3.ar.1. Henriquez lib.13.de ex-
com.c.24. Et ex Canonistis post gl.communiter receptã
in cap.transmissam in verb.de talibus,de elect. Panorm.
ibi num.2.Couar.in cap.alma mater,§.11.num.1.de sẽt.
excom-

excom.lib.6.qui id colligit ex ca.cum ab ecclesiarum. de offic.iudic.ordin.quod docet Glossa in verb.ecclesiastica sententia,& Panor.nume.45.& 6.Nauar.in man.ca.27. num.5.Hugol.de eccles.cens.tab.1.ca.2.§.11.Steph.Costa repet.in rubr.de sen.excom.nu.23.& 26.& in ca.cum medicinalis,tit.eod.nu.44.lib.6.& alij.Ex quo etiam fundamenta multa colligi possunt.

20 Primo colligitur,neminem posse excommunicare, aut aliquam aliam censuram ferre in aliquem,qui sibi non est subditus,vt habetur in ca.a nobis.1.& ibi glossa in verb. non nisi subditi,& Panor.ibi num.1.de sent. excommun. quod procedit siue excommunicatio ab homine, siue a iure,& statuto lata fuerit,arg.cap.fin.de constit.lib.6. cum statuta,& leges ferre, iurisdictionis sit. Vnde lata in non
21 subditum nulla est.c.P.& G.de offi.& potest.iud. deleg. & ibi Panor.nu.6.adeo vt, quamuis postea rata haberetur a proprio iudice,tali tamen ratihabitione non conualescit.ex glo.in c.1.verb.rata.9.q.2.Innocen.nu. 6.& Panor.nu.19.in cap.prudentiam,de offic.& pot.iud. deleg. Pisanella,verbo,excommunicator.§.vtrum excommunicatio.quia quod nomine meo gestum non est,ratum habere non possum,vt habetur in reg. ratum.de reg.iur. lib.6. & quia cum talis sententia initio nulla esset ex defectu iurisdictionis,non potest rata haberi;quia quod nullum est, ratificari non potest.l.quod in initio,ff.de reg.iur. Huc accedit,quod sententia excommunicationis eius naturæ, & conditionis est,vt pendere non possit,sed aut statim valet, aut non valet,arg.cap.pastoralis,§.fin.& ibi glo.in verb. excom.secum trahat.de appel.& ca.is cui,de sent.excom. lib6.ideoque ratificari nequit postea vel a proprio iudice, vel ab ipsis partibus,prout fusius declarat Hugo. vbi sup. §.11.num.8.& seq.

22 Secundo colligitur, neminem posse excommunicare seipsum,ita S.Tho.in addit.3.p.q.22.art.4.Gab.4.d.18. q.2.ar.2.concl.5.Corol.1.Ledes.2.4.q.24.ar.4.Sotus 4. d.22.q.2.art.3.concl.1.Nau.in man.ca.27.nu.6. Hugo. cit.§.11.Cuius ratio est:quia cum,vt dictum est, excommunicare actus sit iurisdictionis,in quo exercendo necessum est,vt vnus superior sit,alter vero inferior, & subiectus,ar.c.inferior.dis.21.& ibi gl.in verb.inferior.& arg. ca.cum inferior.de maior.& obed.requiritur omnino, vt alius sit,qui excommunicat, & alius, qui excommunicatur,ideoq; cum sibi ipsi quis inferior, & superior esse nequeat,nec quisquam in seipsum vllam cẽsurã ferre valet. Vnde deducit Nau.vbi supra,quod Episcopus,qui excommunicat generaliter quemcunque furantem, aut ludentẽ, si tamen ipse id fecerit, non erit excommunicatus, sed si Episcopus solum esset denunciator excommunicationis Papæ,aut alterius sui superioris,incurreret excommunicationẽ. Et hinc etiã infertur, quod si superior mãdet alicui prælato,vt excõmunicet oẽs beneficium habẽtes,qui mandatum hoc habet, seipsum excommunicare non potest, quamuis nec ipse procurat onem soluerit. Esset enim hoc exercere iurisdictionem in seipsum, quod non potest, ita Ancharan. & Calder.quos refert,& sequitur Mar. Socisen.in c.a nobis,1.de sent.excom.

23 Tertio colligitur,parem non posse a pari censura excõmunicationis,aut aliqua alia censura astringi.ita S.Tho. Gab.Ledes.Sotus,Nauar.& Hugol.vbi supra vltimo loco allegati,& Richar.4.dist.18.ar.5.q.1.Quia excommunicare est actus iurisdictionis, at vero par in partem iurisdictionem non habet,capit.innotuit.§.quamuis, & ibi
24 Panor.nu.4.de elect. Pares autem hoc in loco intelliguntur illi,qui eadem in re,parem iurisdictionẽ habent. Quãuis enim alijs in rebus, vtpote dignitate pares sint,si tamẽ vnus eorum iurisdictionem haberet in alterum, is vtique illum alterum excommunicare posset. Hinc fit, vt si duo vicarij ab Archiepiscopo pari auctoritate constituerentur, (quod fieri potest,arg.cap.Romana,& cap. venerabilib. §.porro de sent.excom.lib.6.) alter alterum nequaquam excommunicare valet,etiamsi vnus eorum delictum committat;prout Felin.cap.prudentiam,num.4.& Hugo.vbi supra,§.11.nu.21.testantur;cui fauet Panor.in cap.innotuit,num.4.de elect.vbi ait ex hac regula inferri, quod si aliqui puta germani sint Domini alicuius ciuitatis,non potest vnus alterum iudicare.

25 Quarto colligitur a fortiori inferiorem excommunicare,aut aliqua alia censura superiorem suum obligare non posse,ita expresse omnes citati in corollario 2. & Richar. 4.d.18.art.5.q.1.& hoc ex defectu iurisdictionis arg. ca. inferior.d.21.& c.cum inferior.de maior.& obed.& glo.
26 & DD.ibi. Is autem hoc in loco superior intelligi debet, non qui maiorem iurisdictionem,habet alio, sed qui inferiori præest, in eumque iurisdictionem habet. Qui enim maiorem alio iurisdictionem habet, si tamen in eum iurisdictionem non habeat,eius superior non est dicendus,
27 Vnde nec Episcopus Archiepiscopũ, nec hic Patriarchã, nec iste Papam excommunicare, aut alia quauis censura irretire non modo per sententiam, sed neque per statutum suum valet; adeo,vt quamuis Archiepiscopus in Episcopi diœcesi delictum committeret,ab eo tamen excommunicari non potest,prout DD.& late Panorm.in c.cum inferior.de maiori.& obed.docent. Quamuis enim in diœcesi Episcopi sit,& non sua,si tamẽ intra prouinciam suam delictum aliquod committat, ob quod Episcopus excommunicationis sententiam tulit; quia in ea prouincia semper Episcopi superior esse censetur;proculdubio ex defectu iurisdictionis excommunicationis sententia in illum Episcopus ferre non potest,vt Felin.& Panorm.in d.cap. cum inferior.de maior.& obed.& idem Panor.in c. fi.de rapt.& Ioan.And.in ca.cui licet,de reg.iur.lib.6.& Hugol.de censuris eccles.tab.1.cap.2.§.11.num.11.& alij testantur:de qua re videndus est Archid.in c.2.de constitu. lib. 6. Sic etiam si Archidiaconus habeat iurisdictionem coercendi delicta,& excommunicandi intra certos limites;si Episcopus proprius inter eos delinquit,ab eodem excommunicari non potest, cum inferior superiorem suum ligare nequeat,episcopus autem censetur.*Pater inferiorum Clericorum*.vt ait Sanctus Hieronymus epist.1.ad Nepotianum,& habetur in cap.esto subiectus.distinct.95.absonum autem est, vt filius habeat potestatem in parentem, *Erubescit enim lex filios parentum castigatores existere*. Vt dicit tex. in authen.de nup.in §.sed q; sancitum. Dixi vero Episcopum proprium delinquentem intra territorium sui Archidiaconi habentis potestatem ferendi censuram contra delinquentes ibi,& excommunicantis omnes ita peccantes, non incurrere sententiam excommunicationis a suo Archidiacono latam; quia si alienus Episcopus ibi delinquat,quicquid Hostien.in capi.penult. de maior. & obed.contrarium dicat;verior tamen, & communior opinio,quam Innoc.& Panorm.ibidem amplexati sunt; docet, talem Episcopum extraneum excõmunicatum esse; nam ratione criminis perdit priuilegium suum, in auth. Qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oporter. Nã ex quo Archidiaconus habet territorium distinctum, recipit potestatem coercendi delicta omnium, pro quo bene facit l. 3.ff.de offic.præsid.vbi dicitur, quod in alieno territorio
28 præses censetur priuatus,& idem docent Ioan. And.in dicto c.penultimo,de maior.& obedien. Eodẽ modo si Episcopus suffraganeus ex Papæ dispensatione haberet Episcopatum extra illam prouinciam,& in ea suus Metropolitanus,& Archiepiscopus delictum committat,potest ab illo Episcopo Suffraganeo excommunicari,vt Panormitanus,& Felin.d.capit.penultimo,de maior.& obedien.tradunt,quos sequitur Hugol.de cens.eccles. tab.1.cap.2.§. 14.nu.3.& ratio est;quia Archiepiscopus in alterius diœcesi,quę in sua prouincia non est, non vt Archiepiscopus, sed vt quiuis alius episcopus,& vt persona priuata censetur,arg.d.l.3.de offic. præsid. & suffraganeus non est in alio Episcopatu extra illam prouinciam,vt suffraganeus, sed vt alius Episcopus:certum autẽ est,quod alius Episcopus potuisset punire illum Archiepiscopum, ex quo non est suffraganeus suus,vnde cessat in hoc casu superioritas Archiepiscopi in alterius prouincia quoad iurisdictionẽ.

arg. leg. fin. ff. de iurisd. omnium iud. & capit. si. de consti tu. lib. 6. & notat Ancharanus, in Clem. 1. de foro compe. & proinde ab eo puniri, & excommunicari potest. Quicquid Innoc. in cap. cum inferior, num. 1. vers. immo plus. de maior. & obed. & Archid. in cap. 1. in fin. 3. quæst. 6. & Imol. in eod. c. cum inferior. num. 11. contradicant: & nostram opinionem cōfirmat Panorm. vbi supra, quia videmus simile quid in delegato Papæ, qui licet sit minor, potest tamen authoritate delegata excōmmunicare suum maiorem. vt in ca. sanè. 2. & ibi Panor. num. 3. de offic. & potest. iud. deleg. Vnde diuerso respectu potest quis esse superior, & inferior, & maior, & minor. c. cū capella. & ibi glossa. de priuileg. vnde à fortiori Archiepiscopus committens delictū in diœcesi alterius Archiepiscopi, ab Episcopo loci puniri, & excommunicari potest. sic glossa in c. si qui episcopi. & ibi glossa in verb. dignitate. distin. 92. Immò & Patriarcham non solum in hoc casu delinquentem excommunicari posse ab Episcopo docet Hugol. vbi supra num. 4. secutus Anchar. in clem. 1. numero 2. de foro compet.

29 Quintò colligitur, quid dicendum sit, quando Prælatus habens iurisdictionem temporalem in castro, vel villa, aut alio loco, seu inter aliquos, qui alias nō subsunt suæ iurisdictioni spirituali, vt est videre in Episcopo Papiensi, qui certas terras sibi subiectas habet quoad temporalem iurisdictionem, vt est terra Casolatæ, & Rosachi, & tamē non habet ibi iurisdictionem spiritualem, quia Casolata subest Archiepiscopo Mediolani, & Rosachum Episcopo Vercellensi, an scilicet iste Prælatus possit in prædictos vti censura ecclesiastica, & sic mandare illis sub pœna excommunicationis, cum alias ibi habeat merum, & mixtū imperium. Ex fundamento enim posito dicendum est, qd̄ illos excommunicare non possit, sed procedet contra eos, vt iudex sæcularis, mandando sub pœnis, & mulctando. Ratio est, quia talis excommunicandi potestas spiritualis est, non temporalis; carens ergo spirituali in eo loco, licet alias habeat temporalem, respectu suæ diœcesis excōmunicare non potest. Secus esset si quis vtramque potestatem haberet, prout multi Episcopi habent, vt Imolæ

30 episcopus in Bagnaræ homines; † Et Abbas Casinensis, qui vtramque iurisdictionem in omnibus suis castris, & villis obtinet; quia tunc vtroque gladio, & spirituali, & temporali pro arbitrio suo vti potest. argum. c. dilecto. de senten. excom. lib. 6. & c. per venerabilem. vers. id autem in patrimonio. qui filij sint legit. in antiq. ca. si duobus. de appel. c. Romana. in fine. de appel. lib. 6. Host. in summa. §. quis possit excommunicare. versic. nedum autē. ius. ibi, quod si quis prælatus habeat iurisdictionem temporalem. Ioan. de Lignano de cens. eccles. §. octauus incipit. Sylu. verb. excommunicatio. 1. numero 6. versic. nec prælatus habens S. Anton. 3. par. t. 24. ca. 75. Steph. Costa repet. in c. cum medicinalis. num. 50. de sent. excommu. lib. 6. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. c. 2. §. 18. num. 3. & 4. qui alios refert. Angelica. verb. excommunicatio. §. 5. Pisanella. in verb. excommunicator. §. prælatus.

31 Tertium, quod necessarium est ad ferendam excommunicationem est, vt vsus iurisdictionis non sit impeditus; ad excommunicandum enim requiritur potestas libera, & non ligata. Si ergo iudex, qui censuram ferre vult, aut excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor sit, aut etiam ab officio, seu iurisdictione suspensus, vel hæreticus aut schismaticus sit, proculdubio excommunicare non potest, & si excommunicet, non valet excommunicatio; & ratio est, quia hi omnes iurisdictione, eiusque vsu priuati sunt, & colligi videtur ex ca. audiuimus, 24. q. 1. & glossa in Summa 24. q. 1. & capit. exceptionem. de exceptionibus, in fin. & capit. ad probandum. vbi Panorm. numero 2. 11. & 20. de senten. & re iudic. ex Theologis S. Thom. in addit. 3. p. quæst. 22. art. 3. Ricard. 4. distinct. 18. art. 4. quæst. 2. Gabr. 4. distinct. 18. quæ. 2. ar. 2. conclus. 3. Martinus Ledesm. 2. 4. quæst. 24. art. 3. Sotus 4. distinct. 22. quæ. 2. art. 1, conclus. 3. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 24. §. 4. ex Canonistis Nauar. in manuali. ca. 27. nume. 7. fauet Couar. in cap. alma mater, § 11. nu. 4. de senten. excommun. lib. 6. Angelica. in verb. excommunic. 1. §. 4. & excommunicatio. 3. §. 2. Pisanella. verb. excommunicator. in fine, & verb. excommunicatio, 1. §. in quibus casibus. Tabiena, verb. excommunicatio. 1. §. vndecimo. & hoc certum est de excommunicato nominatim, seu denunciato, & idem de suspenso à iurisdictione. Dixi suspenso à iurisdictione, quia vt colligitur ex S. Tho. & Soto vbi supra, suspensus ab ordine tantum ea, quæ ordinis sunt, exercere nequit, puta celebrare diuina, & similia, sed poterit ea, quæ iurisdictionis sunt, vt dare præbendam, & excōmunicare, quia hoc iurisdictionis est. c. transmissam. de elect. & cap. si celebrat. de cler. excom. ministr. Suspensus autem ab officio, quicquid glossa in d. cap. audiuimus. in verb. quia excommunicatus. Richard. & Gab. sup. contradicant, ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere non potest, ex gl. in c. dilectus. in verb. a suspēsis. & Panor. & ibidem de consuetud. vt latius lib. 4. c. 5. nu. 1. & 3. dicemus.

32 Dubium solum est inter DD. an excommunicatio lata ab excommunicato occulto, & tolerato, liget, & rata sit? In qua te gl. in ca. infamis. §. tria. in verb. dum putaretur. 3. q. 7. aut sententiam excommunicationis eius, qui publice habetur pro non excommunicato; occulte tamen excōmunicatus est, esse nullam, & in c. si. in verb. excommunicato. de ord. ab episc. qui renunc. episc. & Panor. ibi nu. 4. quorum ratio est: quia cum sit extra ecclesiam, aliū extra ecclesiā ponere non potest. 24. q. 1. c. audiuimus: vbi id docent glossa. & Archid. in d. c. audiuimus. Anto. Butr. in c. ad probandum. de re iudi. & in c. sciscitatus. de rescrip. vbi etiam Imola, idem docent. Hostiens. & Ioan. And. in c. pia. de except. lib. 6. & Calderin. in disput. quæ incip. excommunicatus, & in c. ad probandum. de sent. & re iudic. vbi Panorm. num. 15. & in c. veritatis, nu. 43. de dolo, & contumac. ait hanc esse communem opinionem, referens prædictos authores, & Couar. in ca. alma mater, §. 11. num. 4. vers. 5. de sent. excommun. lib. 6. ait hanc sententiam esse magis communem, vbi refert Ancha. & Frācum in d. cap. pia. & Anton. & Imol. in d. c. sciscitatus. & Pau. Eleazar, in c. si celebrat. col. penult. de cler. excomm. ministr. & alios. Ledesmius etiam 2. 4. q. 24. art. 3. hanc sequitur sententiam, tum ob rationem glossę, & Panor. allatam, tum quia excommunicatus priuatur iurisdictione, vt patet ex d. c. audiuimus. 24. q. 1. quæ tamen est necessaria ad excommunicandum. Monent tamen præfati authores, & expresse Ledesm. vbi supra, & etiam alij omnes, vt testatur Panorm. in dicto cap. veritatis. num. 43. seruandā esse talem sententiam, quousque constet illum iudicem fuisse excommunicatum, ob scandalum, & ne sequatur aliquis ecclesiasticæ potestatis cōtēptus. Quod si illi obijcias, quod occulte excommunicatus sibi subditos absoluens, verè absoluit, & tenet absolutio; ergo & excōmunicatio lata ab excommunicato occulte ligabit, negat consequentiā; quia absolutio in foro pœnitentiali est in fauorem pęnitentium; at verò, quod occultè excommunicati sententia liget in foro exteriori, est in fauorem excommunicantis. Non intendit autem ecclesia releuare excōmunicatum: vnde nec releuatur in Concilio Constantiensi, & ita quomodocunque excommunicatus sit, non poterit validè excommunicare, etiamsi non sit nominatim denunciatus, nec notorius clerici percussor.

33 Alij tamen excommunicationem ab occulto excommunicato, & tolerato latam, validam esse docent, si alias illi hoc ex officio publico incumbat: sicut etiam & alij actus iurisdictionis ab eodem facti ratione publici officij valebunt. ita Innoc. in cap. si verè. de sent. excommu. & Felin. ibi. nu 7. & in c. ad probandum. de senten. & re iudic. numero 7. Panorm. sibi contrarius, in ca. ab excommunicato. num. 8. de rescrip. & in cap. veritatis. num. 43. de dolo & contumac. & in dicto cap. ad probandum. nume. 15. in quibus omnibus locis, ait hanc opinionem esse veriorem, & tutiorem. Palud. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. Sotus 4. distin. 22. quæst. 2.

præst. 2. artic. 1. versic. dubium autem est, Nauar. in manuali, capit. 27. numero 7. Couar. in cap. alma mater, prima parte. §. 7. numero 9. versicu. quid autem responden. dum. & §. 11. numero 4. versicu. 5. patet. de sent. excommun. lib. 6. qui alios citat, & affirmat hanc opinionem sibi veriorem videri. Hugnli. de eccles. cens. tab. 1. cap. 3. & probari potest ex d. c. ad probandum. vbi dicitur, quod sententia lata à publicè excommunicato, nullius sit valoris; vnde colligitur, quod si non sit publicè excommunicatus, erit valida sententia, & ligabit, & fauet gloss. in d. c. ad probandum, in verb. innodatus, & pro hac sententia facit praxis Curiæ. Deinde, quia excommunicatio ad iurisdictionem, & officium publicum spectat; vnde non censetur ecclesia iudices vsu iurisdictionis priuare, quousque excommunicatos esse constet. Et certè, nisi hoc ita esset, sequeretur in repub. Christiana magna perturbatio, maximè si quis prælatus detegeretur tandem per multos annos vixisse in hæresi, & excommunicatione, tunc enim ex alia opinione reuocanda essent omnia eius acta, vnde multum læderetur bonum publicum. Et quauis Caldetin. vbi supra, vt notat Panorm. in d. c. ad probandum. num. 15. limitet, hoc nisi is, in cuius fauorem actus ille publici officij gestus fuit, sciebat facientem excommunicatum, & voluntariè sibi communicauit in actu illo; tunc enim vult, quod licet communi opinione haberetur pro non excommunicato, & actus in se teneat propter communem opinionem: iustum est tamen, quod irritetur in odium voluntariè suscipientis à tali scienter, vt puniatur in eo, in quo peccauit. 1. qu. 1. cap. si qui episcopi. Nauarrus tamen, vbi supra, absolute docet valere excommu-

35 nicationem, etiamsi lata sit ab eodem excommunicato in fauorem illius, qui sciret eum esse excommunicatum. Ego autem existimo, quod excommunicatio lata ab excommunicato publico qui publicum officium habet, & eius muneris, & officij ratione, atque auctoritate eam fert, valida erit, dummodo non sit denunciatus excommunicatus, nec notorius clerici percussor, hoc enim videtur mihi valde conforme Extrauag. *Ad euitanda scandala*. Martini V. cum præsertim valor huius sententiæ non tam faueat excommunicatori, quam bono publico. Ex dicta enim constitutione hab tur, quod in his, quæ procedunt à publico officio, excommunicatus interim toleratus vitandus non est ante denunciationem, etiam ab his, qui sciunt eum excommunicatum esse. In his autem quæ procedunt à priuata auctoritate, alia ratio est: nam ea constitutio nihil iuris ipsi excommunicato tribuit; immo iuxta vetera quoad potestatem ipsius excommunicati, quatenus persona priuata est, manent illa ia adhuc ante denunciationem vnde Innocent. & Panorm. in dicto capitul. veritatis. nume. 47. & idem Innocent. in cap. cum dilectus. de consuetud. & in cap. considerantus. & in capit. cum Vuintonienfis. de elect. & in capit. 1. de rescriptis lib. 6. & Calderin. & in dicta disput. quæ incipit. excommunicatus, & Couar. in dicto §. 7. nume. 9. versic. Quid autem respondendum, expresse docent, quod quæ fiunt ratione priuati iuris, & officij, vt eligere, præsentare, seu conferre beneficium, non valet, siue fiat à publico excommunicato, siue à tolerato: & iura, quæ distinguunt inter excommunicatum publicè, & occultè, procedunt in his quæ geruntur ratione publicæ vtilitatis. Hinc ad iura in contrarium allata communiter respondent procedere in excommunicatis non toleratis. & quidem c. audiuimus. 24. q. 1. non agit de excommunicato occulto, sed de hæretico manifesto, vt Innocent. in d. cap. si vetè. num. 3. de senten. excōmunic. docet, iam enim Papa, qui longissime abfuit, hæreticum eum esse nouit. Et quamuis occultè excommunicatus extra communionem ecclesiæ sit quoad participationem suffragiorum ecclesiæ, quibus per excommunicationem priuatur, quandiu tamen nec notorius, nec denunciatus sit, iurisdictionis vsu non priuatur quoad alios: & ideo extra ecclesiam quoad hoc non est, ex Extrauag. Martini V. *Ad euitanda scandala*. Vnde, excommunicatio ab huiusmodi lata, valida censeri debet. Ex quibus etiam constat falli Ledesm. dum putat excommunicati sententiam in foro exteriori ligantem in fauorem esse ipsius excommunicantis, iam enim ostensum est non in suum fauorem, sed in bonum publicum esse. Ex hoc fundamento

36 Primò infertur, quod Episcopus, aut alius iurisdictionem ecclesiasticam in foro exteriori habens, excōmunicatione maiori excommunicatus, denunciatus, aut notorius clerici percussor, quemquam excommunicare validè non possit. Dixi [maiori excommunicatione] nam minori excommunicatione ligatus, siue publicus, siue occultus sit, validè sententiam excommunicationis in suos subditos ferre potest: cum talis ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere non prohibentur. argum. c. fi. de elect. excom. minist. & docet Panorm. in c. duobus. de sent. excom.

37 Secundò infertur, Vicarium Episcopi excommunicati denunciati validè excommunicare non posse; vt Innocen. IIII. in ca. 1. & ibi glossa. de offic. vicar. lib. 6. statuit. & idem habet Rota decis. 4. de offic. vic. in nouis. Ratio est, quia cum vicarij iurisdictio ab Episcopi iurisdictione dependeat, cessante iurisdictione Episcopi, etiā & vicarij iurisdictio cessat. Quod idem de cuiuscumque prælati vicario, seu vicem gerente in simili casu dicendū est, arg. d. c. p. 1. Sicut nec vicarius prohibente Episcopo suo aliquem excommunicare valet. arg. cap. quia plerique. de offic. ordin.

38 Tertiò infertur, non valere excommunicationem ab inferiori latam, cui id à superiore suo fuit prohibitum. arg. d. ca. quia plerique, & ibi gloss. a. in verb. astringi. Sicut neque si appellatione vsus iurisdictionis alicui interdictus sit, (vtpote si is, in quem censuram ferre vult, ante quam ea n ferat, legitimè appellet) validè poterit illū postea ex ommunicare, quia appellatione hac iurisdictionis vsus suspensus est. c. si à iudice. de appel. lib. 6. & ibi gl. in verb. tenoris. Quod idem de suspensione, & interdicto sent n iam est. arg. ca. quærenti. de verb. signifi. & expresse docet glos. in cap. licet verb. excommunicationis. de sent. excommu. lib. 6.

39 Quartò infertur, Episcopo in hostium manibus existente, vicarium eius excommunicare non posse, donec Episcopus libertati restituatur; sed capitulum in hoc euentu excommunicare, & alia facere debet. c. si episcopus. & ibi glo. de supp. neg. prælat. lib. 6. Quod idem de delegato, & subdelegato, b paritatem rationis sentiendum est, cū hotum iurisdictio à delegantis iurisdictione dependeat, vt inferius dicetur: vnde impedito vsu iurisdictionis in ipso, in illis etiam impeditus censetur, vt communiter DD. in ca. licet. de offic. deleg. & Hugo. de censur. eccles. tab. 1. c.

40 2. §. 23. notant. Siue igitur ex aliqua ex causis prædictis, si ue quia is, in quem iudex excommunicationis sententiam ferre vult ipsum recuset, (acta enim à iudice recusato non valent. argum. cap. quoties. & ibi gloss. in verb. appellent. 2. q. 6.) iurisdictionis vsus impediatur, excommunicatio, aut alia censura lata nulla censetur, dummodo impedimē tum illud manifestum fuerit.

De varijs modis quibus Iurisdictio acquiritur. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Iurisdictio ad ferendam censuram necessaria quot, modis acquiratur.*
2 *Iurisdictio ordinaria quid sit.*
3 *Papa Christianos omnes totius mundi excommunicare potest.*
4 *Papa in iurisdictione ordinaria tam contentiosa, quam voluntaria cum omnibus Prælatis concurrit.*
5 *Legatus à latere, seu Nuncius Apostolicus iudex ordinarius*

narius

narius est, & omnes homines suæ prouinciæ excommunicare, & alijs censuris constringere potest.

6 *Patriarchæ, Archiepiscopi, atque Episcopi singulos suarum diœcesum homines excommunicare possunt.*

7 *Administrator generalis Ecclesia Cathedralis a Papa datus, sicut Episcopus electus, & confirmatus excommunicare valet.*

8 *Vicarius Patriarchę, Archiepiscopi, necnon Episcopi iudex ordinarius est, & in homines suæ diœcesis excommunicationis sententiam ferre potest.*

9 *Vicarius Archiepiscopi præsente Archiepiscopo in sua prouincia an suffraganeo excommunicare possit.*

10 *Vicarius ad formam Concilij Trid. a Capitulo electus, excommunicare potest.*

11 *Cardinalis sibi subiectos in ecclesia, cuius titulum habet excommunicare valet.*

12 *Ecclesiam ad aliquem pleno iure pertinere, quid sit.*

13 *Abbates excommunicationis sententiam in regulares sibi subiectos ferre possunt.*

14 *Capitulum ecclesiæ Cathedralis, ac aliarum ecclesiarum inferiorum, Sede vacante, & mortuo suo Episcopo, excommunicare potest.*

15 *Episcopo mortuo, Capitulum in iurisdictione tam spiritualium, quam temporalium, succedit.*

16 *Prælatus, & Capitulum vnum corpus constituunt.*

17 *Collegia ab ecclesia approbata, iurisdictionem ordinariã habent, & excommunicare possunt.*

18 *Collegium quidnam sit.*

19 *Collegium vt validè excommunicationis sententiam ferat, quanam requirantur.*

20 *Concilium non solum generale, sed etiam prouinciale, ac diœcesanum excommunicare, & leges ferre, ac statuta condere potest.*

21 *Sacerdotes simplices, & parochiales de iure cõmuni excommunicare non possunt, & quare.*

22 *Beneficium curatum quodnam propriè dici debeat.*

23 *Episcopi olim Sacerdotes appellati sunt, & quamobrem.*

24 *Sacerdos nomen est honoris, & dignitatis.*

25 *Excommunicandi potestas per superioris delegationem acquiritur in ordine ad illos, ad quos respicit ipsa delegatio.*

27 *Iurisdictio delegata ab ordinario accepta quando valeat, aut non valeat.*

28 *Delegatus facultatem ferendi excommunicationem, si post delegationem re integra moriatur, delegatio extinguitur, secus autem si res cœpta fuerit.*

29 *Subdelegatus excommunicare potest, & quis subdelegatus dicatur.*

30 *Potestas excommunicandi præscriptione acquiri potest.*

31 *Consuetudine acquiri potest facultas excommunicandi.*

32 *Parochus ordinarius ex commissione illi facta, vel ex cõsuetudine præscripta potestatem excommunicandi sibi subditos acquirere potest.*

33 *Priuilegio excommunicandi facultas acquiri etiam potest.*

34 *Delicti ratione in suo territorio commissi facultas excommunicandi delinquentem acquiritur.*

35 *Superior delinquens in territorio inferioris ab eo excommunicari non potest.*

36 *Exemptus simpliciter a iurisdictione alicuius ab eo nec ob delictum excommunicari potest.*

37 *Priuilegium habere solent Reges, Reginæ, earumque filij; Item religiosi; necnon in speciales filios ecclesiæ Romanæ recepti, ne ab ordinario loci ob delictum ibi commissum excommunicari, aut alia censura irretiri possunt.*

38 *Subiectione acquiri potest excommunicandi facultas, et quinam se alijs quoad hoc subijcere possunt.*

39 *Episcopus sibi subditum, in loco non subdito, communiter excommunicare nequit.*

40 *Episcopi statutum subditum suum in loco exempto suæ diœcesis delinquentem non ligat.*

41 *Enumerantur aliquot casus, in quibus etiam, & nu. 42. 43. 44. extra diœcesim existentes excommunicationem Episcopi incurrunt.*

45 *Episcopus, aut alius quiuis ecclesiasticus iudex extra suũ territorium existens, etiam proprios subditos in suo territorio manentes communiter excommunicare non potest.*

46 *Afferuntur aliquot casus, in quibus iudex ecclesiasticus extra suum territorium existens sibi subditos validè excommunicare potest.*

1 VM excõmunicare iurisdictionis actus sit, qui
bus modis ea acquiri possit, videndum est, vt
quis sententiam excommunicationis validè
ferre possit, ostẽdamus. Tribus autem modis
acquiritur hæc iurisdictio.

Primo, ipsa electione ad aliquam prælaturam, cui anne
xa est iurisdictio spiritualis in foro exteriori, & tunc com-
muniter simul cum ipsa prælatura acquiritur iurisdictio
2 (vt loquitur) ordinaria supra subditos. Est autem iurisdi-
ctio ordinaria in hac materia iurisdictio ecclesiastica fo-
ri contentiosi, quæ alicui inhærens nomine proprio ab eo-
dem exercetur. Vnde iudices ordinarij appellantur, qui
hanc iurisdictionem habent; de quibus suo ordine di-
cemus.

3 Prima igitur, cum potestas hæc ad claues pertineat, vt
in superioribus est dictũ, plenitudo hæc potestatis in Pa-
pa iure diuino residet, vnde ipse primum est subiectum, &
præcipuus minister clauium, & ordinatius super omnes
Christianos totius mundi, arg. c. cũcta per mundum. 9. q.
3. & expresse tradunt Sco. 4. dist. q. 16. vnic. ar. 3. qui hanc
singularem opinionem habet, nempe, quod nemo præter
solum Papam potest propria auctoritate sic subditum ex
cõmunicare, vt vbique in tota ecclesia vitandus sit, & Du
rãd. 4. dist. 18. q. 4. nu. 7. Sotus 4. d. 22. q. 2. ar. 1. Hug. tab.
4 1. c. 2. §. 20. Henriquez lib. 13. de excom. c. 24. §. 1. Immo
& in iurisdictione ordinaria tam contentiosa, quam volũ
taria cum omnibus iudicibus concurrit, vnde quoscunque
Christianos suis constitutionibus, & sententijs ligare po-
test a Papa vero potestas hęc in alios prelatos deriuatur,
vt Bon. in 4. dist. 18. in vlt. par. d. q. 3. & Henriquez, lib. 3.
de pœnit. c. 5. §. 5. & seq. & lib. 13. de excom. c. 24. §. 1. vbi
alios refert, pluribus tradiderunt: cui sententiæ plurimũ
fauet Concil. Trid. sess. 23. can. 8. dum dicit: *Episcopus au-
ctoritate Summi Pontificis assumi;* hoc loquẽdi modo signifi
cans Episcopos auctoritatem suam a Summo Pontifice
dependenter habere.

5 Secundo Legatus a latere, seu Nuncius Apostolicus, iu
dex ordinarius est, prout Clemẽs IIII. in c. legatos, & ibi
glossa in verb. legatos de offic. legat. lib. 6. docent, ex quo
etiam loco Panormit. in c. fin. num. 5. de transact. & in c.
penult. in princ. vers. nouo secundo de arbit. colligit huius
modo Legatos ordinariam iurisdictionem habere in to-
ta Prouincia, & maiores esse cæteris omnibus post Papã,
& cum quouis suæ prouinciæ concurrere; vnde quoscun-
que illius prouinciæ excommunicare, & alijs censuris con
stringere possunt, arg. c. nouit. de offic. leg. & fauet Nau.
in man. c. 27. num. 5. & 45. Henriquez, lib. 3. de pœnit. c. 7.
§. 3. lib. 13. de excom. c. 24. §. 2. Hugo. vbi supra, §. 22. nu.
4. & alij omnes.

6 Tertio Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi ordina-
rij

tij censentur,& quoscunque suæ diœcesis,& excommuni
care,& alijs itidem censuris ligare valent,vt colligitur ex
c.1.& c.quanto,& cap.conquerente,vbi glos.in verb.iu-
risdictionem,de offic.ordin.in antiq.& c.tum episcopus.
eod.tit.lib.6.vbi id habetur de episcopo,& cap. vt litigan
tes eod. tit. & lib.6. vbi id exprimitur de Archiepiscopo.
Bonau.4.dist.18.in vlt.par.dist.q.3.Scot.4.distinc. 19.q.
vnic.art.5.Durand.4.dist.18.q.4.nu.7. Sotus 4.dist.22.
q.2.ar.1.Matt.Ledes.2.4.q.14.ar. 1.& citat Maior.4. di
stinct.18.quæst.8.Nauar.in manuali,c.27.nu.5. Couar.
in c.alma mater,§.3.num.2.de sen.excom.lib.6.qui citat
Iac. Almain.4.d.18.q.1.ar.3.& est cōmunis. Vnde in ca.
visis,16.q.2.in fine,excommunicatio dicitur fęlix mucro
episcopi. Summistæ in verb.excommunicatio.vbi Tabie-
na,verb.excom.3.§.secundo,Ang.verb.excom.1.§.3.Pi-
sanel.verb.excommunicator.in principio.

7 Quarto generalis administrator ecclesiæ Cathedralis
a Papa datus iurisdictionem habet ordinariam,& omnia
quæ episcopus electus,ac confirmatus facit,exercere po-
test,vt habetur in cap.is cui,& glo.ibi de elect.lib.6.ideo
que excommunicare.& alias censuras ferre potest, sicut
Episcopus electus,& confirmatus.

8 Quintò Vicarius Patriarchæ,Archiepiscopi,& Episco
pi iudex itidem ordinarius est, & iurisdictionem hanc in
sibi subditos exercere potest glossa in ca.licet. in verb.of-
ficialem.de offic.vicar.lib.sexto,& expresse Panor. in c.
quoniam 1.numero tertio. ne prælati vices suas, qui ad
hoc citat cap.sua,& ibi glossa in verb.vicarij.de offi.vic.
facit glossa in capitu.per lectis.in verb.& iurgia.distinct.
25.& clarius Panormi.in cap.ab excommunicato. num.
9 16.de rescript. Vicarius autem Archiepiscopi præsente
Archiepiscopo in sua prouincia, vel vicino in Archiepi-
scopi Suffraganeos excōmunicationis,aut alterius censu
ræ sententiam ferre non potest,ex glossa in d. capitulo li-
cet.in verb.officialem.de offic.vicar.libro sexto,cum hoc
ei prohibitum sit.capi.1.§.officiales,& ibi glossa. in ver.
non attentent.de offic.ordin. An vero,si excommunicet;
valida censenda sit?negat Hugol.de eccles.cens.tab. 1.c.
2.§.20.nu.8.glossa vero in verb.Non attentent.cum Ber.
valere existimat, cum speciale sit in his sententijs, quod
etiam iniustè latę valeant.11.q.3.ca.1.& c.sacro.de sent.
excommu.de qua relegendi sunt. D.Thom.4. dist. 18.q.
2.Palud.ead.dist.quæst.1.art.4.Richa.ead.distinct. art.
10 3.q.5,Item Vicarius ad formam Concilij Trid.sess.24.c.
16.de reform.a Capitulo Sede vacante electus eadem fa-
cere potest.

11 Sextò Cardinales in ecclesijs,quarum titulos habent,
cum in eis iurisdictionem episcopalem habeant, iudices
ordinarij sunt,& excommunicare valēt, vt habetur in c.
his quæ.de maior.et obed.& ibi Panor.numero 1.& citat
Ioan.Monach.in ca.vnic.de maior.& obed.lib.6.qui di-
cit Papam ita sibi respondisse.idem Panorm.in cap. que-
relá.nu.3.de elect. vbi etiam expresse docet Cardinales
in titulis suis,& in capellis subiectis titulis habere ius epi-
scopale,quod ex eo probat, quod Papa ibidē dicat capel-
lam quandam sub nomine S. Saluatoris subiectam titu-
lo S. Susannæ spectare ad Cardinalem [*pleno iure in spiri-*
12 *tualibus.*] Tunc enim ecclesia dicitur ad aliquem pertine-
re pleno iure,quando ipse, & non alius exercet ibi iura
episcopalia,vt in c.quoniam.de priuileg.& citat ibi Ioan.
And.in ca.vnico,de maior.& obed.lib.6. & idem asserit
Panorm.in cap.fin.num.8.de postul.prælat. & Roman.
consil.498.

13 Septimo,in Religionibus exemptis Prælati Monasterij,
vt Abbates ecclesiarum regularium iudices ordinarij, vt
sunt quam primum electi,& confirmati sunt,ideoq; hanc
iurisdictionem in suos subditos exercere valens.cap. cum
in ecclesijs,& ibi glo.in verb.excommunicationis. de ma
ior.& obed. Panorm.in cap.cum ab ecclesiarum nu. 10.
de offic.ordin.& in capit.cum contingit.num.21.de foro
compet. Alexan. Halens.4.p.quæstio.22.memb.1.art. 4.
§.2. Dur.4.distinct.18.quæst.4.num.7.Rich.4.d. 18.art.
4.q.1.Sotus 4.distinct.22.q.2.artic.1.versic. nomine au-
tem prælatorum.Nauar.in Man.cap.27.numero 5.Hen
riquez libro 13.de excommun.cap.24 §.3. Hugol.de ec-
cles.cens.tab.1.cap.2.§.20.nume.12.& hoc etiam prius-
quam benedicantur,non secus ac episcopi,antequam con
secrantur.argum.eorum,quæ docent gloss.in cap. trans-
missam de electio.& Innoc.& Panormitan.in c. venera-
bilem.tit.eo.& quod dictum est de Abbatibus, etiam de
Prioribus,Guardianis,& alijs qui loco Abbatum sunt,di
cendum est,vt præfati authores docent, & habetur in d.
cap.cum in ecclesijs,& glo.ibid.

14 Octauo,Capitulum non solū ecclesiæ Cathedralis, sed
etiam aliarum ecclesiarum inferiorum, quæ Capitulum
habent, Sede vacante, & mortuo suo Antistite eandem
iurisdictionem habent,& excommunicare,suspendere,&
15 interdicere possunt. Est.n.regula communis, quod Epi-
scopo mortuo naturaliter, vel ciuiliter, puta quia captus
est ab hostibus, Capitulum succedit in iurisdictione tam
spiritualium,quam temporalium, præterquam in paucis
exceptis. Quæ regula colligitur ex ca.cum olim,& ibi gl.
in ver.capitulo,& Panorm.ibidem nume.2. de maior. &
obed.& cap.vnic.eod.tit.lib.6.& ibi glos.in verb.Episco
pali,& in verb.vacāte,& in verb.iurisdictio.& c.si episco
pus de suppl.neg.præl.lib.6.glo.in clem.1.in ver.capitu-
li.de hæret.& Panorm.in ca. his quæ nume.2.& 3.& ibi
gl.in verb.pro bono pacis de maior.& obed. vbi Panor.
docet vacante sede,seu ecclesia nō solum Cathedrali, sed
etiam ecclesia inferiori succedere Capitulum in ijs,quæ iu
risdictionis sunt. Idem tradit Hostiens.in cap.ad abolen-
dam de hæret.vers.sed vacante, & etiam Innocent.in d.
cap.ad abolendam,inter cætera dicit,quod mortuo prę-
lato eius potestas trāsit ad eum,a quo accepit potestatem:
& in cap.cum dilectus.de consuetud.in princ.clarè dicit,
quod mortuo Abbate administratio ad Capitulum tran-
sit,& hāc etiam opinionē videtur sequi Ioan.de Lign.post
Laud.in clem.ne in agro,de statu reg.vbi firmat, & dicit
hoc seruari de cōsuetudine,quod mortuo Abbate iurisdi-
ctio transit in Capitulum,& idem dicendum est eadem ra
tione in alijs prælatis. Nam potestas est in ecclesia,& di-
gnitate,& prælatus,& Capitulum faciunt vnum corpus.
16 Vt in cap.ea noscitur de his quæ fiunt a præl. & ideo me-
rito mortuo prælato succedit Capitulū, & facit d.clemē.
ne in agro.§.Abbate Nauar.c.17.num.5.in manuali.Hē
riquez,lib.13.de excomm.cap.24.§.1.in fine,Hugol. vbi
supra. Quinam vero sint casu illis, in quibus Capitulum
non succedit mortuo prælato,fusius explicant gloss.in ca.
cum olim in verb.capitulo,& ibi Panor. nu. 2. de maior.
& obed.idem Panorm.in capit.his quæ tit.eo.num. 3. &
Io.And.in c.vnico tit.eod.lib.6.

17 Nono, collegia ab ecclesia approbata iurisdictionem
etiam ordinariam habent,& excommunicare,& alias cē
18 suras ferre possunt. Est autem collegium corpus quoddā
ex clericis constans ad maiorem Dei cultum, & reueren-
tiam institutum,vt sunt Capitulū ecclesiarum Cathedra-
lium,necnō aliarum, quæ collegium habent clericorum
sæcularium,vel regularium, Dixi, *collegia clericorum,&c.*
Si enim collegium ex laicis constaret,aut laici tanquam ho
mines ex collegio vocentur,ad iurisdictionem exercendā,
vtique nec excommunicare, nec vllam aliam censuram
validè ferre poterūt; cum vt diximus, laici huiusmodi iu-
risdictionis spiritualis incapaces sint. Cæterum vt colle-
19 gium aliquod validè sententiam excommunicationis fe-
rat,requiritur Primò,vt vocentur omnes habentes facul-
tatem dandi suffragium. Secūdò,vt saltem duæ partes eo
rum conueniant,qui volunt,debent,ac possunt interesse.
ex Panormit.in cap.cum inter vniuersas nu.9,de elect.&
in cap.inter Canonicos.num.6,tit.eod. & fusius in cap.
cum omnes,nu.11.12.& 13.de constitut. Tertiò, vt de hu
iusmodi censura ferenda simul deliberent,& decernant,
alioquin a collegio factum non censebitur. Panorm. in c.
gratum.numero 7.de postulat.præl.& citat gloss.in l.Si-
cut,ff.quod cuiusque vniuer.& glos.in c. 1. de reb. eccles.
non

non alien.lib.6.& idem late docet Felin.in c.cum omnes.num.24.de constitut.& in cap.dilectus numero sexto, de simon. Quarto, vt maior, saniorque pars eorum, qui conuenerunt, & facultatem suffragandi habent, ad censuram illam conueniat: maior autem saniorque pars intelligitur respectu habito ad totum collegium congregatum, ar gumen.cap.ecclesia vestra.de electio.& ibi glos.in verb. dirigebant, & in cap.primo, de his quæ fiunt a maior.par. cap.& ibi glos.in verb.rationabiliter, & optime Panor.in cap.quia propter.nu.7.& ibi Ioan.Andr.& idem Panor. in d.c.ecclesia vestra.num.2.de elect.& in c.in Genesi.in prin.tit.eod. Sicut enim hæc requirũtur, vt aliquid a Capitulo, seu collegio valide fieri dicatur: ita etiam, vt valide censura ab eodem ferri possit.

20 Decimo, Eandem iurisdictionem ordinariam excommunicandi, & alias censuras ferendi habet non solũ Concilium Generale legitime, idest, auctoritate Papæ congregatum.arg.cap.5.de iudic.sed etiam Prouinciale, Archiepiscopi, aut Legati eiusdem prouinciæ mandato conuocatum.arg.cap.graue nimis.de præben.& Panor.ibi.& Sotus 4.dist.22.q.2.art.1.vers.atqui Pontifex. Henriquez.l. 13.de excõ.c.24.§.1.Hugolin.de censur.eccl.tab.1.c.6.n.2. Id quod etiam de Synodo Diœcesana auctoritate episcopi diœcesis collecta sentiendum est.arg.d.c.graue nimis.& præfati authores tradunt. Siquidem prædicta omnia leges edere, & statuta condere possunt, quibus aliquid sub excommunicationis pœna præcipiant, aut prohibeant: Cõcilium autem Generale eas statuere potest, quibus omnes, Prouinciale vero, & Diœcesanum, quibus totius illius prouinciæ, aut diœcesis subditi ligantur.

25 Hi igitur omnes iurisdictionem ordinariam habent, & ex iure excõmunicare possunt, nõ alij. Quamuis enim non nulli, vt Host.tit.de sent.excom.c.5.Ioan.Bacho.4.d.7. q.2.art.1.& Archid.in cap.Romana.de sent.excom.lib. 6.velint parochos habentes curam animarum a iure etiã potestatem excommunicandi habere in criminibus notorijs, et in quibus non requiritur libelli oblatio, non autem in occultis, nec in his, quæ iudicialem indagationẽ requirunt, fundantes se in hoc quod 2.q.1.cap.nemo Episcopus, dicitur; *Nemo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur propter quam ecclesiastici Canones hoc fieri iubent.* Vbi gl.in verb.excõ.facere videtur. Quo in loco dicitur non solum Episcopum, sed etiam presbyterum simplicem excommunicare posse, & facit capitu.5.alia causa.16.quæst.1.& est verbum S. Hieronym.epist.1.ad Heliodorum vbi dicitur: *Illi*, Idest, *presbytero, si peccauero, licet me tradere Satanæ in interitum carnis*, idest, excommunicare, *vt spiritus saluus fit in die Domini Iesu.* Alij tamen omnes docent de iure communi non solum simplices Sacerdotes, sed neque parochiales excommunicare posse. ita S.Th.in addit.3.par.q.22.ar.1.Alex. de Ales.in 4.par.sum.q.22.memb.1.art.4.§.2.Bon.4.d. 18.in vlt.par.dist.q.3.Rich.4.dis.59.ar.4.q.1.Gab.4.d. 58.q.2.art.2.concl.3.Sotus 4.d.22.q.2.ar.1.concl.2.Hẽriquez lib.13.de excom.c.24.§.3.Panor.in c.cum contingat.nume.30.de foro cõpet.vbi citat multos Canonistas pro hac sententia, & in c.si Sacerdos.nu.10.de offic.ordi. Nauar.in man.ca.27.num.5.& in c.cum contingat.in secunda causa nullitatis.nu.26.& 27.de rescript. Martin. Ledesm.24.art.5.Steph.Costa.repet.in rubr.de sent.excomm.lib.6.nume.26.Tabien.verb.excommunicatio.3. num.1. quorum omnium hæc ratio est: quia excommunicare ad iurisdictionem fori contentiosi spectat, & proprie prælatorum est; Sacerdotes autem simplices, & parochiani curati, nullam iure communi iurisdictionem fori contentiosi habent: Vnde nec excõmunicare, nec alias censuras in suos subditos ferre possunt. Alias rationes affert Panorm.in d.cap.si Sacerdos, quibus hanc sententiã confirmat, nimirum, quia non debet fieri nisi cum causæ cognitione, & fertur in inuitum.2.quæst.1.ca.nemo Episcopus. Sacerdos autem curatus cum huiusmodi careat iurisdictione, hæc facere nequit. Item excõmmunicatio est meri imperij, vt notat Innoc.in cap.trãsmissam.de elect. & in capit.de causis.in verbo, consensu de offic.deleg.& docet clare Host.in c.quod sedem.de offic.ordin.& Specul.in tit.de iurisdict.omn.iudic.in vers.secundum canones, & Steph.Costa.repet.in rub.de senten.excom.lib.6. num.24.& 25. Simplex autem curatus non habet ea, quæ sunt meri imperij. Item iura tantum a iudicibus dicunt excommunicationem esse ferendam, vt in ca.cum medicinalis de sent.excom.lib.6.vbi textus repetit verbum, iudex. ad idẽ c.quærenti.de verb.signif.& fusius idem Panor.in c.si quis contra.num.51.de foro compet. Accepit consuetudo, quæ optima legum interpres est, vt habetur in c.cum dilectus.de consuetud.videmus autem excommunicationem a parochis non ferri. Nec contrarium ex iuribus citatis probatur: nam cap.nemo Episcopus.2.q.1.vt docet Alex.de Ales in 4.p.q.22.memb.1.art.4.§.2.intelligitur, quod pbsyter, idest Archipresbyter, siue plebanus, qui habet iurisdictionem, potest excommunicare, non quicunque, prout intelligitur capit.cum ab ecclesiarum.de offic. iudic.ord.vbi pro rato habuit Alexander Papa III. quod plebanus Sancti Pancratij subditos suos excommunicaret: fuit enim ordinarius plebanus ille, & prælatus, & iurisdictionem fori contentiosi habens, vt testatur ibi Panorm.numero 1. quod enim prælatus esset, testatur Pontifex, eũ prælatũ appellãs: ordinariũ fuisset ipse titulus docet, habetur enim hoc cap.sub tit.de offic.iudic.ordin.iurisdictionem autem fori contentiosi habuisse constat ex eo, quod excommunicabat parochianos suos, non igitur ex eo, quod parochus, sed quia iurisdictionem fori conten

22 tiosi haberet, excommunicare potuit. Sunt enim duo genera beneficiorum, quæ dicuntur curata, vnum habito respectu ad forum pœnitentiæ, quod proprie dicitur curatum, ex Panorm.in cap.dudum, 2.num.7.de elect.& glo. in clem.dudum.§.statuimus, in verb.impendant.de sepul. qui dicunt, quem curatum proprie dici, seu curam animarum habere, quando astringitur ad dandum Sacramenta sub cura sua positis, & illi coguntur ab eo recipere. Alterum curatum dicitur respectu fori contentiosi, vt habetur in extrau.execrabilis.vers.quantum autem ad modificationem.de præben.& glos.in d.extrau.in princip.in verb.curam animarum, & in fin.in d.versi.quantum autem.in verb.iuribus, & qui tale beneficium habet, quia iurisdictionem spiritualem annexam habet, excommunicare, interdicere, absoluere, & similia exercere potest; quale fuit beneficium, quod dictus S.Pancratij plebanus habuit, vtique excommunicare potuit, & licet Innocent.& Ioann.Andr.in c.de multa.de præben.velint tale beneficium dici etiam proprie curatum; alij tamen vt Panorm. in d.ca.dudũ.4.n.7.& Paul.Fusc.de visit.& regim.eccle. lib.2.ca.7.n.5.quos refert, & sequitur Hugolin.de eccles. cens.tab.1.cap.2.§.19.numero sexto, volunt non ita proprie curatũ appellari. neq; præsens sermo de huiusmodi curatis, sed de parochis, qui curam animarũ communiter acceperũt, institutus est. Quis igitur sensus prædicti capi. nemo 2.quæst.1.sit, ex dictis cõstat. Quamuis etiam aliter responderi posset, cũ enim excommunicatio duobus modis ferri possit, vel cũ solennitate illa, de qua habetur 11. quæst.3.cap.debent.quo modo tantũ ab Episcopo fertur vt ait Panorm.in cap.cum ab ecclesiarum.num.5.de offi. ordin.vel sine solẽnitate, quo modo ab alijs inferioribus Episcopo, nimirum, eius Vicario, aut alijs iurisdictionem fori contẽtiosi habentibus fertur; ideo vt ostẽderetur, quacunque ratione feratur excommunicatio, non nisi cognita causa fieri debere, & Episcopi, & presbyteri mentionẽ fecit, vt Hugolin.ubi supra respondit. Et similiter ad cit. c.alia causa.16.q.1.respondẽdũ censent Alex.de Ales, & Hugolin. De illo enim presbytero loquutus est ibi D.Hieronymus, qui iurisdictionem talẽ habuit, qualem habuit Apostolus Paulus, qui quosdam excommunicando Satanæ tradidit, vt in cap.audi.11.q.3.habetur. Sic etiã & cap. si Sacerdos de offic.ordin.vbi si is, cui damnum datũ est iustitiam petierit, Sacerdotem ipsius authorẽ damni ex-

communicare posse dicitur, intelligi debet de Sacerdote aliàs ordinario iurisdictionem fori contentiosi habente, vt Panormit. in d. cap. si Sacerdos. nu. 10. & Steph. Costa repet. in rub. de sent. excom. lib. 6. nu. 26. & Hugol. vbi su
23 pra exponunt. Nam, & Episcopi olim appellabantur Sa
24 cerdotes, 95. dist. cap. olim. Sacerdos enim nomen est honoris, & dignitatis, 21. dist. c. cleros, & hoc ipsum titulus declarat, inscriptus est enim de officio iudicis ordinarij, vt ergo decretalis illa titulo conueniat, intelligi debet de Sacerdote aliàs ordinario, vt etiam Pan. vbi supra, & glo. in ca. ubi, qui, de rescript. lib. 6. & in cap. bonæ, de confir. vti. vel inuti. & in c. si super gratia. de offic. deleg. li. 6. docent, nigrum rubro, idest, materia infrascripta titulo conuenire debet. Hoc etiam probatur ex illis uerbis textus [*Nisi iudiciario ordine, &c.*] & ex illis [*petierit iustitiam*] certum autem est quod a simplici curato non petitur iustitia contra damnum inferentem, nec coram eo, ordine iudiciario proceditur. Non igitur a iure Parochus excommunicandi facultatem habet. An autem cōsuetudine, aut alia ratione id Sacerdotes consequantur, infra dicetur.
25 Secūdo per superioris delegationem iurisdictio excommunicandi, aliasue censuras ferendi acquiritur; hæc autem iurisdictio nec ordinaria est, nec ita late patet sicut
26 illa, sed in ordine ad illos solum est, quos respicit ipsa delegatio. Est autem iurisdictio delegata, quantum ad præsens institutum spectat, iurisdictio ecclesiastica fori contentiosi, quam quis ab Ordinario delegandi facultatem tempore delegationis non impeditam habente accipit, vt excommunicationem, aliasque censuras vel cum causæ cognitione, vel sine causæ cognitione ferre possit. Vt colligitur ex cap. 1. & ibi glos. in verb. impedire, & c. præterea, & c. significasti. & ibi glos. in verb. resistentibus, de offic. deleg. & Couar. in c. alma mater. 1. p. §. 11. n. 1. de sen. excomm. li. 6. Hugol. de cens. eccl. tab. 1. c. 7. & est omniū
27 communis opinio, de qua (vt ait Couar.) minime disputare oportet. Accepta igitur ab Ordinario excommunicandi facultate, eam ferre delegatus potest, dummodo delegationis tempore delegans eam ferre poterat; si enim Ordinarius tempore delegationis vsum iurisdictionis impeditū habeat, vtique delegatio facta nō valebit. Immo vero, etiamsi delegans tempore, quo delegat, iurisdictionem habeat, si tamen post mandatam delegationem, antequā delegatus per legitimam citationem factam rem illam incipere cognoscat, c. gratum, & ibi glo. in verbo, quasi cœptum, & Panor. nu. 5. de offic. iud. deleg. & ca. si de offic. legati, si qui delegauit, moriatur, aut alia de causa suā iurisdictionem amittat, in eo scilicet, quia aut deponitur, aut ad alium locum transfertur, nec iam quidem delegatus excommunicare, aut aliam censurā ferre, sed nec aliquid aliud virtute illius delegationis facere poterit. Sicut enim tunc delegans iurisdictionem non habere supponitur: ita nec delegatus aliquam habere potest. Addidi, si delegatus non inceperit causam illam cognoscere, antequam delegans moriatur, aut alia ex causa iurisdictionē amiserit: si enim iā causā illā cognoscere inceperit, non obstante quod delegans mortuus sit, aut sua iurisdictione priuetur, causam illam prosequi poterit. arg. cap. gratum, de offic. deleg. & cap. fin. de offic. legat. Hinc fit, vt qui commissionem aliquos excommunicandi, vel illos absoluendi habuerit, & ante mortem delegantis eorum aliquos excommunicauerit, vel absoluerit, mortuo delegante reliquos excommunicare, vel absoluere nequit, nisi negotiū omnium, qui excommunicandi, vel absoluendi sunt, connexum fuerit, arg. c. licet, & ibi glo. in verb. re integra, & Panor. nu. 5. de offic. deleg. Felin. in c. pastoralis. §. quoniā, de rescrip. Hugolin. vbi sup. c. 7. §. 1. n. 9. Et quod de mortuo delegante dicitur, etiam & de deposito intelligendum est, nam depositus mortuo æquiparatur quoad dignitatem, & Panor. in d. c. licet. num. 7. docet.
28 Ceterum, An sicut sic delegans delegationis tempore aut notorius excommunicatus, denunciatus, aut ab officio suspensus sit, ita vt nec iurisdictionē exercere, nec eam delegare possit; ita etiam si post delegationem factam delegans in excommunicationem incidat, hocque notissimum sit, delegatus procedere possit in causa sibi commissa durante eius excommunicatione, Doctores dubitant, & quæstionem hanc in cap. licet, de offic. deleg. disputāt, vbi gloss. in verb. re integra in fine. Innocen. & Panorm. ibi, numero octauo. Gem. in capitulo primo, de offic. Vic. lib. 6. & alij, & quidem Innocē. & Ioan. And. & Gemin. absolute, & indistincte docent, quod siue delegatio facta fuerit in totum, siue in partem, non expirat, nec suspenditur iurisdictio subdelegati, seu delegati per excommunicationem delegantis, nisi mandatum esset nudum ministerium, vt infra dicemus; ea ratione ducti, quia iurisdictionis vsus ad delegatum iam translatus est, qui delegantis excommunicatione tolli nō potest. At vero Hostien. non ita absolute hoc cōcedit, sed distinguit: quia aut tota causa delegata est, & tunc procedit opinio Innoc. & aliorum: aut pars tantum causæ delegata est, & tunc suspenditur iurisdictio delegati, nec vlterius procedere potest, eo quod non debet is admitti, cuius auctor repelleretur. cap. licet ex quadam. de testibus, & quia quasi idem est consistorium, seu forum delegantis, & delegati. Verius tamen respondet Panorm. vbi supra, quem sequitur Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. c. 4. §. 4. nu. 7. quod aut delegans fuit excommunicatus denunciatus re integra, & tunc quidem delegati iurisdictio suspenditur, quia cum delegati iurisdictio a delegante dependeat, argu. l. 1. §. qui mandatā. ff. de offic. delegat. & antequam res cœpta est, iurisdictio in delegatum efficaciter non transiuerit, arg. cap. quamuis de offic. deleg. lib. 6. vtique potestas delegantis, vtpote suspensa, & impedita in delegatum transire non potest; aut res cœpta iam fuit, & tunc quia iurisdictio ad delegatum efficaciter transiuit, argumen. cap. relatum, & cap. gratū, de offic. deleg. per delegantis excommunicationem delegati iurisdictio non impeditur: sicut neque per mortem delegantis re non integra delegati iurisdictio expirat. Nec militat ratio Hostien. siquidem, licet excommunicato Episcopo Vicarius ipsius nihil quod ad iurisdictionem pertinet, exercere possit, vt habetur in capit. Romana. de offic. vic. lib. 6. quoniam Episcopi, & Vicarij idem forum esse censetur, ex gloss. in dict. ca. Romana. in verb. ipsius. Vnde a Vicario ad Episcopum non appellatur: quia tamē delegantis, & delegati non idē cōsistorium est, vnde a delegato ad delegantē appellari potest, vt in capitulo secundo, de consuetud. libro sexto, & capitul. Is, cui de offic. delegat. libro sexto, delegante excommunicato delegatus re cœpta, seu non integra procedere valet, vt gloss. in dict. cap. Romana in verb. ipsius, & Panormit. vbi supra testantur. Addo tamen hoc verū esse, nisi delegans nudū, ac simplex solū ministeriū delegato cōmisisset: cum enim delegati alicui possit res, vel cū causæ cognitione, vel nudū ministeriū tantum; cui res cum eius cognitione delegata est, modo delegatus de ea cognoscere cœperit, exōmunicato, aut mortuo delegante, adhuc in ea procedere poterit: si vero simplex, & nudum ministerium, seu executio ei tantum delegetur, quandocunque, & quomodocunque delegantem impediri contigerit, agere delegatus postea nihil omnino valet, vt præfati anthores omnes, Innocen. Geminian. Ioann. Panormitan. & alij scribunt. Vnde, qui simplex delegatus est ad excommunicandum, aut aliam censuram ferendam, idest, siue vlla causæ cognitione, si priusquam delegans mortuus, aut quouis modo iurisdictione sua priuatus fuerit, excommunicationis sententiam non pronunciauerit, virtute commissionis suæ postea excommunicare, aut aliam censuram valide ferre nō poterit: cum delegatus talis nihil proprij habeat, sed iurisdictio tota semper ipsius delegantis sit, argum. capit. sane quia, & capitulo ex litteris de offic. iud. deleg. & leg. prima. §. qui mandatam. ff. de offic. deleg. & l. 1. ff. de off. eius cui man. est iurisdict. Sicut igitur, vbi iurisdictio delegantis morte, aut alia uia tollitur, & delegati potestas tollitur: ita delegātis iurisdictione suspensa, & impedita, sim-

plicis

plicis delegati potestas suspensa,& impedita esse cēsetur.

29 Quod de delegato iam diximus, simili ratione,& de subdelegato tenendum est; siquidem subdelegatus ille, qui facultatem hanc a delegato subdelegandi potestatē tunc temporis non impeditam habente accepit, excommunicare etiam potest. Dicitur autem subdelegatus hoc in loco delegatus a primo delegato datus, arg.c. licet, de offi. deleg.& ca.si a subdelegato.de offic.deleg.li.6. Etenim, vt dictum de delegato est, si subdelegans tēpore, quo subdelegat, aut, antequam subdelegatus exercere facultatem cœpit, primi delegantis morte, aut aliqua alia de causa suā amiserit iurisdictionem, subdelegatus tunc nihil virtute talis subdelegationis facere valet, arg.dict.c.licet, de offi. deleg. Solum autem huiusmodi subdelegandi facultatem habent, delegatus Papæ, arg.cap.pastoralis. & cap.quoniam.de offic.deleg. & ca.cum causam.de appella.& ibi glo.in verb.delegatus.& delegatus ad vniuersitatem causarum: talis enim (vt glossa in dict.cap. delegatus. in fin. ait) bene posset vnam causam alij subdelegare. l.cum prætor.ff.de iudi.aliàs non potest.arg.l.solet.ff.de offi. Procons. et is denique, cui in particulari, vt subdelegare permissum, & concessum est: de qua vide late per Iasonem in l.a iudice.C.de iudi.& Alexandrum ibi.

30 Tertio etiam iurisdictio hęc acquiri potest præscriptione, vt colligitur ex cap. duo simul. & ibi Panor. nu. 2. de offic.iud.ordin. & cap.cum contingat.& ibi glo.& Panorm.num.5.& 6.de præscrip.& Rotæ decis.2.in nouis,de præscrip. Ad quam tamen præscriptionem faciendam requiritur, vt eis, in quos potestatem hanc excommunicandi,& alias censuras ferendi præscribit, aliqua ratione præsit, nimirum, vt parochus sit populi illius, si in populum; aut Canonicorum Præpositus, vel Archidiaconus sit, si in Canonicos hāc potestatem pręscribere velit. Subiectus enim aliquo modo esse debet is, in quem potestas hæc exercetur. Immò potest quis facultatem excommunicandi tantum præscribere, nō autem, vt alias censuras ferre possit, vt Panor.in cap.cum olim.nume.7.& Felin. in capit. auditis, numero 10.de præscriptione.late docent; quia præscriptio non debet extendi etiam ad casum omnino similem, vt in cap.cum contingat, de decim.& c. cum contingat de foro compę. vbi ex præscriptione competebat iurisdictio sine potestate excommunicandi, vel aliter coercendi. & facit quod in simili notatur cap.cum ex iniuncto.de hæret.& notat Panormitan.vbi supra. Nam tantum possidet, & præscribit, quantum exercuit, arg.ca. cum in tua. de decim. Quod tamen intelligi debet de eo, qui ita hunc excommunicandi actum exercuit, vt eius solum, non autem suspendendi, aut interdicendi potestatem præscribere intenderet; secus autem si vnum iurisdictionis actum, exempli causa, excommunicationis actum, exercuerit, vt tamen animum habeat acquirendi vniuersam iurisdictionem; tunc enim præscripta facultatē excōmunicandi,& reliquas censuras ferendi potestatē præscriptam esse dicendum est; ex Innocent. in c.dilectus.de capel.monac.& Panor.in cap.cum olim. num. 6.de præscrip.& in cap.cum in tua.num.4.& 5.de decim.& Rota decis.2.de præscrip.in nouis, ad quod allegat Panormi. l. possideri, in princip.ff.de acquirend. possess. vbi dicitur, quod ad acquirendam possessionem fundi non est necesse, vt omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem fundi introire, dummodo mente, & cogitatione hac fiat, vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere.

31 Quamuis autem iurisdictio hæc istis præsertim modis acquiratur, alijs tamen modis ea comparari potest; nimirum Consuetudine.ca.dudum.§. sed cum in iure, de elec. Inno. in capit. quæsiuit. de his quæ fiunt à maiori par.capituli, id de omnibus censuris docet. Cuius ratio hæc est, quia censuras ferre ad iurisdictionem pertinet, vt superius demonstratum est; iurisdictio autem cōsuetudine acquiritur.ca.cum contingat.& ibi gloss.in verb.vel consuetudine,& Panorm. ibi num. 5. de foro compe. & cap. Romana de offi.ordin.lib.6.& c. Romana versi. neque suffraganeorum,& ibi gl.in verb. de consuetudine, de foro compet.lib.eod.& cap.Romana.& ibi gloss.in verb. consuetudine.de sent.excomm. lib.6. Vnde ex consuetudine præscripta per Pontificem, aut Episcopum approbata, quidam super subditos, quibus præsunt, iurisdictionem hanc in vtroque foro habent, vt Archidiaconus, Archipresbyter,& Decanus, vt externa istorum gubernatio sit efficax cum hac coactiua, vt docet Henriquez libr. 13.de excommun.c.24.§.2.citans Ang.verb.excommunicatio. 1.§.3. Pisanel.verb. excommunicator, & de Archidiacono id videtur colligi ex c.1.& ibi glo.in verb.corrigat.de offic. Archidia.& facit cap.perlectis,& ibi gloss. in verb. & iurgia.dist.25. Panorm.in cap.officium, de offi. Arch. gloss.in cap.cum in cunctis, in verb. Archidiaconatum, de elect.& in cap.cum satus, in verb.consuetudinis, de off. Archidia.& glos.in capit.nemo.2.q.1.in verb.excommunicet,& habetur in ca.1.de eo qui fur.ord. recep.& ibi glo. in verb. Archidiaconorum. Sic etiam de Archidiaconis quod excommunicare possint vel ex cōmissione, & mandato Episcopi habetur in c. Archidiaconis, & ibi gloss.in verb.promulgare, de offic. Arch.vel de antiqua,& approbata cōsuetudine, tradunt S. Bonau.4.dist.18.in vlt.par. dist.q.3.Richard.4.dist.18.ar.4.q.1.qui pro hoc citat ca. 1.de offi. Archidiac. Et in cap.dudum 2.§.licet autem,& ibi glo.in ver.suspendit.de elec.habetur Archidiaconum
32 de consuetudine suspendere posse. Patet etiam ex S.Thom. in addi.3.par.quæst.22.art.1. Alexand.de Ales in 4.par. quæst.22.memb.1.art.4.§.2.Bon.& Rich.vbi supra, Gab. 4.dist.18.quæst.2.art.2.conclus.5.Mart.Ledes.2.4.q.24. art.1.Sotus 4.dist.22.quæst.2.ar.1.concl.2.Host.in summa tit.de senten.excom.§.quis potest excommunicare, ante finem, Ang.in verb.excom.1.§.3.Pisanel.verb.excōmunicator, Summa confess.lib.3.tit.33.quæ.49. Rochus Curtius in c.fin.de consuetud.circa finem, Tabien. verbo, excom.3.Nau.in Man.c.27.num.5. docent parochus ordinarios ex commissione eis facta, vel ex consuetudine præscripta subditos suos excommunicare posse, saltem in quibusdam casibus eis a iure cōcessis, sicut in furtis, rapinis, & huiusmodi; consuetum est enim vt ait Richard. d.arti.4.quæ.1.quod excommunicant parochianos suos committentes furtum, vel rapinam in generali dicendo sic, excōico illum, qui talē rem furatus est, vel rapuit. Ceterum, vt notat gl.in c.nemo.2.q.1. Episcopi iam præscripserunt contra multos, & vt ait Ioan. Bachonus. 4.d.17. q.2.arti.2.de facto Episcopi in multis inhibuerunt.& etiā consuetudo in multis est contraria. Vnde recte monet Ledes.vbi supra, quod vbi est consuetudo, quod parochi excommunicent, & Episcopus, vel superior, tacet, standum est cōsuetudini; vbi vero talis consuetudo non est, excommunicatio lata a parocho nulla est, tanquam sententia lata a iudice non competenti & quicquid olim fuerit, nunc cōsuetudo, qua parochus aliquibi excommunicabat pro rebus subtractis, aut deperditis, per Conc.Trid.sess. 25. de reform.cap.2.reuocata est, & demādatum id est soli Episcopo, ex Henriquez lib.13.de excom.c.24.§.3.

33 Priuilegio etiam facultas excōmunicandi acquiritur. vt habetur c.cum contingat,& ibi Panor.num.5.de foro compet.& cap auditis,& ibi Panorm.nu.4. de præscrip. & idem Panor.in ca.duo simul.num.2.de offic.ordin.& cap.ex parte Decani,& ibi Panor.num.1.de rescript. vbi Canonici Laudunensis Capituli priuilegium a Romano Pontifice obtinebat, vt excōicare possent omnes sibi iniurias inferentes, vel bona sua detinentes.& Panorm. ibi affirmat priuatæ personę concedi posse priuilegium excommunicandi suos manifestos malefactores.glos.in cap.Romana in verb.consuetudine in fio.de sent.excom.lib.6.et facit c.ex parte 1.de verb.sign.vbi concessum erat Canonicis Carnotē.quod nemini licitum esset absoluere excōmunicatos pro ecclesia Carnotensi nisi satisfactione prò emenda præmissa.

34 Ratione etiam delicti in suo territorio commissi, facul-

tas, & iurisdictio excommunicandi delinquentem compa ratur. cap. postulasti, & ibi glo. in verb. deliquit. & ca. vlt. & glos. in verb. ratione delicti. & ibi Panor. nu. 78. & seq. de foro compet. & c. placuit. 6. q. 3. Quamuis enim delinquens non sit subditus alioquin ipsius excommunicans, si tamen ibi delinquat, eius fori efficitur, & excommunicari ab eo poterit, vt concedit Gabriel. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 5. dummodo tamen aut ibi sit, aut antequam inde exierit, legitimè citatus fuerit, ex Panor. vbi supra nu. 7.

35 Hoc tamen verum esse censetur, dummodo non sit ipsius excommunicantis superior, qui delictum committit; tunc

36 enim ab eo excommunicari nequit. Cuius defectu Episcopus Prouinciæ, Archiepiscopum excommunicare non potest, vel nisi, qui deliquit, exemptus sit simpliciter à iurisdictione excommunicantis; tunc enim etiam in suo territorio, habitans, & ibi delinquens, excommunicari ab eo non potest, facit gl. in c. placuit. 6. q. 3. Panor. in ca. tuarum nu. 8. de priuileg. vel nisi is, qui delinquit, priuilegium habeat ne ab Ordinario excommunicari, suspendi, aut interdici possit, tunc enim delinquens ab Ordinario loci excommu

37 nicari nô valet. Quale priuilegium Regibus, Reginis, eorumue filijs conceditur, nec nô religiosis quibuscunque non personarum tantum, sed ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione, vt habetur in ca. ne aliqui. & glo. ibi de priuileg. lib. 6. & h. c eodem priuilegium intelliguntur habere, qui in speciales filios Romanæ Ecclesiæ recepti sunt, vt habetur c. veniens de verb. sign. lib. 6.

38 Subiectione denique iurisdictio hæc excommunicandi, sicut & aliæ censuras ferendi acquiri potest. Quamuis enim quis sibi parem, aut ipso superiorem excommunicare de iure communi nequeat: si quis tamen se alicui iurisdictionem huiusmodi ecclesiasticam habenti subijciat, vti qui ratione spontaneæ huius subiectionis, ab eo excômunicari valet arg. c. nos, si incompetêter. 2. q. 7. & in l. est receptum, ff. de iurisd. omn. iud. & ibi. Hoc tamen hac limitatione intelligendum est, vt accedat consensus, & licentia sui superioris ordinarij: non enim potest Episcopus, sine sui Archiepiscopi licentia aut clericus sine sui Episcopi consensu, aut exêptus sine eius, cui subiectus est, licentia alteri se quoad hoc subijcere, vt habetur in c. significasti, & glo. in verb. clerici tamen, & Panor. num. 8. in fine, de foro compet. & facit c. non licet. 3. q. 6. & ibi gl. in ver. ex petere, & 9. q. 2. c. 1. Panor. consi. 23. num 1. Sed neque laicus sine Episcopi licentia, & voluntate ecclesiastico iudici non suo se submittere valet, vt côis DD. sententia testatur, quicquid aliter P. in c. P. & G. n. 6. de off. del. leg. senserit. Nã vt Innoc. & Host. in d. c. P. & G. testatur, cũ hæc excôicandi potestas à Deo, cuiusque vicario procedat, nô nisi ab eius vicario alijs tribui poterit, & certè perturbatio iurisdictionis, & scãdala nô parua quotidie nascerêtur, si priuatis hominibus, ac laicis, se quoad has personas ecclesiasticis iudicibus non suis sine proprij Prælati licentia, & voluntate submittere liceret. Quis igitur excommunicationem validè ferre possit, ex dictis manifestum est.

39 Difficultas solũ restat in hac materia, an sicut limitata est iurisdictio quantum ad personas, vt nemo possit excômunicare non subditum: ita quantum ad territorium suæ diœcesis, & iurisdictionis, vt non possit subditum in loco non subdito, puta exempto, vel extra territorium excommunicare. In qua re communis omnium sententia est, quã Gab. 4. d. 18. q. 2. ar. 2. concl. 6. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 75. Tab. verb. excomm. 4. vers. tertio quæritur Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 1. vers. respondetur ergo Nau. in ma. 27. num. 6. Henriquez lib. 13. c. 26. §. 1. sequuntur, quod excommunicatio, vt liget, & valeat, fieri debet à proprio prælato contra existentes in suo territorio: id quod ex cap. animarum, & ibi gl. in verb. territorium. de constitu. lib. 6. colligitur, vbi Bonifacius Papa VIII. expressè statuit Episcopi statutum, extra suã diœcesim subditum nô ligare: cum extra territorium ius dicenti nô pareatur impunè. Vnde si Episcopus excommunicationem ferat contra omnes subditos, furtum, aut aliquid committentes, non côprehenduntur subditi extra territoriũ delinquentes, ibique manentes, & hoc etiamsi excôicantis intentio erat subditos vbicunq; delinquentes côprehendere. Cuius rei hęc ratio est, quia cuilibet minoris Papa iurisdictio sicut limites suos habet quoad personas, ita etiã quoad loca limitatur: nam ad hoc distinctę sunt diœceses, vt quilibet suis terminis sit contentus. Licet igitur subditi ratione fori interioris, & personæ, vt notat Henriquez, vbi supra, proprio Episcopo subiaceant, in foro tamen exteriori, vbi res cum strepitu terminanda, & desinienda est, Episcopus extra suum territorium nihil facere pôt, sed id ad Episcopum loci, vbi delictũ fit, pertinebit. Quod procedit, siue sit sñia legis, idest, per modũ legis, & constitutionis facta, siue hominis; extra n. territoriũ statuêns, aut ferens vim habere non potest, cum id vim solum habeat à potestate ipsius legislatoris, quæ territorium proprium non egreditur. Vnde subditus Episcopi non ligatur pœna statuti prohibentis sub pœna excommunicationis, ne quis tali tempore vadat de nocte, si extra diœcesim vadit de nocte. ex Panor. c. 1. nu. 8. de rapt. Alexã. consi. 121. in 1. vol. Lud. Gomesius repe. in c. vt animarum, §. statuto, nu. 40. tale enim statutũ, vt pote fines iurisdictionis excedens, iniustum est Panor. in c. 1. nu. 5. & ibi Felin. num. 9. de consti. Et quod de statuto

40 Episcopi respectu suæ diœcesis tantum dictum est, etiam de locis non exemptis intelligi debet, vt enim statutũ Episcopi extra territorium subditum, delinquentem non ligat: ita neque delinquentem in diœcesi, in loco tamê exêpto, ex Ioan. And. & Gemin. in d. c. vt animarum de consti. & est communis opinio, & colligitur ex c. cum episcopus, & ibi gl. in verb. non exempto. de offic. ordin. li. 6. & cap. luminoso. 18. q. 2. & clem. Archiepiscopo, & ibi glo. in verbo. iurisdictionẽ. de priuileg. Quia locus extra diœcesim, & locus exemptus intra diœcesim ęquipatantur, vt Francis. Zabarel. in repet. c. vt animarum. nu. 35. Marcus Antonius. Marscotus de Caluis, repet. eiusdem ca. nu. 38. & Ludouic. Gomesius in repet. eiusdem ca. §. statuto. nu. 85. de constitut. latius scribũt, qui etiam alios multos pro hac re adducunt; exinde côcludentes quod loca, quæ sunt in prouincia, vel diœcesi habentia Dominum separatum, non dicuntur esse de illo regno, siue diœcesi; id, quod etiã Card. in clem. 2. §. 1. in 4. q. de priuileg. & Petr. Ancha. in rep. c. si propter tua debita de rescrip. lib. 6. & Ang. consi. 233. quædam Dom. Margarita, col. 2. tradunt: vbi idem Angel. tenet, quod testamentum in monasterio exempto confectum in territorio Senensi non dicitur esse factum, ea ratione, quod locus extra diœcesim, & locus exemptus intra diœcesim æquipatantur. Vnde si Episcopus excommunicationem ferat contra furtũ committentes, tali sententia subditus in loco diœcesis exempto furtum committens non comprehenditur. Sylu. verb. excommuni. 2. nu. 22. Tabiena verb. excom. 4. vers. sic. tertio quęritur. Henriquez lib. 13. de exc. c. §. 2. Et si episcopus per sententiã excommunicationis præcipiat, ne quis monasteria monialium intret, aut ad ea accedat: subditus intrando monasterium exemptum eam non incurret: cuius hęc ratio est, quia excommunicatio cũ non feratur propter viam eundi non exêptam, sed ob delictum intrãdi, cum delictum hoc in loco exempto committatur, delinquentê ibi nô ligabit. Sylu. vbi supra num. 13. Tabi. & Henriquez, locis cit. Et quod de loco exempto dictum est, quod in eo delictũ committens excommunicatus non erit, pari ratione de exempto à iurisdictione Episcopi vi priuilegij sentiendũ erit; talis enim à iurisdictione Episcopi excommunicantis priuilegio exemptus eius sententijs non comprehenditur.

41 Sunt tamen aliqui casus, in quibus etiam extra diœcesim existentes excommunicationem Episcopi incurrunt; quorum vnus est, quando crimen inchoatur intra territorium excommunicantis, aut completur, vt si Episcopus statutum, seu sententiam excommunicationis, ferat, quã beneficiorum rectores, ad residentiam personaliter faciêdam intra certum tempus astringit, tunc clerici huius sententiæ notitiam habentes, si non resideant, etiamsi extra

terri-

territorium fuerint, excõmunicationem incurrunt: quia peccatum non residentiæ non solum inchoatur, sed etiam completur intra diœcesim in damnum ouium, & etiam quia clerici extra diœcesim commorantes, licet non ratione personæ, ratione tamen rei, idest beneficiorum, intra illius diœcesim, seu territorium existentium, intra diœcesim esse censentur, & ordinario subiecti esse dicuntur. Quem casum ponunt Ange. verb. [illegible] mmunicatio. 1. nu. 10. Syluest. verb. excomm. 2. nu. [illegible] uodo. Tabiena verb. excomm. 4. ver. tertio quæri. [illegible] cus Antonius Marsecotus de Caluis. repet. in c. vt anima. [illegible] um. §. statuto. num. 53. Nauar. in man. c. 27. nume. 6. Henriquez lib. 13. de excom. 26. §. 2.

42 Secundus est, quãdo crimen est omnino commissum extra territorium excommunicantis, sed reus de illo postea conuenitur coram suo prælato intra territorium; tunc enim poterit prælatus causam cognoscere, & reum etiam excommunicando punire. Vt si quis Venetus furtum Bononiæ fecerit, & Patriarcha Venetus vbicunque existentes subditos furtum committentes, excommunicat, si subditus ille Venetias reuertatur, & apud Patriarcham Venetijs de furto, cõueniatur, potest quidem Patriarcha sic delinquentem per excõmunicationem cogere, vt restituat, vt cõmunis opinio docet, & praxis quotidiana confirmat. sic Sotus 4. dist. 22. q. 2. artic. 1. conclus. 1. vers sic. responde tur ergo Henriquez lib. 13. de excom. c. 26. §. 1. & 2.

43 Tertius casus est, in eo qui furtum committit in vno loco, nimirum Neapoli, & postea inde Beneuentum fugit, si talis delinquens aut ante exitũ ab Archiepiscopo Neapol. citatus erat, aut Neapoli domicilium habet, ab eodẽ Archiepiscopo Neapolitano etiam extra eius territorium existens excommunicatur, si sententiam in eum, qui furtum illud fecit, Archiepiscopus ferat, & hunc casum Sotus in 4. d. 22. q. 2. art. 1. concl. 1. simpliciter concedit, Syluester autem ver. excomm. 2. num. 10. Henriquez lib. 13. de excom. c. 26. §. 2. post Panorm. in c. fin. de foro compe. nume. 7. 8. & 9. requiri putant vel citationem delinquentis, vel quod ibi domicilium habeat, id quod verius, & securius esse puto. Praxis tamen in huiusmodi euentu est, vt Panor. vbi supra, & Hẽriquez docent, vt index luci de licti iudicem loci, vbi degit delinquens, requirat, vt eum citet, vel remittat, id quod requisitus iudex facere tenetur. Quod si citatus per iudicem, vbi degit, cõparere recusat, per iudicem delicti excõmunicari potest, & alius processus fieri contra personam; inquantum status causæ patitur: quia iam constitutus est in contumacia per citationẽ iudicis, vbi degit. arg. c. Romana. §. contrahentes. de sen. & re iudic. lib. 6. & clement. pastoralis titu. eod. & latè docet Panorm. in d. c. fi. nu. 6. de foro compet.

44 Quartus casus est, quem ponunt Marcus Antnn. Marscotus in repet. c. vt animarum. §. statuto. nu. 26. de const. & Augel. in verb. excommunicatio. 1. num. 10. Quando statutum super causam sententię originale disponeret in territorio proprio ex facto negatiuo in limitibus alterius territorij commisso, cui contrarium factum affirmatiuũ in proprio territorio faciendum erat, sententia excommunicationis contra delinquentem in alieno territorio valebit, vt si statuto caueatur, quod quicunque furtum fecerit, vbicunque illud fecerit, nisi infra mensem a die criminis commissi coram iudice delicti compareat, vel cotã nobis, sit excommunicatus; talis delinquens licet non ligetur ratione furti nõ committẽdi, quia est factum negatiuum in territorio alieno; ex ea tamen parte: quia non comparuit; cum comparere sit factum, affirmatiuum contrarium faciendum in territorio statuentis, tali excommunicatione ligatur. Cuius ea est ratio, quia per edictum ad hoc arctari potuit, arg. cap. ex tuæ. de cler. non resid. Alij casus, qui ab authorib. referũtur, aut ex istis soli, aut ad istos reduci possunt.

45 Quod de iudice sententiam excommunicationis contra subditos ferente diximus: nullum esse communiter, si extra diœcesim eius deliquerint; pari ratione de ipsomet Episcopo extra suam diœcesim existente, sentiendum est. Nullus enim ecclesiasticus iudex extra suum territorium existens etiam suos proprios subditos excommunicare potest. 9. q. 2. c. Episcopum, & clem. quamuis. vbi gl. in verb. canonibus de foro comp. vbi alios canones ad idem propositum allegat S. Aut. 3. par. tit. 24. c. 75. Nau. in man. c. 27. num. 6. Quod etiam ratione manifestum est; quia ad excommunicationis sententiam ferendam requiritur causæ cognitio, hæc autem sine tribunali cognosci non potest, nemo autem extra suum territoriũ pro tribunali sedere potest. Quantum enim ad exercitium iurisdictionis cõtentiosę redigitur Episcopus ad instar priuati, postquã diœcesim suam egressus est, vt l. 2. ff. de offic. procons. & l. fin. de offic. præsidis. Ratio est, quia iurisdictio cohæret loco, siue territorio, vt l. fi. & ibi Bar. C. vbi, & apud quos. Vnde si quis de facto extra diœcesim existens excommunicet, sentẽtia nulla erit, vt latè docet glo. in c. nouit. in ver. terminos. de offic. legat. & colligitur manifeste ex textu, Innocentius enim Papa III. non aliter saluat sententiã in terdictio legato factã contra Regem Francorum, quã ex eo, quod nondum fuerat terminos suæ legationis egressus ergo si iam exijsset, sententia illa nulla fuisset.

46 Cæterum Panorm. in c. nouit. nume. 3. de offic. lega. S. Ant. 3. par. tit. 24. c. 75. & Nau. in man. c. 27. num. 6. nonnullas exceptiones ponunt; quarum vna est, quæ prælatus extra territorium existens ex consensu iudicis territorij, dummodo partes consentiant, pro tribunali sedere, & excommunicare potest: partes enim inuitæ extra territorium trahi non possent, & hoc communiter docent DD. & gl. in c. vt ligantes in verb. de consuetudine de offic. ordin. lib. 6. Bald. in l. si qui ex consensu. C. de epis. aud. & Panor. in c. P. & G. nu. 15. de off. iud. d. leg. & facit clem. vnic. de foro compe. & 9. q. 2. c. nullus primas. Aret. cons. 58. Oldrad. cons. 88. Rota deci. 13. de consuetud. in antiq. sicut igitur ex consensu proprij iudicis potest quis extra territorium iudicare subditum alterius, d. cap. nullus primas. 9. q. 2. fortius potest iudicare subditum proprium ex iudicis territorij consensu, & voluntate.

Secunda est, quãdo excommunicaret pro delictis notorijs, potest enim prælatus in notorijs sine causæ cognitione procedere, etiam extra territorium, cum notoria causæ cognitionem non exigant. arg. c. cũ sit § fin. & c. peruenit. de appell. & c. euidentia. de accus. t. & c. manifesta. & c. de manifesta. 2. q. 1. Pano. in d. c. nouit. nu. 3. de offi. leg. Summa confess. tit. 33. q. 53. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 75. Nau. in man. c. 27. nu. 6. vnde in his, & similibus Panor. hanc doctrinam generalem tradit, quod ea quæ expediuntur sine causæ cognitione, & non pro tribunali extra territorium exerceri possunt, vt beneficia conferre, & causa delegare, & reliqua, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ. vt l. 2. ff. de offi. procons. Oldrad. cons. 88. Secus autem in eis, quæ causæ cognitionem exigunt, vt excommunicare. arg. l. fi. ff. de offi. præfec. vrb. Felin. in cap. cum inferior. col. fin. vers. fallit secundo. de maior. & obed.

Tertia est ex Anto. & Nauar. vbi supra, quod Episcopi expulsi exercere possunt iurisdictionem in aliena diœcesi circa suos subditos, saltem in loco viciniori suis Episcopalibus, eosque absoluere, & excommunicare possunt, vt colligitur ex Clemen. quamuis. de foro compet. Et de homine, qui excommunicare possit, &c. quo in loco, hæc dicta sint.

De lege, altera causa efficiente excommunicationis, & necessarijs, vt eam valide ferat. Cap. VII.

SVMMA.

1 *A lege ferri potest excommunicatio, & quid nomine legis intelligatur.*

2 *Lex à Papa, aut à Concilio Generali lata, omnes fideles ligat.*

3 *Lex aliqua vt liget, ſufficienter promulgata eſſe debet, et quæ huius ratio ſit.*

4 *Lex vt obliget, recepta eſſe debet.*

5 *Lex quamuis à nonnullis recipiatur, niſi tamen a maiori parte hominum loci, in quo promulgatur, recepta ſit, vim obligandi non habet.*

6 *Lex à maiori parte recepta alios omnes obligat.*

7 *Lex ſemel à maiori parte recepta, ſi poſtea vel abrogata, vel ſuſpenſa ſit, non amplius ligat.*

8 *Lex vt obliget, in proprios ſubditos ferentis eam, & de re ad legiſlatorem ſpectante ferri debet.*

9 *Extraneus in territorio legem ferentis delinquens ratione delicti eius fori eſſe cenſetur.*

10 *Subditus extra territorium legis ferentis peccans quando pœnam legis incurrat.*

11 *Excommunicatio à lege lata durat etiam poſt mortem eam ferentis, & quare.*

12 *Excommunicatio ab homine lata mortuo ferente ceſſat.*

13 *Excommunicatio per ſtatutum lata etiam non præcedente monitione tenet.*

14 *Excommunicatio ab homine non niſi præmiſſa monitione ferri debet.*

15 *Excommunicatio lata in participantes cum excommunicato à ſe non præmiſſa monitione non tenet, & quænam huius ratio ſit.*

16 *Excommunicatio à lege lata etiam ſine Scriptura valet; ſecus autem, ſi feratur ab homine.*

17 *Statutum fieri poteſt ſine cauſæ cognitione, & die feriata, non autem ſententia ab homine lata.*

18 *Excommunicatio per viam ſtatuti lata ſubditum extra territorium delinquentem non obligat.*

19 *Statutum extra territorium ferentis quare non liget.*

20 *Excommunicatio per viam ſtatuti fieri poteſt pro futuris delictis, non ſic ab homine.*

21 *Quænam huius differentiæ ratio ſit.*

22 *Excommunicatio generaliter pro futuris culpis lata, & præſentes, & futuros ferentis ſubditos ligat.*

23 *Excommunicatio per Archiepiſcopum in Concilio Prouinciali lata tam ſuos, quam Suffraganeorum ſuorum ſubditos ligat.*

24 *Excommunicatio per viam ſtatuti lata ab Archiepiſcopo ab epiſcopo relaxari poteſt, dummodo eius abſolutio non ſit reſeruata.*

25 *Abſoluere ab excommunicatione ab homine lata is ſolum poteſt, qui eam tulit; vel eius ſuperior.*



1 ON ſolum ab homine, ſed etiam a lege excómunicationem, aliaſq; cenſuras ferri poſſe diximus. Legis autem nomine, tum Papę, tum aliorum inferiorũ Prælatorum, & Conciliorum, & Collegiorũ decreta, & conſtitutiones intelliguntur; ab his enim omnibus leges, & ſtatuta fieri poſſe certum eſt; cum iuriſdictionem, ideſt, merum imperium, quæ ad legem ferendam neceſſaria eſt, teſte Bar. in l. imperium num. 6. & 8. de iuriſd. omn. iud. hi omnes ha-
2 beant. Et quidem Papa leges ferre valet, quibus omnes Chriſtianos liget. Sic etiam Concilia Generalia legitime congregata, prout ex iure Pontificio, & Conciliorum Decretis manifeſtum eſt. Pari modo legati a latere leges ferre valent, quibus ſuæ prouinciæ homines obligent. c. fin. de offic. legar. Idemque in ſuos ſubditos poſſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, c. fi. & ibi glo. in verb. ſtatuto epiſcopi. de conſtit. lib. 6. quod etiã de alijs Prælatis, Collegijs, & Capitulis Cathedralibus, & alijs ſentiendũ eſt. arg. eorum, quæ in c. cum omnes, & c. cum acceſſiſſét, de conſt. lib. 6. habentur, & latius gl. in c. cum aliquibus.

in verb. ſtatutis. de reſcrip. lib. 6. & in ca. conſtitutionem. verb. ſtatutum de verb. ſign. lib. 6. & communis omnium reſtatur conſenſus.

3 Cęterum, vt lex aliqua valida ſit, & cenſurę per eam latæ ſubditos legiſlatoris obligent, nonnulla omnino ſunt neceſſaria.

Primo quidem ſufficienter promulgata eſſe debet, niſi enim ſufficienter promulgata fuerit, ſicut nec vim legis, ita neque obligandi virtutem habet. c. cognoſcẽtes, & ibi glo. in verb. ante prohibitionem. de conſt. & ibi Pano. nu. 6. & c. 1. & ibi gl. in verb. publice promulgauerit. & Pan. ibi. n. 10. de poſtul. præl. & c. in iſtis. §. leges diſt. 4. & Iuſtinianus in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. & conſti. ait, leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominũ vitas, intelligi ab oĩbus debent, & latius docent. S. Tho. .2. q. 90. ar. 4. Summiſtæ in verb. Lex. & Nau. in man. c. 23. nu. 24. & ratio eſt euidẽs, quia cũ lex ſit regula humanarũ operationũ; & vim directiuam habeat; regula autem niſi applicetur ad menſurandum, vana eſt, & inutilis; applicatur autẽ per promulgationem, & communem notitiam; ideo vt lex obliget, omnino requiritur prómulgatio. Quæ autem promulgatio ſufficiens ſit, vt ad ſubditorum notitiam veniat, & quo in loco promulgari debeat, ut obligate dicatur; ex ijs, quæ de legibus in communi, earumq; obligatione tradunt Doctores, petenda ſunt. Ea enim etiam in lege excõmunicationem, aut alias cenſuras ferente vim habent; de qua re alibi dicendum eſt.

4 Secundo lex recepta eſſe debet, alioquin enim non obligat. cap. 1. & ibi gl. in verb. frangere, & late Panor. num. 4. de treg. & pac. vt enim dicitur c. in iſtis. §. leges, diſt. 4. leges inſtituũtur, cum promulgãtur; firmantur autem, cũ moribus vtentium approbantur. Qua de cauſa Nauar. in man. c. 27. num. 129. & 350. docet clericos locantes bona eccleſiæ vltra triennium, in caſibus a iure non permiſſis, excommunicationem Extrau. 1. de reb. eccl. non alien. nõ
5 incurrere, cum quoad hanc pœnam non ſit recepta. † Neque ſufficit, vt lex obliget, quod aliqui pauci eã recipiant, aut etiam multi eam amplexẽtur, dummodo maior pars hominum loci illius, in quo promulgata eſt, eam non receperit: ad hoc enim, vt obligãdi vim habeat, requiritur, vt a maiori parte hominum loci recipiatur, arg. c. 1. de his quæ a maiori par. Capituli fiunt. Nau. in man. c. 23. n. 41. promulgari enim videtur lex eum conditione, ſi recipiatur, ſaltem per maiorẽ partem. Vnde ſi Epiſcopus legem ſtatuat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne quis ludat aleis, veſtes ſericeas ferat, aut aliquid aliud ſimile præcipiat quamuis minor pars hominum loci eam recipiat, in eamque offendat, in excõmunicationem tamen non incidit, ſi ſolum à minori parte, & non etiam à maiori lex illa recepta fuerit. Quod etiam procedit, etiamſi excommunicatio feratur pro re lege Diuina prohibita; vt ſi Epiſcopus excommunicationem pro furto, aut adulterio ſtatueret, in quo euentu contrafaciens peccat quidem; in eius tamen ſtatuti pœnam non incidit arg. c. fin. de conſt.
6 lib. 6. † At vero recepta lege a maiori parte, omnes alij ea obligantur, & contrafacientes pœnam legis incurrunt. arg. c. fin. de conſuetud. & DD. ibi, poſt gloſſ. ibi in verb. legitime ſit præſcripta, & late Panor. nu. 18. Sylueſt. verb. conſuetudo. num. 12. Hugo. de eccl. cenſ. tab. 1. c. 9 §. n. 4.
7 † Multoque minus obligandi uim habet lex, quæ licet ſemel recepta ſit, poſtea tamẽ abrogata, aut ſuſpẽſa eſt, tũc enim contrafacientes illius legis cẽſuris, & pœnis nõ obligantur. Suſpẽſione namque, & abrogatione lex lata uim ſuam amittit. gloſ. in cap. 1. in uerb. ſtatuta, & Panor. ibi num 3. de conſtit. & glo. in ca. nouit. in uerb. Quicumque, de iudic. ubi id clare docet de lege abrogata. & de ſuſpenſa, pari ratione colligitur arg. ca. fin. §. in feſtiuitatibus. de ſen. excom. lib. 6. & c. non eſt uobis, & ibi glo. uerb. donec ibi fuerint. de ſpenſal.

8 Tertio requiritur, vt feratur in proprios ſubditos, & de re ad legiſlatorẽ ſpectãte, alias. n. nõ obligabit. arg. c. fi. de cõſt. lib. 6. & l. fi. de iuriſ. omn. iud. Et ita licet Papæ cõſti-

tutio-

tutinnibus, & Conciliorum Generalium decretis in rebus ad animum pertinentibus, omnes Christi fideles obligentur. arg. c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. & c. fi. & ibi gl. in verb. adstringit. & Panorm. nu. 1. de constitut. Alij tamen sibi subditos tantum obligare communiter possunt. arg. c. fin. de const. lib. 6. & c. fin. de offic. lega. in antiq. & nos latius in superiorib. documus. Quod intelligitur siue modo subditi sunt, quando legem illam ferunt, siue postea futuri sint, vt latius docet Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 10. nu. 2. de sen. excom. lib. 6. quamprimum enim subditi eorum esse incipiunt, eorum legibus adstringuntur, cũ leges non solum tempora præsentia, sed etiam futura respiciant, nisi abrogentur. arg. c. fin. de constit. & ibi gl. in verb. futura; quod communi omnium sententia post gl. in c. a nobis. 1. in verb. non nisi subditi. de sent. excom. definitum est. Qua de causa si lex ab Archiepiscopo Bononiensi lata sit, qua omnes furtum committentes excommunicet, si quis Venetus postea Bononiensis Archiepiscopi subditus sit, & furtum illic faciat excommunicationis pœnam incurret, Ideo autem dixi, alios a Papa suos tan-
9 tum subditos communiter statutis a se latis obligare: quia si alienus in alicuius territorio delinquat, ratione delicti eius fori esse censetur, & statuti pœna constringitur, vt notat omnes in c. fi. de foro competen. & c. 1. de rap. & gl. in d. c. a nobis. 1. in verb. non nisi subditi. de sent. exc6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Sicut ex aduerso subditus eius, si extra territorium suum delinquat; aut in loco exempto eiusdem territorij delictum committat, statuto suo nõ obligatur, cum extra territoriũ suum, aut in loco exempto territorij iurisdictionem non habeat; & proinde neminem ibi constitutione sua ligare poterit. c. fin. de consti lib. 6. Panor. in d. c. nobis. num. 11. & Felin. nu. 6. Hinc sequitur, quod si Episcopus statutum ferat, vt qui furatur, vel aleis ludat, excõmunicatus sit subditus eius extra territorium suum furetur, aut aleis ludat, aut etiam eadem faciat in loco exempto eiusdem territorij, in excommunicationem ab Episcopo latam non incidet. Et consequenter multominus nõ subditus eam incurret, si in loco exempto eiusd. m territorij furetur, aut aleis ludat; cum eo in loco Episcopus iurisdictionem nullam exercere possit.

10 Hoc tamen, quod diximus, nimirum subditum extra territorium, aut in loco territorij exempto delinquentem, Episcopi statuto & pœna non obligari limitari debet secundum ea, quæ superiori capit. dicta sunt. Quando enim delictum inceptum est in territorio & iurisdictione legem ferentis quamuis in alieno deinceps consummetur, puniri potest hoc statuentis. Vnde si episcopi statuto cautum sit, vt qui in suis ecclesijs intra duos menses non resederit, excommunicatus sit, clericus vltra constitutũ tempus in alieno territorio absens, excommunicationem incurret. Qui licèt contumacia in alieno territorio consummata sit, quia tamen in diœcesi legislatoris inchoata fuit, excommunicatus erit. arg. ca. proposuisti. de foro compe. vbi enim quis aliquid facere debet, & illud ibi non facit, illud ibi non facere dicitur, vbi facere debebat. Angelica in verb. excommun. 1. num. 10. & ibi citans ad hoc l. qui non facit. ff. de reg. iur.

11 Hæc præcipuè obseruanda sunt in lege, vt sententiam excommunicationis, aut alias censuras validè ferat. Nunc superest, vt nonnullas differentias inter excommunicationem à iure, & ab homine latam, annotemus. Quarum prima esse potest quoad potestatẽ duraturam, quia excommunicatio lata per viam legis, & statuti, durat etiam in tẽpus successoris, vt habetur c. fin. & ibi glos. in verb. statuta. & Panor. nu. 2. & 9. de offi. legat. excommunicatio vero per viam sententiæ, & sic ab homine lata, quæ nondum iniecit vinculum, non durat in tempus successoris, arg. c. a nobis 1. & ibi gl. in verb. non nisi subditi. & Panor. nu. 12. de sent. excom. Ratio est, quia cum lex sit quædam vitæ norma, & magistra, qua hominum vita dirigitur. arg. l. 1. & 2. ff. de leg. ea perpetua esse solet, semperque durat, nisi reuocetur. vt c. fin. de offi. leg. habetur, vbi dr, quod statuta quæ faciunt legati in prouincia sibi concessa, perpetuo seruanda sunt, licet ipsi eandem postmodum fine egressi. Id quod non solum in legato à latere, sed etiam in legato nato, siue legato ratione personę, procedit, vt ait Panor. ibi num. 1. cum istorum quilibet ordinariam iurisdictionem habeat, c. 2. de offic. leg. lib. 6. Vnde à fortiori statuta edita ab Episcopo post obitum ipsius durant, cum ipse habeat iurisdictionem perpetuam. & idem de alijs prælatis inferioribus in causis, in quibus statuere possunt, dicendum est. Si ergo lex aliquid statuat sub pœna excommunicationis, qui contrafaciunt sunt excommunicati, vt notat gl. in c. fin. verb. statuta. de offic. leg. siue legislator mortuus sit, siue alia ratione iurisdictione sua priuetur. & idem docet Panor. in c. a nobis. 1. num. 12. de sent. exc. vbi etiam docet, Capitulum Sede vacante faciens statutum, durare etiam creato Episcopo, nisi expressè per Epi-
12 scopum reuocetur, citans Feder. de Sen. cons. 16. In sententia verò ab homine lata res aliter se habet; cum enim sententia hominis præsentem statum solum respiciat, si tulerit sententiam excommunicationis sub conditione, si cõtra aliquos, qui furtũ fecerint, tunc quidẽ si quis eo viuẽte furtum fecerit, excommunicatus est, secus tamen si post eius mortem idem furtum commisisset, cum eius morte sententia ipsa tollatur, nisi à successore confirmetur. arg. l. fi. ff. de pęn. & l. 1. Cod. de postul. & c. vnic. de maior. & obed. & c. pastoralis. §. 1. de offi. ord. & latius docet Pan. in c. fin. nu. 9. de offic. leg. & c. a nobis. 1. num. 12. de sent. exc. quem sequitur Hugol. de cens. eccles. tab. 1. c. 9. §. 4.

13 Secunda est, Quia excommunicatio lata per statutum non præcedente monitione tenet, & sic non est necessaria monitio; ipsa enim lex statim ac promulgata est, semper loquitur, semperque subditus admonet, ne crimen prohibitũ committant, aut rem lege vetitam agant, ideoque alia specialis monitio necessaria non est, arg. c. a nobis. 1. de sent. exc. & c. reprehensibilis. de appel. Pan. in c. 1. n. 2. de rap. & citat c. 2. de constit. lib. 6. Felin. in c. præterea. num. 2. versi. 2. not. de spons. & in cap. nuper. num. 8. vers. in ea. de sen. exc. Coua. in c. alma mater. §. 9. nu. 5. de sent. exc. lib. 6. Hugol. de cens. eccl. tab. 1. c. 18. nu. 2. In sen-
14 tentia verò hominis requiritur monitio, alias punitur, vt c. sacro. de sen. excom. & ibi Pano. nu. 9. & c. Romana. de sent. excom. lib. 6. & c. constitutionem. eod. tit. & li. & ibi glo. tenet tamen excõicatio hominis sine monitione præmissa facta: sic gl. in c. reprehensibilis. in verb. proferant. & ibi Panor. n. 13. de appell. & in c. a nobis. 1. n. 9. de sent. exc. vbi quamuis glossa quatuor casus enumeret in quibus sententia hominis non tenet, non præmissa monitione; Panor. tamen in d. c. reprehensibilis, nu. 13. & in d. c. a nobis 1. nu. 9. & Hugol. vbi supra n. 4. docent vnum tantũ casum esse exceptum in c. statuimus. de sen. exc. lib. 6. vbi Inn. IV. statuit, quod excõicatio lata in participantes cum excommunicato monitione non præmissa, non teneat. qui sane textus optime probat sententiam tenere in alijs casibus, arguendo per locum à speciali; vnde in hoc casu requiritur monitio, vt sententia valeat. Ratio autem huius specialitatis à Doctoribus ibi communiter traditur: Quia multoties iudices videntes se turbatos indiscretè, & iniustè excõicabant maiori excommunicatione participantes, licet de participatione nõ plenè cõstaret, ideo ad refrænandũ istud, ordinatũ fuit, quod in hoc casu monitio non solum esset de iustitia excommunicationis, sed ẽt de substantia, ne ita facile hoĩes illaqueẽtur. Quamuis, vt rectè notaut Io. And. ibi. & Panor. in locis cit. nec non Steph. Costa reper. in d. c. statuimus. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. casus eius c. statuimus. restringi debet solum ad participantes cum excommunicatis à se; ita vt si Episcopus excõicare vellet participantes cũ excõicatis à se sine monitione, excommunicatio nulla esset; id quod colligunt ex textu d. c. statuimus, in illo verbo [*cum excommunicatis ab eo.*] quasi si velit aliud esse, si episcopus excommunicare vellet participantes cum excommunicatis, *ab alijs, quam à se;* sine monitione, tunc. n. teneret excommunicatio. Vnde si

de si excommunicaret participantes cũ excõicatis ab Archidiacono, vel ab alio Episcopo sine monitione, excõicatio illa, licet iniusta esset, nõ tñ nulla censenda erit. Rõ est, quia iudices magis incensi sunt, qñ auctoritas eorum propria cõtẽnitur, quã quando cõtẽnitur auctoritas aliorum.

16 Tertia est, quia sicut valet statutum sine scriptura, ita valet sententia lata per tale statutum, vt notat Io. And. in reg. nemo põt. de reg. iur. libr. 6. in Mercurial. & sequitur Panor. in rubt. de const. nu. 3. & c. t. n. 19. de postul. præl. vbi ait esse communem opinionem, eamq; confirmat ex c. 1. de renunc. lib. 6. vbi Bonifac. VIII. redigit in scripus constitutionẽ Cœlestini V. ne traderetur obliuioni: ergo valebat prius constitutio, antequã redigeretur in scriptis. Vnde scriptura ibi postea interuenit non ad validitatẽ legis, sed vt cõseruaretur eius memoria, & Io. Sylua. tract. de benef. p. 3. q. 22. At verò in sentẽtia hominis requiritur scriptura, vt habetur c. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi requiritur, vt iudex sentẽtiã ferat in scriptis, & contrafaciens per mẽsem ab ingressu in ecclesiam, & officijs Diuinis est suspensus, id quod latius docẽt gl. in c. 1. in verb. in scriptis. & Steph. Costa in d. c. 1. nu. 10. de sent. exc. lib. 6. & Hug. de cens. eccl. tab. t. c. 14. §. 6. nu. 2. Nau. in man. c. 27. nu. 8. vbi notat prædictã pœnam suspensionis non afficere Episcopos, quia non fit eorum particularis mentio, quod tamen necessarium est, vt ipsi pœnã suspensionis incurrant. c. quia periculosum. de sent. excom. lib. 6.

17 Quarta est, quia statutum fieri potest sine causæ cognitione maximè contentiosæ. Hinc est, quod statutũ fieri poterit die feriata, & valebit: secus est in sententia excommunicationis, quia non debet ferri die feriata, cum enim ferri non debeat nisi cognita cã. c. sacro. de sent. exc. & ca. nemo. 2. q. 1. feriata verò die causæ cognosci nequeant. ca. fi. de fer. vtiq; nec excõicatio regulariter ab homine ferri debet. Sic latius tradunt Gemin. in c. Romana. §. caueãt. nu. 4. versic. 11. Anchar. eod. versic. de sent. excomm. lib. 6. Feder. de Sen. consi. 11. nu. 3. versic. quare ergo episcopus. Marian. Soc. in c. perpendimus. num. 73. versi. vltima differentia. de sent. excom. & num. 74. vers. sententia verò hominis. eo. ti. & lib. Steph. Costa repe. in c. Romana. numero 15. de sent. excom. li. 6. Hugol. de eccles. cens. tab. t. c. 27. §. 2. Quamuis autem sententia excommunicationis diebus feriatis ferri non debeat, lata tamen valebit. Sicut enim sententia excommunicationis, quamuis ferri non debeat nisi causa cognita, & monitione præmissa, sine his tamen lata valet. c. sacro. de sent. excom. ita in diebus feriatis excommunicatio lata valebit. Quæ enim causæ cognitionem necessario non requirunt, his diebus gesta valent, vt probatur in l. actus, & ibi DD. C. de fer.

18 Quinta est, quod statutum, quia extra territorium non ligat, consequenter neq; excommunicatio lata per viam statuti subditum extra territoriũ delinquentem obligabit. c. vt animarum. §. statuto. & ibi gl. in verb. vt animarũ. de consti. lib. 6. c. cum episcoput. de offic. ordin. cũ ibi iurisdictionem iudex non habeat: At vero excõicatio specialiter lata per viam sententię à iudice domicilij in subditum, etiam extra territoriũ existẽtem subditum obligabit. arg. c. postulasti. de foro compet. & c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & facit ca. Romana. de sent. excom. lib. 6. & ibi Gemin. in §. caueant. nu. 4. versi. decima. & Anchar. nu. 6. versic. 10. & Steph. Costa nume. 16. Pano. in c. fin. n. 40. 41. vbi ait esse communem opinionẽ, & citat Io. de Lign. in d. ca. fin. & Feder. de Sen. consl. 16. & c. ex tuæ. de cler. nõ resid. & c. cum sit Romana. iu fi. de appel. & tenet Io. And. ĩ reg. cũ sit. de reg. iur. li. 6. in Mercurial. ratio est ex Panor. vbi supra nu. 42. quia non deficit potestas in excõicante, cum sit vbilibet subiectus. Immò addit quod si in initiò causæ esset subiectus, & postea desijsset esse subiectus, nihilominus per sñiam hominis excommunicari possit etiam extra territorium absens, vt notatur in c. proposuisti. de foro compet. & mul-
19 tò magis, quando remanet semper subditus. Cur autem statutum extra territorium non obliget, sententia vero sic, ea est ratio; quia statutum fertũr, vt territorium rite gubernari possit, & à malis defendi, atq; vt qui in territorio sunt, quæ inibi cauere, quæue facere debeant, non ignorent. arg. l. 2. & l. legis virtus. de consti. vnde DD. statutum territorij legem esse dicunt; ideoq; extra territorium non operatur, nec subditum ligat. At vero cũ sententia excõmunicationis ab homine pręcipuè feratur, vt personæ contumacia exerceatur, vbicunq; subditus contumax, & rebellis sit, excommunicationis sententia iustè puniri poterit. vt latius DD. vbi supra tradunt, quos sequitur Hugol. de eccl. cens. tab. t. c. 9 §. 3. num. 4.

20 Sexta est, quod excommunicatio per viam statuti fieri potest pro futuris delictis, hoc modo. Statuimus, vt nullus hoc faciat, & qui fecerit, sit ipso facto excommunicatus exẽpli gratia, qui furtum fecerit sit excommunicatus: Qui clericum percusserit, sit excommunicatus, & facit cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & c. eos qui. de sent. excõ. lib. 6. vbi excommunicatio fertur contra eos, qui clericum percusserint, & absolutus propter motus periculum, aut aliud impedimentum ab eo, à quo alias absolui non poterat; si cessante impedimento se non repræsentat cum commodè possit, ei à quo alias absolui debebat, recidit in eandem sententiam, & idem in multis alijs constat, in quibus excommunicatio, & aliæ censuræ pro futuris culpis per legem latæ valent. At verò ab homine excommunicatio pro futuris culpis, aut pro futura contumacia ferri non debet. c. Romana. §. caueant. & ibi gl. in verb. futuris, de sent. exc. lib. 6. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 10. nu. 1. Steph. Costa repet. in d. c. Romana. n. 10. & 11. Hug. de eccl. cens. tab. t. c 9. §. 5. nu. 1. 2. & 3. Et est ratio differentiæ in promptu: Nã de natura statuti, & legis est prouidere circa futura. c. cognoscentes. & ibi gl. in verb. futuris, & c. fi. & ibi gl. in verb. futurã. de const. & l. leges. C. de legib. Panot. in c. licet. nu. 9. de elect. De natura verò sententiæ hominis est, vt prouideatur circa præsentia, vt præterita; l. t. ff. de vsu. Iudex enim de sibi probatis sententiam ferre debet, arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. de futuris autẽ id fieri nõ põt, arg. l. t. §. t. ff. de vsur. vbi dicitur iudicem non posse cõdemnare ad vsuras futuri temporis, & latius docent gl. in c. in nostra. in verb. de cætero. & ibi Panor. nu. 5. de sepul. Hæc tamen differentia non ita absolutè vera est; nam in c. a nobis. 1. de sen. exc. Clemens III. pro certo habet excommunicationem generalem ab homine in hunc modum ferri posse, Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, de qua re in sequentibus, nunc satis sit breuiter hanc differentiam inter excommunicationem à statuto, & ab homine lata ex glo. & alijs citatis authoribus annotasse. Addimus tamẽ, quod licet ita ab homine ferri non debeat, lata tamen valebit, sicut sine monitione valida censetur.

22 Septima est, quod excommunicatio generaliter lata pro futuris culpis a iure contra delinquentes non solum obligat eos, qui statuti lati tempore respectu domicilij subditi sunt, & exteros non subditos intra territorium delinquentes, (nam ratione delicti quis forũ sortitur. c. fi. de foro comp. & DD. in ca. t. de rap. Bar. & alij in l. t. C. de Summa Trin. & l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.) verum etiam eos, qui futuris temporibus, dum lex ipsa vim habuerit, eidem prouinciæ, & legi subditi fuerint: cum lex, (vt diximus) futura consideret. gl. in c. a nobis. t. in ver. non nisi subditi. & ibi Panor. num. 7. & l. Ariani. C. de hære. At vero sententia generalis lata ab homine eos solum ligat, qui tempore sententiæ sub iudicis eam proferentis iurisdictione continent, eiq; subditi sunt, non autem eos, qui futuri erunt subditi: quia sñia hominis potissimum præsentia tractat, & ad tempus, quo pronunciatur, referenda est, ex Panor. & Innoc. in d. c. à nobis. 1. qui etiam addunt hac sententia generali non ligari non subditos delinquentes intra territorium eam proferentis. Hinc fit, vt si Episcopus generali edicto excommunicet omnes, qui in sua diœcesi in futurum cõmiserint homicidium, vel qui scientes talem scripturam non manifestauerit; non nisi sub-

ditos

ditos eius tunc temporis existẽtes obligabit: Quare si quis postea fiat subditus ratione delicti, aut etiam incola fiat ratione personæ, & domicilij, & homicidiũ committat, excommunicationem non incurret, quia sententia sumit vires tantum incontinenti, argum, l. vsusfructus. ff. de stipu. seru. Panor. in d. c. à nobis. 1. de sen. exc. nu. 7. Couar. in c. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 1. Sylu. verb. excommunicatio. 2. nu. 20. Tabiena. verb. exc. 2. vers. 10. dicendum, circa medium, hanc etiam Panor. sententiam tenere videtur, & expresse in verb. excom. 4. versi. 1. quæritur, in fine. Hug. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 5. nu. 1. Henriquez li. 13. de exc. c. 26 §. 2. in fine.

23 Octaua esse potest ea, quam tradit glo. in c. Romana, in verb. sententiæ, de sent. excom. lib. 6. Quod excommunicatio lata per canonem, & statutum Archiepiscopi in concilio Prouinciali non solum ligat subditos proprios ipsius Archiepiscopi ratione diœcesis, quam à Suffraganeis habet distinctam; sed etiam subditos totius prouinciæ, & Suffraganeorum: arg. c. vlt. dist. 18. & ca. graue. de præb. & c. sicut olim. de accusat. At verò excommunicatio, aut alia sententia lata ab Archiepiscopo, puta, quicũque furtum fecerit, sit excommunicatus, eos tantum ligat, qui eidem Archiepiscopo causa, & iure distinctæ diœcesis sunt subiecti. Ratio est, quia sicut in specie non potest sententia suâ Suffraganei sui subditum ligare, sic neque etiam in genere, immò multo minus, argum. cap. pastoralis, de rescrip. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 10. num. 2. de senten. excom. lib. 6.

24 Nona est quoad potestatem absoluendi; nam si excommunicatio lata sit per viam statuti, & legis, poterit Episcopus absoluere à tali sententia, quamuis tale statutum sit cõditum ab Archiepiscopo, vel alio: immo etiamsi statutum tale confirmatum sit à Papa, non reseruata absolutione, vt habetur in c. nuper. de sent. excom. & Panor. ibi, nu. 6. & clarius in c. graue. nu. 13. de præben. glo. in c. sciant cuncti. in verbo. sententia. de elect. lib. 6. & in cap. vnic. in verb. iuris, de maior. & obed. lib. 6. Felin. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. ordin. Feder. cõl. 16. & est cõmunis Theologorum, S. Tho. in addi. 3. p. q. 24. ar. 1. Bon. 4. d. 18. in vlt. p. quæst. 6. num. 84. Ricard. 4. dist. 18. art. 9. qu. 3. satis fauet, licet loquatur tantum de absolutione ab excommunicatione minori. Dur. expresse in 4. dist. 18. q. 4. nu. 7. & 8. Gab. 4. dist. 18. q. 3. ar. 3. dub. 6. Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 1. concl. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 2. at. 3. concl. 3. Henriquez lib. 13. cap. 28. §. 5. de Canonistis præter citatos, id docent Steph. Costa reper. in c. Romana. nu. 11. de sent. excom. lib. 6. S. Anton. 3. p. titu. 24. cap. 77. Angelica. verb. absolutio. 1. nu. 2. Pisanel. verb. absolutio. 1. in prin. Tabiena. verb. absolutio. 2. num. 1. in fine. Nau. in man. c. 27. nu. 39. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 12. num. 4. vbi alios citat, & id probat, quia Episcopus cũ absoluere possit ab excommunicatione lata à Papa, vt habetur dicto c. nuper, a fortiori etiam poterit etiamsi inferioris alicuius constitutione lata fuerit, licet ea constitutio per Romanum Pontificem fuerit confirmata, cum Papæ confirmatio iurisdictionem ordinariam non tollat, argum. ca. 1. &

25 2. de confir. vul. vel inutil. At verò à sententia excommunicationis lata ab homine absoluit is, qui eam tulit, vel eius superior, vbi superioris, ac iudicis partes exercere potest, non alius, nisi ex eius commissione: & ita a sententia lata per Archiepiscopum non absoluet Episcopus, à sententia vero Episcopi absoluet Episcopus, qui eam tulit, vel etiam Archiepiscopus in casibus, quibus iurisdictionem propriam exercere valet inter subditos Suffraganeorum: aut deniq; ipse Papa, arg. c. per tuas. & ca. sacro. de sent. excom. & cap. venerabilibus. eod. titu. lib. 6. & DD. ibi, S. Th. & alij vbi supra: de qua re latius suis in locis dicemus. Possent his aliæ differentiæ addi, sed quia vel falsæ sunt, vel ad has reduci vtcunque queunt, breuitatis ergo prætermittimus.

De Subiecto excommunicationis, seu quis excommunicari possit. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Homo singularis solum excommunicari potest, & quare hoc.*

2 *Pueri, furiosi, & doli incapaces excommunicari non possunt.*

3 *Amens, seu furiosus ob delictum ante amentiam commissum, non autem postea excommunicari potest.*

4 *Impuberes doli capaces à iudice ob contumaciam excõmunicari non possunt.*

5 *Impubes quis dicendus sit.*

6 *Non baptizatus excommunicationis iuris, aut hominis non incurrit.*

7 *Exempti priuilegio Papæ à iurisdictione ordinarij excõmunicari ab episcopo non possunt.*

8 *Mortuus excommunicari non potest, & quare.*

9 *Hugolinus mortuum excommunicari posse affirmans ab authore reprobatur.*

10 *Mortuus excommunicari posse, quo sensu aliqui authores docuerint.*

11 *Excommunicatus sub conditione, nisi infra certum tempus aliquid faciat, si intra tempus illud præfixum moriatur, excommunicationis sententiam non incurrit.*

12 *Mandans percuti clericum, si post mortem mandantis is, cui hoc mandatum erat, clericum percusserit, non excõmunicatur.*

13 *Mortuus nec excommunicari, nec excommunicare propriè valet.*

14 *Sententia sub conditione lata, vt valeat, quæ requirantur.*

15 *Vniuersitas, Collegium, Capitulum collectiuè sumptum, excommunicare non potest.*

16 *Vniuersitatem, seu Collegium excommunicari non posse, quænam ratio sit, latè explicatur.*

17 *Excommunicatio in Collegium, seu Vniuersitatem lata an valeat, Doctorum sententiæ.*

18 *Excommunicatio in Vniuersitatem à Summo Pontifice, vel ab Episcopo lata quando valida censeri debeat Authoris opinio.*

19 *Sensus cap. significauit. de except. in quo dicitur Capitulum quoddam excommunicatum fuisse, exponitur.*

20 *Capitulum seu Vniuersitas interdici potest, non autem excommunicari; & quæ huius ratio sit.*

21 *Capitulum excommunicare potest, non excommunicari, & quamobrem.*

22 *Papa excommunicari non potest.*

23 *Cardinales excommunicari possunt, non solum à iure, sed etiam ab homine.*

24 *Excommunicatio a Papa generaliter lata, etiam Cardinales delinquentes obligat.*

25 *Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi excommunicationem ab homine, vel à iure generaliter latam incurrunt, non autem suspensionem aut interdictum.*

26 *Certus esse debet homo particularis, qui excommunicari debet.*

27 *Excommunicans sub hac forma, Excommunicatio vnum ex illis, qui tale furtum fecerint, nihil facit, si illum vnum, quisnam sit, non præscripserit.*

1 Hactenus quis excommunicare possit breuiter exposuimus; nunc pari ratione quis poterit excommunicari vel à iure, vel ab homine, declarandum est. In qua materia vniuersalis regula hæc assignari solet, nimirum, quod homo singularis esse debet, qui excommunicatur. Cuius regulæ hæc ratio esse potest; quia cum (vt infra dicemus) excommunicatio lata sit, vt quis corrigatur, & contumaciam suam deponat, vtique solus homo in indiuiduo, sicut contumax esse potest, & delinquere, ita solus excommunicari valet. Colligitur autem regula hæc ex S. Th. in addit. 3. p. q. 22. art. 5. Alex. de Ales 4. p. quæst. 22. membr. 1. S. Bon. 4. d. 18. in vlt. par. quæst. 1. & quæst. 3. in fine. S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 75. §. Excommunicationis sententia ferenda. Martino Ledesm. 2. 4. q. 24. artic. 5. Soto 4. d. 22. q. 2. art. 2. conclus. 2. Nau. in Man. ca. 27. num. 13. Henriquez, lib. 15. cap. 25. §. 4. Hugol. de censf. eccl. tab. 1. c. 17. & DD. in c. Romana. §. vniuersitatem. de sent. excommunica. lib. 6. & communis omnium sententia ipsum confirmat. Vnde neque creaturæ irrationales, neque Angeli, neque dæmones, neque animæ rationales à corporibus separatæ excommunicari possunt, vt expressè testantur S. Thom. in addit. 3. p. q. 21. art. 2. ad 3. Alex. de Ales 4. par. quæst. 22. memb. 1. art. 1. in fine, Richard. 4. d. 18. ar. 5. q. 1. Naua. in Manuali, c. 27. nu. 13. & tom. 2. consl. 5. de sentent. excommu. nu. 1. & seq. lib. 5. Solus igitur homo singularis, & omnis homo regulariter cuiuscunque status, & conditionis sit, siue clericus, siue laicus, vir, aut femina, siue liber, siue seruus, siue vitam publicam, siue priuatam gerat, censura excommunicationis tam ab homine, quam à iure latæ sit irretiri potest.

2 Quamuis autē omnis homo regulariter (vt diximus) censura hac ligari possit, hoc tamen certis limitibus restringi debet, vt verum esse possit.

Primò enim, cum excommunicatio culpam supponat mortalem, vtique neque pueri, seu infantes, neque furiosi, seu amentes cum rationis vsu careant, & doli, & contumaciæ incapaces sint, vlla rōne excōmunicari possunt; Quod si à iudice excommunicentur, sententia, vtpote intolerabilem errorem continēs nulla erit. Vnde nullus horum clericum percutiens, excommunicationem incurret cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vt docent glo. in cap. 1. num. 2. eodem titulo. Syluester, verbo, excommunicatio 6. nu. 2. Tabiena, verbo, excommunicatio. 4. in princ. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. cap. 17. §. 3. nu. 3. aut vllam aliam excommunicationem ab homine, vel à iure latam, ex eodem Panor. in cap. ab excommunicato. nu. 9. de rescript. & in c. per tuas. num. 11. de senten. excommun. citans pro hoc c. Romana. §. vniuersitatem. vbi etiam Gemin. de excommun. lib. 6. Quod certum est, si sint aut doli incapaces, aut amentes fuerint à natiuitate. Hoc tamen quod diximus de excommunicatione sola intelligendum est; si enim vniuersitas interdicta, aut suspensa sit ab homine, vel à iure, etiā infantes, & amentes comprehenduntur. arg. cap. si sententia. & ca. si ciuitas, & cap. fin. de sententia, excomm. lib. 6. & c. non est vobis. de sponsal. & expresse tradit Hugol. vbi suprà num. 4. cum hæ censuræ leuiores sint excommunicatione maiori.

3 Ceterū hæc omnia, quæ de amentibus diximus, vt excommunicari non possint, intelligi debent ob delictum commissum, postquam iam amentes, & furiosi facti sunt; Amentes enim, qui aliquando vsum rationis habuerunt, in rigore quidem propter delicta præterita commissa, vel ob contumaciam ante amētiam commissam, excommunicationis capaces sunt: vnde si quis, dum sanus fuerit, alteri mandauit, vt clericum percuteret, & hic mandans postea in amentiam incidat, & mandatarius deinceps clericum percutiat, vterque amens, & infirmus ille ob præcedens mandatum, quod furore aduenientē non tollitur, sed potius in ea voluntate esse censetur, in qua ante furorem fuit, arg. c. maiores. §. penul. de bap. & eius effectu, excommunicationem canonis, si quis suadēte diabolo, 17. quæst. 4. incurret. Sicut etiam qui iam contumax erat, & sic affectus, in amentiam incidit, quamuis à iudice excommunicari non debeat, si tamen de facto excommunicetur, valida censeri debet ob præcedentem contumaciam; vt enim habetur in l. 2. §. furiosus. ff. de iur. codicil. furiosus absentis loco habetur; absentes verò, & ignorantes excōmunicari possunt, vt docent gl. in c. Apostolicæ. in verb. probabilis, & ibi Panor. num. 5. de cler. excommun. minist. Ideo autem addidi, talem, postquam in amētiam inciderit, à iudice excommunicari non debere; siquidem ea est ecclesiæ pietas, & mansuetudo, vt tales communiter excommunicare non soleat, cum illorum excōicatio, ipsismet excommunicatis nihil prodesse possit; præsertim, si aliquando lucida interualla non habeant; alijs etiam parum proderit, cum potius offendentur ex eo, quod huiusmodi amentes excommunicari videant; cum tamen excommunicatio medicinalis ex eo solum dicatur, cap. cum medicinalis. de senten. excommun. lib. 6. quod aut ipsi contumaci, & peccatori medelam inferat; aut saltem reliquis ecclesiæ membris medeatur. Hinc Panorm. in c. ab excōmunicato. num. 20. de rescript. Felin. in cap. Apostolicæ, colum. 4. & 5. de except. Ioan. And. in cap. cum medicinalis. & in cap. Romana. de senten. excommun. lib. 6. Ioan. Calderin. repet. in cap. ab excommunicato, de rescriptis. Paul. de Eleaza. repet. in c. fi. de postul. prælat. Steph. Costa, repet. in cap. cum medicinalis. num. 4. de sent. excommun. Couar. in ca. alma m. ter. 1. par. §. 1. num. 10. post S. Tho. quem præfati authores referunt in 4. d. 18. artic. vlt. sub quæst. 2. & habetur in addit. 3. parti. quæst. 24. artic. 2. ad 2. vnanimi consensu docent non debere iudicem excommunicationis sententiam in eum ferre, quem scit, aut verisimiliter suspicatur, minimè propter eam pœnitentiam acturum, aut ab illa contumacia cessaturum; immò verò, si postquam excommunicationis sententiam iudex in aliquem tulerit, & viderit hanc sententiam etiam iustè latam ipsi excommunicato non solum non proficere, sed potius exinde cor ipsius indurandum magis suspicetur, illam discretè tollere debet, eumque durante etiam contumacia absoluere; quandoquidem, vt Doctores scribunt, ad instar boni medici iudex se habere debet, qui si viderit medicinam infirmo non prodesse, illam omnino subtrahat, & absoluat.

4 Secundò, impubes etiam doli capax, etiam si in excommunicationem iuris incidat, arg. cap. 1. & c. fin. & ibi glo. in verb. pueris. de senten. excommun. eo quod delictum nouit arg. tot. tit. de delict. puer. à iudice tamen propter contumaciam excommunicari nequit: quandoquidem, nec vim verborum præcepti iudicis, nec iudiciarium ordinem intelligere censetur: ideoque nec de iure citari ad defendendum se, aut ad agendum potest, argu. cap. fin. & ibi glo. in verbo si annum, de iudic. lib. 6. & ibi Ioan. And. & colligitur ex l. 1. C. de falsa monc. de qua re fusius tractat Marian. Socin. Iun. in cap. 1. num. 2. & in capit. nulli, num. 30. vers. Octauo quæro. de senten. excommun. quem secutus est Hugol. de eccl. cens. tab. 1. c. 17. §. 3. in fine. Est

5 autem impubes dicēdus filius, dum est in ætate annorum 14. & filia in ætate 12. annorum. ff. de vulg. substitu. l. in omnibus. in princ. & capi. si annum. & ibi gloss. in verb. quartumdecimum. de iud. lib. 6. & Arnaldus de Solerio, repet. in cap. si pater filium. num. 2. de testamen. & Summistæ in ver. impubes.

6 Tertiò, Cum excommunicatio gladius spiritualis sit, quo quis bonis ecclesiæ spiritualibus priuatur, vtiq; qui baptizatus non est in excommunicationem ab hoīe, vel iure latam incidere nequit. Ecclesia enim vt docet Concilium Trid. sess. 14. capit. 2. in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus, secundum illud Apostoli 1. Cor. 5. Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare: & habetur 3. quæst. 1. ca. multi. & ibi gloss. in verbo iudicare, & in capitu. Gaudemus. de diuort. vnde nec Iudæus, nec Turca excommunicationem iuris, aut hominis incurrit. S. Thom. in addit. 3. par.

q. 2.

q.2.ar.6.ad primum, Nau.in Manuali,ca.27.nu.13.& in c.cum quorundam.de Iudæ.not.8.nu.7.S. Anton.2.par.ti. 24.c.75.§.1. Tabiena.verb.excommun.4. Sotus, 4. d. 22. q.2.ar.2.ad secūdum, Couar.in c.alma mater.1.p.in prin cip. Henriquez lib.15.cap.23.§.1.Hugol.de censur.eccl. c.17.§.5.& communis.Ideoque Iudæus,aut infidelis clericum percutiēs non excommunicatur.Sed neque ob eandem rationem cathecumenus vllam hominis, aut iuris cēsuram incurrit, ex Nau.in Man.c.27.nu.13.& trac.de Iubilæo,not.31.num.48. Henriquez vbi supra. Hinc fit, quod licet Christianis ecclesia, ne Iudæorum consortio, & communione vtantur, prohibere possit, sub pœna excōmunicationis,prout constat ex c.postulasti.& ibi gloss. in verbo,pœna pecuniaria,& Panor.num. 5. de Iudæ.ipsos tamen Iudæos, aut Turcas, & alios non baptizatos, nec excommunicare, nec alijs ecclesiasticis censuris constringere valet, vt præfati authores latius vbi supra tradunt.

7 Quartò, Exempti priuilegio Papæ ab Ordinarij iurisdictione, à solo Papa,non autem ab Episcopo, aut a legato siue per sententiam,siue per constitutionem excommunicari possunt.arg.cap.cum ad quorundam.& ibi glo. in verb.non teneri.de excess.prælat.& cap.1.& c.ne aliqui.de priuileg.lib.6.& ca.1.de verborum signifi.lib.6.Quomodo Imperator,Rex,Regina, & eorum filij ex priuilegio eximuntur.ex glo.in d.ca.ne aliqui. Henriquez, lib. 13.de excommun.cap. 25.§.5. & idem de religiosis, qui ex priuilegio ab Ordinariorum iurisdictione eximuntur, dicendum est,sicuti etiam de alijs, qui huiusmodi priuilegia à Sede Apostolica obtinuerūt. Quæ omnia procedunt, etiamsi is qui censuram fert, exemptionem, aut priuilegium ignoret, quicquid contrarium in hoc casu velit Richar.4.d.18.ar.5.q.5. Priuilegium enim statim vires suas sumit, vbi de eo certior factus est is,cui est condonatum; quamuis qui censuram fert, id ignoret, in cuius præiudicium est concessum,prout Innocentius Papa IV.in c.1.in §.nec obstaret.de concess.præb.in.li.6.declarat. Nihil.n. facit ignorantia prælati, quo minus priuilegium effectum suum operetur,arg.cap.cum dilectus.de relig. domibus, sicut nec eius scientia requiritur, vt priuilegium hoc concedatur. Vnde exēptus, aut priuilegium de nouo habens, etiamsi ordinarius hoc ignorans eum excommunicet, in excommunicationem latam non incurreret.c.1.de concess. præb.lib.6.

8 Quintò, Mortuus propriè excommunicari non potest; Quamuis enim nonnulli eius sententiæ sint, vt mortuos excommunicari posse velint, vt Rich.4.d.18.art.5.quæ.4. vbi hæreticos,& schismaticos,necnon qui hæreticum hæredem constituunt.24.quæst.2.cap.sanè profertur, & qui seipsos voluntariè occidunt.c.placuit.23.q.5. excōmunicari posse post mortē testatur, non vt illis sit pœna, vel medicina,sed ad aliorum terrorem,& in criminis detestationem.& hunc etiam sequitur Gabr.4.d.18.q.2.artic.2. concl.5.corol.4.fauet glossa ca.si quis episcopus. in verb. post mortem.& ibi Panor.nume.3.de hæret. vbi Episcopus, (& idem de alijs clericis dicendum putat Pan.) qui instituit hæreticos hæredes extraneos a consanguinitate sua, vel etiam si instituerit consanguineos hæreticos hæredes,vel paganos, post mortem excommunicari debet: & eadem gl.in cap. Iudæi.2.in verb.permittantur. de Iudæis.& hos sequutus Hugol. de eccles.cē.tab.1.c.17.§.2. num.3,& cap.19.vbi eandem opinionem latè probat, & contrariam oppugnat. Alij tamen mortuum propriè excommunicari non posse docent, sic Alphonsus a Castro lib.2.de iusta hæret.punit.c.19.& c.20. Martin. Ledesm. 2.4.q.26.ar.1.Couar.in c.alma mater.1.par.§.11.nu.8. de senten.excomm.lib.6.ait esse communem Theologorum,& Canonistarum sententiam,& glossam,& Panormitanum vbi supra reprehendit. Hanc etiam sequutur S. Anton.3.par.titu.24.ca.75.§.1. Syluest.verb.excōmunicatio.1.num.7.versic.sciendum est tertio. Tabien. verbu.excommun.4.in princip. Armilla, verbo excommun. §.28. Nau.in Man.ca.27.nu.13. Marian. Socin.senior,in cap.mulieres.num.23.de sent.excommun. Turrecre. 24. quæst. 2. à princip. & ex Theologis Sotus 4.d.22.quæst. 2.artic.2.in fine. Henriquez,lib.14.de excommu.ca.25. §.2. Quod certè id procedere tam in excommunicatione iuris,quam hominis:nam solus homo singularis,vt communis sententia habet,à iure,vel ab homine excommunicationis capax est: qui vero mortuus est, homo non est, ideoque excommunicari nequit. Deinde excommunicari non potest ab homine; cum enim hominis sententia ferri nequeat, aut saltem non debeat,sine præuia monitione trina, vt suis locis dicetur latius, & mortuis monitio fieri non possit ad emendationem in futurum, vtiq; nec excommunicari poterit mortuus pro contumacia; cum tamen hæc ferenda non sit ab homine nisi propter contumaciam; sed neq; excōicari possunt pro delicto præterito, vt se emendent, quia non sunt in statu emendationis, non ergo ab homine post mortem excommunicari valēt. Nec

9 valet quod respōdet Hugol. vbi supra,excommunicationem valere,etsi præmissa monitio non sit; nā, vt cunque id defendi possit,vbi causa non patitur moram,tamen iniusta sentēntia talis semper censetur, & proinde inutilis magis erga mortuos habenda erit,quibus nec fieri potest monitio,nec eorum sperari potest emēdatio,quæ monitionis finis, & scopus esse debet. & quamuis excommunicatio pœna sit, vt ait Hugol.ideoque post mortem ferri possit, in pœnam præteriti delicti, ad terrorem aliorum: tamen negari non potest,quin sit etiam medicinalis, & ideo non nisi illis, quorum emendatio expectanda est, adhibenda erit, maximè cum ecclesia se potius piam matrem, quam seuerum iudicem ostendere soleat. Quod si cum eodem Hugolino addas fieri posse,vt admonitus fuerit,dū in viuis existeret: dicimus in eum euentum,quod si non fuerit ante mortem prolata sententia, vtiq; vt rectè docet Sotus vbi supra,nec tunc proferri poterit in defunctū, cum tunc temporis incapax esse censeatur, non solum, quia non est homo,sed etiam quia, vt multi tradunt, extra forum ecclesiæ est,Dei potius,quam hominis iudicio reseruatus. Si quidē excommunicandi potestas, quæ à Christo ecclesiæ tradita,& relicta est, ergo solis viuis, & super terram existentibus competit,secundum illud Mat.18.Quodcunq; solueris super terram,erit solutum & in cælo, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo. Sententia igitur hominis mortuus excommunicari non potest. Sed neq; a iure excommunicari potest mortuus,cum huiusmodi excommunicatio non nisi ob crimen feratur, mortuus autem delinquere non potest. Quod si dicas cum Hugolino,non excommunicari ob crimen post mortem, sed in vita commissum,facile respondetur,quod si crimen illud a iure excommunicatione damnatum fuerat, in hoc euentu,non post mortem excommunicatur de nouo, sed viuens excommunicationem incurrerat ob præuiam iuris monitionem:mortuus igitur propriè nec ab homine, nec a iure excommunicatur. Et certe,qua ratione Hugolinus vbi supra,§.2.num.3. post Nau. in Man.c.27.num. 13. affirmat, quod homo, qui mortuus est, sed deinceps reuixit, iterum non moriturus, excommunicari, censurave alia irretiri non potest: quia vitam hanc non viuit, atque idcirco ad aliud forum pertinet, Pari, immò maiori ratione id ipsum de mortuo prorsus dicendū,qui amplius resuscitandus non mortalis, nec vitam hanc viuere dicatur, & ad aliud forum pertinere censeatur.

10 Quod si aliquando legimus mortuos aliquos excommunicatos fuisse,vt ex allatis locis,contrariæ sentēntiæ authores,& defensores contendunt, illud quidem dupliciter intelligi potest. Vno modo,quo fuerint declarati, & iuridicè pronunciati excommunicati, eo quod post eorum mortem deteguntur eorum peccata habentia excommunicationem annexam, quæ in vita fuerunt occulta, quod frequenter fit in crimine hæresis, solent enim contra eos, qui in hæresi occulta mortui esse deprehēduntur, libelli ascribi,& sententiæ pronunciari, quibus publicè declarantur hære-

hæretici fuisse, & in hæresi mortui, vnde & eorum corpora, & ossa exhumantur, & igni traduntur ad hæresis detestationem, & aliorum terrorem; & hoc solum canones allati probant. Alio modo, vt positum sit excommunicationis nomen non propriè, nec de censura, de qua loquitur, sed pro maledictione, & execratione, qua solenniter & publicè significat ecclesia se tales detestari; vnde meritò eos ecclesia ecclesiastica sepultura priuat, aliosque pro illis publicè orare prohibet; & ita effectu quodam secundario excommunicationis post mortem eos punire decernit, quod iustè potest. Cum enim excõmunicatio duo præcipuè operetur, vnum, ne excõmunicatus ecclesiæ Sacramentis, & sacrificijs vtatur; & alterum, ne Christiani suffragia pro eo ferant, & ne ecclesiastica sepultura eum donent, vt probatur in c. excommunicatos, cum seq. 11. q. 3. & in c. a nobis. 2. & c. sacris de sent. excomm. & c. fi. eod. titu. lib. 6. primum illum effectum, in quo propriè excommunicatio consistit, ad mortuum non operatur, sed solum secundum. Habet enim hanc ecclesia potestatem tantum super mortuos, vt eorum corpora sepultura ecclesiastica priuare, & ne alij pro illis offerant publice orationes ecclesiæ, aut pro illis oblationes accipiant, prohibere possit. Quæ omnia, non solum in eo, qui contumax, & impœnitens mortuus est, sed in eo etiam, qui cum contritione & pœnitens mortuus est, procedunt. Qui enim aut hominis, aut iuris excommunicatione ligatus, etiam pœnitens mortem obierit, quamuis apud Deũ solutus sit, apud ecclesiã tamen excommunicatione ligatus manet, quousque ab eo absoluatur mortuus, a quo viuus absolui potuisset; a quo priusquam absoluatur, nec alij pro eo Missas, & publicas ecclesiæ orationes offerre, nec corpus loco sacro sepelire possunt, ex Summa Astensi, par. 2. lib. 7. ti. 14. q. 4. Martino Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 1. Quo euentu, rectè docet Henriquez, lib. 13. de excom. ca. 25. §. post Rosel. in verb. absolutio. 1. §. 31. & Nauar. in Man. c. 26. nu. 32. & Simãch. de cathol. instit. c. 18. num. 7. quod si in excommunicatione reseruata decessit, non per quemlibet Sacerdotem absoluitur (vt posset in articulo mortis) sed per superiorem cui reseruatur; & à quo viuus absolui poterat. Quod si fortassis loco sacro sepultus sit, non est extrahendus, vt solemni ritu corpus flagellando, absoluatur, sed satis erit ipsum sepulchrum flagellare. secus vero si in loco non sacro sepultus fuerit, tunc enim iuxta ea, quæ in d. c. a nobis. 2. annotantur, extrahẽdum erit corpus, & loco sacro post absolutionem factam sepeliendum. Et his igitur manifestum est, ecclesiam militantem propriè nec ligare, nec soluere mortuos, sed viuentes tantum, vt in c. damnationis §. his auctoritatibus. 24. q. 2. habetur, & eos potius denunciare ligatos, vel absolutos decessisse, vt Couar. & alij supra testantur.

11 Hinc sequitur primo, quod si quis sub conditione excommunicetur, nisi intra decem dies resideat in loco beneficij, aut satisfaciat Petro creditori intra tempus præfixum, si intra hos dies moriatur, ita vt residere non possit; aut intra dictum tempus moriatur, & Petro non satisfecerit, non erit excommunicatus, cum excommunicatio hæc ante illos decem dies in eo vim suam non habuerit, & postea habere non potuit, quia tunc subiectum excõmunicationis nõ est capax, & impossibilis efficitur ob mortem conditionis adimpletio, ad impossibile autem nemo tenetur. arg. l. impossibilium, ff. de reg. iur. sicut ergo sententia excommunicationis lata ob rem factu impossibilẽ vtpote intolerabilem errorem continens nulla esset, ita cum mortuus nec Petro satisfacere, nec ad beneficium redire potest, ob eam rem excommunicari non debet aut potest.

12 Sequitur secundo, quod si quis mandaret alicui, vt clericum percuteret, & antequam mãdatarius clericum percutiat, mandans moriatur, etiamsi deinceps post mortem eius mandatarius clericum percusserit, mandator mortuus in excommunicationem non incidit; vt rectè glo. in c. mulieres. §. fin. in verb. auctoritate, vel mandato. Inno. ibi, & Panor. nu. 6. de senten. exc. Ancb. in c. cum quis. nu. 9. de sent. excommun. lib. 6. Hugol. de eccl. cens. tab. 1. ca. 17. §. 2. nu. 5. & alij docent. Quod procedit, siue mandatarius certior factus fuerit de morte mandantis, antequam percussit clericum (quo euentu solum Rich. in 4. distinc. 18. ar. 5. q. 4. & Ioan. Andr. volunt mandatorem non esse excommunicatum) siue non, & siue mandator egerit pœnitentiam in morte de tali mandato, (quo euentu solo Tancred. Goffred. & Marian. Socin. sen. in c. peruenit. nume. 48. de sent. excommun. mandantem ab excommunicatione ob percussionem ob mandatum eius factam post mortem excusant,) siue non pœnituerit. Ratio est: quia tunc ipse capax huius pœnæ non est: & quia in veritate, vt Gloss. & Panor. docent, mandatum morte mandatoris reuocatum, & extinctum esse censetur, vt habetur in l. inter causas, §. 1. ff. de mandat. & colligitur a simili in c. relatũ. & in c. licet & ibi glo. in ver. re integra, de offic. deleg. vbi docet glossa mandatum morte mandatoris expirare, nisi sit tale mandatum, quod post mortem necessum sit adimpleri; quale non est hoc, de quo agitur; mandato igitur dissoluto, & reuocato per mortem, ex percusione clerici secuta, mandator mortuus in excommunicationem non incidet, siue mandati pœnituerit, siue non, siue mandatarius de mandantis morte certior factus fuerit ante percussionem, siue non, ob allatas à nobis rationes.

13 Sequitur tertio, quod sicut mortuus excommunicari propriè non potest, ita neque mortuus excommunicare propriè valet: quamuis enim sententia pure lata à iudice potestatem habente valida sit, & duret, etiamsi iudex postea moriat, aut alia de causa iurisdictione priuetur, quousque absolutione tollatur, vt habetur in c. pastoralis. de offic. ordin. & in c. vnic. de maior. & obed. libr. 6. Panor. in c. a nobis. 1. nu. 12. de sent. excomm. cum excommunicatio secum executionem trahat, c. pastoralis. in fin. de app. nec tollitur nisi absolutione. arg. c. cũ desideres. & c. à nobis. 2. de sent. excom. excommunicationis tamen sententia generalis pro futuris culpis simpliciter lata, aut sub cõditione, nulla erit, si antequam culpa cõmittatur, aut conditio extet, iudex moriatur. ita glo. in c. a nobis. 1. in verb. non nisi subditi. in fine. & Panor. ibi. nu. 12. de sent. excõ. & in cap. cum ad hoc. num. 9. de cler. non resid. Feder. de Sen. consi. 97. nume. 5. versic. item quæritur, quid si episcopus. Angelica. verb. excommun. 3. nume. 18. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. cap. 2. §. 2. nu. 2. qui alios refert. Et ratio esse potest, quia vt sententia sub conditione lata valeat requiritur omninò, vt duo extrema habilia sint tempore, quo fertur, nimirum, vt iudex eam ferre possit tempore, quo eam fert, & tempore, quo conditio aduenit, & vt is, in quem fertur, eo tempore excommunicari ab eodem possit: vnde sicut mortuus excommunicari nequit; ita neque mortuus ante conditionem adimpletam eam ferre valet, cum tunc actum iurisdictionis exercere nequeat, quod non solum procedit, si iudex tempore, quo conditio extat, mortuus sit, sed etiam, si alia de causa iurisdictione priuetur, vtpotè aut publicè denunciatus excommunicatus, aut episcopatu, aut prælatura se abdicauerit, aut alio translatus, aut depositus, aut ab hostibus captus fuerit, his. n. in casibus, quantum ad excommunicandi potestatem attinet, quasi mortuus iudicatur. arg. c. si episcopus. iuncta gl. in ver. mortem. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. & glos. in c. vnic. in ver. vacante. de maior. & obed. eod. li. 6. & in c. vnic. iuncta glo. in verb. mortuo. ne sede vacante. libr. 6. Immò verò si postquam sententiam tulit sub conditione, & ante conditionis adimpletionem iurisdictione priuatus sit, iterumq; iudex creetur, ac deinceps conditio extet sententia ita sub conditione lata non valebit: cum in hoc casu extincta fuerit prior iurisdictio eius, rõne cuius sententia valere potuit, iurisdictio autem ei in reassumptione de nouo data, alia à priori est: vnde cum ita se habeat, ac si nouus planè iudex esset, sententia prior ex defectu iurisdictionis tempore, quo conditio extat, nihil operari poterit. Secus autẽ, si postquam sententiam sub conditione tulerat, iudex excommunicatus fuerit, aut in manus

hostium deuenerit, ante conditionis euentum absolutus ab excommunicatione sit, aut ab hostibus liberatus, tunc enim conditione deinceps aduenientę sententia prius lata valebit, vt eruditè Hugol. vbi supra ca. 2. nu. 2. in fine, annotauit.

15 Sextò, Vniuersitas, Collegium, Capitulum, Conuentus collectiuè simul, idest, vt Vniuersitas, seu Collegiũ, seu Capitulum, & Conuentus est, excommunicari non potest, ita S. Thom. in addit. 3. par. q. 22. art. 5. Alex. de Ales. 4. part. sum. q. 22. memb. 1. art. 4. §. 1. in fin. S. Bonau. in 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 3. nu. 69. Rich. 4. d. 18. art. 5. q. 3. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 3. art. 3. Palud. 4. d. 18. q. 2. quæstiuncula 2. art. 3. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 2. cõcl. 5. coroll. 2. S. Anton. 3. par. sum. ti. 24. c. 75. Pisanella. verb. excomm. 1. ver. vniuersitas. Syluest. verb. excom. 1. nu. 9. Steph. Costa repet. in c. Romana. §. vniuersitatem, per totũ. de sent. excomm. li. 6. Sot. 4. d. 22. q. 2. at. 2. cõcl. 2. Martin. Ledel. 2. 4. q. 24. ar. 4. Nauar. in Man. c. 27. nu. 13. & tom. 2. cons. cons. 20. num. 5. de sent. excom. Couar. lib. 2. variar. reso. c. 8. nu. 9. & in c. alma mater. 1. p. §. 9. nume. 3. vers. hæc & alia multa. de sent. excom. lib. 6. Henriquez, lib. 13. de exc. c. 25. §. 4. Hugol. de eccl. cens. tab. 2. c. 26. et colligitur ex c. Romana. §. in vniuersitatẽ. de sent. excom. lib. 6. vbi Innoc. IV. ait, In Vniuersitatẽ, vel Collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, & glo. in c. quãquam, in verb. vniuersitas. de censib. lib. 6. & alij omnes,

16 tam Theologi, quam Canonistæ. Ceterum non ita facileest huius rei rationem assignare: quidam enim Canonistæ causam assignant, eo quod vniuersitas est persona fictè repræsentata, & non vera, & anima rationali carẽs, ideoque capax non est pœnæ spiritualis, & excommunicationis, quæ non aptatur animæ irrationali. Quæ tamen ratio parum valet, siquidem nec hac ratione capax esset interdicti, quod tamen pœna spiritualis est. Deinde vniuersitas constat ex personis, quæ censuræ canonicæ capaces sunt; neque enim aliud verè est Vniuersitas, si rem ipsam materialiter spectemus, quam personæ eam administrantes; nec aliud est Ciuitas, quam collectio ipsa ciuium. Alij ea ratione id confirmant, quia sicut Collegium, aut Vniuersitas baptismum suscipere nequit, quo inituatur in ecclesiam, ita nec per excommunicationem ab ecclesiæ communione poterit expelli. Quam rationem simul cum priori tradit Hugol. vbi supra, alios authores pro eiusdem confirmatione citans: At certè nec hæc veram rationem, & causam attingit, cum enim singuli Vniuersitatis, & ciuitatis homines baptismum susceperint, ipsamque Ciuitatem, & Vniuersitatem constituant, arg. l. ciuibus. ff. de reb. dubijs, & Card. in cap. requisisti. de testam. quid, ne hac ratione excommunicari posse Collegium, aut Vniuersitatem prohibet, asseramus, maximè cum aliæ censuræ in Collegium ferri possint, vt de suspensione colligitur ex c. quia sæpe. de elec. lib. 6. & c. vnic. ne sede vac. lib. 6. & de sententia interdicti, ex ca. non est vobis. & ibi glo. in verb. prouinciarũ. de sponsa. & c. si sententia. & c. si ciuitas. de sent. excomm. lib. 6. vbi interdicti sententiæ in vniuersitatem lata, singulos de vniuersitate comprehendere dicitur. Alij, vt testatur Gab. id probant, quia excõicatio vniuersitatis excludit oppositum in adiecto; excommunicatio enim maior est separatio à communione omnium hominum, non autem sui; si ergo excommunicetur vniuersitas, separatur à communione hominum, & non separatur à communione sui, scilicet, vniuersitatis, & sic poterunt de vniuersitate sibi communicare, & non poterunt: quia per excommunicationem sunt separati ab hominum communione, quæ sunt opposita. Sed nec ista tem declarat; vnde omissis alijs ea optima est, quam S. Th. Couar. & Sotus vbi sup. tradunt. Quia excõmunicatio non nisi ob peccatum mortale fertur, peccatum autem in actu personali consistit; actus enim, & passiones, vt constituunt in facto, & ad factum referuntur, non sunt vniuersitatis aut multitudinis; sed singularum personarum; & ideo singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas. Quod si aliquando actus etiam ipsius Communitatis esse possit, vt quando multi nauem trahunt, quam nullus seorsum trahere posset: Quia tamẽ non est probabile, quod aliqua communitas tota ad malũ consentiat, quin aliqui sint dissentientes, & quia non est Dei, qui iudicat orbem terrarum, vt condemnet iustum cũ impio, vt dicitur Genes. 18. ideo ecclesia, quæ Dei iudiciũ imitari dẽt, latius prouide statuit, vt communitas non excommunicetur, ne collectis zizanijs simul eradicetur & triticum. Et hanc certe rationem Innocentius Papa IV. in c. Roma. §. in vniuersitatem. de sent. excom. li. 6. assignauit his verbis: In vniuersitatem, vel Collegium proferri excõicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri; sed in illos duntaxat de Collegio, vel Vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur. Hactenus Papa. Quod vero Ledes. vbi supra 2. 4. q. 24. ar. 5. addit, non solum esse de iure positiuo, sed etiam de iure diuino, quod Vniuersitas excommunicari non possit, falsum est, vt satis constat ex ijs quæ S. Tho. in addit. 3. par. q. 22. art. 5. tradit, dum dicit ecclesiam statuisse, ne communitas excommunicetur, & id confirmatur euidenter ex d. c. Romana. vbi id Innocen. IV. prohibuit; Vnde Hẽriquez lib. 13. c. 25. de excom. §. 4. ait. Papam, eo quod potestatem habet supra ius, facilius ceteris Collegium excommunicare posse, quod tamen non posset, si id de iure diuino esse, cum supra ius Diuinum Papa potestatem non habeat.

17 Ceterum difficultas est non parua, an licet excommunicationis snia ferri non debeat in Vniuersitatẽ, aut Collegium, si tamen feratur, valida sit, & teneat. In qua re Rich. 4. dist. 18. art. 5. q. 3. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. & Palud. 4. d. 18. q. 1. at. 2. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 2. cõcl. 5. coroll. 2. Anton. 3. par. sum. ti. 24. c. 75. Sotus 4. d. 22. q. 2. at. 2. concl. 2. Nau. tom. 2. cons. cons. 20. nu. 3. & cons. 22. nu. 1. & cons. 24. nu. 1. de sent. exc. lib. 5. Hugol. tab. 2. de eccl. cens. c. 26. §. 1. 2. & 3. Steph. Costa repet. in d. c. Romana. nu. 14. 15. & deinceps. Host. Io. Monach. Arch. Fran. Vercellens. vt refert gl. in d. c. Romana. in ver. penitus, de sẽt. excom. lib. 6. docent sententiam nullam esse, etiamsi omnes in vniuersitate contumaces, & rebelles essent, & culpabiles: tum quia sententia hæc intolerabilem contineret errorem, nam per eam contingeret aut ferè semper, aut aliquãdo falsè innoxios aliquos excõicari, quod est error intolerabilis, quem errorẽ dũ Pontifex tollere cupiebat, penitus prohibuit, nec cõitas excõicaretur. Voluit enim Papa potius in casu raro, aut nunquam contingente (s. q̃ñ cẽs culpabiles essent) huiusmodi nocẽtes aliquando cõne hac nõ puniri, quam innocentes aliquando condemnari: tum quia per huiusmodi constitutionẽ tollitur iurisdictio quantũ ad excõicationẽ vniuersitatis, vt patet ex illo verbo, [Penitus prohibẽdo] id est, in omni casu, & euentu prohibemus, potestatẽ in hac parte subtrahẽdo, ne in Collegiũ, aut vniuersitatẽ snia excõicationis ferat, ne, s. inquit Pontifex, contingat aliqñ inoxios excommunicari; & ita qui excõmunicat vniuersitatem, quia contra prohibitionẽ Papæ faceret, ex defectu potestatis per Papam subtractæ, sententia sic lata, nulla & irrita est; siue intentio proferentis erat, omnes, siue singulos solum ex vniuersitate, aut Collegio excommunicationis vinculo innodare.

Alij tamen, vt Bern. & gl. in d. c. Romana. §. in vniuersitatem. in verb. penitus. & Io. Andr. contrariam opinionem, s. vt talis sententia valeat ipso iure, tutiorem arbitrantur: & fauet plurimum Gemin. in d. §. in vniuersitatẽ, & eam expresse tuentur Syluest. verb. excommunicatio. 1. num. 10. Ledesm. 2. 4. q. 24. at. 5. Coua. lib. 2. variar. resol. ca. 8. num. 9. Henriquez lib. 13. de excom. c. 25. §. 4.

18 In hac re tã difficili, & authorũ sententijs planè dubia, licet dubiũ nõ sit, quin cõtra prohibitionẽ faciẽs grauiter peccet, si sñ de facto vniuersitas excõicet, distinctione hac tẽ ipsam determinãdã esse putarẽ; vel. n. excõicatur à Sum-

D mo

mo Pontifice, & tunc sine dubio sñia erit valida, nõ tñ ea deret super vniuersos, nisi oẽs culpabiles essent, sed solum super singulos, qui sunt culpabiles, vnde ẽt tunc, qui esset innocens, verè in consciẽtia nõ esset excõicatus. vt colligit ex Palud. 4. d. 18. q. 2. ad finem. Couar. vbi sup. & iõ qui ingrederent Ciuitatẽ, aut collegium post ipsam censuram excõicationis promulgatã, illa nõ ligarent, vt plurib. tradit Couar. citans pro hac re Fel. in c. responso. de sent. excom. & alios, arg. c. 1. de offic. Vic. lib. 6. Quoties aũt non aperte constat de alicuius innocentia, semper in foro exteriori seruare debet sñiam, saltem ad euitandum scandalũ. Vel fert excõicatio hæc ab inferiorib. prælatis, & tunc si facta informatione nouit oẽs illius Collegij, seu Vniuersitatis personas deliquisse, eamq; ferat, valida erit; si vero hoc ei non cõstat, eã tñ pronunciat, probabile valde est, ẽt in hoc casu validã esse sñiam, & cadere super singulos qui deliquerunt; Nã licet Põtifex in d. c. Romana. §. in Vniuersitatem. de sent. exc. lib. 6. prohibeat Vniuersitates excõicari, non tñ declarat annullari dictã excõicationem, & multa contra prohibitiones fiunt, q̃ facta tenẽt, & consequenter meritò consulẽdum est, vt taliter excõicati deferat ipsi sententiæ. Vt tñ, quid sentiam, liberè dicam, sñia hæc in rigore valde dubia est, vnde nõ facile auderem iudicare irregularẽ esse, qui nõ obstante hac sñia celebrasset, qd om nino verum esse censeo in ijs, qui innocentes sunt. Cum. n. præsumendum non sit peccatum de aliquo, l. merito. ff. pro socio. & c. 2. de reg. iur. Nau. to. 1. conf. l. de sent. conf. 6. n. 2. de testam. peccaret aũt prælatus, si Collegiũ, aut Vniuersitatem collectiuè, & simul excõicaret; iudicãdum in tali euentu erit, proferentis intentionem solum fuisse ligare singulos de Vniuersitate, & Capitulo, qui in casu sñiæ proferendæ culpabiles fuerint, & sic valida erit, ne aliqñ contingat innoxios condemnari, vt in d. c. Romana. Pontifex statuit. In huiusmodi ergo euentu Prælatus prius Vniuersitatem moneat, & præmissa monitione, correctionem, & emendationem aliquamdiu expectet, quod si legitime admonita fuerit, vt aliquid faciat, aut ab eo faciẽdo desistat, si parere noluerit, tunc in illos dumtaxat de Collegio, vel Vniuersitate excõicatio promulgari põt, quos culpabiles esse constiterit, (auditis tñ partib. seu singulis, an legitimã eãm excusandi seã peccato habeant) in hunc modum, Excõico hos, aut illos de Vniuersitate, seu de Collegio, qui in culpa sunt, vt Summus Pontifex in d. §. in Vniuersitatem. in fine præcipit, & præscribit; Seu, excõico oẽs, & singulos Vniuersitatis, qui mandantis meis parere noluerunt, seu tale crimen cõmiserunt. ex addit. gl. in d. §. in Vniuersitatem. Sylvest. verb. excom. 1. nu. 10. Martin. Ledesm. 2. q. 24. art. 5. Henriquez lib. 13. de exc. cap. 25. §. 4. in litera B. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 5. corol. 2. Cuius ratio est: quia hac rõne non contingit innocentes excõicari. Quod si aliqñ contingeret, vt oẽs de Capitulo, seu de Vniuersitate culpabiles sint, & hoc iudici constat, excommunicatio hoc modo fieri põt, Excõico Præpositum, Decanum, Archidiaconum, & oẽs alios de tali Collegio, qui mandatis meis rebellauerunt. vt Hostiensis in sum. de contumacia. §. fi. Fel. in c. dilectę in Christo. nu. 1. de excep. Hugol. de eccl. censur. tab. 2. c. 26. §. 4. in fine præscribunt.

19 Hinc infertur primo, qua ratione dicatur in c. significauit, de except. Capitulum quoddam excommunicatum fuisse illis verbis [*Sed a parte altera exceptione excommunicationis opposita contra Capitulum*] &c. Capitulum S. Crucis. de rescrip. idem habet, nimirum, Capitulum excommunicari posse. Vel enim dicendum est cum Panor. in d. c. Capit. illud verum esse, inspecta simplicitate iuris antiqui, licet modo non possit, vt habetur in d. cap. Romana. in §. in Vniuersitatem. de sent. excom. li. 6. vel fortasse melius, singulos culpabiles ex Cap. excommunicatos fuisse, sed nomine Capitu. nominatos.

20 Infertur secundo, qua rõne fiat, vt interdictum in Vniuersitatẽ ferri possit, nõ aũt excõicatio: Quia interdictum non est tãta pœna, quãta excõicatio, excõicatus. n. extra ecclesiã eijcitur, nõ sic interdictus: excõicatus ecclesię suffragijs priuat, non autẽ interdictus, sed solum ab audiendis sacris prohibetur; excommunicatio tantum pro peccato proprio fertur; at vero interdictum pro alterius culpa ferri potest, vt aliquando totum Regnum sub interdicto pro peccato Regis ponitur. vt S. Tho. in addit. 3. p. q. 22. art. 5. ad secundum. Rich. 4. d. 18. art. 5. q. 3. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 2. concl. 2. Hugol. de eccl. cens. tab. 2. c. 26. §. 1. & addit. ad glo. in d. c. Romana. testantur. ideoq; rectè statutum est in d. c. Romana. ne in Vniuersitatem excõicatio feratur, sicut in ciuitatem interdictum ferri potest, vt habetur in cap. si sententia. & c. si ciuitas. de sent. exc. lib. 6.

21 Infertur tertio, quare multitudo, seu Capitulum excõicare, non autẽ excõicari possit; vt enim diximus, peccata sibi subiecta singularia determinant; vnde nulla sunt peccata multitudinis, in quantum multitudo, licet fiant per fu natum illius multitudinis. Iurisdictio aũt, qua fert excõicatio, benè potest esse multitudinis, licet non alicuius personæ singularis. Si q̃rat, vnde hoc dicendum est, qd multitudo cooperat ad augmentum, & plenitudinem potẽtiæ: vnde multitudo põt trahere nauem, quam tñ nulla persona singularis per se trahere potest. Vnde quia in multitudine ampliatur potestas; & hæc potestas. l. ligandi in foro iudiciali quandam plenitudinem importat, benè congruit multitudini, non vnicuiq; ex multitudine; At vero excommunicatio pęna est quæ propter peccatum proprium fert, peccatum autem in actu consistit; actus autem non est cõitatis & multitudinis, sed singularium personarum; vt frequenter; Et si peccatum aliquod, pp quod fert excõicatio, supra multitudinem, sit multorum, immò etiam oium, qui de Capitulo, & Vniuersitate sunt, nihilominus est singulorum, propter quod & pęna illata singulis infertur, vt latius S. Tho. in addit. 3. p. q. 22. art. 5. Alex. de Ales in 4. p. suæ summæ. q. 22. me. b. 1. art. 4. §. 1. in fine. Et S. Bonau. in 4. d. 17. in vlt. p. d. q. 3. in fin. nu. 69. annotarunt.

22 Septimo, Papa excõicari non potest: Quamuis. n. Iacob. Almain in sua Vesperia, & Nicol. de Cusa. lib. 2. de concord. eccl. c. 8. & Gerson in proprio tract. de potestate Papæ, vt refert Martin. Ledes. 2. 4. q. 24. ar. 4. dicant excõicari posse Papam à Concilio in omni casu, & pro oi peccato mortali, quod ex eo probant, quia Concilium Gñale est supra Papam; Alij tñ oẽs verius docent, Papam, dum Papa sit, excõicari non posse, neq; ab homine, cum cunctis superior sit, nulliq; subiectus, c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & c. inferior. d. 21. neq; a canone, q; licet iidem canones viuere debeat, tñ sicut cũctis hominib. ita ẽt & iuri præest. arg. c. propolnit. de conceſſ. præben. & c. nemo iudicabit. 9. q. 3. & extrau. vnam Sãctam. de maior. & obed. neq; à Concilio Gñali, cum hoc, vt verior hẽt opinio, Papa inferius sit. Et hoc, qd diximus, adeò verum est, qd licet in hæresim incideret, in excommunicationes, tñ contra hæreticos a iure latas non incidit, cum ipse præsit iuri, vt pluribus tradit Nau. in Man. c. 27. nu. 13. & in c. nouit. de iud. notab. 3. nu. 78. & 142. Solent tñ authores vnum casum excipere, in quo excõicari, & deponi possit a Concilio, nimirum, si in hæresim incideret, aut apostasiam; qui tñ authores non ita intelligendi sunt, quasi velint ipso facto priuari potestate sua, statim atq; in hæresim incidet, cum excommunicatio ob hæresim sola mente conceptam non incurrat, adeo vt nec alij Prælati inferiores dignitates suas ob hæresim conceptam, & oĩno occultam amittant, vt optime probat Nau. in d. c. nouit. nu. 142. argumẽto a contrario sensu, ex c. audiuimus. 24. q. 1. §. fin. autẽ, vbi dr, Qui hæresim nequam ex corde suo finxit, ex quo eam prædicare cœpit, neminem damnare potuit. qd ẽt confirmat Sot. in 4. d. 22. q. 2. concl. 1. vers. dubium autem est. quia ecclesia neminem pp actum interiorem solum anathemate percellit; Immò vero, licet alij inferiores prælati verbo hæresim expressserint, & pinde excõicationem canonis ipso facto incurrerint, non tñ potestate sua priuant, quousq; per sniam damnentur; alioquin omnes iurisdictiones, vt rectè Sotus vbi supra notauit, in ambiguo, & confuso versarentur. Si ergo in alijs prælatis excommunicationis contractio ipso iu

re

re non sufficit, vt ipso facto sua potestate, & auctoritate priuetur, multo minus in Papa id sufficiet, præcipue cũ, vt dictum est, nec canonis excõicatione ipso facto incurrat. In casu igitur hæresis, vbi pertinax in contumacia perseuerat; vtpote, quia bis admonitus ab hæsi discedere nolit; aut in casu schismatis, qñ. s. plures se gerũt pro pluribus Pontificib. ne ecclesia dãnũ patiatur, & ne oriatur scandala, iudiciario ordine, non vi, aut armis, ita vt procedendum per Concilium Gñale (in quo residet tota ecclesiæ potestas in hoc euentu) vt primò cum cõparere faciat, sua crimina audiuturus, & cãm dicturus, cumq; deponat, & hæreticum, vel schismaticum esse declaret: Deinde si nihilominus se pro Papa gerere velit, tandẽ a Concilio excõicetur. Nullo aũt modo excõicandus est, quamdiu Papa est, cũ Summus Pontifex totius ecclesiæ caput visibile sit, & consequenter ecclesia eius communione necessario, sicut corpus capite, indigere censeatur. Extra casum igit hæsis, aut schismatis Papa nec ab homine, nec a iure, nec a Concilio excõicari põt: vt copiosius tradunt glo. in ca. nemo iudicabit, 9. q. 3. in verb. neq; ab omni clero. Caiet. tom. 1. opusc. tr. 1. de auctor. Papæ & Con ilij c. 19. & tract. 2. c. 23. S. Anton. 3. par. Sum. ti. 24. c. 75. Tabien. verb. ex. oic. 4. in prin. Syluest. verb. rasus 1. ver. quadragesimus octauus. Ledes. 2. 4. q. 24. ar. 4. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 2. concl. 1. vers. dubiũ autem. Nauar. in Man. c. 27. nu. 13. & in d. c. nouit Henriquez lib. 13. de excom. ca. 25. §. 3. Hugol. de eccles. censur. tab. 1. c. 17. §. 6. nu. 8. & 9. & alij.

23 His igitur exceptis, alius homo quicunque particularis, & certus, siue Eps. siue Archiepiscopus, siue Patriarcha, siue Cardinalis sit, excõicari pot. Et quidem de Cardinalibus res est manifesta, quia hi superiorẽ habẽt Papã, cuius iurisdictioni subijciunt. De istis ergo certũ est, tam ab homine, q̃ a iure nõ solum excõicari, sed et suspendi, & interdici posse, vt habetur c. vnic. de schism. li. 6. & cle. 2. §. ceterum. & ibi glos. in ver. cuiuslibet. de elec. & extrau. dudũ. de schism. Solum difficultas inter authores est, an ipsi et excõicationes in iure latas, haud secus ac alij incurrant, In qua re cõis snia DD. est, vt test. Nauar. in commen. de datis, & promissis, notab. 5. vers. sexto noto, eos in excõicationes gñaliter latas incidere, vbicunq; in eis eorum expressa non sit exceptio, eo qd lex gñaliter lata gñaliter intelligenda sit, Solet. n. Papa in suis gñalib. constitutionib. eos excipere, quos illis comprehendi noluit, prout constat in c. Inquisitores. de hæret. lib. 6. & in c. ne aliqui. de priuil. lib. 6. & in c. quia periculosum. de sent. excom. lib. 6. & extrau. execrabilis. de præben. in quib. iurib. Cardinales, & aliqui alij excipiuntur, quod ea ratione fieri vr, quod alioqui ipsi etiam iuris Pontificij constitutionibus, & alijs censuris, vbi offendunt, constringuntur.

24 Hinc Nauar. vbi supra, ex mẽte omnium docet, Cardinales legati per illos canones gñales. cap. in noĩe Domini. d. 23. & in c. si quis pecunia. d. 79. & in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. quod et docent Io. Monac. in extrau. Bonif. VIII. in ver. clericos. de sent. exc. Fel. in c. quod super his, ver. 3. quia sequeret, de fid. instr. Gomes. in procem. reg. Cancel. q. 4. ver. primus est. Sic ẽt ligant ea. oĩs vtriusque sexus de pœn. & remis. licet eius de eis ibi mẽtio nõ fiat, ex Nau. & Gomes. vbi sup. per ea quæ tradit Pan. in c. oẽs de maior. & obed. & in c. nouit ille. nu. 8. de iudic. Sic ẽt comprehenduntur c. multa. de præben. vt tenent Pan. in c. ecclesia. 2. nu. 3. de elec. & Gom. vbi sup. vers. ex quo infert. licet postea Io. XXII. qui multum Cardinalib. fauit, eos in extrau. execrabilis. in §. qui vero. de præben. excepit. Per quod datur intelligi, q̃ aliàs illi cõprehẽdebant. Sicut & in ca. Felicis. de pœn. lib. 6. & in cle. si quis suadẽte. de pœn. quamuis in hac vltima nõ nominent, sicut nec in multis ex præcedentib. Sic et sub dispositione cle. auditor. de rescript. Cardinales comprehendunt, licet nulla ibi de illis fiat mentio, vt tenet ibi inter alios Bonifacius quidam Rotæ auditor; quem sequitur Gomes. vbi sup. citas etiam Fel. in c. ad aures. ver. 7. concl. de rescript. Immò Nauar. vbi supra, docet eos ẽt in dicta extrau. Greg. XIII. de datis, & promissis, cõprehendi, cum extrauagantis illius excõicatio in oẽs clericos lata sit, Cardinales aũt clerici sunt, immò simpliciter clerici appellantur, in c. Constantinus. d. 96. Sicut ẽt appellatione clerici intelligunt Cardinales. c. 2. de cler. nõ resid. vbi ẽt imponitur pœna Cardinali non residenti. Excõicatio igitur a Summo Pontifice lata generaliter, ẽt Cardinales offendẽtes cõstringit, nisi eos in particulari excipiat. Dixi aũt eos incurrere in excõicationem generaliter latam, quia de interdicto, & suspensione aliter iudicandum est: non. n. in has duas censuras ab hoie, vel a iure generaliter latas incidunt, sicut nec Episcopi, nisi eorum specialis mentio fiat, prout determinat Sũmus Pontifex in ca. quia periculosum. & ibi Steph. Costa. nu. 4. de sent. excom. li. 6. Dixi, nisi excipian tur, tunc. n. certum est eos dictas censuras non incurrere. Quod si ita aliquib. constitutionib. tam à iure, quam ab hoĩe latis, Cardinales expressim nominentur, vt in c. vnico, de schismat. lib. 6. & in Conc. Trid. sess. 25. de reform. ca. 1. & extrau. decori. & extrau. circa. Pij V. & extrau. Deo fueris, Greg. XIII. non ideo id fieri censendum est, quod significare velet Papa eos alter non inclusum iri, nisi eos expressisset, sed vt omnem dubitationem tolleret, & rem ipsam apertius declararet. Et quæ hactenus dix mus, de excõicationibus illis, quæ in regulis Cancellariæ non continentur, intelligen da sunt: Nã, vt Nauar. vbi supra testatur, cõis snia est Cardinales excommunicationibus, & alijs pœnis odio sis disponentibus de ijs, quæ per se mala non sunt, in regulis Cancellariæ latis, non comprehendi; & hoc potius ex stylo, & consuetudine Curiæ, quam ex iure, prout Ancharanus consilio 296. nu. 6. Fel. in c. a. in eos. de hæret. & Ludou. Gomesius in procem. regul. Cancell. q. 4. & in reg. Cancell. de idiomate, q. 3. tradunt.

25 Quod aut m de Cardinalibus quoad excõicationem incurrendam dictũ est, à fortiori de Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis iudicandum erit; eos excõicationes ab homine, & à iure vniuersaliter latas incurrere; non tamen in suspensionem, aut interdictum incidunt, nisi eorum specialis mentio fiat, prout de his duabus censuris expressè determinat Papa, in ca. quia periculosum. & ibi gl. in ver. superiorib. de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi. Qui etiã docent textum illum locum habere in Episcopis non consecratis, ad quod faciunt notata in clem. & si principalis. de rescrip. & c. 2. de offic. deleg. eod. lib. 6. & ca. 1 de relig. dom. lib. 6. Immo etiam nec Cardinales etiamsi Episcopi non sunt, has duas suspensionis, & interdicti censuras ab homine, vel à iure generaliter latas incurrunt, nisi specialiter de illis mẽtio fiat. Quod satis manifestè colligi videtur ex eo quod Pontifex dicat Episcopos, & eorum superiores, duas illas censuras non incurrere, nisi expressa eorum mentio fiat, vt docet etiam Steph. Costa in d. c. quia periculosum, num. 4. vbi citat pro hoc c. vnic. de schismat. lib. 6. Sunt enim Cardinales etiam non Episcopi, ipsis Episcopis, quamuis non ordine, attamen dignitate superiores, & ideo eodem vtuntur priuilegio, maxĩ mẽ cum eadem rõ in vtrisque sit. Sicut enim hoc priuilegium Episcopis concessum est quoad suspensionem, & interdictũ, ne scilicet Pontificalis officij executio, quod frequenter illis incumbit, his censuris impediretur, ita cum Cardinales etiam non Episcopi, in suis ecclesijs titularibus exercere habeant Pontificale officium, in eisque iurisdictionem Pontificalem habent, vt habetur ca. his quæ, & ibi Panor. nume. 1. de maior. & obed. & idem Panorm. in cap. cum te. num. 4. de senten. & re iudic. vbi ait esse communem opinionem, & in c. dilectus. nume. 12. de capell. Monach. & Ioan. Monac. in cap. super eo. de hæret. lib. 6. & in cap. vnico, de maior. & obed. lib. 6. vbi ait Papam ita sibi respondisse, Imo, in clem. ne Romani. versic. quarto quæro, vbi etiam Cardin. in verb. ceterum. col. 3. de elec. Gemin. in c. cleros. §. 1. dist. 21. & in c. 1. de maior. & obed. libr. 6. Roman. consil. 498. eodem priuilegio gaudere debent. Quamuis igitur hi omnes in excommunicationes generaliter latas, non secus ac alij offendentes incurrat, in

alias tñ duas censuras à iure, vel ab homine quocunq; & à Papa latas nõ incurrũt, nisi eorum specialem mẽtio fiat, Quod intelligendum est, siue ab officio, siue à bñficio suspensio lata sit, vt in cap. si compromissarius. §. huiusmodi quoque pœna, de elect. lib. 6. habetur, & glo. ibid. in verb. de iure. & in verb. in illius bñficij, & in c. quia periculosũ, in verb. officij. de sent. excom. lib. 6. accuratius annotauit.

26 Quod aũt dictum est, hominem singularem esse debere qui ecõicari põt, ita intelligi dẽt, vt non quicunq; homo in particulari excõicari possit, nisi ẽt sit certus aliquo modo is, qui excõicandus est; alioquin. n. excõicatio nulla, & irrita erit. Sicut. n. Eucharistia non consecratur nisi in certa, & determinata materia panis per intentionem consecrantis determinata, cuius rõ est, quia actiones circa particularia versantur, vñ. nisi in particulari definiatur materia, nihil est, quod consecrari possit. Immò sicut in oĩb. Sacramentis, q̃ consistunt in vsu, quia circa subiectum sanctificãdum versant, necesse est subiectum esse certũ, & definitũ. Nam si quis intendat baptizare hominem, & non hunc hominem, nihil facit, vt cõis Theologorum opinio docet. Et sicut contractus emptionis, aut venditionis non valet, vbi res q̃ alienatur, incerta est, arg. l. in venditionib. ff. de contrahen. empt. et l. 3. §. si duobus. ff. de adimẽ. leg. in fine, vbi dr̃: Quod si legatum fuerit factum Titio, & non apparet, de quo Titio testator senserit, nulli dẽtur legatum. & cum ex plurib. seruis eiusdem nominis vnus liber esse iussus est, neuter liber erit. ff. de manũ. test. l. cum ex pluribus. ita ẽt & excõicationis sententia in personã incertam lata nulla censenda erit, vt gl. in c. si Sacerdos. in ver. remouere à diuinis & ibi Panormit. nu. 14. de offic. ord. latius docent, eosq; sequutus Hugol. de eccl. censur. tab. 1. c. 17. §. 4. no. 2. Dixi aũt personam excõicandam certam esse debere aliquo modo, nimirum aut natura quoad nos, vt q̃n quis ex proprio nomine excõicatur, dicendo, excõico Petrum Venetũ, vel ex adiectis conditionibus certò scitur, quis sit ille qui excõicatur, vt cum dicitur excõico filiũ Petri Veneti, qui Petrus vnicum habet filiũ, & vnus tãtũ sit Petrus ex ciuitate Venetiarũ, tunc. n. ita certa est nobis persona, quę excõicatur, ac si nomine proprio demonstraretur. Aut secundo, dẽt persona esse certa quoad naturam, fieri. n. potest, vt licet quis modo certus non sit, postea, tamen certus fit, quod contingere potest tam in excõicationibus ab homine, quã à iure latis. Cum enim excommunicationes à iure, vel ab homine generaliter ferantur contra furãtes, aut aliquid aliud facientes, etsi tunc certi non sint, quinã ipsis obligandi sint, cum furtum, aut offensio nõdũ facta sit, postea tñ facta offensione, aut cõmisso furto, offendẽs, seu furans certus redditur, & proinde in excõicationem incidit. Et hac rõne offendens generalem sententiam excommunicationis à iure, vel ab homine latam, excõicationem incurrit, cum hac rõne, licet nonnunquam homini offendẽs ignotus sit, certus tamen natura redditur, quæ certitudo sufficit, vt excommunicationem incurrat, prout Rota decisione 19. de dolo, & cõtumacia. in nouiss. declarauit, & vsu, consuetudineq; quotidiana obseruari videmus.

27 Hinc sequitur, nullam esse excõicationem, si Episcopus dicat: excõico vnũ ex illis; qui tale furtum fecerũt, si illum vnum quisnam sit, non nominet ex proprio nomine, aut ex alijs appositis circumstantijs, ex quib. cognosci certo posit, quẽnã illa sñia feriri voluit. ita gl. in c. si Sacerdos. in verb. remouere a diuinis. & ibi Panormit. num. 14. de offic. ordin. & Goffredus ab eodẽ relatus; qđ ea rõne probatur: quia sñia hæc incerta est, & ideo rei iudicatæ auctoritatem non continet, vt optimè gl. ratiocinatur, sicut sñia, quæ certam quantitatem nõ cõtinet, nulla est. C. de sent. quæ sine cer. quant. l. penul. & vlt. Adde, quod cum in hoc euẽtu non sit maior ratio, cur hic potius, quam ille excõicet, aut dicendum erit oẽs illos esse excõicatos, quod repugnat verbis, & intentioni excõicantis, aut nullum eorum excommunicari, quod verum est, Non enim ex tali modo loquendi constare potest hunc magis, quam illum excommunicare iudicem voluisse, cum tamen, vt ait Panorm. vbi supra, excommunicatio vltra excommunicantis intentionem ligare non debeat, siquidem potestas, & voluntas ad expletionem cuiuscunque rei concurrere debent, vt in ca. cum super. de offi. deleg. & in l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. Cũ igitur excõicans ille nõ nisi vnum excõicandi animum habuerit, nec vterque excõicatus esse debet, nec alter, aut in foro exteriori, aut interiori, ex quo nescitur de quo excõicans senserit; Nam præsertim, vt notat Panor. in istis spiritualib. pura, recta, & certa debet esse intentio; quicquid Marian. Socin. senior, in ca. perpendimus. nu. 225. de senten. excõic. dixerit in foro interiori omnes excõmunicatos esse, quod falsum esse & Hugolinus, vbi supra testatur, & rõnes allatæ conuincunt in vtroque foro, vt constat. Potest autẽ hoc, quod de excõicatione diximus, etiam hoc exemplo Eucharistiæ cõfirmari: si quis enim haberet octo hostias præsentes, & intenderet consecrare sex tantũ, sed nõ determinando illas sed in confusu, nihil efficere probatur, quia materia illa non est certa, & definita. Quamuis enim si haberet animũ consecrãdi omnes, licet erraret in numero, omnes essent consecratæ: quia non deficit intentio, sed solum adest priuata deceptio; quæ non tollit intentionem debitam, quæ esse debet, & moraliter est circa hanc materiam præsentẽ, prout in re proponitur, si tñ haberet animum consecrandi sex, & non plures, nulla erit consecrata, quia incertitudo vitiat, vt constat: Non. n. consecrauit oẽs, quia hoc non intendit, neq; has potius, quam illas, quia non est maior rõ, & ideo nullam consecrasse dicetur, vt expressè in hoc casu docent Durandus quarto, distinctione vndecima, quæstione septima, nume. quarto, Rich. 4. d. 10. art. 7. q. 2. Io. Maior 4. d. 11. q. 2. Panor. in c. si Sacerdos. n. 15. de offic. ord. citans etiam Caldetinum, Sylu. verb. Eucharistia secundo, nu. 8. Hugolinus de ecclesiast. censur. tab. 1. cap. 17. §. 4. nu. 1. & 2. in fine. Franciscus Suarez 3. p. q. 73. dispu. 43. sect. 6. & est cõis omnium Theologorum opinio. Solum ergo vera erit opinio Socini, vbi ex illis pluribus vnus tantum furtum fecit, aut alia ratione appareret, quisnam esset, quẽ iudex excõicare intendebat. Cum enim in hoc casu incertitudo esset, quamuis nos ignoremus, & verba formæ illi solum conueniant, solus ille excõmunicatus erit. Et quod diximus de excõicatione, etiã de suspensione, & interdicto dicendum est, certò. n. constare debet, in quos censuræ ferantur. Omnis igitur homo particularis, certus, rationis particeps, mortalis, baptizatus, superiorem habens, secundum ea quæ superius exposita sunt, excommunicari potest.

De causis, ob quæ excommunicatio ferenda sit Cap. IX.

S V M M A.

1 *Excõicatio sine graui, & vrgenti causa ferenda non est.*
2 *Excommunicatio pęnarum omnium quæ in ecclesia sunt, grauissima est.*
3 *Ecclesiæ iudicium Diuino iudicio conforme esse debet.*
4 *Excommunicatio à iure, vel ab homine lata, cum solum ligat, qui mortaliter peccauit.*
5 *Præceptum sub pęna maioris excommunicationis factũ, rem præceptam, vel prohibitam, peccati mortalis materiam constituit.*
6 *Festis diebus aliquid necessitate compulsus faciens, excõicationem maiorem non incurrit, etiamsi illud facere sub pœna maioris excommunicationis prohibeatur.*
7 *Excommunicatio ob percussionem clerici lata, eam solũ quæ mortalis est, & non venialis percussio, comprehendit.*
8 *Excommunicatio contra furtum committentes lata, eos solum ligat, qui peccatum mortale furti committunt.*
9 *Excommunicatio contra committentes furtum lata, an cõprehendat eos, qui absque consensu inter se, sigillatim, ali-*

aliquid paruum furantur, quando damnum graue in to to fecerunt.

10 *Furti exiguitas quo sensu, & quando furtum veniale reddat.*

11 *Excommunicatio in non restituentes aliena ablata, an comprehendat eos, qui non habent vnde restituant.*

12 *Excommunicatio sub hac forma lata; Qui aliquid talis defuncti accepit, vel habet, excommunicatus sit, an eum liget, qui quod suum erat, à defuncto iniustè detentum accepit.*

13 *Excommunicatio in aliquem lata ob culpam, quam vel non commisit, vel committere non possit, non obligat.*

14 *Excommunicatio ob peccatum mortale solum mente commissum, ferri non potest.*

15 *Hæresim ob mentalem tantum excommunicatio non incurritur.*

16 *Simoniacus purè mentalis nec vllam pœnam, aut censuram, vel restitutionis obligationem incurrit.*

17 *Excommunicatus non est, qui voluntatem solum percutiendi clericum habuerit, dummodo actu non percutiat.*

18 *Veniens animo infringendi ostia ecclesiæ, sed non frangens excommunicatus non est.*

19 *Excommunicari aliquis ob peccatum mortale alienum non potest.*

20 *Vxor pro peccato mariti excommunicari nequit.*

21 *Filius pro crimine patris, aut seruus pro delicto domini sui excommunicari non potest.*

22 *Dominus an, & quando pro peccatis suorum subditorum excommunicari valeat.*

23 *Excommunicatus si quis sub nomine dignitatis sit, successor in dignitate in eam excommunicationem an, & quando incidere censeatur.*

24 *Excommunicatio ob peccatum proprium mortale futurū ab homine ferri non potest.*

25 *Excommunicatio maior ob peccatum mortale proprium, sed præteritum ferri non potest.*

26 *Libelli infamatorij authorem quare S. Gregorius excom municauerit.*

27 *Excommunicari potest quis, sub hac conditione,* Si intra certum tempus non soluat, sit excommunicatus.

28 *Excommunicatio propriè ob peccatum mortale propriū contumaciæ ferri debet.*

29 *Contumax quis propriè censendus sit.*

30 *Contumax quis manifestus dicendus sit.*

31 *Contumax quis varijs modis præsumi potest.*

32 *Contumacia, ob quam quis excommunicari debet, grauis, & enormis esse debet.*

33 *Concilij Tridentini locus de ferenda excommunicatione explicatur.*

34 *Excommunicatio ad finem reuelandi lata, quibus in casibus incurratur.*

35 *Reus, etiam sub pœna excomunicationis incurrendæ delictum suum prodere iussus, an crimen suum manifestare teneatur.*

36 *Iussus extraiudicialiter aliquid reuelare; non nisi post factam correctionem fraternam illud denunciare in conscientia obligatur.*



Actenus quis excommunicari possit, explicatum est: Nunc qua de causa ferenda sit excommunicatio, exponendum est. Cum verò excommunicatio tam grauis pœna sit, merito sine causa magna ferre eam prælati non debent; vnde communiter DD. affirmant, excommunicationem maiorem, non nisi ob peccatum mortale, quod aliter corrigi nequeat, ferri debere. Sic Sanctus Thom. in addit. 3. par. quæstione 21. articu. tertio, Alexander, de Ales, in 4. parte Summæ, quæstione 22. membro primo, articulo tertio, Sanctus Bonauentura 4. distinctione 18. in vltima parte distinctionis, quæstione secunda, Richar. 4. distinctione 18. artic. 3. quæstione secunda, Durand. 4. distinct. 18. quæst. 3. num. 7. Ioan. Bachon. 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 1. Gab. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. notab. 3. Corol. 1. & 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. art. 3. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 17. §. 1. Ex Canonistis, & Summistis, Panormit. in c. cum esses. num. 7. de testamen. & in ca. in aliquibus. nu. 4. de decim. Stephan. Costa in repet. cap. cum medicinalis. num. 21. de senten. excommun. lib. 6. Ægid. Bellamera. in clemen. si vna. nu. 191. de reb. eccles. non alien. Iacob. de Beluis. in cap. Romana. §. contrahentes. nume. 69. de foro compet. lib. 6. Sanctus Antoninus 3. parte tit. 24. cap. 73. Angelica, verb. excommunicatio, primo, num. 22. Pisanella, verb. excommunicatio, primo, versicu. quibus ex causis. Syluest. verb. excommunic. 1. num. 11. Tab. verb. excommun. 1. versic. tertio, vtrum excommunicatio. Nauar. in Manuali, capit. 27. nume. 9. & tomo 2. cons. consil. 20. num. 3. & cons. 22. num. 1. & cons. 24. num. 2. et cons. 38. num. 1. de senten. excomm. Couar. in capit. alma mater. 1. par. § 9. nume. 1. de senten. excom. lib. 5. Hugol. de eccles. cens. tab. secunda, c. 27. Barthol. Medina de instruct. confess. li. 1. c. 11. §. 2. & communis DD. sententia, & colligitur ex ca. Episcopi. & ibi glos. in verbo. minimis, & c. nemo episcopatum, & c. nullus. 11. q. 3. & idem clarè docet Conc. Trid. sess. 25. ca. 3. de reforma. Id quod maxi-
2 ma prudentia Concilium statuit, & non sine ratione authores docuerunt. Cum enim excommunicatio pœnarum omnium, quæ in ecclesia sunt, grauissima sit, vt docet S. August. de correpr. & gratia. c. 15. & refertur 24. q. 3. cap. corripiantur. & glo. ibidem, & colligitur etiam ex cap. sacro. de sent. excom. & c. cum non ab homine. de iudic. & latius tradit Panor. in c. cum sit generale. num. 9. de foro compet. & in c. olim inter. nu. 10. de restit. spoliat. & in c. postulasti. nu. 5. de Iudæis. & S. Thom. in addit. 3. p. q. 21. art. 3. pœna autem delicto proportionata esse debet. argu. c. 2. de ijs, quæ fiunt à maio. par. Capit. in fine, dubiū non est tantam pœnam non nisi pro peccato mortali infligi debere. His addi potest & alia ratio non minus efficax, quā affert S. Thomas in q. 21. art. 3. vbi supra, quia per excommunicationem ecclesiasticus iudex excludit quodammodo excōmunicatos à regno Dei, dum eos ecclesiasticis subsidijs, quæ Dei amicis impenduntur, & quibus ad regnum tenditur, priuat; vnde cum excludi non debeat nisi indignus, nec indignus quispiam redditur, nisi per peccatum mortale amiserit charitatem, quæ est via ducens ad regnum; consequenter nullus excommunicari debet, nisi pro peccato mortali; Immò vero idipsum docent Patres ex illo Matth. 18. vbi de excommunicatione agens Christus, inter alia sic loquitur: *Non est voluntas Patris vt pereat vnus de pusillis istis.* & iterum: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* Et paulo post; *Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Hæc enim omnia peccatum mortale in fratre excōicando arguunt, alioquin enim, non sicut ethnicus habendus esset; sed neque lucrari poterat frater, nisi prius peccato mortali perijsset. Vnde nec Paulus 1. Corinth. 5. excommunicationis censuram, nisi contra incestuosum, aut contra blasphemos. 1. Tim. 1. vel cōtra hæreticos Ti. 1. qui oēs grauiter peccauerant, pronunciasse legitur. Hoc ipsum testatur S. August. de fide, & oper. capit. 26. dicens: *Nisi essent grauia delicta, vt etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus 1. Cor. 5. Congregatis vobis, & meo spiritu, &c.* Idem S. Leo huius nominis primus in epis. . . aliàs . . . ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos, affirmat his verbis: *Nisi Christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis hoc fiat Sacerdotis*

arbitrium, quod in magni reatus vltionem multus, & dolens quodammodo debet esse animus vindicantis. Hæc & alia ad hanc rem mihi Leo Summus ecclesiæ, idemque sanctissimus pastor. Et ante istos eadem docuit Cyril. Alex. lib. 6. c. 20. in Ioan. vbi ait: *Magnum reuera apud Iudæos opprobrium ducebatur, si quem de Synagoga eiecissent. Sicut enim nunc homicidæ, vel adulteri, vel ceteri capitalibus criminibus rei, ab ecclesia pelluntur; ita tunc confessores Christi à Synagoga Iudæorum eliminabantur.* Hæc ille, alludens ad verba Christi Ioan. 16. quibus Apostolos censura hac à Iudæis, tanquam peccatores grauissimos afficiendos fore prædixit, dicens: *Absque Synagogis facient vos.* Deniq; vt recte tradunt S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 22. membr. 1. art. 1. ad secundum, & Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 2.
3 artic. 1. coroll. 2. iudicium ecclesiæ conforme esse debet iudicio Dei. Nullus igitur præscindendus est ab ecclesia, à communione, & corpore ecclesiæ, quæ est corpus Christi, nisi quem Deus præscindit: Deus autem nullum præscindit, nisi propter peccatum mortale, & proinde non nisi ob culpam mortalem ecclesia quemquam excommunicare debet. Ex qua doctrina, priusquam vlterius procedamus, multa scitu iucunda, & necessaria colligi possunt.

4 Primo, Quotiescunque excõicatio fertur ab homine, vel à iure, nullum afficit, qui non peccauit mortaliter trasgrediendo legem, vel iudicis præceptum. ita Palud. 4. distinct. 18. q. 1. art. 2. concl. 2. Adrian. in 4. tract. de clauibus, quæst. 3. versic. fortasse obijcies. Gabr. 4. distin. 18. quæst. 2. art. 1. Coroll. 2. Tab. verb. excomm. 1. versic. tertio, vtrum. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. dist. 23. art. 3. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 9. vbi ait esse regulam consolationis plenissimam, Couar. in cap. alma mater. §. 9. num. 2. de sentent. excommun. lib. 6. Hugol. de ecclesi. cens. tab. 2. cap. 27. num. 2. Ex quo Palud. hoc notabile dictum elicit, dicens: Cum sententia iuris non sit iniusta, potest homo ita formare conscientiam suam, quod vbi non peccat mortaliter, nunquam incurrit sententiam iuris, quia iniuria dicitur esse omne, quod non iure fit. Non debet autem, vnde iura nascuntur, inde nasci iniuriæ occasio, l. meminerint. C. vnde vi. Vnde cum sit iniuriosa excommunicatio, quæ fertur non pro mortali, non est sententia iuris, nam ibi non est sententia iuris, vbi non est mortale: & idem de constitutione quacunque Papali, Episcopali, vel Statuto, nam cum iusta non fuerint, carent vi legis, & sic non stringunt, seu ligant hominem. Vnde Augustin. libro primo de lib. arbitr. cap. 9. Quæ iusta non fuerit, non erit lex. & idem patet per Isidor. vt habetur distinctione quarta, cap. erit autem lex. Qui igitur certus esset se esse innocentem, aut non peccasse mortaliter contra obedientiam legis, aut iudicis, aut ex falsa causa excommunicari, certus esse potest non ligari excommunicatione iuris, aut hominis, & proinde nullam incurrisse excommunicationem apud Deum, nec, vt ait Sotus, vbi supra, versicul. secundum corollarium. priuatum esse suffragijs Ecclesiæ; licet quandoque propter præsumptam inobedientiam falsam, iudex eum ab externo fidelium cœtu arcere poterit.

5 Secundo, Quando aliquid à lege, vel ab homine sub pœna excommunicationis maioris præcipitur, vt verbi gratia, si quis fecerit hoc, vel illud, excommunicabitur; esto, quod ante ipsum præceptum illud facere non esset peccatum mortale, quod præcipitur, vel prohibetur, sub pœna excommunicationis, ipso facto materia peccati mortalis constituitur; præsumitur enim tunc intentionem legislatoris fuisse obligare trãsgressorem ad culpam mortalem, postquam comminatur pœnam, quæ non potest ferri nisi pro peccato mortali. *Sic Sotus*, Ledesm. Couar. vbi supra. Ratio est: quia virtualiter continet in se præceptum hæc forma, fac, aut non facias hoc, sub pœna excommunicationis. Cum enim prælati ecclesiastici sint iudices in spiritualibus, eo ipso, quod sub tali pœna præcipiunt, constituunt illud vt præcipuam virtutem, cuius omissio, vel commissio sit mortalis. Rectè tamen addit Couar. quod quamuis ex pœna excommunicationis apposita communiter colligatur intentionem legislatoris esse obligare ad peccatum mortale; quoties tamen propter aliquam circũstantiam, aut qualitatem actus constiterit culpam transgressionis alioquin mortalem, venialem esse, tunc dicendum est, non esse locum excommunicationi canonis, nec iudicis. Id quod etiam notat Henriquez lib. 13. de excom. c. 17. §. 1. Litera E. in annot. Vnde, si feratur edictum sub pœna excommunicationis, vt ciues adeant concionem de fide, aut ad processionem vadant pro sospitate Reip. excusaretur, qui maneret domi, vt illam custodiat, vt colligi potest ex ijs, quæ tradit Syluest. verb. excom. 2. cas. 12. nu. 23. & verb. pęna. §. 18.

6 Tertio infertur, Quod qui in festis diebus necessitate cõpulsus operatur, in excommunicationem maiorem non incidit, etiamsi sub pęna excommunicationis à iudice, vel à iure, & statuto prohibitum esset illis diebus operari. Syluest. verb. Dominica, q. 7. & verb. excom. 2. num. 20. versic. nonum. Rosella, verb. feriæ. §. 27. Nau. in Man. c. 13. num. 15. Hugol. d. ca. 27. nu. 2. Ratio est: quia præceptum iudicis iuridicè interpretandum est, nempè, quod nemo efficiat opus, nisi lege cõcessum; at cuilibet conceditur opus vitæ necessarium, arg. c. discipulos. de consecrat. dist. 5. Et si in excommunicatione iuberetur, quod neque necessitans causa, neque pietatis laboraretur, contineret errorẽ intolerabilem contra legem capit. fin. & ibi glos. in verb. pietas. & in verb. necessitas. de ferijs; & consequenter esset irrita talis sententia, arg. c. 1. de re iudic. & c. per tuas de sent. exc.

7 Quarto infertur, Quod licet relictum sit iudicis arbitrio definire quæ sit percussio leuis clerici, à qua Episcopus absoluere potest ab excommunicatione lata in cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 1. §. 3. Syluest. verb. absolutio. 4. post gl. in ca. cum illorũ, in verb. mutilationem. de sent. excom. & DD. in c. peruenit. tit. eo. & ibi Pano. nu. 3. Alex. lib. 2. cons. 112. Io. de Ana. cons. 44. Nunquam tamen percussor clerici, etiam animũ vlciscendi, & iniuriam inferendi habens, ea iuris excommunicatione afficitur, si percussio adeo leuis sit, vt culpa tantum venialis fuerit, non mortalis. ex Nau. in cap. inter verba. 11. q. 3. col. 139. Couar. in d. §. 9. nu. 2. & colligitur ex ijs, quæ tradit S. Tho. 1. 2. q. 88. artic. 5. Couar. d. §. 9. nu. 2. & lib. 1. var. resol. c. 1. Martin. Ledes. 2. 4. q. 25. art. 3. vbi expressè dicit ludentem cum clerico, si eum percutiat, non erit excommunicatus, si illa percussio non erat peccatum mortale; quod probat, quia dicitur, si quis suadente diabolo. idem docent Sotus 4. d. 22. q. 1. artic. 2. ver. iam vero diximus. Henriquez, lib. 13. c. 17. §. 2. Hugol. tab. 2. cap. 27. nu. 2. ex quibus Sotus, & Henriquez docent clericos. pueros tonsuratos corrixantes in ecclesia, etiamsi se pugno percusserint mutuo, & sanguinem è naribus emiserint, vel etiam ex capite in parua copia, excommunicationem non incurrere.

8 Quinto infertur, quid dicendum sit circa excommunicationes generales circa res temporales, nimirum contra eos, qui furantur fructus, vuas, pira, & huiusmodi, si enim nocumentum sit peccatum mortale ex se, tunc ille nocens excommunicari potest; sin verò res leuis sit, non erit excommunicatus (posse verò furtum aliquando esse veniale, solum, quando. s. est in re leui, docent S. Tho. 2. 2. q. 59. ar. 4. ad 2. & ibi Caiet. & q. 66. art. 6. ad 3.) Pro re ergo leui excommunicatio non fertur, quia non est credendum, quod prælatus intendat excommunicare, nisi quando est peccatum mortale. Vnde Pręlati qui pro leuib. causis excommunicationes fulminant, peccant mortaliter, secundum Ledes. 2. 4. q. 23. art. ... tenebit tñ excõicatio, si furtũ, vt diximus, ad peccatum mortale perueniat, ex Couar. Hẽriquez, Hug. Ledes. & alijs vbi supra: vbi Henriquez ait, quod iudex in re leui non intendit obligare, sed ita loquitur ad terrorem; & citat Victoriam, §. 5. de excom. qui similiter dicit, quod si iudex pro leuissimo furto excommunicat, non intendit obligare, sicut neque excommunicare cẽsetur eum, qui furatus

ratus est rem notabilem, & magnam partem furti iam restituit, pro quo fertur excõicatio, omisso lemi argenteo.

9 Ceterum, difficultas esse potest, An, quando multi absque consensu inter se, nec in crimine consortes acceperint sigillatim paucos de vinea racemos, vt v. g. vnus accepit tres, aut quatuor racemos, & alius totidem, atque ita totã vineam quasi deuastauerint, & graue damnum in toto fecerint, quamuis singuli non nisi furtum veniale commiserint, si feratur excommunicatio, nisi restituant, sententia teneat, ita vt non restituendo excommunicationem incurrant, maximè cum in hoc euentu nullus eorum mortaliter peccauerit furando tres, aut quatuor racemos. Hæc quæstio ad materiam restitutionis spectat, ibique a nobis latius tractanda erit. Interim quantum ad præsentis difficultatis solutionem spectat; quidam distinguendo dicunt, quod si se inuicem iuuerint, vel induxerint, tunc sub pena excommunicationis restituere tenentur, & hoc certum est. Sic etiam, si quilibet furando videbat alios multos singulas vuas accipere, & sic magnum damnum secuturum, tenentur similiter tunc singuli singulas vuas secundum valorem earum, quas acceperunt restituere sub pœna excommunicationis. Si verò nullus alium induxit, vel iuuit, vel vidit alios furari, in hoc casu dicunt nõ esse obligationem restituendi sub pœna peccati mortalis, vel excommunicationis. Sic Martin. Nauar. in Manuali, cap. 17. num. 130. vbi docet in hoc casu nullum peccasse mortaliter, nec teneri ad restitutionem, eo quod nullus eorum damnum notabile fecit, nec fuit causa, quo fieret, nec in id consensit, & idem Nauar. in eod. cap. 17. numero quarto, versiculo, quarto quod excommunicatio. ait, quod excommunicatio generalis contra eos lata, qui furantur, aut malè ablatum non restituunt, solum comprehendit auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta satis est ad peccandũ mortaliter. Eandem sententiam amplexatur Petrus Nauar. lib. 3. de restit. cap. 1. dub. 8. num. 61. quamuis etiam contrariam non improbabilem putet, maximè si excommunicatio diceretur ferri in eos qui modica etiam acciperent. Alij tamen, vt Sotus lib. 4. de iustit. q. 7. artic. 3. circa medium, & 4. d. 22. q. 1. artic. 2. §. arguitur. Cordub. tract. de casibus conscientiæ. quæst. 70. Ludou. Lopez. 1. par. instruct. conscientiæ. cap. 93. Michael Salon in 2. 2. S. Tho. q. 62. art. 7. controuersia 1. §. de participante. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 17. §. 4. & fauet Ioan. Medina C. de restit. q. 10. vers. occurrit hic casus. in resp. ad primum, docent, quod si tales vineæ deuastatores leuiter int de damno ab alijs illato, & perrexerint seorsim, omnes tamen peccarunt mortaliter illo modo scienter vineam spoliantes, etsi vnusquisque non nisi grana pauca acceperit, & tenentur omnes per se accepta restituere, vnusquisque pro eo, quod accepit, idque sub pœna mortalis; quod patet, quia omnes, & sigillatim licet minima surripuerint, peccarunt tñ mor-
10 taliter cooperando scienter ad damnum illatum proximo. Quod autem dici solet, quod exiguitas furti reddit ipsum veniale, hoc intelligitur esse verum, quando non ita notabiliter damnificaretur proximus. Si vero vnusquisq; euntium seorsum nesciuit, nec scire debuit, quia non erat verisimile, quod alij similia modica furta perpetrarent, tunc licet non peccarint mortaliter quilibet surripiendo pusillum fructus, aut non restituendo, habita tamen notitia damni illati, tenebitur vnusquisque, quantum accepit in se, vel in æquiualenti restituere, vt dominus reddatur illæsus. Quamuis enim vnusquisque seorsim, si nullus aliorum quid accepisset, non teneretur ad restitutionem, quia esset leuissimum damnum, tamen cum tot accipientibus maximum damnum illatum sit, ratione magnitudinis damnum est reficiendum, & cum id fieri nequeat nisi vnoquoque suã partem restituente, ideo vnusquisque tunc tenetur in conscientia restituere, & ita excommunicatio iusta erit pro graui damno illato proximo, & obligat non restituentes partem suam. Quia licet priuata vniuscuiusque acceptio fuerit in se venialis, damnum tamen ab istis omnibus simul sumptus illatum, est graue, & in conscientia reficiendum, vnoquoque suam partem restituente, & non restituere in tali casu est mortale: quia censura ista iusta est respectu totius damni, & fertur pro peccato mortali non restaurandi graue damnum proximi: potest enim ferri non solum pro peccato mortali, verumetiam pro graui damno reficiendo; Tenebitur ergo vnusquisque horum sub peccato mortali, & sub pœna excommunicationis id, quod abstulit, restituere, nisi tam paruum sit, vt pro nihilo reputetur, aut suam partem prius restituisset, tunc enim non incurreret excõmunicationem. Et hæc satis sint de hac difficultate, plura enim in materia de restitutione dicemus.

11 Sexto infertur, Quid dicendum sit, quando excommunicatio fertur in eos, qui aliena surripuerint, nisi restituant & tempore, quo excommunicatio lata est, non habent vnde soluant: tales enim si non restituant, modo vt diximus excommunicationis latæ tempore soluendo non sint, excommunicationem non incurrunt: ita Sotus 4. d. 22. q. 1. artic. 2. versic. secundo si feratur. Ratio est: quia in re, in qua homo obedire non potest, non peccat; nemo enim ad impossibile obligatur. Vnde addit Sotus, quod si talis sit occultus, absque scrupulo interesse potest diuinis. Monet autem, quod si tempore excommunicationis latæ soluere potest partem; non autem totum, vt soluat partem, quam reddere potest, etiam cum detrimento sui status, non enim licet statum suum leuare cum notabili damno proximi iniustè illi facto. Si verò tempore excommunicationis latæ habeat vnde soluat, tunc non soluendo, excommunicationem incurrit, adeo vt licet postea in egestatem incideret, non liberaretur a priori excommunicatione incursa. Ita Sotus vbi supra, quem etiam sequitur Hugol. de eccles. tab. 2. c. 27. nu. 2. Immo verò, licet tempore excommunicationis non erat soluendo, si tamen potens erit postea restituere, ad id tenetur sub pœna excommunicationis latæ, quæ semper durat.

12 Septimo infertur, Quid sentiendum sit quando fertur excommunicatio in communi, nimirum sub hac, vel simili forma: Quicunque habet aliquid huius, vel illius defuncti, vel accepit, sit excommunicatus, si ille, qui accepit aliquid illius defuncti, quia erat suum, quod defunctus iniustè detinebat, vel aliud, quod tantundem valebat, vel accepit decem aureos, quos defunctus ei debebat, nec aliter recuperare poterat rem suam, nisi clam surripiendo ab illo, nec in conscientia reddere tenetur, nec in conscientia excommunicatur, quia iure habet, quod erat suum, nec ideo intendit ligare eum in hoc casu, immo nec potest; secus autem si accepit iniustè, & res sit materia peccati mortalis, tunc enim ratione talis iniuriæ notabilis, excommunicationem incurrit; vt colligitur ex Soto vbi supra, artic. 2. vers. tertio potest. & Ledesm. 24. q. 22. artic. 3. Nauar. tom. 1. consil. cons. 3. nu. 6. de censib. & c. inter verba. 11. q. 3. conclus. 6. Coroll. 65.

13 Octauo infertur, Quod si aliquis excommunicetur ex aliqua culpa, quam non commisit, vel committere potest, verbi gratia, accusatur infans de adulterio, vel eunuchus, hoc est, carens genitalibus, qui dicatur impregnasse feminam, & ob id excommunicatur, si notorium sit ita esse, non est excommunicatus. ita Archidiac. & Ioan. And. in cap. Romana. §. in vniuersitatem, & ibi Stephan. Costa, num. 8. & 9. de sent. excom. lib. 6. & Syluest. verb. excom. 1. n. 22. versi. vndecimum. & ratio esse potest quia talis nõ commisit, aut committere potuit culpam mortalem, ob quam excommunicatio lata fuit: quamuis si non sit notorium talem huiusmodi peccatum committere non potuisse, deferre debeat sententiæ in foro exteriori, vt euitetur scandalum. Immo addit Costa vbi supra, Lapum dicere, quod si impubes, vel genitalibus carens accusaretur de adulterio, & accusatus confiteatur se illud commisisse, huiusmodi confessio non tenet, ex quo illud committere non potuit. quod facit ad notata per glos. magnã, & ibi Bald. in l. vnica, C. de confess. Addunt tamen præfati Doctores, quod vbi hæc tria non commiserit, nec committere

mittere potuit, & tamen hoc non sit notorium, tunc licet sententia haec iniusta sit, valida tamen erit, ita, vt eam in foro exteriori seruare teneatur. Si enim notorium sit talem non potuisse factum committere, ob quod fertur excommunicatio, tali notorietas (vt ita loquamur) potest illum a crimine eximere, & declarare sententiam fuisse nullam, arg. c. inter ceteras, de sent. & re iudic. & Panor. ibi, num. 9. & 10. & citat glo. in clemen. pastoralis. §. Pisana. quia sicut notorius defectus in iudice reddit sententiam nullam, etiamsi aliter non exprimatur, arg. c. ad probandum. de sent. & re iudic. & notorietas reipsa sufficit sententiam, vt non admittatur appellatio. c. cum sit Romana, de appell. ita notorietas iniustitiae reipsa sine alia expressione debet reddere sententiam nullam, maxime cum notorietas facti plus operetur, quam notorietas iuris. & facit c. cum ad quorundam, de excess. praelat. vt Panorm. vbi supra notat. Sed de his alibi latius. Interim satis sit, quod excommunicatio non nisi ob mortale peccatum ferri debeat.

Quamuis ob peccatum mortale excommunicatio maior ferri possit, non tamen ob quodcunque mortale ferri posse censendum erit, siue a iure, siue ab homine. Vt autem clarius explicetur, quando, & ob quod peccatũ mortale ferri possit excommunicatio, sequentes propositiones addere placuit.

14 Prima propositio. Ob solum peccatum mente conceptum, & non exterius verbo, aut signo aliquo expressum, excommunicatio non incurritur: cum enim ecclesia visibilis sit, & excommunicatio ad forum externum ecclesiasticum spectet: sicut non iudicat de internis, ita neque excommunicare censetur ob solum actum interiorem mortalem: de ijs enim solum iudicare potest, quae cognoscere valet; interna autem, & per se occulta, quae aliter, quam per cogitantis reuelationem cognosci non possunt, vt sunt illa, quae sola mente perpetrantur, punire nequit, cum huiusmodi humanae iurisdictioni, & potestati non subsint, donec vel per actus exteriores, quorum sunt causa, manifestenter, vel per omissionem rei notae, vt missae praeceptae, exprimantur: vt communis Theologorum habet opinio, quae colligitur ex S. Thom. 1. 2. quaest. 91. artic. 4. ratione 3. Durand. 4. dist. 17. quaest. 8. num. 8. & q. 14. num. 6. Palud. 4. dist. 13. q. 3. art. 1. concl. 8. & dist. 17. q. 2. ar. 5. Caiet. 2. 2. quaest. 11. ar. 3. & in sum. verb. haeresis. Maior. 3. dist. 25. q. 3. Iac. Almain. trac. de potest. eccles. c. 3. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 4. Ioan. Dried. tract. de libert. Christ. lib. 3. pag. 60. in fine primae partis capituli tertij, Alph. a Castro lib. 2. de iusta haeret. punit. ca. 18. & lib. 5. de potest. leg. penal. c. vlt. concl. 1. Syluest. verb. excom. 7. n. 4. Sot. 4. d. 22. q. 2. artic. 2. conclu. 1. vers. hoc autem supposito, & q. 2. artic. 3. concl. 5. vers. primus eius casus. Nauar. in Man. c. 27. num. 56. & de poenit. dist. 1. cap. cogitationis poenam. & in cap. nouit. de iudic. notab. 3. nu. 142. Couar. in reg. peccatum. 2. par. in princip. num. 7. & alijs. Et ratio est: quia solus Deus cordis scrutator est, & hanc sibi potestatem reseruauit, vt talia delicta puniat. Vnde nec homo, nec lex vlla humana de eis iudicare valet, aut ea punire, cum ea cognoscere non possit. Hinc infertur

15 Primo, non esse excommunicatum, qui haeresim mentalem solum cõmisit. Etsi enim haeresis per actum mentis contrahatur, eo quod in mente est veritas, ac consequenter heresis, ecclesia tamen nullum huiusmodi actum excommunicare intendit, cum in eius cognitionem ecclesia venire non possit. Quod verum esse intelligi debet, quando nullo signo exteriori eam expresserit, si enim aut scripto, aut verbo, aut alio signo eam expresserit, licet a nullo videatur, aut audiatur, excommunicationem Bullae Cenae contra haereticos latam incurrit; quia sufficit, quod natura sua sit probabilis, licet contingat probari non posse, ad hoc, vt includatur sub potestate, & iurisdictione humana, & poenis eius. Vnde, vt rectè monet Nau. in d. cap. cognitionis; confessarij audientes confessiones eorum, qui vacillant in fide, interrogare debent eos, an etiam solo ore saltem protulerint haeresim suam, aut alio signo eam manifestauerint, quando in ea erant, vt sic sciatur an inciderint in censuras praefatae Bullae Cenę, & aliorum canonum contra haereticos latas.

16 Secundo nec simoniacus pure mentalis vllam censuram, aut poenam, aut obligationem restitutionis incurrit. hinc glos. in c. qui studet. 1. q. 1. in verb. a communione, ait simoniacum sola voluntate non esse excommunicandum, & Nau. in Man. c. 23. n. 111. & tom. 1. conf. cõs. t. nu. 3. de censi. & tom. 2. conf. 54. de simona. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. cap. 9. §. 12. nu. 5. & colligitur ex ca. fin. de simonia.

17 Tertio, Nec voluntatem habens feriendi clericum excommunicatus est, nisi actu feriat. ex glos. & commune, in capit. si quis suadente. de poenit. distinctione prima. Immo, nec qui clericum percutere conatur, in excommunicationem incidit, quantumuis faciat, quantum velit, modo eum non percutiat, ex gloss. in capit. in audientia. & c. si vero. 2. de sentent. excommun. Hostien. in summa. nu. 9. vers. in primis ego quaero. de sent. excomm. Neque etiam excommunicatus est; qui solo animo ratam habuit clerici percussionem ab alio suo nomine factam, dummodo nullum signum exterius dederit, quod eam ratam habuerit, arg. cap. cum quis, de sentent. excommun. lib. 6. & ibi glos.

18 Quarto, Qui venit animo infringendi ostia ecclesiae, & non frangit, eo quod forte alius ea fregerit, non incurrit in excommunicationem. cap. conquestus. de sent. excom. vt docet Card. in clem. 1. q. 3. de poenit. & eum sequitur Nau. in cap. si quis non dicam. de poenit. dist. 1. Sicut nec attentans hominem occidere, si non occidit, aut mutilat eum, irregularis erit, ex glos. & communi, in cap. si aliquis, de homic. Quorum omnium haec sola ratio est: quod ecclesia de actibus internis iudicare non possit, nec eos punire, cum eos cognoscere nequeat.

19 Secunda propositio. Ob peccatum mortale alienum quis excommunicari non valet; quamuis enim vnus pro alio poena corporea affici possit, vt ex sacris literis constat Gen. 19. vbi paruuli Sodomitarum parentum, qui beneficio aetatis paterna flagitia nesciebant, caelesti igne consumpti sunt. & pro peccato Amalechitarum, & eorum paruuli, & bruta a Domino interitui subiiciuntur. 1. Reg. 15. & alibi passim, vt latius tradit Gratianus in Summa, 24. q. 1. in capit. ecclesia. §. item peccator. t. quaest. 4. & hoc ad timorem aliorum: poena tamen spirituali, quae animã respicit, qualis excommunicatio maior est, vnus pro altero puniri non potest, vt expresse habetur 24. q. 3. cap. si habes ex S. Augustin. epist. 57. qua ratione in cap. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excomm. lib. 6. dicitur sententiam excommunicationis ferri non posse in Vniuersitatem, quia scilicet sic innocentes ob aliorum culpam excommunicarentur, quod fieri non debet: Quam veritatem confirmant glos. in Summa prima 9. 4. & in Summa 24. quaest. 3. Panorm. in capite quaesiuit. num. 4. & 9. de ijs, quae fiunt a maiori par. Cap. Rich. 4. d. 18. ar. 5. q. 3. & 4. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 2. concl. 5. corol: 5. Sotus 4. d. 22. q. 3. ar. 4. vers. tertium discrimen. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 9. n. 3. de sent. excom. li. 6. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. ca. 17. §. 8. n. 1. Ratio huius est: quia iurisdictio, & potestas excommunicandi, tantum se extendit ad mortale peccatum, tanquam ad obiectum, pro quo fertur, vt suppetius dictum est: Sed nullus propter crimen alterius incidit in mortale, cum omne peccatum propria voluntate, non aliena committatur secundum August. lib. de vera relig. c. 14. Hinc sequitur

20 Primo, quod vxor pro crimine mariti excommunicari non possit: Cum enim peccatum mariti non sit peccatum vxoris, non est excommunicanda vxor pro peccato mariti, nisi esset particeps criminis: quamuis tunc non excommunicanda est pro mariti peccato, sed pro suo. Vnde in casu, quo vir in hypothecam dedit terram, & insu-

per

per debitis obligatus absentat se de terra; & assignata sit vxori aliqua portio terræ pro suo victu, & consuetudo sit quod vxor a creditoribus mariti conueniri possit, & nisi satisfaciat pro posse, excommunicetur pro peccato proprio.

21 Secundo, nec filius pro crimine patris, nec seruus pro peccato domini excommunicandus est, nec hæres ob delictum defuncti. 24.q.3. nec familia pro domini contumacia hac censura coerceri potest. 24.q.3.c. si habes. §. vt ergo. vbi dicitur, quod illicitè excommunicatur quis pro peccato alterius, neque aliqua ratione nituntur, qui pro peccato vnius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. & gl. in Summa. 24.q.3. in verb. quod autẽ. Felin. in cap. cum sit Romana. nu.29. vers. vndecimo, de appellat. vbi ait hæredem excommunicati, de quo excommunicando ob eandem causam agitur, debere iterum moneri. Quamuis enim hæres eadem persona cum eo esse dicatur cuius est hæres, ex glos. in cap. is qui in ius. de reg. iur. lib.6. in fine, id tamen intelligitur, quantum ad hæreditatem defuncti pertinet, non autem quoad pœnam animæ, aut corporis ipsius defuncti, ex eadem glos. in ca. non debet, de reg. iur. lib.6.

22 Tertio, Nec dominus pro peccatis suorum subditorum excommunicari potest, nisi committendo, vel omittendo sit particeps peccati populi: si enim princeps notabiliter negligens, & remissus fuerit in regimine populi sui, ita vt propter eius negligentiam, seu remissionem, populus labatur in publica crimina, & maxime contra ecclesiam: si sufficienter admonitus negligentiam suam emendare non curauerit, iustè quidem tunc excommunicari potest: sed tunc non pro subditorum peccato, sed pro suo proprio excommunicari potest, ex Rich. 4.d.18. art.3.q.4. Vnde Heli pro peccato proprio punitus fuit, qui filios suos modo debito nõ correxit. 1. Regũ 2. Sicut etiam excommunicari quis potest propter participationem cum excommunicato in crimine, vel in actibus prohibitis, si participando peccat, tunc pro suo, non alieno peccato excommunicatur.

23 Quarto, Si quis dignitatis nomine excommunicetur, successor in dignitate in excommunicationem eius, cui succedit, non incurrit. Vnde excommunicato Episcopo moriente, successor Episcopus eadem excommunicatione non ligatur, arg. ca. aduersus. in fine, de immunit. eccl. vbi successor magistratus laici, qui in excommunicationem incidit, eo quod clericos census soluere coegit, non nisi facta monitione, & post mensem in contumacia simili qua præcessor erat, perseuerans, & non satisfaciens, in excommunicationem incidisse dicitur. vbi pro sua tunc contumacia, non pro alterius delicto, excommunicationem incurrit; & hoc colligitur ex cap.1. & glos. ibi, verb. ipsius, de offic. Vic. lib.6. vbi dicitur, quod excommunicato Vicario, qui ei succedit, excommunicatione sui antecessoris non ligatur, & Panor. in c. aduersus. nu. 10. de immunit. eccles. vbi pro regula tradit, quod censura lata in aliquem sub nomine officij, non transit ipso facto in successorem, sed tunc demum, si satisfacere noluerit de delicto commisso per præcessorem. Sic etiam glo. in c.1. in verb. procuratoris. & ibi Panor. num.54. vt lite non contest. docent dominum ob procuratoris sui contumaciam excommunicari non posse: cum hac ratione alter pro alterius contumacia damnaretur, quod est iniquum. Quod tamen ea ratione limitant, dummodo, admonito domino prius contumaciam eius purget; Si enim postquam procuratoris contumaciam cognouerit, eam cum posset, non purgauerit; vel etiam procuratorem minus habilem sciens constituerit, quia tunc intelligitur ratam habere contumaciam sui procuratoris, excommunicari potest, quia culpam alienam non purgando, cum posset, & debuisset, propriam fecit per consensum, & proinde tunc non tam ob contumaciam alienam, quam propriam iure excommunicatur. Nemo igitur nisi ob proprium peccatũ mortale censura hac excommunicationis ligari põt.

24 Tertia propositio, Ob peccatum proprium mortale futurum excommunicatio ferri non debet, cum tanta censura & afflictio præsentem culpam exigere videatur, vt colligitur ex cap. Romana ecclesia. §. caueat, & ibi glos. in verb. futurus, de sentent. excom. lib.6. & glo. in cap. fin. in verb. commiserint, de constit. lib.6. Panorm. in c. licet de vitanda, nu.7. de elect. Couar. in c. alma mater, 1. part. §.10. in princip. Steph. Costa. in d. cap. Romana ecclesia. nu.7. Henriquez, lib.13.c.18.§.3. Hugol. de eccles. cens. tab.1. capite 9.§.5. nu.3. & communi Theologorum consensu. Quod tamen intelligendum est de excommunicatione speciali lata ab homine; hæc enim ob futura a iudice ferri non debet; non solum quia, vt ait glos. vbi supra, tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, l.1. ff. de vsur. sed etiam quia iudex de sibi probatis sententiã ferre debet, arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. quod de futuris fieri non potest. Vnde excommunicatio hoc modo fieri non debet: excommunico Petrum, si furtum fecerit. Dixi hoc intelligendum de excommunicatione lata ab homine, quia a canone, vel statuto recte fertur, & ferri solet pro culpis futuris, vt habetur in cap. a nobis. 1. de sentent. excomm. vbi decisum est excommunicationem generalem posse in hunc modum ferri. *Quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus*. vt 17.q.4. habetur in capit. si quis suadente diabolo. si quis clericum percusserit, excommunicatus sit. & ita a iure valide fertur excommunicatio pro culpis futuris, vt etiam ex cap. vt animarum periculis. de constitu. lib.6. colligitur. Ratio est: quia lex, & statutum potest respicere futura, & malis futuris quantum potest, obuiare solet, prout Panor. in dict. cap. licet, num.9. annotauit. Sententia autem specialis hominis ad præsentia tantum, vt diximus extenditur. Dixi etiam id intelligendum esse de sententia speciali hominis; nam generalis sententia excommunicationis aliquando etiam ab homine pro futuris culpis ferri potest, non tamen indistincte, aut semper, aut communiter, sed ex causa tantum rationabili, quod etiam permittitur in d. cap. Romana. §. caueant. in fine, vbi subditur: [*aut alia rationabilis causa subsit.*] Causa vero rationabilis ita generaliter ferendi sententiam excommunicationis est, quoties aliquod delictum in vrbe, vel prouincia frequentissimum sit, & eius loci homines admoniti non cessant, potest tunc sententia ab homine generaliter ferri ad imitationem legis, & canonis in eos, qui crimen illud deinceps commiserint: cum enim moneantur a iudice, ne delictum illud committant, & tamen non verentur illud audacter committere, iuste excommunicantur, donec satisfactione præmissa, humiliter absolutionem ab ecclesia petant, & obtineant. Causa etiam rationabilis talem sententiam generalẽ ferendi erit, quando aliqua culpa præcessit, & verisimilis coniectura est, quod deinceps committetur, cuius rei exemplum dat glos. in d. §. caueant. in verbo, culpa: quia enim negligenter versantur clerici in officijs diuinis recitandis, poterit iudex recte sententiam excommunicationis in hunc modum proferre. *Excommunico omnes clericos, qui deinceps horis Canonicis non intererunt*. Et id satis docet Pontifex in d. §. caueant. in illo verbo [*vel culpa, seu offensa præcesserit.*] vbi glos. in verb. offensa, dat aliud exemplum de coniugato, qui compulsus ab Ecclesia concubinam eiecerit, poterit Episcopus in eum sententiam excommunicationis ferre, si vlterius ad eam redeat. In huiusmodi tamen sententijs ferendis prudenter, & caute prælati se gerere debent, ne aut nimia seueritas laqueum potius conscientijs infirmis, quam salutem afferat: aut facilitas excommunicandi contemptum censurarum pariat.

25 Quarta propositio, Excommunicatio maior ob peccatum proprium mortale præteritum ferri nõ potest. Quamuis enim Caietanus eius sententiæ fuerit in 2.2.q.69. art.1. ad secundum, excommunicationem a Papa saltem ob commissum præteritum ferri posse, dum dicit, quod sicut ante factum potest excommunicari, quicunque furtum,

vel

vel incendium commiserit, & huiusmodi; ita post factum potest excommunicari, quicunque fecit. Vnde existimat B. Gregorium excommunicasse quendam occultum authorem libelli infamatorij pro peccato tantum præterito, & habetur in c. quidam maligni, 5. q. 1. alij tamen omnes nec Papam pro peccato præterito absolute excommunicare quempiam posse docent, nisi in futurum pendeat scandalum, restitutio, aut satisfactio. Sic Sotus lib. de iusti. & iure, q. 6. art. 1. versi. illud tamē argumentum. & 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 4. & de tegendo secreto, memb. 2. q. 6. ad secundum. Nauar. in c. inter verba, nu. 304. Pet. Nau. lib. 2. de restitut. c. 4. nu. 164. Michael Salon in 2. 2. q. 69. art. 2. controuersia 7. ad tertium. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 3. Hugol. de eccles. censur. tab. 1. ca. 9. §. 5. num. 5. Gouar. in cap. alma mater, 1. p. §. 10. num. 4. Steph. Costa in ca. Romana. num. 7. de sent. excomm. lib. 6. Ludouicus de Beia Palestrelus in respon. casuum conscientiæ, parte 2. casu 2. in fine, & colligitur ex d. c. Romana. §. caueant. de sent. excommun. lib. 6. vbi Innocentius IIII. prohibet, ne pro commissis culpis excommunicationem ferant sub hac forma: Si de illis infra tale tempus minime satisfecerint; & ratio est manifesta; quia excommunicatio non fertur nisi in rebellem, & inobedientem, cum non aliter data sit ecclesiæ potestas, vt quempiam habeat tanquam Ethnicum, & Publicanum, quam si eam non audierit. Matth. 17. & c. si episcopus. 11. q. 3. inobedientia autē non respicit præterita, quæ iam non sunt in hominis facultate, quin sint facta, sed solum futura. Nec Apostolus Corinthium illum excommunicauit, quia fornicatus fuerat, sed quia permanebat in suo delicto, nec pœnitebat obediendo. Deinde excommunicationem omnem præcedere debet admonitio, vt est definitum in ca. sacro, & c. per tuas, de sent. excom. & c. Romana. §. porro, & c. constitutionem, de sent. excom. lib. 6. & idem si sit ab homine, admonitio expresse, & explicitè debet præcedere; si a iure, ipsum ius valet pro admonitione: circa præteritum autem, locum non habet admonitio. Et certe si quis pro peccato præterito excommunicaretur, sæpe cum excommunicari contingeret, qui iam esset de eo contritus, & in gratia, cum tamen non nisi ob mortale peccatum excommunicari quis debeat. Cui denique accedit vsus, & praxis Ecclesiæ, quæ neminem vnquam sub hac forma excommunicat: *Excommunico te quia hoc fecisti*, (sic enim pro peccato præterito excommunicaret) *sed nisi hoc feceris, nisi ablatum restitueris, aut satisfeceris, aut si hoc credideris, aut hoc feceris*, arg. cap. præterea requisiti, de appel. quo modo excommunicantur a iure hæretici, percussores clericorū, & alij. Nemo igitur pro peccato præterito absolute excommunicari potest, sed solum si scandalum, aut restitutio, aut satisfactio in futurum pendeat, & mora in his præstandis præcedat, aut alia rationabilis causa subsit, vt in d. c. Romana, §. caueant. de senten. excom. lib. 6. Pontifex statuit, Si enim quis aliquid furatus sit, & monitus noluit satisfacere: aut peccatum aliud commisit, & monitus pœnitere recusat, aut alicui pecunias debet, & monitione præmissa non vult satisfacere; tunc quidem iuste in tales excommunicatio ferri poterit. sub hac conditione, nisi intra tantum temporis restituerit, aut satisfecerit, aut pœnituerit, excommunicatur, quo casu non pro peccato præterito. sed pro præsenti inobedientia, culpa, & mora in non restituendo, aut non satisfaciendo excommunicationem incurrit. id quod ex d. cap. Romana. §. caueant, colligitur. Et hac ratione Apostolus Corinthium, vt diximus, incæstuosum prius monitum, quia permanebat in delicto, nec obedire volebat pœnitendo, iustè excommunicabat. 1. Corint. 5. Sic S. Ambrosius ingressum Eccl. Theodosio Imperatori interdixit, eundemque excommunicauit, nisi cū pœnitentia publica pro cæde apud Thessalonicā facta satisfaceret, prout ex Theodoreto lib. 5. hist. ca. 18. & Niceph. lib. 12. hist. ca. 41. Ruffino lib. 11. hist. c. 18. & c. cum apud Thessalonicā, 11. q. 3. colligitur.

26 Eo denique hac ratione S. Gregorius authorem libelli infamatorij excommunicauit, non quidem ob commissum delictum (vt voluit Caiet.) nec supra debitum prodendi se absolute, aut conditionaliter, sed nisi restitueret famam, ad quam tum iure naturæ, tum ob Papæ præceptum tenebatur, etiam cum periculo propriæ famæ; & etiam si sic manens in peccato, & non satisfaciens, Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sumere præsumeret. Nam ibi sic habetur: [*Si vero quia latet, & quoniam nescitur, teneri ad disciplinā non valet, si tanti mali conscius, & prohibitus, corpus, & sanguinem Domini percipere præsumit, anathematis vltione percussus sit*. Excommunicatio igitur fertur super id, quod erat futurum, & de sua natura malum: nimirum, si famam ablatam non restitueret, aut in peccato commisso persistens Eucharistiam sumere præsumeret: Siquidem infamator non restituens famam, quā potest, & iure naturæ supposito, sine periculo vitæ, etiam cum propriæ famæ iactura, quando alius restituendi illam non reperiatur modus, restituere tenetur, existit in peccato mortali: existens autem in peccato mortali a Sacra communione abstinere debet. Quæ solutio authoribus prædictis, & mihi maxime placet: nam per idem se habuit illa excommunicatio D. Gregorij, sicut quæ nunc communiter feruntur ab Episcopis contra non restituentes aliena: non enim excommunicantur pro peccato præterito furti, quo illa rapuerunt, sed pro peccato, in quo perseuerant, nolentes ea restituere, cum ad id iure naturę simpliciter, & citra omnem censuram teneantur. Non igitur ob peccatum præteritum excommunicatio ab homine absolute ferri debet, vt [illegible] tradit Panor. in c. P. & G. nu. 7. de [illegible] sub ea conditione, si intra certum diem [illegible] certum non restituerit, aut satisfecerit, nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa præcesserit, vt in d. c. Romana. §. caueāt, præcipitur; Est enim omnino necessarium, quod mora ista, seu culpa præcedat per monitionem competentem, trinam scilicet, & canonicam, vt patet ex d. cap. Romana. §. porro. § caueant. Hinc constat, quod d. c. Romana. non repugnet ca. præterea requisiti, de appellat. vbi Celestinus Papa III. docet posse quem excommunicari ea conditione, si intra viginti dies Sempronio non satisfecerit, aut quantitatem debitam [illegible] fuerit. Respondetur enim in casu d. cap. præterea, [illegible] trina canonica monitione, aut vna sufficienti [illegible] non satisfaciendo præcessisse; vnde, si nulla præcesserit monitio, aut mora illa culpabilis loco monitionis non habeatur, excommunicatio sub hac forma contra aliquem lata, si intra certum diem non satisfecerit, nulla erit: nec qui intra talem diem non satisfecerit, excommunicatus erit, cum, vt diximus, necessaria sit monitio, ad hoc, vt quis excommunicatione ligetur. Quod si quis petat, quando erit reperire casum, in quo non intercedat mora, culpa, vel offensa, ita vt excommunicatio in commissum peccatum lata non teneat? Respondetur cum glossa, in d. §. caueant. in verbo, offensa, si iudex statim post condemnationem factam in persona præcipit, quod soluat, aliàs excommunicetur, hic non præcessit mora: aut vadit ad Ecclesiam, & inuenit clericos sollicitos circa horas, & tamen excommunicat, hic non intercessit culpa: aut inuenit clericos bene continentes, & excommunicat eos, qui non seruant continentiam, hic non præcessit offensa, vnde talis excommunicatio sine debita monitione lata, non valet.

27 Ceterum licet communiter requiratur monitio præcedens sententiam, dari tamen potest casus, in quo excommunicatio contra aliquem ferri possit sub hac conditione, si infra certum tempus non satisfecerit, etiam nulla præcedente mora, culpa, vel offensa, scilicet si consensus ipsius excommunicandi accedat, in hunc modum, si quis coram iudice Ecclesiastico promittat soluere centum Petro intra mensem, subiturus alioquin excommunicationis censuram ab eodem iudice statim in eum ferendam; quamuis enim trina monitio præuia instituta sit, ad hoc vt excommunicatio sit iusta, in vtilitatem publicam, cui priuatus

uatus

natus cedere non potest, in casu tamen hoc, quo debitor promittit se centum Petro intra tale tempus persoluturum, non consentit in ipsum statim fieri excommunicationem sub ea conditione, nisi soluerit Petro intra certum tempus, sed accipit tempus illud vnius mensis, pro canonica monitione, & se fore culpa affectum, & dignum excommunicatione fatetur, si infra tempus illud centum non soluerit Petro: ideoque iuste hoc modo excommunicatio in eum fertur, vt latius tradunt Innoc. Host. & Panor. in c. cum sit Romana, sub finem, de appellat. quos referunt, & sequuntur Nau. in c. cum contingat, de rescrip. §. nullitatis causa, nu. 4. & 5. & Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 10. num. 4. de sent. excom. lib. 6. Et ita defenditur vsus Curiæ Romanæ. vbi frequentissime qui pensionum constitution & reseruationi consentiunt, a Papa, vel ab eo, qui eius vicaria opera ad hoc vtitur, excommunicantur maiori excommunicatione, ea condinione, si pensionem die constituto non soluerint: immo & ratione huius consensus non poterit, qui consensit, ab hac sententia excommunicationis pendente conditione, nec ante diem appellare, vt Inno. Host. Panor. & Couar. vbi supra scribunt. Quæ omnia ideo defendi possunt, quia fiunt ex consensu ipsius excommunicandi. A dicto autem die, seu conditione, & non ante, excommunicatio vim suam sine vlla alia monitione habet.

28 Causa igitur, vt rem paucis absoluamus, ob quam excommunicatio ferri potest, & debet, est peccatum mortale proprium, graue contumaciæ, & inobedientiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat; ita S. Thom. in addit. 3. par. q. 21. art. 3. Alex. de Ales 4. par. Sum. q. 2. memb. 1. art. 3. S. Bonau. 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 1. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 2. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 1. art. 1. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. Corol. 1. et 2. Dur. 4. d. 18. q. 3. nu. 7. Sotus, 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. artic. 3. Henriquez. lib. 13. de excom. cap. 17. §. 3. Nau. in Man. cap. 27. nu. 9. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 9. nu. 4. S. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 73. Pisanella. verbo. excom. 1. vers. Quibus ex causis. Angelica, verbo, excom. 1. num. 22. Tabiena. verbo, excom. 1. vers. tertio, vtrum excommunicatio. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. c. 17. §. 7. & c. 18. §. 3. Panor. in c. qua fronte, num. 7. de appellat. & in c. significauit, num. 1. & 4. de offic. ordin. & c. cum non ab homine, num. 25. de iudic. & in c. cum sit Romana, num. 33. & in c. fraternitati, num. 1. de cler. excom. ministr. & in rubr. num. 1. de sent. excomm. & in cap. officij, num. 1. tit. eod. & in cap. ex parte. num. 3. de verb. signif. Ioannes Crotus in capit. vt animarum, num. 26. de constitut. lib. 6. Steph. Costa in capite Romana. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. ex parte. 1. in verbo, pro contumacia, & verbo, iussus, de verb. signif. & colligitur ex Matth. 18. vbi solum excommunicandus dicitur is, qui præmissis salutaribus monitis, Ecclesiam audire non vult, & latius traditur in cap. nemo Episcoporu. 11. q. 3. vbi inter alia dicitur: Quia anathema est æternæ mortis damnatio, non nisi pro mortali imponi debet crimine, & illi qui aliter non poterit corrigi. Huius autem incorrigibilitatis signum est, contumacia, solus enim contumax refugit correctionem, contumax

29 enim quasi tumidus, vt vox ipsa denotat, & elatus factus, ecclesiam audire contemnit, dum iudicis præceptum, quo aliquid fieri præcipitur, aut non fieri prohibetur, obseruare contemnit. Siue ergo lex aliquid præcipit, aut prohibet sub excommunicatione, siue homo, qui non obtemperat, contumax esse censetur: contumacia enim nihil aliud est, quam inobedientia quædam, qua ius dicenti non paretur, arg. l. contumacia. ff. de re iud. & ca. 2. & ibi glo. in verb. contumaciter, de dolo, & contumac. Et denique ob solam contumaciam siue a iure, siue ab homine excommunicationem ferri posse, & debere, inde probamr, quod excommunicatus statim atque a contumacia discedit, & Ecclesiæ parere paratus est, a quacunque excommunicatione iuris, vel hominis incursa ecclesia eum absoluit, etiam post mortem, vbi id opus fuerit, vt habetur in cap. ex literis, de constitu. & c. a nobis. 2. & c. sacris de sentent. excommunic. & DD. ibi.

30 Ceterum vt ex c. solet, & c. venerabilibus. §. porro, & ibi glos. & Steph. Costa. n. 3. de sent. excomm. l. 6. & c. per tuas, eod. ti. in antiq. & c. ex parte, 1. de verb. sign. colligitur, contumax quis duobus modis esse potest, nimirum manifestus, & præsumptus, & vterque excommunicari ille potest. Multis item modis de manifesta contumacia conuinci potest.

Primo quidem vbi in iudicio monitus, & citatus, vt ad talem diem compareat, aut creditori suo satisfaciat, ipse coram iudice, etiam pro re alia sedente, & præsente aduersario, respondet se id nolle facere, aut nolle comparere, nulla probabili, aut legitima ratione reddita.

Secundo, si citatus, & monitus ad aliquid faciendum, vel ad comparendum, vel ad desistendum a re prohibita sibi a iudice, extra iudicium, se nolle venire, facere, aut desistere dixerit, dummodo de hoc plena fides fieri possit, quicquid glos. in c. venerabilibus. §. porro, in verbo, in iudicio, de sent. excom. l. 6. id verum esset neget, si id extra iudicium dixerit, quod verum esse potest, quando non potest probari illum ita dixisse. secus autem, si probari possit, vt diximus; ad quod probandum non sufficit, vt hoc interim breuiter dicamus, quod nuncius dixerit, citatum respondisse, se nolle venire: Siquidem nuncio duntaxat creditur de eo, quod illi commissum est ad actum merum citationis, vt illi credatur, an citauerit, necne: sed si quid vltra dixerit, ei non creditur, puta si referat, quod citatus dixit se nolle venire: vel quod non comparebit vnquam coram iudice citante: vel si quid aliud referat quam sit sibi commissum, de qua re latius agunt DD. in c. cum parati, de appellat. & in c. quoniam contra fallam. de probat. & in l. si quis Decurio, C. de falsis, & glos. in d. §. porro, in verbo, in indicio.

Tertiò, Si constiterit ipsum fuisse, & esse personaliter citatum, vt quia citatio ipsa apprehendit eum principaliter, & ille sic citatus noluerit venire, dummodo aliàs non appareat de legitimo impedimento, vt probat textus in d. §. porro. in versiculo, idem est, ad finem, ibi, pro eo quod in itinere captus est. Immò & fortius dicetur quis manifestus contumax, etiam si a principio citatio illum non apprehenderit personaliter, sed ex facto habuit notitiam ipsius citationis, qua spreta, neglexit comparere.

Quarto; si contra prohibitionem facit aliquid, quod negare non potest: vt si prohibitum ei sit, ne concubinam intra domum teneat, eam tamen tenet, omnibus, vel maiori parte viciniæ id scientibus, & dicitur hoc notorium facti. Quinto per iudicis sententiam, vt cum iudex aliquem ad comparendum tali die citauerit, & ipse locum tutum sibi non esse respondit, iudex tamen locum tutum pronunciet, ipso non appellante. His omnibus modis verus contumax esse dicitur, & excommunicari potest.

31 Contumax alius præsumptus excommunicari potest, vt in d. c. venerabilis, in §. porro, habetur. Et hæc contumacia varijs modis conuinci potest.

Primo, Si citatus extra iudicium, & absente aduersario se cōparere nolle dixit, talis etiam si postea mutata voluntate venire volebat, sed tamē aliquo impedimento, puta valetudine, tempestate, vi fluminum, aut alia de causa detentus est, vt venire non possit, contumax esse præsumitur. gl. in d. §. porro, in verb. impedimento.

Secundo, vbi nihil dixit, sed vel latitauit, vel alio modo curauit, ne ad eum citatio veniret, vt habetur in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata.

Tertio vbi quis parere noluit, aut non potuit, sed tamen nullo ex prædictis quinque modis id manifeste constat, quia enim non venit, aut quod præceptum ei fuit, non fecit, Ecclesia eum contumacem esse præsumit, ideoque hac de causa eum excommunicare potest. De qua re latius

latius Legistæ in l. Diuus. ff. de in integr. restitut. & Canonistæ in d. §. porro. & in clem. si ante. de dolo, & contumac. & ibi Benedictus Capra, num. 11. 12. & 13. Guil. de monte Laud. in d. clement. num. 1. Paulus de Eleazar. in subr. de dolo, & contum. num. 9. Steph. Costa, vbi supra, & alij.

Ponuntur autem tres modi contumaciæ in cap. certum est. 11. q. 3. pro quibus excommunicatio fieri solet, vbi dicitur: Certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere; cum ad Synodum canonice vocatus venire contemnit: aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitum causæ suæ examinationem à Synodo abire præsumit. Quod autem hic dicitur de synodi tribunali, etiam de foro cuiuscunque iudicis intelligi debet. Quocunque ergo horum modorum quis contumax fuerit, & iussus a iudice, vel a Lege aliquid facere, vel non facere: vt satisfacere, restituere, emendare delictum, & non obedit; tanquam contumax excommunicari potest. Ex eo enim, quod superioris præcepto, cui obedire tenetur, inobediens est, contumaciæ culpam contrahit; quod verum est, non solum si ex contemptu, quod præceptum, aut prohibitum est, omittit, aut committit, puta, quia non vult iudici subesse, eiusque voluntatem exequi, quod speciale peccatum inobedientiæ constituit, vt late tradunt S. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1. ad primum. & Caiet. 2. 2. quæst. 104. art. 2. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 9. nu. 3. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 2. & 3. sed etiam si aliqua alia de causa contra præceptum legis, aut iudicis faciat, quod materialiter tantum inobedientia est, & ideo formaliter ad aliam speciem peccati pertinet, nempe ad eam, super qua præceptum fuerit constitutum. Vnde si quis monitus, vt iniuriam compensét, ablata restituat, adulteram dimittat: nec tamen id ex contemptu, sed ex inuidia, auaritia, aut libidinis appetitu faceret, iuste tamen excommunicari potest ob inobedientiam, & contumaciam in non parendo, quamuis contumacia hæc, & inobedientia materialiter tantum sit. Immo vero, quamuis res, quæ præciperetur, leuis esset, & non mortalis peccati materia, si tamen a superiori sub excommunicationis pœna fieri, aut non fieri præciperetur, & ex modo præcipiendi colligi posset iudicem intentionem habuisse obligandi ad mortale, maxime, quando res præcepta ad commune bonum ordinata esset, vt si iuberet omnes ad processionem venire, aut in locis suspectis ad concionem omnes sub eadem pœna vocaret, qui ex contemptu non obediret, iuste excommunicari posset. Res enim, quæ de se peccatum non est, aut non nisi leue, quia ad commune bonum ordinatur, fit grauis, ob solam iudicis obedientiam. Hinc glo. in c. duo sunt. in verbo, videbatur, dist. 96. ait, quod licet pro minimis causis quis excommunicandus nõ sit, ca. episcopi. 11. q. 3. quælibet tamen contumacia digna est excommunicatione. Idemque tradunt Panor. in c. fane, 1. nu. 5. de offic. deleg. & Henriquez, lib. 13. de excom. c. 17. §. 2. Pro sola igitur contumacia excommunicatio fertur. Quod si pro delicto aliquando excommunicatum aliquem legimus, seu pro peccato, vt c. ex parte. 1. versic. vel etiam pro offensa, de verb. signif. & c. solet. & c. venerabilibus, §. porro. de sent. excom. lib. 6. & c. alia, 16. q. 1. id ita intelligendum est, quod pro delicto, peccato, & offensa excõmunicatus est, quia in eo perseuerat, & monitus se emendare noluit, aut satisfacere, aut iuri, et iudici parere, & ideo pro contumacia proprie, non pro delicto excommunicatio pronunciatur.

32 Et quamuis ob solam contumaciam excommunicatio ferenda sit, non tamen satis est contumacia quæcunque, etiam mortalis, neque quodcunque mortale, vt rationabiliter quis excommunicetur, sed contumacia ob peccatum graue, & enorme, quod alio modo curari nequeat. Vnde S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 3. Alex. de Ales. 4. par. Summæ, q. 21. membro 1. artic. 3. S. Bo. 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 2. Dur. 4. d. 18. q. 3. nu. 7. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 2. concl. 4. Henriquez, lib. 13. de excom. cap. 17. §. 4. docent, quod licet pro damno temporali Ecclesia iustè aliquem excommunicare possit, raro tamen, & non nisi pro spoliatione bonorum Ecclesiæ, & pro decimis, vt habetur 16. q. 7. can. omnes decimæ, ferri debet, sed neque pro his, aut alijs quibuscunque causis statim ferenda est, sed alijs omnibus prius tentatis remedijs. Cuius rei hæc ratio est: quia cum excommunicatio grauissima pœna sit, cap. corripiantur, 24. q. 3. pœnæ autem medicinales sint secundum Philosophum 2. Ethicor. pro correctione delinquentium, sicut proceditur in medicina corporali, sic procedi debet in excommunicatione: sed in medicina corporali procedendum est inchoando a medicinis leuioribus, & minus periculosis, ne natura nimis grauetur, postremo autem vtendum est fortioribus medicinis, ergo similiter in excommunicatione ferenda, prius vtendum erit admonitionibus, & comminationibus tanquam leuioribus medicinis, quæ si ad reuocandum hominem a malo non sufficiant, sed contumax, & rebellis contemnat, excommunicari debet a iudice iam non habente, quod contra ipsum amplius faciat, ex S. Thoma, & alijs vbi supra, & colligitur ex d. cap. omnes decimæ, 16. q. 7. & 24. q. 3. cap. corripiantur, & cap. ecce autem, vbi id latius ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 7. declaratur. Hinc Greg. Nazian. in orat. de moderat. in disput. seruanda, & Apologia 1. & S. Chrysost. homil. de anathem. & hom. 70. ad pop. Antioch. in eos inuehuntur, qui omnibus indistincte Ecclesiæ portas aperiunt, & absque delectu ijsdem claudunt, & ex ea eosdem pariter omnes ejiciunt. Et S. Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 27. ait: Cum dolore amputatur etiam, quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bono abscinditur. Sic Episcopi boni affectus est, vt optet sanare infirmos, serpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abscindere, & postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere.

33 Hec denique Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. cap. 3. nouissime statuit, omnibus Ecclesiasticis iudicibus mandans, [*vt in causis iudicialibus quoties executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij, propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo censuris Ecclesiæ, maximè ab excommunicatione.*] [Et addit idem Concilium.] *vt in causis ciuilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, iudices Ecclesiastici non procedant per Censuras, sed per multas pecuniarias, per captionem pignorum, personarumque districtioné, aut per priuationem beneficiorum. In causis vero criminalibus, (si executio realis, vel personalis fieri poterit) erit a censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti, si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet.*] Pari modo de excommunicationibus, quæ pro rebus perditis, aut subtractis, vel etiam ad finem reuelationis ferri solent, idem Concilium duo statuit.

Primum est, vt solus Episcopus, (sub quo intelligitur eius Vicarius generalis, ex Henriquez libro 13. de excom. capite 17. §. 4. qui citat Bernardum Diaz Regula 242. & constat ex declaratione Congregationis Cardin. Febr. 25. 1583.) vel prælatus superior possit pro his rebus excommunicare. Et idem de Vicario ad formam Concilij Trid. sess. 24. de refor. capite 16. a Capitulo Sede vacante constituto, dicendum est, vt censuit Congregatio Card. 14. Augusti, 1586. quia ad Capitulum transeunt ea, quæ sunt iurisdictionis necessariæ, vt est Excommunicatio. His autem exceptis, probabiliter ex hoc loco Concilij colligitur, quod si quis prælatus inferior, qui iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos non habet, pro huiusmodi rebus excommunicare tentaret, excõmunicatio nulla erit, vnde nec Archipresbyter, nec Visitator Episcopi, huiusmodi generalem excommunicationem ferre valent, ex Henriquez, vbi supra.

Secun-

Secundum quod idem Concilium in hac re statuit, est, vt neque a prędicto Episcopo, aut alijs pro quacunque re perdita feratur excõicatio, sed stantibus his conditionibus; quarum prima, & principalis est, vt res perdita sit res non vulgaris, idest, sit res magni momenti. Secunda, vt nõ procedatur ad excommunicationem nisi causa diligenter, magna cum maturitate considerata, & examinata sit. Tertia, vt post hoc examen, inuenerit causam esse talem, quæ verè moueat ipsum ad ferendam excommunicationem. Quarta, vt non moueatur ad ferendam excommunicationem cuiusuis sæcularis, etiam magistratus auctoritate. Quinta, vt Episcopus verè iudicet pro re, loco, persona, aut tempore conuenire, vt excommunicatio feratur. Quę omnes cõditiones si adsint, iuste excõmunicatio ferri poterit. His similia scriptores omnes, & Theologi tradunt: nam Victoria, tract. de excommunicatione, conclus. 5. & Gerson, 3. part. de vita spirit. lect. 4. coroll. 6. & 7. dicũt esse peccatũ concedere excommunicationem pro reb. perditis, aut subtractis nisi grauis causa vrgeat, & Sotus 4. d. 22. art...... concl. 4. addit, si debitor sit notus, & notũ debitum, nulla ratione procedendũ est per excõicationẽ, vt debitor creditori soluere cogatur, maxime in locis, vbi Episcopi vtramque iurisdictionem, scilicet tam ciuilem, quam spiritualem habent, cum excommunicatio locũ non habeat, nisi vbi alia non est via possibilis, puta, quando furtum ab occulto fure commissum est.

34 Circa excommunicationem vero factam ad finem reuelandi, cuius Concilium Trident. vbi supra sess. 25. ca. 3. de reform. meminit, breuiter annotandum est, illam a iudice latam non incurri nisi in eo casu, quo quis tenetur vel iure naturali, vel Diuino reuelare delictum, vel a iudice iuridice cogi possit sub pœna peccati mortalis ad illud reuelandum, siue iudex procedat per viam inquisitionis, & iubeat reuelari per viam denunciationis, siue iudex procedat per viam accusationis, & iubet reuelari per viam testimonij: in vtraq; enim via non semper ille, qui aliquid scit reuelare tenetur, nec ad reuelandũ obligari poterit: vnde in casu, quo homo ad hoc obligari non possit, non incurrit excommunicationẽ, quãuis sciat, & non reuelet, vnde si iudex excomunicationẽ ferat in hũc modũ, vt qui scit aliquẽ furtum aliquod commisisse, aut bona Petri detinere, nisi intra decem dies id patefecerit, statim excommunicatus sit, is, solum ad reuelandum sub prædicta pœna tenetur, qui vel a iudice iuridice interrogatur, vel aliàs iure naturali, vel diuino idipsũ manifestare obligatur, ut latius tradunt Angelica, verbo, excommunicatio, 3. §. 20. Sotus de ratione de teg. sec. membro 2. q. 6. & Nauar. in Man. ca. 18. docet non teneri aliquem manifestare delictum.

Primo quando peccatum est occultum, aut peccator se correxit, aut sola fraterna correctione probabiliter creditur seipsum emendaturum; tunc enim non est parendum ante fraternam correctionem, etiamsi sub pœna excommunicationis præciperet, vt fieret denunciatio; non præmissa correctione fraterna, ex S. Th. 22. q. 33. art. 7. in corp. & ad 5. & Soto vbi supra; ex Christi enim mandato denunciationem præcedere debet fraterna correctio quod præcepto inferioris tolli non potest.

Secundo, quando delictum nequit probari.

Tertio, quando a talibus quempiam delictum commisisse audiuit, quibus fides non est addibenda.

Quarto, vbi alius iam delictum denunciasset: nam ex quo iudex factus est certus, certior fieri non potest, c. eum, qui, de reg. iur. lib. 6.

Quinto, vbi nouit eum, qui rem furto abstulit, eam retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur a domino rei.

Sexto, si id per solam confessionem sacramentalem sciret.

Septimo, quando per solam consultationem secretam, pro consilio habendo id a detinente sciret. His enim in casibus non manifestando delictum, excommunicationem non incurret: in alijs autem tenebitur illud patefacere, alias in censuram latam incidet.

35 Sed neque Reus qui delictum commisit, interrogatus sub eadem pœna se prodere tenetur, cum nemo seipsum infamare debeat. Vt ex eodẽ Nauar. in Man. c. 18. nu. 41. & Hugolin. Tab. 2. de Eccles. cens. c. 17. §. 4. nu. 5. & communi opinione Theologorum constat, dũmodo tamen iuridice non fuerit interrogatus; si enim iuris ordine seruato interrogetur, nimirum a suo iudice, & de delicto saltem semiplenè probato, & semiplene probatum delictum esse sciat reus, tunc tenetur se prodere, aliàs peccat, & excõmunicationem incurrit, vt idem Nauar. in Man. ca. 18. numero 57. & cap. 25. nume. 36. & in cap. humanæ aures, 22. quæst. 5. nume. 10. & cap. inter verba, concl. 6. nu. 20. tradit.

36 Quando autem fertur excommunicatio ad aliquid reuelandum extraiudicialiter, tunc non tenetur quis in conscientia reuelare, nisi præmiserit correctionem fraternã. & si per correctionem fraternam emendetur, denunciare amplius non tenetur: Sin vero nulla spes emendationis, sit per correctionem fraternam denunciare tenetur. Ratio huius est: quia omnis inquisitio extraiudicialis est pręcisè, & solum ordinata ad ipsius Rei emendationem, & consequenter ad aliorum infectionem tollendam; nec vllo modo ad Rei ipsius pœnam, & castigationem refertur, vnde hoc ipso, quod aliunde ipse corrigitur, ratio reuelandi cessat. Et hinc plerique Doctores colligunt communiter, neminem teneri ad reuelandum aliquid iudici extraiudicialiter, quia iudex non correctionem solam Rei, sed pœnam etiam eius quærere præsumitur: de qua re latius suo loco dicendum erit. Quæ intelligenda sunt, quando præcipitur, vt reueletur fratris delictum, si enim sub eadem censura præcipiatur, vt quicunque habuerit has, vel illas scripturas, quæ quoquo pacto ad aliorũ ius, attinent, tunc eas omnino proferendas esset censet Sotus, 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 1. concl. vers. tertio potest contingere, nec sufficere putat, vt qui habet, se excuset, dicendo, quod inde vexationem timet, nisi forsan omni dubio procul manifestissimum sit, taliter illas ad meum ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandũ attineant: aut etiam si exinde ius alterius confirmari posset, si tamen ius meum exinde aliqua ratione infirmaretur, aut aliunde damnum substinerem, eas reuelare non teneor, nec reuelando dictam censuram incurro, vt latius ostendit in simili casu Nauar. tom. 1. consi. 3. de censi. nume. 4. citans etiam Panorm. capit. 1. de probatio. vbi materiam hanc de instrumentis edendis fusius pertractat. Qua igitur de causa ferri debeat Excommunicatio, hactenus dictum sit.

Quod excommunicatio iterari possit, & quando, & quibus in casibus id fiat,

Cap. X.

S V M M A.

1 *Excommunicatus semel, iterum excommunicari potest.*

2 *Ratio huius redditur ab authore.*

3 *Excommunicatio secunda, quamuis hominem extra Ecclesiam non eijciat, amplius tamen elongat, & arctius ligat.*

4 *Excommunicati omnes etsi extra ecclesiam sint, iudicio tamen Ecclesiæ subsunt.*

5 *Censura eadem an ob eandem causam sæpius incurri poterit.*

6 *In sententia excommunicationis ab homine, vel a iure latæ, quatuor consideranda sunt, & quænam hæc sint.*

7 *Excommunicatus si quis sit propter aliquam actionem,*

de actione perfecta intelligi debet.

8 *Excommunicatio contra percussorem clerici lata vi sua mandantem, aut consulentem non includit.*

9 *Excommunicatio pro actu aliquo commisso lata, quando vna aut multiplex censeri debeat.*

10 *Excommunicatio a lege lata sub hac forma: Qui hoc, aut illud fecerit, excommunicatus sit, an, & quando vna, aut multiplex sit.*

11 *Eadem pœna ob eandem causam ab eodem legislatore, vel eadem potestate fungente sæpius lata vnam tantum censuram pro eodem actu in contrafaciente producit.*

1 QVā ob causam excōmunicatio ferenda sit, superius expositū est. Nunc an ea iterari sæpius possit, breuiter explicandum restat. In qua re vnū certum est, quod qui semel excōmunicatus est, & absolutus, si iterum contumax sit, iterum etiam excommunicari potest, arg. c. quæstioni, de appellat. & cap. eos, de sentent. excōmu. lib. 6. Sed an semel excommunicatus, necdum absolutus iterum excommunicari possit, apud nonnullos est controuersum. Quidam enim Meldendus nomine, vt refert glo. in cap. Engeltrudam, 3. q. 4. in verbo. Anathemate, existimauit semel excōmunicatum, amplius excommunicari non posse, eo, quod semel eiectus ab Ecclesia per excommunicationem, capit. omnis, 11. q. 3. amplius eijci non possit, & qui extra Ecclesiam est, nihil ad nos, vt ait Apostolus 1. Corinth. 5. & habetur 2. q. 1. cap. multi. §. & ideo consequitur, & vltra excommunicationem Ecclesia non potest quid facere, capit. cum non ab homine, de iudic. & S. Thom, in addit. 3. par. quæst. 21. art. 3. & denique qui mortuus est, amplius interfici non potest: excommunicatio autem æternæ mortis damnatio est. 11. q. 3. cap. nemo Episcoporum. Solum igitur denunciari potest excommunicatus, non autem excommunicari sæpius. Quo etiam modo omnia iura intelligit, vbi quis sæpius videtur excommunicati. Alij tamen omnes excommunicari sæpius posse affirmant. Sic ex Theologis Alex. de Ales, 4. par. Summæ, quæst. 22. membro 1. art. 5. Bon. 4. distinct. 18. in vlt. par. dist. q. 4. Rich. 4. d. 18. artic. 5. q. 2. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. conclus. 5. coroll. 3. & Sotus, 4. d. 22. q. 2. art. 2. conclus. 3. Ex Canonistis glo. in d. capitulo Engeltrudam, & in cap. ita quorūdam. in verbo, crebris, de Iudæis. Panor. in c. Capitulum Sanctæ Crucis, in. 1. de rescript. cap. ex parte, numero 5. de offic. ordin. & in capitulo nullus, numero 3. de foro comp & c. accusatum, numero 5. de Simonia, vbi ait, excommunicatum, aut suspensum a iure, iterum ab homine excommunicari, aut suspendi posse, & c. dura, sæpe, numero 4. de crimin. falsi, & cap. cum pro causa. num. 1. & 6. & c. officij, num. 1. & 5. de sen. excom. Marian. Socin. senior, in d. c. cum pro causa. numero. 18. & 24. vbi ait esse communem. Nauar. in c. ita quorundam; in gl. vlt. nu. 1. notab. 11. Hugolin. de censur. Eccles. Tab. 1. cap. 16. §. 3. & colligitur euidenter ex clem. 2. in fine, de sent. excom. vbi dicitur, *excommunicatos publice, & interdictos, qui in Ecclesiis nominatim a celebrantibus, vt exeant, moniti, remanere præsumpserint, excommunicationis sententia* (nimirum alia noua a priori in qua iam erāt) *a qua per sedem dumtaxat Apostolicam possunt absolui, Sacro approbante Concilio innodamus*. Quæ verba, cum æquè de excommunicatis prius, ac de interdictis dicantur, ita etiam sicut interdicti prius nunc excommunicantur, & etiam excommunicati prius excommunicationem de nouo incurrunt, a solo Papa ob talem insolentiam, & præsumptionem absoluendi. Sic etiam in clemen. vnica, de schismat. in versi. plurium, refert Pontifex nonnullos varijs excommunicationib. constringi. & c. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript. vbi excōmunicati, & suspensi, ijsdem pœnis iterum puniuntur, & c. officij, de senten. excommu. Hoc ipsum confirmat vsus, & praxis Ecclesię, vt Alex. de Ales, & S. Bonau. vbi supra testantur, quę errare
2 non potest. & ratio est: quia sicut culpa iterari potest, ita etiam rationabiliter reiterari potest, & debet pœna. Immo cum causæ multiplicari possint, vt constat, potest enim quis esse incendiarius, fractor Ecclesiarum, percussor clericorum, & sic de alijs, ita etiam, & excommunicationes iterari possunt: iterato enim morbo, remedium etiam iterari debet. Deinde videmus in alijs pœnis impositis, quod simul, & semel plura possunt imponi ieiunia, plures etiam vigiliæ, & orationes, ergo etiam pari ratione infligi possunt plures excommunicationes. Et sicut qui vnum peccatum commisit, aliud committere potest, & vno vinculo ligatus, alijs etiam ligari potest; & bannitus iterum banniri valet citatione solum facta, vbi habitare consueuerat; ita semel excommunicatus iterum excommunicari potest, vel eiusdem excommunicationis iteratione ob culpæ iterationem, ad maiorem suam confusionem, vel etiam alia, propter nouæ culpæ commissionem, & hoc vel ab homine, vel a iure, ab eodem iudice pro pter diuersas causas, vel a diuersis iudicibus, aut iuribus, pro eadem causa, vel diuersis. Quamuis enim sit vna separatio quoad obiectum, scilicet a Communione Sacramentorum, & hominū, est tamen alia, & alia prohibitio, & separatio: sicut enim homo per primum peccatum mortale gratia priuatur, & a Deo separatur, & per secundum plus elongatur, & deinceps; ita homo per primam excommunicationem a communione Ecclesiæ separatur, & per sequentes excommunicationes amplius elongatur, & indignior fit suffragijs ecclesiæ, atque adeo elongatior abilis, quam prius, ac subinde maiori satisfactione indigens, vt reconcilietur, & ab vna absolui potest, non ab alia, & tunc excommunicatio secunda incipit suum effectum habere, cum absoluitur a prima: nec vnquam talis communioni Sacramentorum, & hominum restituitur, nisi postquam ab omnibus excommunicationibus fuerit absolutus. Et quod de excommunicatione diximus, de suspensionis etiam iteratione, vt ex d. capit. Capitulum Sanctæ Crucis, de rescript. & ibi gloss. in verb. suspensionis, & Panor. ibi, nu. 1. & in c. accusatum. num. 5. de simon. constat: necnon de interdicto propter rationis paritatem dicendum est.

3 Nec his obstant iura in contrarium allata: nā quamuis per excommunicationem secundam quis extra ecclesiam iterum eiectus non sit, per eam tamen amplius elongatur, vt ait Rich. vbi supra, art. 1. q. 2. ad secundum: seu vt Halensis d. art. 5. in fine, & gl. & Pan. dicunt arctiori vinculo ligatur, & fortius extra Ecclesiā detinetur. Habet enim excommunicatio duos effectus, unum eijciendi extra ecclesiam, & alterum detinendi extra, seu arctius ligandi. Vnde, licet excommunicatio secunda effectum primum in excommunicato prius non operetur, tamen consequitur secundum. Quamuis enim qui foris est, amplius expelli nequeat, semel tamen ligatus, & expulsus, longius expelli, & pluribus vinculis ligari potest. Sicut ergo qui peccat mortaliter, gratiam Dei amittit, & iterum peccādo nō amittit gratiam, sed longius a Deo separatur, & non nisi de omnibus pœniteat, gratiam Dei recuperare valeat, ita excommunicatus sæpius, & pluribus vinculis ligatus, nunquam in ecclesia recipi pōt, donec ab omnibus absolutus fuerit. Quod vero dicit Apostolus: *Nihil ad nos de his qui foris sunt*. 1. *Corint*. 5. ergo excōicatus, iterū excommunicari non potest, propositū nō cōcludit: cū Apostolus ibi solū locutus sit de his, qui ita foris sunt, vt nunquam intrauerint, vt Pagani, & Iudæi, qui nunquā Sacramentū Baptismi, per qd intratur in ecclesiā sūpserunt. Quāuis igitur excōmunicatus foris sit, & extra Ecclesiā, quoad suū cōmodū, arg. c. pen. & c. a nobis, 2. de sen. excom. non tamē omnino foris est: Etenim excōicati omnes, immo etiā hæretici, & apostatæ, ratione characteris indelebilis in Baptismo suscepti, subsunt iudicio Ecclesiæ: ideoque illos punit,

nit, & corrigit magis, quam Paganos, & infideles, qui sub Ecclesiæ potestate nunquam fuerunt. Neque eadem est ratio de excommunicatione, ac morte corporea; siquidē interfectio reddit impossibilitatem ad vitam: non sic autem in excommunicatione contingit; quia adhuc remanet aptitudo ad redeundum. Præterquam quod etsi vna sententia quis ad mortem damnatus sit, alijs tamen pluribus damnari potest, arg. ex cau. 2. de schismat. quæ damnatio multiplex non erit inutilis, eo quod non nisi vniuersis sententijs deletis pro absoluto habebitur; ita quis pluribus de causis, ab eodem iudice, vel diuersis, vel a iure, & ab homine eadem de causa, vel diuersis excommunicari valide poterit, ita, vt non nisi ab omnibus absolutus liber Ecclesiæ restituatur.

5 Ceterum, difficile est iudicare, quando quis eandem censuram sæpius incurrit ob eandem causam, maxime quando a diuersis pœna eadem in diuersis legibus ob eandem causam inflicta sit, si quidem glos. in cap. quod olim, in verb. supponimus, de Iudæ. docet tot excommunicationes incurrere, quot leges violauerit eandem pœnam imponentes pro eodem delicto. Quam etiam opinionem, sequitur Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capit. 16. §. 3. nume. 9. at Panorm. in d. cap. quod olim. nu. 2. dubius est. & Nau. in cap. ita quorundam, de Iudæ. in glo. vlt. notab. 11. nu. 26. 27. 29. & 30. vnam tantum excommunicationem incurrere putat. Sed quia materia hæc de ite canone excommunicationis multipliciter intelligi potest, nimirum, aut ratione facti, aut personæ, aut etiam ratione legis eam ferentis; ideo præmissa regula quadam tradunt Caietan. in Summa, verbo, excommunicatio, in principio, & Ledesm. 2. 4. quæst. 26. act. 2. exinde alia infecerimus, ex quibus hæc facilis, & manifesta erit, & multorum exinde casuum solutio in particulari deduci poterit.

6 Regula igitur, quam præfati DD. tradunt, est huiusmodi. In omni sententia excommunicationis siue ab homine, siue a iure lata notare oportet authorem, & verba ipsius sententiæ, & considerare, in quas personas, & pro qua actione feratur: his enim ponderatis, quando, & quoties quis sententiam talem incurrat, haud difficulter intelligere poterimus.

Primo quoad personas, si excommunicetur clericus absolute, non ligatur laicus illa excommunicatione, esto, faciat illud opus, propter quod excōmunicatur clericus. Vt cum Papa excommunicat Clericum qui recipit excommunicatum a Summo Pontifice ad officium Diuinum, c. a. significauit, de sent. excom. esto, laicus admittat illum ad officium diuinum, nō erit excommunicatus. Ratio est: quia illa pœna solum fuit lata in Clericum, & non in Laicum.

7 Secundo quoad actionem, quando quis excommunicatur ob vnam actionem, intelligitur de actione perfecta, vt si excommunicetur omnis læthaliter percutiens Christianum, si quis percutiat Christianum non læthaliter, non erit excommunicatus, immo etiamsi eum percuteret notabiliter, si tamen percussus etiam ex miraculo non moreretur, non incurreret percutiens excommunicationem, eo quod percussus non moritur: & Ecclesia si aliud non explicet, non intendit per læthalem percussionem, nisi quando percussus ex ea moritur; & quia non constat si fuit percussio læthalis, quando percussus euadit, etiā miraculosè, non enim intendit Ecclesia punire nisi percussionem læthalem manifestè. Sic si excommunicetur percutiens Clericum, non erit excommunicatus qui conatus est Clericum percutere, ex aliquo tamen impedimento eum non percussit, ex glos. in c. cum in audientia, & in ca. si vero. 2. de sent. excom. Sic, cum hodie in terris Papæ subiectis excommunicatio ipso iure feratur in eos, qui frumentum è territorio Ecclesiæ exportauerint, eam pœnam non incurrent, si solum id conati sint, etiamsi illud fere vsque ad limites, & confines territorij portauerint, dummodo non exportent, excommunicati non erūt

8 Tertio, quoad actionem etiam ipsam, si fertur sententia circa percussores Clericorum, per talem sententiam solam non excommunicatur mandans, vel consulēs quod Clericus percutiatur. Ratio est: quia pœnę graues, qualis est excommunicatio, non debent extendi de vno casu ad alium, ex gl. in clem. 1. de sepult. & clem. 1. de consāg. Panor. in c. Deus qui. de vita & honest. Cleric. Ioā. Andr. in Reg. odia, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Tabien. verbo. excom. 5. cas. 23. §. 1. & cas. 49. §. 5. Nauar. in Man. c. 27. nu. 51. eo, quod pœnæ sint restringendæ: extēderentur autem pœnæ, si mandans, aut consulens sub percutiente comprehenderentur; cum nullus horum vere percutiens sit: nam mandatum, & consilium aliquando longo tempore factum præcedunt. Id quod ex eo confirmatur: quia in aliquibus sententijs continetur, quod excommunicentur etiam fauentes, mandantes, & consulentes, & non solum percutientes realiter, & in effectu, vt videre est in ca. Felicis, de pœnis, lib. 6. & in clem. si quis suadente, tit. eod. & in multis capitibus Bullæ Cenæ, ergo vbi hæc non continentur in sententia, non est intentio Ecclesiæ, quod consulens, aut præcipiens pœnam illam incurrat. Vnde clem. 1. de consang. excommunicans contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito scienter, vel cum Moniali, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes. Neque clement. 1. de sepult. lata in sepelientes scienter excommunicatum, aut vsurarium manifestum comprehendit consulentes, aut funus ad sepulturam prosequentes ex Nauarr. in Manuali, capitulo 27. numero 51. & communi DD. sententia.

9 Quarto quoad actionem, si fertur excōmunicatio pro aliquo actu commisso, pro varietate actus aliquando varias excommunicationes incurrere potest, aliquādo autē in vnam tantum incidet, aliquando etiam vno eodemque actu diuersis ligabitur excommunicationib. Exēpli gratia. Qui sæpius Clericū percutit diuerso impetu, vt quia hodie manus ei abscindit, alia vice pedes, altera aures, quia non eodem impetu, & tempore hæc omnia fecerit, tot excommunicationes incurrit, quot ei fecit iniurias. Sic, si feratur excommunicatio contra exportantes frumentum e territorio Ecclesiæ, qui non eodem instanti atque impetu plures frumenti corbes exportauit, quoties impetu vnus fuerit, toties in excommunicationem incidet. Sic, qui excommunicato in crimine communicat, toties in excommunicationem maiorem incidit, quoties ei in crimine cōmunicauit; & idem erit, vbi extra crimen communicat, quoad excommunicationem minorem. Ratio omnium horum est, quia iteratur actus, pro quo fertur excommunicatio, & proinde excommunicatio iterari censetur; At vero qui eodem impetu eundem Clericum sæpius percuteret, semel tantum excommunicationem incurrit. arg. c. cū pro causa, de sent. excom. vbi, qui Clericum in dormitorio verberauit, & postea eundem verberando per claustrum traxit, semel excommunicatū fuisse dicit. Sic, qui tota die excommunicato cōicaret, vnam tantum excōicationem incurrit, & qui centū corbes frumenti è territorio Ecclesiæ exportaret eodē tpe, etiā centum currus onustos simul aut vnum immediatè post alterum exportando, semel tātum in excōicationem incidet. Ratio est: quia in his omnibus cēsetur vnus tantū actus moraliter factus, vna percussio, vna communio, & vna exportatio, vnum delictū: & ideo vnam tantum excommunicationem incurrit, vnam enim habere censetur intentionem de vno delicto prohibito committendo. Sicut è contra, qui vno actu, & vna percussione tres clericos percuteret, tres excommunicationes incurrit, ex Ioan. And. in c. delictum. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Nauar. in Man. c. 6. nu. 18. & Hugolin. vbi supr. c. 16. tab. 1. §. 3. n. 8. sicut enim si separatim illos tres percuteret, ter excommunicaretur, ita etiam vbi simul eos percutit, aliàs enim plura delicta simul concurrentia faceret, vt ea committens alicuius impunitatem conse-

quereretur, contra l. nunquam plura, ff. de priuat. delictis et cum oẽs percussent, nec sit tõ, cur ob vnius potius, quã cæterorum percussionem excommunicatus sit, dicendum est tot excommunicationes incurrisse, quot Clericos percussit, cum singulis inuriam intulerit, non minus quam si vnum tantum percussisset, sicut è contrario si tres simul vna hasta Clericum percuterent, omnes tres excommunicati erunt, cũ nõ sit potior ratio de vno, quam de cæteris.

10 Quintò quoad ipsam Legẽ, si lege aliqua statutum sit, in qua excõicatur qui hoc, aut illud fecerit, faciens aliquid vnde plures delictũ spẽs nascũtur pro quib. singulis excommunicatio a lege fertur, tot excommunicationes incurrit, quot delicta sub excommunicatione prohibita commisit. Exemplum esse potest in elem. 1. de sepulturis, vbi excommunicatur ipso facto, qui aliquem tempore interdicti, aut in Ecclesia sepeliunt in casibus non concessis a iure, vel excommunicatum publice, vel nominatim interdictum vel vsurarium manifestum scienter in Ecclesia sepeliunt. Vnde, sicut qui aliquod vnum horum quatuor committeret, in excommunicationem incideret: ita qui vno aliquo actu hæc quatuor committeret, quatuor excommunicationes incurreret, & proinde qui interdicti tempore in casib. a iure non permissis aliquẽ Ecclesiastica sepultura donaret qui simul esset publice excommunicatus, & nominatim interdictus, & vsurarius manifestus, in quatuor excommunicationes incideret, ex quo id fecit, vnde quatuor delicta specie diuersa, nec alterum alteri subiectum enascuntur, pro quorum singulis pœna excommunicationis imponitur: cum enim nõ sit maior ratio, cur pro vno qua pro delicto excõicatus sit, aut pro nullo, aut pro omnibus excõmunicatũ esse dicemus, quia vero pro nullo excõmunicatum esse absurdum est affirmare, nec maior ratio sit pro alio vno, quã pro altero, pro omnibus quatuor vnico actu commissis quatuor simul excommunicationes incurret: quia quatuor delicta committit, pro quorum singulis eadem excommunicationis pœna ipso iure infertur.

11 Sexto, quoad legem ferentem. Hæc regulam tradit Nauar. in ca p. ita quorundam, de Iudæis, Norab. 11. glo. vlt. nume. 26. & seq. Eadem pœna ob eandem causam ab eodem legislatore, vel eadem potestate fungente non sæpius lata vnam tantum censuram pro eodem actu in contrafaciente producit. Hinc infert idem author, quod deferens semel arma Saracenis, vnam tantum excommunicationem incurrit, quamuis diuersi Summi Pontifices (vt Alexander III. vt habetur in cap. ita quorundam, & Clemens III. in c. quod olim, & Innocentius III. in c. ad liberandã, de Iudæis, quorum nullus sibi reseruauit absolutionem, & Clemens V. in extra. multa, de Iudæis, qui primus omnium absolutionem sibi reseruauit, & Martinus V. & alij, recentiores Pontifices in Bulla Cenæ, & Nicolaus IIII. in extrau. quadã, quę incipit, olim. & Bonifacius VIII. in extrau. quæ incipit, contra quos citãt S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 30. Sylu. verb. excom. 7. nu. 58. versic. 21. & Nauar. in d. c. ita quorundam, notab. 10. nu. 31. & Ioãnes XXII. in extrau. copiosius de Iudæis) excommunicationis censuram contra deferentes prohibita Saracenis tulerint. Quamuis enim hi multi fuerint in personis, fuerunt tamen vnus in potestate, & ob eandem causam, pœnam eandem excommunicationis contra eosdem proferentes, tacitè censentur vnam & eandem excommunicationem, non diuersam inducere. Palud. 4. distinct. 18. q. 2. artic. 4. vers. si autem. Nihilque obstat, quod aliqui eam referunt, quia qualitas hæc speciem, & substantiam excommunicationis non mutat. Vnde, excommunicationes, quę ab eodem Roma. Pontifice, qui diutius vixit, aut quæ a diuersis Pontificibus singulis annis in Cena Domini fetũtur, non sunt plures, & diuersæ, sed vna tantum, quę nõ multiplicatur singulis annis, sed innouatur, & quotannis promulgatur: hæc enim praxis est, & hæc mens, & intẽtio proferentium esse censetur: ius autem, & substantia censuratum, ex mente proferentium eas nascitur, vt Panormit. in c. 2. de testib. cogẽd. & in c. P. & G. de offi. deleg. latius tradit; nimis enim durum esset, si tot excommunicationes esse, quot leges latæ sunt, affirmaremus. Dixi ab eodem legislatore, quia si pro eadem causa a diuersis legislatoribus eadem pœna excommunicationis lata tanquam sua sit, sic diuersa etiam excõmunicatio imponeretur, ex Pal. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Qua de causa Nauar. vbi supra, no. 11. n. 34. rectè infert, quod si Episcopus maritimæ Ciuitatis sententiam excommunicationis tanquam suam, & a se latam, contra deferentes arma prohibita Saracenis ferret, hęc tanquam diuersa ab ea, quæ in iure, & per Bullam Cenæ contra eosdem fertur, habenda erit, quia authores sunt diuersi, neque eadem potestate fungentes, vt successores, & prædecessores. Dixi, tanquam suam, quia si lata esset tanquam innouatio, & publicatio illius, quæ fertur a iure, iam eadem cum illa censenda esset, & cõtrafaciens vnam tantum excommunicationem ex vnico facto incurreret. Ex his igitur facile erit colligere, quando, & quibus in casibus excommunicatio iteretur.

De forma excommunicationis, quænam sit. Cap. XI.

S V M M A.

1 *Forma, qua sententia excommunicationis fertur, certa esse debet, & verbis sensibilibus proferri.*

2 *Papa communionem alicuius vitando, hoc ipso, eum excommunicare non censetur.*

3 *Persona, in quam excommunicatio fertur, ita debet exprimi, vt appareat quisnam sit, qui excommunicatur.*

4 *Excommunicatio alia lata, alia ferenda dicitur.*

5 *Excommunicatio lata, seu latæ sententiæ, quænam, & quid sit.*

6 *Excommunicatio per verba temporis præsentis modi indicatiui prolata sententiæ latæ esse censetur.*

7 *Excommunicatio latæ sententię est, si dicatur.* Præcipio sub pœna, seu sub interminatione excommunicationis latæ sententiæ.

8 *Excommunicatio est latæ sententiæ, si per imperatiuum alicuius verbi significantis actionem, aliquid præcipiatur aut prohibeatur.*

9 *Item si proferatur nomen adiectiuum.* Excommunicatus, *cum verbo substantiuo in aliquo tempore significãte factum.*

10 *Excommunicatio est latæ sententię, quando dicitur:* Anathema sit. *Item cum dicitur:* Maneat excommunicatus, *vel si dicatur:* censeatur, *vel* habeatur excommunicatus.

11 *Excommunicatio est latæ sententiæ, quando in Bullis Pontificijs, aut alibi habentur hæc verba:* Excommunicationis se nouerit mucrone percussum. Noueris te excommunicatum. Noueris te excommunicationi subiacere.

12 *Sententia ferenda est, quando dicitur:* Sub pœna excommunicationis: sub interminatione excommunicationis, aut anathematis: Sub interpositione excommunicationis.

13 *Sententia ferenda censetur, vbi hæc ponuntur verba:* Excommunicetis aliquem. Qui hoc fecerit, erit excommunicatus. Excommunicabitur. Excommunicetur. Communione priuetur. Excommunicationis vinculo innodetur.

14 *Ver-*

14 *Verbis his,* Nemo ei communicet, *an excommunicatio Maior, vel Minor feratur?*

15 *Verbis istis,* Ferio in te censuræ ecclesiasticę sententiam, *aut* Ferio te mucrone Episcopi: *nulla censura ferri censetur.*

16. *Verbis his,* Indignationem omnipotentis Dei: aut Apostolorum Petri, & Pauli: aut nostram incurras, *excommunicatio non fertur.*

17 *Verbis istis,* Maledico tibi, *vel,* Denũcio, vel habeo te pro excommunicato, *vel,* sicut excommunicatus vitetur *excommunicatio non fertur.*

18 *Excommunicatio sub conditione lata, non afficit eum in quem lata est, donec dies, seu conditio aduenIat, qua adueniente vires suas habet, & non retrotrahitur ad diē pronunciationis.*

19 *Excommunicatio sub conditione lata, an valeat, si pendēte conditione excommunicatus forum mutet.*

20 *Excommunicatione lata a Iudice sub conditione, nisi soluat infra certum terminum, an, si ad tempus a Iudice datum non soluerit, ob prorogationem a creditore factam, excommunicationem incurrat.*



Vemadmodũ in superioribus materiam certā esse debere diximus, vt sentētia excōmunicationis validè feratur; ita etiā, et forma præscripta, & determinata aliquo saltē modo esse debet: etenim, sententia incerta nulla est. Licet enim communis Doctorum sententia sit, quam Panorm. in c. 1. nume. 34. de iudic. Gabr. 4. distin. 18. q. 2. artic. 2. concl. 7. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 74. Angelica, in verbo, excommu. 2. nu. 4. Syluest. verbo, excom. tit. nu. 13. 14. & 15. Tabiena, verbo, excommu. 2. versi. quarto vtrum. Armilla, verbo, excommu. num. 17. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 12. & 37. Couar. in c. Alma mater, 1. part. §. 11. num. 7. Henriquez, lib. 13. c. 20. §. 2. Hugolin. de Eccles. cens. tab. 1. c. 20. num. 3. sequuntur, nullam certam, & determinatā verborum formam ad excommunicationem ferendam a iure nobis præscriptam esse, in eo tamen omnes cōueniunt, excommunicationem (& idem de suspensione, & interdicto iudicandum est,) talibus verbis ferri necessario debere, quibus consensus, & intētio iudicis de præsenti excommunicare volentis exprimatur, argumen. capit. a nobis, 1. de sentēt. excom. & c. fi. de consti. lib. 6. Vnde necessariũ omnino est, ea verba adhibere, quibus, qui excommunicatur, communione priuari, qui suspenditur suspendi: qui interdicitur, interdicto subijci, significetur, arg. cap sacro. de sen. excō. in antiq. & c. cũ medicinalis, eodem tit. lib. 6. Neque satis est animo, & voluntate quempiam excommunicare velle, nisi id verbis idoneis ad censuram, quam ferre intendit, significandam exprimat; est enim excommunicatio Ecclesiæ visibilis gladius, vt Conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 3. ait, & proinde verbis sensibilibus ferenda, cum verba ad animi nostri cōceptus exprimēdos instituta sint.

2 Hinc infertur, quod nec Papa, & multò minus alius inferior, alicuius communionem vitanda propterea ipsum excommunicare censeatur, vt pluribus Innoc. in cap. cum olim. 1. nu. 2. & Felin. in c. si aliquando, nume. 3. de priuileg. docent. Sicut neque e contra, scienter cum excommunicato literis, verbo, osculo, aut alio quouis modo participando, eum absoluere censetur. Vt de Summo Pontifice expressè in Clem. fin. vbi glo. in ver. Sũmus, de sent. excō. habetur. & Innoc. & Felin. vbi supra testantur. Quod nō solum de excommunicatione (de qua in d. clemen. agitur) sed etiam de suspensione, & interdicto dicendum est. Si enim Papa in Ecclesia interdicta Diuina celebret, non ideo sublatum esse interdictum cēsetur. Et hoc de alijs a Papa ita certum est, vt nulla ratione, vel cum excommunicato versantes, vel aliquē vitantes, illũ absoluere, aut istum excommunicare censeantur, vt in c. cum desideres, de sentē. excom. habetur. Quia cum alij omnes a Papa iuri communi sint subiecti, in sententijs ferendis forma iuris vti debent. Papa vero ob potestatis plenitudinem, etiam ob solam participationem cum excommunicato, aut vitationem alicuius, illum absoluere, & hunc excommunicare potest, si se id velle declaret: vt de absolutione in clemen. fin. de sent. excom. habetur. & idem de suspensione, & interdicto sentiendum est. Verbis igitur aptis, & idoneis ad censuram, quam ferre iudex intendit, significandam, & ab eo expressis, qui eam censuram ferre potest, forma exprimi, & proferri debet, arg. c. sacro, de sentē. excommun. & c. 1. de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi.

3 Præter verba etiam necessarium est, ut persona, in quā sentētia fertur, ita exprimatur, ut appareat in quam personam proferatur. Hinc, qui diceret, excommunico, suspendo, aut interdico, non addens eum, qui excommunicatur, suspenditur, aut interdicitur, nihil faceret; cum persona materia sit censuræ, res autem ex materia, & forma constituitur: sicut nec validum est Sacramentum Baptismi, Confirmationis, aut Pœnitentiæ, ubi personæ non fit mentio suscipientis. Dixi autem personam ita esse exprimendā, ut appareat censuram in illum, & non in aliā ferri: Quia si quis diceret excommunico causa Petri, seu propter Petrum, vbi Petrum excommunicare volebat, sententia nihil valebit: quia licet expressus sit Petrus, non ita tamen, vt ex vi verborum appareat in ipsum excommunicationem ferri. Immo vero, si iudex qui excommunicare vellet Petrum, diceret; ego excommunico, & antequam Petrum nominet, Petrus appellet, iudex vero addat Petrũ; excommunicatio nulla erit, vtpote post appellationem lata, cap. per tuas. & ca. solet. de sent. excom. si quidem antequā persona nominatur, sententia vinculum non inijcit: vt igitur sentētia valida sit, siue absolutè feratur, siue sub conditione, (potest enim sub conditione censura nonnunquam ab homine ferri, ut habetur in c. preterea, 2. & DD. ibi, de appel. & nos infra dicemus) semper ijs uerbis concipi debet, quibus, & censura ferri significetur, & ijs in quē lata est, exprimatur, ut ex dictis manifestum est.

4 Quia uero excommunicationis censura, sicut & aliæ cēsurę, aliquādo dicitur esse lata, seu latę sententię: aliquando ferendæ, quibus uerbis utraque feratur, breuiter explicandum est, si tamen prius, quid lata sententia sit, quid fe-
5 renda, exponatur. Est autem censura, seu excommunicatio latæ sententiæ, siue ab homine, siue a iure lata sit, qua quis statim atque offendit, nulla alia declaratione accedente constringitur. Quia enim iure statutum est, ut qui iniuriosè Clericum percutit, statim excommunicationem incurrat, ca. si quis suadente diabolo 17. q. 4. ideo, qui sic Clericũ percusserit, sine ulla hominis declaratione eā incurrit; ideoque dicitur esse latæ sententiæ, quia priusquā delictum commissum sit, lex, quæ in posterum consulit, sententiam delinquentem tulit. Et idem etiam dicendum erit, ubi iudex sententiam ferat, ut qui furtum fecerit, excommunicatus sit, qui furtum committit statim excommunicatus est: id quod alijs nominibus significari solet, maxime cum dicitur ipso iure, aut ipso facto excōmunicatus sit: vt in exemplis allatis constat. Qui enim Clericũ percusserit, aut furtũ fecerit cōtra sentētiam iuris, aut hominis, contra huiusmodi facientes latam, nulla alia declaratione accedente, ipso iure, seu ipso facto, id est, statim atq; delictũ factum est, in excommunicationē incidit.

6 Ceterum, non parum inter se dissentiunt authores, quibusnam alijs verbis excommunicatio latæ sententiæ esse dicatur: In qua re claritatis gratia hæc Regula communis esse potest; Quandocunque sententia ab homine, vel a iure per verba in tempore præsenti indicatiui modi præfertur, siue sit pro præsenti contumacia, siue pro futuris culpis, latæ sententiæ esse censetur, vt si dicatur: *Excommunico, seu excommunicamus maiori excommunicatione: sententiam excommunicationis promulgamus, seu*

proferimus : seu excommunicationis sententia te innodamus. Item *præcido te excommunicationis mucrone te percutio.* Item *præcido te ab Ecclesia, extra ecclesiam te eycio.* His enim omnib. modis significatur talem Christi fidelium, & Sacramentorum communione priuari, & etiam censi ipsius iudicis de præsenti excommunicantis exprimitur. arg. capit. penult. de sent. excomm. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Angelica, verbo, excommu. 2. nu. 4. Syluest. verbo, eod. 1. nume. 15. Tabien. verbo excom. 2. vers. quarto verum. Armilla, verbo, excom. nu. 17. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 12. Henriquez, lib. 13. de excom. c. 20. §. 2. Hugolin. de cens. Ecclef. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 4. 5. & 6. & tab. 2. c. 28. Idem si dicatur, *Anathematizo, seu anathematizamus,* excommunicatio maior de præsenti fertur, vt habetur ca. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. iuncto c. Engeltrudam. 3. q. 4. glol. in ca. penult. de sent. excom. Idem si dicatur. *Decernimus innodantes excommunicationis vinculo,* cap. vnico, de scismat. libro 6. Per præsens igitur indicatiui modi lata censetur sententia.

7 Deinde etiam per comminationem excommunicationis lata sententia est, si addatur hæc verba, *latæ sententiæ,* vt cum dicitur. *præcipio sub pœna, aut sub interminatione excommunicationis latæ sententiæ.* & idem de æquipollentibus, vt addatur, ipso iure, ipso facto, statim, mox, & tunc eo ipso, & id generis: & ita si dicatur, *præcipio sub pœna excommunicationis ipso iure, ipso facto, aut statim incurrendæ;* qui contra talem prohibitionem aliquid fecerit, statim est excommunicatus, adiectio enim horum verborum satis significat intentionem legis, aut iudicis esse, vt contrafaciendo statim sine alia declaratione excommunicationem incurrat, ex Panorm. in cap. si diligenti. num. 18. Felin. in c. Rodulphus, num. 31. de rescrip. & colligitur ex cap. Quam sit. & ibi glos. in verbo. eo ipso, de elect. lib. 6. Tab. verbo, excom. 2. vers. sexto. Eodemque modo lata sententia est: si ad hæc verba, *excommunicetur, communione priuetur, suspendatur, interdicto subiciatur,* addatur, *latæ sententiæ, ipso iure, ipso facto.* & alia id generis, vt habetur in cap. quam sit, & c. religiosus, de elect. lib. 6. gloss. in cap. quicunque. §. inhibemus, in verbo: innodetur, de hæret. lib. 6.

8 Sic etiam sententia lata erit, quoties per imperatiuum alicuius verbi significans actionem, aliquid a iure, vel ab homine præcipitur, aut prohibetur: vt cum dicitur: *excommunicationi subiaceat,* vel quid simile, vt si dicatur *in excommunicationem incidat, incurrat.* argum. clem. 1. de pœn. & c. vnico, de iniur. lib. 6. Panor. in cap. si diligenti. num. 18. de foro compet. & in cap. dura sæpe, nume. 8. de crim. falsi. Tabien. verbo, excom. 2. versi. sexto. & Angel. verbo, excō. 2. §. 7. Henriquez, lib. 13. de excom. ca. 20. §. 2. Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. num. 14. & idem si dicatur: *Noueris te subiacere excommunicationi,* vel *decernimus te subiacere excommunicationi.* vt colligitur ex capite 2. de hæret. lib. 6. clem. 1. de sepult. Clemē. 2. de hæret. clem. vnica, de consang. Cum enim huiusmodi loquendi modo subiectio excommunicationis significetur, lata sententia dicenda erit, vt optime docet Fel. in cap. 1. nu. 16. de iudic. post Panorm. in ca. Clericis, de Cler. vel Monachi.

9 Pari modo sententia lata erit, quando profertur nomē adiectiuum excommunicatus; cum verbo substantiuo in aliquo tempore significante factum, vt si dicatur; *excommunicatus, seu suspensus sit: excommunicationis sententia innodatus sit: excommunicatus existat,* arg. clem. 1. de decim. & clemen. 1. & 2. de pœnis. & cap. fin. de rebus eccles. nō alienandi lib. 6. extrauagan. 1. de electio. & testatur gloss. in capitulo quicunque, §. inhibemus. in verbo. innodetur, in fine, de hæret. libro sexto, & sequuntur Panormit. in. in capitulo secundo numero 13. & in capitulo si diligenti, numero 18. de foro competen. Angelica, verbo excommun. 2. §. 7. Henriquez, lib. 13. de excō. c. 20. §. 2. Hugolin tab. 1. cap. 9. §. 6. nu. 9. & tab. 2. ca. 28. nu. 4. quicquid Nauar. in Man. c. 25. nu. 12. in contrarium sentiat existimās, verbum illud, [*Sit*] esse temporis futuri, cum tamen constet per futurum tempus ipso facto excommunicationem, aut aliam censuram, non incurri. Ceterum, dicendum, est verbum [*Sit*] in hoc loquendi modo, excommunicatus sit, & similibus, esse præsentis temporis, vt docet Bald. in l. 1. num. 1. C. de secund. nup. verbum autem temporis præsentis significat pœnam ipso iure inferri, vt docet Felin. in capite Rodulphus, num. 59. de rescript. & proinde hoc loquendi modo significatur excommunicatio maior quæ ipso iure fertur. Quod vniuersaliter verum esse puto, nisi aliunde contrarium constaret legislatorem, aut iudicem sic excommunicationem ferentem voluisse, excommunicationem non esse latæ sententiæ, sed ferendæ: prout accipi debent canones multi in dist. 30. vbi significatur, canones illos intelligendos esse de sententia ferenda, & non de lata. Vnde, non valet ratio allata Nauarri: Etsi enim verbum [*Sit*] futuri temporis optatiui sit, est tamen etiam, & imperatiui, & subiunctiui: & modus loquēdi in materia de censuris intelligi debet de imperatiuo, quando quidem legis virtus proprie non est optare sed imperare, præcipere, & punire, vt dicitur in l. legis virtus, ff. de leg. & tradit Tabiena, verbo excomm. 2. versic. sexto quæritur, post gloss. in cap. quicunque. in verbo, innodetur de hæret. lib. 6. & Panor. in c. si diligenti, nu. 18. de foro compet. qui citat pro hac re glos. iuris ciuilis, in l. in

10 criminali. C. de iurisd. omn. iudic. Idem dicendum est cū dicitur, *Anathema sit,* fertur enim excommunicatio maior ipso iure, vt notat Felin. cap. Rodulphus. nu. 58. de rescript. & addit. ad Panor. in cap. cum non ab homine. nu. 23. de iudic. Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 18. & tab. 2. c. nu. 4. Henriquez li. 13. de excom. c. 20. §. 2. Palac. 4. dist. 18. q. 3. & communis. Quod ex eo patet, quia nomen hoc, *Anathema,* execrabile, & vt vitandum quoddam significat, at si huc loquendi modo non esset lata sententia, non recte diceret Anathema, vt qui adhuc anathema non esset, nec vitandus, quia nondum excommunicatus. Vnde, & Concilia, & nouissimè Tridentinum, hoc nomine passim in damnandis hæreticis vtuntur, quos certum est voluisse de facto damnare, & excommunicare. Sic etiam lata sententia erit, si dicatur, *maneat excommunicatus,* aut si dicatur, *censeatur, vel habeatur excommunicatus, suspensus,* vt habetur in capite vnico, de iniur. lib. 6. Ange. versi. excommunicat. 2. §. 7.

11 De illo autem loquendi modo, qui frequens est in Bullis Pontificijs, *excommunicationem se nouerit incursurum,* significatur meo iudicio excommunicatio latę sententiæ, quia hoc modo non ponitur in futuro sententia, quæ potius supponitur iam præterita, sed ponitur in futuro incursio sententię ab eo, qui contra legem latam aliquid pręcipientem, aut prohibentem offendit. Et colligitur ex ca. non minus. de immunit. Eccles. & Excommunicationi, & ibi glos. in verbo, nouerint, de raptor. Idem si dicatur, *Noscas, vel cognoscas te excommunicatam, suspensam.* cap. præterea, 2. & ibi Imola, nu. 3. de appel. Idem si dicatur, *excommunicationis se nouerit mucrone percussum.* capit. vt inquisitionis, §. fin. & ibi glos. in verb. percussum, de hæret. lib. 6. & latius tradit Felin. in cap. Rodulphus, nu. 31. de script. & in cap. 1. nu. 17. de iudic. vbi ait, per hæc verba, *noueris te excommunicatum, scias te excommunicatum,* sententiam latam esse. Et idem si dicatur: *Noueris te excommunicationi subiacere.* in d. cap. Rodulphus, nu. 26. vers. noueris te subiacere. de rescript. Idem docet Tabi. verbo, excom. 2. vers. sexto quæritur. Et hanc sententiam sequutus late tradit Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 10. & est cōmunis. His igitur modis sententia lata censetur, hi n. frequētius usurpantur ad censuram latæ sententię significandam. Et quod de excommunicatione dicitur, de suspensione, & interdicto pari ratione dicendum est.

12 Ferenda uero censura, uarijs itidem modis significatur primo, quidem per simplicem eius comminationem, ut cum dicatur, *sub pœna excommunicationis, sub interminatione*

minatione excommunicationis, aut anathematis. sub interpositione excommunicationis. Sic glo. in cap. Salonitanæ. in verbo, *sub excommunicationis interpositione.* dist. 63. & glos. in cap. relatum. 2. in verbo, excommunicationi subditus, & ibi Panor. num. 5. de iure patron. & glos. in capit. sicut tuis. in verbo, sub interminatione Anathematis, & ibi Panor. num. 6. de simon. & glo. in cap. vnico, in verbo, sub anathemate, & ibi Panor. num. 3. de sagittarijs, & glos. in cap. 2. de matrim. contracto contra interd. eccles. Felin. in ca. dilectæ. col. 2. vers. secundo sunt. de excep. & facit quod not. in tit. C. comminat. vel epist. per totum. Facit etiam, quia quando iudex præcipit alicui, vt aliquid faciat, vel non faciat, sub pœna mille librarum (vt non parens non incidat incontinenti in pœnam, cum illa fuerit quędam comminatio de pœna infligenda. Idem docent S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 74. Angel. verbo, excomm. 2. §. 8. Tabien. verbo, excom. 2. vers. sexto quæritur. Hugol. Tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 15. Henriquez lib. 13. de excom. can. 20. §. 2. qui alios pro hac sententia refert. & Nauar. in Man. capit. 27. num. 12.

13 Sic etiam sententia ferenda significatur per verbum substantiuum, vel aliud verbum significans aliquid de futuro, vt cum dicitur: *Excommunicetis aliquem; vel qui hoc fecerit, erit excommunicatus, vel excommunicabitur.* Sic etiã si dicatur: *Excommunicetur, communione priuetur, excommunicationis vinculo innodetur.* ex glos. in cap. 2. §. inhibemus. in verbo, innodetur, de hæret. lib. 6. & in cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Panor. in c. quia propter. num. 3. & in cap. cum in cunctis. §. fin. num. 6. de elect. & in cap. si diligenti. num. 18. de foro com. Angelica, in verbo, excomm. 2. nu. 7. Tabien. verbo, excom. 2. ver. sexto quæritur. Nau. in Man. cap. 27. nu. 12. Hugol. Tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 7. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 20. §. 2. & hæc, quæ hactenus dicta sunt, in confesso sunt ferè apud omnes, his. n. modis plerumque excommunicationis censura aut lata est, aut ferenda significatur.

Quamuis hæc, quæ ab omnibus conceduntur, clariora sint, quam vt probatione aliqua indigeant, cum vsu, & praxi videantur esse confirmata; de alijs tamen loquendi modis res non ita certa est. Primò igitur, An his verbis à iudice prolatis; *Nullus Petro communicet*, excommunicatio maior feratur, disputant Doctores. In qua re, primò, certum est, excommunicationem hoc loquendi modo ferri, quando præcessit causę cognitio, & prolata sint hęc verba cum animo, & intentione excommunicandi, ex Panor. in cap. 1. nu. 34. de iudic. & Fel. nu. 28. ibidem. Cum enim non sint certæ verborum formæ præscriptæ, satis est ad eã ferendam vti quibuscunque verbis eam significantibus, & facit pro hac opinione cap. tuæ. & cap. tua. de sponsal. arg. à simili. Et hoc expressè tenent Ioan. Andr. & Guli. de Monte Lauduno in Clem. frequens. de excess. prælat. quos refert Panor. vbi supra. Secundò, certum est etiam, quando constat de intentione iudicis, si dicatur, *Nullus ei communicet, donec satisfactione præmißa absoluatur*; eo loquendi modo ipso iure excommunicationem ferri censeri. arg. c. 1. de iudic. & expressè tradunt Ioan. Andr. Guil. de Monte Lauduno, & Panor. vbi supra.

14 Solum dubium est, quando non constat de intentione iudicis, nec causæ cognitio præçesserit, & hæc verba simpliciter dicantur: *Nemo ei communicet*; an tunc excommunicatio feratur; Et quidem Panorm. vbi supra, nume. 34. in fine, partem negatiuam tenet, arg. cap. 1. de immunit. Eccl. lib. 6. eo quod non obseruatur debita forma Ecclesiæ, arg. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. vnde, esset præsumere delictum in proferente, contra cap. ad audientiam. de præscript. Decius verò in d. capit. 1. de iudic. lect. 2. nu. 24. affirmat. Quorum opiniones non malè mea sententia ea ratione conciliat Hugol. de Eccles. cens. tab. 2. cap. 28. nume. 3. quod opinio Panor. vera sit, si intelligatur de excõmunicatione maiore; hæc enim non solum priuat communione hominum, sed etiam Sacramentorum; cum tamen his verbis communio tantum hominum prohibeatur, vt per se patet; vnde maior excommunicatio vi horum verborum non fertur. Decij verò sententia vera erit, si de minori excommunicatione loquamur; hæc enim verba, prohibent communionem hominum, minor autem excommunicatio hominum communione priuat. Vnde, sicut excommunicatio maior fertur, vbi quis à communione hominum, & Sacramentorum remouetur, arg. cap. penult. de sent. excomm. & cap. Engeltrudam, 3. qu. 4. ita etiam excommunicatio minor fertur, vbi quis aut à communione Sacramentorum, aut à communione hominum tantum separatur, arg. ca. Episcopi. 11. q. 3. & arg. cap. fin. de Cler. excom. ministr.

15 Quoad hæc verba; *Fero in te censuræ Ecclesiasticæ sententiam*, nulla ratione fertur excommunicatio maior, quia quæ pœna his verbis lata sit, incertum, nomine enim censuræ non solum excommunicatio, sed aliæ etiam pœnæ significari possunt, incertitudo autem sententiam viciat. Sic; neque his verbis: *Ferio te mucrone Episcopi, aut mucrone Ecclesiastico*, fertur excommunicatio maior, cum his maior, cum his etiam verbis aliæ ab excommunicatione censuræ significari commodè possint, arg. cap. 1. de homicid. lib. 6. & pluribus docet Paul. Fusc. lib. 1. de regim. Eccles. cap. 31. Quæ opinio procedit, nisi hoc loquendi modo iudex excommunicationem hanc se ferre velle declaret; tunc enim, quia incertitudo tollitur, sententia valebit, arg. ca. cum cessante. de appellat. immò, si dicat, se his verbis omnem censuram ferre velle, omnes censuræ feruntur arg. extrau. Diuina. de priuileg.

16 Porro, nec his verbis: *Indignationem omnipotentis Dei: aut Apostolorum Petri, & Pauli, aut nostram incurrat*, excommunicatio fertur, sicut neque si dicatur: *sub obtestatione Diuini iudicij*; mortaliter tamen peccat, qui contrafacit. Idem dicendum est, quando præcepto non paretur facto in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub interminatione maledictionis, quamuis enim contrafaciens peccet, excommunicatus tamen non erit, ex Felino, in cap. veniens. nu. 1. de præscrip. & Gemin. in cap. 1. nu. 5. de sepult. num. 6. Angelica, verbo, lex, num. 3. Armilla. eod. nu. 24. Paul. Fusc. & Hugol. vbi supra. Immò, neque his verbis, *Male-*
17 *dico tibi*, excommunicatio fertur, quamuis contrafaciens mortaliter peccet, ex Zabar. in clem. 1. §. penul. de hæret. & Felin. in d. ca. veniens. Neque excommunicatio fertur si iudex dicat: *Denuncio, vel habeo te pro excommunicato*, ex Goffred. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Angel. verb. exc. 2. numero 4. Pisanel. verbo eod. 1. vers. quomodo debeat. Siluest. verbo, excommunic. 1. numero 15. Armilla, eod. numero decimoseptimo, Hugol. tab. 2. cap. 28. numero 4. & Nauar. in Man. cap. 27. numero 12. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 20. §. 2. secus, quando profertur in canone, & decreto, aut in excommunicatione conditionali, quales sunt omnes quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura, ex Nau. & Henriquez vbi supra. Nec denique his verbis: *Sicut excommunicatus vitetur*, fertur excommunicatio ipso iure, vt notat Tab. in verbo, excomm. 2. versic. sexto quæritur, post Panormitan. in capitulo super specula, ne Cler. vel Monachi, notat. secunda, Quibus igitur verbis excommunicatio ferri debeat, & quando sententia lata, aut ferenda sit, ex dictis constat.

18 Quoad sententiam excommunicationis, & aliarum censurarum quæ sub conditione ab homine feruntur (posse enim sub conditione ferri, constat ex capitulo præterea, 2. de appellat. & DD. ibi iuncto capitulo Romanæ. §. caueant. de sent. excom. libro 6. & DD. ibi) eadem forma seruanda est; In qua tamen hoc aduertendum est, excommunicationem sic sub conditione latam, nunquam afficere eum, in quem lata est, donec dies, vel conditio adueniat, non enim prius lata censetur; adueniente autem die, vel conditione, vires suas habet tantum, non autem trahitur retro ad diem pronunciationis, cum in his spiritualibus, fictionibus locus non sit, sed ueritas sola attendatur,

tur. ex Archid. in cap. vnico, de voto, lib. 6. & Panorm. in ca. consuluit. num. 2. de iure patron. Pisan. verbo, excom. 1. versic. vtrum sententia excommunicationis. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 10. num. 6. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. eccl. tab. 1. ca. 20. §. 6. nu. 1. Vnde, etiam pendente conditione appellare licet, & appellatio huiusmodi impedit effectum sententiæ, conditione etiam post modum adueniente, vt communis DD. sententia docet, post glos. in d. cap. præterea, a. de appellat. & Innocent. & Hostien. ibi. & Ioan. Monach. in cap. quicunque. de sent. excomm. lib. 6. Pisan. & Couar. vbi sup. §. 10. nu. 4. versic. immo licet alioqui. & nume. 6. Nauar. in ca. cum contingat. 14. causa nullit. nu. 7. de rescript. vbi testatur esse communem contra Panor. quem sine ratione sequutus est Hugol. vbi supra.

19 Si vero pendente conditione excommunicatus forum mutet, adueniente conditione, nihilominus in excommunicationem incidet, dummodo is, in quem excommunicatio sub conditione lata est, iam aliquid fecit, vnde obligatio orta est, quamobrem iudex, vt aliquid faceret, sub ea pœna præcepit, arg. capi. præterea. a. de appell. iuncto cap. proposuisti, de foro compet. vt latius tradunt glos. in d. cap. præterea. 2. in verbo, impedire, de appell. & ibi Innoc. num. 1. & Panor. nu. 10. Maria. Socin. in cap. sacro, num. 152. qui ait esse communem opinionem, de sent. excommun. Pisan. & Hugol. vbi supra, num. 4. Ratio est: quia hic ante fori mutationem à iudice per sententiam præuentus est, quo casu iurisdictio, mutatione fori non tollitur, sed eidem quoad hanc causam, semper subiectus est, vt habetur in cap. penul. de foro compet. Etenim, vbi iudicium cœptum est, ibi etiam finiri debet, vt dicitur in l. vbi acceptum, ff. de iudic. Qua ratione, si Episcopus generaliter excommunicet omnes, qui res ecclesiæ alicuius detinent, nisi intra viginti dies ipsas restituant, sententiæ tempore, subditi, si forum mutent, & res furto sublatas non restituant, excommunicationem incurrunt. arg. ca. præterea, a. de appel. & cap. proposuisti, de foro comp. & a1g. c. 1. de offic. ordin. Id quod verum est, nisi causa obligationis cessaret, nimirum, vel quia æs alienum, cuius causa est excommunicatus, a creditore interim sibi condonatum sit; vel quia beneficio se abdicauit, ob quod excommunicatio lata est; tunc enim eo quod excommunicationis causa cessat, etiam cessabit effectus, ita vt excommunicatio in eum vires non operetur. Sicut etiam, si Episcopus in Petrum sententiam excommunicationis ferat, nisi intra tantum temporis in ecclesia resideat; & Petrus in alterius diœcesi beneficium aliud consequatur, vnde primum vacet, iuxta capit. multa, de præbend. quod erat in diœcesi Episcopi excommunicantis; aut vxorem duxerat, quia tunc etiam beneficio priuatur, cap. 1. de Cler. coniug. in excommunicationem eo quod non resideat, non incurrit. Dixi, dummodo is, in quem excommunicatio lata est, aliquid fecit, vnde obligatio orta est; quia si nihil huiusmodi commiserit, mutetque postea forum, non incurret in excommunicationem, si, mutato foro aliquid faciat, quod à priori Episcopo sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit; cũ nullo modo sub prioris Episcopi iurisdictione sit.

20 Difficultas solum est, quando iudex præcipiat debitori, vt soluat infra certum terminum, alioquin sit excommunicatus, an terminũ creditor prorogate possit, vt exempli gratia, si Episcopus Petrum excommunicet, nisi intra mensem satisfaciat Ioanni, an Ioannes tempus illud prorogare possit, ita vt prætérito mense ob factã à creditore prorogationẽ Petrus excõicatus non sit? In qua re, licet Innoc. in ca. præterea. 2. num. 5. & Ioann. Andr. & Host. vt refert Panorm. ibi, num. 4. de appellat. & Zabarel. in clemen. 1. nume. 18. de iureiur. velint excommunicatum esse, eo quod creditor effectum excommunicationis differre non possit, cum iurisdictionem non habeat ad tollendam sententia à iudice latam; econtra verò Panorm. vbi supra, & Ancha. in cap. quicunque nu. 3. de sent. excomm. lib. 6. & Decius in d. cap. præterea nu. 3. & alij hunc excommunicationem non incurrere velint, cum creditor, sicut totum debitum remittere, ita multo magis diem ad soluendum debitori datum prorogare possit, verius tamen sentiunt, qui excommunicatum illum dicunt, si iudice inscio prorogatio facta sit, ob rationem allatam; quãuis si iudex prorogationem à creditore factam nouerit, & tacuerit, aut eidem aliquo modo consenserit, nullo modo tunc excommunicationem debitor die constituto non soluens incurret, eo quod de consensu iudicis, qui excommunicationem tulit, prorogatio facta esse existimetur, argu. l. sæpè, ff. de re iud. & Pisanel. in verbo, excommunicatio, 1. ver. quid si Iudex, & Hugol. de eccl. cẽs. tab. prima, c. 20. §. 6. nu. 5. latius tradunt. & tunc si adueniẽte secundo termino non soluerit, excommunicatus erit, quia vt auctores præfati docent, terminus cum omnibus suis accessorijs prorogatus esse cẽsetur. ex Innocent. Panor. Pisan. Hugol. vbi supra. Felin. in ca. ad aures, num. 1. de simon. & facit l. sed & si manente, ff. de precar. Si tamẽ persona aliquo modo sibi reputet satisfactum, cessat tota exc̃omunicatio, ex Pisanel. vbi supra, & Summa confess. lib. 3. tit. 33. q. 76. Et de forma excommunicationis siue purè, siue sub conditione lata sit, & quibus verborum formis ferri debeat, & quando obliget, hactenus dictum sit.

De conditionibus, & circumstantijs ad ferendam excommunicationem requisitis. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Conditiones quædam excommunicationem præcedere, quædam subsequi debent.*
2 *Excommunicatio non ex odio, sed ex zelo iustitiæ ferri debet.*
3 *Iudex excommunicaturus quid prius debeat meditari.*
4 *Excommunicationis pœna, si nõ ipsi, cui imponitur, alijs, tamen semper salutaris est.*
5 *Monitio prærequiritur ad excommunicationem ferendam, & quare.*
6 *Monitio tam in hominis, quam in iuris sententia est necessaria, sed alia & alia ratione.*
7 *Monitio prærequiritur tam in sententijs ferendis à Prælatis regularium, quam à prælatis secularium.*
8 *Monitio necessaria est, etiam quando quis iterum ob eãdem causam excommunicatur.*
9 *Monitio non solum prærequiritur, quando Iudex procedit ex officio, sed etiam quando alio petente excommunicat.*
10 *Monitio ob quos fines facienda sit.*
11 *Monitio facienda est coram personis idoneis ad testificandum, & hoc quare.*
12 *Monitio, seu citatio, vt ad domum ipsius excommunicati fiat, quando sufficiat.*
13 *Monitus semel personaliter non necessario iterum sic admonendus est.*
14 *Monitio, quæ ad notitiam ipsius citati peruenit, sufficit, ne iterum personaliter admoneatur.*
15 *Monendus necessariò non est, qui iterum ob eamdem causam, seu absolutionem male receptam excommunicatur.*
16 *Monitio in aliquibus casibus licitè omitti potest.*
17 *Monitio an necessaria sit, vbi quis pro delictis notorijs excommunicatur.*

18 *Monitio*

18 *Monitio an omitti poterit, vbi est periculum in mora.*

19 *Monitio necessaria non est, quando excommunicatio generalis pro culpis futuris fertur.*

20 *Monitio an necessaria sit, quando excommunicatio fertur à Iudice, non vt Iudex est, sed vt persona priuata, & vice partis agens contra occupantem res Ecclesiæ.*

21 *Monitionem an prælatus Regularis subditum suum excommunicaturus necessario præmittere teneatur.*

22 *Authoris opinio in præmittenda monitione in excommunicatione Regularium.*

23 *Monitio an præmittenda sit, quando excommunicatio fertur ob delictum in præsentia Iudicis commissum.*

24 *Monitio an necessaria sit, vbi Iudex excommunicat excommunicatum à iure propter idem delictum.*

25 *Monitio necessaria non est, quando is, qui excommunicat, merus, & simplex executor est.*

26 *Monitio quamuis regulariter præmitti debeat, ea tamen omissa, excommunicatio lata valida est, & quare.*

27 *Monitio omissa, excommunicatio nulla est, si iudex exprimat se omittere monitionem, eo quod de iure non sit necessaria.*

28 *Excommunicatio sine monitione præmissa nulla est, quando fertur in Monitorio aliquo executorio, sine Clausula iustificatiua,* Si te senseris grauatum, &c.

29 *Excommunicatio absque præuia monitione est nulla, quando Iudex excommunicat participantes cum excommunicato à se, ea non præmissa.*

30 *Excommunicatio non præmissa monitione cur valida sit, quando Iudex excommunicat participantes cum excommunicato ab alio, non autem cum excommunicato à se.*

31 *Monitionis præmittendæ iuri, ita, vt ea non præmissa excommunicari valeat, nemo cedere potest.*

32 *Monitio præmittenda competens, & Canonica esse debet, & quænam hæc sit.*

33 *Monitio trina præmittenda cum aliquo dierum interuallo fieri debet.*

34 *Monitio per interualla dierum qualiter facienda sit.*

35 *Monitio vna pro tribus quomodo fieri debeat.*

36 *Monitionis termini pro diuersa necessitate, & facti qualitate, ad Iudicis arbitrium, ampliari, vel restringi possunt.*

1 PRæter formam verborum, quibus exprimi debet in præsenti aliquem extra Ecclesiam eijci, & Ecclesiæ communione priuari, aliæ etiam conditiones, etsi non necessario; ad excommunicationem tamen debitè ferendam requiruntur; quantum aliquæ requiruntur, antequam sententia fertur; quædam simul cum fertur; quædam subsequi debent; quædam denique sunt, quæ adesse debent, & antequam fertur; & simul dum fertur; & postquam lata est. Præcedere, comitari, & subsequi sententiam excommunicationis debet vnum, scilicet, vt absit omnis inordinata affectio in Iudice excommunicante, vt non ex odio, amore, aut gratia, sed ex simplici zelo iustitiæ, & ex debito sui officij sententiam ferat, aut in iam lata sibi complaceat. Vnde in c. cum medicinalis. de senten. excommun. lib. 6. dicitur: *Cautè prouideat Iudex Ecclesiasticus, vt in ea, idest, excõmunicationis sententia ferenda, ostendat se prosequi quod corrigentis fuerit, & medentis: ita scilicet, vt excommunicatio medicinalis esse possit, idest, salutifera excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans.*

3 Hinc Doctores vno consensu docent, quòd antequam Iudex huiusmodi sententiam proferat, debet prius meditari, quid agat, & ita discretè agere, vt ipsa excommunicatio nedum sit iusta ex animo, sed etiã ex causa; vt enim ait glossa 11. q. 3. in Summa, & cap. Episcopus. §. si ergo. 11. quæst. 3. & in cap. sacro, in verbo, iusta fuerit, de sent. excomm. & in cap. cum medicinalis. in verbo, medentis, eod. tit. lib. 6. ex animo, ordine & causa sententia iniusta, aut iusta esse potest. Vnde, in consideratione Iudicis id agendum est, vt quæ Dei sunt prosequatur, non quæ sua, aut suorum, arg. cap. ipse ligandi, & capit. plerumque, 11. q. 3. Qua de causa Ioan. And. & Domin. in cap. Romana. de sent. excom. lib. 6. Gemin. & Steph. Costa, in cap. cum medicinalis. num. 4. eod. tit. & lib. & ibidem etiam Ioan. Andr. Sanct. Thom. 4. d. 18. quæst. vlt. ar. 2. Panorm. in c. ab excommunicato, num. 20. de rescript. Felin. in capit. Apostolicæ, colum. 4. & 5. de except. Ioan. Calderin. repet. in d. capit. ab excommunicato. Paul. de Leazar. in repet. capi. fin. de postulat. prælat. Couar. in cap. alma mater. in princip. num. 10. de senten. excom. lib. 6. docent, & consulunt, quod si Iudici constaret excommunicationem Reo nõ profuturam, illam ferre non debeat; quorum dictum, vt verum sit, intelligi debet, nisi delicti qualitas ad alio- 4 rum saltem terrorem hunc postularet, & ad vitandum, ne eius commercio alij seducantur: solet enim nonnunquam pœna, etsi non ipsi, cui imponitur, alijs tamen esse salutaris, qui punitorum exemplo territi, delinquere timent, arg. cl. 1. de offic. ordin. & c. irrefragabili. tit. eod. & c. ad liberandum. de Iudæis, & ca. quapropter. 2. q. 7. & eleganter tradit S. Tho. 1. 2. q. 87. art. 7. post Arist. 2. Ethic. cap. 3. sed & Gratianus 24. q. 3. cap. resecandæ, ex S. Hieronymi testimonio vtile esse docet, vnum excommunicare, & à consortio aliorum separare, vt sic incolumitati aliorum consulatur, ait enim S. Hieron. in Epist. ad Galat. cap. 5. *Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosæ oues à caulis repellendæ, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant.* Et latius tradunt Alexand. de Ales, in 4. par. Summæ, quæst. 22. membr. 1. art. 1. §. vers. ad illud quod obijcitur. & Richar. 4. d. 18. art. 3. quæst. 1. & Hugol. de eccles. censur. tab. 1. capit. 14. §. 7. nu. 1.

5 Antequam autem sententia excommunicationis feratur, prærequiritur monitio, de qua nõnulla sunt notanda.

Primo annotãdum est, monitionem istam necessariam esse, quotiescunque excommunicatio respicit futurum, quod est commune in omnibus ab homine latis, vnde solent Canonistæ communiter dicere, excõmunicationem non ferri ab homine nisi propter contumaciam. Quæ veritas colligitur ex capi. sacro, & capi. contingit, 2. de sent. excomm. cap. Romana, versic. sed nec. eod. lib. 6. & capi. reprehensibilis. & ibi DD. de appellat. glo. in cap. statuimus. in verb. monitionem c. cum medicinalis, & cap. constitutionem, de senten. excommun. lib. 6. Innocen. in cap. ad hæc, num. 3. de appell. Marian. Socin. in cap. perpendimus. num. 67. & 91. de senten. excom. Angelica, verb. excom. 1. num. 1. Pisanella, verbo, excom. 1. num. 1. Pisanella, verbo, excom. 1. versic. quomodo debeat fieri. Tabiena, verbo, excom. 2. in princip. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Gabr. 4. dist. 17. q. 2. ar. 2. cõcl. 7. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. conclus. 3. Nauar. in Man. cap. 27. num. 10. & 11. Couar. in ca. alma Mater, 1. par. §. 9. num. 4. Hugol. de Eccles. cens. tab. 1. ca. 18. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 17. §. 3. Stephan. Costa, in capit. cum medicinalis, num. 20. de sent. excom. lib. 6. Cuius ratio est: quia excommunicatio ferri non debet nisi ob inobedientiam, & contumaciam; nemo autem præsumitur contemnere exterius, nec pœnam repellere Ecclesiæ, nisi moneatur prius sub pœna excommunicationis; quamuis enim aliud constet, præsumitur, quod ita monitus obediet timore tantæ pœnæ. vnde prius admonendus est, antequam sententia excommunicationis (& idem de suspensione, & interdicto dicendum est) proferatur. Id quod procedit

6 Primò, siue sit sententia hominis, siue iuris; & quidem

in

vel incendium commiserit, & huiusmodi; ita post factum potest excommunicari, quicunque fecit. Vnde existimat B. Gregorium excommunicasse quendam occultum aothorem libelli infamatorij pro peccato tantum præterito, & habetur in c. quidam maligni, 5. q. 1. alij tamen omnes nec Papam pro peccato præterito absolute excommunicare quempiam posse docent, nisi in futurum pendeat scandalum, restitutio, aut satisfactio. Sic Sotus lib. de iusti. & iure, q. 6. art. 1. versi. illud tamé argumentum. & 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 4. & de tegendo secreto, memb. 2. q. 6. ad secundum. Nauar. in c. inter verba, no. 304. Pet. Nau. lib. 2. de restitur. c. 4. no. 164. Michael Salon in 2. 2. q. 69. art. 2. controuersia 7. ad tertium. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 3. Hugol. de eccles. censur. tab. 1. ca. 9. §. 5. num. 5. Gouar. in cap. alma mater, 1. p. §. 10. num. 4. Steph. Costa in ca. Romana, num. 7. de sent. excomm. lib. 6. Ludouicus de Beia Palestrelus in respon. casuum conscientiæ, parte 2. casu 2. in fine, & colligitur ex d. c. Romana. §. caueant. de sent. excommun. lib. 6. vbi Innocentius IIII. prohibet, ne pro commissis culpis excommunicationem ferant sub hac forma: Si de illis infra tale tempus minime satisfecerint; & ratio est manifesta: quia excommunicatio non fertur nisi in rebellem, & inobedientem, cum non aliter data sit ecclesiæ potestas, vt quempiam habeat tanquam Ethnicum, & Publicanum, quam si eam non audierit. Matth. 17. & c. si episcopus. 11. q. 3. inobedientia autē non respicit præterita, quæ iam non sunt in hominis facultate, quin sint facta, sed solum futura. Nec Apostolus Corinthium illum excommunicauit, quia fornicatus fuerat, sed quia permanebat in suo delicto, nec pœnitebat obediendo. Deinde excommunicationem omnem præcedere debet admonitio, vt est definitum in ca. sacro, & c. per tuas, de sent. excom. & c. Romana. §. porro, & c. constitutionem, de sent. excom. lib. 6. & idem si sit ab homine, admonitio expresse, & explicitè debet præcedere; si a iure, ipsum ius valet pro admonitione: circa præteritum autem, locum non habet admonitio. Et certe si quis pro peccato præterito excommunicaretur, sæpe eum excommunicari contingeret, qui iam esset de eo contritus, & in gratia, cum tamen non nisi ob mortale peccatum excommunicari quis debeat. Cui denique accedit vsus, & praxis Ecclesiæ, quæ neminem vnquam sub hac forma excommunicat: *Excommunico te quia hoc fecisti*, (sic enim pro peccato præterito excommunicaret) *sed nisi hoc feceris, nisi ablatum restitueris, aut satisfeceris, aut si hoc credideris, aut hoc feceris*, arg. cap. præterea requisiti, de appel. quo modo excommunicantur a iure hæretici, percussores clericorū, & alij. Nemo igitur pro peccato præterito absolute excommunicari potest, sed solum si scandalum, aut restitutio, aut satisfactio in futurum pendeat, & mora in his præstandis præcedat, aut alia rationabilis causa subsit, vt in d. c. Romana, §. caueant. de senten. excom. lib. 6. Pontifex statuit, Si enim quis aliquid furatus sit, & monitus noluit satisfacere: aut peccatum aliud commisit, & monitus pœnitere recusat, aut alicui pecunias debet, & monitione præmissa non vult satisfacere; tunc quidem iuste in tales excommunicatio ferri poterit, sub hac conditione, nisi intra tantum temporis restituerit, aut satisfecerit, aut pœnituerit, excommunicatur, quo casu non pro peccato præterito, sed pro præsenti inobedientia, culpa, & mora in non restituendo, aut non satisfaciendo excommunicationem incurrit. id quod ex d. cap. Romana. §. caueant, colligitur. Et hac ratione Apostolus Corinthium, vt diximus, incæstuosum prius monitum, quia permanebat in delicto, nec obedire volebat pœnitendo, iustè excommunicabat. 1. Corint. 5. Sic S. Ambrosius ingressum Eccl. Theodosio Imperatori interdixit, eundemque excommunicauit, nisi cū pœnitentia publica pro cæde apud Thessalonicā facta satisfaceret, prout ex Theodoreto lib. 5. hist. ca. 18. & Niceph. lib. 12. hist. ca. 41. Ruffino lib. 11. hist. c. 18. & c. cum apud Thessalonicā, 11. q. 3. colligitur.

26 Eadenique hac ratione S. Gregorius aothorem libelli infamatorij excommunicauit, non quidem ob commissum delictum (vt voluit Caiet.) nec supra debitum prodendi se absolute, aut conditionaliter, sed nisi restitueret famam, ad quam tum iure naturæ, tum ob Papæ præceptum tenebatur, etiam cum periculo propriæ famæ; & etiam si sic maneos in peccato, & non satisfaciens, Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sumere præsumeret. Nam ibi sic habetur: (*Si vero quia latet, & quoniam nescitur, teneri ad disciplinā non valet, si tanti mali conscius, & prohibitus, corpus, & sanguinem Domini percipere præsumit, anathematis vltione percussus sit*. Excommunicatio igitur fertur super id, quod erat futurum, & dè sua natura malum: nimirum, si famam ablatam non restitueret, aot in peccato commisso persistens Eucharistiam sumere præsumeret: Siquidem infamator non restituens famam, quā potest, & iure naturæ supposito, sine periculo vitæ, etiam cum propriæ famæ iactura, quando alius restituendi illam non reperiatur modus, restituere tenetur, existit in peccato mortali; existens autem in peccato mortali a Sacra communione abstinere debet. Quæ solutio authoribus prædictis, & mihi maxime placet: nam per idem se habuit illa excommunicatio D. Gregorij, sicut quæ nunc communiter feruntur ab Episcopis contra non restituentes aliena: non enim excommunicantur pro peccato præterito furti, quo illa rapuerunt, sed pro peccato, in quo perseuerant, nolentes ea restituere, cum ad id iure naturę simpliciter, & citra omnem censuram teneantur. Non igitur ob peccatum præteritum excommunicatio ab homine absolute ferri debet, vt late tradit Panor. in c. P. & G. nu. 7. de offic. deleg. nec etiam sub ea conditione, si intra certum diem, vel temporis certum non restituerit, aut satisfecerit, nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa præcesserit, vt in d. c. Romana. §. caueāt, præcipitur; Est enim omnino necessarium, quod mora ista, seu culpa præcedat per monitionem competentem, trinam scilicet, & canonicam, vt patet ex d. cap. Romana. §. porro § caueant. Hinc constat, quod d. c. Romana. non repugnet ca. præterea requisiti, de appellat. vbi Celestinus Papa III. docet posse quem excommunicari ea conditione, si intra viginti dies Sempronio non satisfecerit, aut quantitatem debitam ei non soluerit. Respondetur enim in casu d. cap. præterea, moram, trina canonica monitione, aut vna sufficienti præmissa, in non satisfaciendo præcessisse; vnde, si nulla præcesserit monitio, aut mora illa culpabilis loco monitionis non habeatur, excommunicatio sub hac forma contra aliquem lata, si intra certum diem non satisfecerit, nulla erit: nec qui intra talem diem non satisfecerit, excōmunicatus erit, cum, vt diximus, necessaria sit monitio, ad hoc, vt quis excommunicatione ligetur. Quod si quis petat, quando erit reperire casum, in quo non intercedat mora, culpa, vel offensa, ita vt excommunicatio in commissum peccatum lata non teneat? Respondetur cum glossa, in d. §. caueant, in verbo, offensa, si iudex statim post condemnationem factam in persona præcipit, quod soluat, aliàs excommunicetur, hic non præcessit mora: aut vadit ad Ecclesiam, & inuenit clericos sollicitos circa horas, & tamen excommunicat, hic non intercessit culpa: aut inuenit clericos bene continentes, & excommunicat eos, qui non seruant continentiam, hic non præcessit offensa, vnde talis excommunicatio sine debita monitione lata, non valet.

27 Ceterum licet communiter requiratur monitio præcedens sententiam, dari tamen potest casus, in quo excommunicatio contra aliquem ferri possit sub hac conditione, si infra certum tempus non satisfecerit, etiam nulla præcedente mora, culpa, vel offensa, scilicet si consensus ipsius excommunicandi accedat, in hunc modum, si quis coram iudice Ecclesiastico promittat soluere centum Petro intra mensem, subiturus alioquin excommunicationis censuram ab eodem iudice statim in eum ferendam; quamuis enim trina monitio præuia instituta sit, ad hoc vt excommunicatio sit iusta, in vtilitatem publicam, cui priuatus

natus cedere non potest, in casu tamen hoc, quo debitor promittit se centum Petro intra tale tempus persoluturum, non consentit in ipsum statim fieri excommunicationem sub ea conditione, nisi soluerit Petro intra certum tempus, sed accipit tempus illud vnius mensis, pro canonica monitione, & se fore culpa affectum, & dignum excommunicatione fatetur, si infra tempus illud centum non soluerit Petro: ideoque iuste hoc modo excommunicatio in eum fertur, vt latius tradunt Innoc. Host. & Panor. in c. cum sit Romana, sub finem, de appellat. quos referunt, & sequuntur Nau. in c. cum contingat, de rescrip. §. nullitatis causa, nu. 4. & 5. & Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 10. num. 4. de sent. excom. lib. 6. Et ita defenditur vsus Curiæ Romanæ. vbi frequentissime qui pensionum constitutioni & reseruationi consentiunt, a Papa, vel ab eo, qui eius vicaria opera ad hoc vtitur, excommunicantur maiori excommunicatione, ea conditione, si pensionem die constituto non soluerint: immo & ratione huius consensus non poterit, qui consensit, ab hac sententia excommunicationis pendente conditione, nec ante diem appellare, vt Inno. Host. Panor. & Couar. vbi supra scribunt. Quæ omnia ideo defendi possunt, quia fiunt ex consensu ipsius excommunicandi. A dicto autem die, seu conditione, & non ante, excommunicatio vim suam sine vlla alia monitione habet.

28 Causa igitur, vt rem paucis absoluamus, ob quam excommunicatio feri potest, & debet, est peccatum mortale proprium, graue contumaciæ, & inobedientiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat; ita S. Thom. in addit. 3. par. q. 21. art. 3. Alex. de Ales 4. par. Sum. q. 2. memb. 1. art. 3. S. Bonau. 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 2. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 2. Ioan. Bacbon. 4. d. 18. q. 1. art. 1. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. Corol. 1. et 2. Dur. 4. d. 18. q. 3. nu. 7. Sotus, 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. artic. 3. Henriquez. lib. 13. de excom. cap. 17. §. 3. Nau. in Man. cap. 27. nu. 9. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 9. nu. 4. S. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 73. Pisanella. verbo. excom. 1. vers. Quibus ex causis. Angelica, verbo, excom. 1. num. 22. Tabiena. verbo, excom. 1. vers. tertio, vtrum excommunicatio. Hugol. de eccles. cens. tab. 1. c. 17. §. 7. & c. 18. §. 3. Panor. in c. qua fronte, num. 7. de appellat. & in c. significauit, num. 1. & 4. de offic. ordin. & c. cum non ab homine. num. 25. de iudic. & in c. cum sit Romana. num. 33. & in c. fraternitati, num. 1. de cler. excom. ministr. & in rubr. num. 1. de sent. excomm. & in cap. officij, num. 1. tit. eod. & in cap. ex parte. num. 3. de verb. signif. Ioannes Crotus in capit. vt animarum. num. 26. de constitut. lib. 6. Steph. Costa in capite Romana. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. ex parte. 1. in verbo, pro contumacia, & verbo, iussus, de verb. signif. & colligitur ex Matth. 18. vbi solum excommunicandus dicitur is, qui præmissis salutaribus monitis, Ecclesiam audire non vult, & latius traditur in cap. nemo Episcoporũ. 11. q. 3. vbi inter alia dicitur: Quia anathema est æternæ mortis damnatio, non nisi pro mortali imponi debet crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi. Huius autem incorrigibilitatis signum est, contumacia, solus enim contumax refugit correctionem, contumax
29 enim quasi tumidus, vt vox ipsa denotat, & elatus factus, ecclesiam audire contemnit, dum iudicis præceptum, quo aliquid fieri præcipitur, aut non fieri prohibetur, obseruare contemnit. Siue ergo lex aliquid præcipit, aut prohibet sub excommunicatione, siue homo, qui non obtemperat, contumax esse censetur: contumacia enim nihil aliud est, quam inobedientia quædam, qua ius dicenti non paretur, arg. l. contumacia. ff. de re iud. & ca. 2. & ibi glo. in verb. contumaciter, de dolo, & contumac. Et denique ob solam contumaciam siue a iure, siue ab homine excommunicationem ferri posse, & debere, inde probatur, quod excommunicatus statim atque a contumacia discedit, & Ecclesiæ parere paratus est, a quacunque excommunicatione iuris, vel hominis incursa ecclesia eum absoluit, etiam post mortem, vbi id opus fuerit, vt habetur in cap. ex literis, de constitu. & c. a nobis. 2. & c. sacris de sentent. excommunic. & DD. ibi.

30 Ceterum vt ex c. solet, & c. venerabilibus. §. porro, & ibi glos. & Steph. Costa. n. 3. de sent. excomm. l. 6. & c. per tuas, eod. ti. in antiq. & c. ex parte, 1. de verb. sign. colligitur, contumax quis duobus modis esse potest, nimirum manifestus, & præsumptus, & vterque excommunicari iuste potest. Multis item modis de manifesta contumacia conuinci potest.

Primo quidem vbi in iudicio monitus, & citatus, vt ad talem diem compareat, aut creditori suo satisfaciat, ipse coram iudice, etiam pro re alia sedente, & præsente aduersario, respondet se id nolle facere, aut nolle comparere, nulla probabili, aut legitima ratione reddita.

Secundo, si citatus, & monitus ad aliquid faciendum, vel ad comparendum, vel ad desistendum a re prohibita sibi a iudice, extra iudicium, se nolle venire, facere, aut desistere dixerit, dummodo de hoc plena fides fieri possit, quicquid glos. in c. venerabilibus. §. porro, in verbo, in iudicio, de sent. excom. l. 6. id verum esse neget, si id extra iudicium dixerit, quod verum esse potest, quando non potest probari illum ita dixisse, secus autem, si probari possit, vt diximus; ad quod probandum non sufficit, vt hoc interim breuiter dicamus, quod nuncius dixerit, citatum respondisse, se nolle venire: Siquidem nuncio duntaxat creditur de eo, quod illi commissum est ad actum merum citationis, vt illi credatur, an citauerit, necne: sed si quid vltra dixerit, ei non creditur, puta si referat, quod citatus dixit se nolle venire: vel quod non comparebit vnquam coram iudice citante: vel si quid aliud referat quam sit sibi commissum, de qua re latius agunt DD. in c. cum parati, de appellat. & in c. quoniam contra falsam. de probat. & in l. si quis Decurio, C. de falsis, & glos. in d. §. porro, in verbo, in iudicio.

Tertiò, Si constiterit ipsum fuisse, & esse personaliter citatum, vt quia citatio ipsa apprehendit eum principaliter, & ille sic citatus noluerit venire, dummodo aliàs non appareat de legitimo impedimento, vt probat textus in d. §. porro. in versiculo, idem est, ad finem, ibi, pro eo quod in itinere captus est. Immò & fortius dicetur quis manifestus contumax, etiam si a principio citatio illum non apprehenderit personaliter, sed ex facto habuit notitiam ipsius citationis, qua spreta, neglexit comparere.

Quarto; si contra prohibitionem facit aliquid, quod negare non potest: vt si prohibitum ei sit, ne concubinam intra domum teneat, eam tamen tenet, omnibus, vel maiori parte viciniæ id scientibus, & dicitur hoc notorium facti. Quinto per iudicis sententiam, vt cum iudex aliquem ad comparendum tali die citauerit, & ipse locum tutum sibi non esse respondit, iudex tamen locum tutum pronunciet, ipso non appellante. His omnibus modis verus contumax esse dicitur, & excommunicari potest.

31 Contumax alius præsumptus excommunicari potest, vt in d. c. venerabilis, in §. porro, habetur. Et hæc contumacia varijs modis conuinci potest.

Primo, Si citatus extra iudicium, & absente aduersario se cõparere nolle dixit, talis etiam si postea mutata voluntate venire volebat, sed tamẽ aliquo impedimento, puta valetudine, tempestate, vi fluminum, aut alia de causa detentus est, vt venire non possit, contumax esse præsumitur. gl. in d. §. porro, in verb. impedimento.

Secundo, vbi nihil dixit, sed vel latitauit, vel alio modo curauit, ne ad eum citatio veniret, vt habetur in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata.

Tertio vbi quis parere noluit, aut non potuit, sed tamen nullo ex prædictis quinque modis id manifeste constar, quia enim non venit, aut quod præceptum ei fuit, non fecit, Ecclesia eum contumacem esse præsumit, ideoque hac de causa eum excommunicare potest. De qua re

latius

Legist. & in l. Dinus. ff. de in integr. restitut. & Canonist. d. §. porro. & in clem. si ante. de dolo, & contum. & ibi Benedictus Capra, num. 11. 12. & 13. Guil. de Monte Laud. in d. clement. num. 1. Paulus de Elcazar. in tr. de dolo, & contum. num. 9. Steph. Costa, vbi supra, & alij.

Ponuntur autem tres modi contumaciæ in cap. certum est. 11. q. 3. pro quibus excommunicatio fieri solet, vbi dicitur: Certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere; cum ad Synodum canonice vocatus venire contempnit: aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitam causæ suæ examinationem a Synodo abire præsumit. Quod autem hic dicitur de synodi tribunali, etiam de foro cuiuscunque iudicis intelligi debet. Quocunque ergo horum modorum quis contumax fuerit, & iussus a iudice, vel a Lege aliquid facere, vel non facere: vt satisfacere, restituere, emendare delictum, & non obedit, tanquam contumax excommunicari potest. Ex eo enim, quod superioris præcepto, cui obedire tenetur, inobediens est, contumaciæ culpam contrahit; quod verum est, non solum si ex contemptu, quod præceptum, aut prohibitum est, omittit, aut committit, puta, quia non ludici subesse, eiusque voluntatem exequi, quod speciale peccatum inobedientiæ constituit, vt late tradunt S. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1. ad primum. & Caiet. 2. 2. quæst. 104. art. 2. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 9. nu. 3. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 2. & 3. sed etiam si aliqua alia de causa contra præceptum legis, aut iudicis faciat, quod materialiter tantum inobedientia est, & ideo formaliter ad aliam speciem peccati pertinet, nempe ad eam, super qua præceptum fuerit constitutum. Vnde si quis monitus, vt iniuriam compenset, ablata restituat, adulteram dimittat: nec tamen id ex contemptu, sed ex inuidia, auaritia, aut libidinis appetitu faceret, iuste tamen excommunicari potest ob inobedientiam, & contumaciam in non parendo, quamuis contumacia hæc, & inobedientia materialiter tantum sit. Immo vero, quamuis res, quæ præciperetur, leuis esset, & non mortalis peccati materia, si tamen a superiori sub excommunicationis pœna fieri, aut non fieri præciperetur, & ex modo præcipiendi colligi posset iudicem intentionem habuisse obligandi ad mortale, maxime, quando res præcepta ad commune bonum ordinata esset, vt si iuberet omnes ad processionem venire, aut in locis suspectis ad concionem omnes sub eadem pœna vocaret, qui ex contemptu non obediret, iuste excommunicari posset. Res enim, quæ de se peccatum non est, aut non nisi leue, quia ad commune bonum ordinatur, fit grauis, ob solam iudicis obedientiam. Hinc glo. in c. duo sunt. in verbo, videbatur, dist. 96. ait, quod licet pro minimis causis quis excommunicandus nō sit, ca. episcopi. 11. q. 3. quælibet tamen contumacia digna est excommunicatione. Idemque tradunt Panor. in c. sane, 1. nu. 5. de offic. deleg. & Henriquez, lib. 13. de excom. c. 17. §. 2. Pro sola igitur contumacia excommunicatio fertur. Quod si pro delicto aliquando excommunicatum aliquem legamus, seu pro peccato, vt c. ex parte. 1. versic. vel etiam pro offensa, de verb. signif. & c. solet. & c. venerabilibus, §. porro. de sent. excom. lib. 6. & c. alia, 16. q. 1. id ita intelligendum est, quod pro delicto, peccato, & offensa excōmunicatus est, quia in eo perseuerat, & monitus se emendare noluit, aut satisfacere, aut iuri, et iudici parere, & ideo pro contumacia proprie, non pro delicto excommunicatio pronunciatur.

32 Et quamuis ob solam contumaciam excommunicatio ferenda sit, non tamen satis est contumacia quæcunque, etiam mortalis, neque quodcunque mortale, vt rationabiliter quis excommunicetur, sed contumacia ob peccatum graue, & enorme, quod alio modo curari nequeat. Vnde S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 3. Alex. de Ales. 4. par. Summæ, q. 21. membro 1. artic. 3. S. Bo. 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 2. Dur. 4. d. 18. q. 3. nu. 7. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 2. concl. 4. Henriquez, lib. 13. de excom. cap. 17. §. 4. docent, quod licet pro damno temporali Ecclesia iuste aliquem excommunicare possit, raro tamen, & non nisi pro spoliatione bonorum Ecclesiæ, & pro decimis, vt habetur 16. q. 7. can. omnes decimæ, ferri debet, sed neque pro his, aut alijs quibuscunque causis statim ferenda est, sed alijs omnibus prius tentatis remedijs. Cuius rei hæc ratio est: quia cum excommunicatio grauissima pœna sit, cap. corripiantur, 24. q. 3. pœnæ autem medicinales sint secundum Philosophum 2. Ethicor. pro correctione delinquentium, sicut proceditur in medicina corporali, sic procedi debet in excommunicatione: sed in medicina corporali procedendum est inchoando a medicinis leuioribus, & minus periculosis, ne natura nimis grauetur, postremo autem vtendum est fortioribus medicinis, ergo similiter in excommunicatione ferenda, prius vtendum erit admonitionibus, & comminationibus tanquam leuioribus medicinis, quæ si ad reuocandum hominem a malo non sufficiant, sed contumax, & rebellis contemnat, excommunicari debet a iudice iam non habente, quid contra ipsum amplius faciat, ex S. Thoma, & alijs vbi supra, & colligitur ex d. cap. omnes decimæ, 16. q. 7. & 24. q. 3. cap. corripiantur, & cap. ecce autem, vbi id latius ex Prosperolib. 2. de vita contemplatiua, cap. 7. declaratur. Hinc Greg. Nazian. in orat. de moderat. in disput. seruanda, & Apologia 1. & S. Chrysost. homil. de anathem. & hom. 70. ad pop. Antioch. in eos inuehuntur, qui omnibus indistincte Ecclesiæ portas aperiunt, & absque delectu iisdem claudunt, & ex eisdem pariter omnes eijciunt. Et S. Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 17. ait: Cum dolore amputatur etiam, quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bono abscinditur. Sic Episcopi boni affectus est, vt optet sanare infirmos, serpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abscindere, & postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere.

33 Hec denique Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. cap. 3. nouissime statuit, omnibus Ecclesiasticis iudicibus mandans, [*Vt in causis iudicialibus quoties executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicii, propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo censuris Ecclesiæ, maxime ab excommunicatione.* [Et addit idem Concilium.] *vt in causis ciuilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, iudices Ecclesiastici non procedant per Censuras, sed per mulctas pecuniarias, per captionem pignorum, personarumque distinctionē, aut per priuationem beneficiorum. In causis vero criminalibus, (si executio realis, vel personalis fieri poterit) erit a censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti, si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet.*] Pari modo de excommunicationibus, quæ pro rebus perditis, aut subtractis, vel etiam ad finem reuelationis ferri solent, idem Concilium duo statuit.

Primum est, vt solus Episcopus, (sub quo intelligitur eius Vicarius generalis, ex Henriquez libro 13. de excom. capite 17. §. 4. qui citat Bernardum Diaz Regula 242. & constat ex declaratione Congregationis Cardin. Febr. 25. 1583.) vel prælatus superior possit pro his rebus excommunicare. Et idem de Vicario ad formam Concilij Trid. sess. 24. de refor. capite 16. a Capitulo Sede vacante constituto, dicendum est, vt censuit Congregatio Card. 14. Augusti, 1586. quia ad Capitulum transeunt ea, quæ sunt iurisdictionis necessaria, vt est Excommunicatio. Inde autem exceptis, probabiliter ex hoc loco Concilij colligitur, quod si quis prælatus inferior, qui iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos non habet, pro huiusmodi rebus excommunicare tentaret, excommunicatio nulla erit, vnde nec Archipresbyter, nec Visitator Episcopi huiusmodi generalem excommunicationem ferre valet, ex Henriquez, vbi supra.

Secun

Secundum quod idem Concilium in hac re statuit, est, vt neque a prędicto Episcopo, aut alijs pro quacunque re perdita feratur excõicatio, sed stantibus his conditionibus; quarum prima, & principalis est, vt res perdita sit res non vulgaris, idest, sit res magni momenti. Secunda, vt nõ procedatur ad excommunicationem nisi causa diligenter, magna cum maturitate considerata, & examinata sit. Tertia, vt post hoc examen, inuenerit causam esse talem, quæ verè moueat ipsum ad ferendam excommunicationem. Quarta, vt non moueatur ad ferendam excommunicationem cuiusuis sæcularis, etiam magistratus auctoritate. Quinta, vt Episcopus verè iudicet pro re, loco, persona, aut tempore conuenire, vt excommunicatio feratur. Quę omnes cõditiones si adsint, iuste excõmunicatio ferri poterit. His similia scriptores omnes, & Theologi tradunt: nam Victoria, tract. de excommunicatione, conclus. 5. & Gerson, 3. part. de vita spirit. lect. 4. coroll. 6. & 7. dicũt esse peccatũ concedere excommunicationem pro reb. perditis, aut subtractis nisi grauis causa vrgeat, & Sotus 4. d. 22. art...... concl. 4. addit, si debitor sit notus, & notũ debitum, nulla ratione procedendũ est per excõicationẽ, vt debitor creditori soluere cogatur, maxime in locis, vbi Episcopi vtramque iurisdictionem, scilicet tam ciuilem, quam spiritualem habent, cum excommunicatio locũ non habeat, nisi vbi alia non est via possibilis, puta, quando furtum ab occulto fure commissum est.

34 Circa excommunicationem vero factam ad finem reuelandi, cuius Concilium Trident. vbi supra sess. 25. ca. 3. de reform. meminit, breuiter annotandum est, illam a iudice latam non incurri nisi in eo casu, quo quis tenetur vel iure naturali, vel Diuino reuelare delictum, vel a iudice iuridice cogi possit sub pœna peccati mortalis ad illud reuelandum, siue iudex procedat per viam inquisitionis, & iubeat reuelari per viam denunciationis, siue iudex procedat per viam accusationis, & iubet reuelari per viam testimonij: in vtraq; enim via non semper ille, qui aliquid scit reuelare tenetur, nec ad reuelandũ obligari poterit: vnde in casu, quo homo ad hoc obligari non possit, non incurrit excommunicationẽ, quãuis sciat, & non reuelet, vnde si iudex excomunicationẽ ferat in hũc modũ, vt qui scit aliquẽ furtum aliquod commisisse, aut bona Petri detinere, nisi intra decem dies id patefecerit, statim excommunicatus sit, is, solum ad reuelandum sub prædicta pœna tenetur, qui vel a iudice iuridice interrogatur, vel aliàs iure naturali, vel diuino idipsũ manifestare obligatur, ut latius tradunt Angelica, verbo, excommunicatio, 3. §. 20. Sotus de ratione deteg. sec. membro 2. q. 6. & Nauar. in Man. ca. 18. docet non teneri aliquem manifestare delictum.

Primo quando peccatum est occultum, aut peccator se correxit, aut sola fraterna correctione probabiliter creditur seipsum emendaturum; tunc enim non est patendum ante fraternam correctionem, etiamsi sub pœna excommunicationis præciperet, vt fieret denunciatio; non præmissa correctione fraterna, ex S. Th. 22. q. 33. art. 7. in corp. & ad 5. & Soto vbi supra; ex Christi enim mandato denunciationem præcedere debet fraterna correctio quod præcepto inferioris tolli non potest.

Secundo, quando delictum nequit probari.

Tertio, quando a talibus quempiam delictum commisisse audiuit, quibus fides non est addibenda.

Quarto, vbi alius iam delictum denunciasset: nam ex quo iudex factus est certus, certior fieri non potest, c. eum, qui, de reg. iur. lib. 6.

Quinto, vbi nouit eum, qui rem furto abstulit, eam retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur a domino rei.

Sexto, si id per solam confessionem sacramentalem sciret.

Septimo, quando per solam consultationem secretam, pro consilio habendo id a detinente sciret. His enim in casibus non manifestando delictum, excommunicationem non incurret: in alijs autem tenebitur illud patefacere, alias in censuram latam incidet.

35 Sed neque Reus qui delictum commisit, interrogatus sub eadem pœna se prodere tenetur, cum nemo seipsum infamare debeat. Vt ex eodẽ Nauar. in Man. c. 18. nu. 41. & Hugolin. Tab. 1. de Eccles. cens. c. 17. §. 4. nu. 5. & communi opinione Theologorum constat, dũmodo tamen iuridice non fuerit interrogatus; si enim iuris ordine seruato interrogetur, nimirum a suo iudice, & de delicto saltem semiplenè probato, & semiplene probatum delictum esse sciat reus, tunc tenetur se prodere, aliàs peccat, & excõmunicationem incurrit, vt idem Nauar. in Man. ca. 18. numero 57. & cap. 25. nume. 36. & in cap. humanæ aures, 22. quæst. 5. nume. 10. & cap. inter verba, concl. 6. nu. 20. tradit.

36 Quando autem fertur excommunicatio ad aliquid reuelandum extraiudicialiter, tunc non tenetur quis in conscientia reuelare, nisi præmiserit correctionem fraternã. & si per correctionem fraternam emendetur, denuntiare amplius non tenetur: Sin vero nulla spes emendationis, sit per correctionem fraternam denunciare tenetur. Ratio huius est: quia omnis inquisitio extraiudicialis est pręcisè, & solum ordinata ad ipsius Rei emendationem, & consequenter ad aliorum infectionem tollendam; nec vllo modo ad Rei ipsius pœnam, & castigationem refertur, vnde hoc ipso, quod aliunde ipse corrigitur, ratio reuelandi cessat. Et hinc plerique Doctores colligunt communiter, neminem teneri ad reuelandum aliquid iudici extraiudicialiter, quia iudex non correctionem solam Rei, sed pœnam etiam eius quærere præsumitur: de qua re latius suo loco dicendum erit. Quæ intelligenda sunt, quando præcipitur, vt reueletur fratris delictum, si enim sub eadem censura præcipiatur, vt quicunque habuerit has, vel illas scripturas, quæ quoquo pacto ad aliorũ ius, attinent, tunc eas omnino proferendas esse censet Sotus, 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 1. concl. vers. tertio potest contingere, nec sufficere putat, vt qui habet, se excuset, dicendo, quod inde vexationem timet, nisi forsan omni dubio procul manifestissimum sit, taliter illas ad meum ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandũ attineant: aut etiam si exinde ius alterius confirmari posset, si tamen ius meum exinde aliqua ratione infirmaretur, aut aliunde damnum sustinerem, eas reuelare non teneor, nec reuelando dictam censuram incurro, vt latius ostendit in simili casu Nauar. tom. 1. consi. 3. de censi. nume. 4. citatis etiam Panorm. capit. 1. de probatio. vbi materiam hanc de instrumentis edendis fusius pertractat. Qua igitur de causa ferri debeat Excommunicatio, hactenus dictum sit.

Quod excommunicatio iterari possit, & quando, & quibus in casibus id fiat, Cap. X.

S V M M A.

1 *Excommunicatus semel, iterum excommunicari potest.*

2 *Ratio huius redditur ab authore.*

3 *Excommunicatio secunda, quamuis hominem extra Ecclesiam non eyciat, amplius tamen elongat, & arctius ligat.*

4 *Excommunicati omnes etsi extra ecclesiam sint, iudicio tamen Ecclesiæ subsunt.*

5 *Censura eadem an ob eandem causam sæpius incurri poterit.*

6 *In sententia excommunicationis ab homine, vel a iure latæ, quatuor consideranda sunt, & quænam hæc sint.*

7 *Excommunicatus si quis sit propter aliquam actionem,*

nit,& corrigit magis,quam Paganos,& infideles,qui sub Ecclesiæ potestate nunquam fuerunt. Neque eadem est ratio de excommunicatione,ac morte corporea, siquidẽ interfectio reddit impossibilitatem ad vitam: non sic autem in excommunicatione contingit;quia adhuc remanet aptitudo ad redeundum. Præterquam quod etsi vna sententia quis ad mortem damnatus sit, alijs tamen pluribus damnari potest,arg.extrau. 2. de schismat.quæ damnatio multiplex non erit inutilis, eo quod non nisi vniuersis sententijs deletis pro absoluto habebitur; ita quod pluribus de causis,ab eodem iudice, vel diuersis, vel a iure,& ab homine eadem de causa,vel diuersis excommunicati valide poterit,ita,vt non nisi ab omnibus absolutus liber Ecclesiæ restituatur.

5 Ceterum,difficile est iudicare,quando quis eandem cẽsuram sæpius incurrit ob eandem causam, maxime quando a diuersis pœna eadem in diuersis legibus ob eandem causam inflicta sit;si quidem glos.in cap.quod olim, in verb.supponimus,de Iudæ.docet tot excommunicationes incurrere,quot leges violauerit eandem pœnam imponentes pro eodem delicto. Quam etiam opinionem,sequitur Hugolin.de censur.Ecclesi.tab.1.capit.16.§.3.nume.9.at Panorm. in d.cap.quod olim.nu.2.dubius est.& Nau.in cap.ita quorundam,de Iudæ.in glo.vlt.notab.11.nu. 26. 27.29.& 30.vnam tantùm excommunicationem incurrere putat.Sed quia materia hæc de iteratione excommunicationis multipliciter intelligi potest,nimirum,aut ratione facti,aut personæ,aut etiam ratione legis cum sententiis; ideo præmissa regula quadam tradunt Caietan. in Summa,verbo,excommunicatio,in principio,& Ledesm. 2.4. quæst.26.art.2.exinde alia inferemus,ex quibus hæc facilis,& manifesta erit,& multorum exinde casuum solutio in particulari deduci poterit.

6 Regula igitur,quam præfati DD.tradunt, est huiusmodi. In omni sententia excommunicationis siue ab homine, siue a iure lata notare oportet authorem, & verba ipsius sententiæ,& considerare,in quas personas, & pro qua actione feratur:bis enim ponderatis, quando, & quoties quis sententiam talem incurrat, haud difficulter intelligere poterimus.

Primo quoad personas, si excommunicetur clericus absolute,non ligatur laicus illa excommunicatione,esto,faciat illud opus,propter quod excõmunicatur clericus. Vt cum Papa excommunicat Clericum qui recipit excommunicatum a Summo Pontifice ad officium Diuinum,ca.significauit,de sent.excom.esto,laicus admittat illum ad officium diuinum,nõ erit excommunicatus. Ratio est: quia illa pœna solum fuit lata in Clericum, & non in Laicum.

7 Secundo quoad actionem, quando quis excommunicatur ob vnam actionem,intelligitur de actione perfecta, vt si excommunicetur omnis læthaliter percutiens Christianum, si quis percutiat Christianum non læthaliter, non erit excommunicatus, immo etiamsi eum percuteret notabiliter,si tamen percussus etiam ex miraculo non moreretur, non incurreret percutiens excommunicationem, eo quod percussus non moritur: & Ecclesia, si aliud non explicet, non intendit per læthalem percussionem, nisi quandò percussus ex ea moritur; & quia non constat si fuit percussio læthalis,quando percussus euadit,etsi miraculosè,non enim intendit Ecclesia punire nisi percussionem læthalem manifestè. Sic si excommunicetur percutiens Clericum, non erit excommunicatus qui conatus est Clericum percutere, ex aliquo tamen impedimento eum non percussit,ex glos.in c.cum in audientia,& in ca. si vero.2.de sent.excom.Sic,cum hodie in terris Papæ subiectis excommunicatio ipso iure feratur in eos, qui frumentum è territorio Ecclesiæ exportauerunt, eam pœnam non incurrent, si solum id conati sint, etiamsi illud fere vsque ad limites, & confines territorij portauerint,dummodo non exportent, excommunicati non erũt

8 Tertio,quoad actionem etiam ipsam, si fertur sententia circa percussores Clericorum, per talem sententiam solam non excommunicatur mandans,vel consulẽs quod Clericus percutiatur. Ratio est: quia pœnę graues, qualis est excommunicatio, non debent extendi de vno casu ad alium,ex gl.in clem.1.de sepult.& clem.1.de consãg. Panor.in c.Deus qui.de vita & honest. Cleric.Ioã.Andr. in Reg.odia,de reg.iur.lib.6.in Mercur.Tabien.verbo. excom.5.cas.23.§.1.& cas.49.§.5. Nauar.in Man.c. 27. nu.51.eo,quod pœnæ sunt restringendæ:extẽderentur autem pœnæ, si mandans, aut consulens sub percutiente comprehenderentur;cum nullus horum vere percutiens sit, nam mandatum, & consilium aliquando longo tempore factum præcedunt. Id quod ex eo confirmatur: quia in aliquibus sententijs continetur, quod excommunicentur etiam fauentes, mandantes,& consulentes, & non solum percutientes realiter,& in effectu, vt videre est in ca. Felicis,de pœnis,lib.6.& in clem.si quis suadente,tit.eod. & in multis capitibus Bullæ Cenæ,ergo vbi hæc non continentur in sententia,non est intentio Ecclesiæ, quod consulens,aut præcipiens pœnam illam incurrat. Vnde clem. 1.de consang. excommunicans contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis,vel affinitatis prohibito scienter,vel cum Moniali, non comprehendit consulentes,mandantes,nec aliter consentientes. Neque clement. 1.de sepult.lata in sepelientes scienter excommunicatum, aut vsurarium manifestum comprehendit consulentes, aut funus ad sepulturam prosequentes ex Nauarr. in Manuali, capitulo 27.numero 51. & communi DD.sententia.

9 Quarto quoad actionem, si fertur excõmunicatio pro aliquo actu commisso, pro varietate actus aliquando varias excõicationes incurrere potest,aliquãdo autem in vnam tantum incidet, aliquando etiam vno eodemque actu diuersis ligabitur excommunicationib. Exẽpli gratia. Qui sæpius Clericũ percutit diuerso impetu, vt quia hodie manus ei abscindit,alia vice pedes,altera aures, quia non eodem impetu,& tempore hæc omnia fecerit, tot excommunicationes incurrit,quot ei fecit iniurias. Sic, si feratur excommunicatio contra exportantes frumentum e territorio Ecclesiæ, qui non eodem instanti atque impetu plures frumenti corbes exportauit, quoties impetu vsus fuerit, toties in excommunicationem incidet. Sic,qui excommunicato in crimine communicat, toties in excommunicationem maiorem incidit,quoties ei in crimine cõmunicauit, & idem erit, vbi extra crimen communicat, quoad excommunicationem minorem. Ratio omnium horum est,quia iteratur actus,pro quo fertur excommunicatio,& proinde excommunicatio iterari censetur; At vero qui eodem impetu eundem Clericum sæpius percuteret,semel tantum excommunicationem incurrit.arg.c.cũ pro causa,de sent.excom.vbi,qui Clericum in dormitorio verberauit, & postea eundem verberando per claustrum traxit,semel excommunicatũ fuisse dicit.Sic, qui tota die excommunicato cõicaret,vnam tantum excõicationem incurrit, & qui centũ corbes frumenti è territorio Ecclesiæ exportaret eodẽ tpe,etiã centum currus onustos simul aut vnum immediatè post alterum exportando, semel tãtum in excõicationem incidet. Ratio est:quia in his omnibus cẽsetur vnus tantũ actus moraliter factus, vna percussio, vna communio,& vna exportatio,vnum delictũ: & ideo vnam tantum excommunicationem incurrit,vnam enim habere censetur intentionem de vno delicto prohibito committendo. Sicut è contra, qui vno actu, & vna percussione tres clericos percuteret, tres excommunicationes incurrit,ex Ioan. And.in c.delictum.de reg.iur.lib.6. in Mercur.& Nauar.in Man.c.6.nu.18.& Hugolin. vbi supr.c.16.tab.1.§.3.n.8.sicut enim si separatim illos tres percuteret, ter excommunicaretur, ita etiam vbi simul eos percutit, aliàs enim plura delicta simul concurrentia faceret, vt ea committens alicuius impunitatem conse-

etur, contra l. nunquam plura, ff. de priuat. delictis et i oẽs percusserit, nec sit ita, cur ob vnius potius, quã cetera percussionem excommunicatus sit, dicendum est t excommunicationes incurrisse, quot Clericos percussit, cum singulis iniuriam intulerit; non minus quam si num tantum percussisset, sicut è contrario si tres simul vna hasta Clericum percuterent, omnes tres excommunicati erunt, cũ nõ sit potior ratio de vno, quam de reliquis.

5 Quantũ quoad ipsam Legẽ, si lege aliqua statutum sit, in qua excõicatur qui hoc, aut illud fecerit, faciens aliquid vnde plures delicti spẽs nascũtur pro quib. singulis excommunicatio a lege fertur, tot excommunicationes incurrit, quot delicta sub excommunicatione prohibita commisit. Exemplum esse potest in clem. 1. de sepulturis, vbi excommunicatur ipso facto, qui aliquem tempore interdicti, aut in Ecclesia sepeliuntin casibus non concessis a iure, vel excommunicatum publice, vel nominatim interdictum vel vsurarium manifestum scienter in Ecclesia sepelium. Vnde, sicut qui aliquod vnum horum quatuor committeret, in excommunicationem incideret: ita qui vno aliquo actu hæc quatuor committeret, quatuor excommunicationes incurreret, & proinde qui interdicti tempore in casib. a iure non permissis aliquẽ Ecclesiastica sepultura donaret qui simul esset publice excommunicatus, & nominatim interdictus, & vsurarius manifestus, in quatuor excommunicationes incideret, ex quo id fecit, vnde quatuor delicta specie diuersa, nec alterum alteri subiectum enascuntur, pro quorum singulis pœna excommunicationis imponitur: cum enim nõ sit maior ratio, cur pro vno qua pro delicto excõicatus sit, aut pro nullo, aut pro omnibus excõmunicatũ esse dicemus, quia vero pro nullo excõmunicatum esse absurdum est affirmare, nec maior ratio sit pro alio vno, quã pro altero, pro omnibus quatuor vnico actu commissis quatuor simul excommunicationes in curret: quia quatuor delicta commisit, pro quorum singulis eadem excommunicationis pœna ipso iure infertur.

11 Sexto, quoad legem ferentem. Hãc regulam tradit Nauar. in cap. ita quorundam, de Iudæis, Notab. 11. glo. vlt. nume. 26. & seq. Eadem pœna ob eandem causam ab eodem legislatore, vel eadem potestate fungente non sæpius lata vnam tantum censuram pro eodem actu in contrafaciente producit. Hinc infert idem author, quod deferens semel arma Saracenis, vnam tantum excommunicationem incurrit, quamuis diuersi Summi Pontifices (vt Alexander III. vt habetur in cap. ita quorundam, & Clemens III. in c. quod olim, & Innocentius III. in c. ad liberandã, de Iudæis, quorum nullus sibi reseruauit absolutionem, & Clemens V. in extra. multa, de Iudæis, qui primus omnium absolutionem sibi reseruauit, & Martinus V. & alij, recentiores Pontifices in Bulla Cenæ, & Nicolaus IIII. in extrau. quadã, quę incipit, olim. & Bonifacius VIII. in extrau. quæ incipit, contra. quos citãt S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 30 Sylu. verb. excom. 7. nu. 58. versic. 21. & Nauar. in d. c. ita quorundam, notab. 10. nu. 31. & Ioãnes XXII. in extrau. copiosius de Iudęis) excommunicationis censuram contra deferentes prohibita Saracenis tulerint. Quamuis enim hi multi fuerint in personis, sunt tamen vnus in potestate, & ob eandem causam, pęnam eandem excommunicationis contra eosdem proferentes, tacitè censentur vnam & eandem excommunicationem, non diuersam inducere. Palud. 4. distinct. 18. q. 2. artic. 4. vers. si autem. Nihilque obstat, quod aliqui eam referunt, quia qualitas hæc speciem, & substantiam excommunicationis non mutat. Vnde, excommunicationes, quę ab eodem Roma. Pontifice, qui diutius vixit, aut quæ a diuersis Pontificibus singulis annis in Cena Domini ferũtur, non sunt plures, & diuersæ, sed vna tantum, quę nõ multiplicatur singulis annis, sed innouatur, & quotannis promulgatur: hæc enim praxis est, & hæc mens, & intẽtio proferentium esse censetur; ius autem, & substantia censurarum, ex mente proferentium eas nascitur, vt Panormit. in c. 2. de testib. cogẽd. & in c. P. & G. de off. deleg. latius tradit; nimis enim durum esset, si tot excommunicationes esse, quot leges latæ sunt, affirmaremus. Dixi ab eodem legislatore, quia si pro eadem causa adiuersis legislatoribus eadem pœna excommunicationis lata tanquam sua sit, sic diuersa etiam excommunicatio imponi censeretur, ex Pal. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Qua de causa Nauar. vbi supra, no. 11. n. 34. recte inferi, quod si Episcopus maritimæ Ciuitatis sententiam excommunicationis tanquam suam, & a se latam, contra deferentes arma prohibita Saracenis ferret, hęc tanquam diuersa ab ea, quæ in iure, & per Bullam Cenæ contra eosdem fertur, habenda erit, quia authores sunt diuersi, neque eadem potestate fungentes, vt successores, & prædecessores. Dixi, tanquam suam, quia si lata esset tanquam innouatio, & publicatio illius, quæ fertur a iure, iam eadem cum illa censenda esset, & cõtrafaciens vnam tantum excommunicationem ex vnico facto incurreret. Ex his igitur facile erit colligere, quando, & quibus in casibus excommunicatio iteretur.

De forma excommunicationis, quænam sit. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Forma, qua sententia excommunicationis fertur, certa esse debet, & verbis sensibilibus proferri.*

2 *Papa communionem alicuius vitando, hoc ipso, eum excommunicare non censetur.*

3 *Persona, in quam excommunicatio fertur, ita debet exprimi, vt appareat quisnam sit, qui excommunicatur.*

4 *Excommunicatio alia lata, alia ferenda dicitur.*

5 *Excommunicatio latæ, seu latæ sententiæ, quænam, & quid sit.*

6 *Excommunicatio per verba temporis præsentis modi indicatiui prolata sententiæ latæ esse censetur.*

7 *Excommunicatio latæ sententiæ est, si dicatur.* Præcipio sub pœna, seu sub interminatione excommunicationis latæ sententiæ.

8 *Excommunicatio est latæ sententiæ, si per imperatiuum alicuius verbi significantis actionem, aliquid præcipiatur aut prohibeatur.*

9 *Item si proferatur nomen adiectiuum.* Excommunicatus, *cum verbo substantiuo in aliquo tempore significã te factum.*

10 *Excommunicatio est latæ sententię, quando dicitur:* Anathema sit. *Item cum dicitur:* Maneat excommunicatus, *vel si dicatur:* censeatur, *vel* habeatur e communicatus.

11 *Excommunicatio est latæ sententiæ, quando in Bu lis Pontificys, aut alibi habentur hæc verba:* E communicationis se nouerit mucrone perc sum. Noueris te excommunicatum. Noue te excommunicationi subiacere.

12 *Sententia ferenda est, quando dicitur:* Sub pœ excommunicationis, sub interminatione communicationis, aut anathematis: Sub int stitione excommunicationis.

13 *Sententia ferenda censetur, vbi hæc ponuntur ba:* Excommunicetis aliquem. Qui hc cerit, erit excommunicatus. Excom cabitur. Excommunicetur. Commu priuetur. Excommunicationis vinculo detur.

14 *Verbis his*, Nemo ei communicet, *an excommunicatio Maior, vel Minor feratur?*

15 *Verbis istis*, Ferio in te censuræ ecclesiasticæ sententiam, *aut* Ferio te mucrone Episcopi: *nulla censura ferri censetur.*

16 *Verbis his*, Indignationem omnipotentis Dei: aut Apostolorum Petri, & Pauli. aut nostram incurras, *excommunicatio non fertur.*

17 *Verbis istis*, Maledico tibi, *vel*, Denūcio, vel habeo te pro excommunicato, *vel*, sicut excommunicatus vitetur *excommunicatio non fertur.*

18 *Excommunicatio sub conditione lata, non afficit eum in quem lata est, donec dies, seu conditio adueniat, qua ad ueniente vires suas habet, & non retrotrahitur ad diē pronunciationis.*

19 *Excommunicatio sub conditione lata, an valeat, si pendēte conditione excommunicatus forum mutet.*

20 *Excommunicatione lata a Iudice sub conditione, nisi soluat infra certum terminum, an, si ad tempus a Iudice datum non soluerit, ob prorogationem a creditore factam, excommunicationem incurrat.*



Vemadmodū in superioribus materiam certā esse debere diximus, vt sentētia excōmunicationis validè feratur; ita etiā, et forma præscripta, & determinata aliquo saltē modo esse debet: etenim, sententia incerta nulla est. Licet enim communis Doctorum sententia sit, quam Panorm. in c. 1. nume. 34. de iudic. Gabr. 4. distin. 18. q. 2. artic. a. concl. 7. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 74. Angelica, in verbo, excommu. 2. nu. 4. Syluest. verbo, excom. tit. nu. 13. 14. & 15. Tabiena, verbo, excommu. a. versi. quatto verum. Armilla, verbo, excommu. num. 17. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 12. & 37. Cnuar. in c. Alma mater, 1. part. §. 11. num. 7. Henriquez, lib. 13. c. 20. §. a. Hugolin. de Eccles. cens. tab. 1. c. 20. num. 3. sequuntur, nullam certam, & determinatā verborum formam ad excommunicationem ferendam a iure nobis præscriptam esse, in eo tamen omnes cōueniunt, excommunicationem (& idem de suspensione, & interdicto iudicandum est,) talibus verbis ferri necessario debere, quibus consensus, & intētio iudicis de præsenti excommunicare volentis exprimatur, argumen. capit. a nobis, 1. de sentēt. excom. & c. fi. de constit. lib. 6. Vnde necessariū omnino est, ea verba adhibere, quibus, qui excommunicatur, communione priuari, qui suspenditur suspendi: qui interdicitur, interdicto subijci, significetur, atg. cap facto. de sen. excō. in antiq. & c. cū medicinalis, eodem tit. lib. 6. Neque satis est animo, & voluntate quempiam excommunicare velle, nisi id verbis idoneis ad censuram, quam ferre intendit, significandam exprimat; est enim excommunicatio Ecclesiæ visibilis gladius, vt Conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 3. ait, & proinde verbis sensibilibus ferenda, cum verba ad animi nostri cōceptus exprimēdos instituta sint.

2 Hinc infertur, quod nec Papa, & multò minus alius inferior, alicuius communionem vitando propterea ipsum excommunicare censeatur, vt pluribus Innoc. in cap. cum olim. 1. nu. a. & Felin. in c si aliquando, nume. 3. de priuileg. docent. Sicut neque e contra, scienter cum excommunicato literis, verbo, osculo, aut alio quouis modo participando, eum absoluere censetur. Vt de Summo Pontifice expresse in Clem. fin. vbi glo. in ver. Sūmus, de sent. excō. habetur. & Innoc. & Felin. vbi supra testantur. Quod nō solum de excommunicatione (de qua in d. clemen. agitur) sed etiam de suspensione, & interdicto dicendum est. Si enim Papa in Ecclesia interdicta Diuina celebret, non ideo sublatum esse interdictum cēsetur. Et hoc de alijs a Papa ita certum est, vt nulla ratione, vel eum excommunicato versantes, vel aliquē vitantes, illū absoluere, aut istum excommunicare censeantur, vt in c. cum desideres, de sentē. excom. habetur. Quia cum alij omnes a Papa iuri communi sint subiecti, in sententijs ferendis forma iuris vti debent. Papa vero ob potestatis plenitudinem, etiam ob solam participationem cum excommunicato, aut vitationem alicuius, illum absoluere, & hunc excommunicare potest, si se id velle declaret: vt de absolutione in clemen. fin. de sent. excom. habetur. & idem de suspensione, & interdicto sentiendum est. Verbis igitur aptis, & idoneis ad censuram, quam ferre iudex intendit, significandam, & ab eo expressis, qui eam censuram ferre potest, forma exprimi, & proferri debet, arg. c. sacro, de sentē. excommun. & c. 1. de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi.

3 Præter verba etiam necessarium est, ut persona, in quā sentētia fertur, ita exprimatur, ut appareat in quam personam proferatur. Hinc, qui diceret, excommunico, suspendo, aut interdico, non addens eum, qui excommunicatur, suspenditur, aut interdicitur, nihil faceret; cum persona materia sit censuræ, res autem ex materia, & forma constituitur: sicut nec ualidum est Sacramentum Baptismi, Confirmationis, aut Pœnitentiæ, ubi personæ non fit mentio suscipientis. Dixi autem personam ita esse exprimendā, ut appareat censuram in illum, & non in aliā ferri. Quia si quis diceret excommunico causa Petri, seu propter Petrum, vbi Petrum excommunicare volebat, sententia nihil valebit: quia licet expressus sit Petrus, non ita tamen, vt ex vi verborum appareat in ipsum excommunicationem ferri. Immo vero, si iudex qui excommunicare vellet Petrum, diceret; ego excommunico, & antequam Petrum nominet, Petrus appellet, iudex vero addat Petrū; excommunicatio nulla erit, vtpote post appellationem lata, cap. per tuas. & ca. solet. de sent. excom. si quidem antequā persona nominatur, sententia vinculum non inijcit: vt igitur sentētia valida sit, siue absolutè feratur, siue sub conditione, (potest enim sub conditione censura nonnunquam ab homine ferri, ut habetur in c. præterea, a. & DD. ibi, de appel. & nos infra dicemus) semper ijs uerbis concipi debet, quibus, & censura ferri significetur, & ijs in quē lata est, exprimatur, ut ex dictis manifestum est.

4 Quia uero excommunicationis censura, sicut & aliæ cēsuræ, aliquādo dicitur esse lata, seu latæ sententiæ: aliquando ferendæ, quibus uerbis utraque feratur, breuiter explicandum est, si tamen prius, quid lata sententia sit, quid fe-

5 renda, exponatur. Est autem censura, seu excommunicatio latæ sententiæ, siue ab homine, siue a iure lata sit, qua quis statim atque offendit, nulla alia declaratione accedente constringitur. Quia enim iure statutum est, ut qui iniuriosè Clericum percutit, statim excommunicationem incurrat, ca. si quis suadente diabolo 17. q. 4. ideo, qui sic Clericū percusserit, sine ulla hominis declaratione eā incurrit; ideoque dicitur esse latæ sententiæ, quia priusquā delictum commissum sit, lex, quæ in posterum consulit, sententiam delinquentem mitit. Et idem etiam dicendum erit, ubi iudex sententiam ferat, ut qui furtum fecerit, excommunicatus sit, qui furtum committit statim excommunicatus est: id quod alijs nominibus significari solet, maxime cum dicitur ipso iure, aut ipso facto excōmunicatus sit: vt in exemplis allatis constat. Qui enim Clericū percusserit, aut furtū fecerit cōtra sentētiam iuris, aut hominis, contra huiusmodi facientes latam, nulla alia declaratione accedente, ipso iure, seu ipso facto, id est, statim atq; delictū factum est, in excommunicationē incidit.

6 Ceterum, non parum inter se dissentiunt authores, quibusnam alijs verbis excommunicatio latæ sententiæ esse dicatur: In qua reclaritatis gratia hæc Regula communis esse potest; Quandocunque sententia ab homine, vel a iure per verba in tempore præsenti indicatiui modi præfertur, siue sit pro præsenti contumacia, siue pro futuris culpis, latæ sententiæ esse censetur, vt si dicatur: *Excommunico, seu excommunicamus maiori excommunicatione: sententiam excommunicationis promulgamus, seu*

ferimus : seu excommunicationis sententia te innodamus, cum excommunicationis mucrone te percutio. Item præcido ab Ecclesia, extra ecclesiam te eyicio. His enim omnib. modis significatur talem Christi fidelium, & Sacramentorum communione priuari, & etiam consensus iudicis de præsenti excommunicantis exprimitur. arg. capit. penult. de sent. excomm. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Angelica, verbo, excommu. 2. nu. 4. Syluest. verbo, eod. 1. nume. 15. Tabien. verbo excom. 2. vers. quarto vtrum. Armilla, verbo, excom. nu. 17. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 12. Henriquez, lib. 13. de excom. c. 20. §. 2. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 4. 5. & 6. & tab. 2. c. 28. Idem si dicatur, *Anathematizo, seu anathematizamus*, excommunicatio maior de præsenti fertur, vt habetur ca. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. iuncto c. Engeltrudam. 3. q. 4. glos. in ca. penult. de sent. excom. Idem si dicatur. *Decernimus innodantes excommunicationis vinculo*, cap. vnico, de scismat. libro 6. Per præsens igitur indicatiui modi lata censetur sententia.

7 Deinde etiam per comminationem excommunicationis lata sententia est, si addatur hæc verba, *latæ sententiæ*, vt cum dicitur. *præcipio sub pœna, aut sub interminatione excommunicationis latæ sententiæ*. & idem de æquipollentibus, vt addatur, ipso iure, ipso facto, statim, mox, & tunc eo ipso, & id generis: & ita si dicatur, *præcipio sub pœna excommunicationis ipso iure, ipso facto, aut statim incurrendæ*; qui contra talem prohibitionem aliquid fecerit, statim est excommunicatus, adiecti enim horum verborum satis significat intentionem legis, aut iudicis esse, vt contrafaciendo statim sine alia declaratione excommunicationem incurrat, ex Panorm. in cap. si diligenti, num. 18. Felin. in c. Rodulphus, num. 31. de rescrip. & colligitur ex cap. Quam sit. & ibi glos. in verbo. eo ipso, de elect. lib. 6. Tab. verbo, excom. 2. vers. sexto. Eodemque modo lata sententia est: si ad hæc verba, *excommunicetur, communione priuetur, suspendatur, interdicto subiciatur*, addatur, *latæ sententiæ, ipso iure, ipso facto*. & alia id generis, vt habetur in cap. quam sit, & c. religiosus, de elect. lib. 6. gloss. in cap. quicunque §. inhibemus, in verbo: innodetur, de hæret. lib. 6.

8 Sic etiam sententia lata erit, quoties per imperatiuum alicuius verbi significans actionem, aliquid a iure, vel ab homine præcipitur, aut prohibetur: vt cum dicitur: *excommunicationi subiaceat*, vel quid simile, vt si dicatur *in excommunicationem incidat, incurrat*. argum. clem. 1. de pœn. & c. vnico, de iniur. lib. 6. Panor. in cap. si diligenti. num. 18. de foro compet. & in cap. dura sæpe, nume. 8. de crim. falsi. Tabien. verbo, excom. 2. versi. sexto. & Angel. verbo, excó. 2. §. 7. Henriquez, lib. 13. de excom. ca. 20. §. 2. Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. num. 14. & idem si dicatur: *Noueris te subiacere excommunicationi*, vel *decernimus te subiacere excommunicationi*. vt colligitur ex capite 2. de hæret. lib. 6. clem. 1. de sepult. Clemē. 2. de hæret. clem. vnica, de consang. Cum enim huiusmodi loquendi modo subiectio excommuoicationis significetur, lata sententia dicenda erit, vt optime docet Fel. in cap. 1. nu. 16. de iudic. post Panorm. in ca. Clericis, de Cler. vel Monachi.

9 Pari modo sententia lata erit, quando profertur nomē adiectiuum excommunicatus; cum verbo substantiuo in aliquo tempore significante factum, vt si dicatur; *excommunicatus, seu suspensus sit: excommunicationis sententia innodatus sit: excommunicatus existat*, arg. clem. 1. de decim. & clemen. 1. & 2. de pœnis. & cap. fin. de rebus eccles. nō alienandi lib. 6. extrauagan. 1. de electio. & testatur gloss. in capitulo quicunque, §. inhibemus. in verbo innodetur, in fine, de hæret. libro sexto, & sequuntur Panormitan. in capitulo secundo numero 13. & in capitulo si diligenti, numero 18. de foro competen. Angelica, verbo excommun. 2. §. 7. Henriquez, lib. 13. de excó. c. 20. §. 2. Hugolin tab. 1. cap. 9. §. 6. nu. 9. & tab. 2. ca. 28. nu. 4. quicquid Nauar. in Man. c. 25. nu. 12. in contrarium sentiat existimās, verbum illud, [Sit] esse temporis futuri, cum tamen constet per futurum tempus ipso facto excommunicationem, aut aliam censuram, non incurri. Ceterum, dicendum, est verbum [Sit] in hoc loquendi modo, excommunicatus sit, & similibus, esse præsentis temporis, vt docet Bald. in l. 1. num. 1. C. de secund. nup. verbum autem temporis præsentis significat pœnam ipso iure inferri, vt docet Felin. in capite Rodulphus, num. 59. de rescript. & proinde hoc loquendi modo significatur excommunicatio maior quæ ipso iure fertur. Quod vniuersaliter verum esse puto, nisi aliunde contrarium constaret legislatorem, aut iudicem sic excommunicationem ferentem voluisse, excommunicationem non esse latæ sententiæ, sed ferendæ: prout accipi debent canones multi in dist. 30. vbi significatur, canones illos intelligendos esse de sententia ferenda, & non de lata. Vnde, non valet ratio allata Nauarri: Etsi enim verbum [Sit] futuri temporis optatiui sit, est tamen etiam, & imperatiui, & subiunctiui: & modus loquendi in materia de censuris intelligi debet de imperatiuo, quando quidem legis virtus proprie non est optare sed imperare, præcipere, & punire, vt dicitur in l. legis virtus, ff. de leg. & tradit Tabiena, verbo excomm. 2. versic. sexto quæritur, post gloss. in cap. quicunque. in verbo, innodetur de hæret. lib. 6. & Panor. in c. si diligenti, nu. 18. de foro compet. qui citat pro hac re glos. iuris ciuilis, in l. in

10 criminali. C. de iurisd. omn. iudic. Idem dicendum est cū dicitur. *Anathema sit*, fertur enim excommunicatio maior ipso iure, vt notat Felin. cap. Rodulphus. nu. 58. de rescript. & addit. ad Panor. in cap. cum non ab homine. nu. 23. de iudic. Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 18. & tab. 2. c. nu. 4. Henriquez li. 13. de excom. c. 20. §. 2. Palac. 4. dist. 18. q. 3. & communis. Quod ex eo patet, quia nomen hoc, *Anathema*, execrabile, & vt vitandum quoddam significat, at si huc loquendi modo non esset lata sententia, non recte diceret Anathema, vt qui adhuc anathema non esset, nec vitandus, quia nondum excommunicatus. Vnde & Concilia, & nouissimè Tridentinum, hoc nomine passim in damnandis hæreticis vtuntur, quos certum est voluisse de facto damnare, & excommunicare. Sic etiam lata sententia erit, si dicatur, *maneat excommunicatus*, aut si dicatur, *censeatur, vel habeatur excommunicatus, suspensus*, vt habetur in capite vnico, de iniur. lib. 6. Ange. versi. excommunicat. 2. §. 7.

11 De illo autem loquendi modo, qui frequens est in Bullis Pontificijs, *excommunicationem se nouerit incursurum*, significatur meo iudicio excommunicatio latæ sententiæ, quia hoc modo non ponitur in futuro sententia, quæ potius supponitur iam præterita, sed ponitur in futuro incursio sententię ab eo, qui contra legem latam aliquid pręcipientem, aut prohibentem offendit. Et colligitur ex ca. non minus. de immunit. Eccles. & Excommunicationi & ibi glos. in verbo, nouerint, de raptor. Idem si dicatur *Noscas, vel cognoscas te excommunicatam, suspensam*. cap præterea, 2. & ibi Imola, nu. 3. de appel. Idem si dicatur *excommunicationis se nouerit mucrone percussum*. capit. vt inquisitionis, §. fin. & ibi glos. in verb. percussum, de hær lib. 6. & latius tradit Felin. in cap. Rodulphus, nu. 31. script. & in cap. 2. nu. 17. de iudic. vbi ait, per hæc verb *noueris te excommunicatum, scias tę excommunicatum*, sententiam latam esse. Et idem si dicatur: *Noueris te excommunicationi subiacere*. in d. cap. Rodulphus, nu. 26. vers. noueris te subiacere. de rescript. Idem docet Tabi. verbo com. 2. vers. sexto quæritur. Et hanc sententiam sequ late tradit Hugolin. tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 10. & est cōm His igitur modis sententia lata censetur, hi. n. frequ vsurpantur ad censuram latæ sententię significanda quod de excommunicatione dicitur, de suspensione, terdicto pari ratione dicendum est.

12 Ferenda vero censura, varijs itidem modis signi primo, quidem per simplicem eius comminationem vt cum dicatur, *sub pœna excommunicationis, su*

minatione excommunicationis, aut anathematis. sub interpositione excommunicationis. Sic glo. in cap. Salonitanæ. in verbo, *sub excommunicationis interpositione.* dist. 63. & glos. in cap. relatum. 2. in verbo, excommunicationi subditis, & ibi Panor. num. 5. de iure patron. & glos. in capit. sicut tuis. in verbo, sub interminatione Anathematis, & ibi Panor. num. 6. de simon. & glo. in cap. vnico, in verbo, sub anathemate, & ibi Panor. num. 3. de sagittarijs, & glos. in cap. 2. de matrim. contracto contra interd. eccles. Felin. in ca. dilectæ. col. 2. vers. secundo sunt de excep. & facit quod not. in tit. C. comminat. vel epist. per totum. Facit etiam, quia quando iudex præcipit alicui, vt aliquid faciat, vel non faciat, sub pœna mille librarum (vt non patens non incidat incontinenti in pœnam, cum illa fuerit quędam comminatio de pœna infligenda. Idem docent S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 74. Angel. verbo, excomm. 2. §. 8. Tabien. verbo, excom. 2. vers. sexto quæritur. Hugol. Tab. 1. c. 9. §. 6. nu. 15. Henriquez lib. 13. de excom. can. 20. §. 2. qui alios pro hac sententia refert. & Nauar. in Man. capi. 27. num. 12.

13 Sic etiam sententia ferenda significatur per verbum substantiuum, vel aliud verbum significans aliquid de futuro, vt cum dicitur: *Excommunicetur aliquem; vel qui hoc fecerit, erit excommunicatus, vel excommunicabitur.* Sic etiã si dicatur: *Excommunicetur, communione priuetur, excommunicationis vinculo inuodetur.* ex glos. in cap. 2. §. inhibemus. in verbo, innodetur, de hæret. lib. 6. & in cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Panor. in c. quia propter. num. 3. & in cap. cum in cunctis. §. fin. num. 6. de elect. & in cap. si diligenti. num. 18. de foro com. Angelica, in verb. excomm. 2. nu. 7. Tabien. verbo, excom. 2. ver. sexto quæritur. Nau. in Man. cap. 27. nu. 12. Hugol. Tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 7. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 20. §. 2. & hæc, quæ hactenus dicta sunt, in confesso sunt ferè apud omnes, his. n. modis quęcumque excommunicationis censura aut lata est, aut ferenda significatur.

Quamuis hæc, quæ ab omnibus conceduntur, clariora sint, quam vt probatione aliqua indigeant, eum vsu, & praxi videantur esse confirmata; de alijs tamen loquendi modis res non ita certa est. Primò igitur, An his verbis à iudice prolatis; *Nullus Petro communicet*, excommunicatio maior feratur, disputant Doctores. In qua re, primo, certum est, excommunicationem hoc loquendi modo ferri, quando præcessit causę cognitio, & prolata sint hęc verba cum animo, & intentione excommunicandi, ex Panor. in cap. 1. nu. 34. de iudic. & Fel. nu. 28. ibidem. Cum enim non sint certæ verborum formæ præscriptæ, satis est ad eã ferendam vti quibuscunque verbis eam significantibus, & facit pro hac opinione cap. tuæ. & cap. tua. de sponsal. arg. à simili. Et hoc expressè tenent Ioan. Andr. & Guli. de Monte Lauduno in Clem. frequens. de excess. prælat. quos refert Panor. vbi supra. Secundò, certum est etiam, quando constat de intentione iudicis, si dicatur, *Nullus ei communicet, donec satisfactione præmissa absoluatur*; eo loquendi modo ipso iure excommunicationem ferri censeri. arg. c. 1. de iudic. & expresse tradunt Ioan. Andr. Guil. de Monte Lauduno, & Panor. vbi supra.

14 Solum dubium est, quando non constat de intentione iudicis, nec causæ cognitio præcesserit, & hæc verba simpliciter dicantur: *Nemo ei communicet*; an tunc excommunicatio feratur; Et quidem Panorm. vbi supra, nume. 34. in fine, partem negatiuam tenet, arg. cap. 1. de immuni. Eccl. lib. 6. eo quod non obseruatur debita forma Ecclesiæ, arg. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. vnde, esset præsumere delictum in proferente, contra cap. ad audientiam. de præscript. Decius verò in d. capit. 1. de iudic. lect. 2. nu. 24. affirmat. Quorum opiniones non malè mea sententia ea ratione conciliat Hugol. de Eccles. cens. tab. 1. cap. 28. nume. 3. quod opinio Panor. vera sit, si intelligatur de excõmunicatione maiore; hæc enim non solum priuat communione hominum, sed etiam Sacramentorum; cum tamen his verbis communio tantum hominum prohibeatur, vt per se patet; vnde maior excommunicatio vi horum verborum non fertur. Decij verò sententia vera erit, si d. minori excommunicatione loquamur; hæc enim verba, prohibente communionem hominum, minor autem excommunicatio hominum communione priuat. Vnde, sicut excommunicatio minor fertur, vbi quis à communione hominum, & Sacramentorum remouetur, arg. cap. penult. de sent. excom. & cap. Engeltrudam, 3. q. 4. ita etiam excommunicatio minor fertur, vbi quis aut à communione Sacramentorum, aut à communione hominum tantum separatur, arg. ca. Episcopi. 11. q. 3. & arg. cap. fin. de Cler. excom. ministr.

15 Quo ad hæc verba; *Fero in te censura Ecclesiastica sententiam*, nulla ratione fertur excommunicatio maior, quia quæ pœna his verbis lata sit, incertum, nomine enim censuræ non solum excommunicatio, sed aliæ etiam pœnæ significari possunt, incertitudo autem sententiam viciat. Sic; neque his verbis: *Ferio te mucrone Episcopi, aut mucrone Ecclesiastico*, fertur excommunicatio maior, cum his maior, cum his enim verbis aliæ ab excommunicatione censuræ significari commodè possint, arg. cap. 1. de homicid. lib. 6. & pluribus docet Paul. Fusc. lib. 1. de regim. Eccles. cap. 31. Quæ opinio procedit, nisi hoc loquendi modo iudex excommunicationem hanc se ferre velle declaret; tunc enim, quia incertitudo tollitur, sententia valebit, arg. ca. cum cessante. de appellat. immò, si dicat, se his verbis omnem censuram ferre velle, omnes censuræ ferentur arg. extrau. Diuina. de priuileg.

16 Porro, nec his verbis: *Indignationem omnipotentis Dei: aut Apostolorum Petri, & Pauli, aut nostram incurrat*, excommunicatio fertur, sicut neque si dicatur: *sub obtestatione Diuini iudicij*; mortaliter tamen peccat, qui contrafacit. Idem dicendum est, quando præcepto non paretur facto in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub interminatione maledictionis, quamuis enim contrafaciens peccet, excommunicatus tamen non erit, ex Felino, in cap. veniens. nu. 1. de præscrip. & Gemin. in cap. 1. nu. 5. de sepult. num. 6. Angelica, verbo, lex, num. 3. Armilla. eod. nu. 24. Paul. Fusc. & Hugol. vbi supra. Immò, neque his verbis, *Male-*

17 *dico tibi*, excommunicatio fertur, quamuis contrafaciens mortaliter peccet, ex Zabar. in clem. 1. §. penul. de hæret. & Felin. in d. ca. veniens. Neque excommunicatio fertur si iudex dicat: *Denuncio, vel habeo te pro excommunicato*, ex Goffred. S. Anto. 3. par. tit. 24. cap. 74. Angel. verb. exc. 2. numero 4. Pisanel. verbo eod. 1. vers. quomodo debeat. Siluest. verbo, excommunic. 1. numero 15. Armilla, eod. numero decimoseptimo, Hugol. tab. 2. cap. 28. numero 4. & Nauar. in Man. cap. 27. numero 12. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 20 §. 2. secus, quando proferuntur in canone, & decreto, aut in excommunicatione conditionali, qualeis sunt omnes quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura, ex Nau. & Henriquez vbi supra. Nec denique his verbis: *Sicut excommunicatus vitetur*, fertur excommunicatio ipso iure, vt notat Tab. in verbo, excomm. 2. versic. sexto quæritur, post Panormitan. in capitulo super specula, ne Cler. vel Monachi, notat. secunda, Quibus igitur verbis excommunicatio ferri debeat, & quando sententia lata, aut ferenda sit, ex dictis constat.

18 Quoad sententiam excommunicationis, & aliarum censurarum quæ sub conditione ab homine feruntur (possunt enim sub conditione ferri, constat ex capitulo præterea, 2. de appellat. & DD. ibi iuncto capitulo Romanæ. §. caueant. de sent. excom. libro 6. & DD. ibi) eadem forma seruanda est; In qua tamen hoc aduertendum est, excommunicationem sic sub conditione latam, nunquam afficere eum, in quem lata est, donec dies, vel conditio aduenerit, non enim prius lata censetur; adueniente autem die, vel conditione, vires suas habet tantum, non autem trahitur retro ad diem pronunciationis, cum in his spiritualibus, fictionibus locus non sit, sed ueritas sola attendatur,

tur.ex Archid.in cap.vnico,de voto,lib.6.& Panorm. in ca.consuluit.num.2.de iure patron. Pisan. verbo,excom. 1.versic.verum sententia excommunicationis. Couar. in cap.alma mater.1.part.§.10.num.6.de sent. excom. lib. 6.Hugol.de cens.eccl.tab.1.ca.20.§.6.nu.1. Vnde,etiam pendente conditione appellare licet, & appellatio huiusmodi impedit effectum sententiæ, conditione etiam post modum adueniente, vt communis DD. sententia docet, post glos.in d.cap.præterea,2.de appellat.& Innocent.& Hostien.ibi.& Ioan.Monach.in cap.quicunque. de sent. excomm.lib.6.Pisan.& Couar.vbi sup.§.10.nu.4.versic. immo licet alioqui. & nume. 6.Nauar.in ca.cum contingat.14.causa nullit.nu.7.de rescript.vbi testatur esse communem contra Panor.quem sine ratione sequutus est Hugol.vbi supra.

19 Si vero pendente conditione excommunicatus forum mutet, adueniente conditione, nihilominus in excommunicationem incidet, dummodo is, in quem excommunicatio sub conditione lata est, iam aliquid fecit, vnde obligatio orta est, quamobrem iudex, vt aliquid faceret, sub ea pœna præcepit, arg. capi. præterea.2.de appell.iuncto cap.proposuisti, de foro compet. vt latius tradunt glos. in d.cap.præterea.2.in verbo,impedire, de appell. & ibi Innoc.num.1.& Panor.nu.10. Maria.Socin. in cap. sacro, num. 152. qui ait esse communem opinionem,de sentent. excommun. Pisan.& Hugol.vbi supra,num.4. Ratio est: quia hic ante fori mutationem à iudice per sententiam præuentus est, quo casu iurisdictio, mutatione fori non tollitur,sed eidem quoad hanc causam, semper subiectus est,vt habetur in cap.penul.de foro compet. Etenim, vbi iudicium cęptum est, ibi etiam finiri debet, vt dicitur in l.vbi acceptum,ff.de iudic. Qua ratione, si Episcopus generaliter excommunicet omnes, qui res ecclesiæ alicuius detinent, nisi intra viginti dies ipsas restituant, sententiæ tempore,subditi, si forum mutent, & res furto sublatas non restituant, excommunicationem incurrunt. arg. ca.præterea,2.de appel.& cap.proposuisti,de foro comp. & arg.c.1.de offic.ordin. Id quod verum est, nisi causa obligationis cessaret,nimirum,vel quia æs alienum, cuius causa est excommunicatus, a creditore interim sibi condonatum sit; vel quia beneficio se abdicauit, ob quod excommunicatio lata est; tunc enim eo quod excommunicationis causa cessat,etiam cessabit effectus;ita vt excommunicatio in eum vires non operetur. Sicut etiam, si Episcopus in Petrum sententiam excommunicationis ferat, nisi intra tantum temporis in ecclesia resideat; & Petrus in alterius diœcesi beneficium aliud consequatur, vnde primum vacet,iuxta capit. multa, de præbend.quod erat in diœcesi Episcopi excommunicantis; aut vxorem duxerat,quia tunc etiam beneficio priuatur, cap.1.de Cler. coniug. in excommunicationem eo quod non resideat, non incurrit. Dixi, dummodo is, in quem excommunicatio lata est, aliquid fecit, vnde obligatio orta est; quia si nihil huiusmodi commiserit,mutetque postea forum,non incurret in excommunicationem, si,mutato foro aliquid faciat, quod à priori Episcopo sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit; cũ nullo modo sub prioris Episcopi iurisdictione sit.

20 Difficultas solum est, quando iudex præcipiat debitori, vt soluat infra certum terminum, alioquin sit excommunicatus,an terminũ creditor prorogare possit;vt exempli gratia,si Episcopus Petrum excommunicet, nisi intra mensem satisfaciat Ioanni, an Ioannes tempus illud prorogare possit, ita vt præterito mense ob factã à creditore prorogationẽ Petrus excõicatus non sit? In qua re, licet Innoc.in ca.præterea.2.num.5.& Ioann. Andr.& Host. vt refert Panorm.ibi,num.4. de appellat. & Zabarel. in clemen.1.nume. 18. de iureiur. velint excommunicatum esse, eo quod credant effectum excommunicationis differre non possit,cum iurisdictionem non habeat ad tollendam sententia à iudice latam;e contra verò Panorm. vbi supra,& Ancha.in cap.quicunque nu.3.de sent.excomm. lib.6.& Decius in d.cap.præterea.num.3.& alij hunc excommunicationem non incurrere velint, cum creditor, sicut totum debitum remittere,ita multo magis diem ad soluendum debitori datum prorogare possit, verius tamen sentiunt, qui excommunicatum illum dicunt,si iudice inscio prorogatio facta sit,ob rationem allatam; quãuis si iudex prorogationem à creditore factam nouerit, & tacuerit,aut eidem aliquo modo consenserit, nullo modo tunc excommunicationem debitor die constituto non soluens incurret,eo quod de consensu iudicis,qui excommunicationem tulit,prorogatio facta esse existimetur, argu.l.sæpè,ff.de re iud.& Pisanel.in verbo,excommunicatio,1.ver.quid si Iudex,& Hugol.de eccl.cẽs.tab.prima, c.20.§.6.nu.5.latius tradunt. & tunc si adueniẽte secundo termino non soluerit,excommunicatus erit,quia vt authores præfati docent, terminus cum omnibus suis accessorijs prorogatus esse cẽsetur.ex Innocent. Panor. Pisan. Hugol.vbi supra. Felin. in ca.ad aures, num.1.de simon. & facit l.sed & si manente,ff.de precar. Si tamẽ persona aliquo modo sibi reputet satisfactum, cessat tota excõmunicatio.ex Pisanel.vbi supra, & Summa confess. lib.3.tit. 33. q. 76. Et de forma excommunicationis siue purè, siue sub conditione lata sit, & quibus verborum formis ferri debeat,& quandu obliget,hactenus dictum sit.

De conditionibus, & circumstantijs ad ferendam excommunicationem requisitis.

Cap. XII.

S V M M A.

1 *Conditiones quædam excommunicationem præcedere, quædam subsequi debent.*
2 *Excommunicatio non ex odio, sed ex zelo iustitiæ ferri debet.*
3 *Iudex excommunicaturus quid prius debeat meditari.*
4 *Excommunicationis pœna,si nõ ipsi,cui imponitur,alijs, tamen semper salutaris est.*
5 *Monitio prærequiritur ad excommunicationem ferendam, & quare.*
6 *Monitio tam in hominis,quam in iuris sententia est necessaria,sed alia & alia ratione.*
7 *Monitio prærequiritur tam in sententijs ferendis à Prælatis regularium,quam à prælatis secularium.*
8 *Monitio necessaria est,etiam quando quis iterum ob eãdem causam excommunicatur.*
9 *Monitio non solum prærequiritur, quando Iudex procedit ex officio,sed etiam quando alio petente excommunicat.*
10 *Monitio ob quos fines facienda sit.*
11 *Monitio facienda est coram personis idoneis ad testificandum, & hoc quare.*
12 *Monitio,seu citatio,vt ad domum ipsius excommunicati fiat,quando sufficiat.*
13 *Monitus semel personaliter non necessario iterum sic admonendus est.*
14 *Monitio,quæ ad notitiam ipsius citati peruenit, sufficit, ne iterum personaliter admoneatur.*
15 *Monendus necessariò non est, qui iterum ob eamdem causam, seu absolutionem male receptam excommunicatur.*
16 *Monitio in aliquibus casibus licitè omitti potest.*
17 *Monitio an necessaria sit, vbi quis pro delictis notorijs excommunicatur.*

18 *Monitio an omitti poterit, vbi est periculum in mora.*

19 *Monitio necessaria non est, quando excommunicatio generalis pro culpis futuris fertur.*

20 *Monitio an necessaria sit, quando excommunicatio fertur à Iudice, non vt Iudex est, sed vt persona priuata, & vice partis agens contra occupantem res Ecclesiæ.*

21 *Monitionem an prælatus Regularis subditum suum excommunicaturus necessario præmittere teneatur.*

22 *Authoris opinio in præmittenda monitione in excommunicatione Regularium.*

23 *Monitio an præmittenda sit, quando excommunicatio fertur ob delictum in præsentia Iudicis commissum.*

24 *Monitio an necessaria sit, vbi Iudex excommunicat excommunicatum à iure propter idem delictum.*

25 *Monitio necessaria non est, quando is, qui excommunicat, merus, & simplex executor est.*

26 *Monitio quamuis regulariter præmitti debeat, ea tamen omissa, excommunicatio lata valida est, & quare.*

27 *Monitio omissa, excommunicatio nulla est, si iudex exprimat se omittere monitionem, eo quod de iure non sit necessaria.*

28 *Excommunicatio sine monitione præmissa nulla est, quando fertur in Monitorio aliquo executorio, sine Clausula iustificatiua,* Si te senseris grauatum, *&c.*

29 *Excommunicatio absque præuia monitione est nulla, quando Iudex excommunicat participantes cum excommunicato à se, ea non præmissa.*

30 *Excommunicatio non præmissa monitione cur valida sit, quando Iudex excommunicat participantes cum excommunicato ab alio, non autem cum excommunicato à se.*

31 *Monitionis præmittendæ iuri, ita, vt ea non præmissa excommunicari valeat, nemo cedere potest.*

32 *Monitio præmittenda competens, & Canonica esse debet, & quænam hæc sit.*

33 *Monitio trina præmittenda cum aliquo dierum interuallo fieri debet.*

34 *Monitio per interualla dierum qualiter facienda sit.*

35 *Monitio vna pro tribus quomodo fieri debeat.*

36 *Monitionis termini pro diuersa necessitate, & facti qualitate, ad Iudicis arbitrium, ampliari, vel restringi possunt.*

1 PRæter formam verborum, quibus exprimi debet in præsenti aliquem extra Ecclesiam eijci, & Ecclesiæ communione priuari, aliæ etiam conditiones, etsi non necessario; ad excommunicationem tamen debitè ferendam requiruntur; quantum aliquæ requiruntur, antequam sententia fertur; quædam simul cum fertur; quædam subsequi debent; quædam denique sunt, quæ adesse debent, & antequam feratur; & simul dum fertur; & postquam lata est. Præcedere, comitari, & subsequi sententiam excommunicationis debet vnum, scilicet, vt absit omnis inordinata affectio in Iudice excommunicante, vt non ex odio, amore, aut gratia, sed ex simplici zelo iustitiæ, & ex debito sui officij sententiam ferat, aut in iam lata sibi complaceat. Vndè in c. cum medicinalis. de senten. excommun. lib. 6. dicitur: *Cautè prouideat Iudex Ecclesiasticus, vt in ea, idest, excommunicationis sententia ferenda, ostendat se prosequi quod corrigentis fuerit, & medentis: ita scilicet; vt excommunicatio medicinalis esse possit, idest, salutifera excommunicato, non mortalis, disciplinans, non eradicans.*

3 Hinc Doctores vno consensu docent, quòd antequam Iudex huiusmodi sententiam proferat, debet prius meditari, quid agat, & ita discretè agere, vt ipsa excommunicatio nedum sit iusta ex animo, sed etiã ex causa; vt enim arg. glossa 11. q. 3. in Summa, & cap. Episcopus. §. si ergo. 11. quæst. 3. & in cap. sacro, in verbo, iusta fuerit, de sent. excomm. & in cap. cum medicinalis. in verbo, medentis, cod. tit. lib. 6. ex animo, ordine & causa sententia iniusta, aut iusta esse potest. Vnde, in consideratione Iudicis id agendum est, vt quæ Dei sunt prosequatur, non quæ sua, aut suorum, arg. cap. ipse ligandi, & capit. plerumque, 11. q. 3. Qua de causa Ioan. And. & Domin. in cap. Romana. de sent. excom. lib. 6. Gemin. & Steph. Costa, in cap. cum medicinalis. num. 4. eod. tit. & lib. & ibidem etiam Ioan. Andr. Sanct. Thom. 4. d. 18. quæst. vlt. ar. 2. Panorm. in c. ab excommunicato, num. 20. de rescript. Felin. in capit. Apostolicæ, colum. 4. & 5. de except. Ioan. Caldeem. reper. in d. capit. ab excommunicato. Paul. de Leazar. in reper. capi. fin. de postulat. prælat. Couar. in cap. alma mater. in princip. num. 10. de senten. excom. lib. 6. docent, & consulunt, quòd si Iudici constaret excommunicationem Reo nõ profuturam, illam ferre non debeat; quorum dictum, vt verum sit, intelligi debet, nisi delicti qualitas ad aliorum saltem terrorem hunc postularet, & ad vitandum, ne eius commercio alij seducantur: solet enim nonnunquam

4 pœna, etsi non ipsi, cui imponitur, alijs tamen esse salutaris, qui puniorum exemplo territi, delinquere timent, arg. c. cleric. 1. de offic. ordin. & c. irrefragabili. tit. eod. & c. ad liberandum. de Iudæis, & ca. quapropter. 2. q. 7. & eleganter tradit S. Tho. 1. 2. q. 87. art. 7. post Arist. 2. Ethic. cap. 3. sed & Gratianus 24. q. 3. cap. resecandæ, ex S. Hieronymi testimonio vtile esse docet, vnum excommunicare, & à consortio aliorum separare, vt sic incolumitati aliorum consulatur, ait enim S. Hieron. in Epist. ad Gala. t. cap. 5. *Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosæ oues à caulis repellendæ, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant.* Et latius tradunt Alexan. de Ales, in 4. par. Summæ, quæst. 22. membr. 1. art. 1. §. vers. ad illud quod obijcitur. & Richar. 4. d. 18. art. 3. quæst. 1. & Hugol. de eccles. censur. tab. 1. capit. 14. §. 7. nu. 1.

5 Antequam autem sententia excommunicationis feratur, prærequiritur monitio, de qua nõnulla sunt notanda.

Primo annotãdum est, monitionem istam necessariam esse, quotiescumque excommunicatio respicit futurum, quod est commune in omnibus ab homine latis, vnde solent Canonistæ communiter dicere, excõmunicationem non ferri ab homine nisi propter contumaciam. Quæ veritas colligitur ex capt. sacro, & capt. contingit, 2. de sent. excomm. cap. Romana, versic. sed nec. eod. lib. 6. & capi. reprehensibilis. & ibi DD. de appellat. glo. in cap. statuimus. in verb. monitionem c. cum medicinalis, & cap. constitutionem, de senten. excommun. lib. 6. Innocen. in cap. ad hæc, num. 3. de appell. Marian. Socin. in cap. perpendimus. num. 67. & 91. de senten. excom. Angelica, verb. excom. 1. num. 1. Pisanella, verbo, excom. 1. num. 1. Pisanella, verbo, excom. 1. versic. quomodo debeat fieri. Tabiena, verbo, excom. 2. in princip. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Gabr. 4. dist. 17. q. 2. ar. 2. cõcl. 7. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 1. ar. 2. conclus. 3. Nauar. in Man. cap. 27. num. 10. & 11. Couar. in ca. alma Mater, 1. par. §. 9. num. 4. Hugol. de Eccles. cens. tab. 1. ca. 18. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 17. §. 3. Stephan. Costa, in capit. cum medicinalis, num. 20. de sent. excom. lib. 6. Cuius ratio est; quia excommunicatio ferri non debet nisi ob inobedientiam, & contumaciam; nemo autem præsumitur contemnere exterius, nec pœnam repellere Ecclesiæ, nisi moneatur prius sub pœna excommunicationis; quamuis aliud constet, præsumitur, quod ita monitus obediet timore tantæ pœnæ. vnde prius admonendus est, antequam sententia excommunicationis (& idem de suspensione, & interdictu dicendum est) proferatur. Id quod procedit

6 Primò, siue sit sententia hominis, siue iuris; & quidem

in excommunicatione ab homine, moneri debet persona inobediens; in excommunicatione autem à iure satis est monitio generalis, quæ fit ab eodem iuris conditore, vnde, qui contra admonitionem iuris peccat, eo ipso in excommunicationem incurrit. Immò, etiam quando iudex aliquid præcipit sub excommunicatione latæ sententiæ, tunc non requiritur alia monitio, sed faciens contra, statim excommunicatus est, cum habeat annexam contumaciam, secundum Ioann. de Lignano tracta. de censur. Angelica, verb. excommun. 1. numero primo, Henriquez, libro 13. de excommunic. capit. 17. §. 3. in fin. & communem DD.

7 Secundo etiam hoc procedit, siue excommunicatio ab ordinario, siue à delegato Iudice feratur, siue etiam ab Antistite regulari proferatur, cum iura citata non distinguant, & eædem vbique rationes militent; maximè cum iura hæc veritati nitantur, quam decet maximè religiosos seruare, & præsertim, quia in dubio, quod certius est, tenendum est, arg. ca. iuuenis, de sponsal. Adde, quod vbi lex præcipuum aliquid de religiosis statuere valuit, illud exprimere, & excipere solet, vt habetur clem. 1. de priuileg. & fauet Gem. in cap. 1. de senten. excom. libr. 6. & Nauar. etiam huius opinionis est in Manuali cap. 27. num. 7. in fine, & Hugol. de eccles. censur. tabu. 1. cap. 14. §. 6. num. 2. & cap. 18. num. 1. præsertim, cum vt ait Nauar. prælati religiosorum cautius excommunicare debeant, quam sæcularium, propter maiorem charitatem, qua debent esse erga fratres, arg. notatorum per Panorm. in ca. cum causam, quæst. 1. de iudic.

8 Tertio etiam hoc procedit, vbi quis iterum ob eandem causam excommunicatur, propterea quod absolutus iniuria est; debet enim primo admoneri, ex Innoc. in cap. ab excommunicato, num. 3. de rescript. & Felin. in capit. cum sit Romana, num. 12. vers. octauo not. de appel. vnde, qui cautione præstita de parendo mandato Ecclesiæ, absolutus est, si deinceps non pareat, non iterum ante admonitionem excommunicandus est, ex Felino, in capit. ad nostram, nume. 2. de iureiur. & Decio, in cap. reprehensibilis, de appellat. & addit. ad Panorm. in cap. sacro, in litera E. de sent. excomm. & Rota in decis. 65. de appellat. in antiq. exceptis tamen casibus, qui habentur capit. eos, de sententen. excom. lib. 6. in quibus ipso iure in excommunicationem quis incidit.

9 Quarto procedit, siue Iudex ex officio, siue alio petente, quempiam excommunicet, arg. cap. venerabilibus, §. porro, vers. similiter. de sent. excom. lib. 6. cum enim laicus à clerico Iudice petat, vt aliquem excommunicet, non tamen id ante facere debet, quam cognita causa, & adhibita forma, & admonitione, arg. cap. sacro; de sent. excó. & capit. cum medicinalis, eod. tit. lib. 6. communiter igitur ante, excommunicationem præcedere debet monitio ob rationes dictas, id quod etiam de suspensione, & interdicto ob paritatem rationis sentiendum est. Solet

10 autem communiter fieri ista monitio, vel per modum monitionis aliquando etiam extraiudicialiter; vel per modum citationis, & monitionis iuridicè. Finis autem huius monitionis potest esse duplex, ex Innocent. in capit. proposuit, de concess. præbend. vnus videlicet, vt reus se corrigat; alter, vt se coram Iudice purget; si innocentem se cognoscat.

11 Secundo aduertẽdum est, quod citatio, & monitio hæc, communiter facienda est coram personis idoneis ad testificandum, per quas (si necesse fuerit) possit probari monitio, ca. sacro, de sent. excom. & DD. ibi; & fieri debet personaliter; nec sufficit fieri ad domum eius, qui excommunicandus est, ex Innoc. in cap. fin. num. 3. & Panorm. ibi, num. 14. de eo qui mittitur in posses. Felin. in cap. cum sit Romana. num. 13. & 24. de appell. Marian. Socin. senior, in cap. nulli, nu. 15. de sent. excom. Rota, decis. 28. num. 5. de appellat. in antiq. & decis. 15. de sent. excom. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 9. num. 4. vers. ab eadem radice, de sent. excom. lib. 6. & Hugol. tab. 1. cap. 18. §. 1. Quo fit, ne in re tam graui contingat innocentem puniri, & excommunicari; & quia excommunicatio propter contumaciam, & inobedientiam fertur. An verò quis contumax sit, necne, nisi ipsemet, ac personaliter admoneatur, & citetur, cognosci non potest; id quod etiam docet Henriquez lib. 13. de excom. cap. 17. §. 3. & communis Doctorum consensus. Ceterum nonnulli casus excipiuntur, in quibus sufficit, quod citatio fiat ad domum, & ad ipsius citandi habitationem assiduam, vt sic legitimè citatus, & monitus quis dicatur.

12 Primus est, quando reus se abscondit, vel impedit, quo minus personaliter citetur, tunc enim satis est, vt ad domum ipsius excommunicandi citatio fiat, quem casum ponit Innoc. in cap. fin. num. 3. de eo qui mittitur in possess. & facit textus in cap. 1. qui matrimo. accus. possunt. Rota decis. 11. de dolo. & contumac. Couar. in ca. alma mater. 1. part. §. 9. nu. 4. vers. primus passim constituitur. de sentent. excomm. lib. 6. Hugol. tab. 1. cap. 18. §. 1. nu. 1. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 17. §. Existimo tamen ad hoc requiri, vt vel constet Iudici reum se abscondere, vel saltem habeantur indicia valde probabilia, quia non præsumitur dolus, nisi probetur, arg. l. dolum, ff. de dolo. quod si reus domum non habeat, fieri debet admonitio in Ecclesia Cathedrali eius loci.

13 Secundus est, quando iam semel fuit citatus personaliter, tunc enim reliquæ citationes fieri possunt ad domum, & in ipso tribunali excommunicari poterit, ex Felino, in cap. cum sit Romana, num. 14. de appellat. Rota, decis. 199. in nouis. Couar. vbi supra, nu. 4. versic. secundus est. Hugol. in d. §. 1. in fine.

14 Tertius est, quãdo aliqua citatio facta ad domum, peruenerit ad notitiam ipsius citati, tunc enim reliquæ citationes ad domum fieri possunt, ex Felino, in d. ca. cum sit Romana, nu. 15. Rota, decis. 424. in nouis. Couar. supra, vers. tertius casus, Hugol. cit. etenim certus, certior fieri non potest. c. cum qui. de reg. iur. lib. 6.

15 Quartus est, cum quis iterum, in excommunicationem conijcitur, eo quod malè absolutus erat, tunc enim sufficiet citatio ad domum facta, ex Innoc. in cap. fin. num. 3. de eo qui mittitur in possess. Rota, decis. 7. de sentent. excommunic. in nouis. & addit. ad Panorm. in cap. sacro, in litera C. de sent. excom. Couar. vbi supra, nu. 4. versic. quartus casus, Hugol. in d. §. 1. in fine, qui addit alios casus, in quibus non est necessaria personalis citatio & admonitio, nimirum, quando non in certam personam, sed generaliter fertur, quod fit, vel vbi pro futuris culpis fertur, vt sunt omnes censuræ à lege latæ; lex enim semper admonet, ne quis prohibitum crimen committat, vnde non est alia monitio necessaria, maximè, quia is, qui contra facturus sit, ignoratur; vel vbi pro præteritis, & præsentibus culpis ab homine fertur, sed ignoratur, quisnam in culpa sit, tunc enim admoneri quis in particulari non potest, sed generaliter solum admonitio fit, arg. ca. 2. de offic. ordin. vnde solet Ecclesia excommunicationẽ in generali ferre in eum, qui rem Ecclesiæ furto abstulit, aut detentorem sciat, nisi detinens intra tantum tempus restituerit, aut detentorem patefecerit, arg. cap. 2. de offic. ordin. iuncto cap. ex parte, 1. de verb. signific. & notat Panor. in cap. dilectus, de excess. prælat. & in cap. qui cum fure, num. 2. de furt.

16 Tertio aduertendum est, quod cum in cap. sacro. de senten. excom. simpliciter prohibitum sit, ne feratur excommunicatio sine prævia monitione, seu citatione, ideo videtur simpliciter, & vniuersaliter requiri, adeo, vt Iudex eam omittentes incurrat suspẽsionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem; Felinus tamen, & alij, nonnullos casus ponunt, in quibus licitè, & impune omitti poterit admonitio; Quorum

17 Primum est, quando excommunicatio fertur pro delictis notorijs, ita Felin. in cap. sacro, de sent. excommun. arg.

arg.cap.de manifesta.2.q.1.& cap.euidentia, de accusat. cum alijs,quæ adduci solent ad probandum, non esse necessariam citationem in notorijs; vnde & Apostolus 1. Corinth.5.& habetur in cap.cum sit Romana.de appell. fornicatorem quendam notorium, absentem, & irrequisitum excõicauit. Et huius etiam sententiæ sunt Ant. in cap.1.colum.14.de iudic.& in cap.venerabili.col.4.de cens.& Innoc.& Host.in capit.1.de offi.delegat.lib.6.& ibi Domin.col.3. Alij tamen hunc casum ita simpliciter prolatum non admittunt, quia fieri potest, vt factum sit notorium, quia scilicet manifestò constat delictũ à quopiam commissum esse, non tamen notoriè constat, eum, qui delictum commisit, nolle satisfacere pro delicto; & ita cum excommunicatio non nisi ob contumaciam feratur, de contumacia autem constare non possit, nisi antecedat monitio, iure præquiritur admonitio, ita glos. in cap. cum sit Roma. in verbo, irrequisitum, de appellat. & ibi Panorm.num.32.& Innoc.in cap.sacro. de senten. excom. Decius,in cap.1.num.34.de iudic. Couar. in cap. alma mater.1.par.§.9.nu.6.vers.& hæc quidem.de sent. excom.lib.6. Hugol.de censur.eccles.tab.1.cap.18.nu.1. Ad illud verò Apostoli respondent glos. Panor.& Cou. vbi supra, quod licet tempore illo, quo excommunicauit eum,minimè admonuerit, prius tamen sæpè ad pœnitentiam monuit, vnde, cum iam manifesta fuerat eius contumacia, & notoria, excommunicauit eum sine vlteriori monitione; si quidem in contumacem notorium ferri potest excommunicatio absque alia monitione,arg.c. illud, de eler.excom.ministr.& capit.1.de iudic.iuncta expositione Panor.ibi,num.28. vbi etiam citat glo. in c. de illicita,24.q.3.& Innoc.in c.ad petitionem,de accusat.quo sensu verum est,quod Felin.& alij supra docent.

18 Secundus est,quando est periculum in mora, quia tunc poterit quis excommunicari sine monitione. Exempli gratia, aliquis iam est commissurus delictum, & si ipsum admonere velis, timendum est, ne interim delictum committat,in hoc casu monitio prætermitti potest. ita Felin. in cap.cum sit Romana.nume.21. vers. decimotertio, & in cap.sacro.num.4.vers.secundo limita.de sent. excom. & citat Host.in cap.1.de offic.deleg.lib.6.& ibi Domin. col.3.& glos.in capit.cum medicinalis,in verbo, temerarius, de sent. excom.lib.6. Nauar.in cap.cum contingat, quinta causa nullit.num.1.vers.non obstat primo, de rescript. Hoc autem intelligendum est, non solum quando simpliciter non potest aliter prouideri, sed etiam quando non commode, aut non facilè aliter prouideri possit. Verum neque hic casus mihi videtur admittendus, nam vt ipsemet Felin.fatetur, tunc solum non præmissa monitione ferri potest excommunicatio, quando prælatus videt,quod is, qui excommunicabitur, timet, secus autem, si non timeat,cui concordant Host. in c. constitutionem, de sent.excom,lib.6.& ibi Domin.& Ioan. Andr. volunt enim isti excommunicationem nullo modo ferendam esse contra eum, qui illam non timet, sed deterior inde efficietur. At verò mea sententia, nec ferenda erit contra illum, qui eam timebit sine prævia monitione; siquidem excommunicandus, aut iamiam est commissurus delictum, & tunc præmitti debet monitio, admonendo, ne delictum committat, excommunicatione ipso facto posita, si contrafaciat; tunc enim si pœnam hanc timeat, hac monitione præmissa, desistet; Aut iam in delicto est, & tunc etiam monendus est vt desistat; vnde in nullo casu periculum est in mora, immò interminando excommunicationem,fortassis à delicto desistet, & proinde in omni simili euentu præmittendam censeo vnam saltem monitionem. Hinc Papa in cap.sacro.de sent.excom.duo dicit, nimirum præmittendam esse monitionem, & eam debere esse competentem, trinam scilicet, cum debito interuallo; At verò in cap.constitutionem.de sen.excom. lib. 6. vbi de competenti monitione agitur, statuit Pontifex, non vt omittatur omninò admonitio, sed vt omitti possit competens monitio, quando facti necessitas aliter eam suaserit moderandam. Ex quo verbo [*Moderandam*] significatur, Papam noluisse etiam necessitate facti vrgente admonitionem prorsus omitti, sed tempus, & trinam monitionem moderari; si.n. nullam admonitionem fieri voluisset, non *moderandam*, sed *tollendam*, dixisset. Et ita docent Marian. Socin. sen.in c. perpendimus.nu.114.versic. primo fallit.de sent.excom. & Hugol.vbi sup.nu.2.

19 Tertius casus est, quando fertur excommunicatio generalis pro futuris culpis,quod locum habet,quando fertur per modum statuti, vel iuris; tunc enim non requiritur monitio.ita Felin.in cap. cum sit Romana.nume. 21. vers.14.& in cap.sacro.num.5.versic.tertio limita.de sen ten.excom. Ioan.Andr.post Host.ibi,in c.P.& G.in verbo.excommunicationis, de off.deleg. & ibi Imola, col.5. Couar. in c.alma mater.1.par.§.9.nu.5. versic.trina verò.de sent.excom.lib.6. Hugol.tab.1.ca.18.nu.a.& communis. Pro futuris autem culpis excommunicatio ferri dicitur,vbi pro culpis fertur, quæ nec extiterunt,nec sunt, ex Inno. Host.& Imola,in cap. P.& G.de offic.delegat. & ibi etiam Ioan. Andr. Nauar. in cap.cum contingat.in quinta causa nullit.num.4.vers.non obstat secundo. Hugol. vbi supra, nu.3. Ratio huius est, quia satis vnusquisque admonitus censetur ab ipso iure,lex enim semper loquitur,& semper admonet,ne quis contra faciat.

20 Quartus casus est, quando fertur excommunicatio à Iudice,non vt Iudex est,sed vt persona priuata,et agens vicem partis,non Iudicis, ad defensionem proprij iuris, scilicet contra occupantem res Ecclesiæ. Facit cap.dilecto. de senten.excommun.lib.6.& ibi Gemin.nume.7.& Anchar.num.1.versic.& subdit.& Ioan. Andr.ibi,& Steph. Costa,nu.14.Innoc.in c.venerabili.nu.2.Panor.num.3. de censib. Decius,in c. reprehensibilis,de appel. Felin.in c.cum sit Romana.nu.16.vers.tertio nota,& in ca.sacro. nu.6.versi.quarto limita, Lapus alleg.73. Marian. Socin. sen.in cap.perpendimus.nu.122.versi.septimo fallit; Etenim,admonitio hæc adhibetur , vbi quis vt iudex censuram profert, argum.c.sacro,de sent.excom. Ergo secus, si non vt Iudex eam proferat,argum.c.nonne. de præsumpt.& l.cum prætor.ff.de iudic. Vnde dicunt,quod Episcopus suam visitans Diœcesim, si à parocho aliquo, qui se exemptum inquit, non recipiatur, statim sine monitione eum excommunicare potest, quandoquidem non vt Iudex sententiam profert. Ceterum, meo iudicio hunc casum rectè refellit Couar.in c.alma mater.1.par.§.9.num 6.vers. hinc deinde, de sent. excom.lib.6. quia æquè bene potest Iudex præmissis monitionibus,aut saltem vna præmissa ius suum defendere; & si eas, aut vnam prætermitteret,forte reus desisteret, & ita non opus erit excommunicatione, vnde vera erit communis sententia de trina monitione, quod illa non sit necessaria, semper tamen in hoc casu præmittenda erit vna, vt hac ratione saltem de contumacia eius constare possit.

21 Quintus casus est, Quando prælatus regularis suum subditum excommunicat, quia si prælatus monachum suum excommunicat,non præmissa monitione, nec in scriptis,non incurrit pœnas in cap.sacro. de sent.excom. & cap.cum medicinalis.eod.titu.lib.6. ita Lapus in allegat.73.& Gemin.in d.c.cum medicinalis,quos refert, & sequitur Felin.in cap. sacro.num.7.versi.quinto fallit,de sent,excom. qui hanc rationem in prælato regulari assignant,quod prælati religiosi corrigentes monachos suos non procedunt , vt iudices formaliter , nec astringuntur ad strictum iuris ordinem obseruandum, vt notatur in capitulo reprehensibilis. de appellat. & capit. per tuas, & in capitulo Heli. de simonia; Nimis enim durum est astringere prælatos regulares ad obseruationem d. cap. sacro,& d.capit.cum medicinalis, siquidem, cum continue habeant monere,& corrigere monachos suos , semper deferre deberent calamum , & chartam in manibus Verum neque hic casus videtur mihi verus , cum que negant

gant Ioan. Andr. in d.c. cum medicinalis. Steph. Costa ibidem, nu. 76. & sequentibus, Angelica, verbo, excõmunicatio, 2. nu. 3. & Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 7. in fine. Quia enim canones citati simpliciter loquuntur, simpliciter de omnibus intelligi debent; & licet prælatus regularis procedere possit ad correctionem suorum monachorum, non seruato iuris ordine, non videtur tamen procedere posse ad hanc iuridicam correctionem per sententiam excommunicationis, nisi aliunde hoc sibi liceat, quia scilicet priuilegium habeat à Summo Pontifice de non procedendo iuris ordine seruato; aut quia statuta sui ordinis aliam formam traderent, & illam seruarent, & non formam d.c. sacro. & d. cap. cum medicinalis. arg. ca. qualiter. 2. in fin. de accus. vbi dicitur, ordinem iuris non esse in regularibus vsquequaque obseruandum.

22 In hac igitur re, ego circa regulares hoc obseruandum esse censeo, quod si à iure ipso facto, vel ab aliqua constitutione regulari facta per ipsos regulares inferatur excommunicatio aliqua pro aliquo facto, dicto, aut alia transgressione, quod tunc prælatus regularis possit pro obseruantia regulari sibi subditum monachum excommunicare, non seruata forma d. cap. sacro. & d. ca. cum medicinalis, nec incurret pœnas ibi contra transgressores latas. Sin vero prælatus vellet ex nouo mandato excommunicare aliquem subditum suum, vltra expressè contenta tum in regula, tum in obseruantijs regularibus, crederem tunc teneri prælatum ad iuris ordinem seruandum, cum constitutiones illæ, cap. sacro, & cap. cum medicinalis, generales sint quoad quoscunque excommunicātes; alioquin pœnas ibi positas incurret. Nam ex quo prælatus aliquid nouum attentat vltra contenta in obseruantijs regularibus, videtur temerariè agere, si formam iuris non seruet. Hinc Panormit. in c. reprehensibilis, num. 6. de appell. testatur Abbatem quendam, qui monachum suum excommunicauit sine præuia monitione, propterea quod è claustro licentia non habita exijsset, ideo excusatum fuisse, eo quod repertum fuit statutum in monasterio, quod ob hanc causam fulminabat excommunicationem ipso facto. Quæ distinctio, & responsio clarior erit ex ijs, quæ statim subijciemus in casu septimo.

23 Sextus casus est, quando delictum est commissum in præsentia Iudicis, tunc non opus est monitione. ita Feli. in cap. sacro, num. 7. vers. sexto limita, & refert Innocent. in cap. 1. & sequitur Anton. in cap. ad Apostolicæ, col. 1. de except. & in cap. vestra. column. vlt. de cohabit. cler. & mulier. Quod tamen mihi videtur limitandum, si publicè & notoriè sit commissum in eius præsentia: vt exempli gratia, quia Iudice pro tribunali sedente dixerat in iudicio, vel se minime compariturum, si citaretur; vel se non pariturum, si admoneretur, arg. cap. venerabilibus. §. porro. vers. secus autem, de sent. excom. lib. 6. Ratio est: quia admonitio fit, vt an obedire velit, nec ne, Iudex cognoscat, & vt eius contumacia conuincatur; quare cum publica & manifesta sit, admonitione opus non est. Accedit, quod manifestus contumax materia proxima est censuræ; & ideo alia monitione non est opus: & hoc clarè docent Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 9. num. 6. vers. & hæc quidem, ibi, sic sanè in contumacem, de sen. excom. lib. 6. & Hugol. de Eccles. cens. tab. 1. cap. 18. num. 2. in fine, vbi alios refert.

24 Septimus casus potest esse ille, quem ponit Couar. vbi supra, num. 5. versic. trina verò monitio. quando Iudex excommunicat excommunicatum à iure propter idem delictum; supponit enim excommunicatum à iure propter aliquod delictum posse propter idem delictum excommunicari ab homine, quia tunc nihil non facere videtur Iudex, nunc enim monitione præuia non est opus: si Iudex excommunicet aliquem, qui ob clerici percussionem, in excommunicationem iuris iam inciderat, ob cap. si quis suadente diabolo, 17. quæstione 4. aut si Iudex excommunicet deferentem arma prohibita ad Saracenos, qui antea fuit excommunicatus ob cap. ita quorundam de Iudæis, tunc enim admonitio non est necessaria, id quod videmr satis probari ex cap. reprehensibilis. de appel. vbi Alexander Papa III. ait: *Præsenti decreto statuimus vt nec prælati, nisi canonica commonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat.* Et quidem excommunicatum à iure pro delicto ab homine sine alia monitione excommunicari posse docent Panorm. in dicto cap. reprehensibilis. num. 6. et 7. de appellat. Lapus allega. 73. Marian. Socin. sen. in cap. perpendimus. nu. 119. versiculo quinto fallit. de sent. excommun. Couar. vbi supra, & Hugol. loco cit. talis enim ex eo, quod contra legem peccare præsumpserit, contumax esse censetur, arg. cap. 1. de præsumpt. & hoc quidem licet fortassis in rigore verum sit, tamen existimarem quam opus esse, licet non trina, saltem vnica monitione, priusquam noua alia excommunicatio in delinquentem proferatur, vt sic melius de contumacia eius, necnon de crimine, cuius causa excommunicatio indicta est, cit. ta parte constare possit, vt tandem fatetur Couar. supra, qui alios plurimos pro hac re citat, in fine, versiculo, trina verò monitio, & fauet Tabiena verbo, excom. 2. non longè ab initio.

25 Octauus casus add tur a Tab. na loco præmemcitato, & ab Hugolin. d. Eccles. cens. tab. 1. cap. 18. num. 2. in principio, quando is, qui excommunicat, aut aliam censuram fert, merus, & simplex executor est; vt si Papa, vel Episcopus c mm ttat alicui clerico, vt aliquem excommunicet, atque ideirco eum simplicem executorem facit, vt h betur in cap. fin. §. fin. de offic. delegat. talis enim cl ric s nulla præuia monitione excommunicare potest; dili. nter enim custodiendi sunt fines mandati, argum. l. diligenter. ff. mandati; quamuis qui mandatum hoc dedit, prius admonitionem præmittere debuerit. Hi igitur casus sunt, in qu bus authores non necessariam admonitionem esse ante excommunicationem ferendam locis à nobis allatis existimant.

26 Quarto notandum est, quod licet Iudex male faceret, & peccaret excommunicando in casibus non permissis, non præmissa trina, & canonica monitione; sententia tamen sic lata valida est, ex cõmuni DD. sententia. Sic glo. in Summa, 2. quæst. 1. & in capit. reprehensibilis. in verbo, proferant. & ibi Panorm. num. 13. de appellat. & glo. in cap. sacro. in verbo, iusta fuerit, de senten. excommunicat. & in capitulo primo, in verbo, sine ordine iudiciario, & ibi Panorm. numero tertio, de excessibus prælat. & glos. in cap. Romana. in verbo, iniustas. de sentent. excommunic. libro sexto, Innocent. in cap. ad hæc. 5. numero tertio, de appellat. Felin. in cap. cum sit Romana. numero 15. versicu. secundo nota, vbi citat Imol. in cap. ab excommunicato. colum. 13. de rescript. & in capit. fin. de præbend. Rota, Decis. 8. in antiq. de sentent. excommun. Marian. Socin. sen. in cap. perpendimus. num. 132. ver. postremo, de sent. excom. S. Anton. 3. par. titul. 24. c. 74. circa medium. Tabien. verbo, excommunicatio, secundo, in principio, Nauarrus, in Manuali, capitulo, vigesimoseptimo, numero vndecimo, Couarruuias, in capitul. alma mater, prima parte, §. nono, versiculo, quod si excommunicatio, numero septimo, de sententia excommunicationis libro sexto, Martinus Ledesmus, 2. 4. quæstione vigesimatertia, articulo tertio. Sotus quarta, distinctione vigesima secunda, quæstione prima, articulo secundo, conclus. 3. Henriquez libro decimotertio, de excommunicatione, capit. 17. §. 3. in fine. Hugolinus de ecclesiast. censur. tabul. 1. capitulo 18. numero quarto, & alij omnes. Et colligitur euidenter ex capitulo sacro, de sentent. excommunicat. vbi dicitur, *quod admonitione prætermissa, etiamsi alias iusta excommunicationis sententia sit, puniatur tamen Iudex, qui illam tulit.* Si igitur omissa admonitione sententia iusta esse potest, consequenter valida erit. Et hoc quod

consequenter valida erit. Et hoc quod dixi, non solum procedit in Iudice ordinario, sed etiam in delegato: nam d.c. sacro. non distinguit inter ordinarium, & delegatum, sed dicit *posse esse iustam sententiam*, & proinde validam, *etiam si omissa sit monitio, sed puniendum esse Iudicem, qui eam omittit*; Et ratio est: quia vt notat Panorm. in c. ab excõmunicato. nu. 10. de rescript. vis excõicationis non ab admonitione, aut ordine iudiciario, sed à clauibus Ecclesiæ & iurisdictione ferentis dependet; quæ tam in delegato, quam in iudice ordinario esse potest. Et ita expresse tradunt, Inn. in c. illud, de cl. excom. minist. Pan. in c. reprehensibilis, nu. 13. de appel. Fel. in c. cũ sit Romana. n. 15. vers. 2. considera. de appel. Decius in c. reprehensibilis, n. 7. de appellat. Ludouic. Roma. cons. 354. Nau. in ca. cum contingat. in quinta causa nullit. versi. neque obstat primo, in fine, vbi alios citat, Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 9. nu. 7. vers. quod si excommunicatio, de sent. excom. lib. 6. Hug. de Eccles. cens. tab. 1. c. 18. num. 4. qui omnes cum alijs sententiam excommunicationis à delegato etiam Iudice sine monitione latam, validam esse docent, quicquid in contrarium in delegato Iudice doceant Nicolaus Milis in Repertor. verbo, citatio, col. pen. & Feliu. sibi contrarius, in c. facto, nu. 2. vers. Fallit vno casu, de sent. excom. qui pro se citant decisionem Rotæ 26. de sentent. excom. quę incipit, *Vtrum excommunicatus*. & hoc ob dictum Othonis Cardinalis (quod approbat Hostiens. in cap. si. de præben.) dicentis, quod omnis sententia delegati iniusta, est nulla, eo quod intentio delegantis sit, vt rectè, & iustè, & secundum formam procedatur. Quorum sententia falsa omnino est, vt diximus, si absolute, & vniuersaliter accipiatur; & solum vera est, vbi delegato Iudici forma huiusmodi de non excommunicando, aut aliam censuram ferendo, nisi admonitionibus præmissis præscripta à Iudice delegante fuisset; tunc enim, si admonitiones non adhibeat, sententia nulla erit, quia forma præscripta non seruata, actus nullus est, arg. c. cum dilecta, de rescript. & c. Pisanis, de rest. spoliat. & Inn. & Imola ibi, & cap. si. de præben. & Domin. in c. Romana, §. sed nec. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. Felin. in c. cum sit Romana, nu. 15. vers. secũdo considera. Nauar. in c. cum contingat, in quinta causa nullit. nu. 7. vers. non obstat secundo, Couar. in cap. alma mater. 1. p. §. 9. num. 8. vers. sunt tamen qui existiment. de sent. excom. lib. 6. Hug. de censu. Eccles. tab. 1. c. 18. nu. 4.

Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus excommunicatio sine monitione nulla est.

27 Primus est, quando iudex exprimat se omittere monitionem, eo quod de iure non sit necessaria, tunc enim sententia esset nulla, eo quod continet errorem intolerabilem, & contra expressum ius, vt ex locis allatis constat.

28 Secundus est, quando fertur in præcepto, seu monitorio aliquo executorio sine causæ cognitione, ac sine clausula iustificatiua, *Si te censeris grauatum*, & cap. aut, non dato termino ad allegandas causas, si quas habuerit contra huiusmodi mandatum &c. iuxta Innocent. in cap. proposuit, de concess. præben. & in cap. 1. eo. titu. lib. 6. Oldrad. consi. 81. num. 2. quia tunc sicut monitorium est nullum, ita eius accessoria excommunicatio nulla erit, arg. l. non dubium. C. de legib. & regula, accessorium. de reg. iur. li. 6. Bart. in l. 1. C. de executione. rei iudic. & Bal. in l. 1. C. quomodo, & quando iudex. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 11. & in c. cum contingat. in octaua causa nullit. nu. 4. versicu. ex quibus infertur, de rescript. Hugol. vbi supra, nu. 4. in fine. Vnde, si iudex alicui causa minus cognita præcipiat, vt nisi intra decem dies Petro satisfaciat, statim excommunicatus sit, non adiecta clausula, *Si te grauatum senseris, &c.* præceptum nullum est, & consequenter excommunicatio nulla erit; accessorium enim eius naturam sequitur, ad quod accedit Regul. accessorium, de reg. iuris libro 6.

29 Tertius casus est, qui frequentiori Doctorum consensu excipitur, quando Iudex excommunicat participantes cum excommunicato à se, tunc enim si omittat monitionem canonicam, sententia est nulla. Sic habetur expressè in capitulo statuimus, & ibi glos. in verbo, monitionem canonicam, de senten. excommunic. lib. 6. Panormit. in cap. reprehensibilis, nume. 13. de appellat. Steph. Costa in d. cap. statuimus, num. 8. & 9. Nauar. in Manua. capit. 27. nume. 4. & 36. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. artic. 3. Henriquez lib. 13. capit. 17. a. 3. in fine. Hugol. tab. 1. capit. 18. nume. 4. in fine. Vnde, si quis excommunicatus sit, & alius admittat eum ad suum consortium, is qui admittit, minorem excommunicationem incurrit, quod si non desistat ab eius consortio, excommunicari potest maiori excommunicationi ab eodem iudice, qui alterum excommunicauit, sed prærequiritur trina monitio, vel vna pro omnibus cum interuallo dierum, alioquin excom

30 municatio illa nulla erit. *Dixi, quando excommunicat participantes cum excommunicato à se*; secus enim erit, vbi excommunicat participantes cum excommunicato ab alio, tunc enim excommunicatio valida erit, et si omissa sit monitio, erit tamen iniusta. Ita Ioan. Andr. in d. cap. statuimus, in verbo, ab eo, de sent. excommunicationis, libro 6. Panormit. in capit. sacro. nume. 9. de sententia excommunication. Anchar. in cap. constitutionem. de sentent. excommun. libro 6. & ibi Gemin. num. 4. versiculo, quid si Episcopus, Perusin. in capitulo petuenit, 1. de appellat. cuius specialitatis rationem Doctores allati hanc esse dicunt, quia iudices magis accensi sunt ad excommunicandum eos, qui cum excommunicatis à se participant, quam eos, qui participant cum excommunicatis ab alio, quam ab ipso proferente, cum in vno casu contemnitur auctoritas propria, in alio contemnitur auctoritas aliorum; faciliores autem sunt iudices ad vindicandas proprias iniurias, quam aliorum; & ita capitulo constitutionem, & capitulo statutum. de sentent. excommun. quæ capitula, quia generaliter loquuntur, restringi debent ad sensum dicti capituli statuimus. nam lex interpretans ad normam legis intelligitur, quam interpretatur, arg. authent. de fil. ante dotal. instrum. nat. & ibi not. Bart. Et quod diximus de excommunicatione, de alijs itidem censuris intelligi debet: Sicut enim participans excommunicato, qui ligatur minori excommunicatione, non potest maiori excommunicatione innodari, non præmissa canonica monitione; ita etiam nec suspendi, aut interdici poterit, nõ pręmissa canonica monitione, & nominatim, & aliter latæ non tenent, ex gl. in d. c. statutum, in verbo aliter, & Steph. Costa, ibi, nu. 1. de sent. excom. lib. 6.

31 Quinto, aduertendum est, quod nemo cedere potest iuri monitionis, seu citationis, ita, vt non præuia monitione possit excommunicari. Sic expresse Panorm. in cap. P. & G. nume. 7. de offic. delegati, & citat Host. in cap. diligenti, de foro compet. & capitulo contingit. 2. de sentent. excommun. Et ratio est: quia ius præmittendi monitiones, non est introductum in fauorem priuatum, sed publicum, vt sic vitentur multæ iniustitiæ, argum. capituli contingit, 2. de sentent. excommun. non potest autem publico iuri, pactis, & auctoritate priuatorũ derogari, vt habetur in l. ius publicum. ff de pactis.

32 Sexto notandum est, quod monitio, seu citatio pręmittenda debet esse competens, c. sacro. de sent. excom. & ca. Romana, eod. tit. lib. 6. competens autem monitio est illa, quæ fit ter, & dicitur canonica, quia non priuatim, sed secundum iuris ordinem a Christo, & sactis canonibus præscriptum fieri debet, arg. Matth. 18. & c. omnes decimæ. 16. q. 7. capitulo de presbyterorum 17. quæst. 4. & capitulo de illicita. 24. q. 3. cap. contingit, 2. & ibi glo. in verbo, tertio, & in capitulo sacro, in verbo, competenti, de senten. excommun. capit. constitutionem, §. statuimus, & ibi glo. & Gemin. & Anchar. nume. 2. ver. quarto. not. de sen. excom. lib. 6. & glo. in c. statuimus, in verbo, monitionem Canonicam, de senten. excommu. lib. 6. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 74. Gab. 4. d. 18. q. 2. art. 2. conclus. 7. Angeli

ca, verbo, excō. 2. n. 1. Pisanella, verbo excom. 1. vers. quo modo debeat fieri, Tabie. verbo, excomm. 2. in principio, Maron. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. Sotus, 4. d. 22. q. 1. art. 2. concl. 3. Nauar. in Man. c. 27. nu. 11. Couarr. in cap. alma mater, 1. p. §. 9. nu. 5. versi. monitio autem. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 3. Hugolin. de Eccl. cens. Tab. 1. c. 18. §. 2. nu. 1. Quod procedit a quocunq; Iudice proferatur, siue inferiori, siue superiori, siue ab Episcopo, siue a Papa, siue ab ordinario, siue a delegato, cum eadem ratio sit in omnibus, vt notant Gemin. & Anch. nu. 2. vers. item ponderet. in c. constitutionem §. statuimus, de sent. excom. lib. 6. Non tamen subiectus est Papa huic iuri, sicut alij inferiores, argum. c. proposuit. de concess. præb. tenetur tamen ex æquitate hanc monitionem trinam præmittere.

33 Vnaquæq; autem harum triū monitionum cum aliquo dierum interuallo esse debet, c. constitutionum, de senten. excom. lib. 6. & Doctores ibi, Couarr. vbi supra, Marian. Socin. in c. perpendimus, nu. 108. & nu. 110. de sent. excom. ita, vt biduum saltem inter vnamquamq; illarum intercedat; id quod colligitur ex d. ca. constitutionem, vers. obseruent aliquorum dierū cōpetentia interualla: ex quo enim mētio fit aliquorū dierum, duo s. Item dies inter vnamquāque monitionem intercedere debēt, ex Gem. Anch. Steph. Costa, in d. c. cōstitutionē, nu. 4. de sent. excom. lib. 6. Martan. Soc. in d. c. perpendimus. nu. 112. Nauar. in Man. c. 27. nu. 11. Hugolin. de cēs. Eccl. tab. 1. c. 18. §. 2. n. 4. Inter-

34 uallum dierū inter admonitiones intercedere debet, aut separatim, aut simul; separatim, vt si Iudex moneat Petrū vt satisfaciat Paulo, monere eum potest primo, vt intra tres dies illi satisfaciat, quo termino elapso, iterum alio spatio totidem dierum monebit; quo præterito, si in eadē contumacia perseueret, tertio eodem modo monebit: quæ si tunc intra tempus præscriptum non satisfaciat, nulla alia præmissa monitione excommunicari potest. Simul

35 autem, seu vna monitione pro tribus fieri potest, assignato vno tantum termino qui valeat pro prima, secunda, & tertia monitione, cum interuallo saltem duorum dierum, vt *Admonemus te, vt intra sex dies, quorum duos pro prima, duos pro altera, reliquos pro tertia monitione damus, vt Petro satisfacias; ad iudicium accedas; aut resipiscas.* hæc enim est sufficiens admonitio, vt colligitur ex capit. constitutionem, de sent. exc. lib. 6. & gl. ibi, in verbo, vna pro omnib. vbi ponit tres formas trinæ monitionis; vna est, vt Iudex dicat, monemus te pro prima; qua finita, monet pro secunda; qua etiam finita, monet pro tertia. Alia est, quando Iudex vna monitione facit tres; monemus te, quod vsque ad talem diem pro secundo, talē pro tertio. Tertia est, quādo dat vnam tantum dilationem, vt monemus te, quod vsq; ad talem diem pro primo, secundo, & tertio peremptorio &c. Semper autem intercedere debet interuallum saltem duorum dierum pro qualibet monitione.

36 Hoc tamen aduertere oportet, quod in d. cap. constitutionem, relinquitur prudentiæ Iudicis, vt pro diuersa necessitate, & facti qualitate terminos istos ampliare, vel restringere possit; quando. n. constat de contumacia; post vnicam monitionem excōicari potest alijs omissis ex quo enim de contumacia constat, nihil vltra expectari debet, arg. cap. eum, qui certus, de reg. iur. lib. 6. & docet Marian. Socin. in d. cap. perpendimus, num. 115. vers. secundo fallit, de sent. exc. sic & qui se occultat, aut impedit, ne ad eum citatio perueniat, non est amplius citandus, ex Innocēt. in c. ad petitionē, nu. 3 de accus. & Pan. in c. ex tuæ. n. 12. de cle. non resid. siue igitur speciatim, ac nominatim contra aliquē, siue generatim feratur excōmunicatio, (quod idem de alijs censuris intelligendum est) trina præmitti debet monitio, & Iudices vnam monitionem pro trina facientes, vt docet Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 3. peccant mortaliter, ita faciunt contra Ecclesiæ intētionem; quod intelligo, tando id faciunt sine necessitate; tunc enim propter necessitatem sufficiet vnica pro trina admonitione, vt habetur d. cap. constitutionem.

De alijs conditionibus in excommuni ferendā, & post eam latam requisi Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior in scriptis ferri debet ius ratio sit.*

2 *Excommunicatio maior à iure lata, seu per ... tutis, cur scripturam non requirat, sicut excom... tio ab homine lata.*

3 *Excommunicatio ab homine lata an per scriba... tarium publicum proferri possit.*

4 *Conciliantur Doctorum dissentientes inter se s...*

5 *Scriptura, quæ excommunicationem continet, an ... rio authentica esse debeat.*

6 *Scriptura hæc causam, ob quam excommunicatio f... continere debet.*

7 *Causa excommunicationis in specie, & in indiuidu... primi debet.*

8 *Causa excommunicationis, quamuis exprimenda, si e... men non est expressa, valet sententia lata.*

9 *Exemplar scripturæ parti petenti intra mensem à iudi... tradi debet.*

10 *Exemplar hoc quid continere debeat.*

11 *Exemplar hoc non necessario tradi debet, nisi pars illu... à iudice petat.*

12 *Exemplar istud quo casu ad domum excommunicati iudex mittere teneatur.*

13 *Excommunicationis sententia quando relaxari debeat.*

14 *Excommunicans non obseruando conditiones ad eam ferendam a iure requisitas, suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & officijs Diuinis per mensem incurrit.*

15 *Suspensionem hanc an prælati regulares incurrant nō obseruantes conditiones requisitas.*

16 *Excommunicans non seruatis seruandis ad omnes expensas factas à Parte condemnandus est.*

17 *Conditiones prædictæ quare in sententia hominis, non autem iuris obseruari debeant.*

18 *Pœnas has an incurrat, qui non vt iudex, sed vt priuatus omissis illis conditionibus excommunicat.*

19 *Pœnis alijs à superiore puniri potest iudex, qui omissis illis conditionibus excommunicat, & quis in hac re superior dicendus sit.*

20 *Excommunicatus denunciari debet, & quare.*

21 *Excommunicatus ab homine vel à iure, à quo denunciari debeat.*

22 *Excommunicatus quomodo denunciandus sit.*

23 *Excommunicatus semel denunciatus in quibus rebus, et quamdiu vitandus sit.*

Actenus de circumstantijs, quæ antequam excommunicatio ferri debet, requiruntur, diximus; nunc quæ in eius prolatione, & postea requiruntur, exponemus. In ipsa igitur prolatione sententiæ duæ conditiones requiruntur.

1 Prima est, vt ipsa sententia feratur in scriptis, sic cap. medicinalis, & ibi glos. in verbo, in scriptis, & ibi Steph. Costa, nu. 20. de sent. excom. lib. 6. Gabr. 4. d. 58. q. 2. art. 2. conclus. 7. in fine, S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 74. Angelica, verbo, excommunicatio, 2. nu. 2. Pisanella, verbo, excomm. 1. vers. quomodo debeat fieri, Tabiena verbo, excommunicatio. 2. quæritur. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 11. Hu-

11. Hugolin. de cens. Eccl. tab. 1. c. 21. & latius tradũt Innocen. in d. capit. cum medicinalis, in verbo in scriptis, & Gem. ibi, nu. 3. & Panorm. in ca. sacro, nu. 3. vers. secundo not. de sent. excom. & Marian. Soc. sen. in cap. perpendimus, nume. 68. vers. octaua, de senten. excom. Ideo autem requiritur, vt in scriptis ponatur, & de scripto à Iudice proferatur sententia, non autẽ memoriter; vt hac via sententia excommunicati dari possit, vt eam si velit, superiori deferre, & se hoc onere leuare possit, ex Mariano Socino, in c. perpendimus, nu. 140. de sent. excom. & Hugolin. tab. 1. cap. 21. §. 2. nu. 3. A quocunque igitur Iudice sententia excõmunicationis feratur, in scriptis proferri debet, vt patet ex d. cap. cum medicinalis, versic. quisquis, quæ dictio generalis est, & generaliter intelligenda; ex Gemm. ibi, nume. 11. versi. quæro, qui sint, & hoc siue in personam certam, siue in incertam feratur, vt idem Marian. Soc. in ca. sacro. nu. 217. & in c. perpendimus, nu. 141. de sen. excom. & Hugolin. vbi supra, docens post gl. in c. cum medicinalis, in verbo, causam, de sent. excom. lib. 6.

2 Et hæc quæ de scriptura diximus, intelliguntur solum in sententia hominis, & excommunicationis maioris, ex Tabiena, verbo, excom. 2. vers. secundo quæritur, & Hugolin. vbi supra. & clarè docet Marian. Socin. in c. sacro. num. 210. & in c. perpendimus, num. 69. de sen. excom. & idem sentit Stepha. Costa repet. in cap. cum medicinalis, nu. 37. de sent. excom. lib. 6. secus enim in sñia lata a iure, seu per modum statuti, cum lex, & statutum scripturam non requirant necessario, ex Felino in rub. de constit. nu. 3. & Gemin. in ca. cum medicinalis, nu. 7. §. fin. versicu. & per præmissa. Immò etiam licet in sententia hominis requiratur scriptura, & aliter excommunicans peccet, lata tamen sine scriptura, & memoriter prolata, valida erit, ex glo. in cap. cum medicinalis, in verbo, causam, de sentẽ. excom. lib. 6. & ibi Gemin. num. 13. vers. quæro an possit, Marian. Soc. in c. perpendimus, nu. 146. de senten. excom. & Steph. Costa, in repet. in ca. cum medicinalis, nu. 36. & 37. de sent. excom. lib. 6. & Ioan. And. in regula. nemo potest. de reg. iur. li. 6. in Mercurial. vbi hoc notat. & colligitur ex d. ca. cum medicinalis, in verbo. relaxans. Et quod de excommunicatione in scriptis ferenda diximus, de suspensione, & interdicto etiam affirmare oportet, vt habetur in d. ca. cum medicinalis, vers. & hæc eadem, & ibi gl. in verb. obseruari, & ibi Gemin. nu. 3. §. & hæc, & Steph. Costa, nu 58. de sent. excom. lib. 6.

3 Ceterum, ex eo quod habetur in cap. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. quod hæc sententia excommunicationis proferri debeat in scriptis, & quod Iudex ipse hanc proferat, dubitant Doctores, an eam proferre possit Iudex per publicum scribam, & notarium. Aliqui enim existimant non posse ex eo, quod dicitur: Quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, notarius autem excommunicare non potest; etenim excommunicatio in aliquem sine iurisdictione Ecclesiastica ferri nequit, secundum omnes, & facit cap. P. & G. de offic. deleg. notarius autem etiam Ecclesiasticus, quatenus est talis, non est Iudex, nec vllam habet iurisdictionem, arg. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudicum, & expresse docet Nauar. tom. 2. consil. consi. 1. de sent. excom. nu. 1. Alij verò credunt sufficere, vt notarius illam præsente Iudice legat, & quod deinde Iudex dicat, ipsa sententia per notarium lecta; *Nos talem in scriptis excommunicamus.*

4 Quæ duæ opiniones, meo iudicio, hac distinctione facile concordari possunt; Vel enim loquimur de Episcopis, & alijs superioribus, & hi quidem per alium sententiam excommunicationis, aut alterius censuræ legere, seu proferre possunt, vt docent Archidiac. Ioan. Andreas, Gemi. numero 13. versicu. quæro an Iudex possit, de sententia excommunicat. libro sexto, capitulo primo, quos referunt, & sequuntur Steph. Costa, in capit. cum medicinalis, numero 26. de sententia excommu. lib. 6. & Hugolin. tab. 1. capit. 21. §. 1. numero secundo, quorum opinio confirmatur ex cap. fin. de sententia, & reiudic. lib. 6. debet tamen Episcopus assistere, & recitata sententia per notarium, aut alium, dicere: *Nos talem in scriptis excommunicamus.* Vel loquimur de inferioribus ab Episcopo, & tunc per seipsum sententiam proferre debet, aliàs incurrit pœnas dicti capituli, cum medicinalis, de sententia excommunic. lib. 6. addit tamen Steph. Costa vbi supra, quod etiam si inferiores ab Episcopis huiusmodi sententiam excommunicationis proferrent per notarium, valeret tamen sententia, quãdo iste Iudex assisteret, & deinde diceret, quod talem sententiam excommunicationis proferebat; quia in d. c. cum medicinalis, non annullatur talis sententia aliter, & alio modo prolata, prout annullantur in d. cap. fin. de sententia, & re iudic. lib. 6. aliæ sententiæ: qui in excõmunicationis: talis tamen incurrit pœnas d. cap. cum medicinalis, vt dictum est.

5 Quoad scripturam verò, quæ sententiam continet, authentica sit, necne, parum refert, vt tradunt Innocent. in capit. 1. in verbo, in scriptis, de sententia excommunic. libro 6. & ibidem Steph. Costa, num. 25. & Marian. Socin. sen. in cap. sacro, num. 212. & in cap. perpendimus, nume. 143. de senten. excommunic. quamuis melius sit, si authentica sit, & sigillo authentico sigillata; sicut non refert, an ab ipso excommunicante, vel a notario publico, aut ab alio scribatur. vt Philip. Franc. in d. cap. cum medicinalis, de s. ntẽ. exco. lib. 6. ver. tertio not. & Hugolin. vbi supra, §. 1. num. 3. testantur.

6 Secunda conditio, quæ in proferenda excommunicatione requiritur, est, vt exprimatur causa; ita cap. cum medicinalis, de senten. excommun. li. 6. quia sine causa non est quis excommunicandus, cap. nemo, 11. quæst. 3. Quæ causa iusta, rationabilis, & manifesta esse debet. cap. sacro. & ibi glo. in verbo, rationabili causa, & Panormit. nume. 1. versicu. tertio not. de sententia excomm. Tabien. verbo, excomm. 2. versic. tertio quæritur, vnde ait, quod ex causa solum nota prælato ferri debet excommunicatio.

7 Sed neque satis est expressio causæ in genere, sed requiritur, vt exprimatur in specie, & in indiuiduo propria causa, propter quam fertur, secundum Hostiensem allegantem in simili cap. pia, in §. si quis ergo, de except. libro 6. Ratio est; quia ad hoc requiritur expressio causæ in scriptis, vt reus, si probauerit se non fecisse id, ob quod excommunicatur, liberari possit, & innocens declarari, & vt nõ relinquatur Iudici libertas, modo vnam causam allegandi, modo alteram, sed exprimere debet illam, propter quam sententia fertur, vt sic de iustitia, vel iniustitia causæ manifesto constare possit. In vniuersum igitur optimo consilio decretum est, vt in sententijs istis exprimatur causa, tum ob ipsum excommunicatum, ne ignoret, quam ob causam excommunicetur, & à qua contumacia discedere debeat, (fertur enim, vt diximus, excommunicatio ob contumaciam, quæ ex pluribus causis procedere potest) aut si iniustè lata sit, vt sciat, qua ratione se tueri possit; tum etiam ob alios, ne scilicet cum eo in crimine illo, ob quod excommunicatus est, participantes, eadem & ipsi excommunicatione ligentur, capitulo si concubinæ, & cap. nuper, de senten. excommun. Panormita. in cap. sicut, nume. 12. de re iudic. Marian. Socin. in cap. perpendimus. num. 163. de sentent. excomm. Hugolin. Tab. 1. cap. 21. nume. 3. & hoc siue excommunicatio specialiter, siue generaliter feratur, obseruari debet. Quamuis, si omissa sit causa, valida erit excommunicatio, sicut etiam validam fore diximus, etiã si sine scripto proferatur, id quod colligitur ex dicto capitulo, cum medicinalis, vbi præcipitur Iudici, ad quem recurritur, vt statim talem sententiam relaxet: erat igitur valida, quandoquidem relaxatione indiget. Et hoc ipsum docent glos. in capitu. cum medicinalis, in verbo, propter quam, de sententia excommun. libro 6. Panorm. in capitulo sicut, numero 12. de re iudic. & ibi Felin. nume. 29. versiculo quarta declaratio, Sanct. Anton. 3. parte, titu. 24. capit. 74. Pisanella, verbo,

 excom-

excommunicatio,1.versi.quomodo debeat fieri. Tabie-
na,verbo,excomin.2.vers.tertio quæritur,Hugol. tab.1,
cap.21.& alij omnes.
9 Post sententiam etiam excommunicationis latam,aliæ
conditiones requiruntur,vt ex d.cap.cum medicinalis,de
sentent.excommu.lib.6. colligitur,& Doctores commu-
niter tradunt; Quarum
Vna est,quod Iudex parti petenti intra mensem tradat
exemplum scripturę, & vt requisitionis factæ à parte fiat
publicum instrumentum, vel literæ testimoniales sigillo
aliquo authentico signatæ; quod in eum finem ab Inno-
centio Papa IV.statutum fuit,vt virtute huius instrumen
10 ti pars contra Iudicem agere possit. Hoc autem exemplū
excommunicationem ipsam dē verbo ad verbum, & an-
num,& diem quo fuit lata,continere debet, arg.cap.eam
te.de rescript.& c.libellorum.2.quæst.8.& Host.& Ioā.
And.& Steph. Costa,nu.38.in d.ca.cum medicinalis. de
sentent.excomm.lib.6. Et sicut excommunicatio non so-
lum specialis,sed etiam generalis,& consequenter non ex
pressa certa persona,fieri debet in scriptis, cum expressio-
ne causæ, ob quam fertur excommunicatio; (si quidem
hæc omnia ita conueniunt generali, sicut speciali senten-
tiæ;immò plus generali,quæ non debet ferri nisi ex causa,
c. Romana.§.caueant.de sen.excom.lib.6.& tellatur ibi,
& hic Ioan. Andr.quem ceteri sequuntur) ita etiam si in-
nominatus,qui comprehendi poterat sub generali excom
municatione,peteret huiusmodi exemplum, debebit sibi
exhiberi,secundum Hostiensem,quem etiam Ioan. And.
& Stephan. Costa sequuntur, talis enim censetur eam
petere, vt de reuocatione sententiæ melius agere possit,
quod fieri debet.
11 Quo ad traditionem autem huius exēpli,sufficit, quod
Iudex paratus sit illud tradere,quando fuerit requisitus,
iuxta id quod tradit gloss. in clem. gratiæ in verbo,para-
tus,de rescript. Debet autem requisitio hæc fieri loco, &
tempore congruis,ex glos.in d.capit. cum medicinalis. in
verbo,requisitus.de sentē.excom. lib.6.si enim peteretur
à Iudice,dum ipse equitat,vel dum dicit officium,vel dum
vult lectum intrare,tunc,vt rectè docent Innocent. &
Steph. Costa,vbi supra, non diceretur fieri loco, & tem-
pore congruis,vnde,tunc deberet requirens expectare,fa-
cit c.cum in veteri.§.cum autem,de elect. Illud autē scien
dum est,quod si Iudex obtulisset se daturum exēplum ex
communicationis, & excommunicatus illud recipere no-
luisset,licet a principio Iudex forte denegasset, tunc ipsi
excommunicatu imputabitur,tāquā vltima mora illi ha-
beret nocere,arg.l.illud.l.necessario.l.quod si pendente.
12 ff.de peric.& commo.rei vend. At vero,vbi excommuni-
catus petijsset exemplum sibi tradi,& congruo tempore
expectasset Iudicem,vt illi traderet,qui tamen non tradi-
dit,si postea excommunicantis se absentauit, ad euaden-
dum pœnā c.cum medicinalis,de sent.excom.lib.6.si non
reperiat ipsum excommunicatum,tenetur Iudex exēplum
ad domum excommunicati mittere, requirendo familiā,
& amicos, & etiam in Ecclesia publicare. quod per eum
nō stat,quo minus illud exemplum sibi tradat, secundum
Archid.& Host.& Stepha. Costam vbi supra,nu.40. Qui
in hoc casu consulunt,vt duo fiant exempla, & vnum po-
natur super altare,vel in foribus Ecclesiæ, & aliud remit
tatur ad domum, & illud familiæ eius tradatur. Quod si
autem nullus de familia illud recipere vellet, vt dimitta-
tur exemplum super aliquo bācho domus, & de hoc fiat
instrumentum,exemplo eius,quod in d.cap.cum medici-
nalis,de requisitione dicitur. Quod modo euitare Iudex
poterit d.c.cum medicinalis,impositam pœnam,arg.cap.
fi.de appel.& ca.fi.de eo,qui mittitur in possess. & c.fi.de
dolo,& contuma.& c.pastoralis,ad fi.de offi.ordin. Quę
omnia intelligenda sunt, quando requisitio sit facta in-
tra mensem a die latæ sententiæ,& ipse Iudex etiam est in
mensem traditionis. Aliàs si lapsus esset mensis, esset
s pœnæ,iuxta ea,quæ notat glo.in ca. cum medicina-
lis,in verbo, requisitus,de sent.excom.lib.6
dunt gl. Inn. Ioan. And.& Steph. Costa,vbi
mensis currit à die latæ sententiæ, & non à di
nis,vt Host.& Archid.falsò putant: absurdu
quod si excōicatus post plures menses, & an
hoc exemplum excommunicationis, nisi Iude
deret,ad pœnam d.c.cū medicinalis,arctaretu
cum interdum talium scripturarum plena cura
tur,& sæpe perdantur. Quæ glossæ,& aliorum
quam maior,tenenda est;pro qua facit textus,d.
tra mensem,si fuerit requisitus,non autem dicit
fuit requisitus,vt subtiliter Ioann. Andr. & Step
locis allatis annotarunt.
13 Altera conditio post sententiam latam requisit
relaxetur sententia ipsa,si absolutio dignè petatur
betur in d.c.cum medicinalis,& ibi glo.in verbo,
tate,de sent.excom.lib.6.& ibi Steph. Costa,nume
64.& facit c.ad reprimendam,de offic.ord.& glos.
cro.in verbo,absque grauamine,de sent.excom. Siue
excommunicatio per inferiorem lata sit contra for
Concilij Lateranensis,de quo in d.cap.sacro,hoc est
præcedente monitione, siue contra formam constitu
nis Concilij Lugdunensis,de quo in d.cap.cum medic
lis,hoc est,lata sine scriptis,aut causæ expressione,aut
tradito exēplo parti petenti intra mensem;siue etiam q
do cōtinet in se iniquitatē,vt d.c.ad reprimendā.de off
ord.& in c.cū contingat,de offi.deleg.sine difficultate
laxanda est sententia hæc,dummodo constet de iniustit
ipsius excommunicationis; nullamque iudex cautionem
exigere debet,quamuis si dubium de iustitia sit, cautione
præstita absolutio a superiori faciēda sit. Superior autem
quoad hoc erit, quicunque præsit immediatè ipsi excom-
municanti,secundum Ioan. Andr. & Stephan. Costā, vbi
supra,qui citāt c.quorundam.de elect.lib.6.& c.si religio
sis,eod.tit.& libro.
14 Circa has conditiones, & alias in superiori capite po-
sitas,aduertendum est,quod qui admonitione legitima
non adhibita quempiam excōicat, vel sententiam in scri-
ptis non profert, aut causam expresse non conscribit, aut
ea irretito exemplum requisitus infra mēsem non tradat,
ipso iure suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis of
ficijs incurrit per vnum mensem. vt habetur in cap.sacro,
& ibi gl.in verbo,per mensē,de sen.excō.& in c.cum me-
dicinalis.& ibi gl.in verbo,per mensē.eod.tit.lib.6.men-
se autē elapso,vt ait glossa,iure restitutus est. Quæ pœna
locum habet a quocunque Iudice ordinario, aut delega-
to censura feratur,vt colligitur.ex cap. sacro,in verbo,ne
quis,& in c.cum medicinalis,in verbo,quisquis & Inn.in
c.illud.de cle.exco.minist.eadem enim est in omnibus ra-
tio:immo vero,etiam si legitimè admonet,si non adhibeat
personas,& testes idoneos,eandē pœnam incurrit;vtrum
que enim iubetur in d.c.sacro, & ideo vno omisso nihil fa
cit;& hoc siue sententia iusta sit, siue iniusta, vt habetur
in d.c.sacro.& ibi Marian.Soci.n.199.& n.259.& quod
de excommunicatione dicimus, idem de suspensione; &
interdicto iudicādum est;arg.c.sacro,& arg.ca.constitu-
ti.nē.& c.statutum.de sen.excom.lib.6.& patet euidēter
ex ca.cum medicinalis,vers.& hæc eadem.de sentent.ex-
15 com.lib.6. Pœnā igitur hanc suspensionis incurrunt om-
nes habentes potestatē excommunicandi aliquod horum
trium omittentes,vt notant DD.cum in d.ca.sacro.dica-
tur, *Nequis*,& in cap.cum medicinalis. *Quisquis,& si quis
autem,& caueant Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi*,
& proinde male Gabr.4.dist.18.quæstio.2.artic.2.concl.
7. Angelica,verbo,excōicatio,2.num.3. Tabiena,in ver-
bo,citatio,§.3.& verbo,exc.2.§.2.& gl.in c.cum speciali,
in vet. regulares,de appel.& Lapus alle.73.excipiunt ista
tos,regulares,ne subiecti sint his pęnis positis ī d.c.sacro,
& c.cum medicinalis,qñquidē, textus illi loquuntur gene
raliter;nec eos excipiunt,et vbi lex aliquid singulare de re
ligiosis statuere velit,illud exprimere solet, vt habetur in
clem.

clem. 1. de priuileg. vnde contrarium reliqui omnes docent, Host. et Gemin. in d. cap. cum medicinalis. §. si quis autem. nu. 9. Ioan. And. ibi, & Steph. Costa, num. 79. Nauar. in Man. c. ap. 27. num. 7. prope finem. Maiol. lib. 5. ca. 45. num. 13. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. c. 14. §. 6. nu. 2. & Panorm. in cap. cum specialis. nu. 1. 5. & 9. quod intelligi debet, nisi regula, & instructiones eorum alium modum, & ordinem in excõmunicando præscribant, & huiusmodi à Summo Pontifice confirmatæ sint; alioquin enim iuri communi derogare non possunt. Sed neq; ignorantia, nisi esset iusta, eos excusabit, reg. ignorantia. de regu. iur. lib. 6. Excipiuntur tamen ab hac pœna suspensionis Episcopi, quia non habetur eorum particularis mentio, quod tamen necesse est, ad id, vt ipsi suspensionem incurrant, de quo est elarus textus, in cap. quia periculosum, de senten. excommun. libro 6. in proposito calu id expressè docent glos. in cap. cum medicinalis, in verbo, iudicans, de senten. excommun. lib. 6. & ibi Steph. Costa, nume. 78. & Nau. in Man. c. 27. num. 7. & hæc de pœna, quæ ipso facto contra violantes prædictas constitutiones ea. sacro, & c. cum medicinalis, incurritur.

16 Præter suspensionis pœnam, quæ ipso iure infligitur, etiam ab homine alijs pœnis puniri poterit Iudex ex officio contra iuris formam procedens; siquidem condemnandus est ad omnes expẽsas factas à parte, ratione huius sententiæ, & ad dãna, & interesse parti, quam læsit, vt habetur in cap. sacro, & ibi gl. in verbo, ad interesse, de sent. excom. & in ca. cum medicinalis. eod. tit. lib. 6. & Panor. in d. cap. sacro. nu. 16. & facit l. fin. C. de pœna iudic. qui male iudic. l. vlt. ff. de varijs, & extraord. cognit. Steph. Costa. in d. cap. cum medicinalis, nume. 65. quod intelligitur, dummodo, iniustè, aut iustè excommunicatus omissa monitione, aut aliqua alia conditionum prædictarum ab excommunicatore interesse suum petat; nisi enim petatur, non tribuitur, ex Innoc. in d. cap. sacro, nume. 7. Et quod de supradicta suspensionis pœna dixi, etiã de hac expensarum soluendarum multa intelligendum est: procedit enim non solum in iniusta, sed etiam in iusta excommunicatione, lata à quocunque iudice, tam delegato, quã ordinario, cum lex vniuersaliter loquatur, & testantur glos. in c. cum medicinalis. in verbo, iudicum, & ibi Gem. nu. 9. & 11. Et siue vnum tantum ex dictis omittat, nimirum, quia non prius monuit; aut excommunicationem de scripto non protulit; aut causam excommunicationis expresse non conscripsit; aut sententiæ ipsius exemplum excommunicato rogatus ab eo, infra mensem non præbuit: quodcunq; enim horum excommunicator omiserit, constitutionem violasse censetur, ex Host. & Gemin. §. si quis autem, nume. 3. in d. cap. cum medicinalis, & ex Marian. Socino in d. cap. sacro. num. 234. Et hoc, siue aliquod istorum, scienter, siue ex insentia, temeritate, & negligentia omiserit, ex gloss. in d. cap. cum medicinalis, in verbo, temeratius, Gemin. ibidem, §. si quis autem. & Steph. Costa, nume. 78. in d. cap. cum medicinalis. & Marian. Socin. in c. sacro. nu. 210. de sent. exc. m. Et siue in personam certam sine in incertam excommunicationis censuram protulerit, ex glo. in d. cap. cum medicinalis. in verbo, causam, & Gemin. ibi, num. 16. & Steph. Costa, num. 17. & Marian.

17 Socin. in d. cap. sacro. num. 217. Quæ omnia de expressione causæ, & quod in scriptis proferatur, & alia, solum habent locum in excommunicatione hominis, quæ potest esse iusta, & iniusta; secus autem in excommunicatione canonis, siue iuris, quia illa semper est iusta, vel saltem præsumitur iusta, cap. erit autem lex. distin. 4. Vnde infertur, quod si Episcopus per viam constitutionis aliquẽ excommunicaret sine scripto, sequendo illam opinionem, quod valet constitutio non scripta, veniens contra talem constitutionem, incurreret sententiam excommunicationis, & ipse proferens pœnam d. cap. sacro. & d. cap. cum medicinalis, non incurreret: quia Decretales illæ loquũtur tãtum de sententia lata per hominem, non per viam iuris, vt eruditè, & subtiliter Ioã. And. in reg. nemo potest. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Steph. Costa rep. in c. cum medicinalis. nu. 73. de sent. excom. lib. 6. annotarunt.

18 Pœnam autem hanc, sicut & alteram de suspensione a diuinis officijs, non incurret, qui non vt Iudex, sed vt priuatus, omissis illis conditionibus, excommunicat, suspendit, aut interdicit; id quod colligitur ex eo, quod d. ca. cum medicinalis. præcipit eam formam adhiberi, vbi quis, vt Iudex censuram fert, vtitur enim bis voce hac, *Caute prouideat Iudex.* & paulo post; *si quis autem Iudicum*. Quamuis enim etiam in casu, quo vt pars procedit, præmittere debeat monitionem, & reliqua præstare, quæ diximus: ex æquitate tamen sola, non ex vi constitutionis ad ea tunc tenetur, ita, vt aliquod horum omittendo, pœnam cap. sacro, & c. cum medicinalis, incurrat; sicut nec eam incurret, quando propter temporis angustiam, & moræ periculum formam illam non obseruaret, secundum ea, quæ docent glo. in d. c. cum medicinalis. in verbo, temerarius. Gemin. ibidem, §. si quis autem, nu. 9. Stepha. Costa, in d. c. cum medicinalis. nu. 81. & Marian. Socin. in d. c. sacro, nu. 237. Ad quod etiam faciunt notata per Ioan. Andr. in c. 1. de constitut. lib. 6. vbi ait, quod ex causa aliquando licitum est legem transgredi, et est textus, et ibi Bald. in l. si quis filio. §. hi autem, circa finem, ff. de iniusto, rupto, irrito testam. Immò vero pœnam hanc Iudex non incurret, si ea de causa exẽplum sententiæ excommunicationis non tribuit, quoniam excommunicatus illud non petijt; aut loco, et tempore non congruis; aut post mensem à die latæ sententiæ petierit, ex glo. in d. c. cum medicinalis, in verbo, requisitus, & ibi Gemin. & Stephan. Costa, nu. 40 & 4. Inno. Ioan. And. quos refert, & sequitur Marian. Soc. in c. per pendimus. nu. 200. de sent. excom. & in c. sacro. nu. 228. Et licet excommunicato exemplum petẽti infra mensem iudex denegasset, si tamen infra mensem deinceps illud offerat; aut ad domum excommunicati absentis mittat, & eo non inuento, ostio domus suæ, aut valuis Ecclesiæ affigat, & de hoc instrumentum publicum conficiat, pœnas has non incurret: nam in hoc casu vltima mora excommunicato ipsi nocere habet, l. illud. Ff. necessario. l. quod si pendère. ff. de peric. & commo. rei vẽd. Ioan. And. & Host. quos referunt Marian. Socin. in d. ca. sacro. nu. 226. & 227. Steph. Costa. rep. in d. c. cum medicinalis. num. 40. & Hugol. tab. 1. capi. 13. §. 19. num. 12.

19 Alijs etiam pœnis vltra hoc interesse puniri potest Iudex ad arbitrium superioris, vt in d. cap. cum medicinalis, & ibi Steph. Costa, num. 66. & in c. sacro, & ibi gl. in verbo per mẽsem, & Maria. Soc. nu. 236. habetur. Superior autẽ censetur is, qui ipsi excommunicãti immediatè præest. Secundum Ioan. And. in d. c. cum medicinalis, & Steph. Costa ibidem, nu. 64. & Marian. Socin. in d. c. sacro. nu. 344. qui pro hac re citant c. quorundam, et c. si religiosus. de elec. lib. 6. & ca. venerabilibus. §. sed si excommunicatus, de sent. excom. lib. 6.

20 Altera denique conditio post censuram latam, est, vt denuncietur, qui ea irretitus est. cap. curæ. 11. q. 3. & ca. peruenit. 1. & c. pastoralis. §. fin. & ibi Panor. num. 3. de appellat. cap. parochianos. cap. conquesti. de sent. excomm. Quod ea ratione statutum est, vt sic excommunicatus rubore perfusus, citius fortassis resipiscat, cum videat omnes eos consortium post denunciationem fugere. capitu. 1. de except. lib. 6. & clem. 1. §. & quia; & ibi Anchar. nu. 15. de pœnis, & extrau. infidelis. de furt. & etiam vt alij ipsi non conlocientur, aut vllã hac in re excusationem prætendant. Quod idem de suspenso, & interdicto sentiendum est, vt de suspenso, clemen. 2. de pœnis, & de interdicto clem. fin. de pœnis habetur. Denunciari igitur debet excommunicatus, siue à iure, siue ab homine excommunicatus sit. Et quidem si a iure excommunicatus sit, ab ordinario eius loci, vbi in censuram incidit, denunciari debet, vt habetur in Clementina 2. §. locorum. de pœn. & clementina 1. de priuileg. Siu vero & ipsius loci, & etiam

excommunicati ordinarius sit, quia scilicet domicilium in sua diœcesi habet, parocho eius, vt ipsum denunciet, significare debet, necnon vicinis Episcopis, vt ipsum illi etiam faciant, arg. c. curiæ. 11. q. 3. quod si ordinarius eius non sit, ipsius ordinarius id significare debet, qui de hoc admonitus, & cum ipse denunciabit, & a suo parocho, necnon ab Episcopis vicinis denunciandum curabit, argum. cap. 1. de rapt. & capitulo de illis. 6. quæstio. 3. Quod si ab homine excommunicatio lata sit, ab ipsomet denunciandus erit, capitulo pastoralis, §. fin. de appellat. & capitulo 1. de rapt. Et quidem, si sibi subiectus sit, curabit, vt parochus loci eum excommunicatum denunciet; si vero sibi subiectus non fuerit, ordinarium eius de hac re monere debet, vt à se excommunicatum denunciatum, & ipse etiam denunciet: nam requisitus ad id obligatur. cle. 1. §. eorundem, de foro compet. litteris autem Episcopi de excommunicatio denunciato factis, & proprio signo signatis, cum nomine eius, qui excõicatur, & causæ expressione, credere vicini Episcopi tenentur, argum. capituli curiæ. 11. quæst. 3. & Innocen. in capitulo 1. de fide instrum. nu. 4. & 10. & Panorm. in capitulo post cessionem. num. 6. & Felin. nu. 16. de prob. Quod si Episcopi vicini ita legitimè admoniti ipsum denunciare recusent, ad id faciendum a suis Archiepiscopis instante excommunicato compellendi sunt. Siue igitur quis excommunicatus ab homine, siue a iure sit, declarari debet delictum, & causa cur excõmunicatus sit, & postea denunciandus erit.

22 Modus autem denunciationis hic obseruãdus est, scilicet, vt clerici loci illius, vbi excommunicatus denunciandus est, denunciationem in Ecclesijs publicè faciant, arg. cap. curiæ. 11. q. 3. & extrau. g. vnic. in fine. de furt. vt hic omnibus excommunicatus notus sit & deinde denunciatio in scriptis in earundem Ecclesiarum valuis affigi debet, in eaque denunciatione causa excommunicationis exprimi debeat, vt colligitur ex cap. cum medicinalis, de sen

23 ten. excomm. libro 6. & Doctores ibi. Qua denunciatione facta, excommunicatus, & in iudicialibus, & in extraiudicialibus, atque in alijs actibus legitimis euitandus est, donec contrarium ab eo probetur, qui excommunicatus est, & absolutus declaretur. vt latius Couarr. in capit. alma mater, 1. par. §. 3. numero 1. de sent. excommun. libro 6. & Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. capit. 21. § 2. numero 12. tradunt.

De ordine, loco, & tempore, obseruandis in excommunicatione ferenda. Cap. XIV.

S V M M A.

1 Circumstantiæ tres in excõmunicatione ferenda requiruntur, & quænam illæ sint.

2 Ordo quis in excommunicatione ferenda obseruãdus sit.

3 Censura leuior, & deinde grauior quando ferri debeat.

4 Censura in territorio ferentis illam ferri debet, & quæ huius rei ratio sit.

5 Censura in quocunque loco sacro, vel profano ferentis, nisi locus sit exemptus, ferri potest.

6 Excommunicatio in aliquibus casibus valide ferri potest in alieno territorio, & afferuntur duodecim casus, in quibus hoc fieri potest.

7 Censura tempore feriato ferri non debet, & quare hoc; sie tamen lata valet.

8 Dies feriati quinam dicantur.

Excommunicatio interdiu, non autem nocte ferri debet.

Denunciatio excommunicationis an tempore feriato licite fieri possit.

Præter conditiones superius explicatas circumstantiæ in excommunicatione ferenda ab Ecclesiasticis Iudicibus ecclesiæ præscripto obseruari debet, & sine peccato ferre valeant, quæ omnes

1 tres reduci possunt, nimirum, *Ordinem, locum* hæc enim tria, etiam in censuris Ecclesiæ ferendis obseruari mandarunt.

2 Ordo igitur in excommunicatione ferenda sbet, qui est duplex; vnus respectu habito ad aliquid. Alter respectu habito ad ipsasmet censuras. Quoad primum, hic ordo obseruari debet, vt vbi el audacia, & contumacia comprimi possit, non fit excommunicatio, prout in Concilio Tridentino, ses. 3. de reform. statutum est, in illis verbis: *In causis cialibus. &c.* Ratio est: quia quo rarius censuræ, eo magis à fidelibus timentur, vt sentit idem Concil. eodem cap. 3. in principio, & experientia quotidiana

3 bat. Quoad secundum vero, hic ordo seruandus est, sura leuior primo, grauior deinde feratur, maxime in episcopos, & alios similes ferendæ sint, vt habetur cap. 2. de offic. deleg. libro 6. & docet Marian. Socinior, in capitulo perpendimus. numero 230. versic. vigesimosexto. de sentent. excommun. & ita contra clericos primo suspensione, contra laicos vero interdicto, tandem excommunicatione, si contumaces sint, agendum erit, argumen. capit. veritatis, & ibi glo. in verb. excommunicationis sententiam. & Imola de dolo, & contumac. cap. clericos, et ibi Panorm. numero 3. de cohabit. cleric. & mulier. vbi reprehendit Prælatos, qui immediate pro qualibet causa fulminant excommunicationem, vnde ex frequentia ducitur in contemptum, glos. in capit. cum tu. in verbo, per pœnam, de vsur. Marian. Socin. in capit. perpendimus. numero 230 versicu. quarto vigesimo sexto, de sent. iit. excommun. Quod intelligitur, nisi loci, temporis, & personæ, & ipsius rei ratio requirat, vt a grauiori censura, nimirum ab excommunicatione initium sumatur; tunc enim in arbitrio Iudicis, erit a qua censura incipiendum sit, vt docet Panormit. in capit. cum tu. numero 8. de vsuris; & facit cap. de causis. §. fin. de offic. deleg. & cap. sane quia. titu. eod. & cap. quoniam frequenter. in fine, vt lite non contestata, & docet Concil. Tridēt. sess. 25. c. 3. de reformat. & pluribus tradit Felin. in capit. inter ceteras. numero 5. & 15. de rescrip. vbi ait ab ea pœna incipiendum esse, quæ magis timetur. Immò, simul etiam excommunicationis, & suspensionis, & interdicti censuram Iudex ferre potest, si id videat expedire, arg. extrau. 3. de priuileg.

4 Locus etiam in excommunicatione ferenda obseruandus est; siquidem ferri debet in territorio ferentis illam. Censuras enim ferre iurisdictionis contentiosæ est, quæ non nisi causa cognita ferri debent, & sedente Iudice pro tribunali promulgandæ; ideoque in proprio territorio, & foro, & tolli debent, in ijs enim quæ iurisdictionis sunt, extra territorium suum quisque persona priuata censetur. Quæ omnia colliguntur ex c. nouit. & ibi glos. in verbo, terminos, vbi multos textus tum ex iure canonico, tum ex iure ciuili colligit, & Panor. ibidem nu. 3. de offic. leg. cap. nemo 2. q. 1. & cap. sacro. de sent. excom. argum. ēt l. 2. & ibi Bar. ff. de offic. Proconsl. & Leg. & facit c. fi. et ibi gl. in verbo, diœcesim, de const. lib. 6. cle. vnica, & ibi gl. in verbo, iurisdictionē, de foro cõpet. & Imola, & Anchar. ibi, & clem. 2. & ibi glos. in ver. ēt celebrate, de priuileg. & glo. in ca. si Abbate. in verbo, in prouincia, de elect. lib. 6. vnde consequens est, vt in alieno territorio eas nec ferre, nec tollere possit, vt latius tradunt Inno. & Pan. in c. nouit, nu. 3. de offi. leg. Ceterum, in quocunque loco suæ diœcesis, & territorij, siue sacro, siue profano exercitationis censurā Iudex ferre potest; arg. ca. cū Eps, de offic ord. li. 6. & Cat. Zabar. in clem. vnica, vers. quarto non de for. compet. & glos. in capitulo, cum Episcopus, in verbo,

bo, Episcopus, de offic. Ord. lib. 6. Panor. in cap. cum Ecclesia, num. 4 & 8. de immunit. Eccles. dummodo tamen locus exemptus non sit: tunc enim licet in sua sit diœcesi, iurisdictionem tamen contentiosam ibi exercere non poterit, vt habetur in d. c. cum Episcopus, & ibi gloss. in verbo, non exempto, & in cap. si Papa, iuncta gloss. in verbo, collocare, de priuileg. li. 6: & clem. si. tit. eod. & 11. quæst. 2. cap. Luminoso Abbate. Ordinarie autem hodie feruntur in palatio Episcopi, ex Panor. in cap. cum Ecclesia, numero 4. de immunit. Eccles. & facit cap. qua fronte, de appellat. Quæ omnia procedunt communiter, scilicet, quando sedetur pro tribunali, & cum causæ cognitione proceditur.

6 Sunt tamen nonnulli casus, in quibus valide in alieno territorio excommunicatio ferri potest: quorum

Primus est, quando eam fert Iudex sine causæ cognitione, & pro tribunali non sedens, sed tanquam persona priuata, ideo enim prohibetur communiter in territorio alieno ferri, quia ex quo Iudex excommunicationis sententiam non nisi cum causæ cognitione, & sedens pro tribunali ferre soleat, alterius territorium, & iurisdictio læderetur, vnde cessante prohibitionis causa, cessare debet, & effectus, cessat autem, quando sine causæ cognitione fertur, nulla enim ratione tunc territorium alterius læditur, aut violatur iurisdictio, vt latius tradunt gloss. in cap. nouit. in verbo, terminos, & ibi Panor. nu. 3. de offic. legat. & idem Panorm. in capit. fin. nume. 11. ne cler. vel monachi. Oldrad. consil. 88. Gemin. in ca. venerabilibus, nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & Marian. Socin. sen. in cap. a nobis. t. n. 66. & 67. vers. pro quo etiam facit. de sent. excom. in aut. q. & facit l. fin. ff. de offic. præf. vrb. & l. 2. ff. de offic. Procons. & leg.

Secundus est, quando fit pro notoria, & manifesta contumacia, ex Panorm. in c. nouit. n. 3. de offi. legat. vbi etiá citat Host. Ratio est: quia notoria non exigunt causæ cognitionem, vt in cap. euidentia. de accusat. & arg. c. manifesta. 2. q. 1. Gemin. in ca. Romana, n. 4. de sent. excom. li. 6. Marian. Socin. senior. in cap. perpendimus, num. 74. de sent. excom.

Tertius est quando is, qui censuram hanc excommunicationis tulit, contra formam cap. Sacro. de sent. excom. eam tollit, ne in pœnam d. ca. sacro, incidat, ex Innocent. in cap. nouit. numero 2. de offic. legat. causa minus cognita.

Quartus est, quando in conscientiæ foro ab excommunicatione, alijsue censuris absoluit, ex Panorm. in c. nouit. nu. 3. de offic. legat.

Quintus est, in delegatione facta alteri in alieno territorio, delegatio enim iurisdictionis in alieno territorio fieri potest, cum in hac non sit necessaria causæ cognitio ex Inno. in c. nouit. nu. 2. de offic. legat. arg. l. fin. ff. de offi. præfect. vrb.

Sexto est, quando statutum sit, per quod censura excómunicationis fertur, cum enim hoc sine causæ cognitione fiat, in alieno territorio fieri potest, vt docent Gemin. in capit. Romana, §. caueant, nume. 4. & ibi Anchar. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & Marian. Socin. sen. in capit. perpendimus, numero 73. vers. vltima differentia, de senten. excom.

Septimus est, quando quis semel causam excommunicationis in suo territorio nouit, tunc enim in alieno eam postea ferre potest.

Octauus est, quando adest consensus, & licentia ordinarij eius territorij, tunc enim & causam cognoscere, & sententiam excommunicationis, & alias censuras ferre valet, & tollere, dummodo reus, & actor, vt ibi res agatur consenserint, ex glo. in cap. vt litigantes, in verbo, expensis, de offic. ordin. lib. 6. Innocent. in cap. nouit. num. 2. & ibi Panorm. num. 4. de offic. legat. & idem Panorm. in c. P. & G. num. 15. de offic. delegat. & facit cap. nullus primas. 9. q. 2. & l. 3. ff. de offic. præsid. & ff. de iurisd. omn. iudic. l. vlt. Bal. in l. si quis ex consensu. C. de episc. aud. Car. consi. 71. Auge. consil. 162. Alex. in l. fin. in 2. col. nu. 7. ff. de iurisd. omn. iudic. Aretin. cons. 58. Oldrad. consi. 88. & hanc communem opinionem esse docet Panorm. in d. ca. Nouit. & est tex. sing. in ca. statutum, in §. in nullo. de rescrip. lib. 6. consentire autem videtur Episcopus non solú expressam ad hoc dando licentiam, sed etiam vbi id scit, & non prohibet, & idem de rei, & actoris consensu dicendum est, dummodo vterque locum nouerit iurisdictionis sui Iudicis non esse, & neuter repugnet, quamuis necessarius sit expressus cósensus rei, & actoris, vbi delegatus Iudex est, ex d. cap. statutum, §. in nullo, de rescript. lib. 6.

Nonus est, quando consuetudine, & præscriptione iurisdictionis exercendæ in alieno territorio acquisita facultas est, glo. in cap. Romana Ecclesia, in verbo, consuetudine, & in cap. vt litigantes, in verbo, de consuetudine, de offi. ordin. lib. 6. vt enim constat, consuetudo dat iurisdictionem, 9. q. 3. capit. conquestus, & ibi gloss. in verbo, consuetudo, & ca. cum contingat, & ibi Panorm. num. 5. & 8. de foro compet. Marian. Socin. sen. in capit. super eo, numero 22. vers. tamen hanc potestatem, de sentent. excommun.

Decimus est, in casu clemen. vnicæ, de foro compet. quando Episcopus a sede sua expulsus est, seruata forma, quæ ibi præscribitur, tunc enim extra suum territorium eiectus in vicinoribus locis Iurisdictionem in suos exercere potest, & eos excommunicare, & absoluere valet.

Vndecimus est, Quod Abbates, Præpositi, Priores, Generales, Prouinciales Fratrum, aut Monachorum, & denique vniuersi, qui iurisdictionem sine territorio habent, in alieno territorio Iurisdictionem exercere, & excommunicare valent, quamuis melius sit, quod in suis locis, Monasterijs, & Ecclesijs id faciant, vt docet Panor. in c. cum contingat, nu. 31. de foro compet.

Duodecimus est, quod Legatus a latere ob violentam clerici percussionem excommunicatos, ex quo ab vrbe egressi sunt, ac propterea extra suam prouinciam (modo Legati adhuc sint) & suos, & alienos absoluere possunt, vt habetur in cap. ad euidentiam, de sent. excom. iuncto ca. excommunicatis. & ibi glo. in verbo, mittuntur, & Panorm. ibi, nu. 3. de offi. lega. Lap. alleg. 12. & facit ca. quo ad, translationem. de offi. legat. & Ioan. And. & communiter Doctores, in d. c. ad euidentiam, & ibi Marian. Socin. nu. 2.

7 Tempus etiam in ferenda censura excommunicationis obseruari debet: Non enim ferri debet censura aliqua tempore feriato, siquidem ad eam ferendam, vt diximus, communiter requiritur causæ cognitio, quæ feriato tépore cognosci nequit, c. fi. de ferijs, & ibi Panor. nu. 16. & in ca. Ecclesia, nu. 6. de immunit. eccles. Marian. Socin. in cap. perpendimus, num. 74. vers. sententia vero, de sent. excom. quamuis lata eo tempore sententia valebit, ex Panorm. vbi supra, arg. cap. veniens, de sent. excom. sicut & absolutio quocunque die feriato facta valida censetur, ex Panor. in c. fin. nu. 19. de ferijs. Ratio est: quia sicut sententia excommunicationis, etiamsi causa minus cognita & admonitionibus non adhibitis feratur, valida tamen est, cap. sacro, de sent. excom. & c. si Episcopus forte, 11. q. 3. ita censura excommunicationis in diebus feriatis lata valet; quæ enim causæ cognitionem necessario non postulant, diebus feriatis gesta valent, arg. l. actus, C. de ferijs, Feder. cons. 11. vnde excommunicari potest, qui in Ecclesia, dum omnia mysteria, & officia fiunt, obstrepit, & monitus non quiescit, arg. d. cap. veniens. de sent. excom. Huius enim contumacia cum sit notoria, cognitione non indiget, arg. cap. euidentia, de accusat. Sic etiam qui aliquid facit die festo, quod sub excommunicatione in iure fieri prohibetur, exempli gratia, clericum percutit, eo die excommunicationem incurrit: & idem, si aliquid

in festo fiat, quod Episcopi statuto sub excommunicatio-nis pœna prohibetur. Et merito quidem; tum quia hic non requiritur causæ cognitio: tum quia excommunicatio medicina spiritualis est, cap. cum medicinalis. de sentent. excom. lib. 6. cap. multi corriguntur, 1. q. 1. & cap. notan-

8 dum, in fine, 24. q. 3. Dies autem feriati dicuntur, qui vel præcipue ad Dei cultum a summo Pontifice, aut alicuius ecclesiæ consuetudine, aut Episcopi statuto inducuntur, cap. 1. 2. & 3. & cap. fin. de ferijs, vel qui præcipuè hominis gratia instituuntur; vt est dies Natalis Regis, creationis Papæ, & huiusmodi; vel qui lætitiæ causa celebrãtur, vt dies victoriæ ab hostibus reportatæ, & dies qui aliquibus in locis tempore messium, & vindemiarum celebrantur, l. 1. l. omnes, C. de ferijs, & l. 1. ff. eod. & Summistæ, in verbo, feriæ.

9 Excommunicationis autem censura (& idem de suspensione, & interdicto dicendum est.) interdiu ferri debet, hoc enim tempore iudicia aguntur, cap. consuluit, & ibi glos. in verb. tenebras, & Panor. num. 54. de offi. d. leg. & DD. communiter. Quamuis etiam noctu lata valeat, tum quia non necessario requiritur causæ cognitio, arg. cap. sacro, de sent. excom. & cap. cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. tum, quia ad sententiam excommunicationis audiendam reus, in quem fertur, non vocatur.

10 Denique, sicut vbi causæ cognitio non est necessaria, excommunicatio die feriato ferri poterit; ita, vbi causæ cognitio necessaria non est, denunciatio eodem feriato tempore fieri potest, aliàs non: immo, aliquando vtile erit denunciationem feriato tempore fieri, vt sic ad plurium aures perueniat, argum. clem. 1. vers. & quia, de pœnis. & extrau. infidelis, de furt. & cap. Felicis, de pœnis, lib. 6. & Marian. Socin. in cap. per pendimus, num. 262. vers. quinto dubitatur, de sent. excom. Hugol. de eccles. censi. tab. 1. cap. 27. §. 2. num. 9. Sed de his circumstantijs loci, & temporis, hactenus dictum sit.

De Ceremonijs in solenni excommunicatione adhiberi solitis, & excommunicationis fine. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Ceremoniæ solennes in excommunicatione maiori ferenda, quando adhibendæ sint.*

2 *Papa excommunicaturus aliquem, quibus vtatur ceremonijs.*

3 *Episcopus solenniter aliquem excommunicans, quas adhibere soleat ceremonias.*

4 *Ceremoniæ istæ solennes quidnam significent.*

5 *Ceremoniæ hæ confusionem, & terrorem magnum ipsis excommunicatis afferre solent.*

6 *Finis princeps excommunicationis quisnam sit.*

7 *Excommunicatio ei, contra quem fertur, vtilitatem maximam afferre solet, & quænam illa sit.*

8 *Excommunicatio non solum ei, qui excommunicatur, sed alijs etiam vtilitatem affert.*

9 *Hæretici Ecclesiam crudelitatis accusantes ab authore refelluntur.*

10 *Ecclesia aliquos excommunicando iudicium Diuinum imitatur.*

Excommunicatio semper toti communitati prodest.

Quamuis verbis simplicib. excommunicatio ferri potest, sunt tamen in forma excommunicationis maioris faciẽdę (maximè quando aliqua magna persona excõicatur, aut quis ob graue s in excommunicationem incidit, Exempli gratia, quia Cardinalem, aut Episcopum insecutus [...] quod aliud graue crimen commisit) cæremon[...] solennes adhibendæ, vt glos. in ca. cum aliquis, communis Doctorum consensus testantur, & p[...] tidiana declarat.

2 Hinc Papa excommunicationem laturus orn[...] tificio decoratus, duodecim Episcopis vestibus P[...] indutis assistentibus, facesque ardentes in mani[...] tibus, hæc, aut similia verba dicere solet: *Auctor[...] nipotentis Dei, atque Apostolorum Petri, & Pauli, ex[...] nicamus Ioannem, &c.* qua sententia prolata, Epi[...] ces illas in terram proijciunt, & eas pedibus con[...] nec postea ad aliquem vsum assumuntur, sed for[...] quam sal infatuatum proijciuntur, 2. q. 7. ca. non o[...] vt ait glo. in c. debent. in verb. conculcare. 11. q. 3. [...] excommunicandi formam, & cæremonias Innoc[...] IIII. vt testatur glo. Heliæ, in c. 2. de sent. & re iud[...] 6. adhibuit, vbi Fredericum Imperatorem excomm[...]

3 cauit. Sic etiam Episcopus cum aliquem excommu[...] solenniter, easdem cæremonias obseruat, nisi quod [...] decim Sacerdotes vestibus sacerdotalibus induti, eas [...] faciant, quæ Episcopi in excommunicatione a Papa [...] facere solent. Quæ forma solennis ex ea. debent. 11. q[...] colligitur, sic enim ibi habetur: *Debent duodecim sacer[...] tes Episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manib[...] tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommunicati[...] nis, proiicere debent in terram, & conculcare pedibus: deinde epistola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis.* Hæc ibi. Alicubi etiam pulsatur campana pulsatur, vt ait Panorm. in cap. 1. nu. 2. de offic. custod.

4 Quæ cæremoniæ suas habent significationes. Nam ponitur effectus excommunicationis ante hominum oculos. Siquidem Papa duodecim Episcopis, & Episcopus duodecim sacerdotibus circumdati aliquem sic excommunicantes, illum etiam a Christo circumdato cęlestibus spiritibus excommunicare significant, arg. c. omnis Christianus, & cap. Nihil sic debet, 11. quæst. 3. Proiectio verò facium in terram, earumque extinctio excommunicatum quasi mortuum significat, vtpote a Christi corpore, tanquam palmitem a vite præcisum, arg. d. ca. nihil, 11. q. 3. Quod vero pedibus faces illæ conculcantur, significat ex communicatum sic ex ecclesia eiectum tradi dæmonibus torquendum, & ab eisdem in inferno nisi resipiscat, conculcandum iri, argumen. capit. absit, & capitul. audi denique, & capit. omnis Christianus, 11. q. 3. Sonus autem campanæ significat vocem illam terribilem Christi in iudicio extremo, *Ite maledicti in ignem æternum:* quam excommunicatus cum maximo dolore, & damno suo audiet, nisi a contumacia discesserit.

5 His itidem cæremonijs maior confusio, & grauior terror excommunicatis incutitur, vt ait Henriquez lib. 13. de excom. ca. 20. §. Alij etiam eius exemplo perterriti Ecclesiam audire monentur, ne in eam rebelles & contumaces fiant, argu. Clement. 1. §. & quia. de pœnis, & c. Felicis, nt. eo. lib. 6. de qua re fusius tradunt Paul. Fuscus de visit. & regim. eccles. lib. 1. c. 14. nu. 3. Felicianus Episcopus Scalẽsis, in Enchirid. de Censuris, cap. 28. & Hugol. tab. 2. cap. 29. Huiusmodi verò cæremonijs solennibus alij Episcopo inferiores vti non solent, vt constat ex d. capit. debent. 11. q. 3. & Nauar. in commment. de datis & promissis, notab. 4. num. 10. vnde Innoc. in capit. 4. num. 4. de offic. ordin. excommunicationem hanc solennem Episcopi ritu-ronem appellauit, & habetur in capit. vlis literis, in fine, 16. q. 2. & glos. in cap. corripiantur, in verbo, episcopale, 24. q. 3. & de cæremonijs hisce solennib. hac latis sint.

6 Quoad finem vero excommunicationis, is, quidẽ princeps est, vt Christi fideles ecclesiæ obtemperando, Deum in hac vita colant, & in alia eodem in cœlis beati fruantur, arg. ca. audi, 11. q. 3. & c. sed illud, dist. 45. nihil enim in

in excommunicatione ferenda pia mater Ecclesia magis intendit, quam Dei honorem, & hominum salutem, vt pluribus tradit Dionys. Carthus. in 4. distin. 18. q. 4. versic. deinde ostendit. arg. cap. cum contingat. in fine, de iureiur. & ca. licet, eod. tit. lib. 6. Alter etiam finis Ecclesiæ in ea ferenda est, vt hominum contumaciam reprimat, & coerceat, arg. cap. 1. de except. lib. 6. & latius tradit Mar. Socin. in cap. nulli, nu. 5. & 7. de senteni. excommunicat. Qua de causa excommunicatio ab Innoc. IIII. in c. cum medicinalis, de sentent. excommunicat. lib. 6. *medicinalis dicta est, non mortalis, neque eradicans, sed disciplinans*. de qua re legendi sunt Alexand. de Ales, 4. parte, quæst. 22. membro 5. artic. 1. Bonauent. 4. dist. 18. in vlt. parte, dist. quæst. 1. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1.

7 Finis alter est, vtilitas eius, qui excommunicatur, & hoc tripliciter.

Primo, ex rubore, & confusione, quatenus erubescat se ab omnibus declinari, vt sic tandem resipiscat. Quam vnam iuuandi excõicatũ occasionem exprimit Apost. 2. Thessal. 3. dicẽs; *Ne cõmisceamini cum illo, vt confundatur*. Etenim quis excommunicatus, cum videt se a Diuinis arceri, consortium suum Christi fideles fugere: digito ab omnibus fere monstrari, non rubore summo perfundetur? graue namque est inter homines esse, & ipsorum consortio priuari. l. hi qui sanctam, C. de aposta. & facit c. 1. de except. lib. 6.

Secundo etiam iuuatur excommunicatus per excommunicationem suam malorum experientia, quia in Ecclesia primitiua plerumque ad inducendos homines ad terrorem huius censuræ, statim ac quis excommunicatus erat, a diabolo rapiebatur, ex Apostolo 1. Corint. 5. dicente: *Iudicaui huiusmodi hominem tradere Satanæ in interitum carnis*, idest, tradere in potestatem dæmonis, vt vexetur in corpore, *vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi*.

Tertio etiam iuuatur excommunicatus ipsa sui destitutione: facile enim solet homo cum videt se destitutum omni humano solatio, & auxilio, & (quod est excommunicationis proprium) omni consortio, quod etiam videat se quodammodo destitui a Deo, redire ad cor, & vere ad Deum conuerti, & illi humiliter & suppliciter se submittere, vt patet de Iona, qui vt ibi capit. 2. videns se in ventre pisci, sic orat: *Proiecisti me in profundum in corde maris & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi, abiectus sum a conspectu oculorum tuorum, verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circumdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum, et sublevabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquent. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam pro salute Domino.* Hæc ille. Quæ oratio propriè excommunicatis conuenit, vt intuenti facile constare poterit.

8 Alius etiam finis est vtilitas aliorum, & hoc dupliciter; Primo, quia hac ratione deterrentur alij a peccandi consuetudine, dum alios sic castigari animaduertunt. arg. clẽ. 1. de offic. ordin. & cap. irrefragabili, tit. eod. & c. ad liberandum, de Iudæis, cap. 2. de calumnia. cap. quapropter. 2. quæst. 7. & eleganter notarunt S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 7. ad primum, & Couar. in cap. alma mater, in princ. n. 9. de sent. excommunicat. lib. 6. Secundo, quia tollitur alijs occasio peccandi, quam ex illorum consuetudine, & commercio habebant. Vnum enim pecus morbidum totum gregem inficit, atque ideo pecus morbo infectum resecandum est, ne reliquas oues contactu suo inficiat, vt habetur in capitu. corripiantur, 24. q. 3. & in. c. resecandæ, ead. causa, & quæst. vbi dicitur; *Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosæ oues a caulis repellendæ, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant*. & cap. ecce autem. 24. quæst. 3. habentur hæc verba ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 7. desumpta. *Qui diu portati, & salubriter obiurgati, corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi, ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit salutem reliquæ carnis putredinis sua contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.*

9 Hinc hæreticos apertè errare constat, dum ecclesiam crudelitatis accusãt, eo quod homines malos per excommunicationem multis bonis spiritualib. priuet; quia vt dictum est, ecclesiæ propositum, & intentio non est obesse excommunicatis, sed potius priuatione aliquorum bonorũ, eos alijs multis bonis ditessere; sicut nec medicus ille crudelis appellandus est, aut chirurgus austerus censendus erit, qui membrum putridum, vel omnino abscindit, ne totum corpus putrescat: vel plagam dilatat, vt vulnus perfectius curetur: sic etiam resecantur palmites aridi, vt bene fit vino, & latro iustè suspenditur, ne Reipublicæ noceat; & damnato ad inediam subtrahitur beneficiũ

10 cibi necessarij, & infirmo medicus cibaria delicata prohibet, vt salutem melius consequatur. Immo vero in hac re, Ecclesia non solum Deo non est contraria (prout hæretici non minus impie, quam imperite affirmant) sed ipsius iudicium plane imitatur: Deus enim, vt optime tradit S. Thom. in addit. 3. partis, quæstione 21. art. 2. peccatores duobus præcipue modis punire solet; vno modo, vt ad bonum eos trahat: alio modo hominem sibi relinquendo, vt auxilijs subtractis, quibus a malo præpediebatur, suam infirmitatẽ cognoscat, & humilis ad Deum redeat a quo superbus discesserat. in quibus vtrisque, ecclesia in excommunicationis sententia iudicium diuinum imitatur: inquantum enim cum a communione fidelium separat, vt erubescat, imitatur diuinum iudicium, quo per flagella castigat: inquãtum autem a suffragijs, & alijs spiritualibus separat, imitatur diuinum iudicium, quo hominem sibi relinquit, vt per humilitatem seipsum cognoscens ad Deum redeat. Quod si aliquando ex praua dispositione excommunicati excommunicatio fiat illi omnino perniciosa, & læthifera, prodest tamen toti communitati, dum alij eius exemplo timere incipiant, & alieno periculo resipiscant, & a criminibus committendis timore pœnæ abstineant, & illi etiam ipsi plurimũ prodesse potest, si a contumacia, & inobedientia discedere velit, vt pluribus tradunt S. Tho. 2. 2. q. 79. art. 3. & addit. ad 3. par. q. 21. art. 2. Alex. de Ales, 4. par. suæ Summæ, q. 22. memb. 1. ar. 1. Bonau. 4. dist. 18. in vlt. par. dist. q. 1. Rich. 4. dist. 18. ar. 3. q. 1. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. ar. 1. notab. 3. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 1. vers. quod autem possit. Couar. in c. alma mater, 1. par. in princ. nu. 9. Henriquez lib. 13. de excommun. ca. 1. §. 3. & cap. 17. §. 4. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. ca. 11. & 12. & 25. & de fine, & intentione Ecclesiæ in excommunicatione ferenda hactenus.

De excommunicatione nulla, & quibus casibus id contingat. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Excommunicatio, quibus in casibus nulla sit, explicare dificile est.*

2 *Excommunicatio in non baptizatum lata, nulla est, & quare.*

3 *Infans, furiosus, aut mente captus, excommunicari non potest, & quæ huius rei ratio sit.*

4 *Excommunicatio contra eunuchum carentem genitalibus*

bus lata, eo quod mulierem prægnantem reddiderit, quare sit nulla.

5 Excommunicatio a furioso lata nulla est, & quare.

6 Vsu rationis carens excommunicare non potest.

7 Excommunicatio nulla est, vbi qui excommunicat, fingit tantum se excommunicare.

8 Excommunicatio ad instantiam alterius lata vltra intentionem requirentis non ligat.

9 Excommunicatio ex vi, & metu in virum constantem cadente lata, nulla est.

10 Excommunicatio a non Iudice lata nullius roboris, aut firmitatis est.

11 Excommunicatio a non Iudice lata an valeat, si accedat excommunicati consensus.

12 Excommunicatio a Iudice vsu Iurisdictionis priuato, lata nulla censetur.

13 Excommunicatio a Iudice intruso lata, non valet.

14 Excommunicatio nulla est, vbi is, in quem fertur, ipsum pro suo Iudice recusat.

15 Excommunicatio a delegato contra intentionem delegantis lata non valet.

16 Excommunicatio a delegato impetrato ab excommunicato in casu non permisso, est nulla.

17 Excommunicatio contra exemptum, aut habentem priuilegium in contrarium lata, non valet.

18 Excommunicatio post legitimam appellationem lata nulla est.

19 Appellatio non solum expressa, sed etiam tacita sententiam excommunicationis postea latam annullat.

20 Appellationis de substantia non est dicere, Appello.

21 Appellare censetur, qui se protectioni alterius submittit, aut iter arripit ad Papam, vel ipsius excommunicantis superiorem.

21 Appellatio legitima quænam dicenda sit.

23 Appellatio legitima in iudicio, vel extra iudicium facta, sententiam annullat.

24 Appellatio interposita post sententiam latam sub conditione, ante conditionis existentiam excõmunicationem latam nullam efficit.

25 Appellatio ante conditionis euentum facta, & post qualiter inter se differant.

26 Appellari non potest a sententia lata a iure, seu per viã statuti, & quare.

27 Appellatio friuola sententiam annullat.

28 Appellantibus duobus ad diuersos Indices, appellatio interposita ad maiorem Iudicem elidit appellationem interpositam ad minorem Iudicem, dummodò de ea excipiatur coram minore, vel aliàs nota sit Iudici, & hoc indubie, si Iudex maior sit ipse Papa.

29 Appellatio eodem modo facta ad alium superiorem citra Papam, sententiam Iudicis minoris an, & quando eneruet.

30 Dubium cum sit, an appellatio excommunicationem præcesserit, vel sequuta sit, quid agendum.

1 Error intolerabilis in sententia expressus, sententiam facit nullam & irritam.

: Eror intolerabilis quisnam censendus sit.

Causa notorie iniusta, vel impossibilis, in sententia excommunicationis expressa, sententiam annullat.

Error non expressus in sententia, si tamen aliunde constet de iniustitia, an sententiam excommunicationis annullet.

35 Excommunicatio, ex causa friuola, & imper non valet.

36 Inferior a Papa excommunicans participan communicato a se, non præmissa monitione, sententia est nulla.

37 Excommunicatio contra aliquem lata ob rem, plere non potest, non valet.

38 Excommunicatio ab Episcopo lata contra suos statum Ecclesiæ suæ superiori exponentes, let.

39 Excommunicatio lata contra eos, qui visitantur, nolunt procurare pro visitatione vltra id, quod i tutum est, nulla censenda est.

40 Excommunicatio lata ab eo, qui interdictum bo violauit, an valeat.

41 Excommunicatio lata contra non volentem reuelar catum in confessione notum, est nulla.

42 Excommunicationis sententia quoties nulla est, non timenda.

43 Excommunicatus nulliter celebrando non fit irregu ris.

44 Excommunicatus nulliter nec in secreto, nec in publ sententiæ deferre tenetur cessante scandalo.

1 MAteriam hanc licet omnes fere authores tractauerint, nullus tamen est qui perfectam huius rei doctrinam tradidisse, aut omnes casus in quibus sententia hæc nulla est, explicasse videtur, vt proinde non minus vtile, quam laboriosum sit, si non omnes, at saltem præcipuos casus, in quibus excommunicatio nulla dicitur, enumerare.

2 Primus igitur casus est, quando patiens non est capax huius sententiæ, nimirum; si feratur in non baptizatum, scilicet in Iudæum, Turcam, aut alium infidelem, qui nũquam per Baptismum ecclesiam sit ingressus. Sic Panor. in cap. ab Excommunicato, num. 9. de rescript. & in cap. relatum, & ibi Felin. de sent. excom. Gemin. in c. Romana. §. in vniuersitatem. num. 10. & Anchar. nu. 7. Philip. Franc. in vers. in glos. de sent. excomm. lib. 6. Mar. Socin. sen. in cap. mulieres, num. 26. & 27. de sent. excomm. & in cap. relatum, num. 4. tit. eod. Calder. repet. in c. ab excommunicato, num 14. de rescript. Syluest. verb. excom. 1. nu. 7. Couar. in cap. alma mater, 1. par. in princip. nu. 1. de sent. excom. lib. 6. Nau. in Manuali cap. 27. num. 13. & tractat. de Iubilæo, notab. 21. num. 48. & in cap. ita quorundam, notab. 8. num. 4. & 7. de Iudæis, & colligitur ex c. omnis Christianus, 11. q. 3. & 24. q. 1. cap. audiuimus, §. fin autem, versic. sicut autem. Cum enim isti Baptismi susceptione fidem Christi non sint professi, sicut spiritualium ecclesiæ participes non sunt, ita nec vsu spiritualium ecclesiæ per excommunicationem priuari possunt. Vndè Apostolus 1. Corint. 5. ait. *Quid mihi de iis, qui foris sunt iudicare?* Et refertur in c. multi. 2. q. 1. & cap. gaudemus, de diuortijs, & Concil. Trid. sess. 24. cap. 2. Dixi, si nunquam fuerit baptizatus, quia si baptizatus sit, licet a fide totaliter apostatauerit, excommunicari potest. Quibus addo, quod licet Iudęus, & alij infideles excommunicari nequeant directè, ob rationem allatam, indirectè tamen excommunicari possunt, priuando eos communione, & conuersatione fideliũ, arg. c. etsi Iudęos, in fi. & ca. postulasti, & c. cum sit, & c. ad liberandum, de Iudęis, & ca. post miserabilem, & cap. quinto. & ibi glos. & Panor. de vsur. & glo. in cap. quanto, in verbo quodammodo, de priuil. & in cap. multi, in verbo, iudicare, 2. q. 1. D. Anto. in cap. fin. de cler. excom. minist. & Marian. Socin. in ca. Mulieres, nu. 27. de sent. excomm. Hugol. de cens. Eccles. tab. 1. cap. 17. §. 5. num. 4.

3 Secun-

3 Secundus est, quando fertur in infantem, aut furiosum,
& mente captum, & merito: quia cum excommunicatio
ferri non possit nisi contra eos, qui peccare possunt, arg.
44. dist. c. sed illud, 11. q. 3. c. nemo, 2. & c. nullus sacerdo-
tum, & 24. q. 3. c. tam sacerdotes. & isti non possunt pecca
re mortaliter, vt c. 1. & 2. de delict. pueror. sententia con-
tra eos lata nulla, & irrita est. Sic Innoc. in c. Romana. §.
in vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6. Panor. in cap. ab
excommunicato, num. 9. de rescript. & in cap. per tuas,
nu. 12. de sent. excom. Anchar. in c. solet, nu. 3. vers. sexto
nnt. de sent. excomm. lib. 6. Calder. in repet. in c. ab excom
municato, nu. 14. de rescript. Marian. Soc. in c. mulieres.
4 num. 41. 42. & 43. de sentent. excommun. Qua etiam de
causa sententia excommunicationis nulla erit, si fera-
tur in infantem, vel eunuchum carentem genitalibus, eò
quod mulierem prægnantem reddiderit, maximè si
hoc notorium sit, & manifestum, certum est enim eunu-
chum hoc efficere non posse, & in hoc casu sententiam
esse nullam, docent Ioan. And. in cap. Romana. §. in vni-
uersitatem, de sent. excommun. lib. 6. & ibi Philip. Fran.
vers. in glos. in verb. irretiri, & Gemin. num. 4. vers. sed
pone, & Steph. Costa, in d. §. in vniuersitatem, num. 8. &
9. Anchar. in cap. solet. num. 3. de sentent. excommunic.
Zabar. in capit. per tuas, num. 21. de sentent. excommu-
nic. 1. & ibi Felin. num. 5. Marian. Socin. sen. in cap. perpē
dimus, num. 194. de sentent. excommunic. Hugol. de cēl.
eccles. tabul. 1. cap. 13. §. 18. nu. 22. Qui duo casus ad cau-
sam materialem pertinent.
5 Tertius casus est, quando fertur a carente iudicio: vnde
excommunicatio a furioso lata, nulla erit. arg. l. cum præ-
tor. §. non autem, & l. iudex, & l. cum furiosus. ff. de iudic.
Panorm. in cap. sciscitatus, num. 11. & ibi Innocen. vers.
secus autem diceremus. & Imola eod. num. 18. & 21. Felin.
nu. 4. de rescript. Cuius ratio est: quia talis iudicio, & vo-
luntate caret, quæ duo necessaria sunt ad sent. excom.
validè ferendam. Quod procedit primo, etiamsi tempo-
re, quo sententiam tulit, furiosus esse ignoretur, vt præ-
dicti authores affirmant. Secundo, etiamsi eam rite, &
legitime tulerit, & hoc ob defectum iudicij, vsus ratio-
nis, & voluntatis, vnde furiosus dormienti similis esse
dr̄, l. furiosi, ff. de reg. iur. & l. 2. §. furiosus. ff. de iure codi-
cil. & ca. maiores, §. itē queritur. vers. dormientes, & glos.
in verbo, perdurare, de baptismo, & eius effectu. Secus
autem, si eam ante furorem tulit, vel postquam furore de-
sijt, tunc enim firma erit: nihil enim furor interueniens
recte gestum tollit, arg. l. furiosum. C. qui testa. fac. poss.
6 Idem quod de furioso diximus, de alijs vsu rationis
carentibus sentiendum est, vt sunt stulti, vino obruti,
somno oppressi, (dummodo actum, quem gerunt, non in-
telligant) infantes, & alij similes, qui iudicio, & volunta-
te carent, vbi enim eadem est ratio, & idem ius statui de-
E bet, arg. cap. cum dilecta, de confir. vnl. vel inutil.
7 Pari ratione excommunicatio nulla erit, vbi qui excom
municat, fingit tantum se excōicare, animum tamen eam
ferendi non habet, eo quod talis voluntate caret, quæ ad
censuram ferendam necessaria est, arg. eorum, quæ tra-
dit Panor. in c. P. & G. n. 10. de offic. deleg. Nau. in Man.
c. 27. nu. 11. Angelica. verb. excom. 3. §. 16. Henriquez lib.
13. de excom. c. 30. §. 1. Quia excommunicatio sumit vires
ab intentione excōmunicatoris, secundum Panorm. in c.
ex parte. 1. nu. 6. de offic. ord. & facit quod notat glo. in c.
2. de testibus cogen. & in c. P. & G. de offic. deleg. & in c.
1. de iudic. & ideo quando Iudex generaliter excommuni
cat non reuelantes, vel qui fecerunt aliquid, si intendit ali-
quos eximere, non ligantur excommunicatione. Similiter
8 quando fit ad instantiam alterius solum, non ligat vltra
intentionem requirētis, quia officium Iudicis requisitum,
non debet excedere intentionem requirentis, c. bonæ me-
moriæ, 1. de postul. prælat. Vnde, si pars, ad cuius instan-
tiam Iudex fert excommunicationem, intendat saltem ali
quos eximere, vt vxorem, filios, aut seruos, tales sententiā
excommunicationis non incurrunt. Nau. in Manuali, c.
17. numero 4. & cap. 27. numero 11. argum. l. inuito, ff. de
regul. iur. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 20. §.
1. post Angel. verb. excommunicat. 3. §. 16. quicquid Cor-
dub. in addit. cas. conscientiæ, casu, 176. & Frat. Ludouic.
9 2. part. instruct. capit. 12. in fine, de hac re dubitent. Eodē
modo excommunicatio nulla erit, quam Iudex fert ex
vi, & metu in virum constantem cadente, argum. capit.
vnico, & ibi Philip. Franc. de ijs, quæ vi, metusve causa fi-
unt, libro sexto, vbi habetur, quod absolutio excommu-
nicationis per vim extorta, non tenet, ergo nec obliga-
tio, par enim ius ligandi, ac soluendi est, cap. verbum, de
pœnit. distin. 1. Excommunicatio igitur siue maior, siue
minor, vi, metuve facta nulla est, quicquid glos. in d. cap.
vnic. in verb. vacuamus, de ijs, quæ vi, metusve causa
fiunt. lib. 6. & ibi Gemin. & Panorm. in c. 2. nu. 17. eo. tit.
in antiq. contradicant. Addo tamen, quod metus iste, ac
vis talis esse debet, vt cadat in virum constantem: ac pro-
pterea qui ex metu mortis, aut corporis cruciatus, aut vni-
uersorum bonorum, eorumve partis amissionis excom-
municat, nihil facere censetur, arg. cap. 1. & 2. & cap.
ad audientiam, & c. cum dilectus, de ijs. quæ vi, metusve
causa fiunt, ob defectum siquidem voluntatis in ferente.
10 Quartus casus est, quando is, qui excommunicat, non
est Iudex, nec iurisdictionem habet, capit. ad nostram,
& ibi glos. in verbo, Iudice, & ibi Panorm. num. 2. de con-
suetud. vbi dicitur: *Sententiam a non Iudice latam, nul-
lam firmitatem habere*; id quod dupliciter intelligi potest,
vt ait Ioan. Bachon. 4. distinct. 18. quæstio. 3. articu. 1. vel
quia nullo modo sit suus Iudex, vel si sit, non tamen su-
per articulo, cuius occasione lata est sententia excommu-
nicationis, arg. c. cum olim Abbas, & ibi glos. in verbo, li-
gatum, de offic. deleg. quem casum ponunt omnes ferè
authores, vt Durand. 4. d. 17. quæst. 4. nu. 6. Richar. 4. dist.
18. artic. 3. quæst. 5. Ioan. Bachon. vbi supra. Gabr. 4. dist.
18. quæst. 2. artic. 2. conclus. 8. vers. si vero sententia. So-
tus 4. dist. 22. queſt. 1. art. 3. vers. neque vero secunda. Mar
tin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. art. 4. Henriquez lib. 13. de ex-
com. c. 16. §. 1. gl. in c. præsenti. in verbo, ad cautelam, de
sent. excommun. lib. 6. Ioan. Calderin. repet. in c. ab excō-
municato, num. 14. de rescript. Marian. Socin. sen. in cap.
super eo, nume. 28. vers. monetur, quia, de sentent. excom-
mun. S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 73. §. 1. Angel. verbo, excom.
3. §. 1. Pisanel. verbo, excommun. 1. ver. in quibus casibus,
Tabien. verb. excommunic. 2. §. 10. vers. quando senten-
tia est lata. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 4. casu 1.
per cap. nullus, de paroch. Couaruu. in cap. alma mater,
1. par. §. 7. num. 5. de sentent. excommun. lib. 6. & est com
munis. Qua de causa Panorm. in d. cap. ad nostram, nu-
me. 2. de consuetud. recte docet, quod licet ex consuetu-
dine acquiri possit Iurisdictio, vt in capit. cum contingat.
de foro compet. & in cap. conquestus, 9. quæstion. 3. non
tamen valet consuetudo, vt sententia a non suo Iudice
lata teneat: est enim irrationabile, vt valeat sententia à
non habente Iurisdictionem lata; quod etiam docet Ma-
rian. Socin. in d. cap. super eo, numero 19. vers. nam talis
consuetudo, de sentent. excommunic. Quidam in hoc ca-
11 su faciunt exceptionem, quam facit glos. in capit. ad no-
stram, in verbo, Iudice, de consuetud. & sequitur Ange-
lica, in verbo. excommunic. 3. §. 1. nisi ex certa sciētia quis
consensisset in eum, tanquam in iudicem proprium. Quā
exceptionem recte me Iudice refellit Tabiena, vbi su-
pra, quia, vel per consensum est effectus proprius Iudex,
& sic non esset sententia a non suo Iudice, vel non est ef-
fectus, & sic non reperitur sententia, quæ a non suo iudi-
ce lata valet.
12 Pari ratione excommunicatio nulla erit, quando Iu-
dex vsu iurisdictionis priuatur, ex eo scilicet, quod qui
eam fert, vel excommunicatus denunciatus, notoriusve
clerici percussor sit, aut suspensus est a iurisdictione, vt de
suspēso probat in c. fi. de excess. prælat. & ibi DD. notāt.
& de

& de excommunicato, in ca. audiuimus, 24.q.1.& in cap. ad probandum, de sent. & re iud. gl. in ca. præsenti, in ver. ad cautelam, de sent. excom. lib.6. S. Tho. in addit. 3. par. q.22. art.3. Angelica, verbo, excom.3.§.2. S. Anto.3. par. tit.24.c.73.§.1. Pisan. in verbo, excom.1. vers. in quibus casibus, Tabie. verb. excom.2.§.10. vers. quando sententia est lata, Nau. in Man. c.27.nu.4. cas.1. Henriquez lib. 13. de excom.§.1. Couar. in c. alma mater.1.par.§.7.nu.9. vers. quid autem. de sent. excomm. lib.6.& pluribus tradit Panor. in c. ab excommunicato, nu.7. de rescrip. & idem testatur Ioan. Bachonus 4.d.18.q.3.ar.3. et consta tex Côc. Constantiensi. & habetur in extrau. Ad euitanda. Martini V. Dixi. *quando excommunicatus est denunciatus*, quia si feratur ab excômunicato occulto, valida censetur sententia, vt colligitur ex d. extrau. Ad euitanda, & latius tradunt Innoc. in c. si vere, nu.3. & Felin. nu.7. de sent. excô. Panor. in c. ab excommunicato, nu.3. de rescript. & in ca. veritatis, nu.43. de dolo, & contumac. & in c. ad probandum, nu.15. & Felin. nu.7. de sentent. et re iudic. Feder. de Sen. consi.137. nu.4. Lapus al leg.89. nu.12. Francis. a Victor. in summa Sacramen. in tract. de excommunicat. no. 15. Sotus 4. distin.22. quæst.2. art.1. vers. dubium autê est. Couar. in cap. alma mater, 1. par.§.11. nu.4. de sentent. ex comm. lib.6.

13 Sic etiam sententia nulla erit quæ fertur quidem a suo Iudice, sed intruso, arg. cap. alienationes, 12.q.2. glos. in cap. præsenti. in verbo, ad cautelam, de sent. excommunicat. lib.6.& Angelica in verbo, excommunicat. 3. §.2. Pisanella, in verbo, excommunicat. 1. versicul. in quibus casibus, & citat cap. precariæ, 12.q.2. & Summam confess. lib. 3. tit. 33. quæst.73. & cap. Raimundum. Et idem docent S. Anton.3. par. tit.24. cap.73.§.1. & Ioann. Bachonius 4. distinct. 18. quæst. 1. artic. 3. Dicitur autem intrusus ex S. Anton. qui non fuit electus a maiori parte eligentium.

14 Sic etiam excommunicatio nulla erit, vbi is, in quem Iudex excommunicationem fert, ipsum recusauit, arg. cap. quoties, & ibi glos. in verbo, appellent. 2. quæst.6. Lapus allegat. 1. nu.2. Host. & Ioan. Andr. in ca. legitima de appell. lib.6. Henric. Bohic. in c. per tuas, & Mar. Socin. in cap. facto nu. 189. de sent. excom. eo quod sententia a non suo Iudice lata non ligat. Hugol. de eccles. censur. Tab.1. ca.1.§.23. nu.10.& ca.13.§.18. nu.15.

15 Præterea, eadem de causa excommunicatio nulla est, quando delegatus excommunicat contra intentionem delegantis, cap. fin. de præb. & ibi glos. in verbo, ad talia, Iurisdictio enim delegati ab intentione, & auctoritate delegantis dependet. & eadem vtriusque debet esse intêt. argum. cap. cum causam, de præbend. & cap. exposita, de arbitris, & forma mandati diligenter seruari debet. capit. cum dilecta, de rescript. cap. cum olim, de offic. deleg. & l. si procurator, C. de procur. & in hoc casu sententiam esse nullam docent glos. in d. cap. fin. de præbend. & in cap. præsenti. in verbo, ad cautelam, de sentêt. excomm. lib.6. Ioan. Bachon. 4.d.18.q.3.ar.2. S. Ant.3. parte, tit.24. cap. 73. in fine, Angelica. in verbo. excom.3.§.8. Pisanel. in verbo, excom.1. vers. in quibus casibus, in fine, Hugol. de censur. Eccles. tab.1. cap.13.§.18. num.18.

16 Deinde ex eodem capite nulla erit excommunicatio, quæ fertur a delegato impetrato ab excommunicato in casu non permisso, siquidem impetratio non valet, nec & Iudex tali re iurisdictionem habet, vt colligitur ex ca. 1. de rescript. lib. 6. vbi habetur, quod excommunicatus solum impetrare potest rescriptum super articulo excommunicationis, vel appellationis, & non aliàs, vt ait Gregorius Papa IX. quem êt casum ponunt gl. in c. præsenti, in verbo, ad cautelam, de sent. excom. lib.6. S. Ant.3. par. tit.24. cap.73. in fine, Angelica, in verbo, excomm.3.§.6. Tabien. verbo, excom.2.§.10. vers. quâdo fertur. Hugol. de eccles. cens. tab.1. ca.13.§.18. nu.17. Quê casum Tabiena in verbo, excomm.2. vbi supra, & in verb. Vicarius, §. 7. post Panorm. in cap. licet, num. 8. de offic. deleg. limitat, verumque esse docet, quando delegatus sit ab excôicato, & recepit delegationem, postquam delegatus fuit excommunicatus, aut re integra fuit excommunicatus nominatim, aut notoriè, tunc enim delegati iurisdictio omninò impeditur, vt testatur Bar. in l. more, ff. de iurisd. omn. iudic. quandoquidem delegati iurisdictio, a delegantis iurisdictione dependet, vt habetur in l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Secus autem, si delegatus sit ab excommunicato. & recepit delegationem, antequam delegans excommunicatus esset, & delegatus re non integra iurisdictionem exercere cœpisset, arg. l. & quia, ff. de iurisdict. omn. iudic. & cap. relatum, de offic. deleg.

17 Pari modo excommunicatio nulla erit ex defectu iurisdictionis, quando Iudex excommunicat exemptum, aut habentem priuilegium in contrarium. ita Panorm. in cap. cum dilectus, nu.3. de relig. domib. glo. in c. præsenti. in verbo, ad cautelam, de sent. excom. lib. 6. & facit ca. cum capella, & c. quanto. de priuileg. & c.1. & c. auctoritate, eod. tit. lib.6. S. Anton.3. par. tit. 24. c.73. in fin. Ioan. Bachon. 4.d.18.q.3.ar.3. Angelica. verb. excomm. 3.§.4. Tabien. verb. excom.2.§.10. vers. quando sententia est lata, casu 18.& 19. Nauar. in Manuali, cap.27.nu.4. casu 2. qui pro hac re citat capit. 1. §. ex parte. de concess. præbend. lib.6. Henriquez lib.13. c.16.§.1. casu 2. Hugol. de eccles. cens. cap.13.§. 18. num. 18. Quamuis enim sit Iudex, qui excommunicat, non tamen istius priuilegiati, cum in hunc nullam iurisdictionem exercere possit, immo vero nec ita exemptus sit, aliquo modo submittere se valet iurisdictioni ordinarij sine licentia Papæ, vel illius cui subest, arg. c. significasti, de foro compet. & colligitur ex tex. nuncta glo. in ca. pen. de offic. ordin. vndè, priuilegiatus, vt non potest excommunicari ab Ordinario, si ab eodem ordinario citetur, ita si ex eo, quia non comparet excômunicetur, talis excommunicatio est nulla. ex Ioan. Andr. in d. cap. 1. §. ex parte. de concess. præbend. lib.6. & Marian. Socin. fen. in capit. mulieres, num. 54. vers. & ex prædictis infertur, de sent. excom. Immo vero, si quis de nouo exemptus fit, & ordinatius hoc ipsum ignorans illum excommunicet, sententia nulla est, ex d. c.1.§. ex parte verò, de concess. præbend. lib.6. & ibi notant DD. Marian. Socin. vbi supra, nu.32. Et ratio est: quia priuilegium imprimit fines suos data certitudine priuilegij ipsi priuilegiato, licet ille, in cuius præiudicium confertur, hoc ignoret, vt not. in d. ca.1. in verbo, adijciebatur & facit l. qui absenti, ff. de acq. poss. & sic ignorantia prælati non facit, quo minus priuilegium tueatur priuilegiatum, ex Innoc. in c. cum dilectus, de relig. dom. & Mar. Socin. vbi supra, nu.33. vers. quia priuilegium.

18 Quintus casus est, quando quis excommunicatur post legitimam appellationem, cap. cum contingat, & ibi Panorm. num.2. de offic. deleg. & cap. per tuas, & ibi glo. in verbo, in quibus casibus, & ibi Panorm. nu.3. de sent. excom. & in cap. solet, & ibi glo. in verbo errorem & capit. venerabilibus, §. sed si ex causa, de sent. excomm. lib. 6. & glo. in ca. præsenti, in verbo ad cautelam, de sent. excom. lib.6. Gemin. in c. si a Iudice, num.3. & Philip. Franc. & communiter DD. de appel. li.6. vbi Bonifac. VIII. id satis significat. Hunc casum ponunt Durand. 4.d.18.q.4. n. 6. Richar. 4.d. 18. art.3.q.5. Ioan. Bachon. 4.d.17.q.4.ar.3. Gab. 4.d.18.q.2.ar.2. Concl.8. S. Aut.3. par. ti.24. ca.73. Angelica, verb. excom.7.§.9. Pisanel. verbo. excô. 1. vers. in quibus casibus. Tabien. verb. excomm. 2.§.10. casu 16. Mar. Soc. in c. facro, nu.51. de sent. excom. Nauar. in Manuali, cap.27. n.4. casu 3. vbi etiam citat textum bonum pro hac re, cap. ad præsentiam, & ibi glo. in verbo, contra appellationê, de appel. & in c.27. nu.273. Couar. in c. alma mater, 1. par.§.7. num.5.& §. 10. num.4. Henriquez lib.13. de excommun. cap. 16.§. 2. Hugol. tab.1. de cens. Eccl. cap.13.§.18. num. 8. cuius rei rationem reddit Bonifacius

sententia appellationem ... a iudice, de appellat. libro sexto.
sententia verò excommunicationis suspensa est Iudicis iurisdictio:
iurisdictionem non impeditam requirit: sententia igitur
excommunicationis vt valeat, in ferente
est nulla.
excommunicationis post legitimam appellationem lata

19. Quod procedit primò, non solum per expressam ap-
pellationem, sed etiamsi intendens appellare se suppo-
suit protectioni superioris ante latam excommunicatio-
nem, quo casu perinde est, ac si antea appellasset, ex quo
de mente constat, vt habetur in ca. ad audientiam. de ap-
pell. & hoc tenent Host. Zabarel. & Ioan. And. in c. 1. de
appell. lib. 6. quos refert, & sequitur Marian. Soc. in cap.
sacro, num. 52. vers. si intendens appellare. de sent. excom.
& Summa Astensis, lib. 7. ti. 8. casu 11. Palud. 4. d. 18. q. 1.
art. 4. conclu. 2. Tabien. verbo, excomm. 2. §. 10. casu. 16.
Idem, si iter arreptum ad Papam fuerit, cap. cum olim. de
dolo, & contumac. & c. dilecti filij. 2. & ibi glo. in verbo,
facto prouocare, & Panorm. nu. 5. de appellat. Palud. 4.
d. 18. quæst. 1. art. 4. conclu. 2. Tabie. vbi supra, quibus in
locis habetur, quod arreptio itineris ad superiorem ha-
bet locum, & vim appellationis, cum plus sit aliquid ex-
plicare facto, quam verbo, vt pluribus docet glo. in d. ca.
dilecti filij 2. vbi supra, non enim ad substantiam appel-
lationis necesse est exprimere verbum, *Appello*, sed satis
20 est dicere, vel facere aliquid æquipollens huic verbo,
Appello, Addit tamen, & rectè Panor. in d. c. ad audien-
tiam. nu. 3. & in c. dilecti filij. 2. num. 5. de appellat. quod
tam in submissione protectionis, quam in arreptione iti-
neris seruanda sunt ea, quæ sunt necessaria in appellatio-
ne, & ita sicut appellans extra iudicium, vel in iudicio
ante sententiam tenetur exprimere causam in scriptis, ca.
vt debitus, de appell. & petere Apostolos, ca. 1. de appell.
lib. 6. ita & iste qui vult arripere iter, aut se protectioni
Sedis Apostolicæ summittere, hæc omnia seruare debet;
vt puta, dicet superiori: *Domine Episcope, vos grauastis
me in tali articulo, & in tali, nolo litigare amplius coram
vobis, sed volo ire ad Papam, & peto Apostolos.* Tunc
enim licet non exprimat verbum, *Appello*, itinerando ad
Papam habetur pro appellante: quia non refert, quid ex
æquipollentibus fiat, vt in cà. licet ex quadam. de testib. l.
fideicommissa. §. si cui. ff. de leg. 3. aliàs autem non habe-
bitur pro appellāte. Et idem docet Innoc. in d. c. vt dile-
ctus, de appellat. dicens, quod non solum venientes per-
sonaliter sunt sub protectione Papæ, sed etiam nuncij ve-
nientes pro alijs hac immunitate gaudent, vt post iter
arreptum excommunicari non possint, vt etiam docet Pa-
norm. in d. c. dilecti filij. 2. nu. 5. de appellat.

21 An verò idem sit in eo, qui submisit se protectioni alte-
rius, aut iter arripuit ad alium superiorem citrà Papam,
puta ad Archiepiscopum? Respondeo, quicquid glo. in ca.
dilecti filij. 2. in verbo, facto procurate, ad appellat. hoc
neget; verius tamen sentire Panor. in c. ad audientiam, n.
4. & in d. ca. dilecti filij, 2. de appell. & eandem rationem
esse in alio Iudice, ad quem fit appellatio, quæ in Papa; &
citat Hostien. & gl. in ca. 1. de appellat. lib. 6. quod in du-
bitatum esse putat, si adeatur superior, qui poterat adiri
per viam querelæ, & hoc, siue iter arripiatur à Iudice pro-
cedente iudicialiter, siue extra iudicium; tunc enim itine-
ris arreptio ad eum, vim appellationis habet.

22 Dixi autem excommunicationem esse nullam latam
post legitimam appellationem, & vt notat Palu. 4. d. 18.
q. 1. art. 4. concl. 2. tunc est legitima, quādo erat talis cau-
sa, quæ probata reputaretur sufficiens; & quando non sit
in causa fidei, in qua non est locus appellationi; neque est
legitima, quando monachus appellat, ne secundum Regu-
lam corrigatur. ca. ad nostram, de appellat.

23 Secundo procedit hic casus quintus, quod scilicet sen-
tentia post appellationem legitimam lata nulla sit, siue
appellatum sit in iudicio, siue extra iudicium, ex ca. dile-
cti filij. 2. & ibi Panor. num. 2. de appellat. & cap. pro. de

relig. dom. nu. 2. & idem Panorm. in ca. considerauimus.
nu. 1. de elect. Præpos. in ca. cum parati, nu. 46. de appell.
Et siue appellatum sit a sententia definitiua, aut interlo-
cutoria de alia re lata, arg. ca. licet, & tradit ibi Anch. nu.
2. de sentent. excommunicat. lib. 6. Immò etiamsi dubite-
tur, an appellatio valeat, nec ne; dummodò ex legitima
causa interposita sit, aut ex ea, quæ, si vera esset pro legi-
tima & sufficienti haberetur; quamuis deinceps non pro-
betur, arg. c. vt debitus. de appell. & tradunt Dec. in c. pa-
storalis, §. verum. nu. 6. de appellat. Palud. 4. dist. 18. q. 1.
art. 4. conclu. 2. Hugol. de censur. Eccl. tab. 1. ca. 13. §. 18.
nu. 9. Et etiam deinceps, qui appellauit, appellationem
non prosequatur, eamue repudiet. cap. licet. & ibi glo. de
sentent. excomm. libro 6. & Couar. in cap. alma mater. 1.
par. §. 10. nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & Hugol. vbi supra.
Cuius ratio est: quia cum appellatione iurisdictionis vsus
impeditus sit, vt habetur in capit. si a iudice. & ibi Ge-
min. nu. 3. & Philip. Franc. de appell. lib. 6. ideo sententia
excommunicationis tanquam à non Iudice lata, statim
nulla est, nec valida efficitur ex eo, quod appellatio po-
stea fuerit deserta, vel appellationi renunciatum sit.
Quod enim ab initio non valet, temporis tractu non con-
ualescit. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & in reg. non fir-
matur. de reg. iur. lib. 6. & expresse id docent gl. in cap. li-
cet. in verbo legitimam, de sent. excom. & in cap. sæpè. &
ibi glo. in verbo, rata manet sententia, & Panor. nu. 14. &
D. Anton. ibi, de appellat.

Et idem est, si appellatio fuit interposita post senten-
24 tiam latam sub conditione, ante conditionis existentiam,
vt quia excommunicabat, nisi infra talem diem solueret,
aut hoc, vel illud faceret; quamuis deinceps adueniat
conditio, excommunicatio nulla erit, vt habetur in capit.
præterea, 2. & ibi glo. in verb. impedire. & Panorm. nu. 7.
& 8. de appellat. Palud. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. concl. 2. Nauar.
in c. cum contingat. 14. causa nullit. num. 7. de rescript. &
Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 10. nu. 6. de sentent. ex-
com. lib. 6. Maria. Soc. in c. sacro, n. 62. de sentent. excom.
Hug. in d. §. 18. num. 10. vbi hanc quæstionem latius pro-
bat; donec enim dies, vel conditio veniat, excommuni-
catio lata non censetur, vnde ante conditionis euentum
appellans, ante sententiam latam appellare censetur, &
proinde excōmunicatio hæc nulla omninò erit. Id quod
locum etiam habet, etiamsi post decem dies appelletur,
vt communis opinio tenet. Decius in d. cap. præterea. 2.
nu. 5. & Præpos. nu. 4. de appell. Marian. Soc. in cap. sacro
nu. 128. de sent. excom. Nauar. in cap. cum contingat, vbi
supra, Couar. vbi supra, §. 10. nu. 4. ver. sed & ab eodem,
§. caueat, de sentent. excomm. lib. 6. dummodo hi decem
dies currant ante conditionis euentum; appellatio enim
interposita medio tempore, hoc est, inter prolationem
sententiæ, & euentum conditionis excommunicationem
nullam reddit. Secus autem, si appareat etiam post condi-
tionis euentum infra decem dies; tunc enim excommu-
nicatio lata valeret, licet appellatio adiecta virtutem de-
uolutiuam recurrendi ad superiorem daret. Vnde con-
stat differentia inter appellationem factam ante condi-
25 tionis euentum, & post in excommunicatione sub condi-
tione, aut ad certum diem lata; quia si quis appellat
ante euentum conditionis, appellatio interposita medio
tempore impedit sententiam excommunicationis, sed si
appellatur post euentum conditionis, licet appelletur in-
fra decem dies, eum sententia iam sit purificata, & tra-
xerit secum executionem, appellatio talis non habet ef-
fectum suspensiuum, sed simpliciter deuolutiuum, ex
Mariano Soc. in ca. sacro. nu. 125. & 126. sicut etiam sen-
tentia excommunicationis purè, & simpliciter lata, tra-
hit secum executionem, nec suspenditur per sequentem
appellationem, vt in ca. pastoralis. §. verum. de appellat.
vnde appellatio hoc casu operatur solum effectum deuo-
lutiuum, vt latius tradit Marian. Soc. in d. cap. Sacro. nu.
68. & seq. de sent. excom.

26 Quæ in hoc casu de appellatione ante sententiam diximus, intelligenda sunt solum in excommunicatione lata ab homine; appellari enim non potest a sententia lata a iure seu per viam statuti, ex Ancha. in cap. quicunque, num. 3. de sent. excom. lib. 6. arg. l. si qua pœna. ff. de verb. signific. sententia enim iuris semper præsumitur iusta, arg. cap. erit autem lex, dist. 4. ideoque non suspenditur effectus eius appellatione, cum appellationis remedium institutum sit ad præsidium innocentiæ, & non ad defensionem iniquitatis, c. cum speciali, §. porro, de appellat.

27 Sed neque excommunicatio ab homine lata post appellationem nulla redditur, vbi manifeste constat appellationem esse futilem, & non legitimam; friuola enim & frustratoria appellatio non debet defendere appellantem, c. solicitudinem, & ibi Panorm. & idem Panorm. in cap. pastoralis, §. verbum quia, num. 14. de appel. in antiq. & habetur in cap. cum appellationibus, & in cap. non solum, de appellat. lib. 6. & facit Clem. 1. de dolo, & contum. & tradunt Marian. Socin. sen. in cap. nulli, nu. 40. de senten. ex com. & Anchar. in cap. solet. de sent. excom. lib. 6. & Hugol. de censur. Eccles. tabul. 1. capit. 13. §. 18. num. 13. & fauet Palud. 4. d. 18. quæst. 1. art. 4. conclus. 2. & est communis DD.

28 Casus tamen ponitur a Summa Astensi in 2. parte lib. 7. tit. 8. articulo 1. vbi excommunicatio lata post appellationem legitimè factam, tenet: Puta, si duo ad inuicem litigent coram suo iudice, & vnus appellet ad Iudicem immediatum; & alter ad Papam, & ille, qui appellauit ad Iudicem prosequatur appellationem, & citari faciat alterum coram dicto Iudice, tacito, quod alter appellauit ad Papam, si ille, qui ad Papam appellauit, legitimè citatus non venerit, vel responsionem non miserit, confidens de sua appellatione ad Papam interposita, si, quia non venerit, excommunicetur a Iudice, tenebit excommunicatio pro contumacia in eum promulgata, nisi Iudex ille cognouerit eum ad audientiam Romani Pontificis appellasse, prout definiunt Alexander P. pa III. vt habetur expresse in capit. si duobus. & ibi glo. in verbo, tenebit, & ibi Panorm. num. 1. de appell. Secus tamen si Iudex eum ad Papam appellasse cognouerit. nam quamuis taliter citatus ire debuerit, & allegare priuilegium suum, suamque appellationem Iudici notam facere, arg. c. cum parati. de appell. ff. de iudi. l. si quis ex aliena, & l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ier. adeo vt non eundo excommunicari possit, non obstante appellatione sua ad Papam, si tamen iudici notum esset, quod ad Papam appellauerit, & qui appellauit, nouit iudicem id scire, etiam non ierit, excommunicari non potest, eo quod, cum iudex sciat illum appellasse, scit etiam, quod non sit quoad hunc casum iurisdictioni suæ subiectus; & ideo sententia lata contra illum, nulla est; neque in hoc casu tenebitur appellans ad iudicem citantem venire, ex quo sciat iudicem scire, argum. l. 2. ff. si quis in ius vocat. quia qui scit, certiorari non debuit. l. 1. in fine, ff. de act. emptio. & vendit. & capitulo cum inter vniuersos. de electio. & de appellante ad Papam est casus expressus, vt diximus, in capitulo si
29 duobus, de appellat. Quid autem, si ad alium superiorem citra Papam appelletur, an tunc idem dicendum sit? Hostien. in d. cap. si duobus. sentit, quod sic, & ponit exemplum in Legato a latere, arg. cap. 1. de offic. iudic. deleg. Item Spec. in tit. eodem, §. nunc tractemus. versic. quid si à sententia. Panorm. in d. cap. si duobus, nu. 3. hanc quæstionem proponens, dicit, d. capit. procedere in quolibet superiore, ad quem potest omisso medio appellari: eadem enim est decidendi ratio; cum enim vna, & eadem appellatio tractari non possit coram diuersis iudicibus, appellatio interposita ad maiorem iudicem, elidit appellationem interpositam ad minorem iudicem, dummodo de ea excipiatur coram minore, vel aliàs nota sit iudici. arg. opitim. in capit. per hoc, de heret. lib. 6. & ita appellari potest ad legatum a latere omissis omnibus medijs, ita vt si appelleretur ab Episcopo, non esset opus, quod prius appelletur ad Archiepiscopum, sed appellari potest ad Legatum a latere, cum concurrat cum quolibet ordinario, eo ipso, quod regat prouinciam totam ex concessione Papæ, & Papæ vices gerat, & habet iurisdictionem ordinariam, vt colligitur ex c. 2. & ibi gl. in verbo, reputantes, de offic. leg. lib. 6. Panor. in c. 1. de offi. leg. in antiq. & Anchar. consi. 131. Spec. tit. de leg. in §. nunc ostendendum, verb. legatus, vt testatur Panor. vbi supra, nu. 2. & 7. vnde si litigetur coram iudice inferiore, exempli gratia, coram Archidiacono, sicut appellari potest ad Episcopum, qui est Iudex immediatus, aut coram Episcopo, & appellari potest immediate ad Archiepiscopum, ita etiam ad Legatum a latere, & hoc siue litigetur coram Archidiacono, siue coram Episcopo, siue coram Archiepiscopo, eo quod Legatus a latere concurrit cum quolibet ordinario existente in prouincia sua, qualiscunque sit, siue sit Abbas, siue Episcopus, siue Archiepiscopus, vel Patriarcha, & exercere potest ea, quæ per istos exercentur ratione ordinariæ potestatis, & conferre beneficia ad eos spectantia, vt notant gl. D. Heliæ, in c. 1. de offi. leg. lib. 6. & Pan. in c. 1. nu. 2. eod. tit. in antiq. dum tamen præuenerit ordinarium, ad quem spectat collatio illorum beneficiorum vacantium. Appellatio igitur interposita ad superiorem iudicem, ad quem omisso medio appellari potest, elidit appellationem interpositam ad minorē iudicem eo modo, quo diximus. Sin vero talis sit superior, ad quem non potest omisso medio appellari, tunc præualet appellatio interposita ad minorem, ad quem gradatim, & legitime fuit appellatum, ex Pan. in c. si duobus. nu. 3. de appell. Hoc igitur casu excepto, de quo in d. c. si duobus. excōicatio post legitimam appellationem ab homine lata nulla, & irrita censeri debet.

30 Dubium tamen restat, quid dicendū sit, aut faciendum, cum dubitetur, an excōicatio præcesserit appellationē, vel eam secuta fuerit? Cui respondeo cum gl. in ca. venerabilibus. §. vlt. in verb. postquam, de sent. excom. lib. 6. & Stepha. Costa ibi, nu. 46. quod præsumitur sententiam excommunicationis præcessisse; licet enim id expressis verbis glossa non dicat, ita tñ sentire videtur in eo, quod vult petentem absolutionem hoc casu teneri ad probandum de veritate causæ, et id expressè docent Aret. & Felin. in cap. cum tu, de testib. & idem Fel. in cap. Apostolicæ. nu. 18. de exceptionib. & in cap. auditis. nu. 33. de præscript. & in c. nouit. de iudic. col. 2. Dec. in cap. in præsentia, num. 13. de probat. Anton. & Imola, in cap. super eo. in 2. de appella. Quam communem sententiam Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 2. nu. 5. vers. hinc sanè. de sent. excommu. lib. 6. in tribus casibus limitat. Quorum

Primus est in animæ iudicio quoad hunc effectum, vt quis a diuinis officijs abstineat; quia tunc præsumitur excommunicationem præcessisse appellationem. Sic Card. in clem. 1. q. 15. de sepult. & Dec. in c. super eo. in 2. de appell. quia in dubio pars tutior est eligenda quoad animæ periculum, & etiam in exteriori iudicio, ex glo. in cap. 1. de scrutin. & in cap. iuuenis, de sponsalibus.

Secundus casus est, cum appellatio ipsa ad excommunicationem refertur, quia interponitur ab ea; & sic vera est communis opinio, vt præsumatur excommunicationem præcessisse. Bal. in l. ampliorem. C. de appell. §. vlt.

Tertius casus est, quod qui allegat vel excommunicationem, vel appellationem præcessisse, id probare tenetur, argum. cap. cum tu, de testib. & ita communiter appellans, dicens se post appellationem excommunicatum fuisse id probare tenetur. Ratio est: quia cum constet Iudicem iurisdictionem habere, & excommunicationem latam esse, ad appellantem pertinebit probare se appellasse ante excommunicationem latam; cum tempus appellationis præcedens fundamentum sit, quo nullitatem sententiæ probare velit; qualitas autem temporis ab eo probari debet, qui illa se tueri voluerit. & Bart. in l. non solum, & ibidem Alexan. §. sed vt probari, ff. de nom operis

nun-

...cum actum, ... & Bart. in l. ...
nu. 15. de probat. & Anchar. in elem. literas, num. 5. & Benedictus Capra ibidem, num. 16. & seq. de rescript. & in casu nostro appellantem temporis qualitatem probare debere docent Ioan. And. in ca. eum sunt partium, de re. iur. lib. 6. in Mercur. Felin. in cap. cum tu, nu. 21. de testib. Rota decis. 29 de appell. in antiq. Dec. in cap. super eo, 2. de appellat. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 2. num. 5. vers. tertia species, de sent. excomm. lib. 6. Hugol. de een-sur. Eccles. tabul. 1. cap. 13. §. 18. nu. 13. & colligitur ex c. venerabilibus, §. vlt. & ibi glo. in verb. postquam. & ibidē Gem. in fine, Philip. Franc. & Anchar. num. 3. Steph. Costa, num. 46. de sent. excom. lib. 6. Qualiter ergo sententia excommunicationis post legitimam appellationem facta sit nulla, ex dictis constat.

31 Sextus casus est, quando in sententia excommunicationis expressus est error intolerabilis, tunc excommunicatio est nulla, arg. c. cum contingat, & ibi glo. in verbo, tolerabilem, & Panor. ibidem, num. 1. de offic. deleg. & c. per tuas. & ibi glo. in verbo, intolerabilem. & ibi Panor. nu. 11. de sent. excom. & glos. c. præsenti, in verbo, ad cautelam, de sent. excom. lib. 6. & habetur in cap. venerabilibus, §. penult. & ibi glos. in verbo. intolerabilem. de sent. excom. lib. 6. ibi Ancha. nu. 3. & Gemin. nume 6. Philip. Franc. vers. vlt. & Steph. Costa, nu. 45. & Hostiens. li. 5. Summæ tit. de cle. excom. ministr. §. 4. versic. qualiter excusentur, Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 1. Felin. in c. per tuas, nu. 5. de sent. excom. Panorm. in c. ab excommunicato, num. 9. de rescript. & Ioan. Calderin. repet. in eod. c. ab excommunicato. nu. 14. & Marian. Soc. in c. perpendimus. nu. 189. de sent. excom. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 73. Angelica, verb. excōicatio, 3. §. 12. Pisanella. verb. excom. 1. vers. in quibus casibus. Tabiena, verb. excom. 1. §. 10. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 4. cas. 4. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 5. & §. 10. nu. 4. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de Eccl. cens. tab. 1. c. 13. §. 18. nu. 21. Et ex Scholasticis, & Theologis Rich. 4. d. 18. ar. 3. q. 5. Duran. 4. d. 18. q. 4. nu. 6. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 4. concl. 2. Gab. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. Matt. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 4. ver. iam verò diximus. & art. 3. vers. neque vero secūda.

32 Potest autem dici error intolerabilis quodlibet peccatum mortale, vt si Episcopus dicat, excommunico te, nisi pro tali hæretico celebraueris, 11. q. 3. cap. si quis Episcopus. Vel quia credis in Deum; vel quia pœnitentiam agis, vel quia non furaris; vel quia non es inobediens prælato, vel simile, quod est notorium peccatum esse 11. q. 3. c. si ia qui præest. & duobus. c. seq. vel si præcipiat aliquod impossibile, vel turpe; talis enim sententia non tenet, nec aliquam obligationem inducit de facto, vel de iure, argum. capituli vltimi de pact. & capituli vltimi de condit. apposit. & quoties aliquid sub vi præcepti continetur in sententia, quod communiter, vel in suo genere est peccatum, veluti si excommunicat, quia eleemosynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid quod in se bonum est, puta, quia ieiunauit, aut orauit; aut quia non operabatur id, quod suo actu illicitum est, & prauum, puta quia non adulterâtur, aut interficit aliquem, aut aliud simile malum non perpetrat, sententia nulla est. capitul. venerabilibus, §. penultimo, de sententia excommunicatio. libro sexto. Item intolerabilis error est, si expresse contra ius scriptum pronunciat, vt si dicat excommunicationem valere pronuncio, quamuis sit lata post legitimam appellationem; aut quia si Episcopus excommunicat subditum suum, quia non soluerat decem; in quibus fuerat die feriato sententialiter condemnatus, cap. ei qui appellat. §. diffinitiua. versic. item sententia. 2. quæstione 6. & capitulo fin. de ferijs, quem casum ponit Astensis, vbi supra, similiter ex Palud. vbi supra, si excommunicat audientes sermones Prædicatorum aut Minorum in domi-

bus suis, quia de iure certum est hoc esse licitum, per Decretalem Benedicti X I. *Inter cunctas*, quæ non est reuocata in Concilio Viennensi. Si autem diceret audientes sermonea eorum in parochija non licere, puta, nisi placeat Prælato, seu Curato, valeret sententia. Quando autem, & quibus in casibus sententia contra leges lata nulla sit, latius tradunt gloss. in capitulo primo, in verbo, contra leges, & ibi Panorm. & Felin. de sententia, & re iudicata. Quando igitur sententia excommunicationis in se peccatum manifestum continet, aut est contra ius diuinum; aut contra ius constitutionis Papæ, est nulla; non dico contra ius litigatoris, quia tunc valida est, aut saltem valida esse potest, ex glos. in capitulo Ei, qui appellat, §. diffinitiua, versiculo item si sententia, in verbo, contra ius, 2. quæstione 6. & Palud. 4. distinctione 18. quæstione prima, articulo 4. conclus. tertia, qui ad hoc citat cap. inter ceteras, de sententia, & re iudicata, & capitulo, dilectus filius, de excess. prælat.

33 Sic etiam nulla est, quando exprimitur in sententia causa impossibilia, ex glo. in cap. per tuas, in verbo intolerabilem, de sententia excommunic. Panorm. in d. ca. per tuas, nu. 11. & Tabien. verbo, excom. 2. §. 10. dat Panor. exemplum, quando excommunicatur infans, quia stuprauit virginem.

Similiter nulla erit, quando exprimitur in sententia causa non impossibilis, sed notoriè iniusta, l. 1. ff. quæ sent. sine ap. rescind. Innoc. in capit. cum Bertoldus, de re iud. Panor. in dicto capit. per tuas, nume. 11. Tabien. in verbo, excomm. 2. §. 10. & Palud. 4. d. 18. questio. prima, artic. 4. conclus. 3. qui ait, quod debet esse in aliqua parte sententiæ, secus si in actis.

34 Dubium solum est inter authores, an, quando error non est expressus in sententia, sed aliundè constat notoriè de iniustitia, vt puta, excommunico Titium quia spoliauit Sempronium, & notoriè constat, quod iste non spoliauit, sed alius, an talis excommunicatio sit nulla? In qua re glos. in cap. per tuas, in verbo intolerabilē, de sent. excom. dubitat, & ait tutius esse dicere, quod teneat; & idem docet ibi Ioan. Andr. & Archidiac. in cap. venerabilibus, in fine, de senten. excom. lib. 6. ait tenere, & fauet d. cap. per tuas, & d. cap. venerabilib. qui textus requirunt errorem patenter expressum ad hoc, vt sententia sit nulla, secus ergo, vbi non est expressus error. Hostiensis in d. capit. per tuas, quem refert, & sequitur S. Anton. 3. parte, titu. 24. cap. 73. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 8. artic. 1. Marian. Socin. in cap. perpendimus, nume. 194. de sentent. excommunica. Palud. 4. dist. 18 quæst. 1. artic. 4. conclus. 3. secundum quos eas est conclusio, quod nisi error sit expressus, non redditur sententia nulla. Alij tamen, vt Panorm. in d. cap. per tuas, num. 11. dicunt, quod licet prædictorum opinio sustineri possit ad hoc, vt excommunicatio magis timeatur, & in maiori reuerentia habeatur. & enim, quando non constat notoriè de errore, & iniustitia, quando tamen constat notoriè de iniustitia, tunc de rigore iuris sententia nulla erit, etiamsi error in sententia non sit expressus: sic Panorm. in cap. cum Apostolus, num. 4. in d. cap. per tuas, nume. 11. vbi etiam citat ad hoc tex. cum gloss. in Clem. pastoralis. in §. Pisana, in verbo, non habeat, de sentent. & re iudic. & Innoc. in cap. fraternitatis. de frig. & malefic. & in c. 4. de dilat. & videtur bonus tex. in c. inter ceteras, de sent. & re iudic. & hanc sententiam tenēt Calder. cons. 9. de sent. excom. Steph. Costa, in c. venerabilibus. nu. 45. qui citat. c. 1. de offic. Vicar. & Angelica, verbo. excom. 3. §. 12. in fine Tabien. verbo, excom. 2. §. 10. & fauet Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 3. versic. neque vero secundi. Rationem dat Panorm. quia præsumptio est, quod diligenter iudex exercuit officium suum, vt expresse vult tex. in cap. causam, de sent. & re iudic. & cap. in præsentia, de renunciat. sed vbi constat notoriè de iniustitia, cessat præsumptio iustitiæ, quia præsumptio

cedit notorietati, c. vt ritate manifestata distinc. 8. Nec est præsumptio, quod ius in se valdè æquum approbare velit notoriam iniustitiam, & ea, quæ sunt in notorio, habentur pro expressis. Facit. cap. euidentia, de accusat. nam, & confessio partis confitentis iniustitiam sententiæ, inducit retractationem, vt notant Innoc. in cap. quia plerique, de immunit. Eccles. & fortius, vbi notorietas, quæ sententia mihi etiam verior videtur ob rationem allatam.

35 Eodem modo excommunicatio nulla erit, si ex causa impertinenti feratur, vt si excommunicatur Titius, quia fortis est, aut indeuotus, aut quid simile, ex Ioann. Andr. in ca. sacro, de sent. excom. Marian. Socin. in cap. perpendimus, num. 196. de sent. excom. Hugolin. de censur. Eccle. tab. 1. cap. 13. §. 18. nu. 21.

37 Hi casus præcipui sunt, in quibus excommunicatio, ab homine lata, non valet; alij enim casus, qui ab authoribus referuntur, ad aliquem istorum sex reuocantur, vt intuenti, & diligenter rem consideranti manifestum esse potest. Nam casus ille, quo scilicet inferior a Papa excommunicat aliquos qui participant cum excommunicato à se, non in crimine, sed in locutione, & alijs casibus, in quibus incurritur minor excommunicatio, excommunicatio illa contra sic participantes est ipso iure nulla; nisi fuerint nominatim moniti tribus vicibus, vel vna pro tribus, cum aliquorum dierum interuallo, ne cum tali excommunicato a se participent. Quem casum ponunt. S. Anton. 3. part. titu. 24. cap. 73. Angelica, in verbo, excommunicatio, 3. §. 17. Tabien. verbo, excommun. 2. §. 10. casu 9. Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 8. art. .... Pisanel. verbo, excom. 1. vers. in quibus casibus. Nauar. in Man. c. 27. num. 4. casu 5. Hic enim casus ad sextum reducitur, cum talis sententia ipso iure nulla sit, eo quod contra ius excommunicat, qui ita aliquem excommunicat, vt habetur in ca. statuimus, in verbo, ab eodē sent. excom. secus esset de Papa, qui potest excommunicare aliquem participantem cum excommunicato à se, non præmissa monitione, ita valida censeatur. Dixi inferiorem a Papa, excommunicantem aliquem participantem cum excommunicato a se, inualidè excommunicare; quia si index excommunicaret prædictos participantes cum aliquo excommunicato ab alio, puta ab Episcopo, Archiepiscopo, vel a Papa, & non a se, teneret excommunicatio, licet non essent moniti, ex Panorm. in c. quod in dubijs. nume. 3. de sent. excom. & Ioan. Andr. quem citat Angelica, Tabien. vbi supra. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 4. vnde nullus hodie citra Papam potest ferre hanc excommunicationem, scilicet, excommunico te cum omnibus participantibus tibi d. cap. statuimus, sed opus est, vt prius moneant.

37 Sic etiam alter casus, quem ponunt Panorm. in capitu. P. & G. num. 9. 10. & 11. de offic. deleg. Feder. cons. 93. & 121. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 1. quæstio. 11. Angelica, verbo, excom. 3. §. 14. Tabiena, verbo, excom. 2. §. 10. casu 12. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 2. conclus. 4. vers. secundo si feratur, & alij, nimirum, quando sententia generaliter profertur contra non facientes, puta restitutionem, vel non soluentes, & aliquis non facit, quia non potest, talis sententia est nulla. Et Ratio est: quia nullum præceptum ad impossibile ligat, l. Paulus, ff. quæ sentē. sine appell. rescind. & l. impossibilium, ff. de reg. iur. & in reg. nemo. eod. tit. lib. 6. Et vt docent. Panorm. & Oldrad. cons. 16. & alij vbi supra, & Syluest. verbo, excom. 2. nume. 23. versic. duodecimum, verba similia generalia debent intelligi ciuili modo, arg. in l. si cui, ff. de seruit. & in l. quod dicimus, & in l. ratum, ff. de solut. Qui casus etiam ad sextum reuocatur, vt ex dictis ibi constat.

38 Ad eundem etiam casum sextum deducitur casus alter, quem ponunt Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 8. art. 1. casu. 14. Angelica, verbo, excom. 3. §. 7. Pisanel. verbo, excom. 2. ver. in quibus casibus, cas. 5. Tabie. verbo, excom. 2. §. 10. casu 23. Hugolin. de cens. Eccles. tabul. 1. ca. 13. §. 19. num. 10. post glos. in c. quia plerique, in verbo, sententijs, de offic. ordi. lib. 6. & in c. præsenti, in verbo, ad cautelam, vers. & addo nouum casum, de sentēt. excom. lib. 6. Quando fertur excommunicatio a prælato contra suos subditos, pro eo quod statum suæ Ecclesiæ, vel monasterij, siue loci, siue personarū, & rerum ipsius exposuerunt superiori, vel Sedis Apostolicæ Legato, vel Inquisitori à Sede Apostolica delegato, & deputato, vel alij cuicunque personæ, per quam ad prædictorum notitiam valeant peruenire, quæ excommunicatio, vt pote contra ius, in d. cap. Quia plerique, de offic. ord. lib. 6. lata est nulla, & similiter interdicti, vel suspensionis, ex Pisanella, vbi supra, & Summa Confess. lib. 3. tit. 34. q. 73.

39 Similiter nulla erit censura, quando prælati excommunicant subditos, quos visitant, quia nolunt eos procurare pro visitatione, nisi id, quod ex Lateranensi Concilio debetur, vt habetur in cap. cum Apostolus, de censibus, & c. cum ad quorundam, de excess. prælat. & ibi gl. & Panorm. quem casum ponunt glos. in cap. præsenti, in verbo ad cautelam, vers. decimo, de sent. excommu. lib. 6. Summa Astensis vbi supra, casu 10. Angel. cit. §. 5. Tabien. vbi supra, & Hugolin. vbi supra, num. 20. talis enim sententia, vt pote contra ius in d. cap. cum Apostolus, & d. cap. cum ad quorundam, lata est nulla. Quamuis enim Bern. & glos. in d. cap. cum ad quorundam, in verbo, non tenere, de excess. prælat. velint cap. illud continere ius speciale, scilicet priuilegiatorum super hoc a Papa, ita vt sententia contra priuilegium Papę lata nulla sit, tanquam a non suo iudice lata; quorum opinio si vera esset, casus d. ca. cum ad quorundam, referri posset ad casum quartum a nobis positum, vt sic sententia talis nulla sit, quia lata esset a non iudice, & contra priuilegium eis a Papa concessum. arg. cap. quanto, & c. cum capella, de priuileg. Vnde secundum istos sententia contra alios lata teneret, licet iniusta esset. Alij tamen, vt Goffred. in d. cap. cum ad quorundam, & in Summa de sent. excomm. ad finem, & alij, quos ibidem refert, & sequitur Ioan. Andr. & Hostiē. ibi, & Panor. n. 2. et fauet Summa Astensis, 2. parte, libro 7. tit. 8. art. 1. casu 10. dicunt, quod continet ius commune, quorum opinio mihi verior videtur; & ideo casus iste ad casum nostrum sextum reducitur, adeo, vt talis sententia sit nulla, quia, vt cōstat, contra ius Pontificiū lata est.

40 Eodem modo ad casum sextum reuocatur casus ille positus a gloss. in ca. præsenti, in verbo, ad cautelam, de sent. excom. lib. 6. vers. octauo. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 8. art. 1. casu 7. S. Anton. 3. par. Sum. tit. 24. c. 73. in fine, Angelica, 10 verbo, excō. 3. §. 3. Tabiena in verbo, excom. 2. §. 10. casu 21. Quando ferens excommunicationē violauit interdictum hominis, vt declarat Greg. IX. in c. tanta, de excess. prælat. & ibi glos. in verbo, irritas, vbi dicit textus, quod *talis sententia iudicis post interdicti violationem lata in aliquem, irrita, & inanis est.* Quod uerum esse docet Angelica, nisi fuisset absolutus a dicta uiolatione, quia tunc teneret sententia excommunicationis ab eo lata post absolutionem.

41 Sic etiam casus ille, quem ponit Tab. uerbo, excom. 2. §. 10. casu 15. Quando scilicet prælatus præcipit sub excommunicatione, quod Sacerdos reuelet peccatum quod solum scit in confessione, excommunicatio nulla est, utpote, lata contra ius cap. dilectus, de excess. prelat. immo, contra omne ius est, ut sacerdos ad reuelandum peccatum in sola confessione notum cogi possit, & ideo excommunicatio in sacerdotem peccatum sibi confessum non reuelantem lata, nulla, & irrita est, & reducitur casus hic ad sextum a nobis superius positum.

Sicut etiam casus ille, quem ponunt Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 4. conclus. 4. & Tabiena, uerbo, excomm. 2. §. 10. casu 27. scilicet, quando prælatos excommunicat omnes uenientes ad altare, nisi sibi, uel suo mandato confessos; uel omnes, qui non sunt confessi sibi, uel suo mandato, quo ad confessos fratribus, nulla est ipso iure, ut habetur in extrau. inter cunctas, de priuileg. Benedicti XI. ubi dicitur,

Fra-

...ero, vel alias confessiones, & postea, excommuni- ...eq; in eius fraudem latas, denunciamus irritas, & manet, qui casus, vt constat, optime ad sextum reduci potest.

42 Alij casus omnes ad prædictos etiam reduci possunt, in quibus omnibus, & alijs quibuscunque, hoc aduertendum est ex Palud. 4. d. 18. q. 2. artic. 2. conclu. 8. Soto. 4. d. 22. q. 1. ar. 3. Mart. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Angelica, verbo, excom. 3. §. 19. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 11. de sent. exc. Nauar. in Man. c. 27. nu. 3. in fine, Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. versic. princ. & alijs; Quotiescumque excommunicationis sententia est nulla, non est timenda nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam; non quoad Deum, quia nulla culpam, nec quoad Ecclesiam, quia, secundum veritatem, nullam pœnam iuris incurrit, qui sententiam, quæ nulla est, non custodit; cum enim ipso iure nulla sit, idem est, ac si non esset lata: vnde Host. in Sum. lib. 5. tit. de sent. exc. §. quis sit eius effectus, versic. hæc vera sunt, att, si sententia nulla sit ipso iure, nec timenda est, nec tenenda. vnde talis nec se pro excommunicato gerere tenetur, vitando communionem sacramentorum, & hominum, nec vsu spiritualium priuatur, quoniam quod non est, timere non oportet, nec præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, argumento capituli, non præstat. de regul. iuris lib. 6. nec celebrando peccat, aut vllam pœnam iuris incurrit; non enim peccat, cum legem non offendat, argum. capit. qui peccat, 23. quæst. 4. neque vllam irregularitatis pęnam, aut aliam iuris censuram celebrando incurrit, secundum ea, quæ latius tradunt glos. in capit. ad præsentiam, in verbo, contra appellationem, de appell. & ibi Innoc. & glo. in cap. solet, in verbo, in officijs, de sentent. excommunic. lib. 6. Dec. in dicto cap. præsentiam. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. versic. ceterum, vbi sententia. de sentent. excomm. lib. 6. vbi citat etiam Philip. Probum, & Francum, in cap. 1. de appell. & in capit. 1. §. vlt. de foro compet. lib. 6. & idem docet Nauar. in cap. cum contingat. remedio 2. numero 4. 5. & 6.

43 qui omnes docent, excommunicatum post appellationem illegitimam, & nullam, non esse irregularem, si ante absolutionem confisus, & existimans appellationem validam fuisse, celebrauerit bona fide, licet postea pronunciatum fuerit appellationem nulla esse, nec suspendisse iurisdictionem iudicis, a quo fuit appellatum; id quod verum est, non solum, vbi excommunicatio est nulla propter appellationem, sed etiam ob aliquam aliam rationem ex dictis, talis enim celebrando nec peccat, nec vllam iuris pęnam incurrit. Et quod de excommunicatione diximus, de alijs etiam censuris intelligendum est; quoties enim censura est nulla, nec coram Deo, nec apud homines ligat, nec timenda est. Quod intelligo verum, quando notoriè constat de nullitate sententiæ, & quando cessat scandalum. Quando enim esset scandalum, eo quod alij non sciunt sententiam non esse nullam, sed putarent eum esse excommunicatum, tunc abstinere docet à communione Sacramentorum, & aliorum fidelium, quamuis ipse certò sciat sententiam esse nullam. Vnde, si aliquis publice excommunicatur, & denunciatur nulliter, quamuis in occulto posset eam non seruare; in publico tamen eam seruare debet, quousque scandalum rationabiliter sedatum fuerit; & ex aduerso publicet sufficiēter excōmunicatus nulliter causam, propter quam sententia sit ipso iure nulla; quo facto non pareat sententiæ; Si enim tunc quis scandalizatur, non est scandalum pusillorum, sed Pharisæorum, secundum

44 regulam Christi Matth. 15. contemnendum. Quibus addendum est ex Palud. 4. distinct. 18. quæstione prima, artic. 3. concl. 2. Gabr. 4. dist. 18. quæstione secunda, art. 2. conclus. 8. in fine. S. Anton. 3. parte tit. 24. capit. 73. in fine, Couar. in cap. alma mater. 1. parte, c. 7. num. 7. versi. ceterum vbi sententia. de sententia excommunicat. libro 6. quod etiam antequam sedatum fuerit scandalum, non teneatur sententiam nulliter latam in occulto obseruare, neque etiam in publico coram eis, quibus nota est nullitas sententiæ. Et quamuis peccaret mortaliter, qui coram ignorantibus nullitatem sententiæ celebraret, aut diuinis se immisceret, non tamen in hoc casu celebrando irregularis esset, cum irregularitas non ratione scandali, sed excommunicationis inflicta sit; vnde cum hic verè excommunicatus non sit, etiamsi cum scandalo celebraret, irregularitatis tamen pœnam non incurret, vt præfati authores testantur; neque in excommunicatione vtroque foro nulla necessaria est absolutio ad cautelam, vt docet Henriquez libro 13. de excommunicat. capitulo 15. §. quarto.

De excommunicatione iniusta, & quem effectum habeat.
Cap. XVII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio tribus modis iniusta esse potest, ex animo, ex ordine, & ex causa.*
2 *Iniusta ex animo quando censeatur.*
3 *Iniusta ex ordine quænam dici debeat.*
4 *Iniusta ex contra quænam dicenda sit.*
5 *Excommunicatio iniusta ex animo valida est.*
6 *Iniusta sententia ex defectu ordinis iuris in ea ferenda an semper valida sit.*
7 *Iniusta sententia ex parte causæ an valida sit, variæ asferuntur opiniones Canonistarum, & Theologorum.*
8 *Theologi sententiam omnem per se iniustam, etiam nullam esse dicunt.*
9 *Carcere detentus iniustè, fugere potest, nec sententię iniustæ iudicis parere tenetur.*
10 *Sententia iniqua nec apud Deum, nec apud Ecclesiam cuiquam nocere debet.*
11 *Vnam vxorem prius occultè ducens, & postea aliam publicè, cui cohabitare teneatur.*
12 *Excommunicatio iniusta in foro interiori, ad culpam non obligat, & quęnam huius rei ratio sit.*
13 *Excommunicatus iniustè, qui tamen verè est innocens, à parte rei excommunicatus non est, nec generalibus Ecclesiæ suffragiis priuatur.*
14 *Excommunicatio, dubia existente causa, ob quam fertur, ligat, cum in dubio præsumendum sit pro sententia iudicis.*
15 *Reus consilio suorum aduocatorum contra iudicis sententiam adhærere non debet.*
16 *Iniustè excommunicatus, & innocens, sed tamen secundum allegata, & probata nocens repertus, ad scandalum vitandum sententiam in publico seruare debet.*
17 *Iniustè excommunicatus, sed secundum allegata, & probata nocens repertus, celebrando in occulto, & sine scandalo nec peccat, nec vllam iuris pœnam incurrit.*
18 *Iniustè excommunicatus euitato scandalo Diuinis interesse potest.*
19 *Iniustè excommunicatus, quid facere teneatur.*
20 *Iniustè excommunicatus non vtens iuris remedijs, peccat.*

21 *Iniustè excommunicatus, quare prius absolutionem petere debeat, quàm audiatur.*

22 *Iniustè excommunicatus, postquam vsus est iuris remedys, & non inuenit remedium, celebrare, & cum alys publicè communicare potest.*

23 *Canonistarum fundamenta, & rationes contra Theologos allata soluuntur.*

24 *S. Gregory dictum de iniusta sententia explicatur.*

1 POst expositionem excommunicationis nullæ restat, vt de excommunicatione iniusta, eiusq; in ligando vi, & efficacia disseramus. In qua explicanda, quid authores senserint, & quibus in rebus consentiant, ac inter se discrepẽt paucis ostẽdemus. Vt autem hæc materia distinctè explicari possit, ante omnia prænotare oportet, excommunicationis sententiam tribus modis iniustam dici posse, vt colligi poterit ex glos. in summa, 11. q. 3. in verbo, sed ponatur, & in cap. sacro, in verbo, iusta, de sent. excommun. & latius traditur in cap. Episcopus, §. si ergo, 11. q. 3. S. Thom. in addit. 3. par. quæstio. 21. artic. 4. Alex. de Ales. 4. part. q. 22. memb. 2. art. 1. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 5. Dur. 4. d. 18. q. 4. nu. 6. Io. Bacho. 4. d. 18. q. 1. art. 3. & q. 2. art. 1. & 2. Palud. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. cõcl. 1. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. Host. lib. 5. summæ, tit. de sent. excom. nu. 11. vers. hi sunt effectus. Summa Astens. 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 2. Ioan. Calder. in reper. in c. ab excõicato, nu. 15. de rescrip. Panor. ibid. nu. 10. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 73. Marian. Soc. sen. in c. perpendimus. nu. 172. de sent. excom. Tabien. verbo, excō. 2. §. 10. Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 3. Couar. in c. alma mater. 1. part. §. 7. nu. 5. Henriquez lib. 13. de excom. c. 15. Hugolin. de cens. Eccl. tab. 1. c. 13. §. 3. nu. 3. qui omnes docent ex animo, ex ordine, & ex causa, sententiam excommunicationis iniustam esse posse.

2 Ex animo dicitur iniusta excommunicationis sententia, quando etsi causa exprimatur vera, & rationabilis, ab eo tamen, qui excommunicat, non ad correctionem, nec ex zelo iustitiæ, sed indignationis, inuidiæ, vel odij fomite promulgetur, arg. c. illa, 11. q. 3. & c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. Vnde tutum consilium est, quod si quis offendatur, non per se, sed per alium, qui charitatiuè moueatur, sententiam promulget, vel si per se velit hoc facere, ad minus hoc non faciat, dum mouetur, sed permittat motum fortè cholericũ aliquãtulũ residere, vt Hostiensis, Astensis, & S. Anton. vbi supra, mouent, & colligitur ex c. illa, & c. ita, & c. cum apud, & c. summopere 11. q. 3.

3 Ex ordine vero dicitur sententia iniusta, quando etsi causa vera, & rationabilis prætendatur, & proferens charitate moueatur, non tamẽ præcessit monitio competens, seu canonica; vel non fuit facta coram personis idoneis, per quas probari possit, si oportuerit, c. sacro, c. statutum, de sent. excom. lib. 6. Admonitionem vero competentem intelligas ad arbitrium iudicis, siue trinam, siue vnam pro omnibus, maximè in notorijs, arg. c. de illicita. 24. q. 3. & hodie dari debent competentia interualla aliquorum dierum inter monitionem, & monitionem; quod verum est, nisi facti necessitas, ea interualla aliter suaserit moderanda, cap. constitutionem. de sent. excom. lib. 6. facti aũt necessitas dicetur, si dilatio periculosa, & aliquod malum fieret, si competentia interualla iudex concederet, & quia forte ad arma iretur; & aliqua res forte destrueretur, quibus incommodis iudex obuiare tenetur, ex glos. in d. cap. constitutionem. in verbo, necessitas, & facit l. æquissimũ. ff. de vsufr. Aliquãdo enim nec locus, nec tẽpus patitur plenius deliberare. ff. de exerc. act. l. 1. & tradit latius Summa Astensis, vbi supra. Imò et hodie talis ordo traditur, vt sententia in scriptis feratur, & ibi exprimatur causa, & excommunicans exemplum huius scripturæ infra mensem excommunicato tradere teneatur, si super hoc fuerit requisitus, c. cum medicinalis. de senten. excomm. libro 6.

4 Ex causa deniq; sententia excommunicationis iniusta dicitur, vel quia, nulla prætenditur in sententia; vel si prætenditur, tamen non est vera; vel quia, etiamsi vera sit, non tamen est sufficiens, & rationabilis, & manifestè coram eo probata, arg. c. sacro. de sent. excom. & ibi glo. in verb. rationabili, & facit c. nemo, 2. q. 1. & ca. vt debitus. de appellat. & hæc dicitur iniusta ex parte excommunicati, & excommunicantis; vel si sit debita, & iusta ex parte excommunicantis, potest tamen esse iniusta, & indebita ex parte excõicati. vt cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur, quia. s. excommunicatus est innocens, iudex tamen secundum allegata, & probata excõmunicat illum, quia per testes probatus fuit nocens. His igitur modis, cum sententia excommunicationis iniusta esse possit, quos effectus, & quam ligandi vim vnaquæque istarum habeat, ostendere oportet.

5 Quoad sententiam iniustam primo modo, quando scilicet iudex ex odio, ira, aut alia passione inordinata, quẽpiam excommunicat, si necessarias iuris solẽnitates in excommunicatione seruauerit, talis sententia valida est, & in foro, tum exteriori, tum interiori ligat; & in hac re consentientes sunt authores oẽs, quos initio capitis attulimus. Quamuis enim sententia hæc iniusta, & iniqua sit, hoc sensu, quod iudex peccat ita malè affectus excommunicando, ea tamen excommunicatus ligatur, cum peccatum, & iniqua iudicis intentio, virtutem & iustitiam sententiæ non tollat: vnde contra talem sententiam agens, non solum peccato inobedientiæ peccat, sed etiam pœnas canonum incurrit, & in tali excommunicatione celebrans irregularis efficitur, vt communis omnium consensus testatur; nec de hac re dubium esse potest.

6 Similiter sententia iniusta secundo modo, ex defectu ordinis iuris, ex eo scilicet, quod non præcedat trina monitio, aut vna pro tribus, cum legitimis interuallis, vt cap. sacro, de sent. excom. aut cũ non profertur in scriptis, ca. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. valida est in vtroque foro; vno tantum casu excepto; quando scilicet, quis excommunicat participantes cum excommunicato a se, maiori excommunicatione non præmissa canonica monitione; talis enim excommunicatio ipso facto non solum iniusta est, sed etiam nulla, & irrita, vt habetur in cap. statuimus, de sent. excommu. lib. 6. & in hoc etiam authores omnes tam veteres, quam noui, tam Theologi, quam Canonistæ consentiunt.

7 Ceterum quoad sententiam excommunicationis iniustam tertio modo, ex parte causæ, quia scilicet aut nulla est, aut non æqua, & legitima, sed solum præsumpta, vt cum innocens verè iudicatur nocens secundum allegata, & probata, & excommunicatur; an talis sententia valida sit, & liget, non certo inter authores graues constat, & aliter Canonistæ, aliter in hac re Theologi opinantur. Canonistę. n. (vt videre est, 11. q. 3. c. 1. & c. qui iustus. 11. q. 3. & ibi Gratianus, & gl. & in ca. sacro. & in cap. per tuas. de sent. excom. Io. Cald. in repet. in ca. ab excõicato. nu. 15. Panor. ibi, nu. 10. de rescrip. Host. lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 51. vers. quis sit eius effectus, Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 2. Maria. Soc. in c. perpendimus, nu. 182. de sent. excom. Angelica, in verbo, excõmun. 1. §. 18. Nauar. in Man. c. 27. n. 3. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 5. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. c. 15. §. 4 Hugolin. de cens. Eccle. tab. 1. c. 13. §. 3. nu. 4. & 5. docent sententiam hanc validam esse in vtroq; foro, & ex Theologis fauent Alex. de Ales, 4. par. Sum. q. 24. memb. 2. art. 2. Dur. 4. d. 18. q. 4. nu. 6. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 5. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 1. art. 3. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. cõcl. 8. & Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 3. concl. 1. Et quidem hi authores, maximè Canonistæ in eo se fundant quod in ca. per tuas, §. verum in alijs, & ibi gl. in ver. verum. de senten. excom. dicatur, quod sie excomunicatus iniustè, superiorem adire debet, & absolutionem petere, antequam audiatur, ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur. Vnde,

si hic

... prius absolui debet, ergo prius excommunicatus fuit. Afferturetiam in huius sententiæ confirmationem c. Odoardus Clericus, de solution. vbi habetur, ex decreto Gregorii IX. quod *excommunicatus aliquis, propter hoc quod debebat aliquid creditori, esto constet, quod nec in totum, nec in parte poterat soluere, quod absoluatur*; & tamen euidens est talem iniustè excommunicatum fuisse, cum soluere non potuerit; & ideo iniustè excommunicatum fuisse, cum rè excommunicatus est. Et denique pro hac opinione refertur dictum illud commune, & vulgatum S. Gregorij homil. 26. in Euang. & habetur in capitulo 1. 11. q. 3. *Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est*. Quam sententiam Canonistæ sequuntur distinguentes inter sententiam iniustam, & nullam, cum enim se fundent plerumque non in rei veritate, sed in præsumptione iuris; & secundum notitiam humanam in foro contentioso loquantur, volunt posse esse sententiam iniustam, quæ tamen non sit nulla.

8 Theologi vero, qui solam rei veritatem considerant, nullum omnino discrimen inter sententiam per se iniustam, (quando scilicet non est iusta causa excommunicationis, quia nimirum condemnatus est innocens, & non commisit crimen, pro quo excommunicatur) & sententiam nullam faciunt; & consequenter talem iniustè excommunicatum vere excommunicatum non esse docent. Sic Adria. in quodlib. quæst. 6. art. 1. concl. 1. vers. sed dubium est, & in 4. sent. q. 4. de confess. vers. si petas, circa finem, Ioan. Dried. li. 5. de liber. Christ. pag. 236. & citatur Ioan. Maior. 4. d. 18. q. 2. Caiet. 22. q. 70. art. 4. ad 2. & in opusc. to. 1. tract. 19. circa finem. Sotus relect. de regen. secret. memb. 3. q. 1. concl. 4. & 4. d. 22. q. 1. art. 3. concl. 4. Ioan. Medina, Cod. de restit. q. 11. Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Bart. Medina, lib. 1. instruct. confess. cap. 2. §. 2. Pro qua etiam opinione refertur Cordub. lib. 1. q. 43. & fundant se in doctrina S. Thom. 22. q. 60. artic. 1. vbi ait, *Iudicum esse determinationem iusti* & 22. q. 67. artic. 1. ait, quod *sententia iudicis est quadam particularis lex in aliquo particulari facto*; At vero deteterminatio iniusti, quam significat iudicium iniustum, non est determinatio iusti; nec lex iniqua particularis, quam significat iniusta sententia, est lex particularis, quam sententia significat. & ideo nec iudicium iniustum est iudicium, nec sententia iniusta, quæ damnationem innocentis secundum rei veritatem determinat, verè sententia est; vnde nec excommunicatio iniusta ex parte causæ vere excommunicatio est, & consequenter in conscientia ex parte sui non oblig. & 22. q. 70. art. 4. ad 2. expresse, ait, *iudicium iniustum non esse iudicium*; loquitur autem de iudicio iniusto per se. Adde, quod talis vt supponitur, non peccauit, ergo excommunicatus non est; cum secundum omnes, excommunicatio non nisi ob peccatum mortale ferri possit.

9 Præterea, qui iniustè detinetur in carcere, potest fugere, & non tenetur parere sententiæ iudicis iniustæ, scilicet, quod maneat ibi; & ideo pari ratione iniustæ excommunicationi parere non tenetur. Item, si iudex condemnaret aliquem, vt soluat decem aureos, quos non debet, talis soluere non tenetur in conscientia; & si iudex compellit eum, vt soluat, cum certus sit quod non debeat eos, licitè eos reassumere poterit ab illo, qui acceperit, aut aliquid aliud, quod tantundem valet, si sine scandalo id facere possit; immo, ille qui pertit ab illo decem illos aureos falsis testibus, ad eorum restitutionem in foro conscientiæ tenetur, vt latius tradunt Panor. in cap. quia plerique, num. 21. de immunit. Eccles. Imola. cons. 147. & alij omnes; ergo alius verus est dominus, nec ei vllam facit iniuriam recuperando quod suum est, vel æquiualens. A paritate igitur rationis, non tenetur iniuste excommunicatus tali sententiæ in foro conscientiæ parere; cum par ratio sit, immo maior ratio est de excommunicatione, cum grauior pœna sit; Sicut ergo non tenetur quis, vt docet Panor. vbi supra, num. 20. alijs iniustis sententijs parere, ita multo minus iniustæ excommunicationi parere obligatur.

10 Pro hac etiam sententia facit, quod habet Gelasius Papa dicens: *Sententia, si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Ecclesiam eius, neminem potest iniqua grauare sententia. Ita ergo ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspexit obligatum.* & refertur cap. cui est illata, 11. quæst. 3. Cum igitur iniustè excommunicatus non indigeat absolutione, vere excommunicatio iniusta non ligat. Et in cap. illud plane, 11. quæst. 3. ait S. Aug. *Si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniustè, potius ei oberit, qui facit, quam qui hanc patitur iniuriam.* Et c. si quis non recto, 24. q. 3. ex Origene, hom. 14. ad cap. 24. Leuit. quod falso Gratianus tribuit Hieronymo, habetur. *Si quis recto iudicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur, si ipse non ante exiit, hoc est, si non ita egit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo quod non recto iudicio ab omnibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus retineri videtur.* Hæc Origenes.

11 Hanc etiam Theologorum sententiam probant Martin. Ledes. 24. q. 23. art. 4. & Ioan. Medin. C. de restitu. q. 11. vers. respondetur. ex simili casu, exempli gratia, si quis occulte ducit prius vnam vxorem, & postea publice ducit aliam, (qui casus ante Concil. Trid. sess. 24. capitulo 1. de reform. verus fuit) & secunda, quæ potest publice probare illum esse suum, petit illum in iudicio exteriori, & probat illum esse suum, quia publice cum illa matrimonium contraxit; & prima quia occulte nupsit illi, non potest probare, & ideo excommunicatur, vt maneat cum secunda; etiam secundum Canonistas talis excommunicatio non ligat, cum ille sit innocens; ergo nec, qui in alio casu iniuste excommunicatur per se, erit excommunicatus, cum hic tam innocens sit ex parte sua, sicut ille. Et quamuis is peccauit ducendo secundam, quia tamen innocens est in alio, pro quo excommunicatur, (nam in hoc quod non cohabitat cum secunda, bene facit, cum non sit sua) non obligatur sentententiæ parere in foro interiori ita neque ex alia quacunque sententia per se iniusta, inducitur ius parendi. Quæ Theologorum sententia mihi etiam ob rationes allatas verior, & probabilior videtur. Ex qua sententia Doctores alij varia colligunt scitu necessaria, & quæ in praxi quotidie occurrere possunt, vt ex his, quæ dicemus manifestum erit.

12 Primum est, excommunicatio iniusta in foro interiori non obligat ad culpam, quasi culpa sit non obedire iniusto præcepto. ita exprese Adrian. quodlib. 6. artic. 1. concl. 1. vers. sed dubium est. Maior. 4. d. 18. q. 2. & alij omnes, quos pro hac secunda Theologorum sententia retulimus, quibus consentit Cou. in c. alma mater, 1. par. §. 7. numero 5. vers. prima conclusio, de sent. excomm. libro 6. vbi alios refert: id quod satis euidenter colligitur ex capit. cui est illata, &c. Illud plane, & ca. cæpisti habere, & c. quid obest, 11. q. 3. & ca. si quis non recto, 24. q. 3. & facit capitulo a nobis, 2. & ibi Panor. numero 1. de sent. excomm. Cuius dicti hæc ratio esse potest: quia nemo nisi ob contumaciam, & inobedientiam culpabilem excommunicari potest, capitulo nemo Episcoporum, 11. q. 3. & c. multi, 2. quæst. 1. & deducitur ex Matthæ. capitulo 18. vbi *tanquam Ethnicus, & publicanus*, (scilicet per excommunicationem.) *est habendus, nisi qui Ecclesiam non audierit*. Iudex autem non nisi per legem, & iustitiam quempiam obligare potest; vbi igitur iudex aliquid contra legem, & iustitiam præcipit, neque est aliqua obligatio præcepti, neque in subdito peccatum est aliquod contumaciæ, vel inobedientiæ, si non obtemperet; quod dictum verum est, quando quis certus est de sua innocentia, & secluso scandalo in non parendo, aut remoto contemptu.

13 Secundum est, excommunicatus iniustè, & qui verè est innocens, & hoc certò scit, quamuis secundum allegata,

gata,& probata excommunicetur, à parte rei, & in veritate nec excommunicatus est, nec communibus,& generalibus ecclesiæ suffragijs priuatur.ita Alex.de Ales,in 4. par.sum.q.22.memb.2.art.1.vers.sed illud.vbi ait excommunicationem iniustam verè excommunicationem non esse, nec separationem bonorum ecclesiæ facere. Rich.4. d.18.artic.3. q.5.ad 1. vbi ait excommunicationem iniustam ex causa non lædere eum, qui notatur: & clarius 4. d.18.art.7.q.2.ait excommunicatum pro iniusta causa nõ excludi propter hoc à suffragijs orationum ecclesiæ,quia tali non est excommunicatus quoad ecclesiam triumphantem, nisi sit aliud quod obsistat: nec militans ecclesia tales intendit à suffragijs orationum excludere. Palud. 4.distin.18. q.1.art.1.concl.4. vbi ait, quod ecclesia cum sciat se posse errare; videtur tamen nolle aliquem lædere iniustè, propter quod ipsa non intendit iniustè excommunicatos à generalibus suis suffragijs excludere. Adria. expressè quodlib. 6.art.1.concl.1. vers. dico secundo.lit. E.Caiet.to.1.opusc.tract.19.q.vnic.circa finem. Maior. 4.d.18.q.2.Martin.Ledesm.2.4.q.23.art.4. Sotus 4.dist. 22.q.1.art.3.concl.4.Summa Astensis,2.par. libro 7.tit. 9.art.1.q.2.Nau.in Manuali,c.28.nu.3.Couar.in c.alma mater.1.par.§.7.num.5. vers. secunda conclusio,de sent. excom. lib.6. vbi dicit esse communem opinionem, pro qua etiam refert Ioan. Arboreum,lib.5.Theosophiæ,cap. 21.Card.à Turrecrem.in capit. si quis episcopus.11.q.3. idem docet Henriquez lib.13.de excomm.cap.15.§.2. in fine,quicquid Dur.4.d.18.q.4.num.9.in contrarium senserit. Ratio est: quia ecclesia non censetur velle aliquem iniustè tanta læsione afficere, nec eos excludere a talibus suffragijs, cum pia mater sit, quæ innocentibus filijs nocere non intendit, arg.cap.illud planè,11.q.3. Non enim intendit ecclesia illos excludere,quos Deus non excludit; & ita, cum tales non priuentur communibus ecclesiæ suffragijs apud Deum, censendum non est ecclesiam eos excludere. Immo, vt ait Sotus, ecclesia non habet maiorem vim ad lædendum homines in spiritualibus, maximè innocentes, quàm Principes sæculares in temporalibus: sed,vt constat,in foro ciuili sententia prolata secundum allegata,& probata contra innocentem in foro conscientiæ non obligat,iuxta ea, quæ tradit Panorm.in cap. quis plerique,num.20.21. & seq. de immunit. eccles. vnde talis condemnatus potest non soluere id, in quo est damnatus,& fugere è carcere sine peccato, dummodo nõ inferat vim officialibus, & ministris iustitiæ, & proinde innocens excommunicatus verè excommunicatus non est,nec ecclesiæ suffragijs communibus priuatur. Neque contrarium affirmat S. Thom.4.d.18. q.2.artic.1. ad 4. & habetur in addit.3.par.quæst.21. artic.4.ad 1.vbi ait: *Quamuis homo gratiam Dei iniustè ammittere non possit, potest tamen illa iniustè amittere quæ ex parte nostra sunt, quæ ad gratiam Dei disponunt: sicut patet, si subtrahatur alicui verbum doctrinæ quod ei debetur, & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur.* Hæc S. Thom. Quibus verbis non habetur excommunicationem iniustam tollere gratiam gratum facientem, aut generalia ecclesiæ suffragia,sed solum dispositionem illius,puta communionem cum fidelibus per participationem Sacramentorum, & officiorum diuinorum in foro exteriori: quia enim talis in foro exteriori pro excommunicato habetur,ratione obedientiæ, & ad scandalum vitandum, parere debet sententiæ excommunicationis iniustæ, & hæc solum colligitur ex illis S.Thom.verbis,si attentè legantur, vt latius, & subtilius Sotus in relect. de tegendo, memb.3.q.1.concl.4.tradit.

14 Tertium est,quando causa non est verè iusta, si tamen sententia illa non contineat errorem manifestum,sed res est dubia,tunc talis sententia ligat, & se tanquam excommunicatum gerere debet in foro exteriori. Sotus 4.d.21. q.1.art.3.concl.2.vers.secundo modo,& Henriquez lib. 13.de excom.c.15.§.3.& c.21.§.1. Quia homo in propria causa iudex esse non debet,& in dubijs præsumendum est pro sententia iudicis; vnde in dubio nemo facilè sese innocentem putare debet. Etenim,vt ait Couar.in cap.alma mater.1.p.§.2.num.4.vers.illud verò.vbi de periculo animæ agitur,adhuc in exteriori iudicio certior via est eligenda,glo.in c.1.de scrutio.& in c.iuuenis.de spons.

15 Hinc infert Sotus, vbi supra, quod reus licet consilio suorum aduocatorum iudicet causam non fuisse iustam, aut dubium de ea re sit, contra iudicis sententiam opinioni aduocatorum suorum adhærere non debet, id quod etiam docet Henriquez lib.13. de excom.ca.15.§.in fi.citans Syluestrum,verbo, excom. 10.§.1. sic parochus sub excommunicatione ad Synodum vocatus, si potuit mittere nuncium, qui Episcopo referret rationem excusationis; aut iussus, vt debitum soluat sub excommunicationis pœna, vel, vt compareat,dum non soluat, aut compareat, licet ægrè,& difficulter soluere, aut comparere possit, in dubio se pro excommunicato habere debet. Imò addit Sotus,quod si talis esset clericus,& consecraret,fieret irregularis;& fauet Henriquez vbi supra,§.3.& in casu huius tertij dicti existimat Sotus eum priuari orationibus,& suffragijs ecclesiæ;cum in dubijs præsumendum sit pro sententia iudicis.

16 Quartum est, iniustè excommunicatus, & innocens, secundum allegata tamen, & probata nocens repertus, licet verè in conscientia excommunicatus non sit, cum sine peccato mortali vera excommunicatio non sit; ad euitandum tamen scandalum, & ne videatur ecclesiæ censuram contemnere, sententiam illam in publico seruare debet, aliàs in foro exteriori præsumetur censuram excommunicationis violasse,& irregularis iudicabitur,aliasque pœnas incurret,quæ contra excommunicatos non seruantes ipsius excommunicationis rigorem statuuntur, vt latius tradit Couar.in cap.alma mater.1. par.§.7.nume.7. vers. his quidem probatur. de sent.excom. lib.6. qui pro hac recitat glos.in cap.postulastis.in verbo, spoliandi, & ibi Panorm.num.12.de cleric.excom.minist.& idem Panorm.in cap.per tuas,num.3. de sentent.excom.Syluest. verbo,correctio,§.9.& verbo,excom.2. notab.1.casu 8. & notab.4.dub.8. & Palud.4.d.18.q.1.art.3.concl.1.vbi ait talem peccare peccato inobedientiæ, si eam non teneat, quousque absolutionem procuret ab illo, qui eum excommunicauit, vel ab eius superiore; & etiam pœnas iuris incurrere,sicut si sententia esset iusta. Ceterum,existimo, quod licet talis iniustè excommunicatus ratione scandali, quod inde,non parendo,oriri posset, illi iniustæ sententiæ parere debeat; necnon etiam ratione obedientiæ,quæ debetur prælatis ecclesiæ in foro exteriori, (in quo etiam excommunicatus iudicabitur) eam seruare debeat; ne ecclesiæ auctoritatem contemnere videatur, aut liberum cuique priuato sit iudicis sententiam ex falsa causa pronunciare nullam,& irritam esse,quod maximum præiudicium ecclesiasticæ disciplinæ, & alijs scandalum afferre posset: in foro tamen conscientiæ excommunicatus non est, nec aliquam iuris pœnam incurrit,dummodo certus sit de sua innocentia.

17 Hinc talis celebrans occultè, aut cum alijs participans in occulto, & sine scandalo, nullam irregularitatem aut aliam iuris pœnam incurrit, nec peccatum vllum committit;immo,alia omnia secrete remoto scandalo,& contemptu facere potest,ac si excommunicatus non esset. Ita Adrian.in quolib.6.q.1.art.concl.1. vers. sed dubium, & 4. Sent.quæst.4.de confess.vers. si petas. ad finem. Ioan. Dried.lib.1.de libert.Christiana.f.236.237.Caiet.2.2.q. 70.art.4.ad 2.Martin.Ledes.2.4.q.23.art.4.Sot.4.d.22. q.1.art.3.concl.4.vers.accedit textus. in fine.Couar.in c. alma mater.1.par.§.7.num.7.vers.illud tamen est admonendum.de senten. excommun.lib.6. Cordub.libro 1.q. 43.casu 13.Henriquez,lib.13.de excommunic.cap.15.§. 3.in principio. Et pari ratione si esset in longinqua regione, vbi ignota est illius excommunicatio iniusta,

etiam

… ſacramenta, … publico prohibetur intereſſe diuinis, recipere Sacramenta, & ſi Sacerdos ſit, celebrare poterit, nec tamen irregularitatem, aut aliam iuris pœnam incurret: ita Caiet. Sotus vbi ſupra, verſ. arguet tamen, & Henriquez d. §. 3. & Martin. Ledeſ. vbi ſupra ait, quod etiam ſic iniuſtè excommunicatus, publicè communicando in Sacramentis, non peccat, ſi abſit ſcandalum, & contemptus: nam ſi quis in publico, maximè apud ignorantes veritatem, per modum contemptus ſe ingereret officijs diuinis, tunc peccaret mortaliter: quia alij ſcandalizarentur, & facilè inducerentur ad contemnendum poteſtatem Eccleſiæ: & ipſemet etiam ſic faciendo, videtur contemnere auctoritatem Eccleſiæ, volens propria auctoritate reſcindere ſententiam iudicis, dum non vult appellare, aut recurrere ad ſuperiorem: ideoque docet melius eſſe ad ſcandalum vitandum, & propter obedientiam eccleſiæ in publico abſtinere à communione aliorum. Et quamuis ex contemptu publicè celebrando, aut communicando cum alijs, ratione ſcandali, & contemptus, mortaliter peccaret: non tamen in conſcientia, & animæ iudicio eſt excommunicatus, ex Soto in relect. de tegen. ſecreto memb. 3. q. 1. concl. 3. & Couar. in c. alma mater. 2. par. §. 7. num. 5. verſ. tertia concluſio. de ſent. excomm. lib. 6. neque in foro animæ irregularitatem incurrit, cum verè cenſuram non violet, ex Ioan. Bachono in 4. d. 18. quæſt. 1. art. 3. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 23. art. 4. Soto, 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. concluſ. 4. contra Palud. 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 3. concl. 1. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. verſic. his equidem probatur. de ſent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 15. §. 4. quorum opinio vera eſt in foro interiori, quia ex præſumptione eccleſia ſicut illum excommunicatum, ita etiam irregularem reputat; nos autem tantum loquimur in foro animæ, & in conſcientia, in quo ſicut verè excommunicatus non eſt, ita neque irregularis verè erit.

18 Immo addunt Ioan. Driedo lib. 1. de libert. Chriſtia. fol. 237. Caiet. 2. 2. quæſt. 70. art. 4. ad 2. & Martin. Ledeſ. 2. 4. q. 23. artic. 4. quod non ſolum ſic iniuſte excommunicatus euitato ſcandalo intereſſe poterit ſecreto loco diuinis, & celebrare: ſed etiam qui ſciunt illum eſſe bonæ conſcientiæ virum, & innocentem eſſe credunt, quamuis ſciant illum excommunicatum fuiſſe, poſſunt illi ſeruire in miſſa; aut participare aliàs in diuinis, ſecretò tamen, quoniam ſic faciendo, & timetur iniuſta ſententia, & executioni mandatur in publico, & ſatisfit humano iudicio, quæ foris ſunt iudicanti, dum manifeſte videtur non contemni eccleſiæ auctoritatem, & ſic non priuatur innocens omninò ſpiritualibus conſolationibus animæ ſuæ, qui in veritate non eſt excommunicatus, quia in veritate ſententia talis iniuſta, non eſt ſententia.

19 Quintum eſt, quod ſic iniuſtè excommunicatus, tenetur ſub peccato quærere alia iuris remedia, nimirum, appellare: & ſi non conceditur appellatio, recurrere debet ad ſuperiorem, aliàs peccat. Sic Caiet. 2. 2. quæſt. 70. art. 4. ad ſecundum, & Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 23. artic. 4. Ideo autem peccat, non quia non paret iniuſtæ ſententiæ excommunicationis, ſed quia contemnit remedia iuris, & non paret eccleſiæ, in hoc, quod præcipit, quod ſic excommunicatus vtatur remedijs iuris, & hoc tantum probat cap. per tuas, de ſent. excommun. quo Iuriſtæ, & Canoniſtæ ſuam ſententiam defendunt, vbi dicitur: *In alijs*, ſcilicet excommunicationis ſententijs (exceptis his duabus, quando quis excommunicatur poſt legitimam appellationem: aut in forma excommunicationis error intolerabilis expreſſus ſit (*niſi gratiam abſolutionis impleret*, (eſto, dicat, quod probare velit ſententiam illam eſſe iniuſtam) *audiri non debet, ne ſententiam Eccleſiaſticam contemnere videatur, & per hoc amplius ex ſuo contemptu ligetur*.

20 Vnde conſtat, quod ſi non vtatur iuris remedijs opportunis, reputatur eccleſiaſticæ poteſtatis contemptor, & proinde peccat: & ita reſpondent Theologi ad d. cap. per tuas. de ſentent. excommun. quo Iuriſconſulti ſuam ſolent opinionem tueri. Quod verò ibidem dicatur, quod *ſic iniuſtè excommunicatus petere debeat abſolutionem*: intelligitur ſolum ad cautelam, cum ſit dubium, an talis ſit excommunicatus, nec ne, ipſe enim licet ſe excommunicatum non eſſe dicat, eccleſia tamen excommunicatum eſſe præſumit: ideoque prius ad cautelam abſolui debet, quam audiatur: quia ſi audiretur, & eſſet dubium, an eſſet excommunicatus, necne, actus eius interim non eſſent legitimi, vnde, vt fiat proceſſus legitimus, & iuridicus, ad cautelam prius abſolui debet.

21 Ideò autem ſtatuit eccleſia, vt in ſententia iniuſta prius abſoluatur reus, quam audiatur, vt ſic claues eccleſiæ magis timeantur: cap. per tuas. §. nos igitur. verſic. verum. de ſentent. excomm. & in maiori reuerentia habeantur, & denique, vt homo per obedientiæ meritum creſcat, dum iniuſtæ ſententiæ paret, cap. quid ergo mirum. 11. q. 3. & latius tradunt Alex. de Ales. 4. parte Summæ, q. 22. membro 2. art. 2. in fine. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. Sum. Hoſtienſis lib. 5. tit. de ſent. excom. num. 11. verſ. hi ſunt effectus in fine. Summa Aſtenſis 2. par. lib. 7. tit. 8. artic. a. in fine.

22 Sextum eſt, ſic iniuſtè excommunicatus, poſtquam vſus eſt remedijs iuris, & non poteſt inuenire remedium, quia probatur nocens, ſecundum allegata, & probata, communicare poterit in Sacramentis, & in alijs & occultè, & publicè, ſine peccato, dummodo non ſit ſcandalum: ita Martin. Ledeſm. 2. 4. queſtio. 23. artic. 4. Adrian. in 4. ſent. quæſt. 4. de confeſs. verſi. ſi petas. Sot. in relect. de tegen. ſecret. membr. 3. quæſt. 1. artic. 4. & alij. Qui tamen monent, vt ſaltem tamdiu abſtineat a communione aliorum, & ab officijs diuinis, quamdiu fuerit præſumptio apud alios; quod ſit excommunicatus, ne videatur contemnere eccleſiam; ſi autem non ſit ſcandalum, omnia perinde facere poterit, ac ſi excommunicatus non eſſet.

23 Ex dictis facilè conſtare poteſt, quid ſentiendum ſit de Canoniſtarum fundamentis, iam enim reſponſum eſt ad cap. per tuas, de ſent. excom. & ad cap. Odoardus clericus, de ſolution. & reſpondetur, quod eccleſia iubet illum abſolui ex præſumptione excommunicationis iuſtæ, & ad maiorem cautelam, & propter reuerentiam eccleſiaſticæ poteſtatis; etenim auctoritati eccleſiaſticæ diſciplinæ admodum pernicioſum eſſet, quod quiuis excommunicatus ſe liberum ab excommunicatione exiſtimet ea occaſione, quod falſa cauſa deceptum iudicem in eum excommunicationem pronunciaſſe cauſetur: non tamen intendit eccleſia dicere, quod ille in veritate rei,

24 & in conſcientia excommunicatus ſit. Illud autem S. Gregorij dictum 11. quæſt. 3. capit. ſententia paſtoris. intelligitur tantum, vel, quando cauſa eſt dubia, an iuſta, vel iniuſta ſit, tunc enim omnino parere debet: vel, vt diximus, in foro exteriori, etiam quando ſcit ſe verè innocentem eſſe: tunc enim propter obedientiæ meritum, & ad vitandum ſcandalum, publicè ſe pro excommunicato gerere debet. Et idem dicendum eſt, quando excommunicatio fertur iniuſtè contra aliquem teſtem, aut miniſtrum iuſtitiæ, aut reum, niſi crimen prodat, aut de eo teſtetur, aut ſententiam exequatur: talis enim ſententia iniuſta, quamuis ſecundum iſtos authores in conſcientia verè non obliget, in foro tamen exteriori ob rationes dictas meritò timenda eſt.

De cauſis, quæ excuſant ab excommunicatione. Cap. XVIII.

S V M M A.

1 *Ignorantia omnis an ab excommunicatione excuſet.*
2 *Ignorantia triplex eſt, craſſa, affectata, & probabilis, ſeu*

seu inuincibilis.

3 *Ignorantia in communi quid denotet.*

4 *Ignorantia crassa, seu supina quaenam sit.*

5 *Ignorantia affectata quid sit.*

6 *Ignorantia inuincibilis quae dicatur.*

7 *Excommunicatio alia est iuris, alia hominis, & quid vtraque sit.*

8 *Ignorantia, quae a culpa mortali excusat, etiam ab excommunicatione excusabit.*

9 *Ignorantia alia est iuris, alia facti, & quid vtraq; sit.*

10 *Ignorantia crassa nec a culpa mortali, nec ab excommunicatione excusat.*

11 *Clericum percutiens, quem ex ignorãtia crassa clericum esse ignorat, excommunicatus est.*

12 *Episcopus clericum alienum sine proprij ordinarij licentia ordinans, suspensus est.*

13 *Parochus contrafaciens statutis Episcopi sub pœna excommunicationis latis, an ex ignorantia ab eius incursu excusetur.*

14 *Ignorantia inuincibilis facti, aut iuris, a peccato, & excommunicatione excusat.*

15 *Ignorantia inuincibilis circumstantiae, quae speciem peccati constituit, aut grauiorem reddit, a culpa, & excõmunicationes excusat.*

16 *Contrahens cum moniali consanguinea, vel affine, quam talem esse inuincibiliter ignorat, non excommunicatur.*

17 *Vas sacrum furatus inuincibiliter ignorans esse sacrũ, pœna tantum furti, non sacrilegij puniendus est.*

18 *Clericum percutiens probabiliter talem esse ignorans, nõ est excommunicatus.*

19 *Volens percutere Petrum laicum, si errans in persona, Ioannem clericum percutiat, existimans esse Petrum laicum, in excommunicationem non incidit.*

20 *Percutiens clericum ignorans inuincibiliter esse clericum, quando excommunicationem incurrat.*

21 *Ignorantia inuincibilis canonis pœnam excommunicationis inferentis pro actu lege diuina non damnato, sed solum iure positiuo, a culpa, & ab excommunicatione excusat.*

22 *Ignorans inuincibiliter mandatum superioris, contrafaciendo, pœnam non incurrit.*

23 *Contrahere cum consanguinea, vel affine in quarto gradu, sola lege humana prohibetur.*

24 *Ignorans inuincibiliter statuta inferiorum, quibus aliquid iure diuino damnatum sub pœna excommunicationis prohibetur, contrafaciendo non est excommunicatus.*

25 *Ignorantia crassa contrafacientes mandato superioris, a pœna non excusat.*

26 *Statutum Episcopi in Synodo factum probabiliter ignorans, pœnae illius non subijcitur.*

27 *Papae excommunicationis pœnam infligentis pro peccato iure diuino damnato, an inuincibiliter legem ignorans peccatum illud committens excommunicatus sit.*

28 *Glossa, & aliorum Doctorum opinio affirmatiua de hac re latè explicatur.*

29 *Ignorans excommunicationem imponi a iure ob clerici percussionem irregularis est, si facti memor, ordines in eo statu suscipiat.*

30 *Ignorans pœnam ciuilem alicui crimini impositam, illud committens, pœnam legis non euadit.*

31 *Ignorans inuincibiliter canonem Papae, excommunicationis pœnam pro delicto etiam iure diuino damnato, etsi sciat factum aliàs esse illicitum, delictum illud committendo non est excommunicatus.*

32 *Pœna quantitas proportionari debet quantitati culpae.*

33 *Affixio Bullarum in valuis S. Petri an sufficiat ad incurrendam pœnam contrafacienti.*

34 *Ratio eadem tam in constitutionibus Pontificijs, quam in ordinariorum statutis quoad pœnae incursionem contrafacientibus imposita.*

35 *Intellectus capit. cum illorum, de sentent. excommun. quis.*

36 *Ignorans probabiliter se excommunicatum, celebrando nec peccat, nec irregularis est.*

37 *Ignorantia probabilis pœnae a lege ciuili pro delicto imposita, non excusat a pœna legis ordinaria, & quare.*

38 *Impubes doli incapax excommunicationem non incurrit.*

39 *Absens, & ignorans, quando excommunicari poterit.*

40 *Impotentia moralis aliquid faciendi ab excommunicatione excusat.*

41 *Necessitas violentiae, seu metus grauis mortis, & infamiae, quando a peccato, & pœna excuset.*

42 *Celebrare coram excommunicatis ob metum mortis a tyranno incussum, quando licitum, aut illicitum sit.*



1 INter alia, quae excusant ab excommunicatione, numerari solet ignorantia. Quamuis enim regulariter excommunicatio vel hominis, vel iuris, ignorantem non ligare soleat, eo quod excommunicatio communiter non nisi ob peccatum mortale contumaciae ferri soleat, 11.q.3.cap.nemo, quae quidem contumacia ignoranti non inest, arg.l.qui ignorans.ff.locati, & facit cap.2.de constitut.lib.6.quia tamen regula haec non ita vera est, quin varias exceptiones admittat, etenim absens, & ignorans excommunicari ab homine potest, arg.c.cum sit Romana, §.vlt.de appell.& testatur glo.in cap.Apostolicae.in verbo, probabili, de cler.excommun.ministrant.cum excommunicationis vis ab auctoritate, & voluntate eam ferentis dependeat, quae in absentem, & ignorantem exerceri valet: ideo nonnulla in hac materia scitu necessaria fundamenta proponemus, ex quibus quisque, quid in hac re sentiendum sit, facilè colligere possit.

2 Primum igitur fundamentum sit, quod ignorantia alia crassa, & supina est; alia affectata; alia probabilis, vt Canonistae loquuntur, seu vt volunt Theologi, inuincibilis.

3 Ignorantia in communi, vt pertinet ad ingenij humani vitium, fit quando quis non satis intelligit, quid faciat, aut dicat.

4 Ignorantia crassa, atque supina est, qua quis ignorat id, quod communiter omnes sui ordinis sciunt, & quod ipse scire debet, & potest. Et dicitur crassa, quia causatur ex desidia, & pigritia laborandi, vt ad scientiam perueniat, quae frequenter crassis, & pinguibus hominibus inest: pingues enim regulariter sunt somnolenti, & desides: vnde prohibentur à diligenti consideratione. Dicitur autem supina, quia tales, quasi supini iacent, non volentes se erigere ad facti considerationem, de quibus dicitur Hierem.4. *Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.*

5 Affectata est, vbi quis ignorat, quia scire non vult, quod scire debet, & potest, vt liberius absque conscientiae remorsu, aut alia de causa iniusta peccet, sicut de quibusdam dicitur, *Noluit intelligere, vt bene ageret*, Psal.35.& alibi, *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.*

6 Inuincibilis dicitur, non quod simpliciter vinci non possit,

possit, sed quæ manet, postquam homo debitam diligentiam adhibuerit, & qua homines sui status communiter post debitam diligentiam laborant, qualis est ignorantia eius, qui homines doctos, & timoratos consulens non rectè instruitur. Talis etiam fuit ignorantia in Iacob quando fuit ei supposita Lia pro Rachele; potuisset quidem Iacob illam lucerna adhibita cognoscere non esse suam, sed quia non consueuit fieri, dicitur non potuisse, vel saltem non debuisse cognoscere. Sic etiam inuincibilis dicitur ignorantia, qua parochianus aliquis ignorat ieiuniú certo die obseruandum, pro eo, qd suus plebanus non pronunciauit die, & hora, qua pronunciari solet; quo tamen parochianus ille præsens fuit diligenter auscultans mutandú; licet enim simpliciter ignorátia illa vinci potuit; quia tamen fecit, quod debuit, intrando Ecclesiam, audiendo sermoné, & auscultando diligenter, dicitur illi inuincibilis. Quæ omnia colligi possunt ex S. Thoma 1.2.q.6 art.8. Caiet. & Medina ibi, & 1.2.q.76. artic. 2. & 3. & illis in locis Caiet. & Medina, Summa Astens. 1. par. lib.2. tit.1. art.2. Gabr. 2. dist.22.q.2. art.1. Nauar. in Manu. lica.23.nu.45.& 46. Couar. in cap. alma mater, 1. par.§ 10. num.17. de sent. excom. lib.6. Adrian. Quodlib. 4. art. [illegible] Ludouic. Gomes. repet. in ca. vt animarum, num. 54. de Constitut. lib.6. & alijs.

7 Secundum fundamentum sit, sententia excommunicationis, alia dicitur esse Iudicis, seu hominis; alia canonis, iuris, seu statuti. Illa sententia dicitur esse iudicis, vel hominis, quæ fertur pro contumacia, vel offensa, non tamen intentione constitutionis generalis faciendæ, aut perpetuæ; sed vt alicui personæ particulari, vel personis, ad vitam earum, vel alicui negotio consulatur ad tempus. Illa verò dicitur ferri à iure, seuà canone, seu per modum statuti, cum ab eo, qui potest facere constitutionem, seu canonem generalem, vt Papa; vel particularem vt Legatus in prouincia legationis suæ; vel Archiepiscopus, vel Episcopus in diœcesi; vel Concilium Prouinciale in prouincia sua, animo ius statuendi, statuitur aliquid in perpetuum, & generaliter in omnes subditos suos, & statutum illud roborat per sententiam excommunicationis in futuros transgressores illius statuti prolatam in hunc, vel similem modum: *Excommunicamus omnes illos, qui de cætero tale quid commiserint*. ex Summa Astensi, 2. par. lib.7. tit.8. artic.4. & 5. Mauian. Socin. sen. in cap. per pendimus, num.49. de sentent. excommun. vbi latius differentias inter excommunicationem latam à iure, vel ab homine prosequitur à numero 57. vsque ad num.74.

8 Tertium fundamentum sit, cum excommunicatio non nisi ob culpam mortalem incurratur, ignorantia, quæ à culpa mortali excusat, etiam ab excommunicatione excusabit; quæ verò à culpa non excusat, nec ab excommunicatione ob peccatum inflicta excusabit. Adrian. in 4. tracta. de clauibus, quæst.3. vers. e xhis aliter, & vers. fortassè obijcies. Alphonsus à Castro lib.3. de potest. leg. pœnalis, c.14. vers. prima propositio, Couar. in c. alma mater, 1. par.§.10. nu.7. vers. in summa, de sent. excom mun. lib.6. Mart. Ledesm. 2.4.q.24. art.6. Barthol. Medina in 1.2.q. 76. art.3. Henriquez lib.13. de excommu. c.23. a.2. Sotus 4.d.22.q.1. art.2. vers. quartus demum casus.

9 Quartum fundamentum sit, ignorantia alia est facti, alia iuris. Facti ignorantia est, qua ignoratur opus aliquod factum esse, vtpote, si ignoret quis nuptias inter personas istas esse contractas, aut sententiam excommunicationis in hanc personam esse latam, aut hunc cibum esse mortiferum, aut hanc rem esse alienam, vel furto sublatam, aut patri meo donatam, aut hoc animal esse hominem, aut nesciat hunc hominem esse patrem suum, aut Iudæum, aut Saracenum, aut cognatum, aut affinem, aut esse aliam, quam coniugem. Iuris vero ignorantia est, qua ignoratur ius, constitutio, seu lex aliqua siue humana, siue diuina, veluti cum quispiam ignorat nuptias semel ritè contractas esse indissolubiles, aut commixtionem carnalem cum non sua vxore esse vetitam, & illicitam; aut illicitum esse accipere lucrum pro pecunia mutuata, aut nesciat connubia inter consanguineos, & affines esse illicita, seu interdicta, aut nesciat hæreticos, aut percutientes clericos, esse ipso facto excommunicatos. Vnde ignorantia, qua nescio commixtionem cum hac persona, cum qua nó contraxit in facie Ecclesiæ, esse fornicationem, interdum est ignorantia facti; interdum vero ignorantia iuris. Nam si nouero hanc personam esse consanguineam, aut affinem in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis, sed nescio ius prohibere talium personarum matrimonia, tunc est ignorantia iuris: Si verò nouero ius hoc prohibere, sed nescio personam hãc mihi esse consanguineam, vel affinem, tunc est ignorantia facti. Pari modo, si nouero percutientem clericum ipso iure excommunicatum esse, sed nescio, an Petrus, quem percussi, sit clericus, erit ignorantia facti; si vero ignorem ius pœnam excommunicationis infligere ei, qui clericum temere percusserit, & tamen scio hunc, quem percussi clericum esse, tunc solum erit ignorantia iuris. Vtraque vero ignorantia tam facti, quam iuris, tam crassa, quam supina, vel inuincibilis, seu probabilis esse potest, vt communis Doctorum opinio docet. Quibus positis fundamentis, quid in hac re sentiam, sequentibus propositionibus exponam.

10 Prima propositio. Ignorátia crassa, vel affectata, sicut non excusat à culpa mortali, ita neque ab excommunicationis pœna pro culpa à iure, vel homine imposita excusat. Est communis in glo. c. Apostolicæ. in verbo, probabilis, & ibi Panorm. nu.3. & 4. de cler. excom. minist. & glo. in cap. si vero. 2. in verbo, ignorauerit, de sen. excom. Adrian. in 4. tractat. de clauibus, q.3. vers. septima exceptio. & quodlib.4. non longe à fine, arti. 1. Ioan. Driedo, lib.2. de liber. Christiana. fol.246. Mart. Ledesm. 2.4.q. 24. artic.6. Sotus, 4.d.22.q.1. art.2. non longè à fine, & q. 28.q.1. art.2. vers. ex his primum. Cou. in c. alma mater, 1. par.§.10. nu.16. de sent. excommun. lib.6. Summa Angelica, in verbo, excommunicatio, 7. casu vlt. nu.3. vers. sic. vtrum ignorantes, Syluest. verbo, ignorantia, nu.15. vers. & sic non ligatur ignorans. Tabiena, verbo, excom. 4.§.2. & verbo, excommu.7. post vltimum casum, §.1. Nauar. in Manuali, ca.27. num.16. Henriquez lib.13. cap.23.§. 1. Hugolin. decens. Eccl. tab.1. cap.9.§.8. num.6. & colligitur ex c.2. de constit. in antiq. & c. vt animarum, tit. eo. lib.6. vbi id expressè habetur, & faciunt ea quæ tradit S. Thom. 1.2. quæst.76. art. 3. Hinc

11 Infertur primo, quod qui Petrum Clericum percutit, quem ex ignorantia affectata, vel crassa ignorat esse Sacerdotem, non solum peccatum sacrilegij, sed etiam excommunicationem incurrit, secundum communem, in c. si vero. 2. & ibi glo. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 10. nu. 16. vers. illud faoè prætermittendum. de sent. excom. lib.6. Hugol. loco proximè citato.

12 Infertur secundo, Episcopum incidere in suspensionem latam in cap. eos qui, de temp. ordin. lib.6. si Clericum alienum sine proprij ordinarij licentia ordinauerit: quia Episcopus in hac re præsumitur scienter talem ordinasse, nec ignorantiá prætendere valet, quia ad Episcopú spectat hoc scire, arg. e. cum nullus. de temp. ordin. lib.6. & quem libet ordinandum scrutari tenetur, arg. c. qui Episcopus. dist.23. & c. quando Episcopus. dist.24. gl. in d.c. eos qui. in verbo, scienter, etenim ius, quod quis ex officio scire debet, à peccato non excusat, arg. §. imperitia, Instit. de l. Aquil. & l. qua actione. ff. ad l. Aquil. Angelica in verbo, excom.7. casu vlt. nu.3. vers. & sic cú talis ignorás, ibi, nisi sit persona. Nauar. in Man. c.25. nu.133. Hugol. vbi sup. Quæ doctrina omninò certa est, post Bullam Sixti V. quæ incipit: *Sanctum, & salutare*, editam anno 1588. Nonis Ianuarij. Pontific. eiusdem anno 4. vbi Pontifex, sic ordinantem alienum, minoribus, aut maioribus, siue id scienter, siue igno-

ue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita, illus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, à collatione quorumcunque ordinum, atque ideo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspendit, & ab ingressu ecclesiæ arcet.

13 Infertur tertio, quod si Episcopus statutum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ promulgauerit, ne parochi aliquos in ecclesia choreas ducere, aut matrimonia absque bannis contrahere patiantur, si parochus tantum temporis ibi commoratus sit, vt talia statuta cognoscere potuerit, contrafaciendo excommunicationem incurret, etiamsi statuta ignoret; cum ad parochos constitutiones Synodales scire pertineat, argum. capit. Apostolicæ. de cleric. excommunic. minist. Sotus quarto, distinctione 28. quæstio. 1. articulo secundo. verlic. ex his primum, Hugolin. de censur. ecclesiast. tabul. 1. capitulo 9. §. 8. num. 6. & facit quod tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 133.

14 Secunda propositio, Ignorantia inuincibilis, seu probabilis, facti, aut iuris, sicut à peccato, ita etiam ab excommunicatione incurrenda excusat. Exempli causa, si statutum sit, ne quis sub pœna excommunicationis arma nocte deferat, Petrus ignorans inuincibiliter illud statutum, & ignorans factum illud esse malum, aut prohibitum inuincibiliter, nec peccat contrafaciendo, nec excommunicationem incurrit; Sic etiam, si Episcopus sub pœna excommunicationis prohibet, ne Clericus gerat sericam; si Clericus canonem illum inuincibiliter ignorans sericam portet, excommunicatus non erit. Ratio est: quia ignorantia inuincibilis excusat à peccato mortali, & consequenter ab excommunicatione maiori, quæ non nisi ob peccatum mortale incurritur, & colligitur ex doctrina S. Thom. 1. 2. quæstio. 76. articulo tertio, & latius tradunt authores in prima propositione allat, nec vlla est in hac re apud authores difficultas, & in particulari id docent Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. art. 6. concl. 1. & 3. Castro lib. 2. de potest. leg. pœnalis, cap. 14. vers. prima propositio. Couar. in c. alma mater. 1. pat. §. 18. num. 7. de sent. excom. lib. 6.

15 Tertia propositio. Ignorantia inuincibilis, seu probabilis circumstantiæ, vel qualitatis eius, quæ speciem peccati constituit, aut grauiorem reddit, sicut excusat à culpa, sic etiam excusat ab excõicationis pœna lata contra tale peccatum ratione talis circumstantiæ; sic Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. articulo sexto, conclus. 2. & Couar. in cap. alma mater. prima parte, §. 10. num. 13. versic. tertium. de sentent. excommunicat. libro 6. Bartho. Medina, 1. 2. quæst. 79. articulo tertio. Henriquez libro 13. capit. 23. §. primo, lit. P. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. capit. 9. §. octauo, nume. 7. & colligitur ex doctrina Sancti Thom. 1. 2. quæst. 7. articulo tertio, & Caietano ibidem. Ratio est: quia sicut ignorantia eius, a quo solo pendet tota malitia operis, excusat à tota peccati malitia; ita ignorantia illius circumstantiæ, & qualitatis, à qua malitia operis partim dependet, ab ea malitia & specie peccati excusabit, quæ ab illa circumstantia, & qualitate ignorata, deducta, & constituta fuerit: talis enim ignorantia actum ex parte illius circumstantiæ inuoluntarium facit, peccatum autem non est nisi quatenus voluntarium est. Qua igitur ex parte malitia actus ex causa ignorantiæ, & & ratione inuoluntarij cessat, ea quidem & excusabit ignorantia a culpa, & à pœna excommunicationis ob culpam imposita. Hinc

16 Infertur primo, quod si quis cum moniali aliqua coierit ignorans illam esse monialem, sciens tamen non esse propriam vxorem, non coiturus cum ea, si sciret esse monialem, quamuis ob hanc ignorantiam inuincibilem non excusetur à peccato fornicationis, à peccato tamen sacrilegij excusatur; vnde si excommunicatio lata esset contra rem habentes cum moniali, talis excommunicatus non esset. Sic, licet qui matrimonium cum consanguinea, aut affine, aut moniali contrahit, in excommunicationem incidit, vt habetur clem. vnica, de consang. & affinit. qui tamen inuincibiliter ignorans eam aut consanguineam, aut affinem, aut monialem esse, cum ea contrahit, excommunicatus non erit.

17 Infertur secundo, quod qui percutit militem, aut magnatem, ignorans inuincibiliter illum esse talem, puniri non debet pœna statuta contra percutientem militem, aut magnatem, sed tantum pœna percutientis priuatum, ex glo. in l. si quis ignorans. ff. locati, sicut qui vas sacrum furatur inuincibiliter ignorans esse sacrum, pœna tantum furti, non sacrilegij puniendus est; & proinde nec excommunicationem, si quæ in vasa sacra furantes lata esset, incurreret.

18 Infertur tertio, qui percutit Clericum inuincibiliter ignorans esse Clericum, tametsi sciat esse hominem, in excommunicationem latam contra percutientem Clericum non incidit; argumen. capit. si verò. 2. & ibi glos. da sentent. excommunic. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. art. 6. conclus. 2. Ioan. Driedo lib. 2. de libert. Christ. fol. 253. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. nume. 13. de sentent. excommunic. lib. 6. Barthol. Medina. in 1. 2. quæstio. 76. articulo tertio. Henriquez lib. 13. capit. 23. §. 1. Hugol. de censur. eccles. tab. 1. capit. 9. §. 8. numero octauo, quod procedit, etiamsi malo animo illum percusserit. Ratio est: quia pœna hæc infligitur solum percussoribus temerarijs Clericorum, non autem percussoribus hominum; hic autem verè, & formaliter non Clericum, sed hominem tantum percussit, cum solum hominem percutere voluerit; ignorantia igitur inuincibilis contingens in eo, cuius causa excommunicationis pœna iure indicta est, omninò ab ea pœna excusat, quippe quæ actum quoad illam qualitatem inuoluntarium effecerit; quamuis ab ordinaria pœna percutientis hominem non excuset, cum hoc illi voluntarium erat. Secus autem, si volens percutere Petrum Clericum, cui soli inimicus erat, sciens ipsum esse Clericum, & percusserit Ioannem Clericum, existimans Petrum esse, eo quod similis ei esset statura, habitu, voce, & incessu, tunc enim verè clerici percussor est, & excommunicationem incurrit, quia licet erraverit in hoc particulari indiuiduo, & ratione huius actus videatur inuoluntarius, quia tamen voluntarius erat in obiecto, & percussione Clerici, & excommunicatio lata est in clerici percussorem temerarium, & iniuriam illi inferentem, ignorantia hæc non excusat ab excommunicatione, sicut nec verè constituit percussorem clerici inuoluntarium.

19 Infertur quarto, quod ignorantia inuincibilis facti ob inaduertentiam circumstantiæ, & speciei, licet non excuset opus à peccato mortali, excusat tamen ab excommunicatione: vnde volens percutere Petrum laicum, & errans in persona, percutit Ioannem Clericum, existimans esse Petrum laicum, (eo quod absque habitu Clericali, & tonsura incedens, appa rebat esse laicus) in excommunicationem non incidit, sicut nec ille, qui percusserit Titium Clericum, cui inimicus erat ignorans illum esse Clericum, vt colligitur ex capitulo si verò. 2. de sentent. excommunic. & expressè docent Tancredus, Innocent. Ioann. Andr. Anton. Panormit. ibi, numero septimo, Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. nume. 15. de sentent. excommunicat. libro sexto, Ioan. Driedo libro 2. de libert. Christian. fol. 253. Henriquez libro 13. capit. 23. §. 1. litera H. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. articulo sexto. conclus. 2. Quicquid glo. in d. capit. si vero, 2. in verbo, ignorauerit, Alanum secuuta, & ibi Hostiensis, & Syluester, in verbo, excommunic. 6. notab. 4. talem excommunicatum falso esse dicant. Siquidem excommunicatio fertur pro sola sacrilega percussione, à qua excusatur qui percutit Clericum inuincibiliter ignorans esse Clericum. Et certè, si error in sola qualitate sufficit ad vitandũ excommunicationem, vt in secundo casu contingit, quando

do scilicet quis percussit Titium Clericum ignorans illū esse Clericum, vt in d.cap. si vero, 2. Alexan. I.c. Papa III. definit; multo magis quando concurrit error in qualitate cū errore in persona, vt in primo casu accidit, quando quis credebat percutere Petrū laicum, & percussit Ioan. Clericum. Nec obstat l.eum qui, §. si iniuria, ff.de iniur. allegata a glossa, quia iniuria benè est illata isti, sed ad excommunicationem incurrendam requiritur animus percutiendi Clericum, vt verba canonis: *Si quis suadente diabolo*, declarant. ex quo enim inuincibiliter ignorabat eum esse Clericum, cessat dispositio illius Canonis, vt optimè Panor. in d.c. si vero, de sent. excom. testatur.

20 Infertur quinto, percutiens Clericum, etiamsi ignorantia probabili crediderit esse laicum, excommunicationem incurrit, quoties is eum animum habuit, vt nihilominus percuteret illum, si sciret illum Clericum esse. Ratio est: quia hæc ignorantia in hoc casu non est causa actus inuoluntarij, ideoque à pœna canonis non excusat. Secus autem dicendum est de eo, qui habuit voluntatem percutiendi Clericum, & percussit laicum: nam iste excommunicatus non est, ex glo. in d.c. si vero, in verbo, ignorauerit, & ibi Panormit. nu. 7. de sentent. excom. qui citat Feder. cōs. 13. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 13. nu. 15. de sent. excom. lib. 6. Ratio est: quia non sufficit mala voluntas ad executionem, sed requiritur actus externus. Certū igitur sit, quod in hac tertia propositione diximus, vbicunque est ignorantia inuincibilis, & iusta, ea excusat ab excom. & hoc, etiamsi quis operam det rei illicitæ. Eadem. n. ratio est, siue det operam rei licitæ, siue illicitę. Nā semper ignorantia inuincibilis, & iusta excusat omnino a peccato illo inuoluntario, quod oritur ex ignorantia. Hic enim est proprius effectus ignorantiæ iustæ, & inuincibilis, vt sicut ratione inuoluntarij excusat a peccato, ita etiā ab excommunicatione ob peccatum illud imposita; Qui effectus æquè procedit in eo, qui dat operam rei illicitæ, ac in eo, qui dat operam rei licitæ. Quæ omnia, & alia multa his similia colliguntur ex doctrina S. Thomæ. 1. 2. q. 76. art. 1. 2. & 3. Ioan. Driedonis lib. 2. de libert. Christiana non longe a fine. fol. 248. & seq. Adrian. quodlib. 4. Castro, lib. 3. de leg. pœnali, c. 14. Caiet. in 1. 2. q. 76. art. 3. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 10. de sent. excom. lib. 6. Mart. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. & alijs citatis.

21 Quarta propositio. Ignorātia inuincibilis canonis, aut statuti, aut mandati pœnam excommunicationis inferentis pro actu alioqui iure diuino minimè damnato, sed solum iure positiuo a peccato, & a pœna excommunicationis excusat, & hoc siue sint canones, & statuta Episcopi, siue Papæ: non enim est in his differentia inter statuta, aut mandata Papæ, aut Episcoporum; nisi, quod non ita facilè iusta, rationabilis, & inuincibilis ignorantia contingit, nec præsumitur circa Romanorum Pontificū canones, & mandata, sicut in Episcoporum statutis, & mandatis. Et tamen, si detur ignorantia inuincibilis, & iusta canonum, & legum iuris communis, ea excusabat a culpa, & pœna secundum omnes; ignorantia vero crassa, aut affectata nec a culpa, nec a pœna excommun. pro culpa indicta delinquentem excusat. ita Bart. in l. cunctos populos, nu. 21. C. de Summa Trin. glos. in c. a nobis. t. in verbo, non nisi subditi, ibi [Dicas, quod bene sunt] Panormit. ibi, nu. 9. de sent. excommu. Ange. verbo, excommu. 7. casu vlt. nu. 3. Sylvest. verbo, excomm. 1. o. nu. 4. ver. tertio. Tab. verb. excomm. 4. §. secundo, & verbo, excom. 7. post vltimum casum. §. 1. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 23. in fi. Adria. in 4. trac. de clauibus, q. 3. vers. sed magis dubium. & Ioan. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fol. 248. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 2. vers. quartus demum casus. Alphons. a Castro lib. 2. de leg. pœnali, c. 14. Nauar. in Manu. c. 27. nu. 16. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 10. nu. 12. vers. secundo principaliter. de sent. excom. lib. 6. Heriquez. lib. 13. de exc. c. 23. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. nu. 9. Ratio est: quia cum talis ignorantia inuincibilis excusat a peccato, etiā ab excommunicatione, quæ non nisi ob peccatum mortale incurritur, cap. nemo, 11. quæst. 3. excusabit. Sententia enim aut lex ignorantes inuincibiliter non ligat, arg. cap. 2. de constit. lib. 6. & facit cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & glos. in c. a nobis 1. in verbo, non nisi subditi, & ibi Panormit. nu. 9. citantes ad hoc, ca. quod dicitis, distinct. 26. & c. propossuisti, dist. 82.

22 Hinc infertur, quod si Episcopus aut mandato, aut statuto suo Synodali excommunicet choreas ducentes diebus festis, ignorans inuincibiliter tale mandatum contrafaciendo non erit excommunicatus. Eodem modo, si excommunicationis pęnam infligit contra Clericos habitum, & tonsuram non deferentes, aut sub pœna excommunicationis prohibeat, ne Clerici gerant sericum, aut parochis sub excommunicationis pœna præcipiat, ne sine bannis præcedentibus aliquos matrimonio coniungant, contrafacientes, si probabiliter huiusmodi statuta, seu mandata Episcopi ignorauerint, in excommunicationis pęnam non incidant; Ratio est: quia res ex se mala non est, nec contrafaciendo mortaliter peccant, vt constat, cum inuincibiliter talia præcepta Episcopi ignorent, vt supponimus, secus autem, si ignorantia crassa, supina, vel affectata fuerit.

23 Sic etiam cum sola lege humana prohibitum sit accipere in vxorem eam, quæ aliquem attingit quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradu, vt habetur in Concil. Lateranensi sub Innocentio III. c. 50. & refertur in ca. pitu. non debet. de consanguin. & affinit. si quis contrahat cum aliqua, quæ illi quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis coniuncta est, inuincibiliter ignorans ius canonicū, seu Pontificium tales nuptias prohibere, excommunicatio nē elem. vnicę, de consang. & affin. non incurrit Io. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fo. 254. Nauar. in Manu. c. 22. nu. 43. vers. sequitur secundo, & ca. 27. nu. 141. vers. quadragesima. qui alios citat, affirmans etiam secum Imola, & Bonifac. super eadem, ita in sacro Penitentiariæ Prætorio respondisse. Qui docent id procedere non solum in probabili ignorantia facti, quando scilicet ignorant se esse consanguineos, & affines, sed etiam quando ignorant ius, ignorantes. s. nuptias tales iure vetitas esse. Quicquid gl. in d. elem. vnica, in verbo, scienter, & Summa Astensis 2. p. lib. 7. tit. 2. casu 81. S. Ant. n. 3. p. tit. 24. c. 34. & Tabiena in verbo, excom. 5. casu 49. §. secundo, id solum verum esse putent in ignorantia probabili facti, omnes autē docent ignorantiam affectatam, seu crassam, vel supinam facti, aut iuris non excusare, tunc enim, sicut mortaliter peccat sic contrahendo, ita pro peccato illo mortali excommunicationi inuoluitur, etiam ignoranter. Et quod de his quibus diximus, de alijs similibus iudicandum est.

24 Quinta propositio. Ignorans inuincibiliter statuta, & canones ordinariorum, seu inferiorum Romano Pontifice, quibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ aliquid iure diuino, naturali, aut humano coniunct damnatum prohibetur, si contrafecerit, excommunicationis vinculo non innodatur. Est communis Ioan. And. in c. 2. in verbo, ignorans, & ibi Gemin. eod. nu. 25. versi. glos. in verb. ignorantes, de constit. lib. 6. Franciſ. Zabar. in repet. eiusdem cap. 9. Panor. in c. a nobis, 1. numero 9. de sent. excom. ait hanc sententiam esse æquiorem, & ibi Felin. num. 5. Adria. in 4. tract. de clauibus. q. 3. vers. sic. ex his alter Ioann. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fol. 246. Syluest. in verbo, ignorantia, num. 15. vers. secundum, & in verbo excom. 2. num. 6. versi. mihi videtur dicendum. Summa Angelica verb. excom. 7. casu vlt. nu. 3. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 35. Tabiena, verbo. excom. 4. §. secundo, & verbo, excomm. 7. post vltimum casum. §. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. concl. 4. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 2. versi. quartus demum casus, propos. 2. Castro libro 2. de lege pœnali, cap. 14. Francis. a Victoria, in Sum. Sacrament. num. 8. vers. sic. quarta, vbi ait esse communem DD.

H Bart.

Batth. Medin. 1.2.q.76.art.3. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 16. & nu. 274. vers. vers. decimo tertio. Ioã. Crotus in c. vt animarum, de constit. lib. 6. Ioan. Maior. 4. distin. 18. q. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 23. §. 2. Hugolin. de censu. ecclesi. tab. 1. cap. 9. §. 8. nu. 10. qui alios pro hac opinione refert, & certè est cõis opinio omnium quos vidi, præterquam glossæ, in c. a nobis. 1. in verbo, non nisi subditi, de senten. & excom. Couar. in c. alma mater, 2. par. §. 10. nu. 11. versi. hinc denique. de sent. excom. lib. 6.

25 Secus autem, si ignorantia super huiuscemodi ordinariorum statutis pœnam excommunicationis inferentibus fuerit crassa, & supina, veluti, si huiuscemodi statuta ordinariorum sint talia, quæ quotidie in ecclesijs per presbyteros parochianis publicantur, & euulgantur, quæ & ipse, si fecisset, quæ illius parochiæ homines communiter facere consueuerũt, adeundo templum, & conciones, ignorare non potuit; nam talis ignorantia facientem opus lege diuina, aut naturali, aut iure humano communi alioquin damnatum, ab excommunicatione, etiam per solum statutum ordinarij inflicta, non excusat. Quæ doctrina ex c. vt animarum, de const. lib. 7. colligitur, vbi sic habetur; *Vt, animarũ periculis obuietur, sententijs per statuta quorumcumque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina.* Hæc Bonifacius Papa VIII. Ex quibus constat canonis conditorem simpliciter decernere ignorantes non ligari statutis ordinariorum, nisi ignorantia fuerit crassa, aut supina. Sermo autem simpliciter prolatus vniuersaliter intelligendus est, siue ergo fuerit de re diuino iure, aut naturali, aut communi damnata, ignorantes non ligabit. Et certè cum constitutio hæc edita fuerit, vt animarum periculis obuiaretur, vt ex verbis ipsius canonis constat, nisi Pontifex voluisset, vt ignorantes statutum, quo aliquid iure diuino damnatur, eius pœnam non incurreret, nullo modo animarum periculis obuiaret, sed superflua omnino constitutio illa esset; cum nulli vnquam dubium erat, aut esse poterat, quod dans operam rei licitæ, & ignorans legem prohibentem sub excommunicationis pœna rem alioquin licitam, aut indifferentem aliqua ex causa, excommunicationem incurreret, si opus illud alioquin in se licitum, aut indifferens faceret, cum excommunicatio, non nisi ob mortale peccatum incurratur, capitulo nemo, 11. quæst. 3. peccatum autem non est, nisi sit voluntarium; voluntariè autem legem non transgreditur, & consequenter non peccat contrà legem aliquam qui inuincibiliter latam esse ignorat.

26 Hinc infertur, si Episcopus statuto suo Synodali excommunicat omnes concubinarios, & adulteros manifestos, aut omnes, qui affinem, seu cognatã vxoris propriæ carnaliter cognouerint, aut qui incestuose peccauerint, in his casibus quãuis peccet quispiã grauissimè, & mortaliter, non tamen excommunicationem incurrit, si statuta Episcopi pro huiusmodi peccatis excommunicationis censuram fulminantis inuincibiliter, seu probabiliter ignorauerit; secus si ignorantia illius crassa, & supina fuerit. Sic etiam si Prælatus religiosorum excommunicationis sententiam ferat in aliquid admissum etiam iure diuino damnatum, si quis ignorans inuincibiliter, aut probabiliter illam sententiam in prædictum factum incidat, non erit excommunicatus. Ille autem dicitur probabiliter ignorare, qui ignorat tale præceptum, nec tenetur inquirere, aut diuinare; & maximè, si aliàs paratus sit bona fide parere prælatis suis; ignorantia enim, quæ causat inuoluntarium, ignorantem excusat, vt tradunt S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. & q. 76. art. 3. & Caiet. & Batt. Medina ibi, Ioan. Bachon. 4. dist. 18. q. 3. art. 4. Martin. Ledes. 2. 4. q. 24. art. 6. concl. 4. & alij omnes.

27 Difficultas maior est de sententia lata a Papa, an scilicet, si Pontifex pœnam excommunicationis infligat pro peccato iure diuino damnato, inuincibiliter legem ignorans excommunicationem incurrat, si delictum illud commiserit. Intelligitur autem quæstio hæc non ignorantia, quæ contingit in hoc, an ille actus reprobus, & illicitus sit, tunc enim ex communi omnium sententia inuincibilis ignorantia, sicut à peccato, ita etiam ab excõicatione pro peccato imposita excusat; sed de ignorantia pœnæ à lege inflictæ: quando scilicet criminis auctor actum prohibitũ iure diuino esse nouit, pœnam tamen excommunicationis pro tali delicto iure Pontificio impositam esse inuincibiliter ignorat. In qua re dissentiunt authores.

28 Aliqui enim vt glo. in cap. a nobis. 1. in verbo, non nisi subditi, de senten. excom. Bar. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trin. & fide Cath. dicunt non excusari ab excom. Ex quo. n. committit factum damnatum iure diuino, est in culpa, ait gl. & potuit quærere de hoc; & quia talis est in dolo, faciendo rem, quam scit sibi esse prohibitam, vt ait Bar. pro quib. facit l. nec exẽplũ, C. ad leg. Cor. de fals. Eãdẽ sententiã sequitur Sot. 4. d. 6. q. 8. dicens: qñ super aliquo, quod est ex iure diuino illicitum, additur pœna canonica, vt illud amplius euitetur, nõ est necessariũ ad hoc vt incurratur illa pœna aliqua scientia iuris canonici; sed sufficit, quod teneatur scire præceptum; sed si illud transgrediatur, incurrit pœnã canonicã, etiam si nesciat à iure canonico pœnã esse inflictã. Hoc. n. modo (inquit) percutiens clericũ, cũ faciat contra præceptũ diuinũ de charitate fraterna: etsi nesciret excõicat. latam à canone super tali facto, tñ incurret eam. Et occidens hominẽ, licet nesciret canonem punientẽ homicidã pœna irregularitatis, tñ irregularis esset, quia in istis dat operam rei illicitæ, de qua rescire debet, quod sit illicita, & si nesciat, nullo modo debet illam exequi, quousq; consulat peritos, per quos possit scire illam esse illicitam. Hæc Sotus. Eandem sequitur S. Anton. 3. par. tit. 23. ca. 75. propè finẽ. & latius eã defendunt Gabr. 4. d. 6. q. 2. art. 3. dub. 1. Ioan. Driedo, li. 2. de libert. Christiana, fol. 246. Adrian. in 4. tractat. de clauibus, q. 5. vers. sed magis dubium, & vers. ex his aliter, Couar. in ca. alma mater, 1. p. §. 10. nu. 11. vers. secundo principaliter. de senten. excommu. lib. 6. Franc. a Victoria, in Summa Sacram. de excomm. nu. 8. & Hug. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. num. 10. propè fin. & Io. Maior. 4. d. 18. quæst. 2. ad 4. qui hanc opinionem confirmant ex cap. vt animarum, de const. lib. 6. vbi Pontifex vult, *Statuta ordinariorum non obligare ignorantes.* ergo secus in generalibus statutis canonum vel legum a Papa latis, quæ ab omnibus sciri debent, & custodiri. ca. 1. de constit. vt notat gl. in d. c. vt animarum, in verbo, statuta. Vnde Io. Driedo, & Adrian. existimant d. c. vt animarum esse noui iuris inductiuum, adeo vt ante eius editionem, sententijs per statuta ordinariorum prolatis ligarentur transgressores, etiam ignorantes probabiliter statuta ordinariorum excommunicationem inferentia, & per consequens, cum Papa solum excipiat statuta ordinariorum, nihil actum est quoad statuta iuris communis, vel constitutiones Pontificias.

29 Deinde, ignorantia iuris infligentis excommunicationem pro manuum iniectione in clericum, non releuat ab irregularitate, si quis memor facti, & iuris ignarus, ordines in eo statu suscipiat, c. cum illorum. de sent. excom. ergo ignarus iuris contrahit in facto manuum iniectionis maiorem excommunicationem, & vlterius irregularitatem. Exempli gratia, si Petrus percussit clericum, & ignorat canonem inferentem propter hoc excommunicationẽ, & ita ignorat se excommunicatum, si postea suscipiat sacros ordines, erit irregularis: ergo excommunicatus, alioquin enim non esset irregularis, at vero irregularem esse habetur in d. c. cum illorum.

30 Preterea, vt ait Couar. vbi sup. §. 10. num. 9. quãuis quis ignoret pœnam ciuilem, nempe, quod fur, aut homicida suspendendus sit, si tamen furtum, aut homicidium committat, pœnam legis non euadet, cum satis sit, quod sciat, vel scire debeat actum, quem committit, malum, & iure diuino, vel communi damnatum esse. Ergo pari ratione, licet quis ignoret pœnam excommunicationis a le-

ge

ge inflictam pro actu iure diuino damnato, delictum committens, excommunicationis pœnam non euadit. Denique, Hugolin. eam probat ex c. 1. & vlt. de senten. excommun. vbi habetur, impuberes in canonem, & excommunicatio nem capit. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. incidere; quandoquidem de ipsis absoluendis ab ea excommunicatione ibi agitur. At vero ætas illa, quicquid videt, ignorat, vt dixit Imper. l. 1. §. impuberes, & ibi not. Bar. & alij, C. de fals. monet. & proinde ignorantia huius iuris excusat. Quæ omnia satis probabiliter ab authoribus prædictis affirmantur. quia tamen aliorum opinio æquior mihi videtur, & pœnæ potius restringendæ sint, quam ampliandæ, sit

31 Sexta propositio. Ignorans inuincibiliter canonem Papæ excommunicationis pœnam imponentem pro delicto, lege alioquin Diuina damnato, quamuis sciat factum alias esse illicitum, malum, & damnum, excommunicationem non incurret, si delictum illud commiserit. Ita Ioan. Andr. in capit. vt animarum, & Domin. de sancto Geminiano ibidem, de constitut. lib. 6. & Domin. Anton. licet priorem opinionem sequatur quoad alias pœnas, tamen quoad excommunicationem, hanc sententiam nostram defendit, vt refert eum secutus Panormitanus in cap. a nobis. 1. num. 9. de sent. excom. vbi ait hanc opinionem esse æquiorem, & Innoc. in c. nouerit. de sent. excom. ait, faciens Statutum contra Ecclesiasticam libertatem ignorans esse contra Ecclesiasticam libertatem non ligatur sententia excommunicationis. Fel. in cap. cognoscentes, de constitut. allegat multa ad vtramque partem, & tandem ad hanc declinat. Et expresse Angelica in verbo excommunicatio 7. casu vlt. nu. 3. Syluester in verb. ignorantia, nu. 16. & in verb. excommunicatio, 2. notab. 3. & in verbo, excom. vlt. q. 3. Tabiena, verbo, excom. 4. §. secundo, & verbo, excom. 7. post vltimum casum. §. primo. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 6. post Conct 4. Sotus 4. d. 3. art. 9. ante fin. & 4. d. 22. q. 1. art. 2. ante finem. Nauar. in Man. c. 27. nu. 16. & nu. 274. Henriquez lib. 3. de excom. c. 13. §. 2. & lib. 4. c. 4. §. 3. in annot. litera, X. & hanc etiam meo iudicio tenet S. Thom. in quolib. 1. art. 19. vbi ait. *Quod qui ignorat inuincibiliter, & agit contra constitutionem Papæ, non peccat.* Ratio est: quia ad excommunicationem requiritur contumacia, & inobedientia contra Ecclesiæ præceptum, secundum illud Matt. 18. *Si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus.* ignorans autem legem ecclesiæ nec contumax, nec inobediens ecclesiæ dici potest, cum sit paratus obedire ecclesiæ, si leges ipsius sciret. Etenim, cum ecclesia pia mater sit, non videtur, quod velit laqueos inijcere animabus, quod tamen faceret, si ignorantia iusta, & inuincibilis non excuset à pœnis canonicis, cum multæ sint excommunicationes in iure; sic enim oporteret quod omnes scirent ius Pontificium, quod fieri non potest. Vnde Nauar. vbi supra, cap. 27. num. 274. cum alijs plurimis eruditis Curiæ, (vt loquitur) existimat multas extrauagantes cum censuris grauissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia nunquam transijt Pyrenæum, nec Alpes, non excommunicasse fideles eas penitus ignorantes: vnde subdit, quod percutiens Clericum aut patrem, aut dominum, & interpellans Monialem, vel virginem, ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id, non fecisset, non incurrit pœnas extraordinarias propterea additas, arg. c. si vero. 2. & ibi Innoc. & DD. de sentent. excom. & l. si quis ignorans, ff. de locat.

32 Deinde quantitas pœnæ debet proportionari quantitati culpæ. c. Felicis, de pœnis, lib. 6. sed talis peccans licet offendat Deum, contra cuius legem scit se facere, eique rebellis, & inobediens sit; non tamen conditorem canonis offendit, aut ei rebellis est, cum ipsum canonem ignoret, & sit sine omni culpa respectu illius. Solum igitur puniri debet pœna legis diuinæ, quam præuaricatur, non autem pœna excommunicationis, quæ non ligat nisi ratione contumaciæ, & contemptus regulariter, arg. cap. sacro, tit. de sent. excom. &c. nemo Episcoporum, 11. q. 3. cum similibus; qui contemptus non est in casu nostro, respectu canonis, & consequenter nec incurritur pœna excommunicationis, quæ pro contemptu infligitur. Et denique, sicut in cap. vt animarum, de constitut. lib. 6. statuit Pontifex, ne statuta ordinariorum ignorantes liget, etiamsi pro delicto iure diuino damnato imponantur, vt ea ratione animarum periculis obuietur; pari ratione, nec incurri debet excommunicatio iure Pontificio pro culpa lege diuina damnata, vt sic etiam animarum periculis obuietur; vbi enim par ratio est, ibi par ius esse debet, arg. l. Illud, ff. ad legem Aquil. et cap. 1. de translat. prælat. Nauar. tom. 1. consi. consi. 1. nu. 10. de deposito, li. 3. immo, maius periculum esset in pœnis Pontificijs, quam in illis, quæ ab ordinarijs imponuntur, cum plerunque difficilius sit statuta Pontificia, quam ordinariorum constitutiones cognoscere. Hæc igitur opinio mihi æquior, veriorque semper visa fuit, maxime, cum pœnæ potius restringendæ sint, quam ampliandæ, argum. reg. odia, & reg. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. Et quamuis vtraque opinio probabilitatem haberet, hæc nostra tamen (vt recte ait Sotus vbi supra, 4. d. 2. a. q. 1. artic. 2. prope finem, vers. tertio demum arguitur) eligibilior est, ne absque vrgenti ratione asseramus tam grauibus, & tam crebris excommunicationibus Pontificijs inuolui ignorantes, vnde maximum animarum periculum sequeretur: nimis enim durum esset affirmare obligari Indos, aut alios longe remotos à Curia Romana, constitutionibus à Romano Pontifice editis pro peccato alias iure diuino damnato, addita excommunicationis pœna, priusquam aliqua dictarum constitutionum notitia ad eorum aures perueniret, de quibus nec ipsi probabiliter inquirere tenentur; sic enim homines dubij semper essent, an pro delicto aliquo à se commisso excommunicationis pœnam, constitutione aliqua Pontificia de nouo edita, incurrissent, id quod graue nimis, & intolerabile esset.

33 Nec obstat, quod sæpe in excommunicationibus dicitur, quod sufficiat affixio in valuis S. Petri Romæ; quia vt recte docet Angelica, vbi supra, id debet intelligi, quo ad præsumptionem fori contentiosi, vel quoad illos, qui sunt in culpa, vt non possint publicari in eorum terris: aliter sequeretur, quod quilibet teneretur habere procuratorem in Curia; vel studere iuri Canonico; aut inquirere quotidie, quænam constitutiones Pontificiæ in dies manent, quod nimis durum, & absurdum esset affirmare.

34 Ex quibus constat, quid ad rationes in contrarium allatas respondendum sit. Ad illud enim cap. vt animarum, de constitu. lib. 6. respondetur, quod cum eadem ratio sit, tam in constitutionibus Pontificijs, quam in statutis ordinariorum excõicationem pro peccato alias iure diuino damnato imponentibus, idem ius consequenter statui debet; & ita ignorantia inuincibilis in vtrisque excusabit, crassa vero, & supina in neutris excusat: falsum enim omnino est, quod Adrianus, & Driedo dicunt, Papam ibi ius aliquod nouum tulisse: sed solum iuris communis declaratio fuit, contra quod iudices ordinarij credere posset ignorantiam inuincibilem suorum statutorũ nõ excusare, vt erudite Sotus vbi supra animaduertit. Ad ea c. illorũ,

35 de sent. excõ. respondetur, canonẽ illũ intelligi de ignorantia crassa, & culpabili, non autem de inuincibili, cum enim canon ille de clerici percussione, sit omnibus notissimus, vt ibi supponit Innocentius Papa III. ideo percussor ille præsumitur canonem illum scire, & consequenter excõicationẽ incurrisse: est enim lata culpa, vt ait Angelica, verbo, excom. 7. casu vlt. nu. 3. ignorare canonem illum solemnissimum, Si quis suadente diabolo. 17. q. 4. quem omnes sciunt. Præterquam, quod Pontifex ibi indiscriminatim loquitur de ignorantia facti, & iuris, vt notat Sotus vbi supra, 4. d. 22. quæst. 1. artic. 2. non longe a fine, & colligitur ex fine d. cap. cum illorum, ibi, *Circa reliquos vero sa*

cti memoriam, vel iuris peritiam non habentes, constat autem secundum omnes, ignorantiam inuincibilem facti, excusare ab excõicatione. Cum ergo censet illos excõmunicatos, manifestum est loqui Pontificẽ ibi de ignorãtia crassa, & vincibili, nihil ergo mirum est, quod tales eo tẽpore excõmunicati, & ordines in eo statu suscipiẽtes, fuerint irregulares habiti, cũ ignorantia eorũ culpabilis fuerit; quamuis. n. absens, & ignorans excõicari possit, & ita probabiliter ignorans se excommunicatum esse, si aliquid contra excommunicationem faciat, v.g. celebret, aut ordines suscipiat, nec peccet, cum ignorantia excusetur, & consequenter nec irregularitatem incurrat, quæ imponitur ob delictum, arg. c. is, qui, de sent. excom. lib. 6. (ius. n. pro delinquente eum non habet, qui fecit id, quod delictum esse probabiliter ignorauit, cum ad peccatũ requiritur, vt sit voluntarium) si tamen quis crassa laborans ignorantia, aliquid contra excommunicationem agat, hic vtiq; & peccatum committit, & irregularitatem incurrit: potest. n. irregularitatis pœna incurri, vt notat Martin. Ledes. 2. q. 24. art. 6. conclu. 4. etiamsi eam non inuincibiliter ignoretur; non sic
36 excõicatio; quia ad excõicationem requiritur contumacia, quæ ad pœnam irregularitatis non requiritur. Quod vero ignorãs probabiliter, seu inuincibiliter se excõmunicatũ, excusetur, quo minus peccet, aut irregularis sit, contra excõicationem faciat, colligitur ex ca. Apostolicæ, de cler. excom. ministran. vbi dicitur: *Quod suspensionis probabiliter ignarus, celebrans, excusetur*, & pari ratione, probabiliter inscius excommunicationis, celebrans, excusabitur à peccato, tum ab irregularitate ob peccatum indicta. id quod expressè docent Glo. in d. cap. Apostolicæ, in verbo, probabilis, & Henric. Bohic. ibidẽ, nu. 1. Panor. in ca. pastoralis, §. verum, nu. 15. de appel. Dominicus in ca. solet, de sent. excom. lib. 6. Nauar. to. 2. cons. consi. 3. nu. 3. & 4. de sent. excom. lib. 5. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 6. nu. 9. & §. 7. n. 2. de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de cẽs. Eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. nu. 5. qui etiam id verũ esse dicit, vbi quis scit excõmunicatum esse, sed dum aliquid contra excõicationem facit, probabiliter eius nõ recordatur, & ita patet, quid ad argumenta Adriani responderi possit.

37 Ad rationem verò Cou. §. 6. n. 9. responderi potest: quod quamuis ignorantia probabilis pœnæ a lege ciuili impositæ pro delicto ex se malo, & illicito non excuset à pœna legis ordinaria, & mediocri proportionata delicto, eo qđ delinquendo consentire videtur in pœnam ordinariam, quæ imponitur pro huiusmodi delicto, l. Imperatores, ff. de iure fisci, in verbo, te huic pœnæ subdidisti, Barto. in l. ex hoc iure, in vlt. col. ff. de iust. & iure. Innoc. in cap. in nostra, de rescript. Card. in Clem. Pastoralis, de sen. & re iudi. cũ sciat, aut scire debeat omni peccato pœnam impositã esse, secus tamen in pœnis exorbitantib. de nouo a lege impositis pro delictis iure cõi prius damnatis, vt latius pbat Io. Crotus in repet. c. vt animarũ, nu. 27. de const. lib. 6. Ita licet ignorantia cõiter nequeat esse iusta circa legem naturalẽ, vel diuinam, quoad eius dispositiones, & consequenter peccans mereatur pœnam ordinariam pro talib. delictis indictam: quia tamen potest esse ignorantia iusta, quoad pœnam humanitus impositam, excusabitur quis per ignorantiam iuris ab omni pœna extraordinaria & exorbitante, & præsertim ab excõicatione per statutũ, & legem generalẽ Papæ lata, etiam pro facto de se illicito, quod scit esse illicitum, sed ignorat illã pœnã extraordinariã, & exorbitantẽ esse impositam: quia etsi sciat, vel scire debeat id, quod facit, esse malũ, & puniendum iuxta naturam delicti, & proinde cõsentire vñ in pœnã ordinariã a lege impositã pro delicto, nescit tamen, nec scire debet, tantam pœnam, quãta est excõicatio, qua nulla maior est in ecclesia Dei, c. corripiantur, 24. q. 3. pro illo delicto impositã esse, quã si sciret, delictum nõ cõmisisset, vt latius tradunt Io. Crotus in rep. d. c. vt animarum. Nauar. in Man. c. 27. nu. 274. verbo decimotertio; citans ad hoc ca. si vero, 2. de senten. excomm. & l. si quis ignorans, ff. locati. & idem to. 2. cons. cons. 47. nu. 2. & consi. 48. nu. 1. consi. 50. nu. 4. & cons. 51. nu. 1. & cons. 52. num. 4. & cons. 54. nu. 4. & 5. de sentẽ. excomm. lib. 6. Est enim hæc differentia inter excommunicationem, & alias pœnas, vt Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 3. propè finem. Mart. Ledes. 2. 4. q. 24. art. 6. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. n. 10. & Ioan. Crotus in rep. d. c. vt animarum. num. 30. testantur, quod excõicatio neminem nisi inobedientem, & contumacem, ac præuia monitione liget, vt colligitur ex c. nemo. 11. q. 3. & Matth. 18. Si ecclesiam non audierit &c. inobediens autem contumax, aut contemnens non est respectu ecclesiæ, qui probabiliter ecclesiæ statutum ignorat; reliquæ vero pœnæ naturam ipsius delicti sequuntur, cui per legem decretæ sunt, etsi lex illa pœnalis ignoretur, cum lex ipsa naturalis dictet delicta mediocriter punienda esse, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. quam nemo ignorare potest.

38 Quæ vero ab Hugolino ex c. 1. & fi. de sent. excõ. afferuntur, vel intelligenda sunt de impubere adhuc doli non capace, talis enim ætas, quidquid videt, ignorat. l. 1. §. impuberes. C. de fals. monet. & proinde nec excommunicationem cap. si quis suadẽte diabolo. 17. q. 4. incurrit, vel si de impubere doli capace intelligantur, nihil mirum, si excommunicationem illius capit. incurrisse dicatur, cum nec in illo prædicti canonis ignorantia inuincibilis vix esse poterit, & maximè in illis clericis, & alijs, de quibus ibi agitur.

39 Hinc deniq; constat, qua rõne fiat, vt absens, & ignorans excõicari possit, vt initio huius capitis diximus, & tradũt gl. in c. Apostolicæ. in verbo. probabilis, & ibi Panor. nu. 5. & Mar. Soc. sen. nu. 6. de cler. excom. minist. et Nau. to. 2. cõs. cõs. 3. n. 3. de sent. excom. lib. 6. Cou. in c. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 7. de sen. excom. lib. 6. & habetur tex. in c. cum sit Romana, §. vlt. & ibi gl. vlt. de apellat. id. n. intelligitur de excõicatione ab homine lata, sed præmissa monitione canonica, iuxta constitutionem c. sacro. de sent. excõ. Si. n. Episcopus aliquẽ admonuit, & noluit resipiscere, potest eo ipso ille qui non corrigit vitam, excommunicari, etiam ignorans illam sententiam; sed hoc est, quia prius monitus noluit obedire ecclesiæ; non tamen potest Episcopus aliquem excõicare absentem ob aliquod furtũ, aut aliud delictum, si prius illum non admonuit, cum talis nulla rõne contemptor ecclesiæ dici possit; & pari rõne, in sententia lata a iure, requiritur contẽptus ecclesiæ, qui in ignorãte inuincibiliter eius statutũ, esse nõ potest. Vnde Martin. Ledes. in 2. 4. quæst. 24. art. 6. in fine ex Syluestro, vbi supra, docet, quod quando ecclesia a principio processit cum ignorantia inuincibili delinquẽtis, etiam vsque ad excommunicationem, tunc ille ignorans non est excommunicatus; vt si quis citetur Romæ in suo procuratore, & ipse ignorauit, & ipso sic ignorante proceditur vsque ad excommunicationem, licet ille talis in foro exteriori præsumatur excommunicatus, verè tamen excommunicatus non erit. Sicut etiam si Episcopus citat aliquem, & non est domi, sed solum denunciatur illa citatio domesticis illic, domestici autem non referant illi, ipse ignorat inuincibiliter, & si Episcopus excõmunicat, verè talis excõicatus non est: cum in his casibus, nullus sit contemptus, nulla contumacia, aut inobedientia contra ecclesiam, quæ ad excõicationem requiritur, vt ex Matt. 18. colligitur. Quãdo ergo, & quibus in casibus ab excõicatione excuset ignorantia, hactenus dictum sit.

40 Alia cã ab excõicatione excusans, est impotentia moralis, vt si excõicatio feratur cõtra aliquẽ, nisi debitum intra tale tẽpus soluat, qui tpe excõicationis nõ habet vnde soluat, ab excom. excusatur. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 2. vers. secũdo si feratur. Henriq. li. 13. c. 18. §. 4. & c. 21. §. 2. sicut ẽt excusatur, qui tempore assignato restituere, aut soluere non põt sine graui detrimẽto bonorum superioris ordinis, vt famæ, aut vitæ, ex Caie. cũ S. Tho. 1. 2. q. 62. art. 8. Nau. in Man. c. 17. n. 56. Hẽriquez vbi supra, c. 21. §. 2. excusatus aũt ad tempus, si postea habeat, vnde restituat, aut soluat,

totum

totum, aut partem debiti, soluere tenetur, aliàs incidit in excommunicationem, si modo iudex qui mandatum dedit, adhuc in officio durat; & debitor dum pecuniam habet, maneat sub eius iurisdictione, aliàs mandatum expirauit, cessante hominis iurisdictione in illum. Qui vero tempore, quo excommunicatio lata est, habuit vnde solueret, & non soluit, & proinde excõmunicatus est, hic per superuenientem impotentiam ab excommunicatione incursa non liberatur, vt Sotus, & Henriquez vbi supra, scribunt. Sic etiam, cum Episcopus sub excommunicatione iubet omnes ad processionem, vel aliquam ecclesiam conuenire, non comprehenduntur impediti pro domus custodia, tales enim excusantur, & satis est quosdam conuenire de illa familia, vt alij edictum referant. Et quando omnes parochi vocantur ad Synodum sub excommunicatione, secundum ea quæ tradunt Panor. in c. 2. nu. 6. de testib. cogend. Syluest. verbo, excommunicatio, 2. casu 12. num. 23. & verbo, pœna, §. 18. Nau. in Manuali, c. 27. num. 3. et 38. in fine. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 1. in annot. lit. E. & ca. 18. §. 4. dummodo excusationem sibi facilem misit per nuncium; aliàs incurret, arg. eorum, quæ habentur in c. venerabilibus. §. porro. de senten. excom. lib. 6. & faciunt quæ docet Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 11. num. 11. ver. illud vero non est omittendum, de senten. excommu. lib. 6. & expresse Henriq. lib. 13. c. 18. §. 4. qui addit non teneri talem admittendum procuratorem vice ipsius, sed satis esse, vt causam non comparendi iustam per nuncium fidelem Episcopo significet.

41 Alia causa excusandi a peccato, & excommunicatione est necessitas violentiæ, seu imminens periculum mortis, metus grauis infamiæ, aut rei familiaris, quia licet legislator legem ferre possit, vt prius debeat quis mori, quã eam frangere, atque adeo illam metu mortis infringere esset peccatum mortale; pro morte autem vitanda non licet peccatum mortale, aut veniale committere, vt omnes Theologi docent; quia tamen lex humana, etiam ecclesiastica hactenus edita de rebus, quæ de se non sunt intrinsecè malæ, sed solum ideo malæ sunt, quia prohibitæ, non obligat cum tanto vitæ periculo; ideo qui contra faceret metu mortis coactus, nec peccaret, nec excommunicationem contrafacientibus impositam, incurreret: quod verum est, nisi metus incutiatur ab extrinseco in contemtum fidei Christianæ, aut legum ecclesiasticarum, & ecclesiasticæ censuræ, vt colligitur ex his, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. p. q. 23. art. 3. & quodl. 11. art. 9. Mart. Ledes. 2. 4. q. 35. art. 3. in fine, conclu. 2. Sotus lib. 1. de iust. & iure, q. 6. art. 4. & clarius 4. d. 23. q. 1. art. 4. post concl. 5. versic. ad quæstionem ergo. Corduba casu 142. Bart. Med. 1. 2. q. 96. art. 4. Nau. in Man. c. 27. nu. 36. & nu. 239. & faciunt ea, quæ docet in Man. cap. 25. nu. 84. & tom. 2. consi. 16. nu. 9. de hær. lib. 5. & in c. fraternitas. 12. q. 2. nu. 16. & seq. & in c. inter verba. 11. q. 3. præludio 3. nu. 4. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 3. nu. 9. vers. quarto, licet hæc, de senten. excom. lib. 6. Henriquez. lib. 13. de excom. cap. 21. §. 2. Ioan. Maior. 4. d. 18. q. 4. Syluest. verbo, excommunicatio, 5. dubio 14. Ioan. a Friburgo in Summa Confessorum, tit. de sent. excom. q. 165. & alij, vnde, si quis tyrannus in contemptum fidei, & legis Christianæ, s. ad conuincendã fidem nostram, & legem falsam esse, & nullius valoris, aut ieiunium frangere, aut festum violare cogat quempiam, mortem comminando, mori potius is debet, quem legem ecclesiasticam violare, propter diuinum præceptum, quo tenetur fidem confiteri, non obstante periculo mortis. Ceterum, si incutiatur metus mortis alia de causa, v. g. ex nequitia hominis scelerati, legem ecclesiasticam cum tanto discrimine seruare non tenetur.

42 Similiter si quis tyrannus incutiat metum mortis sacerdoti, nisi celebret coram excommunicatis, si id fiat in contemptum ecclesiasticæ censuræ, ad ostendendum vanam esse potestatem ecclesiæ, tenetur potius mori, fidem confitendo, quam peccare celebrando. Ceterum si fiat alia de causa, quia v. g. Prætor, aut Princeps aliquis excommunicatus, non in contemptum ecclesiæ, sed ad ostendendum se non esse excommunicatum, vel pro sua libidine talem metum incurreret, non peccaret celebrando, nec censuram aliquam incurreret; cum ecclesiæ in hoc casu non tanti referat prohibere commercium excommunicatorum, quam vitam hominis conseruare; immo addit Sotus, fortè non esse consilium illa de causa vitam periculo exponere. Et hoc modo intelligendi sunt Adrian. in 4. tract. de clauibus. quæst. 3. versic. octaua exceptio. & Caiet. 1. 2. q. 96. artic. 4. & 2. 2. quæstio. 125. art. 1. & tom. 3. opusc. tract. 9. & alij. Sed quia de hac re commodior agendi locus erit, vbi agemus de obligatione vitandi excommunicatos. regulariter excusare solent, & de hoc primo libro hæc dicta sufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

21 *Iniustè excommunicatus, quare prius absolutionem petere debeat, quàm audiatur.*

22 *Iniustè excommunicatus, postquam vsus est iuris remedijs, & non inuenit remedium, celebrare, & cum alijs publicè communicare potest.*

23 *Canonistarum fundamenta, & rationes contra Theologos allata soluuntur.*

24 *S. Gregorij dictum de iniusta sententia explicatur.*

1 POst expositionem excommunicationis nullæ restat, vt de excommunicatione iniusta, eiusq; in ligando vi, & efficacia disseramus. In qua explicanda, quid authores sentiant, & quibus in rebus consentiant, ac inter se discrepẽt paucis ostẽdemus. Vt autem hæc materia distinctè explicari possit, ante omnia prænotare oportet, excommunicationis sententiam tribus modis iniustam dici posse, vt colligi poterit ex glos. in summa, 11. q. 3. in verbo, sed ponatur, & in cap. sacro, in verbo, iusta, de sent. excommun. & latius traditur in cap. Episcopus, §. si ergo, 11. q. 3. S. Thom. in addit. 3. par. quęstio. 21. artic. 4. Alex. de Ales. 4. part. q. 22. memb. 2. art. 1. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 5. Dur. 4. d. 18. q. 4. nu. 6. Io. Bacho. 4. d. 18. q. 1. art. 3. & q. 2. art. 1. & 2. Palud. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. cõcl. 1. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. Host. lib. 5. summæ, tit. de sent. excom. nu. 11. vers. hi sunt effectus. Summa Astens. 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 2. Ioan. Calder. in repet. in c. ab excõicato, nu. 15. de rescrip. Panor. ibid. nu. 10. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 73. Marian. Soc. sen. in c. perpendimus. nu. 172. de sent. excom. Tabien. verbo, exco. 2. §. 10. Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 3. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 7. nu. 5. Henriquez lib. 13. de excom. c. 15. Hugolin. de cens. Eccl. tab. 1. c. 13. §. 3. nu. 3. qui omnes docent ex animo, ex ordine, & ex causa, sententiam excommunicationis iniustam esse posse.

2 Ex animo dicitur iniusta excommunicationis sententia, quando etsi causa exprimatur vera, & rationabilis, ab eo tamen, qui excommunicat, non ad correctionem, nec ex zelo iustitiæ, sed indignationis, inuidiæ, vel odij fomite promulgetur, arg. c. illa, 11. q. 3. & c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. Vnde tutum consilium est, quod si quis offendatur, non per se, sed per alium, qui charitatiuè moueatur, sententiam promulget, vel si per se velit hoc facere, ad minus hoc non faciat, dum mouetur, sed permittat motum fortè cholericũ aliquantulũ residere, vt Hostiensis, Astensis, & S. Anton. vbi supra, monent, & colligitur ex c. illa, & c. ita, & c. cum apud, & c. summopere 11. q. 3.

3 Ex ordine vero dicitur sententia iniusta, quando etsi causa vera, & rationabilis prætendatur, & proferens charitate moueatur, non tamẽ præcessit monitio competens, seu canonica; vel non fuit facta coram personis idoneis, per quas probari possit, si oportuerit, c. sacro, c. statutum, de sent. excom. lib. 6. Admonitionem vero competentem intelligas ad arbitrium iudicis, siue trinam, siue vnam pro omnibus, maximè in notorijs, arg. c. de illicita. 24. q. 3. & hodie dari debent competentia interualla aliquorum dierum inter monitionem, & monitionem; quod verum est, nisi facti necessitas, ea interualla aliter suaserit moderanda, cap. constitutionem. de sent. excom. lib. 6. facti aũt necessitas dicetur, si dilatio periculosa, & aliquod malum fieret, si competentia interualla iudex concederet, & quia forte ad arma iretur; & aliqua res forte destrueretur, quibus incommodis iudex obuiare tenetur. ex glos. in d. cap. constitutionem. in verbo, necessitas, & facit l. æquissimũ. ff. de vsufr. Aliquãdo enim nec locus, nec tẽpus patitur plenius deliberare. ff. de exerc. act. l. 1. & tradit latius Summa Astensis, vbi supra. Imò ẽt hodie talis ordo traditur, vt sententia in scriptis feratur, & ibi exprimatur causa, & excommunicans exemplum huius scripturæ infra mensem excommunicato tradere teneatur, si super hoc fuerit requisitus, c. cum medicinalis. de senten. excomm. libro 6.

4 Ex causa deniq; sententia excommunicationis iniusta dicitur, vel quia, nulla prætenditur in sententia; vel si prætenditur, tamen non est vera; vel quia, etiamsi vera sit, non tamen est sufficiens, & rationabilis, & manifestè coram eo probata, arg. c. sacro. de sent. excom. & ibi glo. in verb. rationabili, & facit c. nemo, 2. q. 1. & ca. vt debitus. de appellat. & hæc dicitur iniusta ex parte excommunicati, & excommunicantis; vel si sit debita, & iusta ex parte excommunicantis, potest tamen esse iniusta, & indebita ex parte excõicati. vt cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur, quia. s. excommunicatus est innocens, iudex tamen secundum allegata, & probata excõmunicat illum, quia per testes probatus fuit nocens. His igitur modis, cum sententia excommunicationis iniusta esse possit, quos effectus, & quam ligandi vim vnaquæque istarum habeat, ostendere oportet.

5 Quoad sententiam iniustam primo modo, quando scilicet iudex ex odio, ira, aut alia passione inordinata, quẽpiam excommunicat, si necessarias iuris solẽnitates in excommunicatione seruauerit, talis sententia valida est, & in foro, tum exteriori, tum interiori ligat; & in hac re consentientes sunt authores oẽs, quos initio capitis attulimus. Quamuis enim sententia hæc iniusta, & iniqua sit, hoc sensu, quod iudex peccat ita malè affectus excommunicando, ea tamen excommunicatus ligatur, cum peccatum, & iniqua iudicis intentio, virtutem & iustitiam sententiæ non tollat: vnde contra talem sententiam agens, non solum peccato inobedientiæ peccat, sed etiam pœnas canonum incurrit, & in tali excommunicatione celebrans irregularis efficitur, vt communis omnium consensus testatur; nec de hac re dubium esse potest.

6 Similiter sententia iniusta secundo modo, ex defectu ordinis iuris, ex eo scilicet, quod non præcedat trina monitio, aut vna pro tribus, cum legitimis interuallis, vt cap. sacro, de sent. excom. aut cũ non profertur in scriptis, ca. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. valida est in vtroque foro; vno tantum casu excepto; quando scilicet, quis excommunicat participantes cum excommunicato a se, maiori excommunicatione non præmissa canonica monitione; talis enim excommunicatio ipso facto non solum iniusta est, sed etiam nulla, & irrita, vt habetur in cap. statuimus, de sent. excommun. lib. 6. & in hoc etiam authores omnes tam veteres, quam noui, tam Theologi, quam Canonistæ consentiunt.

7 Ceterum quoad sententiam excommunicationis iniustam tertio modo, ex parte causæ, quia scilicet aut nulla est, aut non æqua, & legitima, sed solum præsumpta, vt cum innocens verè iudicatur nocens secundum allegata, & probata, & excommunicatur; an talis sententia valida sit, & liget, non certo inter authores graues constat, & aliter Canonistæ, aliter in hac re Theologi opinantur. Canonistę. n. (vt videre est, 11. q. 3. c. 1. & c. qui iustus. 11. q. 3. & ibi Gratianus, & gl. & in ca. sacro. & in cap. per tuas. de sent. excom. Io. Cald. in repet. in ca. ab excõicato. nu. 15. Panor. ibi, nu. 10. de rescrip. Host. lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 51. vers. quis sit eius effectus, Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 8. art. 2. Maria. Soc. in c. perpendimus, nu. 182. de sent. excom. Angelica, in verbo, excõmun. 1. §. 18. Nauar. in Man. c. 27. n. 3. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 5. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. c. 15. §. 4 Hugolin. de cens. Eccle. tab. 1. c. 13. §. 3. nu. 4. & 5. docent sententiam hanc validam esse in vtroq; foro, & ex Theologis fauent Alex. de Ales. 4. par. Sum. q. 24. memb. 2. art. 2. Dur. 4. d. 18. q. 4. nu. 6. Rich. 4. d. 18. art. 3. q. 5. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 1. art. 3. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. cõcl. 8. & Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 3. concl. 1. Et quidem hi authores, maximè Canonistæ in eo se fundant quod in ca. per tuas, §. verum in alijs, & ibi gl. in ver. verum. de senten. excom. dicatur, quod sic excomunicatus iniustè, superiorem adire debet, & absolutionem petere, antequam audiatur, ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur. Vnde,

si hic

si hic prius absolui debet; ergo prius excommunicatus fuit. Afferturetiam in huius sententiæ confirmationem c. Odoardus Clericus, de solution. vbi habetur, ex decreto Gregorij IX. quod *excommunicatus aliquis, propter hoc quod debebat aliquid creditori, esto constet, quod nec in totum, nec in parte poterat soluere, quod absoluatur;* & tamen euidens est talem iniustè excommunicatum fuisse, cum soluere non poterit; & ideo iniustè excommunicatus verè excommunicatus est. Et denique pro hac opinione refertur dictum illud commune, & vulgatum S. Gregorij homil. 26. in Euang. & habetur in capitulo 1. 11. q. 3. *Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est,* Quam sententiam Canonistæ sequuntur distinguentes inter sententiam iniustam, & nullam, cum enim se fundent plerumque non in rei veritate, sed in præsumptione iuris; & secundum notitiam humanam in foro contentioso loquantur, volunt posse esse sententiam iniustam, quæ tamen non sit nulla.

8 Theologi verò, qui solam rei veritatem considerant, nullum omnino discrimen inter sententiam per se iniustam, (quando scilicet non est iusta causa excommunicationis, quia nimirum condemnatus est innocens, & non commisit crimen, pro quo excommunicatur) & sententiam nullam faciunt; & consequenter talem iniustè excommunicatum verè excommunicatum non esse docent. Sic Adria. in quodlib. quæst. 6. art. 1. concl. 1. vers. sed dubium est, & in 4. sent. q. 4. de confess. vers. si petas, circa finem, Ioan. Dried. li. 3. de liber. Christ. pag. 236. & citatur Ioan. Maior. 4. d. 18. q. 2. Caiet. 22. q. 70. art. 4. ad 2. & in opusc. to. 1. tract. 19. circa finem. Sotus relect. de tegen. secret. memb. 3. q. 1. concl. 4. & 4. d. 22. q. 1. art. 3. concl. 4. Ioan. Medina, Cod. de restit. q. 11. Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Bart. Medina, lib. 1. instruct. confess. cap. 2. §. 2. Pro qua etiam opinione refertur Cordub. lib. 1. q. 43. & fundant se in doctrina S. Thom. 22. q. 60. artic. 1. vbi ait, *Iudicium esse determinationem iusti* & 22. q. 67. artic. 1. ait, quod *sententia iudicis est quædam particularis lex in aliquo particulari facto;* At vero determinatio iniusti, quam significat iudicium iniustum, non est determinatio iusti; nec lex iniqua particularis, quam significat iniusta sententia, est lex particularis, quam sententia significat. & ideo nec iudicium iniustum est iudicium, nec sententia iniusta, quæ damnationem innocentis secundum rei veritatem determinat, verè sententia est; vnde nec excommunicatio iniusta ex parte causæ vere excommunicatio est, & consequenter in conscientia ex parte sui non oblig. & 22. q. 70. art. 4. ad 2. expresse, ait, *iudicium iniustum non esse iudicium;* loquitur autem de iudicio iniusto per se. Adde, quod talis vt supponitur, non peccauit, ergo excommunicatus non est; cum secundum omnes, excommunicatio non nisi ob peccatum mortale ferri possit.

9 Præterea, qui iniustè detinetur in carcere, potest fugere, & non tenetur parere sententiæ iudicis iniustæ, scilicet, quod maneat ibi; & ideo pari ratione iniustæ excommunicationi parere non tenetur. Item, si iudex condemnaret aliquem, vt solueat decem aureos, quos non debet, talis soluere non tenetur in conscientia; & si iudex compellit eum, vt soluat, cum certus sit quod non debeat eos, licite eos reassumere poterit ab illo, qui acceperit, aut aliquid aliud, quod tantundem valet, si sine scandalo id facere possit; immo, ille qui petijt ab illo decem illos aureos falsis testibus, ad eorum restitutionem in foro conscientiæ tenetur, vt latius tradunt Panor. in cap. quia plerique, num. 21. de immunit. Eccles. Imola. consil. 147. & alij omnes; ergo alius verus est dominus, nec ei vllam facit iniuriam recuperando quod suum est, vel æquiualens. A paritate igitur rationis, non tenetur iniustè excommunicatus tali sententiæ in foro conscientiæ parere; cum par ratio sit, immo maior ratio est de excommunicatione, cum grauior pœna sit; Sicut ergo non tenetur quis, vt docet Panor. vbi supra, num. 20. alijs iniustis sententijs parere; ita multo minus iniustæ excommunicationi parere obligatur.

10 Pro hac etiam sententia facit, quod habet Gelasius Papa dicens: *Sententia, si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Ecclesiam eius, neminem potest iniqua grauare sententia. Ita ergo ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspexit obligatum.* & refertur cap. cui est illata, 11. quæst. 3. Cum igitur iniustè excommunicatus non indigeat absolutione, vere excommunicatio iniusta non ligat. Et in cap. illud plane, 11. quæst. 3. ait S. Aug. *Si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniustè, potius ei oberit, qui facit, quam qui hanc patitur iniuriam.* Et c. si quis non recto, 24. q. 3. ex Origene, hom. 14. ad cap. 24. Leuit. quod falso Gratianus tribuit Hieronymo, habetur. *Si quis recto iudicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur, si ipse non ante exijt, hoc est, si non ita egit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo quod non recto iudicio ab omnibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus retineri videtur.* Hæc Origenes.

11 Hanc etiam Theologorum sententiam probant Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. & Ioan. Medin. C. de restitu. q. 11. vers. respondetur. ex simili casu, exempli gratia, si quis occulte ducit prius vnam vxorem, & postea publice ducit aliam, (qui casus ante Concil. Trid. sess. 24. capitulo 1. de reform. verus fuit) & secunda, quæ potest publice probare illum esse suum, petit illum in iudicio exteriori, & probat illum esse suum, quia publice cum illa matrimonium contraxit; & prima quia occulte nupsit illi, non potest probare, & ideo excommunicatur, vt maneat cum secunda; etiam secundum Canonistas talis excommunicatio non ligat, cum ille sit innocens; ergo nec, qui in alio casu iniustè excommunicatur per se, erit excommunicatus, cum hic iam innocens sit ex parte sua, sicut ille. Et quamuis is peccauit ducendo secundam, quia tamen innocens est in alio, pro quo excommunicatur, (nam in hoc quod non cohabitat cum secunda, bene facit, cum non sit sua) non obligatur sententiæ parere in foro interiori ita neque ex alia quacunque sententia per se iniusta, inducitur ius parendi. Quæ Theologorum sententia mihi etiam ob rationes allatas verior, & probabilior videtur. Ex qua sententia Doctores allati varia colligunt sed necessaria, & quæ in praxi quotidie occurrere possunt, vt ex his, quæ dicemus manifestum erit.

12 Primum est, excommunicatio iniusta in foro interiori non obligat ad culpam, quasi culpa sit non obedire iniusto præcepto. ita expresse Adrian. quodlib. 6. artic. 1. concl. 1. vers. sed dubium est. Maior. 4. d. 18. q. 2. & alij omnes, quos pro hac secunda Theologorum sententia retulimus, quibus consentit Cou. in c. alma mater, 1. par. §. 7. numero 5. vers. prima conclusio, de sent. excomm. libro 6. vbi alios refert: id quod latius enidenter colligitur ex capit. cui est illata, &c. Illud plane, & ca. cæpisti habere, & c. quid obest, 11. q. 3. & ca. si quis non recto, 24. q. 3. & facit capitulo a nobis, 2. & ibi Panor. numero 1. de sent. excomm. Cuius dicti hæc ratio esse potest: quia nemo nisi ob contumaciam, & inobedientiam culpabilem excommunicari potest, capitulo nemo Episcoporum, 11. q. 3. & c. multi, 2. quæst. 1. & deducitur ex Matthæ. capitulo 18. vbi *tanquam Ethnicus, & publicanus,* (scilicet per excommunicationem.) *est habendus, nisi qui Ecclesiam non audierit.* Iudex autem non nisi per legem, & iustitiam quempiam obligare potest; vbi igitur iudex aliquid contra legem, & iustitiam præcipit, neque est aliqua obligatio præcepti, neque in subditio peccatum est aliquod contumaciæ, vel inobedientiæ, si non obtemperet; quod dictum verum est, quando quis certus est de sua innocentia, & secluso scandalo in non parendo, aut remoto contemptu.

13 Secundum est, excommunicatus iniustè, & qui verè est innocens, & hoc certò scit, quamuis secundum allegata,

gata, & probata excommunicetur, à parte rei, & in veritate nec excommunicatus est, nec communibus, & generalibus ecclesiæ suffragijs priuatur. ita Alex. de Ales, in 4. par. sum. q. 22. memb. 2. art. 1. vers. ad illud. vbi ait excommunicationem iniustam verè excommunicationem non esse, nec separationem bonorum ecclesiæ facere. Rich. 4. d. 18. artic. 3. q. 5. ad 1. vbi ait excommunicationem iniustam ex causa non lædere eum, qui notatur: & clarius 4. d. 18. art. 7. q. 2. ait excommunicatum pro iniusta causa nō excludi propter hoc à suffragijs orationum ecclesiæ, quia tali non est excommunicatus quoad ecclesiam triumphantem, nisi sit aliud quod obsistat: nec militans ecclesia tales intendit à suffragijs orationum excludere. Palud. 4. distin. 18. q. 1. art. 1. concl. 4. vbi ait, quod ecclesia cum sciat se posse errare; videtur tamen nolle aliquem lædere iniustè, propter quod ipsa non intendit iniustè excommunicatos à generalibus suis suffragijs excludere. Adria. expressè quodlib. 6. art. 1. concl. 1. vers. dico secundo. lit. E. Caiet. to. 1. opusc. tract. 19. q. vnic. circa finem. Maior. 4. d. 18. q. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 4. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 3. concl. 4. Summa Astensis, 2. par. libro 7. tit. 9. art. 1. q. 2. Nau. in Manuali, c. 28. nu. 3. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 5. vers. secunda conclusio, de sent. excom. lib. 6. vbi dicit esse communem opinionem, pro qua etiam refert Ioan. Arboreum, lib. 5. Theosophiæ. cap. 21. Card. à Turrecrem. in capit. si quis episcopus. 11. q. 3. idem docet Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 15. §. 2. in fine, quicquid Dur. 4. d. 18. q. 4. num. 9. in contrarium senserit. Ratio est: quia ecclesia non censetur velle aliquem iniustè tanta læsione afficere, nec eos excludere à talibus suffragijs, cum pia mater sit, quæ innocentibus filijs nocere non intendit, arg. cap. illud planè, 11. q. 3. Non enim intendit ecclesia illos excludere, quos Deus non excludit; & ita, cum tales non priuentur communibus ecclesiæ suffragijs apud Deum, censendum non est ecclesiam eos excludere. Immo, vt ait Sotus, ecclesia non habet maiorem vim ad lædendum homines in spiritualibus, maximè innocentes, quàm Principes sæculares in temporalibus: sed, vt constat, in foro ciuili sententia prolata, secundum allegata, & probata contra innocentem in foro conscientiæ non obligat, iuxta ea, quæ tradit Panorm. in cap. quia plerique, num. 20. 21. & seq. de immunit. eccles. vnde talis condemnatus potest non soluere id, in quo est damnatus, & fugere è carcere sine peccato, dummodo nō inferat vim officialibus, & ministris iustitiæ, & proinde innocens excommunicatus verè excommunicatus non est, nec ecclesiæ suffragijs communibus priuatur. Neque contrarium affirmat S. Thom. 4. d. 18. q. 2. artic. 1. q. 4. & habetur in addit. 3. par. quæst. 21. artic. 4. ad 1. vbi ait: *Quamuis homo gratiam Dei iniustè ammittere non possit, potest tamen illa iniustè amittere quæ ex parte nostra sunt, quæ ad gratiam Dei disponunt: sicut patet, si subtrahatur alicui verbum doctrinæ quod ei debetur, & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur*. Hæc S. Thom. Quibus verbis non habetur excommunicationem iniustam tollere gratiam gratum facientem, aut generalia ecclesiæ suffragia, sed solum dispositionem illius, puta communionem cum fidelibus per participationem Sacramentorum, & officiorum diuinorum in foro exteriori: quia enim talis in foro exteriori pro excommunicato habetur, ratione obedientiæ, & ad scandalum vitandum, parere debet sententiæ excommunicationis iniustæ, & hæc solum colligitur ex illis S. Thom. verbis, si attentè legantur, vt latius, & subtilius Sotus in relect. de tegendo, memb. 3. q. 1. concl. 4. tradit.

14 Tertium est, quando causa non est verè iusta, si tamen sententia illa non contineat errorem manifestum, sed res est dubia, tunc talis sententia ligat, & se tanquam excommunicatum gerere debet in foro exteriori. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 3. concl. 2. vers. secundo modo, & Henriquez lib. 13. de excom. c. 15. §. 3. & c. 21. §. 1. Quis homo in propria causa iudex esse non debet, & in dubijs præsumendum est pro sententia iudicis; vnde in dubio nemo facilè se innocentem putare debet. Etenim, vt ait Couar. in cap. alma mater. 1. p. §. 2. num. 4. vers. illud verò. vbi de periculo animæ agitur, adhuc in exteriori iudicio certior via est eligenda, glo. in c. 1. de scrutin. & in c. iuuenis. de spons.

15 Hinc infert Sotus, vbi supra, quod reus licet consilio suorum aduocatorum iudicet causam non fuisse iustam, aut dubium de ea re sit, contra iudicis sententiam opinioni aduocatorum suorum adhærere non debet, id quod etiam docet Henriquez lib. 13. de excom. ca. 15. §. 3. in fi. citans Syluestrum, verbo, excom. 10. §. 1. sic parochus sub excommunicatione ad Synodum vocatus, si potuit mittere nuncium, qui Episcopo referret rationem excusationis; aut iussus, vt debitum soluat sub excommunicationis pœna, vel, vt compareat, dum non soluat, aut compareat, licet ægrè, & difficulter soluere, aut comparere possit, in dubio se pro excommunicato habere debet. Imò addit Sotus, quod si talis esset clericus, & consecraret, fieret illegularis; & fauet Henriquez vbi supra, §. 3. & in casu huius tertij dicti existimat Sotus eum priuari orationibus, & suffragijs ecclesiæ, cum in dubijs præsumendum sit pro sententia iudicis.

16 Quartum est, iniustè excommunicatus, & innocens, secundum allegata tamen, & probata nocens repertus, licet verè in conscientia excommunicatus non sit, cum sine peccato mortali vera excommunicatio non sit; ad cuius tandem tamen scandalum, & ne videatur ecclesiæ censuram contemnere, sententiam illam in publico seruare debet, aliàs in foro exteriori præsumetur censuram excommunicationis violasse, & irregularis iudicabitur, aliasque pœnas incurret, quæ contra excommunicatos non seruantes ipsius excommunicationis rigorem statuuntur, vt latius tradit Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. nume. 7. vers. his quidem probatur. de sent. excom. lib. 6. qui pro hac recitat glos. in cap. postulastis. in verbo, spoliandi, & ibi Panorm. num. 12. de cleric. excom. minist. & idem Panorm. in cap. per tuas, num. 3. de sentent. excom. Syluest. verbo, correctio, §. 9. & verbo, excom. 2. notab. 1. casu 8. & notab. 4. dub. 8. & Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 3. concl. 1. vbi ait talem peccare peccato inobedientiæ, si eam non teneat, quousque absolutionem procuret ab illo, qui eum excommunicauit, vel abeius superiore; & etiam pœnas iuris incurrere, sicut si sententia esset iusta. Ceterum, existimo, quod licet talis iniustè excommunicatus ratione scandali, quod inde, non parendo, oriri posset, illi iniustæ sententiæ parere debeat; necnon etiam ratione obedientiæ, quæ debetur prælatis ecclesiæ in foro exteriori, (in quo etiam excommunicatus iudicabitur) eam seruare debeat; ne ecclesiæ auctoritatem contemnere videatur, aut liberum cuique priuato sit iudicis sententiam ex falsa causa pronunciare nullam, & irritam esse, quod maximum præiudicium ecclesiasticæ disciplinæ, & alijs scandalum afferre posset: in foro tamen conscientiæ excommunicatus non est, nec aliquam iuris pœnam incurrit, dummodo certus sit de sua innocentia.

17 Hinc talis celebrans occulto, aut cum alijs participans in occulto, & sine scandalo, nullam irregularitatem aut aliam iuris pœnam incurrit, nec peccatum vllum committit; immo, alia omnia secrete remoto scandalo, & contemptu facere potest, ac si excommunicatus non esset. Ita Adrian. in quolib. 6. q. 1. art. concl. 1. vers. sed dubium, & 4. Sent. quæst. 4. de confess. vers. si petas. ad finem. Ioan. Dried. lib. 1. de liber. Christiana. f. 236. 237. Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. ad 2. Martin. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 4. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 3. concl. 4. vers. accedit textus. in fine. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. vers. illud tamen est admonendum. de senten. excommun. lib. 6. Cordub. libro 1. q. 43. casu 13. Henriquez, lib. 13. de excommunic. cap. 15. §. 3. in principio. Et pari ratione si esset in longinqua regione, vbi ignota est illius excommunicatio iniusta, etiam

etiam nec in publico prohibetur interesse diuinis, recipere Sacramenta, & si Sacerdos sit, celebrare potest, nec tamen irregularitatem, aut aliam ullis pœnam incurreret, ita Caiet. Sotus vbi supra, vers. arguet tamen, & Henriquez d. §. 3. & Martin. Ledesm. vbi supra ait, quod etiam sic iniustè excommunicatus, publicè communicando in Sacramentis, non peccat, si absit scandalum, & contemptus: nam si quis in publico, maximè apud ignorantes veritatem, per modum contemptus se ingereret officijs diuinis, tunc peccaret mortaliter: quia alij scandalizarentur, & facilè inducerentur ad contemnendum potestatem Ecclesiæ: & ipsemet etiam sic faciendo, videtur contemnere auctoritatem Ecclesiæ, volens propria auctoritate rescindere sententiam iudicis, dum non vult appellare, aut recurrere ad superiorem: ideoque docet melius esse ad scandalum vitandum, & propter obedientiam ecclesiæ in publico abstinere à communione aliorum. Et quamuis ex contemptu publicè celebrando, aut communicando cum alijs, ratione scandali, & contemptus, mortaliter peccaret: non tamen in conscientia, & animæ iudicio est excommunicatus, ex Soto in relect. de tegen. secreto memb. 3. q. 1. concl. 3. & Couar. in c. alma mater. 2. par. §. 7. num. 5. vers. tertia conclusio. de sent. excomm. lib. 6. neque in foro animæ irregularitatem incurrit, cum verè censuram non violet, ex Ioan. Bachono in 4. d. 18. quæst. 1. art. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 4. Soto, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. conclus. 4. contra Palud. 4. dist. 18. quæst. 1. art. 3. concl. 1. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. versic. his equidem probatur. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 15. §. 4. quorum opinio vera est in foro interiori, quia ex præsumptione ecclesia sicut illum excommunicatum, ita etiam irregularem reputat; nos autem tantum loquimur in foro animæ, & in conscientia, in quo sicut vere excommunicatus non est, ita neque irregularis vere erit.

18 Immo addunt Ioan. Driedo lib. 1. de libert. Christia. fol. 237. Caiet. 2. 2. quæst. 70. art. 4. ad 2. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. artic. 4. quod non solum sic iniustè excommunicatus cessato scandalo interesse poterit secreto loco diuinis, & celebrare: sed etiam qui sciunt illum esse bonæ conscientiæ virum, & innocentem esse credunt, quamuis sciant illum excommunicatum fuisse, possunt illi seruire in missa; aut participare aliàs in diuinis, secretò tamen, quoniam sic faciendo, & timetur iniusta sententia, & executioni mandatur in publico, & satisfit humano iudicio, quæ foris sunt iudicanti, dum manifeste videtur non contemni ecclesiæ auctoritatem, & sic non priuatur innocens omninò spiritualibus consolationibus animæ suæ, quia in veritate non est excommunicatus, quia in veritate sententia talis iniusta, non est sententia.

19 Quintum est, quod sic iniustè excommunicatus, tenetur sub peccato quærere alia iuris remedia, nimirum, appellare: & si non conceditur appellatio, recurrere debet ad superiorem, aliàs peccat. Sic Caiet. 2. 2. quæst. 70. art. 4. ad secundum, & Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. artic. 4. Ideo autem peccat, non quia non paret iniustæ sententiæ excommunicationis, sed quia contemnit remedia iuris, & non paret ecclesiæ, in hoc, quod præcipit, quod sic excommunicatus vtatur remedijs iuris, & hoc tantum probat cap. per tuas, de sent. excommun. quo Iuristæ, & Canonistæ suam sententiam defendunt, vbi dicitur: *In alijs*, scilicet excommunicationis sententijs (exceptis his duabus, quando quis excommunicatur post legitimam appellationem: aut in forma excommunicationis error intolerabilis expressus sit (*nisi gratiam absolutionis impleret*, (est, dicat, quod probare velit sententiam illam esse iniustam) *audiri non debet, ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur, & per hoc amplius ex suo contemptu ligetur*.

20 Vnde constat, quod si non vtatur iuris remedijs opportunis, reputatur ecclesiasticæ potestatis contemptor, & proinde peccat: & ita respondent Theologi ad d. cap. per tuas. de sentent. excommun. quo Iurisconsulti suam solent opinionem tueri. Quod verò ibidem dicatur, quod *sic iniustè excommunicatus petere debeat absolutionem*: intelligitur solum ad cautelam, cum sit dubium, an talis sit excommunicatus, nec ne, ipse enim licet se excommunicatum non esse dicat, ecclesia tamen excommunicatum esse præsumit: ideoque prius ad cautelam absolui debet, quam audiatur: quia si audiretur, & esset dubium, an esset excommunicatus, necne, actus eius interim non essent legitimi, vnde, vt fiat processus legitimus, & iuridicus, ad cautelam prius absolui debet.

21 Ideò autem statuit ecclesia, vt in sententia iniusta prius absoluatur reus, quam audiatur, vt sic claues ecclesiæ magis timeantur: cap. per tuas. §. nos igitur. versic. verum. de sentent. excomm. & in maiori reuerentia habeantur, & denique, vt homo per obedientiæ meritum crescat, dum iniustæ sententiæ paret, cap. quid ergo mirum, 11. q. 3. & latius tradunt Alex. de Ales. 4. parte Summæ, q. 22. membro 2. art. 2. in fine. Gabr. 4. d. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. Sum. Hostiensis lib. 5. tit. de sent. excom. num. 11. vers. hi sunt effectus in fine. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 8. artic. 2. in fine.

22 Sextum est, sic iniustè excommunicatus, postquam vsus est remedijs iuris, & non potest inuenire remedium, quia probatur nocens, secundum allegata, & probata, communicare poterit in Sacramentis, & in alijs & occultè, & publicè, sine peccato, dummodo non sit scandalum: ita Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 23. artic. 4. Adrian. in 4. sent. quæst. 4. de confess. versi. si petas. Sot. in relect. detegen. secret. membr. 3. quæst. 1. artic. 4. & alij. Qui tamen monent, vt saltem tamdiu abstineat a communione aliorum, & ab officijs diuinis, quamdiu fuerit præsumptio apud alios; quod sit excommunicatus, ne videatur contemnere ecclesiam; si autem non sit scandalum, omnia perinde facere poterit, ac si excommunicatus non esset.

23 Ex dictis facilè constare potest, quid sentiendum sit de Canonistarum fundamentis, iam enim responsum est ad cap. per tuas, de sent. excom. & ad cap. Odoardus clericus, de solution. & respondetur, quod ecclesia iubet illum absolui ex præsumptione excommunicationis iustæ, & ad maiorem cautelam, & propter reuerentiam ecclesiasticæ potestatis; etenim auctoritati ecclesiasticæ disciplinæ admodum perniciosum esset, quod quiuis excommunicatus se liberum ab excommunicatione existimet ea occasione, quod falsa causa deceptum iudicem in eum excommunicationem pronunciasse causetur: non tamen intendit ecclesia dicere, quod ille in veritate rei, & in conscientia excommunicatus sit. Illud autem S.

24 Gregorij dictum 11. quæst. 3. capit. sententia pastoris. intelligitur tantum, vel, quando causa est dubia, an iusta, vel iniusta sit, tunc enim omnino parere debet: vel, vt diximus, in foro exteriori, etiam quando scit se verè innocentem esse: tunc enim propter obedientiæ meritum, & ad vitandum scandalum, publicè se pro excommunicato gerere debet. Et idem dicendum est, quando excommunicatio fertur iniustè contra aliquem testem, aut ministrum iustitiæ, aut reum, nisi etiam prodat, aut de eo testetur, aut sententiam exequatur: talis enim sententia iniusta, quamuis secundum istos authores in conscientia verè non obliget, in foro tamen exteriori ob rationes dictas merito timenda est.

De causis, quæ excusant ab excommunicatione. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Ignorantia omnis an ab excommunicatione excuset.*

2 *Ignorantia triplex est, crassa, affectata, & probabilis, seu*

possit, sed quæ manet, postquam homo debitam diligentiam adhibuerit, & qua homines sui status communiter post debitam diligentiam laborant, qualis est ignorantia eius, qui homines doctos, & timoratos consulens non rectè instruitur. Talis etiam fuit ignorantia in Iacob quando fuit ei supposita Lia pro Rachele; potuisset quidem Iacob illam lucerna adhibita cognoscere non esse suam, sed quia non consueuit fieri, dicitur non potuisse, vel saltem non debuisse cognoscere. Sic etiam inuincibilis dicitur ignorantia, qua parochianus aliquis ignorat ieiuniū certo die obseruandum, pro eo, qđ suus plebanus non pronunciauit die, & hora, qua pronunciari solet; quo tamen parochianus ille præsens fuit diligenter auscultans mandata; licet enim simpliciter ignorātia illa vinci potuit; quia tamen fecit, quod debuit, intrando Ecclesiam, audiendo sermonē, & auscultando diligenter, dicitur illi inuincibilis. Quæ omnia colligi possunt ex S. Thoma 1.2.q.6.art.8. Caiet. & Medina ibi, & 1.2.q.76. artic. 2.& 3.& illis in locis Caiet. & Medina, Summa Astens. 1. par. lib.2.tit.1.art.2. Gabr.2.dist.22.q.2.art.1. Nauar. in Manuali ca.23.nu.45.& 46. Couar. in cap. alma mater, 1. par.§ 10.num.17.de sent. excom. lib.6. Adrian. Quodlib. 4.art.1. Ludouic. Gomes. repet. in ca. vt animarum, num.54.de Constitut.lib.6.& alijs.

7 Secundum fundamentum sit, sententia excommunicationis, alia dicitur esse iudicis, seu hominis; alia canonis, iuris, seu statuti. Illa sententia dicitur esse iudicis, vel hominis, quæ fertur pro contumacia, vel offensa, non tamen intentione constitutionis generalis faciendæ, aut perpetuæ; sed vt alicui personæ particulari, vel personis, ad vitam earum, vel alicui negotio consulatur ad tempus. Illa verò dicitur ferri à iure, seu à canone, seu per modum statuti, cum ab eo, qui potest facere constitutionem, seu canonem generalem, vt Papa; vel particulariter vt Legatus in prouincia legationis suæ; vel Archiepiscopus, vel Episcopus in diœcesi; vel Concilium Prouinciale in prouinca sua, animo ius statuendi, statuitur aliquid in perpetuum, & generaliter in omnes subditos suos, & statutum illud roborat per sententiam excommunicationis in futuros transgressores illius statuti pro latam in hunc, vel similem modum: ***Excommunicamus omnes illos, qui de cetero tale quid commiserint.*** ex Summa Astensi, 2.par.lib.7.tit.8.artic.4.& 5. Maurian. Socin. in cap. per pendimus, num.49. de sent. excommun. vbi latius differentias inter excommunicationem latam à iure, vel ab homine prosequitur à numero 57. vsque ad num.74.

8 Tertium fundamentum sit, cum excommunicatio non nisi ob culpam mortalem incurratur, ignorantia, quæ à culpa mortali excusat, etiam ab excommunicatione excusabit; quæ vero à culpa non excusat, nec ab excommunicatione ob peccatem inflicta excusabit. Adrian. in 4. tracta. de clauibus, quæst.3.vers.& his aliter, & vers. fortasse obijcies. Alphonsus à Castro lib.3.de potest.leg.pœnalis, c.14.vers. prima propositio, Couar. in c. alma mater, par.§.10.nu.7.vers. in summa, de sent. excom. lib.6. Mart. Ledesm.2.4.q.24.art.6. Barthol. Medina in 1.2.q. 76.art.3. Henriquez lib.13. de excommu.c.23.a.2. Sotus 4.d.22.q.1.art.2.vers. quatius demum casus.

9 Quartum fundamentum sit, ignorantia alia est facti, alia iuris. Facti ignorantia est, qua ignoratur opus aliquod factum esse, vtpote, si ignoret quis nuptias inter personas istas esse contractas, aut sententiam excommunicationis in hanc personam esse latam, aut hunc cibum esse morticinum, aut hanc rem esse alienam, vel furto sublatam, aut patri meo donatam, aut hoc animal esse hominem, aut nesciat hunc hominem esse patrem suum, aut Iudæum, aut Saracenum, aut cognatum, aut affinem, aut esse aliam, quam coniugem. Iuris vero ignorantia est, qua ignoratur ius, constitutio, seu lex aliqua siue humana, siue diuina, veluti cum quispiam ignorat nuptias semel ritè contractas esse indissolubiles, aut commixtionem carnalem cum non sua vxore esse vetitam, & illicitam; aut illicitum esse accipere lucrum pro pecunia mutuata, aut nesciat connubia inter consanguineos, & affines esse illicita, siue interdicta, aut nesciat hæreticos, aut percutientes clericos esse ipso facto excommunicatos. Vnde ignorantia, qua nescio commixtionem cum hac persona, cum qua nō contraxit in facie Ecclesiæ, esse fornicationem, interdum est ignorantia facti; interdum verò ignorantia iuris. Nam si nouero hanc personam esse consanguineam, aut affinem in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis, sed nescio ius prohibere talium personarum matrimonia, tunc est ignorantia iuris: Si verò nouero ius hoc prohibere, sed nescio personam hāc mihi esse consanguineam, vel affinem, tunc est ignorantia facti. Pari modo, si nouero percutientem clericum ipso iure excommunicatum esse, sed nescio, an Petrus, quem percussi, sit clericus, erit ignorantia facti; si vero ignorem ius pœnam excommunicationis infligere ei, qui clericum temere percusserit, & tamen scio hunc, quem percussi clericum esse, tunc solum erit ignorantia iuris. Vtraque vero ignorantia tam facti, quam iuris, tam crassa, quam supina, vel inuincibilis, seu probabilis esse potest, vt communis Doctorum opinio docet. Quibus positis fundamentis, quid in hac re sentiam, sequentibus propositionibus exponam.

10 Prima propositio. Ignorātia crassa, vel affectata, sicut non excusat à culpa mortali, ita neque ab excommunicationis pœna pro culpa a iure, vel homine imposita excusat. Est communis in glo. c. Apostolicæ. in verbo, probabilis, & ibi Panorm. nu.3.& 4. de cler. excom. minist. & glo. in cap. si vero.2.in verbo, ignorauerit, de sen. excom. Adrian. in 4. tractat. de clauibus, q.3. vers. septima exceptio. & quodlib.4. non longe a fine, art.1. Ioan. Driedo, lib.2. de liber. Christiana. fol. 246. Mart. Ledesm.2.4.q. 24. artic.6. Sotus, 4.d.22.q.1.art.2. non longè a fine, & q. 28.q.1.art.2.vers. ex his primum. Cou. in c. alma mater. 1.par.§.10.nu.16. de sent. excommun. lib.6. Summa Angelica, in verbo, excommunicatio, 7. casu vlt. nu.3. versic. verum ignorantes, Syluest. verbo, ignorantia, nu.15. vers. & sic non ligatur ignorans. Tabiena, verbo, excom.4.§.2. & verbo, excommu.7. post vltimum casum, §.1. Nauar. in Manuali, ca.27.num.16. Henriquez lib.13.cap.23.§.1. Hugolin. de cens. Eccl. tab.1.cap.9.§.8.num.6.& colligitur ex c.2. de constit. in antiq. & c. vt animarum, tit.eo. lib.6. vbi id expresse habetur, & faciunt ea quæ tradit S. Thom. 1.2.quæst.76.art.3. Hinc

11 Infertur primo, quod qui Petrum Clericum percutit, quem ex ignorantia affectata, vel crassa ignorat esse Sacerdotem, non solum peccatum sacrilegij, sed etiam excommunicationem incurrit, secundum communem, in c. si vero.2.& ibi glo. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 10. nu.16. vers. illud sanè prætermittendum. de sent. excom. lib.6. Hugol. loco proximè citato.

12 Infertur secundo, Episcopum incidere in suspensionem latam in cap. eos qui, de temp. ordin. lib.6. si Clericum alienum sine proprij ordinarij licentia ordinauerit: quia Episcopus in hac re præsumitur scienter talem ordinasse, nec ignorantiā prætendere valet, quia ad Episcopū spectat hoc scire, arg. c. cum nullus, de temp. ordin. lib.6. & quem libet ordinandum scrutari tenetur, arg. c. qui Episcopus. dist.23.& c. quando Episcopus. dist.24.gl. in d.c. eos qui. in verbo, scienter, etenim ius, quod quis ex officio scire debet, à peccato non excusat, arg.§. imperitia, Instit. de l. Aquil.& l. qua actione. ff. ad l. Aquil. Angelica in verbo, excom.7. casu vlt. nu.3. vers.& sic cū talis ignorās, ibi, nisi sit persona. Nauar. in Man. c.25.nu.133. Hugol. vbi sup. Quæ doctrina omninò certa est, post Bullam Sixti V. quæ incipit: *Sanctum, & salutare*. editam anno 1588. Nonis Ianuarij. Pontific. eiusdem anno 4. vbi Pontifex, sic ordinantem alienum, minoribus, aut maioribus, siue id scienter, siue igno-

ne ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, à collatione quorumcunque ordinum, atque ideo ipsius non furit, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspendit, & ab ingressu ecclesiæ arcet.

13 Infertur tertio, quod si Episcopus statutum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ promulgauerit, ne parochi aliquos in ecclesia choreas ducere, aut matrimonia absque bannis contrahere patiantur, si parochus tantum temporis ibi commoratus sit, vt talia statuta cognoscere potuerit, contrafaciendo excommunicationem incurret, etiamsi statuta ignoret; cum ad parochos constitutiones Synodales scire pertineat, argum. capit. Apostolicæ. de cleric. excommunic. minist. Sotus quarto, distinctione 28. quæstio 1. articulo secundo, versic. ex his primum, Hugolin. de censur. ecclesiast. tabul. 1. capitulo 9. §. 8. num. 6. & facit quod tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 133.

14 Secunda propositio, Ignorantia inuincibilis, seu probabilis, facti, aut iuris, sicut à peccato, ita etiam ab excommunicatione incurrenda excusat. Exempli causa, si statutum sit, ne quis sub pœna excommunicationis arma nocte deferat, Petrus ignorans inuincibiliter illud statutum, & ignorans factum illud esse malum, aut prohibitum inuincibiliter, nec peccat contrafaciendo, nec excommunicationem incurrit; Sic etiam, si Episcopus sub pœna excommunicationis prohibet, ne Clericus gerat sericam; si Clericus canonem illum inuincibiliter ignorans sericam portet, excommunicatus non erit. Ratio est: quia ignorantia inuincibilis excusat à peccato mortali, & consequenter ab excommunicatione maiori, quæ non nisi ob peccatum mortale incurritur, & colligitur ex doctrina S. Thom. 1. 2. quæstio. 76. articulo tertio, & latius tradunt authores in prima propositione allati, nec vlla est in hac re apud authores difficultas, & in particulari id docent Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. art. 6. concl. 1. & 3. Castro lib. 2. de potest. leg. pœnalis, cap. 14. vers. prima propositio. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 18. num. 7. de sent. excom. lib. 6.

15 Tertia propositio. Ignorantia inuincibilis, seu probabilis circumstantiæ, vel qualitatis eius, quæ speciem peccati constituit, aut grauiorem reddit, sicut excusat à culpa, sic etiam excusat ab excōicatione pœna lata contra tale peccatum ratione talis circumstantiæ; sic Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. articulo sexto, conclus. 2. & Couar. in cap. alma mater. prima parte. §. 10. num. 13. versic. tertium. de sentent. excommunicat. libro 6. Barthol. Medina, 1. 2. quæst. 79. articulo tertio. Henriquez libro 13. capit. 23. §. primo, lit. P. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. capit. 9. §. octauo, nume. 7. & colligitur ex doctrina Sancti Thom. 1. 2. quæst. 7. articulo tertio, & Caietano ibidem. Ratio est: quia sicut ignorantia eius, à quo solo pendet tota malitia operis, excusat à tota peccati malitia; ita ignorantia illius circumstantiæ, & qualitatis, à qua malitia operis partim dependet, ab ea malitia & specie peccati excusabit, quæ ab illa circumstantia, & qualitate ignorata, deducta, & constituta fuerit: talis enim ignorantia actum ex parte illius circumstantiæ inuoluntarium facit, peccatum autem non est nisi quatenus voluntarium est. Qua igitur ex parte malitia actus ex causa ignorantiæ, & & ratione inuoluntarij cessat, ea quidem & excusabit ignorantia à culpa, & à pœna excommunicationis ob culpam imposita. Hinc

16 Infertur primo, quod si quis cum moniali aliqua coierit ignorans illam esse monialem, sciens tamen non esse propriam vxorem, non coitus cum ea, si sciret esse monialem, quamuis ob hanc ignorantiam inuincibilem non excusetur à peccato fornicationis, à peccato tamen sacrilegij excusatur; vnde si excommunicatio lata esset contra rem habentes cum moniali, talis excommunicatus non esset. Sic, licet qui matrimonium cum consanguinea, aut affine, aut moniali contrahit, in excommunicationem incidit, vt habetur clem. vnica, de consang. & affinit. qui tamen inuincibiliter ignorans eam aut consanguineam, aut affinem, aut monialem esse, cum ea contrahit, excommunicatus non erit.

17 Infertur secundo, quod qui percutit militem, aut magnatem ignorans inuincibiliter illum esse talem, puniri non debet pœna statuta contra percutientem militem, aut magnatem, sed tantum pœna percutientis priuatum, ex glo. in l. si quis ignorans. ff. locati, sicut qui vas sacrum furatur inuincibiliter ignorans esse sacrum, pœna tantum furti, non sacrilegij puniendus est; & proinde nec excommunicationem, si quæ in vasa sacra furantes lata esset, incurreret.

18 Infertur tertio, qui percutit Clericum inuincibiliter ignorans esse Clericum, tametsi sciat esse hominem, in excommunicationem latam contra percutientem Clericum non incidit; argumen. capit. si verò. 2. & ibi glos. de senten. excommunic. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. art. 6. conclu. 2. Ioan. Driedo lib. 2. de libert. Christ. fol. 253. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. nume. 13. de sentent. excommunic. lib. 6. Barthol. Medina. in 1. 2. quæstio. 76. articulo tertio. Henriquez lib. 13. capit. 23. §. 1. Hugol. de censur. eccles. tab. 1. capit. §. 8. numero octauo, quod procedit, etiamsi malo animo illum percusserit. Ratio est: quia pœna hæc infligitur solum percussoribus temerarijs Clericorum, non autem percussoribus hominum; hic autem verè, & formaliter non Clericum, sed hominem tantum percussit, cum solum hominem percutere voluerit; ignorantia igitur inuincibilis contingens in eo, cuius causa excommunicationis pœna iure indicta est, omninò ab ea pœna excusat, quippe quæ actum quoad illam qualitatem inuoluntarium effecerit; quamuis ab ordinaria pœna percutientis hominem non excuset, cum hoc illi voluntarium erat. Secus autem, si volens percutere Petrum Clericum, cui soli inimicus erat, sciens ipsum esse Clericum, & percusserit Ioannem Clericum, existimans Petrum esse, eo quod similis ei esset statura, habitu, voce; & incessu, tunc enim verè clerici percussor est, & excommunicationem incurrit, quia licet errauerit in hoc particulari indiuiduo, & ratione huius actus videatur inuoluntarius, quia tamen voluntarius erat in obiecto, & percussione Clerici, & excommunicatio lata est in clerici percussorem temerarium, & iniuriam illi inferentem, ignorantia hæc non excusat ab excommunicatione, sicut nec verè constituit percussorem clerici inuoluntarium.

19 Infertur quarto, quod ignorantia inuincibilis facti ob inaduertentiam circumstantiæ, & speciei, licet non excuset opus à peccato mortali, excusat tamen ab excommunicatione: vnde volens percutere Petrum laicum, & errans in persona, percutit Ioannem Clericum, existimans esse Petrum laicum, (eo quod absque habitu Clericali, & tonsura incedens, apparebat esse laicus) in excommunicationem non incidit, sicut nec ille, qui percusserit Titium Clericum, cui inimicus erat ignorans illum esse Clericum, vt colligitur ex capitulo si verò. 2. de sentent. excommunic. & expressè docent Tancredus, Innocent. Ioann. Andr. Anton. Panormit. ibi, numero septimo, Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. nume. 15. de sentent. excommunicat. libro sexto, Ioan. Driedo libro 2. de libert. Christian. fol. 253. Henriquez libro 13. capit. 23. §. 1. litera H. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. articulo sexto. conclus. 2. Quicquid glo. in d. capit. si vero, 2. in verbo, ignorauerit, Alanum secuta, & ibi Hostiensis, & Syluester, in verbo, excommunic. 6. nota b. 4. talem excommunicatum falso esse dicant. Siquidem excommunicatio fertur pro sola sacrilega percussione, à qua excusatur qui percutit Clericum inuincibiliter ignorans esse Clericum. Et certè, si error in sola qualitate sufficit ad vitandū excommunicationem, vt in secundo casu contingit, quan-

do

do scilicet quis percussit Titium Clericum ignorans illũ esse Clericum, vt in d. cap. si vero, a. Alexander Papa III. definit; multo magis quando concurrit error in qualitate cũ errore in persona, vt in primo casu accidit, quando quis credebat percutere Petrũ laicum, & percussit Ioan. Clericum. Nec obstat l. eum qui, §. si iniuria, ff. de iniur. allegata a glossa, quia iniuria benè est illata isti, sed ad excommunicationem incurrendam requiritur animus percutiendi Clericum, vt verba canonis: *Si quis suadente diabolo*, declarant. ex quo enim inuincibiliter ignorabat eum esse Clericum, cessat dispositio illius Canonis, vt optimè Panor. in d. c. si vero, de sent. excom. testatur.

20 Infertur quinto, percutiens Clericum, etiamsi ignorantia probabili crediderit esse laicum, excommunicationem incurrit, quoties is eum animum habuit, vt nihilominus percuteret illum, si sciret illum Clericum esse. Ratio est: quia hæc ignorantia in hoc casu non est causa actus inuoluntarij, ideoque à pœna canonis non excusat. Secus autem dicendum est de eo, qui habuit voluntatem percutiendi Clericum, & percussit laicum: nam iste excommunicatus non est, ex gl. in d. cap. si vero, in verbo, ignorauerit, & ibi Panormit. nu. 7. de sentent. excom. qui citat Feder. cõs. 13. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 13. nu. 15. de sent. excom. lib. 6. Ratio est: quia non sufficit mala voluntas ad excõicationem, sed requiritur actus externus. Certũ igitur sit, quod in hac tertia propositione diximus, vbicunque est ignorantia inuincibilis, & iusta, ea excusat ab excom. & hoc, etiamsi quis operam det rei illicitæ. Eadem. n. ratio est, siue det operam rei licitæ, siue illicitę. Nã semper ignorantia inuincibilis, & iusta excusat omnino a peccato illo inuoluntario, quod oritur ex ignorantia. Hic enim est proprius effectus ignorantiæ iustæ, & inuincibilis, vt sicut ratione inuoluntarij excusat a peccato, ita etiá ab excommunicatione ob peccatum illud imposita; Qui effectus æquè procedit in eo, qui dat operam rei illicitæ, ac. n eo, qui dat operam rei licitæ. Quæ omnia, & alia multa his similia colliguntur ex doctrina S. Thomæ. 1. 2. q. 76. art. 1. 2. & 3. Ioan. Driedonis lib. 2. de libert. Christiana non longe a fine. fol. 248. & seq. Adrian. quodlib. 4. Castro, lib. 3. de leg. pęnali, c. 14. Caiet. in 1. 2. q. 76. art. 3. Couar. in ca. alma mater, 1. p. §. 10. de sent. excom. lib. 6. Mart. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. & alijs citatis.

21 Quarta propositio. Ignorãtia inuincibilis canonis, aut statuti, aut mandati pęnam excommunicationis inferentis pro actu alioqui iure diuino minimè damnato, sed solum iure positiuo a peccato, & a pęna excommunicationis excusat, & hoc siue sint canones, & statuta Episcopi, siue Papæ: non enim est in his differentia inter statuta, aut mandata Papæ, aut Episcoporum; nisi, quod non ita facilè iusta, rationabilis, & inuincibilis ignorantia contingit, nec præsumitur circa Romanorum Pontificũ canones, & mandata, sicut in Episcoporum statutis, & mandatis. Et tamen, si detur ignorantia inuincibilis, & iusta canonum, & legum iuris communis, ea excusabat a culpa, & a pęna secundum omnes; ignorantia vero crassa, aut affectata nec a culpa, nec a pęna excommun. pro culpa indicta delinquentem excusat. ita Bart. in l. cunctos populos, nu. 21. C. de Summa Trin. glos. in c. a nobis. 1. in verbo, non nisi subditi, ibi [Dicas, quod bene sunt] Panormit. ibi, nu. 9. de sent. excommu. Ange. verbo, excommu. 7. casu vlt. nu. 3. Syluest. verbo, excomm. 10. nu. 4. ver. tertio. Tab. verb. excomm. 4. §. secundo, & verbo, excom. 7. post vltimum casum. §. 1. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 23. in fi. Adria. in 4. trac. de clauibus, q. 3. vers. sed magis dubium. & Ioan. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fol. 248. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 2. vers. quartus demum casus. Alphons. a Castro lib. 2. de leg. pęnali, c. 14. Nauar. in Manu. c. 27. nu. 16. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 10. nu. 12. vers. secundo principaliter. de sent. excom. lib. 6. Heriquez. lib. 13. de exc. c. 23. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. nu. 9. Ratio est: quia cum talis ignorantia inuincibilis excusat a peccato, etiã ab excõmunicatione, quæ non nisi ob peccatum mortale incurritur, cap. nemo, 11. quæst. 3. excusabit. Sententia enim aut lex ignorantes inuincibiliter non ligat, arg. cap. 2. de constit. lib. 6. & facit cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & glos. in c. a nobis 1. in verbo, non nisi subditi, & ibi Panormit. nu. 9. citantes ad hoc, ca. quod dictus, distinct. 16. & c. proposuisti, dist. 82.

22 Hinc infertur, quod si Episcopus aut mandato, aut statuto suo Synodali excommunicet choreas ducentes diebus festis, ignorans inuincibiliter tale mandatum contrafaciendo non erit excommunicatus. Eodem modo, si excommunicationis pęnam infligit contra Clericos habitum, & tonsuram non deferentes, aut sub pœna excommunicationis prohibeat, ne Clerici gerant sericum, aut parochis sub excommunicationis pœna præcipiat, ne sine bannis præcedentibus aliquos matrimonio coniungant, contrafacientes, si probabiliter huiusmodi statuta, seu mandata Episcopi ignorauerint, in excommunicationis pęnam non incidant; Ratio est: quia res ex se mala non est, nec contrafaciendo mortaliter peccant, vt constat, cum inuincibiliter talia præcepta Episcopi ignorent, vt supponimus, secus autem, si ignorantia crassa, supina, vel affectata fuerit.

23 Sic etiam cum sola lege humana prohibitum sit accipere in vxorem eam, quæ aliquem attingit quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradu, vt habetur in Concil. Lateranensi sub Innocentio III. c. 50. & refertur in capitu. non debet. de consanguin. & affinit. si quis contrahat cum aliqua, quæ illi quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis coniuncta est, inuincibiliter ignorans ius canonicũ, seu Pontificium tales nuptias prohibere, excommunicationẽ clem. vnicę, de consang. & affin. non incurrit Io. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fo. 254. Nauar. in Manu. c. 22. nu. 43. vers. sequitur secundo, & ca. 27. nu. 141. vers. quadragesima. qui alios citat, affirmans etiam secum Imola, & Bonifac. super eadem, ita in sacro Pęnitentiariæ Prætorio respondisse. Qui docent id procedere non solum in probabili ignorantia facti, quando scilicet ignorant se esse consanguineos, & affines, sed etiam quando ignorant ius, ignorantes. s. nuptias tales iure vetitas esse. Quicquid gl. in d. clem. vnica, in verbo, scienter, & Summa Astensis 2. p. lib. 7. ti. 2. casu 81. S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 34. & Tabiena in verbo, excom. 5. casu 49. §. secundo, id solum verum esse putent in ignorantia probabili facti, omnes autẽ docent ignorantiam affectatam, seu crassam, vel supinam facti, aut iuris non excusare, tunc enim, sicut mortaliter peccat sic contrahendo, ita pro peccato illo mortali excommunicationi inuoluitur, etiam ignoranter. Et quod de his quibus diximus, de alijs similibus iudicandum est.

24 Quinta propositio. Ignorans inuincibiliter statuta, & canones ordinariorum, seu inferiorum Romano Pontifice, quibus sub pęna excommunicationis latæ sententiæ aliquid iure diuino, naturali, aut humano communi damnatum prohibetur, si contrafecerit, excommunicationis vinculo non innodatur. Est communis Ioan. And. in c. 2. in verbo, ignorans, & ibi Gemin. eod. nu. 25. versi. glos. in verb. ignorantes, de constit. lib. 6. Francis. Zabar. in repet. eiusdem cap. 9. Panor. in c. a nobis, 1. numero 9. de sent. excom. ait hanc sententiam esse æquiorem, & ibi Felin. num. 5. Adria. in 4. tract. de clauibus. q. 3. versic. ex his alter Ioann. Driedo lib. 2. de liber. Christia. fol. 246. Syluest. in verbo, ignorantia, num. 15. vers. secundum, & in verbo excom. 2. num. 6. versi. mihi videtur dicendum. Summa Angelica verb. excom. 7. casu vlt. nu. 3. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 33. Tabiena, verbo. excom. 4. §. secundo, & verbo, excomm. 7. post vltimum casum. §. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 24. art. 6. conclus. 4. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 2. versi. quartus demum casus, proposi. 3. Castro libro 2. de lege pęnali, cap. 14. Francis. a Victoria, in Sum. Sacrament. num. 8. versic. quarta, vbi ait esse communem DD.

Barth. Medin. 1.2.q.76.art.3. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 56. & nu. 274. vers. vers. decimo tertio. Ioã. Crotus in c. vt aoimarum, de constit. lib. 6. Ioan. Maior. 4. distin. 18. q. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 23. §. 2. Hugolin. de censl. ecclesiast. tab. 1. cap. 9. §. 8. nu. 10. qui alios pro hac opinione refert, & certè est cõis opinio omnium quos vidi, præterquam glossæ, in c. a nobis. t. in verbo, non nisi subditi, de senten. & excom. Couar. in c. alma mater, 2. par. §. 10. nu. 11. vers. hinc denique. de sent. excom. lib. 6.

25 Secus autem, si ignorantia super huiuscemodi ordinariorum statutis pœnam excommunicationis inferentibus fuerit crassa, & supina, veluti, si huiuscemodi statuta ordinariorum sint talia, quæ quotidie in ecclesijs per presbyteros parochianos publicantur, & euulgantur, quæ & ipse, si fecisset, quæ illius parochiæ homines communiter facere consueuerũt, adeundo templum, & conciones, ignorare non potuit; nam talis ignorans facientem opus lege diuina, aut naturali, aut iure humano communi alioquin damnatum, ab excommunicatione, etiam per solum statutum ordinarij inflicta, non excusat. Quæ doctrina ex c. vt animarum, de const. lib. 7. colligitur, vbi sic habetur; *Vt, animarũ periculis obuietur, sententijs per statuta quorumcumque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina.* Hæc Bonifacius Papa VIII. Ex quibus constat canonis conditorem simpliciter decet nere ignorantes non ligari statutis ordinariorum, nisi ignorantia fuerit crassa, aut supina. Sermo autem simpliciter prolatus vniuersaliter intelligendus est, siue ergo fuerit de re diuino iure, aut naturali, aut communi damnata, ignorantes non ligabit. Et certè cum constitutio hæc edita fuerit, vt animarum periculis obuiaretur, vt ex verbis ipsius canonis constat, nisi Pontifex voluisset, vt ignorantes statutum, quo aliquid iure diuino damnatur, eius pœnam non incurreret, nullo modo animarum periculis obuiaret, sed superflua omnino constitutio illa esset; cum nulli vnquam dubium erat, aut esse poterat, quod dans operam rei licitæ, & ignoraos legem prohibentem sub excommunicationis pœna rem alioquin licitam, aut indifferentem aliqua ex causa, excommunicationem incurreret, si opus illud alioquin in se licitum, aut indifferens faceret, cum excommunicatio, non nisi ob mortale peccatum incurratur, capitulo nemo, 11. quæst. 3. peccatum autem non est, nisi sit voluntarium; voluntariè autem legem non transgreditur, & consequenter non peccat contra legem aliquam qui inuincibiliter Iatam esse ignorat.

26 Hinc infertur, si Episcopus statuto suo Synodali excommunicat omnes concubinarios, & adulteros manifestos, aut omnes, qui affinem, seu cognatã vxoris propriæ carnaliter cognouerint, aut qui incestuose peccauerint, in his casibus quauis pecet quispiã grauissimè, & mortaliter, non tamen excommunicationem incurrit, si statuta Episcopi pro huiusmodi peccatis excommunicationis censuram fulminantis inuincibiliter, seu probabiliter ignorauerit; secus si ignorantia illius crassa, & supina fuerit. Sic etiam si Prælatus religiosorum excommunicationis sententiam ferat in aliquid admissum etiam iure diuino damnatum, si quis ignorans inuincibiliter, aut probabiliter illam sententiam in prædictum factum incidat, non erit excommunicatus. Ille autem dicitur probabiliter ignorare, qui ignorat tale præceptum, nec tenetur inquirere, aut diuinare; & maximè, si aliàs paratus sit bona fide parere prælatis suis; ignorantia enim, quæ causat in voluntarium, ignorantem excusat, vt tradunt S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. & q. 76. art. 3. & Caiet. & Batt. Medina ibi, Ioan. Bachon. 4. dist. 18. q. 3. art. 4. Martin. Ledes. 2. 4. q. 24. art. 6. concl. 4. & alij omnes.

27 Difficultas maior est de sententia lata a Papa, an scilicet, si Pontifex pœnam excommunicationis infligat pro peccato iure diuino damnato, inuincibiliter legem ignorans excommunicationem incurrat, si delictum illud committerit. Intelligitur autem quæstio hæc non ignorantia, quæ contingit in hoc, an ille actus reprobus, & illicitus sit, tunc enim ex communi omnium sententia inuincibilis ignorantia, sicut à peccato, ita etiam ab excõicatione, pro peccato imposita excusat; sed de ignorantia pœnæ à lege inflictæ: quando scilicet criminis auctor actum prohibitũ iure diuino esse nouit, pœnam tamen excommunicationis pro tali delicto iure Pontificio impositam esse inuincibiliter ignorat. In qua re dissentiunt authores.

28 Aliqui enim vt glo. in cap. a nobis. t. in verbo, non nisi subditi, de senten. excom. Bar. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trin. & fide Cath. dicunt non excusari ab excom. Ex quo. n. committit factum damnatum iure diuino, est in culpa, ait gl. & potuit quærere de hoc; & quia talia est in dolo, faciendo rem, quam scit sibi esse prohibitam, vt ait Bar. pro quib. facit l. nec exẽplũ, C. ad leg. Cor. de fals. Eãdẽ sententiã sequitur Sot. 4. d. 6. q. 8. dicens: qñ super aliquo, quod est ex iure diuino illicitum, additur pœna canonica, vt illud amplius euitetur, nõ est necessariũ ad hoc vt incurratur illa pœna aliqua scientia iuris canonici; sed sufficit, quod teneatur scire præceptum; sed si illud transgrediatur, incurrit pœnã canonicã, etiam si nesciat à iure canonico pœnã esse inflictã. Hoc. n. modo (inquit) percutiens clericũ, si faciat contra præceptũ diuinũ de charitate fraterna; etsi nesciret excõicat. latam à canone super tali facto, tñ incurret eam. Et occidens hominẽ, licet nesciret eeca nonem punientẽ homicidã pœna irregularitatis, tñ irregularis esset, quia in istis dat operam rei illicitæ, de qua scire debet, quod sit illicita, & si nesciat, nullo modo debet illam exequi, quousq; consulat peritos, per quos possit scire illam esse illicitam. Hæc Sotus. Eandem sequitur S. Anton. 3. par. tit. 23. ca. 75. propè finẽ. & latius eã defendunt Gabr. 4. d. 6. q. 2. art. 3. dub. 1. Ioan. Driedo, li. 2. de libert. Christiana, fol. 546. Adrian. in 4. tractat. de clauibus, q. 5. vers. sed magis dubium, & vers. ex his aliter, Couar. in ca. alma mater, t. p. §. 10. nu. 11. vers. secundo principaliter. de senten. excommu. lib. 6. Franc. a Victoria, in Summa Sacram. de excommu. nu. 8. & Hug. de censl. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. num. 10. propè fin. & Io. Maior. 4. d. 18. quæst. 2. ad 4. qui hanc opinionem confirmant ex cap. vt animarum, de const. lib. 6. vbi Pontifex vult, *Statuta ordinariorum non obligare ignorantes.* ergo secus in generalibus statutis canonum vel legum a Papa latis, quæ ab omnibus sciri debent, & custodiri. ca. t. de constit. vt notat gl. in d. c. vt animarum, in verbo, statuta. Vnde Io. Driedo, & Adrian. existimant d. c. vt animarum esse noui iuris inductiuum, adeo vt ante eius editionem, sententijs per statuta ordinariorum prolatis ligarentur transgressores, etiam ignorantes probabiliter statuta ordinariorum excommunicationem inferentia, & per consequens, cum Papa solum excipiat statuta ordinariorum, nihil actum est quoad statuta iuris communis, vel constitutiones Pontificias.

29 Deinde, ignorantia iuris infligentis excommunicationem pro manuum iniectione in clericum, non releuat ab irregularitate, si quis memor facti, & iuris ignarus, ordines in eo statu susceperit, c. cum illorum, de sent. excom. ergo ignarus iuris contrahit in facto manuum iniectionis maiorem excommunicationem, & vlterius irregularitatem. Exempli gratia, si Petrus percussit clericum, & ignorat canonem inferentem propter hoc excommunicationẽ, & ita ignorat se excommunicatum, si postea suscipiat sacros ordines, erit irregularis: ergo excommunicatus, alioquin enim non esset irregularis, at vero irregularem esse habetur in d. c. cum illorum.

30 Preterea, vt ait Couar. vbi sup. §. 10. num. 9. quãuis quis ignoret pœnam ciuilem, nempe, quod fur, aut homicida suspendendus sit, si tamen furtum, aut homicidium committat, pœnam legis non euadet, cum satis sit, quod sciat, vel scire debeat actum, quem committit, malum, & iure diuino, vel communi damnatum esse. Ergo pari ratione, licet quis ignoret pœnam excommunicationis a lege

ge inflictam pro actu iure diuino damnato, delictum committens, excommunicationis pœnam non euadit. Denique Hugolin. eam probat exc. 1 & vlt. de senten. excommun. vbi habetur, impuberes in canonem, & excommunicationem capit. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4 incidere; quandoquidem de ipsis absoluendis ab ea excommunicatione ibi agitur. At vero ætas illa, quicquid videt, ignorat, vt dixit Imper. l. 1. §. impuberes, & ibi not. Bar. & alij, C. de fals. monet. & proinde ignorantia huius iuris excusat. Quæ omnia satis probabiliter ab authoribus prædictis affirmantur. quia tamen aliorum opinio æquior mihi videtur, & pœnæ potius restringendæ sint, quam ampliandæ, sit

31 Sexta propositio. Ignorans inuincibiliter canonem Papæ excommunicationis pœnam imponentem pro delicto, lege alioquin Diuina damnato, quamuis sciat factum alias esse illicitum, malum, & damnum, excommunicationem non incurret, si delictum illud commiserit. Ita Ioan. Andr. in capit. vt animarum, & Domin. de sancto Geminiano ibidem, de constitut. lib. 6. & Domin. Anton. licet priorem opinionem sequatur quoad alias pœnas, tamen quoad excommunicationem, hanc sententiam nostram defendit, vt refert eum sequutus Panormitanus in cap. a nobis. 1. num. 9. de sent. excom. vbi ait hanc opinionem esse æquiorem, & Innoc. in c. nouerit. de sent. excom. ait, faciens Statutum contra Ecclesiasticam libertatem ignorans esse contra Ecclesiasticam libertatem non ligatur sententia excommunicationis. Fel. in cap. cognoscentes, de constitut. allegat multa ad vtrimque partem, & tandem ad hanc declinat. Et expresse Angelica in verbo, excommunicatio 7. casu vlt. nu. 3. Syluester in verb. ignorantia, nu. 16. & in verb. excommunicatio, 2. notab. 3. & in verbo, excom. vlt. q. 3. Tabiena, verbo, excom. 4. §. secundo, & verbo, excom. 7. post vltimum casum. §. primo. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 6. post Concl. 4. Sotus 4. d. 3. art. 9. ante fin. & 4. d. 22. q. 1. art. 2. ante finem. Nauar. in Man. c. 27. nu. 16. & nu. 274. Henriquez lib. 3. de excom. c. 23. §. 2. & lib. 4. c. 4. §. 3. in annot. litera, X. & hanc etiam meo iudicio tenet S. Thom. in quolibet. art. 19. vbi ait. *Quod qui ignorat inuincibiliter, & agit contra constitutionem Papæ, non peccat.* Ratio est: quia ad excommunicationem requiritur contumacia, & inobedientia contra Ecclesiæ præceptum, secundum illud Matt. 18. *Si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus.* ignorans autem legem ecclesiæ non contumax, nec inobediens ecclesiæ dici potest, cum sit paratus obedire ecclesiæ, si leges ipsius sciret. Etenim, cum ecclesia pia mater sit, non videtur, quod velit laqueos injicere animabus, quod tamen faceret, si ignorantia iusta, & inuincibilis non excuset à pœnis canonicis, cum multæ sint excommunicationes in iure; sic enim oporteret quod omnes scirent ius Pontificium, quod fieri non potest. Vnde Nauar. vbi supra, cap. 27. num. 274. cum alijs plurimis eruditis Curiæ, (vt loquitur) existimat multas extrauagantes cum censuris grauissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia nunquam transijt Pyrenæum, nec Alpes, non excommunicasse fideles eas penitus ignorantes: vnde subdit, quod percutiens Clericum aut patrem, aut dominum, & interpellans Monialem, vel virginem, ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id, non fecisset, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis additas, arg. c. si vero. 2. & ibi Innoc. & DD. de sentent. excom. & l. si quis ignorans, ff. de locat.

32 Deinde quantitas pœnæ debet proportionari quantitati culpæ. c. Felicis, de pœnis, lib. 6. sed talis peccans licet offendat Deum, contra cuius legem scit se facere, eique rebellis, & inobediens sit; non tamen conditorem canonis offendit, aut ei rebellis est, cum ipsum canonem ignoret, & sit sine omni culpa respectu illius. Solum igitur puniri debet pœna legis diuinæ, quam præuaricatur, non autem pœna excommunicationis, quæ non ligat nisi ratione contumaciæ, & contemptus regulariter, arg. cap. sacro, tit. de sent. excom. &c. nemo Episcoporum, 11. q. 3. cum similibus; qui contemptus non est in casu nostro, respectu canonis, & consequenter nec incurritur pœna excommunicationis, quæ pro contemptu infligitur. Et denique, sicut in cap. vt animarum, de constitut. lib. 6. statuit Pontifex, ne statuta ordinariorum ignorantes liget, etiamsi pro delicto iure diuino damnato imponantur, vt ea ratione animarum periculis obuietur; pari ratione, nec incurri debet excommunicatio iure Pontificio pro culpa lege diuina damnata, vt sic etiam animarum periculis obuietur; vbi enim par ratio est, ibi par ius esse debet, arg. l. illud, ff. ad legem Aquil. et cap. 1. de translat. prælat. Nauar. tom. 1. consi. conf. 1. nu. 10. de deposito, li. 3. immo, maius periculum esset in pœnis Pontificijs, quam in illis, quæ ab ordinarijs imponuntur, cum plerunque difficilius sit statuta Pontificia, quam ordinariorum constitutiones cognoscere. Hæc igitur opinio mihi æquior, veriorque semper visa fuit, maximè, cum pœnæ potius restringendæ sint, quam ampliandæ, argum. reg. odia, & reg. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. Et quamuis vtraque opinio probabilitatem haberet, hęc nostra tamen (vt rectè ait Sotus vbi suprà, 4. d. 22. q. 1. artic. 2. prope finem, vers. tertio demum arguitur) eligibilior est, ne absque vrgenti ratione asseramus tam grauibus, & tam crebris excommunicationibus Pontificijs inuolui ignorantes, vnde maximum animarum periculum sequeretur: nimis enim durum est affirmare obligari Indos, aut alios longe remotos à Curia Romana, constitutionibus à Romano Pontifice editis pro peccato alias iure diuino damnato, addita excommunicationis pœna, priusquam aliqua dictarum constitutionum notitia ad eorum aures peruenirer, de quibus nec ipsi probabiliter inquirere tenentur; sic enim homines dubij semper essent, an pro delicto aliquo à se commisso excommunicationis pœnam, constitutione aliqua Pontificia de nouo edita, incurrissent, id quod graue nimis, & intolerabile esset.

33 Nec obstat, quod sæpe in excommunicationibus dicitur, quod sufficiat affixio in valuis S. Petri Romæ; quia vt rectè docet Angelica, vbi supra, id debet intelligi, quo ad præsumptionem fori contentiosi, vel quoad illos, qui sunt in culpa, vt non possint publicari in eorum terris: aliter sequeretur, quod quilibet teneretur habere procuratorem in Curia; vel studere iuri Canonico; aut inquirere quotidiè, quænam constitutiones Pontificiæ in dies emanent, quod nimis durum, & absurdum esset affirmare.

34 Ex quibus constat, quid ad rationes in contrarium allatas respondendum sit. Ad illud enim cap. vt animarum, de constitu. lib. 6. respondetur, quod cum eadem ratio sit, tam in constitutionibus Pontificijs, quam in statutis ordinariorum excõicationem pro peccato alias iure diuino damnato imponentibus, idem ius consequenter statui debet; & ita ignorantia inuincibilis in vtrisque excusabit, crassa vero, & supina in neutro excusat: falsum enim omnino est, quod Adrianus, & Driedo dicent, Papam ibi ius aliquod nouum tulisse: sed solum iuris communis declaratio fuit, contra quod iudices ordinarij credere possēt ignorantiam inuincibilem suorum statutorũ nõ excusare, vt erudite Sotus vbi supra animaduertit. Ad ca. cũ illorũ,

35 de sent. excõ. respondetur, canonẽ illũ intelligi de ignorantia crassa, & culpabili, non autem de inuincibili, cum enim canon ille de clerici percussione, sit omnibus notissimus, vt ibi supponit Innocentius Papa III. ideo percussor ille præsumitur canonem illum scire, & consequenter excõicationẽ incurrisse: est enim lata culpa, vt ait Angelica, verbo, excom. 7. casu vlt. nu. 3. ignorare canonem illum solennissimum, Si quis suadente diabolo. 17. q. 4. quem omnes sciunt. Præterquam, quod Pontifex ibi indiscriminatim loquitur de ignorantia facti, & iuris, vt notat Sotus vbi supra, 4. d. 22. quæst. 1. artic. 2. non longe a fine, & colligitur ex fine d. cap. cum illorum, ibi, *Circa reliquos verò fa-*

Et memoriam, vel iuris peritiam non habentes, constat autem secundum omnes, ignorantiam inuincibilem facti, excusare ab excõicatione. Cum ergo censet illos excõmunicatos, manifestum est loqui Pontificẽ ibi de ignorãtia crassa, & vincibili, nihil ergo mirum est, quod tales vtpotè excõmunicati, & ordines in eo statu suscipiẽtes, fuerint irregulares habiti, cũ ignorantia eorũ culpabilis fuerit; quamuis.n. absens, & ignorans excõicari possit, & ita probabiliter ignorans se excommunicatum esse, si aliquid contra excommunicationem faciat, v.g. celebret, aut ordines suscipiat, nec peccet, cum ignorantia excusetur, & consequenter nec irregularitatem incurrat, quæ imponitur ob delictum, arg. c. is, qui, de sent. excom. lib. 6. (ius. n. pro delinquente eum non habet, qui fecit id, quod delictum esse probabiliter ignorauit, cum ad peccatũ requiritur, vt sit voluntarium) si tamen quis crassa laborans ignorantia, aliquid contra excommunicationem agat, hic vtiq; & peccatum committit, & irregularitatem incurrit: potest.n. irregularitatis pœna incurri, vt notat Martin. Ledes. 2. q. 24. art. 6. conclu. 4. etiamsi canon inuincibiliter ignoretur; non sic
36 excõicatio; quia ad excõicationem requiritur contumacia, quæ ad pœnam irregularitatis non requiritur. Quod vero ignorãs probabiliter, seu inuincibiliter se excõmunicatũ, excusetur, quo minus peccet, aut irregularis sit, contra excõicationem faciat, colligitur ex ca. Apostolicæ, de cler. excom. ministran. vbi dicitur: *Quod suspensionis probabiliter ignarus, celebrans, excusetur*, & pari ratione, probabiliter inscius excommunicationis, celebrans, excusabitur à peccato, tum ab irregularitate ob peccatum indicta. id quod expresse docent Glo. in d. cap. Apostolicę, in verbo, probabilis, & Henric. Bohic, ibidẽ, nu. 1. Panor. in ca. pastoralis, §. verum, nu. 15. de appel. Dominicus in ca. solet, de sent. excom. lib. 6. Nauar. to. 2. consf. consi. 3. nu. 3. & 4. de sent. excom. lib. 5. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 6. no. 9. & §. 7. n. 2. de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de cẽs. Eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. nu. 5. qui etiam id verũ esse dicit, vbi quis scit excõmunicatum esse, sed dum aliquid contra excõicationem facit, probabiliter eius nõ recordatur, & ita patet, quid ad argumenta Adriani responderi possit.

37 Ad rationem verò Cou. §. 6. n. 9. responderi potest: quod quamuis ignorantia probabilis pœnę a lege ciuili impositæ pro delicto ex se malo, & illicito non excuset à pœna legis ordinaria, & mediocri proportionata delicto, eo qđ delinquendo consentire videtur in pœnam ordinariam, quæ imponitur pro huiusmodi delicto, l. Imperatores, ff. de iure fisci, in verbo, te huic pœnæ subdidisti, Barto. in l. ex hoc iure, in vlt. col. ff. de iust. & iure. Innoc. in cap. in nostra, de rescript. Card. in Clem. Pastoralis, de sen. & re iudi. cũ sciat, aut scire debeat omni peccato pœnam impositã esse, secus tamen in pœnis exorbitantib. de nouo a lege impositis pro delictis iure cõi prius damnatis, vt latius probat Io. Crotus in repet. c. vt animarũ, nu. 27. de const. lib. 6. Ita licet ignorantia cõiter nequeat esse iusta circa legem naturalẽ, vel diuinam, quoad eius dispositiones, & consequenter peccans mereatur pœnam ordinariam pro talib. delictis indictam: quia tamen potest esse ignorantia iusta, quoad pœnam humanitus impositam, excusabitur quis per ignorantiam iuris ab omni pœna extraordinaria & exorbitante, & præsertim ab excõicatione per statutũ, & legem generalẽ Papę lata, etiam pro facto de se illicito, quod scit esse illicitum, sed ignorat illã pœnã extraordinariã, & exorbitantẽ esse impositam: quia etsi sciat, vel scire debeat id, quod facit, esse malũ, & puniendum iuxta naturam delicti, & proinde cõsentire vr̃ in pœnã ordinariã a lege impositã pro delicto, nescit tamen, nec scire debet, tantam pœnam, quãta est excõicatio, qua nulla maior est in ecclesia Dei, c. corripiantur, 24. q. 3. pro illo delicto impositã esse, quã si sciret, delictum nõ cõmisisset, vt latius tradunt Io. Crotus in rep. d. c. vt animarum. Nauar. in Man. c. 27. nu. 274. verbo decimotertio; citans ad hoc ca. si vero, 2. de senten. excomm. & l. si quis ignorans, ff. locati. & idem to. 2. consf. cons. 47. nu. 2. & consi. 48. nu. 1. consi. 50. nu. 4. & cons. 51. nu. 1. & cons. 52. num. 4. & cons. 54. nu. 4. & 5. de sentẽ. excomm. lib. 6. Est enim hæc differentia inter excommunicationem, & alias pœnas, vt Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 3. propè finem. Mart. Ledes. 2. 4. q. 24. art. 6. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 9. §. 8. n. 10. & Ioan. Crotus in rep. d. c. vt animarum. num. 30. testantur, quod excõicatio neminem nisi inobedientem, & contumacem, ac præuia monitione liget, vt colligitur ex c. nemo. 11. q. 3. & Matth. 18. Si ecclesiam non audierit &c. inobediens autem contumax, aut contemnens non est respectu ecclesiæ, qui probabiliter ecclesiæ statutum ignorat; reliquæ vero pœnæ naturam ipsius delicti sequuntur, cui per legem decretæ sunt, etsi lex illa pœnalis ignoretur, cum lex ipsa naturalis dictet delicta mediocriter punienda esse, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. quam nemo ignorare potest.

38 Quæ vero ab Hugolino ex c. 1. & fi. de sent. excõ. afferuntur, vel intelligenda sunt de impubere adhuc doli non capace, talis enim ætas, quidquid videt, ignorat, l. 1. §. impuberes. C. de fals. monet. & proinde nec excommunicationem cap. si quis suadẽte diabolo. 17. q. 4. incurrit, vel si de impubere doli capace intelligantur, nihil mirum, si excommunicationem illius capit. incurrisse dicatur, cum nec in illo prædicti canonis ignorantia inuincibilis vix esse poterit, & maximè in illis clericis, & alijs, de quibus ibi agitur.

39 Hinc deniq; constat, qua rõne fiat, vt absens, & ignorans excõicari possit, vt initio huius capitis diximus, & tradũt gl. in c. Apostolicæ. in verbo. probabilis, & ibi Panor. nu. 5. & Mat. Soc. sen. nu. 6. de cler. excom. minist. et Nau. to. 2. cõs. cõs. 2. n. 3. de sent. excom. lib. 6. Cou. in c. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 7. de sen. excom. lib. 6. & habetur tex. in c. cum sit Romana, §. vlt. & ibi gl. vlt. de apellat. id .n. intelligitur de excõicatione ab homine lata, sed præmissa monitione canonica, iuxta constitutionem c. sacro. de sen. excõ. Si. n. Episcopus aliquẽ admonuit, & noluit resipiscere, potest eo ipso ille qui non corrigit vitam, excommunicari, etiam ignorans illam sententiam; sed hoc est, quia prius monitus noluit obedire ecclesiæ; non tamen potest Episcopus aliquem excõicare absentem ob aliquod furtũ, aut aliud delictum, si prius illum non admonuit, cum talis nulla rõne contemptor ecclesiæ dici possit; & pari rõne, in sententia lata a iure, requiritur contẽptus ecclesiæ, qui in ignorãte inuincibiliter eius statutũ, esse nõ potest. Vnde Martin. Ledes. in 2. 4. quęst. 24. art. 6. in fine ex Syluestro, vbi supra, docet, quod quando ecclesia a principio processit cum ignorantia inuincibili delinquẽtis, etiam vsque ad excommunicationem, tunc ille ignorans non est excommunicatus; vt si quis citetur Romæ in suo procuratore, & ipse ignorauit, & ipso sic ignorante proceditur vsque ad excommunicationem, licet ille talis in foro exteriori præsumatur excommunicatus, verè tamen excommunicatus non erit. Sicut etiam si Episcopus citat aliquem, & non est domi, sed solum denunciatur illa citatio domesticis illic, domestici autem non referant illi, ipse ignorat inuincibiliter, & si Episcopus excommunicat, verè talis excõicatus non est: cum in his casibus nullius sit contemptus, nulla contumacia, aut inobedientia contra ecclesiam, quæ ad excõicationem requiritur, vt Matt. 18. colligitur. Quãdo ergo, & quibus in casibus excõicatione excuset ignorantia, hactenus dictum sit

40 Alia cã ab excõicatione excusans, est impotentia talis, vt si excõicatio feratur cõtra aliquẽ, nisi debitum tale tẽpus soluat, qui tpe excõicationis nõ habet vnde soluat, ab excom. excusatur. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 2. vel do si feratur. Henriq. li. 13. c. 18. §. 4. & c. 21. §. 2. fin. excusatur, qui tempore assignato restituere, aut soluere põt sine graui detrimẽto bonorum superioris ordinis famæ, aut vitæ, ex Caie. cũ S. Tho. 1. 2. q. 62. art. Man. c. 17. n. 56. Hẽriquez vbi supra, c. 21. §. 2. aũt ad tempus, si postea habeat, vnde restituat

totum, aut partem debiti, soluere tenetur, aliàs incidit in excommunicationem, si modo iudex qui mandatum dedit, adhuc in officio durat; & debitor dum pecuniam habet, maneat sub eius iurisdictione, aliàs mandatum expirauit, cessante hominis iurisdictione in illum. Qui vero tempore, quo excommunicatio lata est, habuit vnde solueret, & non soluit, & proinde excómunicatus est, hic per superuenientem impotentiam ab excommunicatione incursa non liberatur, vt Sotus, & Henriquez vbi supra, scribunt. Sic etiam, cum Episcopus sub excommunicatione iubet omnes ad processionem, vel aliquam ecclesiam conuenire, non comprehenduntur impediti pro domus custodia, tales enim excusantur, & satis est quosdam conuenire de illa familia, vt alij edictum referant. Et quando omnes parochi vocantur ad Synodum sub excommunicatione, secundum ea quæ tradunt Panor. in c. 2. nu. 6. de testib. cogend. Syluest. verbo, excommunicatio, 2. casu 22. num. 23. & verbo, pœna, §. 18. Nau. in Manuali, c. 27. num. 3. et 38. in fine. Henriquez lib. 13. c. 17. §. 1. in annot. lit. E. & ca. 18. §. 4. dummodo excusationem sibi facilem misit per nuncium; aliàs incurret, arg. eorum, quæ habentur in c. venerabilibus. §. porro. de senten. excom. lib. 6. & faciunt quæ docet Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 11. num. 11. ver. illud vero non est omittendum, de senten. excommu. lib. 6. & expresse Henriq. lib. 13. c. 18. §. 4. qui addit non teneri talem admittendum procuratorem vice ipsius, sed satis esse, vt causam non comparendi iustam per nuncium fidelem Episcopo significet.

41 Alia causa excusandi a peccato, & excommunicatione est necessitas violentiæ, seu imminens periculum mortis, metus grauis infamiæ, aut rei familiaris, quia licet legislator legem ferre possit, vt prius debeat quis mori, quã eam frangere, atque adeo illam metu mortis infringere esset peccatum mortale; pro morte autem vitanda non licet peccatum mortale, aut veniale committere, vt omnes Theologi docent; quia tamen lex humana, etiam ecclesiastica hactenus edita de rebus, quæ de se non sunt intrinsecè malæ, sed solum ideo malæ sunt, quia prohibitæ, non obligat cum tanto vitæ periculo; ideo qui contra facere metu mortis coactus, nec peccaret, nec excommunicationem contrafacientibus impositam, incurreret: quod verum est, nisi metus incutiatur ab extrinseco in contemptum fidei Christianæ, aut legum ecclesiasticarum, & ecclesiasticæ censuræ, vt colligitur ex his, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. p. q. 23. art. 3. & quodl. 11. art. 9. Marr. Ledes. 2. 4. q. 35. art. 3. in fine, conclu. 2. Sotus lib. 1. de iust. & iure, q. 6. art. 4. & clarius 4. d. 23. q. 1. art. 4. post concl. 5. versic. ad quæstionem ergo. Corduba casu 142. Bart. Med. 1. 2. q. 96. art. 4. Nau. in Man. c. 27. nu. 36. & nu. 239. & faciunt ea, quæ docet in Man. cap. 25. nu. 84. & tom. 2. cons. consi. 16. nu. 9. de hær. lib. 5. & in c. fraternitas. 12. q. 2. nu. 16. & seq. & in c. inter verba. 11. q. 3. præludio 3. nu. 4. Couar. in c. alma mater. 1. p. §. 3. nu. 9. vers. quarto, licet hæc, de senten. excom. lib. 6. Henriquez. lib. 13. de excom. cap. 21. §. 2. Ioan. Maior. 4. d. 18. q. 4. Syluest. verbo, excommunicatio, 5. dubio 14. Ioan. a Friburgo in Summa Confessorum, tit. de sent. excom. q. 165. & alij, vnde, si quis tyrannus in contemptum fidei, & legis Christianæ, s. ad conuincendã fidem nostram, & legem falsam esse, & nullius valoris, aut ieiunium frangere, aut festum violare cogat quempiam, mortem comminando, mori potius is debet, quem legem ecclesiasticam violare, propter diuinum præceptum, quo tenetur fidem confiteri, non obstante periculo mortis. Ceterum, si incutiatur metus mortis alia de caula, v. g. ex nequitia hominis scelerati, legem ecclesiasticam cum tanto discrimine seruare non tenetur.

42 Similiter si quis tyrannus incutiat metum mortis sacerdoti, nisi celebret coram excommunicatis, si id fiat in contemptum ecclesiasticæ censuræ, ad ostendendum vanam esse potestatem ecclesiæ, tenetur potius mori, fidem confitendo, quam peccare celebrando. Ceterum si fiat alia de causa, quia v. g. Prætor, aut Princeps aliquis excommunicatus, non in contemptum ecclesiæ, sed ad ostendendum se non esse excommunicatum, vel pro sua libidine talem metum incurreret, non peccaret celebrando, nec censuram aliquam incurreret, cum ecclesiæ in hoc casu non tanti referat prohibere commercium excommunicatorum, quam vitam hominis conseruare; immo addit Sotum, fortè non esse consilium illa de causa vitam periculo exponere. Et hoc modo intelligendi sunt Adrian. in 4. tract. de clauibus. quæst. 3. versic. octaua exceptio. & Caiet. 1. 2. q. 96. artic. 4. & 2. 2. quæstio. 125. art. 1. & tom. 3. opusc. tract. 9. & alij. Sed quia de hac re commodior agendi locus erit, vbi agemus de obligatione vitandi excommunicatos. regulariter excusare solent, & de hoc primo libro hæc dicta sufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

DE EFFECTIBVS EXCOMMVNICATIONIS maioris, & alijs eidem annexis.

Liber Secundus.

PRÆLVDIVM.

SVMMA.

1 *Excommunicationis nomen, quid propriè denotet.*
2 *Communio triplex inter fideles reperitur, & quænam vnaquæque sit.*
3 *Communionis huius triplicis quinam authores meminerint.*
4 *Excommunicatio maior qua ratione hominem hac triplici communione priuet.*
5 *Excommunicatus & bonis spiritualibus ecclesiæ, & fidelium commercio priuatur.*
6 *Communionis internæ fidelium, quæ in charitate fundatur, an excommunicatus particeps esse possit.*
7 *Excommunicatio maior qua ratione hominem magis à Deo separet, quam peccatum mortale.*
8 *Excommunicatus alia ratione priuatur suffragijs ecclesiæ, quam existens in peccato mortali.*



1 CVM varius, ac multiplex sit excommunicationis maioris effectus, vt ex his, quæ in hoc secundo lib. latius exponemus, manifestum erit, tanquam fundamentum supponendum est Excommunicationem, (vt nomen ipsum significat) separationem communionis Christi fidelium denotare.

2 Hæc autem communio, quæ inter fideles repetitur, triplex esse potest; Vna omnino interna, quæ fit per charitatem venientem Christi membra secundum fidem formatam Christo capiti, & reliquis Christi membris similibus. Qua ratione communio hæc non male definiri, seu potius describi potest, affectio animi, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, vt optimè tradunt S. August. lib. de doctrina Christiana, capit. 22. & Magister Sent. 3. d. 27. & DD. ibi, & S. Thom. 2. 2. q. 23. & colligitur ex illo 1. Ioan. 4. *Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* De qua communione dicitur in Symbolo Apostolorum, *Credo Sanctam Ecclesiam, Sanctorum communionem.* De qua vnione etiam loquens Paul. Rom. 12. ait: *Multi vnum corpus sumus in Christo.* & similia habet 1. Cor. 12. & Ephes. 4. & secundum hanc dicit Psalmista. Psalm. 118. *Particeps ego sum omnium timentium te.* Ex hoc enim, quod fideles in charitate sunt, & fideles omnes vnum corpus constituunt in Christo, vnusquisque fidelis membrum est corporis Christi mystici; & consequenter vnusquisque fidelis particeps est bonorum omnium, quæ fiunt in ecclesia, sine alia aliqua applicatione; sicut in corpore naturali singula membra totius corporis bona participant.

Secunda est exterior, quę consistit in communione, qua fideles in bonis spiritualibus Ecclesiæ participant, quæ sunt Sacrificium, Orationes publicæ, Sacramenta, quę omnia in persona ecclesiæ à ministris suis conficiuntur.

Tertia est etiam exterior, quæ consistit in communione, qua fideles in actionibus ciuilibus participant, dum conuersantur simul, loquela, salutatione, cibo, & alijs id genus. Sicut igitur communio hæc triplex est, ita etiam excommunicatio, quæ nihil aliud est, (vt ratio nominis docet) quàm priuatio communionis, seu communicationis, triplex esse potest, hominemque à triplici illa bonorum communicatione separat; aliter enim excommunicatus maiori excommunicatione, & à gratia, & charitate Dei, & à communione extrinseca, tam in spiritualibus, quam in corporalibus, & ciuilibus actionibus separatur, ita. s. ne ille excommunicatus cum alijs conueniat ad publicas Orationes, & ad Sacrificia, nec ad Orationes priuatas, quas ipsi fideles inter se instituunt, nec Officium Diuinum cum alijs audire potest, imò & ipsis ecclesiæ suffragijs, & Sacrificijs, quę ecclesia pro fidelib. offert, priuatur; & denique à Christi fidelibus in corporalibus separatur, ne scilicet cum alijs hominibus in colloquio, conuiuio, & mensa communicet, nec ab alijs salutetur.

3 Huius triplicis communionis meminerunt S. Thom. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. & q. 1. & q. 26. artic. 1. & opusc. 6. in expositione illius Symboli, *Sanctorum communionem.* & Cathechismus Romanus ibidem. Alexander de Ales, in 4. par. Summæ, quæst. 22. memb. 1. artic. 2. Bonauent. 4. d. 28. in vlt. part. dist. q. 1. Palud. 4. d. 18. q. 1. artic. 1. Tho. de Argentina, 4. dist. 19. art. 4. ad 4. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. Mart. Ledes. 2. 4. q. 23. art. 1. Caietan. tom. 1. opusc. tract. 19. Sotus quarto, distin. 22. quæstione 1. Henriquez lib. 13. de excom. c. 4. §. 10. Et Canonistę in rub. de senten. excomm Hostiensis, & alij. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 1. art. 1. S. Anton. 3. par. tit. 24. in principio. Turrecre. in cap. si inimicus, 11. q. 3. art. 1. Syluest. verb. excommunicatio, 1. Tabiena verbo, excommunic. 1. §. primo. Nauar. in Manuali. c. 27. num. 17. & de Oratione, & horis Canonic. c. 20. num. 53. 54. & 55. & Miscellan. 26. Couar. in c. alma mater, 1. par. in principio, numero 2. de sentent. excomm. lib. 6. Hugol. de cens. Eccl. tab. 2. cap. 6. num. 3. & 4. & alij.

4 Ceterum, cum præfati DD. doceant excommunicationem maiorem priuare hominem prædicta triplici communione bonorum, non ita propriè, & in rigore loquuntur de excommunicatione, quæ censura ecclesiastica est. Enim, cum excommunicatio spiritualis ecclesiæ gladius propriè secunda, & tertia communione priuat, quæ in spiritualium, a corporalium actionum vsu externo consistit: Sicut enim, qui per baptismum in ecclesia per ad duo ascribitur, scilicet ad cætum fidelium, & participationem Sacramentorum; ita per excommunicationem, qua ejicitur extra ecclesiam, hac duplici communione exteriori priuatur, ne scilicet in actibus spiritualibus, & corporalibus legitimis, cum reliquis fidelibus communicet, qui his versibus continentur;

Si pro delictis anathema quis efficiatur.
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Imò verò ita per excommunicationem maio

entpore, & ecclesia separatur. cap. qui merito. & c. omnis Christianus. & c. nihil, 11. q. 3. vt nullo modo aut in spiritualis ecclesiæ bonis, aut fidelium commercio cum reliquis Christianis participare valeat. cap. Engeltrudam, 3. quæst. 4. & cap. penul. de sentent. excommunicat.

4 Id quod verum est, Primò, etiam si excommunicatum contumaciæ pœnituerit: quamuis enim pœnitentia contumaciæ culpam deleuerit, excommunicationis tamen vinculum ab ecclesia iniectum non tollit. arg. ca. cum, desideres, & ca. a nobis, 2. & ca. sacris, de sentent. excomm.

Secundo, etiamsi se excommunicatus ecclesiæ se obtemperaturum iureiurando affirmauerit, vt habetur ca. cum desideres, & c. a nobis, 2. & cap. quod in dubijs, de sentent. excommunicat. & ibi Panorm. Felin. & Marian. Socin. & alij.

5 Tertio, etiamsi excommunicatus satisfecerit læso; quod procedit, etiam si fuisset excommunicatus, donec satisfecerit, vt notat Marian. Socin. in d. c. cum desideres. nu. 7. Quantumcunque igitur quis contritus sit, & paratus satisfacere, aut etiam de facto satisfecerit, & iurauerit parere mandatis ecclesiæ, donec absolutus fuerit, communionis exterioris bonorum ecclesiæ particeps esse non poterit, vt latius tradunt glo. in clem. 1. in verbo, donec, de decim. Pan. in cap. quod in dubijs. num. 2. Marian. Soc. in d. c. cum desideres. nu. 7. & Barthol. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. ca. 6. nu. 5.

6 Quoad illam vero communionem primi generis, scilicet illam internam, quæ in charitate fundatur, sicut quis eam habere poterit, antequam in ecclesiam per baptismum recipiatur; ita etiam extra ecclesiam per excommunicationem maiorem eiectus, si contritus sit, etiam si ab excommunicatione non absoluatur, communione hac non priuatur: Cuius ea est ratio: quia antequam quis excommunicetur, si peccet mortaliter, charitate priuatur, & proinde excommunicatio charitatem non tollit, sed iam per peccatum mortale sublatam præsupponit. Quamuis aliquando cōtingere possit, vt etiam, cum quis excommunicatur, in gratia, & charitate sit, vt si quis post commissum peccatum, antequam excommunicetur, de peccato conteratur, & gratiam accipiat, tunc enim excōmunicatio postea adueniens illum a gratia non separat. Excommunicatio igitur maior communione illa interna, quæ in charitate fundatur, non priuat, vt colligitur ex S. Thom. in addit. 3. par. art. 1. ad 2. Alex. de Ales, in 4. par. Sum. q. 22. membr. 1. art. 2. in responsione. Angelica verbo, excomm. 1. num. 18. Tabiena, verbo, excomm. 1. §. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. artic. 1. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 17. Couar. in ca. alma mater. 1. parte, in princ. num. 5. de sent. excom. Henriquez lib. 13. c. 4. §. 1. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. c. 9. §. 7. nu. 3. Ratio est: quia quamdiu in homine manet ratio, & fundamentum illius communionis, iamdiu habet homo ius ad illam: Cum ergo communio hæc in charitate fundata sit, manente charitate, etiam communio illa remanebit: sicut quia consecratio fundatur in charactere sacerdotali, quamdiu quis illum habuerit, & quicunque illum habuerit, consecrare potest.

7 Ex quibus omnibus constat, quod licet quis a Deo per peccatum mortale separetur, multo tamen magis per excommunicationem ab vnione cum Deo, quæ fit per charitatem seiunctus est. Qui enim in peccato mortali est, adhuc per fidem informem membrum ecclesiæ dicitur, & ita tutior adhuc est à Sathanæ tentationibus, & tormentis, quam esset, si extra ecclesia esset, sicut excommunicatus. Nam in peccato mortali existens, quia vnitur Christo per fidem, quamdiu in ecclesia est, orationum ecclesiæ particeps est, ad hunc sane effectum, vt a viuis ecclesiæ membris adiuuetur, vt eidem spiritus pœnitentiæ a Deo cōcedatur, & gratiam recuperet, & facilius dæmonis insidijs & tentationibus resistat, & a malis temporalibus defendatur. At vero postquam quis extra Ecclesiam per excommunicationem eiectus est, his omnibus auxilijs destituitur. Quamuis enim adhuc fidem retinet, quia tamen à Christi corpore, quod est Ecclesia, separatur, liberius, faciliusq; dæmon in eum sæuire potest, quā prius, cum Ecclesiæ suffragijs priuatus sit: aut enim membrum aridum vita caret, quia tamen corpori per neruos, & pellem coniungitur, non nullo calore corporis fouetur, quo membrum penitus abscissum caret, ita peccator amissa charitate, & gratia, licet membrum aridum sit, & vitæ expers, fouetur tamen aliquo corpore Christi, idest, Ecclesiæ calore, propter illam coniunctionem, qua corpori, idest, Ecclesiæ, per fidem informem, & spem adhæret, vt colligitur ex Conc. Trid. sess. 6. can. 28. Catechismo Romano in exposit. illius patris Symboli, *Credo Sanctorum communionem*. S. Th. 3. par. q. 8. art. 3. Alphonso a Castro, in verbo, ecclesia. Io. Driedone, lib. 4. de eccles. dogmat. par. 2. c. 2. Turrecrem. lib. 1. Sum. Eccles. c. 3. et 4. Andrea de Vega, lib. 7. in Conc. Trid. c. 28. Couar. in c. alma matér. 1. par. in princ. num. 6. de sent. excom. lib. 6. Soto lib. 2. de natura, & gratia, ca. 7. & 8. Henriquez lib. 13. de excommun. c. 4. §. 1. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 9. §. 9.

Excommunicatus vero non solum priuatur suffragijs ecclesiæ ad eum modum, quo priuatur existens in mortali, ita scilicet, vt aliorum suffragia non prosint illi, neque ad satisfactionem, neque ad meritum, neque ad gloriam, sed etiam (quod excommunicationis maioris proprium est) vt aliorum suffragia nullo modo ei prosint, scilicet nec ad resistendum tentationibus, nec ad euadendum illusiones dæmonis, aut ad eius potestatem euadēdam, ad impetrandum donum pœnitentiæ, & alia multa, ad quæ eadē suffragia prosunt peccatoribus, vt proinde quantum est ex parte ecclesiæ, excommunicatus omnino potestati dæmonis tradatur, vt patet ex illo Corinthio, quem Apostolus excommunicauit, 1. Corinth. 5. & 1. Tim. 1. vbi ait *Hymenæum, & Alexandrum Satanæ tradidisse*, & pluribus tradunt Origenes Homil. 2. ad cap. 2. Iudic. & habetur c. audi, 11. q. 3. & Antherus Papa, vt habetur in c. absit. 11. q. 3. & S. Augustinus in serm. de verb. Apostoli, ser 68. vt habetur in c. omnis Christianus, & tract. 27. ad c. 6. Ioannis, vt habetur in c. nihil. 11. q. 3. & Epist. 50. ad Bonifaciū, vt habetur in c. quemadmodum. 23. q. 7. S. Th. in addit. 3. par. q. 21. ar. 2. ad 3. Alex. de Ales, in 4. par. Sum. q. 21. memb. 1. art. 2. in respons. ad 3. Bonauen. 4. d. 18. in vlt. par. d. q. 1. in fine. nu. 57. Gab. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. coroll. 3. in fine. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 1. art. 2. Sotus 4. d. 22. q. 1. ar. 1. Roffensis art. 23. contra Lutherum. Echius in Enchirid. ar. 21. Alphons. à Castro, contra hæreses, in verbo, excommunicatio. Couar. in ca. alma mater, 1. par. in principio, nu. 6. de sent. excom. lib. 6. Henriquez, lib. 13. c. 2. §. 3. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. ca. 9. §. 8. & alij, vnde glo. in c. audi. in verbo, Satanæ, 11. q. 3. & facit c. miramur. §. his auctoritatib. in fi. 24. q. 1. & Hostiensis, Io. And. & Pan. in ca. ita quorundam nu. 3. de Iudæis, & idem Panor. in rubr. de sent. excom. nu. 4. docent, quod sicut rusticus vtitur asino, vel iumento, ita diabolus excommunicato, in quo, tanquā in pecore suo maiorem potestatem, quam in alio peccatore habet, vt propterea teste Aug. trac. 27. in Io. *Nihil sic debeat formidare Christianus, quam separari a corpore Christi*. id quod ex his, quæ insequentibus dicemus, vnicuique compertum esse poterit.

De participatione Sacramentorum aliorum à Pœnitentia, quibus excommunicatus priuatur. Cap. I.

SVMMA.

1 *Effectus excommunicationis maioris ad tria genera actionum reducuntur, & quænam illa sint.*

2 Ex-

2 *Excommunicatus maiori excommunicatione à superiore potestatem iurisdictionemq; habente, actiua, & passiua Sacramentorum participatione priuatur.*

3 *Sacramenta in quem finem à Christo sint instituta.*

4 *Baptismus ab excommunicato denunciato validè conferri potest.*

5 *Confirmationis Sacramentum ab excommunicato valide dari, aut recipi potest.*

6 *Eucharistiæ Sacramentum vere confici, & recipi potest ab excommunicato.*

7 *Extrema vnctio ab excommunicato sumi, & recipi potest.*

8 *Matrimonium ab excommunicato contractum verum est Matrimonium, & Sacramentum.*

9 *Ordo ab excommunicato conferri, & suscipi valide potest.*

10 *Consecrationem ab excommunicatis celebratam quo sensu S. Gregorius Magnus nullam esse dicat.*

11 *Ordinatus ab excommunicato, quamuis verum ordinem sumat, ordinis tamen executionem, ante obtentam dispensationem non suscipit.*

12 *Dispensatio hæc à solo Papa quando petenda sit, & quando ab Episcopo.*

13 *Ordinatus ex ignorantia probabili ab excommunicato, an celebrando in susceptis, vel Ordines de nouo sumendo, sit irregularis.*

14 *Dispensatio, an hodiè, & quando necessaria sit, vt ordinatus ab excommunicato licitè in susceptis ministret.*

1 QVamuis multi sint excommunicationis maioris effectus, omnes tamen ad tria genera actionum commodè reduci possunt, quibus excommunicatus priuatur. Quedam enim actiones sunt, quæ propriè, & per se spirituales sunt, vt Sacramenta, officia diuina, & sepultura Ecclesiastica. Quædam spirituales sunt, i. d secundariò, vt electio actiua, aut collatio beneficij Ecclesiastici, excommunicare, & similia facere, quæ ad iurisdictionem iudicis Ecclesiastici spectant: Quædam denique actiones ciuiles sunt, quæ Christianis cum Gentilibus communes sunt, vt salutatio, colloquium, conuersationes, & contractus ciuiles, de quibus omnibus suo ordine in sequentibus agendum erit.

2 Excommunicatus igitur maiori excommunicatione, vt in hac materia regulam generalem constituamus, actiua, & passiua Sacramentorum participatione priuatur, ita vt contrafaciendo mortaliter peccet, vt colligitur ex c. Apostolicæ, & c. si celebret, de cleric. excom. minist. & ibi glos. & DD. & cap. cum illorum, & ca. penultimo. de senten. excommunicat. & est communis tum Theologorum, tum Canonistarum, & Summistarum sententia. S. Thom. in addit. 3. par. q. 21. ar. 1. Alexan. de Ales, in 4. par. Sum. q. 22. memb. 1. art. 2. Bonauent. 4. dist. 18. in vlt. par. dist. q. 1. num. 53. & 54. Thom. de Argentina, quarto, distinct. 18. art. quarto in respons. ad 4. Durand. 4. dist. 18. quæst. tertia, numero quinto. Gabr. quarto, distinct. 18. quæstio. secunda articulo tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. articulo primo. Sotus 4. distinct. 22. quæst. prima articulo primo vers. postremum tandem. Henriquez, lib. 13. de excómun. capitulo quarto, & capitulo septimo, §. primo litera, B. Panorm. in rubr. de sent. excommunic. Hostiensis, in sum. lib. 5. tit. de sent. excommun. numero primo, vers. quid sit excommunicatio. Summa Astensis, 2. parte, libro 8. tit. 1. art. 1. & tit. 9. Marian. Soc. sen. in c. sactis, numero 42. & 103. S. Anton. 3. par. Sum. tit. 24. in principio. & c. 66. Angelica, verbo, excommun. 1. nu. 1. & verb. excom. 6. nu. 2. Pisanella, verbo, excommunicatio 1. in principio Tabiena, verbo excomm. §. primo; & §. quarto, Caietan. in summa, verbo, excommunicato plura sunt illicita. Nauar. in Manuali, capit. 27. nume. 17. Cooarru. in capit. alma mater, 1. part. in principio, numero 3. & §. 6. numero 5. de sententia excommunicat. lib. 6. Barthol. Medina in summa, cap. 11. §. 4. & §. 5. Barthol. Hugolin. de cens. Eccles. tabul. 2. capit. 7. Ratio est: quia cum talis ab Ecclesia eiectus sit, & prohibitus ne Sacramenta ministret, vel recipiat, contrafaciendo peccat; immò verò, cum quilibet in peccato mortali existens peccet mortaliter, dando, & recipiendo Sacramentum, vt docet S. Thom. tertia parte, quæstione 64. articulo sexto, fortiori excommunicatus ea ministrans, vel recipiens mortale peccatum committit.

3 Deinde Sacraměta a Christo instituta sunt, vt quis per ea, vel primam gratiam, vel eius argumentum percipiat. Qui ergo credit se esse in eo statu, qui gratiæ consequendæ repugnat, scire debet se male Sacramentum recipere; & proinde irreuerentiam erga Sacramentum committit, & consequenter erga Deum, & ideo est sacrilegium, secundum ea, quæ docet S. Thom. 2. 2. quæstio. 99. articulo primo, quem sequitur Caiet. in Sum. in verbo, absolutionis impedimenta, ver. & dicenda sunt, & faciunt, quæ habentur in cap. per Esaiam, versi. hoc penè, 1. quæstio. prima, vbi dicitur, *omnia Sacramenta indignè tractantibus obesse*. Et de Eucharistia pater primo Corin. 11. de Baptismo habetur cap. firmissimè 15. quæstione prima, vbi habetur necessarium esse pęnitentiam de malis agere, qui Sacramentum baptismatis accipere volunt. Et docet Sanct. Thom. 3. par. quæst. 68. art. 6. de Confirmatione, colligitur ex cap. vt ieiuni, de consecrat. dist. 5. de Matrimonio faciunt, quæ tradit Synodus Tridentina, sess. 24. de refor. Matrim. cap. 1. in fine, & de omnibus Sacramentis id docet S. Thom. 3. part. quæstio. 64. articulo sexto, & faciunt quæ tradit Nauar. de pœnit. distinct. 5. in vit. patr. nu. 33. & capitulo primo, §. Sacerdos. nume. 12. de pęnit. dist. 6. Si ergo peccatum mortale sit, Sacramenta in mortali dare, vel accipere, multo magis peccat, qui in excommunicatione maiori ea dare, vel sumere præsumit, cum eorum vsus ipsi per excommunicationem prohibitus ab Ecclesia sit c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. fin. de cler. excom. minist. Et de Sacraměnis Confirmationis Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis, & Ordinis testatur Marian. Socin. senior in c. sactis, nu. 100. de sent. excommu. vbi rectè monet hæc quæ diximus, non procedere in passiua participatione Baptismi; excommunicatio enim non infligitur infidelibus aut Catheeumenis, & ideo non priuat Baptismo, sed reliquis sex Sacramentis, id quod docet etiam Henriquez li. 13. ca. 4. §. 2. in annot. litera I. excommunicatus itaq; maiori excómunicatione, si sciat se excommunicatum esse, & tamen Sacramenta sumere, vel ministrare præsumat, mortaliter peccat; dixi, si sciat se excommunicatum esse, quia si excommunicatum se esse probabiliter ignoret, nec recipiendo, nec administrando Sacramenta peccat, arg. c. primi, & secundi de ordin. ab episcopo, qui renunciauit episc. & c. Apostolicæ, de cler. excom. minist. & c. si vero, 2. de senten. excommun. & patet ex his, quæ in primo libro diximus.

4 Dubium tamen est, An excommunicatus conferens, recipiens Sacramentum, verè, & validè illud conferat aut sumat; In qua re certum est, Baptismum verum esse dari ab excommunicato etiam hæretico, obseruata forma, & alijs ad Baptismum necessarijs, arg. c. tunc valet & c. siue hæreticus, & c. si qui apud hæreticos, cum c. ostenditur, de consecrat. dist. 4.

5 Idem de Confirmatione dicendum, excommunicatus enim dans, vel recipiens, verè cóf irmat, & cófirmatus nec iterari debet, Baptizatus, n. Baptismali charactere capax efficitur aliorum Sacramentorum, qui character cum non deletur, ita nec capacitas recipiendi S

tum hoc a quocunque rite conferatur; conferri autem potest ab Episcopo etiam excommunicato, etiam hæretico, cum sit actus ordinis Episcopalis. Quamuis enim vsum actus ordinis Episcopalis ecclesia prohibere possit, facere tamen non potest, quin actus solius ordinis, (qualis est Confirmatio) ab huiusmodi ministro factus validus sit, & verum Sacramentum constituat, etiamsi Episcopus sit hæreticus, vel præcisus, dummodò cetera necessaria adhibeantur.

6 Sic etiam excommunicatus vere consecrat Eucharistiam, & sumit, arg. ca. de homine, de celebr. Miss. & 1. q. 1. c. intra Catholicam. S. Thom. 3. parte, q. 82. art. 7. Pal. 4. d. 13. q. 1. art. 2. conclus. 3. & 4. Rich. 4. d. 13. q. 1. ver. dicendum. Angelica, verbo, Eucharistia, 3. num. 4. Syluest. verbo, Eucharistia, 3. nu. 4. Syluest. verbo, Eucharistia, 2. nu. 3. vers. secundo quæritur, & verbo, degradatio, nu. 9. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 6. num. 5. versi. ceterum etiamsi, de sent. excomm. lib. 6. & est communis Theologorum sententia; & patet: quia consecrandi potestas fundatur in charactere Sacerdotali, qui deleri nequit, ex Conc. Trid. sess. 7. can. 9. de sacram. in genere. Ab eodemque Sacramentum hoc recipi manifestum est ex ijs, quæ tradit S. Thom. 3. par. quæst. 80. art. 3. quamdiu enim manent species, corpus Christi sub illis speciebus manet. id quod etiam docent S. Bonau. 4. d. 9. art. 2. q. 1. & 2. & Angelica in verbo Eucharistia 3. nu. 4. vers. adde tamen.

7 Sic etiam ab eodem Extrema vnctio sumi, & ministrari potest, cũ illius capax sit quilibet Christianus, ad eamque ministrandam Sacerdos etiam excommunicatus sufficiens minister est, quamuis excommunicatus scienter eam sumens peccet, nec fructum aliquem exinde reportet. Facit id, quod tradit Marian. Socin. senior, in cap. sacris, num. 100. de sent. excom. & expressè docet Hugol. de Eccl. cens. tab. 1. cap. 13. §. 16. nu. 13. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 1.

8 Matrimonium item ab excommunicato contractum, verum est matrimonium, & sacramẽtum, arg. cap. significasti, de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. & ibi glos. initio, & Panor. nu. 3. & glo. in c. illud. in verbo, negantur, dist. 95. & glo. in ca. nullus autem illorum, in verbo, quod si haberi, de consecrat. d. 4. Panorm. in ca. cum illorum. num. 4. de sent. excom. Anton. Franc. in addit. ad Panorm. in ca. officij tui. nu. 6. in litera E. de elect. vbi citat ad hoc, c. si verò. de sent. excom. & Card. in cap. veritatis, de dolo, & cõtum. & c. significasti. qui matrim. accus. & in clem. 1. de priuileg. Specul. in tit. de sponsal. in §. 1. vers. sed nunquid. Archid. in cap. illud. dist. 95. & in ca. non oportet. 28. q. 1. & idem docent Zabar. in clem. 1. vers. decimotertio, de priuileg. Marian. Soc. in c. sacris, num. 99. & nu. 101. de sent. excommun. S. Anton. 3. par. ti. 14. c. 76. vers. decimoquarto. Angelica, verbo, excommun. vlt. nu. 13. Syluest. verbo, excomm. 3. in initio, & in vers. decimoquarto. Tabiena, verb. excõ. 1. vers. decimotertio. Caiet. in Sum. verbo, absolutionis impedimenta, prope finem. Nau. in c. consideret. §. cautus. nu. 26. de penit. d. 5. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 6. num. 5. vers. ceterum etiam, de sent. excom. lib. 6. & de sponsal. par. 2. cap. 6. vbi etiam docet religionis professionem ab excommunicato factam validam esse, post Panorm. in c. cum illorum, nu. 4. de sent. excom. & S. Anton. vbi supra, vers. septimo. & Tabien. cit. vers. nono. Ratio est: quia matrimonium est quidam contractus; at vero contractus ab excommunicato iniri valent, ex Hugol. de cens. eccl. tab. 2. cap. 7. 2. nu. 4. Henriquez lib. 13. ca. 12. §. 1.

9 Quoad Ordinis vero Sacramentum, certum etiam est illud ab excommunicato conferri, & suscipi valide posse quoad characterem, vt colligitur ex c. cum illorum. & ibi gloss. in verbo, ordinibus, & Panorm. num. 2. de sent. excommun. & patet ex verbis textus, dicitur enim, *Regulares in excommunicatione Ordines sumentes, ab executione suscepti Ordinis manere suspensos*. Ergo Ordinem susceperunt. & cap. 1. & fin. de eo qui fur. ord. suscep. dicitur, *Episcopum dispensare posse cum Clericis, qui ab Episcopo excommunicato ignoranter ordines susceperunt, vt in susceptis ordinibus administrent*. Et idem docet ibi Panor. num. 5. & in cap. ab excommunicatis. 9. q. 1. permittuntur ordinati ab Episcopis excommunicatis permanere in ordinibus susceptis, *dummodo Episcopi simoniaci non fuerint, & suscipientium vita religiosa, & doctrina id promereatur*. Et hoc clare docent glo. Sum. 9. quæst. 1. in verbo, quod ordinatio, & glo. in cap. conuenientibus, in verbo, ordinatio, & in cap. Daibertum, 1. quæst. 7. Panormit. in ca. veritatis, numero 46. de dolo, & contumac. Ioan. de Lignano in tracta. de censur. eccles. §. vigesimus septimus. Innocent. in cap. 1. num. 3. de schismat. Felin. in cap. si vere. num. 7. de sentent. excommun. Marian. Socin. in cap. sacris. num. 43. 44. 45. & nu. 101. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. decimoquarto. Tabiena, verbo, excommun. 1. vers. duodecimo. Syluest. verbo, excommun. 3. num. 3. Caiet. in Summa, in verbo, absolutionis impedimenta, propè finem. Nauar. in ca. consideret, §. cautus, num. 29. de penit. dist. 5. in Manuali, c. 25. num. 69. vers. tertio peccat. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 6. num. 6. vers. de ordinis Sacramento. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de censu. eccl. tab. 1. cap. 13. §. 16. num. 5. & tab. 2. cap. 7. §. 2. nu. 2. & cap. 10. num. 5. Ratio est: quia etiam in excommunicato Episcopo remanet potestas per consecrationem tributa, seu character indelebilis, vt habetur capit. 1. de ordin. ab Episc. qui renunciauit Episcopar. quæ potestas ad ordines conferendos sufficit, ex communi omnium sententia, & testatur glo. in cap. transmissam, in verbo, de talibus, de elect.

10 Nec istis obstat, quod Gregorius lib. 3. epist. 20. & habetur 9. q. 1. cap. 1. ait, *Consecrationem nullo modo dici posse, quæ ab excommunicatis hominibus est celebrata*; id enim verum est, quando formam Ecclesiæ in ordinando non obseruarunt, vt notat ibi glo. in verbo, celebrata; quamuis etiam non omnino male intelligi potest, esse consecrationem nullam, quoad executionem, vt notat Marian. Socin. in c. sacris, num. 45. de sent. excommun. sicut etiam intelligitur cap. Daibertum. 1. q. 7. vbi Vrbanus Papa II. Daibertum ab hæretico Episcopo Diaconum ordinatum, Diaconum constituit, conferendo illi ordinis executionem, vt notat Innoc. in cap. 1. num. 1. de schismat. Excommunicatus igitur validè ordines confert, licet conferendo peccet; vnde pari ratione ecclesiam, cæmiteriorum, altarium, patenarum, calicum, & vestimentorum sacrorum, nec non Abbatum, & Virginum Deo dicatarum cõsecrationes ab Episcopo excommunicato denunciato, factæ, validæ sunt, sicut & omnes aliæ benedictiones & consecrationes exteriores, vt sponsi, ac sponsæ benedictiones, & aquæ benedictæ, & similium, vt docent Ioan. Andr. Hostiens. & Panorm. in cap. consuluisti, num. 5. de consecr. eccles. vel altar. & ibidem Panor. in c. veritatis. num. 42. de dolo & contumac. Marian. Socin. sen. in c. sacris, numero 47. & 48. de sent. excomm. Durand. libro 1. diuin. offic. capitulo 6. numero 46. & est communis DD. opinio.

11 Ceterum, licet ordo collatus validus sit, nec reiterari possit ob characterem ordinis in collatione eiusdem impressum, (id quod non solum verum est in ordinibus inferioribus, sed etiam in ordine Episcopali, qui ab excommunicato Episcopo, aut episcopo excommunicato collatus, valet, arg. c. 1. et ibi not. Abb. et DD. de ord. ab Episco po, qui renunciau. episcopar. Richar. 4. d. 25. art. 1. q. 2. & 3. Angelica, in, verbo, irregularitas, 1. nu. 31. & in verbo, ordo, 2. nu. 3. Syluest. verbo, ordo, 1. num. 1. versi. tertium est dubium. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. c. 10. §. 1.) sic tamen ordinatus suscepti ordinis executionem non suscipit, donec cum eo dispensetur; quod colligitur ex capit. præter hoc, §. verum, dist. 32. & glo. ibi, & cap. 1. & 2. de schismat. cap. cum illorum. de sent. excomm. & cap. 1. & fin. de

fit. de eo qui furt. ord. recep. & c. 1. & 2. de ordin. ab Epis. qui renunciau. Episcopat. quibus in locis habetur tales ordines suscipere, ab ordinis tamen executione suspensos esse.

12 Quæ dispensatio à Papa petenda erit, quoties quis scienter ordines à talibus excommunicatis susceperit, arg. cap. 1. de ordi. ab Episcopo qui renunciau. episcopat. Et idem si in recipiente sit ignorantia crassa, aut supina, ca. cum illorum. de sent. excomm. 2. parte. Et licet in hoc casu Episcopus ab excommunicatione illa poterit absoluere, quam contraxit communicando cum excommunicato scienter, solus tamen Papa dispensat in recipiente scienter ordines, ex Ioan. Andr. Henric. Anton. Felin. in d. c. cum illorum. Panorm. in c. 1. num. 2. & in eap. fi. num. 3. de eo qui furtiuè ord. suscep. Angelica in verbo, irregularitas, 1. nu. 22. Syluest. verbo eod. vers. secundo quæritur. Ioan. Bernard. Diaz. in Pract. crim. cap. 13. Nauar. in Man. ca. 25. numero 69. Couar. in ca. alma mater. 1. parte, §. 6. nom. 6. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13. num. 5. in fine. si verò quis ex ignorantia probabili vel excommunicatus, vel ab excommunicato susceperit ordines, ab Episcopo proprio, qui in eo actu non deliquerit, dispensari potest, c. fi. de ord. ab Episc. qui renunc. episcopat. DD. & Henric. in c. 1. de schismat. & in d. c. cum illorum. Excipiuntur tamen religiosi, idest, illi, qui post ordinem ita susceptum religionem profitentur; etenim his etiã scienter ordinationi, & ordinationum in susceptioni operam dantibus, dispensatio ab eorum prælatis concedi potest. Et idem, si post religionis ingressum ita fuerint ad ordines promoti. Quæ exceptio deducitur ex cap. 2. de apostat. ex cap. cum illorum, in 2. parte, de senten. excomm. & testantur Couar. & Hugolin. vbi supra.

13 Et quidem hæc ita in communi, & voluerunt aliter à DD. affeÿuntur. qui tamen inter se dissentiunt, an collatio ordinum facta ab excommunicato, vel excommunicato probabili ignorantia excommunicationis laborantem, ita rata sit, vt absq; vlla dispensatione eius fit exequutio permissa, adeo, vt possit ita ordines suscipiens ab sq; vlla irregularitatis pœna in susceptis ordinib. ministrare, & ad alios promoueri. In qua re gl. in c. si qui a simoniacis, 1. quæst. 1. & in c. ab excommunicatis, 9. q. 1. & in cap. 1. in verbo, ignorantia, de ordin. ab Episc. qui renunc. Episc. Panorm. ibi, nu. 6. & glo. in c. 1. in verbo irritas, & Pan. ibi, nu. 4. de schismat. & idem Panor. in ca. veritatis, nu. 46. de dolo, & contumac. ait esse communem opinionem. Et Couart. in cap. alma mater. 1. par. §. 6. num. 6. de senté. excom. lib. 6. S. Anto. 3. par. tit. 34. cap. 76. versi. decimoquarto, dicunt semper necessariam esse dispensationem. At vero Innoc. in c. 1. de schismat. Hugutio, vt refert glo. in d. c. ab excõmunicatis, 9. q. 1. Collect. in c. fi. de ordin. ab Episcop. qui renunc. Episcop. dicunt, quod si sit toleratus talis Episcopus excommunicatus, tunc ordines ab eo cum ignorantia probabili suscipiens. & ordines, & ordinum executionem suscipit, ita vt possit sic ordinatus absq; vlla dispensatione, aut irregularitatis pena in susceptis ordinibus ministrare, & ad alios promoueri. Quæ opinio multum placet Panormitano in d. cap. veritatis. num. 46. licet, inquit, illa opinio glo. sit tutior. Tabiena verò, in verbo, excommunicatio, 1. §. duodecimo. non solum hanc secundam opinionem sequitur, sed etiam eam tutiorem esse putat, valdè enim videtur periculosum, quod ille, qui sine omni culpa recipit characterem, immò & gratiam ab Episcopo excommunicato secretè, non recipiat executionem, & cum ignoraret sine omni culpa se non habere executionem, possent sequi multa incommoda, & inconuenientia; puta absoluere, vel facere multa, quæ non posset facere, & crederet se posse. Et quia in hoc casu, dum toleratur, dignitas potius confert Sacramentum, quam persona, dignitas autem in tolerato non est excommunicata, vel præcisa, vt arguunt Innocẽ. & Panorm. vbi supra, & facit cap. nonne, 8. q. 4. vbi dicitur, quod Episcopus retinet dignitatem, quousque patet de crimine, & in capit. constat, 1. quest. 1. dicitur, *quod ordinati ab hæreticis per vim recipiunt executionem, quia sunt sine culpa*, & tamen hæretici non habent executionem, arg. c. si qui, 1. q. 1. Non enim dicendum est, quod ecclesia velit prohibere executionem ordinis suscepti sine culpa. Et hanc etiam sententiam tenent Alphons. à Castro, libro 2. de potest. leg. pœnal. cap. 15. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. capit. 13. §. 16. numero 5. & colligitur ex extrauag. Ad euitanda scandala. Concil. Constantiensis: & ideo non incurritur ista suspensio executionis, vel irregularitatis, nisi quoad illos quos vitare tenemur; post decretum autem dicti Concilij, non nisi denunciatos excommunicatos vitare tenemur.

14 Quare licet olim, vbi quis huius rei etiam inscius ordinem ab excommunicato suscipiebat, egebat dispensatione, vt habetur in cap. fin. de ordi. ad Episc. qui renunc. Episcop. Quam opinionem sequuta est glossa; Hodie tamen dispensatio ei necessaria non est, vbi nec ab excommunicato denunciato, nec à notorio Clerici percussore ordinem suscepit, ob citat. extrauagan. Ad euitanda scandala, & hæc de alijs Sacramentis a Sacramento Pœnitentiæ.

De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. II.

SVMMA.

1 *Pœnitentia Sacramentum an ab excommunicato validè sumi, aut ministrari possit.*
2 *Excommunicatione maiori, vel minori ligatus, & sciẽs, aut scire debens se non posse prius a peccatis, quam ab excommunicatione absolui, prius petens absolui a peccatis, absoluitur inutiliter, & reiterare tenetur confessionem.*
3 *Excommunicatus maiori, eius tamen ignarus, aut oblitus, si a peccatis prius absoluitur, verè, & validè absoluitur.*
4 *Regula in materia absolutionis ab excommunicatione pro viris timoratis vtilis ab authoribus tradita.*
5 *Excommunicatus maiori, sciens se excommunicatum, & id confitens, probabiliter credens se prius a peccatis, quam ab excommunicatione absolui posse, si a peccatis tantum absoluatur, valet absolutio, nec confessionem reiterare tenetur.*
6 *Absolutio sacramentalis ab excommunicato maiori, non denunciato præstita, valida est, nec iteranda est confessio.*
7 *Pœnitens ignoranter confitens excommunicato non denunciato validè confitetur.*
8 *Confessio facta proprio Sacerdoti excommunicato generali iuris, vel hominis sententia, etiam scienter, an, & quando valida sit.*
9 *Confessio facta cuicumque Sacerdoti habenti auctoritatem absoluendi a peccatis, etiamsi non sit pastor peteris, an, & quando sit valida.*
10 *Confessio scienter, vel ignoranter facta proprio Sacerti, vel alteri excommunicato denunciato extra casu necessitatis, nulla, & irrita est.*
11 *Confessio ignoranter excommunicato denunciato fa quare iteranda sit.*
12 *Baptismus ab excommunicatis denunciatis, etia reticis vrgente necessitate licitè peti, & admi potest.*

E:

13 *Excommunicatus denunciatus constitutum in necessitate non baptizans peccat.*

14 *Necessitate vrgente, & præsente excommunicato, & nõ excommunicato a quo petendus sit Baptismus.*

15 *Diaconus excommunicatus, alijs clericis inferioribus, & laicis non excommunicatis, præferendus.*

16 *Sacerdote excommunicato præsente, à non Sacerdote, etiamsi excommunicatus non sit, Baptismus peti non debet, & quæ huius rei ratio sit.*

17 *Præsentibus duobus Sacerdotibus, à parocho potius excommunicato, quam ab alio non excommunicato Baptismus peti debet.*

18 *Pœnitentiæ Sacramentum ab excommunicato denunciato, etiam hæretico, in extrema necessitate licitè peti, & administrari valide potest.*

19 *Pœnitentiæ Sacramentum, vt ab excommunicatis denũciatis validè in extrema necessitate administretur quare Ecclesia permittat.*

20 *Hæretico sacerdoti in extrema necessitate quando liceat, aut non liceat confiteri.*

21 *Eucharistia Sacramentum ab excommunicato denunciato vrgente necessitate, nec licite peti, nec administrari potest, & quæ huius ratio sit.*

22 *Matrimonium, Ordo, Confirmatio, & Extrema Vnctio quare ab excommunicato denunciato numquam licite peti, aut administrari possint.*

1 DIfficultas magna est de Sacramento Penitentiæ, an illud ab excommunicato validè sumi, aut conferri possit, ita vt non sit necessario repetenda confessio, & absolutio. In qua re, cum non admodum inter se consentientes sint authores, ad omnem prolixitatem, & confusionem vitãdam sequentibus propositionibus materiam hanc breuiter exponam.

2 Prima propositio. Penitens maiori, vel minori excommunicatione ligatus, qui scit, aut scire debet, se non posse prius à peccatis, quam ab excommunicatione absolui absolutionem tamen à peccatis petens premissa confessione, (& præsertim si confessarium induxit, vt ita ageret) si absoluatur, inutilis est absolutio, & reiteranda est confessio. Sic. Palud. 4. dist. 22. q. 3. conclus. 1. Adrian. tit. de Confessione, q. 2. propè finem, & tit. de Matrimonio, q. 1. vers. ad rationes in oppositum. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Nauar. in cap. fratres, de penit. dist. 5. nu. 48. & in Manuali c. 9. nu. 5. vers. secundo. Ioan. à Medina, Cod. de confessione, q. 18. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 1. c. 1. propè finem, vers. sed hoc casu. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 6. nu. 7. vers. quarta conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 2. Hugol. de censur. Eccl. tab. 2. capit. 7. §. 2. num. 6. non procul à fine. Ratio huius non est ea, quam putant Palud. & Adrian. quod excommunicatio reddat excommunicatum talis absolutionis incapacem: sed quia huiusmodi pœnitentis confessio non est integra aut si integra sit, indignum se reddit absolutione ob sacrilegium, & peccatum quod committit; Nam, vel non confitetur hoc peccatum scilicet, quod peccat, volens absolui ab excommunicatione, & esse particeps illius Sacramenti, à quo est exclusus interdicto ecclesiæ; & proinde confessio non est integra, & iteranda est, ex quo sacrilegium illud tacet; Vel confitetur illud peccatum, & tamen vult absolui, & ita caret debito dolore, & proposito abstinendi à futuris peccatis, & id palam facit confessario, & indignum se reddit absolutione, & consequenter inutilis est absolutio, & iteranda confessio. Quæ omnia vera sunt maximè quando inducit confessarium, vt eum absoluat; dum enim eum scienter inducit ad absoluendum, in ipsomet confessionis actu peccat, & ita etiam non integrè confitetur; siue igitur sic excommunicatus scienter, siue ex ignorantia crassa absolutionem petat, peccat, & obicem ponit absolutioni, & ideo si absoluatur, absolutio non valet.

3 Secunda propositio. Excommunicatus maiori excommunicatione, eius tamen iustè ignarus, aut etiam eius oblitus, si à peccatis absoluatur, verè absoluitur, & verum Sacramentum suscipit, ita, vt non teneatur eam confessionem iterare; vt si quis ignoret se propter clerici percussionem in minoribus constituti, aut prima tonsura initiati, excommunicationem incurrere, aut etiam ignorat, vel non aduertit sententiam excommunicationis generalem esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud surripuerint, talis bona fide peccata sua confitens, & petens absolutionem, cum non peccet absolutionem consequendo, aut petendo, verè absoluitur, nec iterare confessionem tenetur, (dummodo alias confessio sit integra, & cum debito dolore, & proposito facta,) & quamuis, vbi se excommunicatum esse nouerit, ad impetrandam excommunicationis absolutionem teneatur, non tamen ad iterationem confessionis obligabitur: ita Palud. 4. dist. 18. q. 4. vers. tertius effectus. Ioan. Medina Cod. de confess. quæst. 18. vers. dicendum igitur, in fine, Nauar. in Manuali, c. 9. num. 3. vers. quarto, dicimus, & in cap. fratres, num. 46. de penit. dist. 5. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. nume. 7. vers. secunda conclusio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Caiet. in Sum. in verbo, absolutionis impedimenta, vers. secundũ est, & vers. & hinc habes, & in verbo, confessio iteranda. vers. ex inhabilitate Barthol. Medina, in Summa, libro 1. c. 11. §. 3. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 2. Hugol. de censur. Eccles. tab. 2. ca. 7. §. 2. num. 5. & 6. Qui omnes hanc conclusionem deducunt ex c. Apostolicæ, de cler. excom. ministr. vbi dicitur, *excommunicatum diuina celebrantem, irregularem factum non esse, eo quod probabiliter se excommunicatum esse ignorabat*. Ratio est: quia illic est debita materia, debita forma, cum debita intentione, & non ponitur obex, taliter. n. excõicatus non peccat, ex quo aut ignorat probabiliter se excommunicatum esse, aut inculpabiliter eius oblitus sit, & proinde vera est absolutio Sacramentalis, quandoquidem per excommunicationem non redditur homo incapax Sacramenti; character enim Baptismi, quo quis ad Sacramenta recipienda habilis fit, sicut nec per excommunicationem tollitur, ita neque per eam habilitas tollitur, & ideo nec per eam absolutio Sacramentalis impeditur neque in hoc casu impedit interdictum Ecclesiæ, quo prohibetur quis in excommunicatione existens Sacramentum accipere; vt enim docet Palud. vbi supra, iniusta videretur sententia Ecclesiæ, si vellet aut innocentem punire, aut ignorantiam inuincibilem condemnare. Et à fortiori valeret absolutio, vbi excommunicatio esset iniusta, & quis ea inuolutus, & eius inscius, aut oblitus; confiteretur, & absoluatur.

4 Hinc colligunt præfati authores, maximè Caiet. vbi supra, Nauar. in cap. fratres, num. 50. de penit. dist. 5. versic. infertur secundo. & ex eis Hugolinus cit. num. 6. regulam hanc pro viris timoratis consolationis plenam, nimirum, *Qui excommunicati confessi sunt, ignorantes probabiliter se excommunicatos, si bona fide confessi sunt omnia peccata, & non meminerunt se vlla excommunicatione teneri, & absoluti fuerint, non tenentur confessionem iterare, sed solum habita notitia excommunicationis absolutionem ab ea impetrare.*

Tertia propositio. Excommunicatus maiori excommunicatione, qui scit se excommunicatum esse, & id confitetur, sed iusto quodam iuris, vel facti errore, attenta eius qualitate, existimat se à peccatis absolui prius posse, quam ab excõmunicatione absoluatur, si à peccatis tantum absoluatur, valet absolutio, nec confessionem iterare tenetur; Ita expresè Caietan. vbi supra. & Martin. Ledum.

desm.2.4.q.23.art.1. Sotus 4.d.22.q.1.ar.1. propè finem, versic. secundo an. Nauar. in capitulo fratres, numero 47. de pœn. dist. 5. Couar. in capitulo alma mater, 1. par. §.6. numero 7. versi. tertia conclusio. de sentent. excomm. lib.6. Henriquez, lib. 13. de excommun. capit. 12. §. 2. Hugol. de censf. Eccles. tab. a. c. 7. §. 2. n. 5. & 6. & fauet Palu. 4.d.18.q.4. versi. tertius effectus. & patet eadem ratione, qua propositio secunda; & procedit hæc propositio, non solum quando vterque, idest, tam pœnitens quam Confessarius probabiliter putant impendi posse absolutionem à peccatis, non præmissa absolutione ab excommunicatione; sed etiam quando pœnitens solus ignoret probabiliter necessariam prius esse absolutionē ab excommunicatione, quam à peccatis, licet Sacerdos ignoret vincibiliter, aut non ignoret, sed aduertat excommunicationem etiam reseruatam in eo pœnitente ignorante, & tamen ex sua malitia absoluat illum, etsi enim in hoc casu Confessarius absoluendo peccet, absolutio tamen valet, cum adsint omnia necessaria, scilicet materia integra confessionis, forma, & intentio ministri, & pœnitens per ignorantiam excusatus non sit inhabilis, vt absolutionem recipiat. Quia durissimum esset, quod qui inuincibiliter ignorat per totam vitam se incurrisse excommunicationē, eam reseruatam, vel it ecclesia, quæ est pia mater, ne vnquam ei prosit absolutio peccatorū; Et aliàs conscientia pœnitentis numquam esset quieta, sed semper oporteret dubitare, & inquirere, an Sacerdos posset absoluere; peccauit enim Confessarij non debet obesse peccatori pœnitēti, & ignoranti: secus autem dicendum esset, si ambo, idest, tam pœnitens, quam Confessarius scirent, quod excōmunicatus nō posset absolui, tunc enim absolutio impensa irrita esset, vt patet ex his, quæ in prima propositione dicta sunt. Quæ tres propositiones intelligendæ sunt solum de passiua receptione Sacramenti ab excommunicato; Quid autem dicendum sit de collatione actiua huius Sacramenti pœnitentiæ a Confessario, qui excommunicatus est, pœnitente tamen libro manente ab omni excommunicationis vinculo, in sequentibus ostendemus.

6 Quarta propositio. Absolutio Sacramentalis præstita a Sacerdote maiori excommunicatione ligato, eo casu quo necessario vitandus non est, valida est, nec iteranda est confessio. Est communis omnium DD. opinio. Ratio est: quia absolutio hæc vel nulla est, ex eo quod eam suscipiens obicem peccati ponit, vel quia Sacerdos absoluendi potestate caret, quorum neutrum in hoc casu contingit; & proinde absolutio Sacramentalis valida erit: Nō enim obstat aliquid ex parte pœnitentis, vt supponitur, cum nullam culpam habeat suscipiens Sacramentum ab excommunicato, quē non tenetur vitare, vt constat. Neque aliquid ex parte Confessarij obstat, quia ea iurisdictio, quæ necessaria est ad absolutionē, adhuc manet penes Sacerdotem excōicatum ex Ecclesiæ permissione, quamdiu eum vitandum non esse pronunciat: valida igitur erit absolutio ab eo data. Quam Conclusionem expresse tenent Caiet. in verbo, absolutionis impedimenta. Ioan. Medina Cod. de Confessione, q. 22. versi. tertium dictum, & vers. quartum dictum. Nauar. in Manuali, c. 9. n. 9. versi. sexto deducitur, & in ca. 1. §. 1. ab istet, nu. 10. de pœnit. dist. 6. Couat. in c. alma mater, 1. par. §. 6. n. 7. vers. quinta conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de exc. ca. 10. §. 3. Hug. de censu. Eccle. tabu. 1. c. 13. §. 16. n. 12. post Adrianum. in 4. tract. de confess. dub. 9. versic. secunda propositio.

7 Hinc infertur validam esse confessionem pœnitentis, qui ignoranter confitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto generali sententia iuris, vel hominis, non tamen denunciato, vt authores præfati testantur, & colligitur ex fine extrauag. Ad euitanda scandala. Martini V.

8 Infertur etiam, quod pœnitens scienter confitentis Sacerdoti proprio, etiam excommunicato, generali tantum excommunicatione iuris, vel hominis, cuius ipse scientiam habet modo non fuerit denunciatus, valida sit absolutio, nec iteranda confessio, vt colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Quod intelligitur, etiamsi extra necessitatem subditus petat Sacramentum à parocho suo, (tenetur enim parochus etiam extra tempora præcepti subdito petenti Sacramenta ministrare) dum enim in hoc casu subditus iure suo vtatur, & rem licitam petat, quam Confessarius etiam licite ex permissione Ecclesiæ ministrare poterit, nec pœnitens petendo peccat, nec Confessarius parochus administrando peccabit, (dummodo cōeratur de peccatis) sicut enim Concilīū Constantiense, vt colligitur ex d. extraua. subditis concessit licentiam petendi à pastoribus suis Sacramenta; ita consequenter vt te ētè monent Sotus 4.d.1.q.5.art.6. conel.6. & Henriquez, lib. 13. de excom. c. 6. §. 3. & c. 10. §. 3. ipsis parochis excommunicatis tantum generaliter concessit, vt eis Sacramenta præbeant, & hoc etiam sine peccato (dummodo peniteat eum de peccatis) & absque irregularitatis pœna, aliàs enim ociosum esset priuilegium Concilij, si subditus iuste, & licitè petat, parochus tamen iuste neget. Siue igitur parochus Sacramentum hoc petenti subdito ministrare paratus sit, siue non, licitè subditus ei confitetur, & ab eo valide absolui potest ob rationem dictam.

9 Infertur etiam, quod confessio Sacramentalis facta alicui alteri Sacerdoti, qui non est pastor petentis, aliàs habenti auctoritatem absoluendi a peccatis, valida sit, etiamsi Sacerdos ille generali aliqua iuris, vel hominis excommunicatione ligatus fuerit, dummodo tamen paratus fuerit illud petenti ministrare. Quod intelligitur etiam extra casum necessitatis, & etiam si pœnitens talis excommunicationis Confessarij scientiam habuerit. Et colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda, vbi conceditur facultas participandi etiam in Sacramentis cum quibuscunque generaliter tantum excommunicatis: vnde, sicut licitum est petere Sacramentum a ministris malis, dummodo ipsi sint parati dare; ita etiam ab excommunicatis generaliter tantum, dummodo ipsi sint parati dare: quia cum alter bene administrare possit Sacramentum, si pœnituerit, & ego peto rem bonam, illi imputatur si dare velit male, & in peccato, cum bene dare possit, si velit; Nec ego in hoc casu pecco ab istis petendo, cum mihi facultas sit concessa cum taliter excommunicatis communicandi in Diuinis; in quo casu valida erit absolutio, nec iteranda confessio. Dixi, dummodo talis sacerdos sit dare paratus, quia secus, si paratus non esset; sicut enim ministrum malum, qui non est parochus meus, si non erat paratus, extra casum necessitatis, inducere non licet ad Sacramentum mihi ministrandum, quia inducerem eum ad peccatum, quod ipse non committeret hic, & nunc, nisi ego illum inducerem, ita multo minus generaliter excommunicatum non obligatum, nec paratum administrandum mihi Sacramentum inducere licet, cum sic inducendo scienter peccatum committerem, quo casu si tali excommunicato confiteter, confessio iteranda foret, & inutilis absolutio, non quidem, quia facta est confessio excommunicato, sed quia non est integra; Nam huiusmo pœnitens confitendo huic Sacerdoti, quem scienter ind xit ad Sacramentum hoc ei ministrandum, mortaliter cat, cum ad peccatum inducendo, & cum non confitet hoc peccatum, diminutè confitetur, vnde absolutio tilis redditur, & confessio repetenda erit, vt colligit his, quæ in propositione prima diximus, & testatu uat. in Manuali, c. 9. nu. 10. in fine.

10 Quinta propositio. Confessio scienter, vel igno facta proprio Sacerdoti, vel alteri excommunicat ciato, extra casum necessitatis extremæ, irrita est, da. Ita omnes Theologi, & Canonistæ, & collig extrauag. Ad euitanda scandala. Ioann. Med de confessione, q. 22. versic. sextum dictum. Na nuali, c. 9. nu. 8. versi. quinto deducitur. Coua mater, 1. par. §. 6. nu. 7. vers. sexta conclusio,

lib.6. Henriquez lib. de excom.c.10.§.2. Hugolin. de cen sur. Eccles.tab.1.c.13.§.16.num.12. post Adrianum, in 4. tract. de Confessione, nu.9. vers. his præmissis. Ratio est, quia talis Confessarius iurisdictione priuatus est, vt ex d. Extraua. constat, quæ tamen necessaria est ad sententiam absolutionis validè impendendam, arg.c.ad probandum de sent. & re iud. & Concil. Tridē. Sess.14.cap.7. de casuum reseruatione. Deinde, quia excommunicatum denunciatū in factis vitare tenetur, vt patet in cap. sacris; de ijs quæ vi, metusve causa fiunt. Vnde scienter taliter excommunicato absolutionem petens mortaliter peccat, & ita ponit obicem, & per consequens absolutio est nulla, & confessio iteranda. Idē si Confessor fuit excōicatus generaliter ob violentam manuum in clericum iniectionem, quæ nulla posset tergiuersatione celari, iuxta Concilium Cōstantiense supra citatum. Et licet Nauar. in Manuali, ca. 9.num.8. hoc etiam procedere velit in notorio excommunicato, suspenso, vel interdicto propter aliam causā, quā ob clerici percussionem, in contrarium tamen est consuetudo, cū catholici quamplurimi in Germania, Gallia, & Anglia, hæreticos notorios vitare nō soleant, & tamen tales hæretici, vt constat, in Bulla Cœnæ excommunicati sint, licet non denunciati excommunicati. Vnde Ioan. Medina C. de Confessione, q.22. vel sic. corollarie sequitur, affirmat etiam eum hæreticis, antequam sint per iudicem declarati, sicut cum alijs generaliter excommunicatis, cōmunicari posse.

11 Et quod diximus de confessione confessori excommunicato denunciato scienter facta, quod nulla sit, & iteranda, tum ob defectum potestatis in sacerdote, tum ob peccati mortalis obicem, quem confitens Sacramento ponit, sciens sei cum illo contra interdictum ecclesiæ communicando; etiam de confessione nescienter excommunicato denunciato facta asserendum est; quamuis enim pœnitens ob ignorantiam iustam illi confitendo non peccet, quia tamen in Sacerdote illo nulla remanet iurisdictio, aut potestas, (cum hæc ab ecclesia tali excommunicato denunciato auferatur) absolutio hæc irrita est, & confessio repetenda erit, cum huiusmodi pœnitens excommunicationis scientiam habuerit. Ita Palud. 4.d.17. art.1. conclus. 4. Ioan. Medina, c. de Confess. q.23. Nau. in Man. cap.9. num.8. & Couar. in c. alma mater. §.6. nu.7. vers. septima conclusio. de sent. excomm. lib.6. & Henriquez lib.13. de excō.c.10.§.2. Hugolin. de cens. Eccl. tab.1.c.13.§.16 n. 12. in fine, & intelligitur, quando confessio fit extra casū necessitatis. Et quæ sacramenta ab excommunicatis tam actiue, quam passiue extra casum necessitatis validè administrari possint, hactenus dictum est. Nunc quæ in casu necessitatis ab excommunicatis etiam denunciatis licite peti, & administrari possint, paucis iisdem ostendamus.

12 Sexta propositio. Baptismus ab excommunicatis denunciatis etiam hæreticis, vrgente necessitate, licitè peti, & administrari potest. Sic S.Thom. 4.d.4. q.2. art. 2. quæstiuncula 4. & 4.d.19. q.1. art.2. quæstiuncula 2. ad 3. & 3. par. q.82. art.7. ad 2. Scot. 4.d.5. q.2. Palud. 4.d.5. q.3. vers sic. quantū ad primum. Durād. 4.d 5. q.2. nu.7. Richar. 4. d.8. art.3. q.4. Thom. de Argentina, 4.d.5. q. vnica, art.1. Capreol. 4. dist.5. conclus.3. & 4. Sanct. Anton. 3. par. tit. 14. cap.13.§.5. Victoria, in summa, de Sacram. de Baptis. mo, q.30. Caie. 3. par. q.64. art.6. Sotus 4.d.1. q.1. ar.6. an te fi. Ruard. Tappet. in expli. ar.3.§ 5. Syluest. verbo, Baptismus. 3. q.5.6. & 7. & verbo, Confessio 1.§. vlt. Ioann. Medina, C. de Confess. q.28. Nauar. in Manuali, c.22. nu. 4. Hugolin. de cens. eccles. tab.1.c.13.§.17. & Summa Astensis, 1. par. lib.4. tit.3. art.5. & intelligitur propositio tā de adulto, quam de infante. Cum enim Sacramētū hoc ad salutem necessarium simplicitet sit, quando actus haberi pōt minister, qui illud ministrare possit, ecclesia non prohibet in eo casu necessitatis extremæ aut excommunicatos denunciatos Baptismum conferre, aut alios ab illis suscipere; Imò ab huiusmodi in tali casu, sicuti Baptismum petere quis potest, ita & debet; vnde si Baptismum a tali non sumat, cum possit, si moriatur, saluus esse nequit, tunc enim verum est illud, *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Vnde in c. præter hoc, versic. ad hoc vero, prope finem, dist.32. dicitur, *Subito moriturо prius Baptismate consulitur, & dum forte Catholicus non inuenitur, satius est ab Hæretico Baptismi Sacramentum sumere, quam in æternum perire.* Idem docet San. Augu. lib.2. cōtra epist. Parmen. c.12. & lib.7. de Baptis. contra Donatistas, ca.53. vbi affirmat licitum esse etiam ab hæreticis, & paganis Baptismum recipere. Et similia habet Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, & refertur in c. a quodam Iudæo. de consecr. dist.4. Vnde, cum id quod in vno ex correlatiuis dispositum est, etiam in alio locum habere debeat, arg. l. fi. & ibi DD. not. C. de indic. vid. toll. sicut necessitate cogente ab illis legitimè, & sine peccato Baptismus peti potest, & debet, ita etiam excommunicatus denunciatus, interdictus, aut suspensus, huic Baptismum conferre legitimè, & sine peccato potest, & debet, vt præfati authores testantur. Quibus addi potest Martin. So. Senior, in c. si quis propter, nu.10. vers. quinto sequitur. de iur.

13 Vnde, cum in casu constitutum presbyter non baptizans deponi iubetur, si ille non Baptizatus, moriatur, vt habetur in c. quicunque presbyter. de consecr. dist.4. vbi canon ille generaliter loquitur, & proinde generaliter accipi debet, arg. l. Iulianus. ff. de leg.3. Nec aliquā excusationē admittit. Non igitur excusatur excommunicatus denunciatus, & certè, si tic excommunicatus aliquem famæ pereuntem videat, ei opem ferre tenetur, ne corpus pereat, arg. c. pasce, dist.89. multo magis moriturum sine Baptismo baptizare debet, ne anima eius in æternum pereat, & hoc latius docet Scotus 4.d.5. q.2. Franc. a Vict. vbi sup. quæst.30. de Baptis. Hugolin. tab.1.c.13.§.17. nu.4. & 5. & Nauar. in Man. c.22. nu.6. vers. tertio affirmans peccare mortaliter eum, qui in causa est, vt aliquis sine Baptismo moriatur, aut renuit dare Baptismū petēti in art. mortis, cum nullus eo aptior ipsum baptizare vult, & citat pro hoc d. c. quicunque. & d. ca. pasce, & sicut alter eo in casu Baptismum ab eo petere iure diuino præcipitur, ita etiam ille eidem Baptismum conferre tenetur; vbi tamen rectè aduertit Hugolin. ubi supra, nu.6. eo casu necessitatis Baptismum cæremonijs non adhibitis administrare debere, non enim Baptismi susceptionem necessario ipsæ requirunt argum. ca. ne quemquam, vers. quod si aliquis, de consect. d.4. & fauent Io. Vr. uer. in his suis Instit. cap.16.§. 1. vers.6. & Catech. Roman. tract. de Baptis. cap. de ritib. & cærem. versi. restat nunc de ministro, versi. iam vero, satis enim necessitati alterius subuenitur, dum simplici Baptismi administratione sine cæremonijs, & solius solemnitatibus salus æterna habeatur.

14 Solum in hoc casu dubium esse potest, An necessitate vrgente, si alius præsens adsit, qui non sit excommunicatus denunciatus, suspensus, aut interdictus, licitè peti possit Baptismus ab excommunicato, ipseq; Baptismum licitè administrare possit. In qua re vnum certū apud authores est, alterum uero controuersum; Certum enim est, cūm duo adsunt plures potestate pares, eius, qui baptizandus est, nimirū, plures parochi, aut plures Sacerdotes, non parochi, plures Diaconi, aut plures eiusdem ordinis, aut plures uiri, aut plures mulieres, quorum tamen aliqui excommunicati sunt, & non alij, tunc a non excommunicatis suscipi debet Baptismus, modo id possint, & uelint, & non ab alijs; cū in hoc casu talis habilior sit, utpote, non impeditus iure ad Sacramenta ministranda, sicut excommunicatus. In pari enim causa habilior præferendus est. Imo uero si plures conditione non pares adsint, sed nemo parochus, aut Sacerdos, ab alio, & non ab excommunicato peti, & administrari debet Baptismus cum in casu necessitatis quilibet Baptismi minister sit, & soli parochi, & Sacerdotes ius administrandi Baptismum habeāt, ut cō

munis Theologorum opinio docet: ita vt ipsi etiam excommunicati in casu necessitatis alijs non Sacerdotibus, nec excommunicatis præferendi sint; Quæ ratio cum in alijs cesset, non ita seruandus est ordo in eis, quam excommunicato Clerico, cui et laicus non excommunicatus præferendus sit; id quod Clericis inferioribus à Diacono omnino certum esse puto.

15 In Diacono autem res aliquantulum dubia est, quia ei aliquo modo competit hoc ministerium ex vi ordinationis suæ; cum etiam, vt docet glossa in c. Diaconus, in verbo, necessitatis, d.93. si necessitas vrgeat, & Sacerdos sit absens, possit ipse iure suo ministerium hoc vsurpare. Vnde in Pontificali Romano in ordinatione Diaconi dicitur, *Diaconum debere baptizare, & prædicare;* vnde alijs Clericis inferioribus, & laicis, etiam non excommunicatis in tali casu videtur præferendus. Quando autem plures

16 adsunt, quorum, qui excommunicatus est, Sacerdos est, alij vero non Sacerdotes, tunc Syluest. in verbo, Baptismus, 3. numero 1. ait, præsente Sacerdote excommunicato, vel hæretico, vel suspenso, melius esse baptizari à laico. Verius tamen est, quod docent Scotus in 4. dist. 5. quæst. 2. §. quantum ad secundum, in fine. Francisc. à Victoria, in Sum. de sacram. q.30. Henriquez de Sacram. lib.2. ca. 28. §.3. Hug. de cens. Eccles. tab.1. cap.13. §.17. num.10. in fine, a Sacerdote potius excommunicato, quam à non sacerdote, etiam si excommunicatus non sit, baptismum peti, & administrari debere. Cuius ratio est; quia iure communi, & ratione suæ consecrationis Sacerdotes per se, & ex officio huius sacramenti ministri fuit, arg. c. Diaconus, dist.93. & c. constat, de consecrat. dist.4. Vnde iure suo priuandi non sunt: neque immutandus est ordo institutionis propter ea, quæ sunt per accidens, vt est excommunicatio, maximè si Sacerdos excõicatus denunciatus, hæreticus non sit, si enim hereticus esset, tunc vel propter scandalum, & prauam suspicionem sui, quam merito daret, qui hæreticum denunciatum in Sacro ministerio fideli laico, qui Baptismum administrare velit, & posset, præferret, vel propter Sacrilegam communicationem cum homine hæretico, & ab ecclesia præciso, vel propter aliquod mortale periculum erroris, aut deceptionis, aut prauæ intentionis, hæretico Sacerdoti, clericus, aut laicus catholicus non excommunicatus præferendus erit, vt recte Francis. Suarez in 3. par. q.71. ar.4. disput. 31. sect. 4. vers. sed obijcies, & Barthol. Hug. vbi sup. nu. 10. annotarunt, & facit cap. Preter hoc. vers. ad hoc, dist. 32. & c. si quem forte. 24. q.1.

17 Eodemque modo, si duo adsint sacerdotes, quorum vnus parochus baptizandi est, alter non parochus, etiam à sacerdote parocho excommunicato, & non ab altero Baptismus peti, & administrari debet; cum enim soli pastores animarum per se, & ex officio ius baptizandi habeant, extrema necessitas subditi baptizandi non tollit Sacerdoti parocho proprium ius, nec alteri sacerdoti in hoc casu licentiam inuertendi debitum ordinem iustitiæ tribuit, dummodo parochus illum baptizare velit; vnicuique enim ius suum seruandum est. Sin vero proprius Sacerdos iuri suo cedere velit, licitè tunc poterit simplex Sacerdos id præstare, quia iam nulli facit iniuriam, & quia parochus hoc ministerium illi committere, & potestatem suam delegare potest, vt præfati authores testantur.

18 Septima propositio. Sacramentum Pœnitentiæ in extrema necessitate licite ab excommunicato denunciato, etiam hæretico peti, & administrari validè potest. Et licet hæc conclusio non adeo certa sit, ac alia de Baptismo, nam & glos. in cap. præter hoc, in verbo, separentur, & in verbo, per manus, & in verbo, in Baptismo, d.32. & in ca. Subdiaconus, in verbo, habebunt, 24. q. 1. & S. Thom. 4. dist. 17. q.3. artic. 3. q. 1. ad 2. & dist. 19. q. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. & quest. 3. & 3. par. quæst. 82. artic. 7. ad 2. Duran. in 4. dist. 19. quæst. 2. num. 13. & 17. Ioan. Medina, Cod. de Confessione, quest. 28. dub. 2. Nauar. in Manuali, cap. 22. num. 4. & cap. 26. num. 26. vet lic. dixi Catholicus. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 6. nu. 8. vers. octaua conclusio, de sent. excommu. lib. 6. docent aliquem in articulo mortis ab hæretico, schismatico, interdicto, vel suspenso absolui non posse, etiam si non reperiatur alius idoneus minister, qui eum absoluat, & Paludanus in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 3. conclus. 7. ait, melius esse non confiteri excommunicatis, suspensis, & hæreticis in articulo mortis, & Sotus 4. dist. 18. quæst. 4. art. 4. quamuis concedat absolui posse ab excommunicatis Catholicis, non tamen ab hæreticis. Et de hæreticis dubius est Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 21. artic. 6. fol. 325. & quæst. 22. art. 1. fol. 327. & Summa Astensis, 2. par. lib. 5. tit. 14. quest. 6. nec heretico, nec maiori excommunicatione irretito confessionem fieri debere docet, cum tales absoluere non possint. Alij tamen propositionem nostram vniuersaliter veram esse docent, etiam de hæreticis, vt Palud. in 4. dist. 24. q. 6. art. 2. vbi expressè docet, excommunicatos in articulo mortis absoluere posse. & distin. 25. q. 1. art. 3. ad 3. idem de hæreticis docet Angelica, in verbo, Confessio, 3. num. 2. idem de hæreticis docet. Sic etiam Syluester, verbo, Confessor, 1. §. vlt. Franciscus à Victoria, tract. de clauibus, num. 14. qui etiã citat Ioan. Maiorem, 4. d. 17. Ruardus Tapperus in explicat. art. 5. §. 5. Henriquez lib. 6. de Sacram. cap. 11. §. 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. c. 13. §. 17. nu. 11. & 44. qui omnes id docent tam de hæreticis, quam de excommunicatis. Et idem de vtrisque docent glos. in capit. non est vobis, in verbo, Baptismum parvulorum, de sponsal. & Melchior Canus, 5. par. relect. de Sacramento pœnit. ad 2. & de excommunicatis idem docent Martin. Ledesmius, Sotus vbi supra, & Nauar. sibi contrarius in Manual. cap. 27. nu. 171. vers. septimo. & Marian. Socin. c. sacris, nu. 42. vers. Et prædicta intelligo, de sent. excom. & Couar. vbi supra, hanc opinionem defendi posse putat. Et hanc propositionem nostram satis apertè docet Concilium Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione, in hunc modum loquens: *Pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis; atque ideo in articulo mortis omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt.* Hactenus Concilium. Cum igitur Concilium sine exceptione, *Omnes Sacerdotes* tunc quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse permittat, ne quis hac occasione pereat, scilicet si absolui non possit a quocunque Sacerdote in illo mortis articulo, & lex generaliter loquens, generaliter intelligenda sit, arg. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. consequens plane est, quoscunque sacerdotes et hæreticos, eo casu absoluere posse, dum enim Concilium *Omnes Sacerdotes* id facere posse declarat, etiam hæreticis eo in casu hoc ipsum permisisse censetur; Qui enim Omne dicit, nihil excludit, arg. l. Iulianus, ff. de leg. 3. maximè cum hoc ipsum, quod quilibet Sacerdos in articulo mortis quemlibet absoluere possit, gratia, & fauor sit populi Christiani. Vnde, cum amplia re potius, quam restringere debemus. Quod autem ita excommunicati etiam hæretici Sacramentorum ministerio priuantur, in odium est, ideoque restringendum est; nam pœnæ legum interpretatione molliendæ sunt, non exasperandæ, cap. pœnæ. de pœn. distinct. 1. Sicut igitur in extrema necessitate quilibet a quolibet Sacerdote baptizari potest, & debet; ita etiam à quibuscunque peccatis, & censuris absolui à quolibet sacerdote potest, & debet; cum vtrumque Sacramentum necessitatis sit, & de iure diuino præceptum, Baptismus quidem simpliciter nondum regeneratis, Sacramentum verò pœnitentiæ lapsis omnibus post Baptismum, vt Conc. Triden. sess. 14. ca. 1. & 2. docet.

19 Quod si quis dicat, non ita necessariũ esse sacramẽtũ pœnitentiæ, sicut est Baptismus, eo quod occurrente hmõi impedimento iuris, sufficeret contritio. Rñdeo cum Soto, 4. d. 18. q. 4. ar. 4. vers. ratio cõclusionis, quãuis id verũ sit, quia tñ ecclesia deficere non debet in eo quod potest, & sacramẽta omnia

omnĩa gratiam conferunt, & de attrito contritum reddũt & vt Eccle. 9. habetur: *Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit*, & vbi scit se attritum, nescit tamẽ se contritum, & testibus Palud. 4. distin. 25. quæst. 1. ar. 3. & Francisco Vict. tract. de clauibus, num. 14. nisi absoluatur, vt vi clauium absoluens, imperfectum perficiat, in periculo est pęnitens, (maxime cum homines communiter attritionem habeant) in huiusmodi casu, vt notat Nauar. in Manuali, capit. 27. numer. 271. non censetur ecclesia taliter excommunicatis iurisdictionem auferre, vel suspendere; ne ob delicta hæreticorum, vel aliorum excommunicatorum, filij sui salutis remedio iniustè priuarentur; id quod per verba Concilij sess. 14. c. 7. satis manifestè declaratur.

20 Hoc tamen quod diximus de confitendo hæreticis, intelligi debet, quando non timetur periculum infectionis, & peruersionis; nec pœnitens communicando in Sacramentis videtur consentire, vel approbare sectam hæretici; nec sit periculum ex parte hæretici abutendi Sacramento, & præsertim, vbi male de pęnitentiæ sacramento sentiret, & in hoc hæreticus esset, & quando alius Sacerdos haberi non posset: si enim aliquod horum sit, non licebat hæretico confiteri, sed erit, ac si copiam Confessarij non haberet, vt præfati auctores testantur.

21 . Octaua propositio. Sacramentum Eucharistiæ necessitate vrgente ab excommunicato denunciato, aut alijs censuris irretito nec licitè peti, nec administrari potest. ita S. Thom. 3. par. quæst. 82. art. 7. ad 2. & art. 9. Alexander de Ales, 4. par. quæst. 11. memb. 2. art. 3. §. 2. S. Bonauent. 4. dist. 13. quæstion. 1. Rich. 4. distinct. 13. arti. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 13. quæst. 2. §. restat ergo. & Palud. 4. d. 13. quæst. 1. art. 4. conclus. 5. & dist. 17. quæst. 3. art. 3. cõclus. 7. Durand. 4. dist. 13. quæst. 4. memb. 8. Gabr. 4. dist. 13. q. 1. art. 3. dub. 4. Summa Allensis, 1. par. lib. 4. tit. 13. art. 3. Sylu. verbo, Eucharistia, 3. quæst. 4. Franc. Victoria, tracta. de Sacram. Euchar. quæst. 93. & tracta. de clauibus, num. 17. Ioan. Medina, C. de Confess. quæst. 28. dub. 2. Sotus 4. distin. 13. quæst. 1. art. 9. Henriquez libro 13. de excommu. cap. 10. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. ca. 13. §. 17. num. 14. & Gregor. lib. 3. dialog. c. 31. & habetur in ca. superueniente, & ibi glo. in verbo, perciperet, 1. q. 1. & cap. Subdiaconus. vbi glo. in verbo, habebunt, & cap. fin. & ibi gloss. in verbo, perciperet, 24. q. 1. quicquid contrarium sine ratione, aut auctoritate doceant Nauar. in Manuali, cap. 22. num. 4. & Francis. Suarez in 3. par. in q. 82. artic. 3. disput. 72. sectio. 4. in fine. Ratio huius conclusionis est: quia Sacramentum hoc non est Sacramentum necessitatis, vt sunt sacramenta Baptismi, & Pęnitentię, neque etiam per se institutum est ad remissionem peccati originalis, vt Baptismus, neque ad remissionem mortalium post Baptismum commissorum, vt Sacramentum pęnitentiæ, & proinde neque ad primam gratiam conferendam, ex Concil. Trident. de Baptismo, & Pęnitentia habetur, Sess. 14. c. 1. & 2. & de Eucharistia colligitur ex Conc. Tri. Sess. 13. c. 2. can. 1. Immo vero vsus huius sacramenti per se supponit primam gratiam, & remissionem peccati, multo magis quam reliqua, quæ dicuntur sacramenta viuorum, vt satis apertè testatur idem Concil. Trident. Sessio. 13. cap. 7. & canon. 11. vnde tantæ necessitatis non est hoc sacramentum, vt illa duo, & præceptum de Eucharistia recipienda intelligitur, si adsit minister decens: sicut nec a sacerdote petere, vt tunc celebret absque vestibus sacris, & alijs, quæ ecclesia pro reuerentia sacrificij instituit, quia sic Christus præceptum suum moderandum voluit, vt Henriquez vbi supra, §. 2. litera P. in annot. docet.

22 De alijs quatuor sacramentis oẽs docent quod nõ possint licitè peti, vel ministrari à præciso denunciato, seu hæretico, quia nunquam homo in necessitate horum Sacramentorum constitutus est. Et de sacramentis hæc sint satis.

De officijs diuinis, & suffragijs Ecclesiæ Excommunicato prohibitis. Cap. III.

S V M M A.

1 *Excommunicatio maior ab officijs diuinis arcet, & spiritualibus ecclesiæ suffragijs priuat.*

2 *Excommunicatus denunciatus, vt minister ecclesiæ officia diuina recitare, aut Missam celebrare nequit.*

3 *Excommunicatus denunciatus per se, vt persona priuata, officia diuina recitare debet.*

4 *Excommunicatus denunciatus, quare vt priuatus, officium diuinum priuatim recitare teneatur.*

5 *Excommunicatus denunciatus horas Canonicas priuatim recitans, dicere nõ debet* (Dominus vobiscum) *& quare.*

6 *Excommunicatus denunciatus priuatim horas recitans satisfacit officio suo ita, vt non peccet in non recitando.*

7 *Horas Canonicas in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto de horis recitandis satisfacit.*

8 *Oratio existentis in peccato mortali, an, & quomodo vtilis, & fructuosa sit.*

9 *Excommunicatus an ecclesiam vt ibi oret, & horas priuatim recitet, intrare possit.*

10 *Excommunicatus quo sensu ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse dicatur.*

11 *Ostiarius, quo sensu excommunicatos excludere iubetur dum Sacerdos Missam celebrat.*

12 *Excommunicatus maiori, concionem cum alijs in ecclesia audire potest.*

13 *Excommunicatus laicorum more mensam benedicere, & Eucharistiam ad infirmos delatam comitari potest.*

14 *Excommunicatus lectionem publicam audire, & legere potest.*

15 *Excommunicatus denunciatus diuinis interesse nequit, dum ab alijs fiunt.*

16 *Excommunicatus surdus, aut cæcus, cum alijs in officijs diuinis participare nequit.*

17 *Excommunicatus cum alijs etiam vltimo loco in processionibus, aut Litanijs ire non potest.*

18 *Excommunicatis denunciatis præsentibus alij nec officia diuina celebrare, nec audire possunt.*

19 *Excommunicato denunciato præsente, tempore, quo officia diuina, aut missa celebrantur, quid agendum.*

20 *Excommunicato denunciato intrante ecclesiam, si Canõ Missæ inceptus sit, sacerdos assistente ministro solum Missam prosequi, alij vero exire debent.*

21 *Sacerdote celebrante, si corpus defuncti excommunicati in ecclesiam deferatur, quid agendum.*

22 *Tempore, quo plures Missæ in eadem ecclesia celebrantur, si excommunicatus denunciatus vni intersit, an alij alteri interesse possint.*

23 *Missam eandem, aut eandem horam Canonicam cum denunciato excommunicato audire non licet contra Durandum contrarium asserentem.*

24 *Excommunicatus denunciatus ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto excusatur, & quænam huius ratio sit.*

25 *Infirmus, aut in vinculis constitutus non audiendo Missam in festis ex præcepto, non peccat.*

26 *Excommunicatus occultè an ab alijs fidelibus in Missa, & alijs officijs diuinis audiendis, & faciendis abstinere teneatur.*

27 *Excommunicatus occultè ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam licitè cum alijs Missam in festis audire potest.*

28 *Excommunicatus occulte, si non sit in mora petendi absolutionem, celebrans causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, nec peccat, nec irregularitatem incurrit.*

1 Lter excõmunicationis maioris effectus est, vt a diuinis officijs arceat, & ecclesiæ suffragijs spiritualibus priuet, vt ex sequentibus manifestum erit.

2 Primo igitur excommunicatus denunciatus ex officio, vt minister ecclesiæ officia Diuina recitare, Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere non potest, vt communis DD. opinio docet, & colligitur ex ca. sicut Apostoli cum tribus seq. & ibi glo. 11. q. 3. & c. permittimus, & glo. & Panorm. ibi, de sent. excommu. & glos. in ca. si quis presbyter. in verbo, præsumpserit, & ibi Panorm. num. 7. & 8. & Marian. Soc. sen. ibidem, nu. 6. de cleri. excom. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. sacris, num. 50. vers. quoad tertium. de sent. excommunic. & numero 134. Summa Hostien. lib. 5. tit. de cler. excommun. ministr. §. qualiter puniatur. & §. fin. vers. consueuit, & illud quæri. tit. de sent. excomm. Summa Astensis, 2. par. lib. 6. tit. 1. art. 6. in fin. gl. in c. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Angelica, verbo, excommu. vlt. nu. 4. Gabr. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & q. 3. art. 3. dub. 2. Caiet. in Summa, c. communicatio, seu participatio cum excommunicato. Syluester, verbo, excommun. 3. nu. 1. versi. tertio. Tabiena verb. excom. 1. vers. quinto. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. art. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & de oratione & horis canon. cap. 7. num. 17. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 3. num. 8. de senten. excommun. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 4. Bartbol. Medina, lib. 1. Summæ cap. 11. §. 4. Hugolin. de cẽs. ecclesi. tabu. 2. cap. 8. Qui omnes expresse docent, excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas. & similia publicè, vt ministrum ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argumen. cap. clerici. cum tribus seq. & cap. fi. de cler. excommun. minist. Id quod non solum procedit, si publicè cum alijs officium diuinum recitet, sed etiam, si tanquam persona priuata easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat, cum ei fidelium communio simpliciter prohibita sit, & proinde, nec vt minister ecclesiæ, nec vt persona priuata cum alijs officia diuina recitare potest.

3 Secundo, vt ijdem authores affirmãt, licet vt minister ecclesiæ, aut ut persona priuata officium diuinum cum alijs recitare non possit, illud tamen priuatim, et per se dicere, et recitare per modum priuatæ orationis, et priuati suffragij tanquam laicus potest; nam diuina officia, *vt officium Christi Domini, officium Beatissimæ Viginis Mariæ, necnon corona eorundem, septem Psalmi pœnitentiales: Psalmi etiam Graduales, officium Mortuorum, Dominica oratio, Salutatio Angelica*, et alia huius generis, sicut etiã ieiunium, et eleemosyna opera sunt, quæ pęnæ rationem habent, et pęnalia a Scholasticis scriptoribus appellantur, vt videre licet apud S. Thom. 4. distinct. 15. quęst. 4. art. 3. Bonauent. 4. dist. 15. art. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 15. q. 1. art. 3, et alijs, ead. dist. et Sot. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ideoq; ab excommunicatis exerceri possunt; imò uerò officia diuina excom. non solum hoc modo recitare potest sed etiam debet, & tenetur, si aliàs ante excõicationẽ ad eorum recitationem obligatus fuerat. Sicut enim ad ieiunia aliàs debita, & ad alia Ecclesiæ præcepta obseruanda obligatus remanet: (modo id quod præcipitur, per censurã non prohibeatur, quale est præceptum audiendi Missam diebus festis) ita etiã ad horas canonicas persoluendas, prout ante excõicationẽ tenebatur, & ac si excommunicatus non esset, etiã post excommunicat. incursam obligatur, vt pluribus tradũt gl. in c. presbyterũ, in verbo, priuatus est, & Archid. ibi, num. 4. d. 28. Ioan. de Lignano, in repet. in cap. dignum. q. 3. de celebr. Missar. Decius in ca. intelleximus. col. 2. vers. secundo principaliter. de iudic. Felin. in c. Apostolicę. nu. 15. de except. Panorm. in cap. si quis presbyter. num. 8. & Marian. Socin. num. 6. & ibi gl. in verbo, præsumpserit, & eadem gl. in c. illud. in verbo, officia, & Maria. Socin. ibi, nu. 16. de cler. excom. minist. Hostien. in Sum. nu. 1. vers. qualiter puniatur, tit. de cler. excom. minist. & §. fi. vers. consueuit. tit. de sent. excom. Guil. de monte Lauduno. in clemen. 1. de celebr. Missar. in clem. 1. de regul. Marian. Socin. sen. in c. sacris, n. 134. de sent. excom. Gemin. in ca. 1. §. scimmus. num. 5. de sent. & re iudic. lib. 6. Anchar. in Clem. 1. num. 5. vers. hinc est, de regul. & trans. ad relig. Ioan. Monach. in c. 1. nu. 16. de sent. excommu. lib. 6. Zenzel. in Clem. vt hi qui. de ętate, & qualit. & in c. tuis. de præbend. lib. 6. & Stephan. Costa. in c. cum medicinalis. nu. 97. de sent. excomm. libro 6. & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Tabiena, verbo, excom. 1. §. quinto. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 102. & de orat. & horis canon. cap. 7. num. 16. qui num. 17. docet, non solum excommunicatum, & suspensum, sed etiam degradatum solenniter ad officia diuina teneri, si aliàs ratione ordinis tenebatur, & citat Ioan. Andr. in cap. degradano. de pœnis, lib. 6. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. nu. 8. ver sic. sed & excommunicatus, de sentent. excommunic. lib. 6. idem de excommunicato, & degradato docet, pro qua re citat Alber. Ferr. in tract. de horis canon. quæstio. 12. & 13. Sylu. in ver. degradatio, quæst. 8. Ioan. de Lign. & Decium. vbi supra, Idem docet Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. & Syluest. verbo, excommun. 3. Soto lib. 10. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. Paul. Fusc. libr. 1. de visit. & regim. eccles. cap. 20. num. 18. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. tab. 2. c. 8. & alij omnes.

4 Ratio autem, quare ad officium diuinum recitandum teneatur, est, quia excommunicatio est pœna, pœna verò non tribuit immunitatem, ff. de negoc. gestis, in l. siue hæreditaria, & ff. de interdict. & relegatis, in l. relegatorum. Et quia cum ipse sit obligatus ad hanc seruitutem & hũc pensum, vt c. 1. de celebr. miss. delictum suum ei patrocinari non debet, vt a tali seruitute liberetur, & fiat immunis. c. legi. 16. q. 1. & excommunicatio non liberat debitorem a soluendo, argumen. c. intelleximus, de iudic. sic enim vt ibi dicitur, *ex sua malitia commodum reportaret*, quod fieri nõ debet. arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & c. etsi necesse, de donat. inter virum, & vxorem. Qui igitur ad diuinum officium ante excommunicationem, suspensionem, & interdictum, aut ob beneficium ecclesiasticum, aut ob ordinem sacrum, aut ob professionem in religione approbata, tenetur, ad idẽ postmodũ sub peccato mortali persoluendum tenetur, cum excommunicatio nec beneficium, nec ordinem sacrum, nec professionem tollat.

5 Addunt autẽ Hostien. §. 1. de Cler. excom. minist. ver. qualiter puniatur, & §. fi. vers. consueuit, de sent. excom. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. in c. 1. de sent. excom. li. 6. Archid. & Cardin. Alexan. in cap. presbyterum. dist. 28. Panorm. in c. 2. de cler. excom. ministr. nu. 8. et Marian. Socin. ibi, nu. 18. et idem Marian. Socin. in c. sacris, num. 134. de sent. excom. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid si excõicatus. Alber. de Rosate, de Ferrar. tract. de horis canon. q. 13. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio.

Ta-

Tabiena, verbo, excom. 1. vers. quinto, & ver. septimo, in fine. Armilla, verbo, Horæ Canonicæ, nu. 12. Nauarr. de orat. & hor. Canon. c. 7. nu. 16. Couar. in ca. alma mater, 1. §. 3. nu. 8. de sent. excō. li. 6. Henriquez li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 13. §. 13. num. 3. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 6. & citat Sylvest. verbo, excom. 3. vers. tertio. & verbo, Horæ, vers. tertio, & verb. degradatio, q. 8. Quod ita excommunicatus maiori excommunicatione, dicendo officium solus, & priuatim, vt persona priuata, non debet dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc non est verbum priuatæ personæ. Immo Maiol. cit. affirmat, quod si Sacerdos excommunicatus dicat in officio, *Dominus vobiscum*, erit irregularis, quod tamen negatur ab Henriquez vbi supra, quoad irregularitatem incurrendam.

6 Tertio ex his, quæ diximus manifestum est, excommunicatum denunciatum sic priuatim horas recitantem, ad quas ratione beneficij, ordinis, aut professionis necessario tenetur, iuxta ca. 1. & cap. dolentes, de celebr. Missar. satisfacere officio suo, ita non peccet: immò etiamsi eas, vt minister ecclesiæ recitaret; etiam cum alijs, quamuis peccaret mortaliter. argum. cap. fin. de cleric. excommunica. ministr. & capitu. sacris, de his, quæ vi met. cau. fiunt facit enim contra ecclesiæ præceptum, muneri tamen suo de horis dicendis satisfacit, argumen. eorum, quę tradunt glo. in cap. quos quidam in verbo, vt prosint, & ibi Panor. nu. 3. & Marian. Socin. sen. ibi, nu. 10. & 11. de pœnit. & remiss. & idem Marian. Socin. in cap. sacris, numero 137. de sentent. excommunic. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 14. num. 3. & cap. 20. nu. 29. Hugolin. de censur. eccle. tabul. 2. cap. 8. §. 1. & patet ex communi Theologorum doctrina, & testatur S. Thom. 1. 2. quæ. 100. articul. 9. & latius tradunt Barthol. Medina 1. 2. q. 100. articul. 9. Nauar. in Manuali cap. 13. num. 2. versic. tertio, & de orat. & hor. canon. cap. 20. num. 29. Hugolin. cit. §. 1. quādo finis præcepti est aliud a re præcepta, non est necesse ad præceptum implendum, vt finis ipse adimpleatur, & ita cum aliud sit præceptum recitandi officium Diuinum, aliud finis præcepti huius, scilicet laudare, & colere Deum, excommunicatus siue vt persona priuata, siue vt minister Ecclesiæ horas Canonicas persoluens in peccato mortali, muneri, & officio suo satisfacit, ad effectum euitandi nouum peccatum, aut illas iterum repetendi. Sicut etiam qui in mortali peccato eleemosynam alias debitā, aut ieiunium ab ecclesia præceptum, aut votū ali quod obligatorium præstat, debitū suum persoluisse censetur, ad effectum euitandi peccatum nouum, quod omittendo aliàs incurreret. Quæ doctrina communis est, vt docent Iacob. Almain. in 4. dist. 16. q. 1. & Nauar. in tracta. de orat. & hor. can. c. 20. nume. 29. & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 22. q. 44. art. 4. ad Palud. 3. dist. 37. quæst. 1. Ioan. And. & Panor. & Marian. Socin. in cap. quod quidam, de pęnit. & remiss. & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 17. licet enim opera, quæ nobis præcipiuntur, sint actus virtutis, non tamen præcipitur, quod ea virtuosè agamus, quæ est mens & finis præcipientis.

7 Horas igitur in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto dicendi horas satisfacit, & pœnam, & peccatum euitat sic dicendo; aliàs vt rectè notat Marian. Socin. in d. cap. quod quidam, num. 10. si dicere non prodesset sibi, sequeretur quod noceret; & sic non euitaret pęnam, sed augmentaret, si idem esset dicere in peccato, & non dicere; cum secundo casu peccaret mortaliter, secundum omnes; eas itaque recitando noui peccati reatum vitat, quem non recitando incurreret.

8 Deinde verò licet orationes illæ, quas ita recitaret in peccato mortali, & excommunicatione, prout efficaciam habent ex persona, & deuotione dicentis, non ita prosunt sibi, aut alijs, sicut prodessent si in gratia factæ essent; quatenus tamen ecclesiæ personam gerit, fructuosæ sunt cum oratione omnes, quas in Missa, recitat, tum etiam illæ omnes, quas in officijs Diuinis facit, haud secus, ac si excommunicatus non esset, vt ex his quæ tradunt S. Thom. 3. p. q. 82. artic. 6. in corp. Franc. Vict. nume. 10. de Euchar. & alijs colligi potest.

9 Quarto etiam, quicquid glos. vlt. in cap. 1. dist. 21. & in c. ostiarius, d. 23. & Anton. & Ioan. de Imola. in cap. 1. de vita, & honest. cler. Panor. in c. 2. nu. 2. de foro compet. & in ca. responso, nu. 2. & ibi Felin. de sent. excommunicat. Hostiens. in summa. tit. de cler. excom. minist. §. qualiter puniatur, & tit. de sentent. excommunicat. §. sed nunquid. Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 9. in princip. & Palud. 2. distinct. 28. quæstio. 4. versicu. primus. & Marian. Socin. in d. cap. 1. nu. 5. de cler. excommunicat. ministr. & in cap. sacris, num. 124. & 125. de sentent. excommunicat. dicant excommunicatum maiori excommunicatione peccare mortaliter intrando ecclesiam, etiamsi ibi non celebrentur diuina, eo quod talis diuisus est ab ecclesia. cap. 2. de foro compet. & capit. qui merito, 11. quæst. 3. & quia talis ejici præcipitur ab Ostiario extra ecclesiam, capit. 1. §. ad ostiarium, distinctione 35. verius tamen est, posse sic excommunicatum intrare ecclesiam, non solum pertranseundo eam ad vlteriorem locum, vt admittit Summa Astensis, quando ibi non celebrantur diuina, sed etiam vt ibi oret, & horas Canonicas ibi solus, & priuatim recitet, ita glos. in c. qui studet, in verbo, dimisit, 1. q. 1. expressè docens excommunicatum intrare posse ecclesiam causa orandi, dummodo non intersit officijs diuinis, cū non inueniatur prohibitum, & ita sibi responsum sæpe fuisse a Ioan. dicit Innoc. in c. responso, de sent. excom. & Pan. sibi contrarius, in c. 1. nu. 11. de vita, & honesta. cleric. vbi ait, quod licet excommunicati intrare non debeant ecclesiam tempore celebrationis diuinorum, secus tamen si diuina non celebrentur. Idem docet Bart. Brix. in d. ca. qui studet, 1. q. 1. vt refert Pan. in d. ca. responso, dummodo non intrent causa audiendi diuina. Et Marian. Socin. in c. sacris, nu. 122. de sent. excom. ait hoc dictum Brixiensis esse magis æquum, quando fortè ibi vellet priuatim aliquas orationes dicere, vt lucraretur gratiam, & gratiā a Deo reciperet. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. tertio, & citat Ioan. de Lignano. Tabiena etiam, in verb. excom. 1. vers. quinto. idem affirmat. Nauar. in Man. c. 27. n. 19. ait, posse solum in ecclesia orare, quāuis alij in ea orēt, modo seiuncti sint ab eo, & Caiet. in Summa, vers. cōmunicatio, seu participatio cū excommu. quibus casibus omnino sit illicita, Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 7. de sē. excom. lib. 6. communiter receptum esse testatur, excommunicatum posse absque vlla culpa ecclesiam ingredi causa orandi, eo tamen tempore, quo diuina officia nōn celebrantur. Idem docent Nicol. de Milis in repert. in verbo, excommunicatus potest, quē refert, & sequitur Bart. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. c. 8. §. 6. eo quod excommunicatus priuatur, quantum ad præsentem materiam spectat, sola communione fidelium, & Sacramentorum, c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. pen. de sent. excom. qualis non est ingressus in ecclesiam, vt ibi solus oret.

10 Nec valent, quæ pro contraria sententia afferuntur, cū enim dicatur excommunicatum ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse: id vtique non de materiali ecclesia ex lapidibus, & lignis constructa. sed de corpore Christi, mystico, nimirum extra consortium fidelium intelligitur, vt rectè Hugolin. vbi supra respondit, Christi enim corpus fideles sunt, teste Apostolo Ephes. primo & Colos. 1. vt exponit Cathechismus Romanus in illam Symboli partem, *Credo Ecclesiam Sanctam.* quorum consor-

11 tio excommunicati priuantur. Ostiarius autem excommunicatos solum excludere iubetur, dum Sacerdos Missam celebrat, ne ingrediente excommunicato, officia diuina inchoata hac ratione intermittantur, quandoquidem, vt infra dicemus, excommunicato præsente, nec officia diuina cantari, nec Missæ celebrari debent, ex Felino

in cap. à nobis, nume. 3. de excep. dummodo ergo officia diuina ibi non celebrentur, excommunicatus vt ibi solus otet, & horas priuatim recitet, seclulo scandalo, & contemptu, fine peccato intrare potest.

12 Quinto, Excommunicatus maiori excommunicatione, cum alijs concionem publicam in ecclesia audire potest, vt habetur in c. responso, de senten. excommunicatio. & ibi Panorm. nume. 1. & Marian. Socin. numero 2. & idem Marian. Socin. in cap. facius. num. 125. & num. 138. de sentent. excommunicat. & in ca. inter alia, num. 95. tit. eodem. & facit c. Episcopus nullum, de consecrat. distin. 1. S. Anton. 3. par. titu. 24. capit. 76. versic. tertio. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæstio. 251. & Tabiena, verbo, excommunicat. 1. §. quinto, Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. 1. art. 4. conclus. 2. versic. prædicatio. Caiet. excommunica. fin. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 36. ad quintum. & nume. 176. & tom. 2. consil. consil. 1. nume. 6. lib. 5. de verbo significatio. vbi ait, concionem audire posse etiam in ecclesiæ specialiter interdicta, & idem ait Henriquez libro decimotertio, de excommunicatio. cap. 12. §. quarto. & fauet Palud. quarto, distinct. 18. quæstione 8. articulo quarto, qui incip. circa quartum. versicu. quantum ad vndecimum. Hugolin. de cens. ecclesia. tab. secunda, cap. 8. §. tertio & sexto, numero secundo. Quia prædicare non est de numero Officiorum diuinorum, quæ interdicuntur excommunicato; & quia id permittitur, & in dicto capitulo responso, vt facilius inducatur ad contritionem, & ad petendam absolutionem; vtilis enim est concio per se animæ; in pertinentibus autem ad salutem spiritualem ipsius excommunicati, licet ei participare, qua ratione licet dare consilium excommunicato, cap. cum voluntate, de sentent. excommunic. & facit cap. antecessor, & c. quod prædecessor, 11. q. 3.

13 Potest etiam sic excommunicatus laicorum more mensam benedicere, ex Palud. quarto distinctio. 18. quæstio. 8. articulo quarto, qui incip. circa quartum, versicu. quantum ad decimum septimum. & Hugolin. de cens. ecclesi. Tabu. 1. cap. 13. §. 14. numero tertio. Item potest se signo crucis munire ex Nauar. capitulo 27. num. 36. ad quintum, & Hugoli. cit. Corpus item Christi venerari potest & debet, si ei obuium fieri contingat, argum. cap. intelleximus, de iudi. ex Hugolin. cit. nume. 5. immò comitari Eucharistiam de latam ad infirmos potest, si non recitentur Psalmi, ex Henriquez libro decimotertio de excommunicat. cap. 7. §. secundo, litera M. & citat Palac. 4. dist. 18. quæstio. 3.

14 Potest etiam lectionem publicam, etiam sacram audire, aut eam legere discipulis suis, immò & discipulo excommunicato interoganti circa electionem respondere, vt ait Henriquez libro decimo tertio de excommunicat. capitulo duodecimo, §. quarto. quod non solum procedit in occultis, & generaliter excommunicatis, (in quo casu Sotus 4. distinct. 22. quæstione prima artic. quarto Conclus. secunda versi. prædicatio, concedit nullum esse peccatum eorum interesse concionibus, & lectionibus, sicut nec ipsi peccarent saltem mortaliter, dum ex officio eis huiusmodi munera incumbunt) sed etiam in denunciatis, quia nec concio, nec lectio sunt officium ecclesiasticum, quod excommunicato prohibetur; & licet essent officia ecclesiastica, nullo iure prohibentur, & referuntur in publicam vtilitatem. vt rectè Henriquez, vbi supra, annotauit.

15 Sexto, Excommunicatus denunciatus, sicut officia diuina vt minister ecclesiæ, cum alijs recitare non potest; ita neque illis interesse, dum ab alijs fiunt, arg. c. Episcoporum, de priuileg. libro sexto, & cap. is qui, & cap. si verfic. Excommunicatis prorsus exclusis, de sent. excommu. libro sexto Panorm. in cap. illud, nu. 8. Marian. Socin. numero decimo de Cler. excommun. ministr. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 76. versic. tertio. Angelica, verbo, excommunica. vit. nume. 3. Syluest. verb. excommun. 3. numero primo vers. tertio non potest. Armilla, eod. numero sexto. Tabiena, verbo, excommun. 1. versic. quinto. Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. prima articulo, quarto Conclusio secunda vers. sed quantum. Bathol. Medina, in Summa, libro primo cap. vndecimo §. quarto. Henriquez libro decimotertio. capit. septimo, §. 2. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 19. Couar. in ca. alma mater, 1. part. §. 3. numero 8. de sent. excommun. libro sexto. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 2. cap. 8. §. tertio, & facit capit. quod in te, de pœnit. & remiss. Ratio est: quia sic excommunicato prohibetur communio actiua, & passiua, & proinde nec officia diuina cum alijs facere, aut ab alijs audire potest, facit ca. nuper, de sent. excommun. & cap. cum excommunicato, vndecimo, quæstio. 3. vnde contrafaciendo grauiter peccat, quia videtur excommunicationem contemnere, & vsurpare communionem sibi interdictam, contemnendo claues ecclesiæ, arg. capit. fin. de excess. prælat. Et multo grauius, peccaret, si alij officia diuina corã se celebrarent, author sit, arg. cap. illud, & ibi Panor. numero 8. de cler. excommun. minist. vbi ait Episcopum excommunicatum, auctoritate sua faciendo coram se celebrari, non solum mortaliter peccare, sed etiam irregularem fieri; secus autem, si simpliciter audit, non authorizando, tunc enim peccat tantum, non tamen fit irregularis. Id quod etiam docet glos. in clem. 2. in verbo, celebrari, de priuileg. & ibi docent ibi Anchar. nume. quarto & Zabar. versic. nono quæro, & idem Zabar. in clem. secunda, vers. quarto nota. & Ancha. vers. secundo not. 1. de sen. excommun. Marian. Socin. in c. ad audientiam, numero 25. de homicid. & in ca. illud, numero 1. de cler. excommunic. ministr. Hostiens. & DD. in c. tanta, de excess. prælat. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. in fine, de sent. excomm. libro sexto vbi etiam citat pro hac re Franc. in c. 1. de sen. & re iudic. libro sexto. Gonsaluũ à Villadiego, de irreg. c. secundo, & alios, & Hugolin. Tab. 2. ca. 8. §. 2. Qui enim per alium facit, ipse facere videtur, ca. qui facit per alium, de reg. iur. libro sexto. Dicitur autem Episcopus in hocca sua auctoritate prestare, qui facit, aut iubet coram ipso Missam, aut alia officia celebrari, ex Rauen. in dict. clemẽ. 2. & Cardin. ibi, num. 11. Imola nu. 9. Guil. & Bonifac. nu. 9. de priuileg.

16 Et quæ diximus, vera sunt, etiam si sic excommunicatus surdus esset aut cæcus, vt ait Hugol. tabul. 2. cap. 8. §. 3. nume. 3. quia neque cæcitas, neque surditas tollit communionem, & participationem in diuinis, quæ tam ex communicato denunciato prohibetur. Vnde non solum intra ecclesiam officia diuina audire, vel videre prohibetur, sed etiam extra ecclesiam; non enim extra ecclesiam ei sic propè stare licet, vt diuina audire possit; licet enim officia diuina tempore interdicti ea de causa voce submissa dici debent, ne excommunicati, & interdicti ea audire possint, ca. quod in te, de pœnit. & remiss. & Clem. 1. vers. nunc latenter, de sentent. excommun. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. uers. tertio. Tabiena uerbo, excommu. 1. vers. quinto, ita ianuis clausis dici debent, ne excommunicati intrent ecclesiam, & diuina videant, ex Anchar. in clem. 1. in princip. de senten. excommun. & facit dictũ cap. quod in te, & cap. alma mater, §. adijcimus, de sent. excommun. lib. sexto, & expressè Hugolin. de cens. ecclesi. tabul. secunda, cap. 8. §. 5. numero secundo & Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 174. vbi ait, non esse eis aperiendam fenestram, neque foramen, per quæ intueri possunt corpus Christi, iuxta clem. 1. in princip. de sent. excommunic.

17 Eadem etiam ratione non licet sic excommunicato ire cum alijs etiam vltimo loco, in processionibus, aut in publicis Litanijs, quæ à Sacerdote cantantur, alias cessandum est, donec denunciatus à processione, aut alijs officijs expellatur, vt notant Henriquez lib. 13. cap. 7. de excommu. §. secundo, qui alios refert, & Hugolin. loco proximè allato. Et faciunt ea quæ tradit Nauar. in Manuali, c. 27.

ca. 27. nu. 176. in fine, post Tabien. verbo, interdictum, 5. vers. decimosexto. Immò, etiam nec aqua benedicta excommunicatus, aut interdictus se aspergere possunt, quod intelligitur de Sacerdote solenniter illam benedicente, & se aspergente, cum Antiphona *Asperges*, ante Missam, sicut nec populum eo modo aqua benedicta inspergere potest, quia est quid Sacramentale, & proprium Sacerdotis: sed neque aqua benedicta hoc modo à Sacerdote excommunicatus denunciatus, aut interdictus aspergi potest, iuxta ea quæ tradunt Calderin. tract. de Eccles. interdict., memb. 6. col. 14. Angelica, verbo, interdictum, 6. §. 18. Syluest. verbo, interdictum, 5. vers. quintum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. vers. tertio. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 174. Hugol. de censur. Ecclef. tab. 1. cap. 13. §. 14. nu. 6. potest tamen sic excommunicatus sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, vt ibi priuatim oret, vt docet Nau. vbi supra, quicquid Calderin. & Hugol. locis allatis, contrarium nimis scrupulose affirment.

18 Septimo, excommunicatus denunciatus non solum prohibetur officia diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, sed etiam alij eadem officia diuina, & Missam, excommunicato præsente, audire, aut celebrare prohibentur. Sicut enim ipse alios in diuinis, ita alij sic excommunicatum in eisdem vitare tenentur: & colligitur ex ca. is, qui, & c. si. §. adijcimus, & §. in festiuitate de sent. exc. lib. 6. & clem. 2. de sent. excom. & ibi Zabar. vers. decimo not. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatos, & ib. Panor. nu. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 4. & §. de priuileg. & cap. in Lateranensi, de præbend. & dignit. & cap. quod in te, §. & in conuentualibus, de pœnit. & remiss. & c. Episcoporum, & ibi glo. verbo, officia, de priuileg. lib. 6. & c. excommunicatos, & ca. cum excommunicato, cum duob. seq. 11. q. 3. Hostien. in Sum. in 1, nu. 12. vers. sed nunquid, de sent. excom. Maria. Socin. in cap. sacris. nu. 127. de sent. excom. Sotus, 4. q. 22. d. 1. art. 4. conclus. 2. vbi ait, tria prohiberi, nimirum, ab excommunicatis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. & clare S. Thom. quodlib. 11. ar. 9. Palud. 4. dist. 18. q. 6. 19 princip. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Caiet. verbo, excom. fin. Syluest. excom. 5. num. 6. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & lib. de orat. notab. 22. num. 8. Hugol. de censur. Ecclef. tabul. 2. capit. 8. §. 4. & hoc tam in clericis sæcularibus, quam in Religiosis, & exemptus procedit, vt colligitur ex locis allatis. Ratio est: quia celebrare officia, vel Missam coram excommunicatis, est participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam: & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irregularis, vt tradunt gloss. Panor. & Marian. Socin. in d. cap. cum & plantare, & gl. in c. Episcoporum, in verbo, officia, de priuileg. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 6. nu. 9. vers. Qui verò, de sentent. excommun. lib. 6. vbi alios citat. vt Calderin. cons. 4. de sent. excom. Gonsal. à Villadiego, de irregul. cap. 2. Henr. c. Bobic. in cap. fin. de excess. prælat. Hugol. de censur. Ecclef. tabul. 2. capit. 8. §. 4. num. 3. & colligitur ex ca. is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. Sic tamen celebrans scienter coram excommunicato manifesto, incurrit suspensionem per mensem, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. Episcoporum. de priuileg. libro 6. & si intra mensem absque dispensatione denceps intra ecclesiam diuina officia, aut Missam celebret, fit irregularis; quia cum ei interdictus fuerat ingressus Ecclesiæ propter celebrationem, quam exercuit corā excommunicato, ex d. c. Episcoporum, si talis, cui interdictus est ecclesiæ ingressus, intra tempus suspēsionis intra ecclesiā celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex c. cū medicinalis. & ibi gl. in ver. irregularitatem, & Bern. Hostiē. & Fran. & Steph. Costa, nu. 92. de sent. exc. lib. 6. & c. is, qui, & ibi gl. in verb. nodatis. & Steph. Costa, n. 8. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. Episcoporum, in verbo, à iure statutas, & ibi Io. Andr. Archid. Domi. Franc. & S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. Tabien. verbo. interdictum, 6. vers. primo. Nicol. Polonius, in tract. Sacerdot. ti. de interdict. reg 49. Hugol. de censur. ecclef. rab. 2. c. 8. §. 4. nu. 5. quicquid contradicat Couar. vbi supra, existimans d. ca. Episcoporum, procedere solum in exemptis, in quorum odium statutum esse putat, vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ, si coram excommunicatis, vel interdictis scienter celebrauerint, cuius opinio optimè refellitur a gl. in d. ca. Episcoporum, in verbo, ingressum, docens prædictam Decretalem, & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis, id quod mea sententia clare colligitur ex initio d. capit. episcoporum. de priuileg. lib. 6. cum dicitur: *Præsenti Decreto statuendum duximus, ne aliqui sæculares aut regulares quantumcumque exemptionis &c.*

19 Si quæras, quid agendum sit, quando adest excommunicatus, tempore quo Officia diuina, aut Missa celebrantur; communiter respondent DD. quod si nondum sint incepta Officia Diuina, aut Missa, monendus est excommunicatus, vt exeat, quod si sic monitus exire noluerit, expelli debet vi per aliquos laicos præsentes, aut illis non præsentibus, à clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus clericus esset, non tamen excommunicantur laici, vel Clerici eum vi excludentes, vt colligitur ex cap. veniens, & ibi glo. in verbo, celebrationem, & ibi Panor. num. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 3. de sent. excom. & facit c. cum voluntate. §. si qui, de sent. excommun. Anchar. in clem. grauis. vers. sexto. de sent. excomm. & Guil. de Lauduno, nu. 1. ibid. & Hugol. de censur. ecclef. tabul. 2. cap. 8. §. 4. n. 5. id quod procedit, etiamsi sit cōmonitus, qui talē excommunicatum clericum vi ejiceret; tum quia commotio ex iusta causa non operatur iniuriam, quæ requiritur ad hoc, vt quis incurrat pœnam canonis cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt Panor. & Marian. vbi supra, notarunt; tum quia in eo casu non tam infertur violentia tali excommunicato, quàm propulsatur iniuria Deo illata, ex Hugolino, cit. arg. l. Manichęo. C. de heret. Quod si nequeat sine periculo expelli, non inchoari debent officia diuina, nec Missa. Sin autem inchoatis officijs diuinis, aut Missa, excommunicatus ingrediatur, monendus, vt supra est, vt exeat, & si expelli non poterit, cessandum est a diuinis officijs, & etiam a Missa, donec expellatur, argum. clemen. grauis. & ibi glos. in verbo, in expletis. & Anchar. & Zabar. & Guil. de mōte Lauduno ibi, de sent. excom. Innoc. in c. nuper, in verbo, orando. & Feli. nu. 3. de sent. excommun. Hostiensis in Summa, nu. 17. vers. sed nunquid, de sent. excom. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 3. conclus. 2. Sum. Astens. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. vers. tertio, Nauar. in tract. de orat. & hor. canon. c. 10. nu. 59. & num. 60. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. hic autem interroget. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. ca. 25. nu. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugol. de censu. ecclef. tabul. 2. ca. 8. §. 4. num. 5. Monent tamen præfati authores, quod si præfa-

24 tus excommunicatus Ecclesiam intret, vel priusquam Sacerdos eum videret, iam Canonem inchoauit, debet Sacerdos procedere in officio simul cum eo, qui assistit ei tantum, alij vero omnes scientes eum excommunicatū, debent exire ecclesiam, si excommunicatus ipse exire noluerit, arg. cap. sicut Apostoli, 11. q. 3. & ca. omnis, qui. 24. quæst. 1. Quod dictum debet intelligi, nō ita, vt quocumque modo incepto Canone, Sacerdos prosequatur Missā præsente excommunicato, sed incepta consecratione: Canon enim Missæ, vt docent Duran. in Rationali diuinorum offic. cap. 35. Felin. in cap. a nobis, num. 6. versic. & scias, de except. Nauar. de orat. & hor. can. cap. 16. nu. 60. & alij, incipit: *Te igitur clementissime pater*, quem post, *Sanctus*, secreto dicimus, & magna pars illius dicitur, antequam perueniatur ad verba consecrationis, de quo intermedio, idem videtur iudicandum, quod de prædceden-

cedentibus, & fauet S. Thomas 3. par. quæst. 83. art. 6. ad 2. & communis est opinio ex Nauar. & Hugolino vbi supra, sicut in simili casu, qui in Missa recolit se esse excommunicatum, ante consecrationem desistere debet; & pari ratione, si superueniat excommunicatus, qui pelli sine periculo nequit, incepto Canone, nisi consecratio inchoata fuerit, desistendum est, quia illic incipit sacrificium. At vero facta Consecratione, si ingrediatur excommunicatus omnino procedere debet vsque ad sumptionem inclusiue, sumpto autem Sacramento, antequam dicatur *Postcommunio*, moneatur, vt exeat, & si exire nolit, Sacerdos in Sacristiam, aut alium locum secretum tedens dicat *Postcommunionem*, orationes, & alia quæ restabāt. Sic Hostiensis in summa, tit. de sentent. excommun. num. 17. vers. sed nunquid. Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Archid. & vterque Cardinalis, in ca. sicut Apostoli. 11. quæst. 3. Nicolaus Dionysij de Perusio, in c. episcoporum, in gloss. in verbo, officia, de priuileg. lib. 6. Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 3. ar. 3. dub. 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. vers. tertio. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. me. 127. de sent. excommu. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 16. nu. 60. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. hic autem interroget. Paul. Fusc. libro primo, de visit. & regim. eccles. cap. 29. numero 5. Simon Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 8. §. 4. num. 6. Ratio autem, cur facta consecratione procedendum sit in Missa, ea reddi potest, quia hæc sunt Sacramenta vnitatis, & ideo incxpleta dimitti non debent arg. c. illud, & c. nihil, 7. quæst. 1. & quia strictius est præceptum integritatis sacramenti, quam excommunicatos excludere.

21 Hoc autem, quod diximus Sacerdos incepta Missa ante consecrationem, ingrediente excommunicato, debet Missam deserere, procedit in excommunicatis viuis, secus autem si intret defunctus denunciatus; si enim dum Sacerdos celebrat, afferatur in ecclesiam cadauer publici excommunicati, non tenetur Missam deserere, ita Simon Maiol. libro tertio, de irregul. cap. 24. numero quinto, & Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera O. Quia Sacerdos ex separata intentione celebrans non videtur admittere ad communionem altaris tale cadauer, cuius præsentia non est talis, vt Sacerdos dicatur coram excommunicato celebrare, vt contingit in viuis, præsertim, quia ratio euitandæ cōmunionis cessat in isto casu. Nam hoc fit, vt rubore confusus citius inducatur ad satisfactionem excommunicationis, vt in cap. pia, de excep. lib. sexto, quæ ratio cessat in mortuo, ex Panorm. in cap. ad hæc. numero secundo, de priuileg. & excess. priuileg. Illud tamen verum est, quod non debet quicquam pro tali mortuo dicere, vel orare, vel aliquam operam impendere circa illud corpus, vt puta aspergendo, benedicendo, cruce signando, vel concomitando, aut fieri permittendo funera (si ad eum prohibere pertineat) quia eo modo videtur sepulturæ communicare, & consequenter, excommunicationem incurrit, arg. clemen. 1. & ibidem Cardin. q. 14. & 15. & 25. de sepult. & Panorm. in cap. ad hæc. numero 2. de priuileg. & excess. priuileg. & Maiol. libro 3. de irreg. cap. 24. num. 5. qui sine ratione, aut tex. docet talem fore irregularem.

22 Rursus quæri potest, An eodem tempore quo plures Missæ in eadem ecclesia dicuntur, & excommunicatus denunciatus vni earum interest, ego alteri interesse possim in alia parte ecclesiæ, aut prope locum vbi excommunicatus Missam audit, absq; hoc, quod censear participare cum illo in diuinis? Cui respondere potest (iuxta ea quæ tradunt Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunic. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. artic. 1. in fine. Caiet. in Sum. in verbo, excommun. fin. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. conclus. 2. vers. nihilominus indubiè, Nauar. de orat. & hor. canon. notab. 22. numero 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 8. §. quinto, numero tertio, Henriquez lib. 13. de excommun. cap. septimo, §. secundo) non censeri; vnde licet excommunicatus in vna capella audiat Missam, & alter in alia capella eiusdem ecclesiæ: vel excommunicatus, & non excommunicatus in eadem Ecclesia, eodem tempore, seorsim, & separatim orent, non propterea in diuinis, & oratione ab ipsis communicatur, si signo ad salutationem angelicam dato, excommunicatus, & non excommunicatus in platea separatim orent. Et multo minus communicare dicentur, si tempore, quo non excommunicatus audiat Sacra, intret excommunicatus Ecclesiam non gratia audiendi Sacrum, sed vt aliquid aliud agat, vel illac tantum transeat.

23 Non tamen licet vnam, & eandem Missam, vel horam cum excommunicato audire, quicquid Durand. in 4. distin. 18. quæst. quinta, numero septimo, existimet id licere, ea ratione ductus, quod communicare in Diuinis non est, nisi vel Missam dicere, vel audire ab illo, vel simul horas cum illo recitare, adeo, vt vni Missæ interesse cum excommunicato non est secum communicare, sed cum Sacerdote celebrante: Quod fundamentum falsum est, & omnino reijciendum, quia vt rectè citati scriptores annotarunt, negari non potest non solum eum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eandem vna cum eo; sicut & qui comedit in vna mensa cum eo: vnde rectè docet Sotus vbi supra, tria prohiberi, scilicet ab illis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris: dicuntur autem interesse simul, qui vni Missæ audiendæ intersunt, vt constat, non sic qui in vna capella audit, & excommunicatus in alia. Addit etiam Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 1. in fine, quod si fugitiuus clerici percussor sit in ecclesia, potest Sacerdos coram eo celebrare, quia cum non sit ibi causa orandi, sed latitandi, & fugiendi, non est hoc cum eo participare in diuinis, sicut neque si per ecclesiam transitum faceret.

24 Octauo, colligitur ex dictis ratio, quare excommunicatus excusetur ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto; cum enim Missam audire non possit non participando in diuinis cum celebrante, quod illi prohibitum est, vt diximus, consequens est, vt à Missa audienda excusetur; alioquin perplexus omnino esset, ita vt peccatum euitare non posset; audiendo enim peccat, quia contra ecclesiæ prohibitionem facit; ne igitur aliquem ad Missam audiendam, quam sine peccato audire non possit, obligatum esse dicamus, dicendum est, eum ab audienda Missa in festo ob impedimentum excommunicationis excusari; in quo casu præceptum audiendi Missam in festis cedit alteri præcepto ecclesiæ, quo sic excommunicatus interesse sacris, ad maiorem confusionem suam, quousque absolutus sit, arctius prohibetur. Excusari autem talem ab audienda Missa, docent Nauar. in Manuali, cap. vigesimoprimo, numero terno, Angelica, in verbo, Missa, num. 57. Tabiena, verbo, eodem vers. quadragesimoquinto. Couar. tuu. lib. secundo, var. resol. cap. 16. numero 9. Barthol. Medina, lib. primo, instruct. confess. cap. vndecimo, §. decimotertio; & cap. decim quarto, §. 40. Henriquez lib. decimotertio, cap. 7. §. secundo, Hugol. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. nume. 8. Francis. Suarez in 3. par. disput. 88. sect. 6. Ferdinandus Paz repet. in cap. Missas. de consecr. dist. 1. par. 2. nume. 148. & communis. Id quod procedit, etiam si quis sua culpa talē censuram contraxerit, & licet absolutionem procurare negligat; quamuis enim peccare possit, absolutionem quam facilè consequi potest, non procurando, Missam tamen non audiendo, non peccat, quam de iure audire nequit.

25 Sicut enim infirmus, si sit negligens in sua salute procuranda, vt possit Missam audire; & qui est in vinculis, si sit negligens in procuranda libertate, & ideo missam omittit, peccare pōt negligendo remediū salutis, & liberta tis

tis procurare, non tamen omittendo Missam peccat: ita licet quis in eo peccare possit, quod negligat procurare absolutionem, postquam tamen factus est impotens ad audiendam Missam propter excommunicationem, non peccat specialiter contra præceptum de Missa in festo audienda; quia non tenetur quis tam remote ad tollenda impedimenta, & se disponere ad Missam audiendam. Vnde Doctores communiter docent, non teneri aliquem suis expensis capere Bullam eo fine, vt per illam absolutus Missæ interesse possit, vt testatur Henriquez lib. 9. de Missa, capit. 25. §. 15. & lib. 13. de excomm. cap. 7. §. 1. in annot. litera K. quia melius, inquit, est de se legem communem seruare, quam eximi priuato priuilegio, & quæ diximus, tam de excommunicato occulto, quam denunciato accipi debent.

26 Solum restat difficultas, an occultè excommunicatus teneatur in publico abstinere ab alijs fidelibus in Missa, & officijs diuinis audiendis, & faciendis, ita vt non possit celebrare in festo die, aut communicare publicè tempore Paschali cum alijs fidelibus. In qua re vnum certum est, alterum incertum: certum enim est, quod occultè excommunicatus in occulto tenetur abstinere à communione aliorum, quoties fine scandalo, & infamia id facere poterit, & proinde nec cum alijs diuina officia facere, nec Missam celebrare poterit, aut Sacramenta recipere, cum id ei iure prohibitum sit. Neque enim per Extrauag. ad euitanda scandala, vllum ius ipsis excommunicatis tribuitur; Dicitur enim ibi: *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.* Cum ergo antea occultus excommunicatus teneebatur abstinere à communione fidelium, etiam nunc ante denunciationem abstinere tenetur à communione fidelium, & a diuinis, secundum ea, quæ tradunt Panorm. in cap. illud. de cleric. excomm. minist. & Syluest. verbo, excomm. 3. quæst. 5. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 2. nume. 11. de sent. excom. lib. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. fol. 347. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 7. §. 2. & est

27 communis omnium sententia. Ceterum, an in publico teneatur excommunicatus commonionem vitare aliorum abstinendo a diuinis, & a Missa audienda, ad vitandum scandalum, & infamiam, quæ sequeretur, si abstineat, incertum est. In qua re Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. artic. 3. conclus. 2. etiam de minori excommunicatione tractans docet non posse Sacramenta percipere, posse tamen Missam, & officia Diuina audire. Rich. 4. dist. 18. artic. 9. quæst. 3. in fine, idem docet de perceptione Sacramentorum. Syluest. autem in Summa, in verbo, excommunic. 3. versic. 5. ait, quod quantumcunque sit occultè excommunicatus, tenetur alios vitare etiam in publico, nec potest accedere ad sacramenta, & si accedat, & celebret, erit irregularis. Ratio eius est: quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, ergo tenetur illud seruare; nec infamia ipsum excusat, cum hoc proueniat ex culpa sua. Couaru. etiam in capit. alma mater. 1. par. §. 2. num. 12. in fine, de sentent. excommunicat. lib. 6. eiusdem sententiæ est, quoad participationem sacramentorum, & quoad sacrificium Missæ, quoad ista enim, ait, quantumcunque excommunicatus sit occultus, tenetur abstinere a communicatione eorum esto, inde sequatur infamia, & scandalum, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: in alijs autem temporalibus dicit, quod propter scandalum, & infamiam vitandam poterit occulte excommunicatus cum alijs fidelibus communicare. Sotus item, 4. dist. 12. quæst. 1. artic. 4. non longe a fine. vers. quartus casus, ait, habentem casum reseruatum, cui est annexa excommunicatio, nec propter officiū nec propter scandalum, ad communionem ante absolutionem accedere posse. Alij tamen, & mea sententia verius, affirmant, ob vitandum scandalum, & grauem suā infamiā, posse licitè in festo audire missā, ita expresse Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. in fine, vbi ait non teneri occultè excommunicatum in publico abstinere a communione aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis. Suplementum apud Syluest. vbi supra. Franc. Vendramin. tract. de excom. nu. 13. Alphon. a Castro, lib. 2. de potest. leg. pen. cap. vlt. conclus. 2. Corduba, q. 142. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. c. 93. in fine, vbi ait esse multorum sententiam; & ipsemet Sotus, 4. dist. 18. quæst. 1. ar. 5. ad 2. vers. hoc autem dubium, ait id esse licitum ob scandalum grauissimum. Nauar. in cap. 1. §. laboret. in fine, de pœnit. dist. 6. ait esse multorum opinionem; nec eam reiicit; & in Manuali, capit. 27. num. 239. Ioseph Angles, in Flor. Theolog. agens de casibus reseruatis, in fine. Henriquez li. 13. de excom. c. 7. §. 2. in annotat. in lit. K. & capit. 22. §. 3. ait posse bis aut ter celebrare missam, nisi clericus talis esset antea ita infamatus per iudicia, vt magis sequatur scandalum celebratione, quam si etiam prodatur; aliàs si occultus sit excommunicatus, habita contritione aut confessione, ante dispensationem posset celebrare. Vbi etiam docet monialem, quæ incidit in censuram Cenæ communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, a quibus si abstineat periclitabitur fama eius, & monasterij; id quod ante docuit Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 239. Hanc etiam sententiam tenet Francisc. Suarez de Sacram. disp. 66. sect. 4. & faciunt quæ docet Angelica, verbo, Eucharistia, 2. num. 6.

29 Ex quibus omnibus colligitur excommunicatum occultum, vel irregularem secretum, causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, dum absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendæ absolutionis, posse præuia contritione, & confessione peccatorum, quamuis non absoluatur a Confessore, quia obstat censura ex communicationis reseruata superiori absenti, missæ, & officijs interesse, & aliquando celebrare, tum sine culpa mortali, tum etiam sine incursione aliqua irregularitatis. Ratio est: quia quoties cunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est: cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia a communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandalizandi, aut non infamandi se, quod est maius, hoc potius, quam illud seruandum est: quia sicut iugum Christi suaue est, ita & mandata Ecclesiæ piè interpretanda sunt, vt non nimis grauia sint. Nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura & detrimento quempiam obligare velle: Immo, ipsemet Syluester vbi supra, verbo, excommun. 3. versic. quinto, §. quidam tamen, & verbo, excommunic. 5. numero secundo, cum alijs communiter docet, quod si quis videt occultè excommunicatum in Ecclesia, debet si potest exire, sine nota illius excommunicati. Si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipsemet tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem conseruare. Tenetur tamen vnusquisque in tali euentu diligenter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit, probabilem aliam excusationem sine mendacio causando; quando enim id commodè fieri potest, cessat causa, & necessitas communicandi, celebrandi, aut officijs diuinis interessendi. & de officijs diuinis excommunicato prohibitis, hactenus dictum sit.

De Suffragijs Ecclesiæ, quibus excommunicatus priuatur. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior hominem suffragijs Ecclesiæ catholicæ priuat.*

2 Suffra-

fit, de eo qui furt. ord. rrcep. & c. 1. & 2. de ordin. ab Episc. qui renunciau. Episcopat. quibus in locis habetur tales ordines suscipere, ab ordinis tamen executione suspensos esse.

12 Quæ dispensatio à Papa petenda erit, quoties quis scienter ordines à talibus excommunicatis susceperit, arg. cap. 1. de ordi. ab Episcopo qui renunciau. episcopat. Et idem si in recipiente sit ignorantia crassa, aut supina, ca. cum illorum. de sent. excomm. 2. parte. Et licet in hoc casu Episcopus ab excommunicatione illa poterit absoluere, quam contraxit communicando cum excommunicato scienter, solus tamen Papa dispensat in recipiente scienter ordines, ex Ioan. Andr. Henric. Anton. Felin. in d. c. cum illorum. Panorm. in c. 1. num. 2. & in cap. fi. num. 3. de eo qui furtiuè ord. suscep. Angelica in verbo, irregularitas, 1. nu. 22. Syluest. verbo eod. vers. secundo quæritur. Ioan. Bernard. Diaz. in Pract. crim. cap. 13. Nauar. in Man. ca. 25. numero 69. Couar. in ca. alma mater. 1. parte, §. 6. num. 6. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de censf. eccles. tab. 1. cap. 13. num. 5. in fine. Si verò quis ex ignorantia probabili vel excommunicatus, vel ab excommunicato susceperit ordines, ab Episcopo proprio, qui in eo actu non deliquerit, dispensari potest, c. fi. de ord. ab Episc. qui renunc. episcopat. DD. & Henric. in c. 1. de schismat. & in d. c. cum illorum. Excipiuntur tamen religiosi, idest, illi, qui post ordinem ita susceptum religionem profitentur; etenim his etiã scienter ordinationi, & ordinationum in susceptioni operam dantibus, dispensatio ab eorum prælatis concedi potest. Et idem, si post religionis ingressum ita fuerint ad ordines promoti. Quæ exceptio deducitur ex cap. 2. de apostat. ex cap. cum illorum, in 2. parte, de senten. excomm, & testantur Couar. & Hugolin. vbi supra.

13 Et quidem hæc ita in communi, & vniuersaliter à DD. afferuntur. qui tamen inter se dissentiunt, an collatio ordinum facta ab excommunicato, vel excommunicato probabili ignorantia excommunicationis laborante, ita rata sit, vt absq; vlla dispensatione eius fit executio permissa, adeo, vt possit ita ordines susceptos absq; vlla irregularitatis pœna in susceptis ordinib. ministrare, & ad alios promoueri. In qua re gl. in c. si qui à simoniacis, 1. quæst. 1. & in c. ab excommunicatis, 9. q. 1. & in cap. 1. in verbo, ignorantia, de ordin. ab Episc. qui renunc. Episc. Panorm. ibi, nu. 6. & glo. in c. 1. in verbo irritas, & Pan. ibi, nu. 4. de schismat. & idem Panor. in ca. veritatis. nu. 46. de dolo, & contumac. ait esse communem opinionem. Et Couarr. in cap. alma mater. 1. par. §. 6. num. 6. de senté. excom. lib. 6. S. Anto. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. decimoquarto, docent semper necessariam esse dispensationem. At vero Innoc. in c. 1. de schismat. Hugutio, vt refert glo. in d. c. ab excõmunicatis, 9. q. 1. Collect. in c. fi. de ordin. ab Episcop. qui renunc. Episcop. dicunt, quod si sit toleratus talis Episcopus excommunicatus, tunc ordines ab eo cum ignorantia probabili suscipiens, & ordines, & ordinum executionem suscipit, ita vt possit sic ordinatus absq; vlla dispensatione, aut irregularitatis pœna in susceptis ordinibus ministrare, & ad alios promoueri. Quæ opinio multum placet Panormitano in d. cap. veritatis. num. 46. licet, inquit, illa opinio glo. sit tutior. Tabiena verò, in verbo, excommunicatio, 1. §. duodecimo. non solum hanc secundam opinionem sequitur, sed etiam eam tutiorem esse putat, valdè enim videtur periculosum, quod ille, qui sine omni culpa recipit characterem, immò & gratiam ab Episcopo excommunicato secretè, non recipiat executionem, & cum ignoraret sine omni culpa se non habere executionem, possent sequi multa incommoda, & inconuenientia; puta absoluere, vel facere multa, quæ non posset facere, & crederet se posse. Et quia in hoc casu, dum toleratur, dignitas potius confert Sacramentum, quam persona, dignitas autem in tolerato non est excommunicata, vel præcisa, vt arguunt Innocẽ. & Panorm. vbi supra, & facit cap. nonne, 8. q. 4. vbi dicitur, quod *Episcopus retinet dignitatem, quousque patet de crimine*, & in capit. constat, 1. quest. 1. dicitur, *quod ordinati ab hæreticis per vim recipiunt executionem, quia sunt sine culpa*, & tamen hæretici non habent executionem, arg. c. si qui, 1. q. 1. Non enim dicendum est, quod ecclesia velit prohibere executionem ordinis suscepti sine culpa. Et hanc etiam sententiam tenent Alphons. à Castro, libro 2. de potest. leg. pœnal. cap. 15. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. capit. 13. §. 16. numero 5. & colligitur ex extrauag. Ad euitanda scandala. Concil. Constantiensis: & ideo non incurritur ista suspensio executionis, vel irregularitatis, nisi quoad illos quos vitare tenemur; post decretum autem dicti Concilij, non nisi denunciatos excommunicatos vitare tenemur.

14 Quare licet olim, vbi quis huius rei etiam inscius ordinem ab excommunicato suscipiebat, egebat dispensatione, vt habetur in cap. fin. de ordi. ad Episc. q. renunc. Episcop. Quam opinionem sequuta est glossa; Hodie tamen dispensatio ei necessaria non est, vbi nec ab excommunicato denunciato, nec à notorio Clerici percussore ordinem suscepit, ob citat. extrauagan. Ad euitanda scandala, & hæc de alijs Sacramentis à Sacramento Penitentiæ.

De Sacramento Penitentiæ. Cap. II.

S V M M A.

1 *Pænitentiæ Sacramentum an ab excommunicato valide sumi, aut ministrari possit.*

2 *Excommunicatione maiori, vel minori ligatus, & sciẽs, aut scire debens se non posse prius a peccatis, quam ab excommunicatione absolui, prius petens absolui a peccatis, absoluitur inutiliter, & reiterare tenetur confessionem.*

3 *Excommunicatus maiori, eius tamen ignarus, aut oblitus, si a peccatis prius absoluitur, verè, & validè absoluitur.*

4 *Regula in materia absolutionis ab excommunicatione pro viris timoratis vtilis ab authoribus tradita.*

5 *Excommunicatus maiori, sciens se excommunicatum, & id confitens, probabiliter credens se prius a peccatis, quam ab excommunicatione absolui posse, si a peccatis tantum absoluatur, valet absolutio, nec confessionem reiterare tenetur.*

6 *Absolutio sacramentalis ab excommunicato maiori, non denunciato præstita, valida est, nec iteranda est confessio.*

7 *Pœnitens ignoranter confitens excommunicato non denunciato valide confitetur.*

8 *Confessio facta proprio Sacerdoti excommunicato generali iuris, vel hominis sententia, etiam scienter, an, & quando valida sit.*

9 *Confessio facta cuicumque Sacerdoti habenti auctoritatem absoluendi a peccatis, etiamsi non sit pastor petentis, an, & quando sit valida.*

10 *Confessio scienter, vel ignoranter facta proprio Sacerdoti, vel alteri excommunicato denunciato extra casum necessitatis, nulla, & irrita est.*

11 *Confessio ignoranter excommunicato denunciato facta quare iteranda sit.*

12 *Baptismus ab excommunicatis denunciatis, etiam hæreticis vrgente necessitate licitè peti, & administrari potest.*

Excom-

13 *Excommunicatus denunciatus constitutum in necessitate non baptizans peccat.*

14 *Necessitate vrgente, & præsente excommunicato, & nō excommunicato a quo petendus sit Baptismus.*

15 *Diaconus excommunicatus, alijs clericis inferioribus, & laicis non excommunicatis, præferendus.*

16 *Sacerdote excommunicato præsente, à non Sacerdote, etiamsi excommunicatus non sit, Baptismus peti non debet, & quæ huius rei ratio sit.*

17 *Præsentibus duobus Sacerdotibus, à parocho potius excommunicato, quam ab alio non excommunicato Baptismus peti debet.*

18 *Pœnitentiæ Sacramentum ab excommunicato denunciato, etiam hæretico, in extrema necessitate licitè peti, & administrari valide potest.*

19 *Pœnitentiæ Sacramentum, vt ab excommunicatis denūciatis validè in extrema necessitate administretur quare Ecclesia permittat.*

20 *Hæretico sacerdoti in extrema necessitate quando liceat, aut non liceat confiteri.*

21 *Eucharistia Sacramentum ab excommunicato denunciato vrgente necessitate, nec licite peti, nec administrari potest, & quæ huius ratio sit.*

22 *Matrimonium, Ordo, Confirmatio, & Extrema Unctio quare ab excommunicato denunciato numquam licite peti, aut administrari possint.*

1 Difficultas magna est de Sacramento Penitentiæ, an illud ab excommunicato validè sumi, aut conferri possit, ita vt non sit necessario repetenda confessio, & absolutio. In qua re, cum non admodum inter se consentientes sint authores, ad omnem prolixitatem, & confusionem vitádam sequentibus propositionibus materiam hanc breuiter exponam.

2 Prima propositio. Penitens maiori, vel minori excommunicatione ligatus, qui scit, aut scire debet, se non posse prius à peccatis, quam ab excommunicatione absolui absolutionem tamen à peccatis petens premissa confessione, (& præsertim si confessarium induxit, vt ita ageret) si absoluatur, inutilis est absolutio, & reiteranda est confessio. Sic Palud. 4. dist. 22. q. 3. conclus. 1. Adrian. tit. de Confessione, q. 2. propè finem, & tit. de Matrimonio, q. 1. vers. ad rationes in oppositum. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Nauar. in cap. fratres, de penit. dist. 5. nu. 48. & in Manuali c. 9. nu. 5. vers. secundo. Ioan. à Medina, Cod. de confessione, q. 18. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 1. c. 1. prope finem, vers. sed hoc casu. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 6. nu. 7. vers. quarta conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 2. Hugol. de censur. Eccl. tab. 2. capit. 7. §. 2. num. 6. non procul à fine. Ratio huius non est ea, quam putant Palud. & Adrian. quod excommunicatio reddat excommunicatum talis absolutionis incapacem: sed quia huiusmodi pœnitentis confessio non est integra aut si integra sit, indignum se reddit absolutione ob sacrilegium, & peccatum quod committit; Nam, vel non confitetur hoc peccatum scilicet, quod peccat, volens absolui ab excommunicatione, & esse particeps illius Sacramenti, à quo est exclusus interdicto ecclesiæ; & proinde confessio non est integra, & iteranda est, ex quo sacrilegium illud tacet; Vel confitetur illud peccatum, & tamen vult absolui, & ita caret debito dolore, & proposito abstinendi à futuris peccatis, & id palam facit confessario, & indignum se reddit absolutione, & consequenter inutilis est absolutio, & iteranda confessio. Quæ omnia vera sunt maximè quando inducit confessarium, vt eum absoluat; dum enim eum scienter inducit ad absoluendum, in ipsomet confessionis actu peccat, & ita etiam non integrè confitetur; siue igitur sic excommunicatus scienter, siue ex ignorantia crassa absolutionem petat, peccat, & obicem ponit absolutioni, & ideo si absoluatur, absolutio non valet.

3 Secunda propositio. Excommunicatus maiori excommunicatione, eius tamen iustè ignarus, aut etiam eius oblitus, si à peccatis absoluatur, verè absoluitur, & verum Sacramentum suscipit, ita, vt non teneatur eam confessionem iterare; vt si quis ignoret se propter clerici percussionem in minoribus constituti, aut prima tonsura initiati, excommunicationem incurrere, aut etiam ignorat, vel non aduerti sententiam excommunicationis generalem esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud surripuerint, talis bona fide peccata sua confitens, & petens absolutionem, cum non peccet absolutionem consequendo, aut petendo, verè absoluitur, nec iterare confessionem tenetur, (dummodo alias confessio sit integra, & cum debito dolore, & proposito facta,) & quamuis, vbi se excommunicatum esse nouerit, ad impetrandam excommunicationis absolutionem teneatur, non tamen ad iterationem confessionis obligabitur. Ita Palud. 4. dist. 18. q. 4. vers. tertius effectus. Ioan. Medina Cod. de confess. quæst. 18. vers. dicendum igitur, in fine, Nauar. in Manuali, c. 9. num. 3. vers. quarto, dicimus, & in cap. fratres, num. 46. de penit. dist. 5. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. nume. 7. vers. secunda conclusio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Caiet. in Sum. in verbo, absolutionis impedimenta, vers. secundū est, & vers. & hinc habes, & in verbo, confessio iteranda. vers. ex inhabilitate Barthol. Medina, in Summa, libro 1. c. 11. §. 3. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 2. Hugol. de censur. Eccles. tab. 2. ca. 7. §. 2. num. 5. & 6. Qui omnes hanc conclusionem deducunt ex c. Apostolicæ, de cler. excom. ministr. vbi dicitur, *excommunicatum diuina celebrantem, irregularem factum non esse, eo quod probabiliter se excommunicatum esse ignorabat*. Ratio est: quia illic est debita materia, debita forma, cum debita intentione, & non ponitur obex, taliter. n. excōicatus non peccat, ex quo aut ignorat probabiliter se excommunicatum esse, aut inculpabiliter eius oblitus sit, & proinde vera est absolutio Sacramentalis, quandoquidem per excommunicationem non redditur homo incapax Sacramenti; character enim Baptismi, quo quis ad Sacramenta recipienda habilis fit, sicut nec per excommunicationem tollitur, ita neque per eam habilitas tollitur, & ideo nec per eam absolutio Sacramentalis impeditur neque in hoc casu impedit interdictum Ecclesiæ, quo prohibetur quis in excommunicatione existens Sacramentum accipere; vt enim docet Palud. vbi supra, iniusta videretur sententia Ecclesiæ, si vellet aut innocentem punire, aut ignorantiam inuincibilem condemnare. Et à fortiori valeret absolutio, vbi excommunicatio esset iniusta, & quis ea inuolutus, & eius inscius, aut oblitus; confiteretur, & absoluatur.

4 Hinc colligunt præfati authores, maximè Caiet. vbi supra, Nauar. in cap. fratres, num. 50. de penit. dist. 5. versic. infertur secundo. & ex eis Hugolinus cit. num. 6. regulam hanc pro viris timoratis consolationis plenam, nimirum, *Qui excommunicati confessi sunt, ignorantes probabiliter se excommunicatos, si bona fide confessi sunt omnia peccata, & non meminerunt se vlla excommunicatione teneri, & absoluti fuerint, non tenentur confessionem iterare, sed solum habita notitia excommunicationis absolutionem ab ea impetrare.*

Tertia propositio. Excommunicatus maiori excommunicatione, qui scit se excommunicatum esse, & id confitetur, sed iusto quodam iuris, vel facti errore, attenta eius qualitate, existimat se à peccatis absolui prius posse, quam ab excōmunicatione absoluatur, si à peccatis tantum absoluatur, valet absolutio, nec confessionem iterare tenetur; Ita expressè Caietan. vbi supra. & Martin. Ledum.

desm.2.4.q.23.art.1. Sotus 4.d.22.q.1.ar.1.propè finem, versic. secundo ait. Nauar. in capitulo fratres, numero 47.de pœn.dist.5. Couar.in capitulo alma mater, 1. par. §.6.numero 7.versi. tertia conclusio. de sentent. excomm. lib.6. Henriquez,lib. 13.de excommun.capit.12.§.2. Hugol.de cens. Eccles.tab.2.c.7.§.2,n.5. & 6. & Saurt.Palu. 4.d.18.q.4.vers.tertius effectus. & patet eadem ratione, qua propositio secunda; & procedit hæc propositio, non solum quando vterque, idest, tam pœnitens quam Confessarius probabiliter putant impendi posse absolutionem à peccatis, non præmissa absolutione ab excommunicatione; sed etiam quando pœnitens solus ignoret probabiliter necessariam prius esse absolutionẽ ab excommunicatione,quam à peccatis,licet Sacerdos ignoret vincibiliter, aut non ignoret,sed aduertat excommunicationem etiam reseruatam in eo pœnitente ignorante, & tamen ex sua malitia absoluat illum,etsi enim in hoc casu Confessarius absoluendo peccet,absolutio tamen valet, cum adsint omnia necessaria, scilicet materia integra confessionis, forma,& intentio ministri,& pœnitens per ignorantiam excusatus non sit inhabilis, vt absolutionem recipiat. Quia durissimum esset, quod qui inuincibiliter ignorat per totam vitam se incurrisse excommunicationẽ, etiã reseruatam,velit ecclesia,quæ est pia mater, ne vnquam ei prosit absolutio peccatorũ; Et aliàs conscientia pœnitentis nunquam esset quieta, sed semper oporteret dubitare, & inquirere,an Sacerdos posset absoluere; peccatũ enim Confessarij non debet obesse peccatori pœnitẽti,& ignoranti: secus autem dicendum esset, si ambo, idest, tam pœnitens,quam Confessarius scirent, quod excõmunicatus nõ posset absolui, tunc enim absolutio impensa irrita esset, vt patet ex his, quæ in prima propositione dicta sunt. Quæ tres propositiones intelligendæ sunt solum de passiua receptione Sacramenti ab excommunicato; Quid autem dicendum sit de collatione actiua huius Sacramenti pœnitentiæ a Confessario, qui excommunicatus est, pœnitente tamen libero manente ab omni excommunicationis vinculo,in sequentibus ostendemus.

6 Quarta propositio. Absolutio Sacramentalis præstita a Sacerdote maiori excommunicatione ligato, eo casu quo necessario vitandus non est, valida est, nec iteranda est confessio. Est communis omnium DD. opinio. Ratio est:quia absolutio hæc vel nulla est,ex eo quod eam suscipiens obicem peccati ponit,vel quia Sacerdos absoluendi potestate careat, quorum neutrum in hoc casu contingit; & proinde absolutio Sacramentalis valida erit:Nõ enim obstat aliquid ex parte pœnitentis,vt supponitur,cum nullam culpam habeat suscipiens Sacramentum ab excommunicato,quẽ non tenetur vitare, vt constat. Neque aliquid ex parte Confessarij obstat, quia ea iurisdictio, quæ necessaria est ad absolutionẽ, adhuc manet penes Sacerdotem excõicatum ex Ecclesiæ permissione, quamdiu eum vitandum non esse pronunciat: valida igitur erit absolutio ab eo data. Quam Conclusionem expresse tenent Caiet.in verbo, absolutionis impedimenta. Ioan. Medina Cod.de Confessione,q.22.versi. tertium dictum, & vers.quartum dictum. Nauar. in Manuali,c.9.n.9. versi. sexto deducitur,& in ca.1.§.lab oret,nu.10.de pœnit.dist. 6.Couar.in c.alma matr,1.par.§.6.n.7.vers.quinta conclusio,de sent.excom.lib.6. Henriquez lib. 13. de exc.ca. 10.§.3.Hug.de censu. Eccle.tabu.1.c.13.§.16.n.12.post Adrianum. in 4. tract. de confess. dub. 9. versic. secunda propositio.

7 Hinc infertur validam esse confessionem pœnitentis, qui ignoranter confitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto generali sententia iuris,vel hominis,non tamen denunciato,vt auctores præfati testantur,& colligitur ex fine extrauag. Ad euitanda scandala. Martini V.

8 Infertur etiam, quod pœnitentis scienter confitentis Sacerdoti proprio, etiam excommunicato, generali tantum excommunicatione iuris, vel hominis, cuius ipse scientiam habet modo non fuerit denunciatus, valida sit absolutio, nec iteranda confessio, vt colligitur ex d. extra. uag. Ad euitanda scandala. Quod intelligitur,etiamsi extra necessitatem subditus petat Sacramentum à parocho suo,(tenetur enim parochus etiam extra tempora præcepti subdito petenti Sacramenta ministrare) dum enim in hoc casu subditus iure suo vtatur, & rem licitam petat, quam Confessarius etiam licite ex permissione Ecclesiæ ministrare poterit,nec pœnitens petendo peccat,nec Confessarius parochus administrando peccabit,(dummodo cõteratur de peccatis)sicut enim Concil.ũ Constantiense, vt colligitur ex d.extraua. subditus concessit licentiam petendiã pastoribus suis Sacramenta;ita consequenter vtrẽ tè monent Sotus 4.d. 1.q.5.art.6.concl.6.& Henriquez, lib.13.de excom.c.6.§.3.& c.10.§.3.ipsis parochis excommunicatis tantum generaliter concessit,vt eis Sacramenta præbeant, & hoc etiam sine peccato (dummodo peniteat eum de peccatis)& absque irregularitatis pœna, aliàs enim ociosum esset priuilegium Concilij, si subditus iustè, & licitè petat.parochus tamen iustè neget. Siue igitur parochus Sacramentum hoc petenti subdito ministrare paratus sit, siue non,licitè subditus ei confitetur,& ab eo valide absolui potest ob rationem dictam.

9 Infertur etiam, quod confessio Sacramentalis facta alicui alteri Sacerdoti, qui non est pastor petentis, aliàs habenti auctoritatem absoluendi a peccatis, valida sit, etiamsi Sacerdos ille generali aliqua iuris,vel hominis excommunicatione ligatus fuerit, dummodo tamen paratus fuerit illud petenti ministrare. Quod intelligitur etiam extra casum necessitatis,& etiam si pœnitens talis excommunicationis Confessarij scientiam habuerit. Et colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda, vbi conceditur facultas participandi etiam in Sacramentis cum quibuscunque generaliter tantum excommunicatis: vnde, sicut licitum est petere Sacramentum a ministris malis, dummodo ipsi sint parati dare; ita etiam ab excommunicatis generaliter tantum, dummodo ipsi sint parati dare: quia cum alter bene administrare possit Sacramentum, si pœnituerit, & ego peto rem bonam, illi imputatur si dare velit male, & in peccato, cum bene date possit, si velit; Nec ego in hoc casu pecco ab istis petendo, cum mihi facultas sit concessa cum taliter excommunicatis communicandi in Diuinis;in quo casu valida erit absolutio,nec iteranda confessio. Dixi,dummodo talis sacerdos sit date paratus, quia secus, si paratus non esset; sicut enim ministrum malum, qui non est parochus meus,si non erat paratus, extra casum necessitatis, inducere non licet ad Sacramentum mihi ministrandum, quia inducerem cum ad peccatum, quod ipse non committeret hic,& nunc,nisi ego illum inducerem,ita multo minus generaliter excommunicatum non obligatum, nec paratum administrandum mihi Sacramentum inducere licet, cum sic inducendo scienter peccatum committerem, quo casu si tali excommunicato confiterer,confessio iteranda foret, & inutilis absolutio, non quidem, quia facta est confessio excommunicato, sed quia non est integra; Nam huiusmodi pœnitens confitendo huic Sacerdoti, quem scienter induxit ad Sacramentum hoc ei ministrandum, mortaliter peccat,eum ad peccatum inducendo, & cum non confiteatur hoc peccatum, diminutè confitetur, vnde absolutio inutilis redditur, & confessio repetenda erit, vt colligitur ex his, quæ in propositione prima diximus, & testatur Nauar.in Manuali,c.9.nu.10.in fine.

10 Quinta propositio. Confessio scienter, vel ignoranter facta proprio Sacerdoti,vel alteri excommunicato, denunciato,extra casum necessitatis extremæ,irrita est,& iteranda. Ita omnes Theologi,& Canonistæ, & colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Ioann. Medina, Cod. de confessione,q.22.versic.sextum dictum. Nauar.in Manuali,c.9.nu.8. versi.quinto deducitur. Couar.in c.alma mater,1.par.§.6.nu.7.vers.sexta conclusio,de sent.excõ. lib.

lib.6. Henriquez lib. de excom.c.10.§.2. Hugolin. de cen sur. Ecclesi.tab.1.c.13.§.16.num.12.post Adrianum,in 4. tract.de Confessione,nu.9.vers.his præmissis.Ratio est, quia talis Confessarius iurisdictione priuatus est, vt ex d. Extraua. constat,quæ tamen necessaria est ad sententiam absolutionis validè impendendam,arg.c.ad probandum de sent.re iud.& Concil. Tridē. Sess. 14.cap.7. de casuum reseruatione. Deinde, quia excommunicatum denunciatū in sacris vitare tenetur,vt patet in cap.sacris;de ijs quæ vi,metusve causa fiunt. Vnde sciēnter a taliter excommunicato absolutionem petens mortaliter peccat, & ita ponit obicem,& per consequens absolutio est nulla,& confessio iteranda. Idē si Confessor sui excōicatus generaliter ob violentam manuum in clericum iniectionem, quæ nulla posset tergiuersatione celari,iuxta Concilium Cōstantiense supra citatum. Et licet Nauar.in Manuali, ca. 9.num.8.hoc etiam procedere velit in notorio excommunicato, suspenso,vel interdicto propter aliam causā, quā ob clerici percussionem,in contrarium tamen est consuetudo,cū catholici quamplurimi in Germania, Gallia, & Anglia,hæreticos notorios vitare nōn soleant, & tamen tales hæretici,vt constat, in Bulla Cœnæ excommunicati sint,licet non denunciati excommunicati. Vnde Ioan. Medina C.de Confessione,q.22.versic.corollarie sequitur, affirmat etiam eum hæreticis,antequam sint per iudicem declarati,sicut cum alijs generaliter excommunicatis,cōmunicari posse.

11 Ex quo diximus de confessione confessori excommunicato denunciato sciēter facta,quod nulla sit,& iteranda, tum ob defectum potestatis in sacerdote, tum ob peccati mortalis obicem,quem confitens Sacramento ponit,sciēter cum illo contra interdictum ecclesiæ communicando; etiam de confessione nesciēnter excommunicato denunciato facta asserendum est; quamuis enim penitens ob ignorantiam iustam illi confitendo non peccet, quia tamen in Sacerdote illo nulla remanet iurisdictio, aut potestas,(cum hæc ab ecclesia tali excommunicato denunciato auferatur) absolutio hæc irrita est, & confessio repetenda erit, cum huiusmodi penitens excommunicato-nis scientiam habuerit. Ita Palud.4.d.17.art.1.conclus. 4. Ioan. Medina, c.de Confess.q.23. Nau.in Man.cap.9. num.8.& Couar.in c.alma mater.§.6.nu.7.vers.septima conclusio.de sent.excomm.lib.6.& Henriquez lib.13.de excō.c.10.§.2. Hugolin.de cens. Eccl.tab.1.c.13.§.16 n. 12.in fine,& intelligitur, quando confessio fit extra casū necessitatis. Et quæ sacramenta ab excommunicatis tam actiue, quam passiue extra casum necessitatis validè administrari possint,hactenus dictum est. Nunc quæ in casu necessitatis ab excommunicatis etiam denunciatis licitè peti,& administrari possint,paucis iisdem ostendamus.

12 Sexta propositio. Baptismus ab excommunicatis denunciatis etiam hæreticis.vrgente necessitate,licitè peti,& administrari potest. Sic S.Thom. 4.d.4.q.2.art. 2.quæstiuncula 4.& 4.d.19.q.1.art.2.quæstiuncula 2.ad 3.& 3. par.q.82.art.7.ad 2. Scot.4.d.5.q.2. Palud.4.d.5.q.3.versic.quantū ad primum. Durād.4.d 5.q.2.nu.7. Richar.4. d.8.art.3.q.4. Thom.de Argentina,4.d.5.q.vnica,art.1. Capreol.4.dist.5.conclus.3.& 4. Sanct. Anton.3.par.tit. 14.cap.13.§.5. Victoria,in summa,de Sacram.de Baptis. mo,q.30. Caie.3.par.q.64.art.6. Sotus 4.d.1.q.1.ar.6.ante fi. Ruard. Tapper.in expli.ar.3.§ 5. Syluest.verbo,Baptismus.3.q.5.6.& 7.& verbo, Confessor,1.§ vlt.Ioann. Medina,C.de Confess.q.28. Nauar.in Manuali,c.22.nu. 4. Hugolin.de cens.eccles.tab.1.c.13.§.17.& Summa Astensis,1.par.lib.4.tit.1.art.5.& intelligitur propositio tā de adulto,quam de infante. Cum enim Sacramētū hoc ad salutem necessarium simpliciter sit, quando actus haberi pōt minister,qui illud ministrare possit, ecclesia non prohibet in eo casu necessitatis extremæ aut excommunicatos denunciatos Baptismum conferre, aut alios ab illis suscipere, Imò ab huiusmodi in tali casu, sicuti Baptismum petere quis potest,ita & debet; vnde si Baptismum a tali non sumat,cum possit,si moriatur,saluus esse nequit,tunc enim verum est illud, *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Vnde in c. præter hoc, versic.ad hoc vero,prope finem,distin.32. dicitur, *Subito morituro prius Baptismate consulitur, & dum forte Catholicus non inuenitur, satius est ab Hæretico Baptismi Sacramentum sumere, quam in æternum perire.* Idem docet San. Augu.lib.2.cōtra epist. Parmen.c.12.& lib.7. de Baptis. contra Donatistas,ca.53. vbi affirmat licitum esse etiam ab hæreticis,& paganis Baptismum recipere. Et similia habet Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, & refertur in c.a quodam Iudæo.de consecr.dist.4. Vnde,cum id quod in vno ex correlatiuis dispositum est, etiam in alio locum habere debeat,arg.l.fi.& ibi DD.not.C.de indic. vid.toll.sicut necessitate cogente ab illis legitimè,& sine peccato Baptismus peti potest,& debet, ita etiam excommunicatis denunciatus, interdictus,aut suspensus, huic Baptismum conferre legitimè, & sine peccato potest, & debet,vt præfati authores testantur. Quibus addi potest Martin. So. senior,in c.si quis propter,nu.10.vers.quinto sequitur.de furt.

13 Vnde,eo in casu constitutum presbyter non baptizans deponi iubetur,si ille non Baptizatus,moriatur,vt habetur in c.quicunque presbyter.de consecr.dist.4.vbi canon ille generaliter loquitur, & proinde generaliter accipi debet,arg.l.Iulianus.ff.de leg.3. Nec aliquā excusationē admittit. Non igitur excusatur excommunicatus denunciatus, & certè,si sic excommunicatus aliquem fame pereuntem videat,ei opem ferre tenetur,ne corpus pereat,argum.c.pasce,dist.89.multo magis moriturum sine Baptismo baptizare debet,ne anima eius in æternum pereat, & hoc satius docet Scotus 4.d.5.q.2. Franc.a Vict. vbi sup. quæst.30.de Baptis.Hugolin.tab.1.c.13.§.17.nu.4.& 5. & Nauar.in Man.c.22.nu.6.ver.tertio affirmans peccare mortaliter eum,qui in causa est, vt aliquis sine Baptismo moriatur,aut renuit dare Baptismū petēti in art.mortis,cum nullus eo aptior ipsum baptizare vult,& citat pro hoc d.c.quicunque.& d.ca.pasce, & sicut alter eo in casu Baptismum ab eo petere iure diuino præcipitur, ita etiam ille eidem Baptismum conferre tenetur; vbi tamen rectè aduertit Hugolin.vbi supra,nu.6.eo casu necessitatis Baptismum cæremonijs non adhibitis administrare debere, non enim Baptismi susceptionem necessario ipsæ requirunt argum.ca.ne quemquam,vers.quod si aliquis,de consecr.d.4.& fauent Io. Viguer.in his suis Instit.cap.16.§. 1.vers.6.& Catech.Roman.tract.de Baptis.cap.de ritib. & cærem.versi.restat nunc de ministro,versi. iam uero, satis enim necessitati alterius subuenitur, dum simplici Baptismi administratione sine cætemonijs, & solitis solennitatibus salus æterna habeatur.

14 Solum in hoc casu dubium esse potest, An necessitate vrgente, si alius præsens adsit,qui non sit excommunicatus denunciatus,suspensus,aut interdictus,licitè peti possit Baptismus ab excommunicato,ipseq; Baptismum licitè administrare possit. In qua re vnum certū apud authores est,alterum uero controuersum; Certum enim est,cuā duo adsunt plures potestate pares, eius, qui baptizandus est,nimirū,plures parochi,aut plures Sacerdotes,non parochi, plures Diaconi, aut plures eiusdem ordinis, aut plures uiri,aut plures mulieres,quorum tamen aliqui excommunicati sunt,& non alij, tunc a non excommunicatis suscipi debet Baptismus,modo id possint,& uelint, & non ab alijs,etiam si in hoc casu talis habilior sit,u: pote, non impeditus iure ad Sacramenta ministranda,sicut excommunicatus. In pari enim causa habilior præferendus est. Imo uero si plures conditione non pares adsint,sed nemo parochus,aut Sacerdos,ab alio, & non ab excommunicato peti, & administrari debet Baptismus cum in casu necessitatis quilibet Baptismi minister sit, & soli parochi, & Sacerdotes ius administrandi Baptismum habeāt,ut cō-

omnia gratiam conferunt, & de attrito contritum reddũt & vt Eccle. 9. habetur: *Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit*, & vbi scit se attritum, nescit tamẽ se contritum, & testibus Palud. 4. distio. 25. quæst. 1. ar. 3. & Francisco Vict. tract. de clauibus, num. 14. nisi absoluatur, vt vi clauium absoluens, imperfectum perficiat, in periculo est pęnitens, (maxime cum homines communiter attritionem habeant) in huiusmodi casu, vt notat Nauar. in Manuali, capit. 27. numer. 271. non censetur ecclesia taliter excommunicatis iurisdictionem auferre, vel suspendere; ne ob delicta hæreticorum, vel aliorum excommunicatorum, filij sui salutis remedio iniustè priuarentur; id quod per verba Concilij sess. 14. c. 7. satis manifestè declaratur.

20 Hoc tamen quod diximus de confitendo hæreticis, intelligi debet, quando non timetur periculum infectionis, & peruersionis; nec pœnitens communicando in Sacramentis videtur consentire, vel approbare sectam hæretici; nec sit periculum ex parte hæretici abutendi Sacramento, & præsertim, vbi male de pęnitentiæ sacramento sentiret, & in hoc hæreticus esset, & quando alius Sacerdos haberi non posset: si enim aliquod horum sit, non liceba hæretico confiteri, sed erit, ac si copiam Confessarij non haberet, vt præfati auctores testantur.

21 Octana propositio. Sacramentum Eucharistiæ necessitate vrgente ab excommunicato denunciato, aut alijs censuris irretito nec licitè peti, nec administrari potest. ita S. Thom. 3. par. quæst. 82. art. 7. ad 2. & art. 9. Alexander de Ales. 4. par. quæst. 11. memb. 2. art. 3. §. 2. S. Bonauent. 4. dist. 13. quæstion. 1. Rich. 4. distinct. 13. arti. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 13. quæst. 2. §. resta ergo. & Palud. 4. d. 13. quæst. 1. art. 4. conclus. 5. & dist. 17. quæst. 3. art. 3. cõclus. 7. Durand. 4. dist. 13. quæst. 4. memb. 8. Gabr. 4. dist. 13. q. 1. art. 3. dub. 4. Summa Astensis, 1. par. lib. 4. tit. 13. art. 3. Sylu. verbo, Eucharistia, 3. quæst. 4. Franc. Victoria, tracta. de Sacram. Euchar. quæst. 93. & tracta. de clauibus, num. 17. Ioan. Medina, C. de Confess. quæst. 28. dub. 2. Sotus 4. distin. 13. quæst. 1. art. 9. Henriquez libro 13. de excommu. cap. 10. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. ca. 13. §. 17. num. 14. & Gregor. lib. 3. dialog. c. 31. & habetur in ca. superueniente, & ibi glo. in verbo, perciperet, 1. q. 1. & cap. Subdiaconus. vbi glo. in verbo, habebunt, & cap. fin. & ibi gloss. in verbo, perciperet, 24. q. 1. quicquid contrarium sine ratione, aut auctoritate doceant Nauar. in Manuali, cap. 22. num. 4. & Francis. Suarez in 3. par. in q. 82. artic. 3. disput. 72. sectio. 4. in fine. Ratio huius conclusionis est: quia Sacramentum hoc non est Sacramentum necessitatis, vt sunt sacramenta Baptismi, & Pęnitentię, neque etiam per se institutum est ad remissionem peccati originalis, vt Baptismus, neque ad remissionem mortalium post Baptismum commissorum, vt Sacramentum pęnitentiæ, & proinde neque ad primam gratiam conferendam, ex Concil. Trident. de Baptismo, & Pęnitentia habetur, Sess. 14. c. 1. & 2. & de Eucharistia colligitur ex Conc. Tri. Sess. 13. c. 2. can. 1. Immo vero vsus huius sacramenti per se supponit primam gratiam, & remissionem peccati, multo magis quam reliqua, quæ dicuntur sacramenta viuorum, vt satis apertè testatur idem Concil. Trident. Sessio. 13. cap. 7. & canon. 11. vnde tantæ necessitatis non est hoc sacramentum, vt illa duo, & præceptum de Eucharistia recipienda intelligitur, si adsit minister decens: sicut nec a sacerdote petere, vt tunc celebret absque vestibus sacris, & alijs, quæ ecclesia pro reuerentia sacrificij instituit, quia sic Christus præceptum suum moderandum voluit, vt Henriquez vbi supra, §. 2. littera P. in annot. docet.

22 De alijs quatuor sacramentis oẽs docent quod nõ possint licitè peti, vel ministrari à præciso denunciato, seu hæretico, quia nunquam homo in necessitate horum Sacramentorum constitutus est. Et de sacramentis hæc sint satis.

De officijs diuinis, & suffragijs Ecclesiæ Excommunicato prohibitis. Cap. III.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior ab officijs diuinis arcet, & spiritualibus ecclesiæ suffragijs priuat.*

2 *Excommunicatus denunciatus, vt minister ecclesiæ officia diuina recitare, aut Missam celebrare nequit.*

3 *Excommunicatus denunciatus per se, vt persona priuata, officia diuina recitare debet.*

4 *Excommunicatus denunciatus, quare vt priuatus, officium diuinum priuatim recitare teneatur.*

5 *Excommunicatus denunciatus horas Canonicas priuatim recitans, dicere nõ debet* (Dominus vobiscum) *& quare.*

6 *Excommunicatus denunciatus priuatim horas recitans satisfacit officio suo ita, vt non peccet in non recitando.*

7 *Horas Canonicas in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto de horis recitandis satisfacit.*

8 *Oratio existentis in peccato mortali, an, & quomodo vtilis, & fructuosa sit.*

9 *Excommunicatus an ecclesiam vt ibi oret, & horas priuatim recitet, intrare possit.*

10 *Excommunicatus quo sensu ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse dicatur.*

11 *Ostiarius, quo sensu excommunicatos excludere iubetur dum Sacerdos Missam celebrat.*

12 *Excommunicatus maiori, concionem cum alijs in ecclesia audire potest.*

13 *Excommunicatus laicorum more mensam benedicere, & Eucharistiam ad infirmos delatam comitari potest.*

14 *Excommunicatus lectionem publicam audire, & legere potest.*

15 *Excommunicatus denunciatus diuinis interesse nequit, dum ab alijs fiunt.*

16 *Excommunicatus surdus, aut cæcus, cum alijs in officijs diuinis participare nequit.*

17 *Excommunicatus cum alijs etiam vltimo loco in processionibus, aut Litanijs ire non potest.*

18 *Excommunicatis denunciatis præsentibus alij nec officia diuina celebrare, nec audire possunt.*

19 *Excommunicato denunciato præsente, tempore, quo officia diuina, aut missa celebrantur, quid agendum.*

20 *Excommunicato denunciato intrante ecclesiam, si Canõ Missæ inceptus sit, sacerdos assistente ministro solum Missam prosequi, alij vero exire debent.*

21 *Sacerdote celebrante, si corpus defuncti excommunicati in ecclesiam deferatur, quid agendum.*

22 *Tempore, quo plures Missæ in eadem ecclesia celebrantur, si excommunicatus denunciatus vni intersit, an alij alteri interesse possint.*

23 *Missam eandem, aut eandem horam Canonicam cum denunciato excommunicato audire non licet contra Durandum contrarium asserentem.*

24 *Excommunicatus denunciatus ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto excusatur, & quænam huius ratio sit.*

25 *Infirmus, aut in vinculis constitutus non audiendo Missam in festis ex præcepto, non peccat.*

26 *Excommunicatus occultè an ab alijs fidelibus in Missa, & alijs officijs diuinis audiendis, & faciendis abstinere teneatur.*

27 *Excommunicatus occultè ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam licitè cum alijs Missam in festis audire potest.*

28 *Excommunicatus occulte, si non sit in mora petendi absolutionem, celebrans causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, nec peccat, nec irregularitatem incurrit.*

1 ALter excõmunicationis maioris effectus est, vt a diuinis officijs arceat, & ecclesiæ suffragijs spiritualibus priuet, vt ex sequentibus manifestum erit.

2 Primo igitur excommunicatus denunciatus ex officio, vt minister ecclesiæ officia Diuina recitare, Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere non potest, vt communis DD. opinio docet, & colligitur ex ca. sicut Apostoli cum tribus seq. & ibi glo. 11. q. 3. & c. permittimus, & glo. & Panorm. ibi, de sent. excommun. & glos. in ca. si quis presbyter. in verbo, præsumpserit, & ibi Panorm. num. 7. & 8. & Marian. Soc. sen. ibidem, nu. 6. de cleri. excom. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. sacris. num. 50. vers. quoad tertium. de sent. excommunic. & numero 134. Summa Hostien. lib. 5. tit. de cler. excom mun. ministr. §. qualiter puniatur. & §. fin. vers. consueuit, & illud quæri. tit. de sent. excomm. Summa Astensis, 2. par. lib. 6. tit. 1. art. 6. in fin. gl. in c. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Angelica, verbo, excommu. vlt. nu. 4. Gabr. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & q. 3. art. 3. dub. 2. Caiet. in Summa, c. communicatio, seu participatio cum excommunicato. Syluester, verbo, excommun. 3. nu. 1. versi. tertio. Tabiena verb. excom. 1. vers. quinto. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. art. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & de oratione & horis canon. cap. 7. num. 17. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 3. num. 8. de senten. excommun. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 4. Barthol. Medina, lib. 1. Summæ cap. 11. §. 4. Hugolin. de cens. eccles. tabu. 2. cap. 8. Qui omnes expressè docent, excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas, & similia publicè, vt ministrum ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argumen. cap. clerici. cum tribus seq. & cap. fi. de cler. excommun. minist. Id quod non solum procedit, si publicè cum alijs officium diuinum recitet, sed etiam, si tanquam persona priuata easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat, cum ei fidelium communio simpliciter prohibita sit, & proinde, nec vt minister ecclesiæ, nec vt persona priuata cum alijs officia diuina recitare potest.

3 Secundo, vt ijdem authores affirmãt, licet vt minister ecclesiæ, aut vt persona priuata officium diuinum cum alijs recitare non possit, illud tamen priuatim, et per se dicere, et recitare per modum priuatæ orationis, et priuati suffragij tanquam laicus potest; nam diuina officia, *vt officium Christi Domini, officium Beatissimæ Viginis Mariæ, necnon corona eorundem, septem Psalmi pœnitentiales: Psalmi etiam Graduales, officium Mortuorum, Dominica oratio, Salutatio Angelica*, et alia huius generis, sicut etiã ieiunium, et eleemosyna opera sunt, quæ pęnæ rationem habent, et pęnalia a Scholasticis scriptoribus appellantur, vt videre licet apud S. Thom. 4. distinct. 15. quęst. 4. art. 3. Bonauent. 4. dist. 15. art. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 15. q. 1. art. 3, et alijs, ead. dist. et Sot. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ideoq; ab excommunicatis exerceri possunt; imò uerò officia diuina excom. non solum hoc modo recitare potest sed etiam debet, & tenetur, si aliàs ante excõicationẽ ad eorum recitationem obligatus fuerat. Sicut enim ad ieiunia aliàs debita, & ad alia Ecclesiæ præcepta obseruanda obligatus remanet: (modo id quod præcipitur, per censurã non prohibeatur, quale est præceptum audiendi Missam diebus festis) ita etiã ad horas canonicas persoluendas, prout ante excõicationẽ tenebatur, & ac si excommunicatus non esset, etiã post excommunicat. incursam obligatur, vt pluribus tradũt gl. in c. presbyterũ, in verbo, priuatus est, & Archid. ibi, num. 4. d. 28. Ioan. de Lignano, in repet. in cap. dignum. q. 3. de celebr. Missar. Decius in ca. intelleximus. col. 2. vers. secundo principaliter. de iudic. Felin. in c. Apostolicę. nu. 15. de except. Panorm. in cap. si quis presbyter. num. 8. & Marian. Socin. num. 6. & ibi gl. in verbo, præsumpserit, & eadem gl. in c. illud. in verbo, officia, & Maria. Socin. ibi, nu. 16. de cler. excom. minist. Hostien. in Sum. nu. 1. vers. qualiter puniatur, tit. de cler. excom. minist. & §. fi. vers. consueuit. tit. de sent. excom. Guil. de monte Lauduno. in clemen. 1. de celebr. Missar. in clem. 1. de regul. Marian. Socin. sen. in c. sacris, n. 134. de sent. excom. Gemin. in ca. 1. §. sciturus. num. 5. de sent. & re iudic. lib. 6. Anchar. in Clem. 1. num. 5. vers. hinc est, de regul. & transf. ad relig. Ioan. Monach. in c. 1. nu. 16. de sent. excommu. lib. 6. Zenzel. in Clem. vt hi qui. de ętate, & qualit. & in c. tuis. de præbend. lib. 6. & Stephan. Costa. in c. cum medicinalis. nu. 97. de sent. excomm. libro 6. & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Tabiena, verbo, excom. 1. §. quinto. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 102. & de orat. & horis canon. cap. 7. num. 16. qui num. 17. docet, non solum excommunicatum, & suspensum, sed etiam degradatum solenniter ad officia diuina teneri, si aliàs ratione ordinis tenebatur, & citat Ioan. Andr. in cap. degradatio. de pœnis, lib. 6. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. nu. 8. versic. sed & excommunicatus, de sentent. excommunic. lib. 6. idem de excommunicato, & degradato docet, pro qua recitat Alber. Ferr. in tract. de horis canon. quæstio. 12. & 13. Sylu. in ver. degradatio, quæst. 8. Ioan. de Lign. & Decium. vbi supra, Idem docet Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. & Syluest. verbo, excommun. 3. Soto lib. 10. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. Paul. Fusc. libr. 1. de visit. & regim. eccles. cap. 20. num. 18. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. tab. 2. c. 8. & alij omnes.

4 Ratio autem, quare ad officium diuinum recitandum teneatur, est, quia excommunicatio est pœna, pœna verò non tribuit immunitatem, ff. de negoc. gestis, in l. siue hæreditaria, & ff. de interdict. & relegatis, in l. relegatorum. Et quia cum ipse sit obligatus ad hanc seruitutem, & hũc pensum, vt c. 1. de celebr. miss. delictum suum ei patrocinari non debet, vt a tali seruitute liberetur, & fiat immunis. c. legi. 16. q. 1. & excommunicatio non liberat debitorem a soluendo, argumen. c. intelleximus, de iudic. sic enim vt ibi dicitur, *ex sua malitia commodum reportaret*, quod fieri nõ debet. arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & c. etsi necesse, de donat. inter virum, & vxorem. Qui igitur ad diuinum officium ante excommunicationem, suspensionem, & interdictum, aut ob beneficium ecclesiasticum, aut ob ordinem sacrum, aut ob professionem in religione approbata, tenetur, ad idẽ postmodũ sub peccato mortali persoluendum tenetur, cum excommunicatio nec beneficium, nec ordinem sacrum, nec professionem tollat.

5 Addunt autẽ Hostien. §. 1. de Cler. excom. minist. ver. qualiter puniatur, & §. fi. vers. consueuit, de sent. excom. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. in c. 1. de sent. excom. li. 6. Archid. & Cardin. Alexan. in cap. presbyterum. dist. 28. Panorm. in c. 2. de cler. excom. ministr. nu. 8. et Marian. Socin. ibi, nu. 18. et idem Marian. Socin. in c. sacris, num. 134. de sent. excom. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid si excõicatus. Alber. de Rosate, de Ferrar. tract. de horis canon. q. 13. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Ta-

Tabiena, verbo, excom. 1. vers. quinto, & ver. septimo, in fine. Armilla, verbo, Horæ Canonicæ, nu. 12. Nauarr. de orat. & hor. Canon. c. 7. nu. 16. Couar. in ca. alma mater, 1. §. 3. nu. 8. de sent. excō. li. 6. Henriquez li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 13. §. 13. num. 3. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 6. & citat Syluest. verbo, excom. 3. vers. tertio. & verbo, Horæ, vers. tertio, & verb. degradatio, q. 8. Quod ita excommunicatus maiori excommunicatione, dicendo officium solus, & priuatim, vt persona priuata, non debet dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc non est verbum priuatæ personæ. Immo Maiol. cit. affirmat, quod si Sacerdos excommunicatus dicat in officio, *Dominus vobiscum*, erit irregularis, quod tamen negatur ab Henriquez vbi supra, quoad irregularitatem incurrendam.

6 Tertio ex his, quæ diximus manifestum est, excommunicatum denunciatum sic priuatim horas recitantem, ad quas ratione beneficij, ordinis, aut professionis necessario tenetur, iuxta ca. 1. & cap. dolentes, de celebr. Missar. satisfacere officio suo, ita non peccet: immò etiamsi eas, vt minister ecclesiæ recitaret; etiam cum alijs, quamuis peccaret mortaliter. argum. cap. fin. de cleric. excommunica. ministr. & capitu. sacris, de his, quæ vi met. cau. fiunt facit enim contra ecclesiæ præceptum, muneri tamen suo de horis dicendis satisfacit, argumen. eorum, quę tradunt glo. in cap. quos quidam in verbo, vt prosint, & ibi Panor. nu. 3. & Marian. Socin. sen. ibi, nu. 10. & 11. de pœnit. & remiss. & idem Marian. Socin. in cap. sacris, numero 137. de sentent. excommunic. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 14. num. 3. & cap. 20. nu. 29. Hugolin. de censur. eccle. tabul. 2. cap. 8. §. 1. & patet ex communi Theologorum doctrina, & testatur S. Thom. 1. 2. quæ. 100. articul. 9. & latius tradunt Barthol. Medina 1. 2. q. 100. articul. 9. Nauar. in Manuali. cap. 13. num. 2. versic. tertio, & de orat. & hor. canon. cap. 20. num. 29. Hugolin. cit. §. 1. quādo finis præcepti est aliud à re præcepta, non est necesse ad præceptum implendum, vt finis ipse adimpleatur, & ita cum aliud sit præceptum recitandi officium Diuinum, aliud finis præcepti huius, scilicet laudare, & colere Deum, excommunicatus siue vt persona priuata, siue vt minister Ecclesiæ horas Canonicas persoluens in peccacato mortali, muneri, & officio suo satisfacit, ad effectum euitandi nouum peccatum, aut illas iterum repetendi. Sicut etiam qui in mortali peccato eleemosynam alias debitā, aut ieiunium ab ecclesia præceptum, aut votū aliquod obligatorium præstat, debitū suum persoluisse censetur, ad effectum euitandi peccatum nouum, quod omittendo aliàs incurreret. Quæ doctrina communis est, vt docent Iacob. Almain. in 4. dist. 16. q. 1. & Nauar. in tracta. de orat. & hor. can. c. 20. nume. 29. & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 22. q. 44. art. 4. ad Palud. 3. dist. 37. quæst. 1. Ioan. And. & Panor. & Marian. Socin. in cap. quod quidam, de pęnit. & remiss. & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 17. licet enim opera, quæ nobis præcipiuntur, sint actus virtutis, non tamen præcipitur, quod ea virtuosè agamus, quæ est mens & finis præcipientis.

7 Horas igitur in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto dicendi horas satisfacit, & pœnam & peccatum euitat sic dicendo; aliàs vt rectè notat Marian. Socin. in d. cap. quod quidam, num. 10. si dicere non prodesset sibi, sequeretur quod noceret; & sic non euitaret pęnam, sed augmentaret, si idem esset dicere in peccato, & non dicere; cum secundo casu peccaret mortaliter, secundum omnes; eas itaque recitando noui peccati reatum vitat, quem non recitando incurreret.

8 Deinde verò licet orationes illæ, quas ita recitaret in peccato mortali, & excommunicatione, prout efficaciam habent ex persona, & deuotione dicentis, non ita prosunt sibi, aut alijs, sicut prodessent si in gratia factæ essent; quatenus tamen ecclesiæ personam gerit, fructuosæ sunt cum oratione omnes, quas in Missa, recitat, tum etiam illæ omnes, quas in officijs Diuinis facit, haud secus, ac si excommunicatus non esset, vt ex his quæ tradunt S. Thom. 3. p. q. 82. artic. 6. in corp. Franc. Vict. nume. 10. de Euchar. & alijs colligi potest.

9 Quarto etiam, quicquid glos. vlt. in cap. 1. dist. 21. & in c. ostiarius, d. 23. & Anton. & Ioan. de Imola. in cap. 1. de vita, & honest. cler. Panor. in c. 2. nu. 2. de foro compet. & in ca. responso, nu. 2. & ibi Felin. de sent. excommunicat. Hostiens. in summa. tit. de cler. excom. minist. §. qualiter puniatur, & tit. de sentent. excommunicat. §. sed nunquid. Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 9. in princip. & Palud. 2. distinct. 28. quæstio. 4. versicu. primus. & Marian. Socin. in d. cap. 1. nu. 5. de cler. excommunicat. ministr. & in cap. sacris, num. 124. & 125. de sentent. excommunicat. dicant excommunicatum maiori excommunicatione peccare mortaliter intrando ecclesiam, etiamsi ibi non celebrentur diuina, eo quod talis diuisus est ab ecclesia. cap. 2. de foro compet. & capit. qui merito, 11. quæst. 3. & quia talis eijci præcipitur ab Ostiario extra ecclesiam, capit. 1. §. ad ostiarium, distinctione 35. verius tamen est, posse sic excommunicatum intrare ecclesiam, non solum pertranseundo eam ad vlteriorem locum, vt admittit Summa Astensis, quando ibi non celebrantur diuina, sed etiam vt ibi oret, & horas Canonicas ibi solus, & priuatim recitet, ita glos. in c. qui studet, in verbo, dimisit, 1. q. 1. expressè docens excommunicatum intrare posse ecclesiam causa, orandi, dummodo non intersit officijs diuinis, cū non inueniatur prohibitum, & ita sibi responsum sæpe fuisse a Ioan. dicit Innoc. in c. responso, de sent. excom. & Pan. sibi contrarius, in c. 1. nu. 11. de vita, & honesta. cleric. vbi ait, quod licet excommunicati intrare non debeant ecclesiam tempore celebrationis diuinorum, secus tamen si diuina non celebrentur. Idem docet Bart. Brix. in d. ca. qui studet, 1. q. 1. vt refert Pan. in d. ca. responso, dummodo non intrent causa audiendi diuina. Et Marian. Socin. in c. sacris, nu. 122. de sent. excom. ait hoc dictum Brixiensis esse magis æquum, quando fortè ibi vellet priuatim aliquas orationes dicere, vt lucraretur gratiam, & gratiā a Deo reciperet. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. tertio, & citat Ioan. de Lignano. Tabiena etiam, in verb. excom. 1. vers. quinto. idem affirmat. Nauar. in Man. c. 27. n. 19. ait, posse solum in ecclesia orare, quāuis alij in ea orēt, modo seiuncti sint ab eo, & Caiet. in Summa, vers. cōmunicatio, seu participatio cū excommu. quibus casibus omnino sit illicita, Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 7. de sē. excom. lib. 6. communiter receptum esse testatur, excommunicatum posse absque vlla culpa ecclesiam ingredi causa orandi, eo tamen tempore, quo diuina officia nòn celebrantur. Idem docent Nicol. de Milis in repert. in verbo, excommunicatus potest, quē refert, & sequitur Bart. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. c. 8. §. 6. eo quod excommunicatus priuatur, quantum ad præsentem materiam spectat, sola communione fidelium, & Sacramentorum, c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. pen. de sent. excom. qualis non est ingressus in ecclesiam, vt ibi solus oret.

10 Nec valent, quæ pro contraria sententia afferuntur, cū enim dicatur excommunicatum ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse: id vtique non de materiali ecclesia ex lapidibus, & lignis constructa, sed de corpore Christi, mystico, nimirum extra consortium fidelium intelligitur, vt rectè Hugolin. vbi supra respondit, Christi enim corpus fideles sunt, teste Apostolo Ephes. primo & Colos. 1. vt exponit Cathechismus Romanus in illam Symboli partem, *Credo Ecclesiam Sanctam.* quorum consor-

11 no excommunicati priuantur. Ostiarius autem excommunicatos solum excludere iubetur, dum Sacerdos Missam celebrat, ne ingrediente excommunicato, officia diuina inchoata hac ratione intermittantur, quandoquidem, vt infra dicemus, excommunicato præsente, nec officia diuina cantari, nec Missæ celebrari debent, ex Felino

ip. à nobis, nume. 3. de excep. dummodo ergo officia ma ibi non celebrentur, excommunicatus vt ibi solus :t. & horas priuatos recitet, secluso scandalo, & contemptu, sine peccato intrare potest.

Quinto, Excommunicatus maiori excommunicatione, cum alijs concionem publicam in ecclesia audire potest, vt habetur in c. responso, de senten. excommunicatio. & ibi Panorm. nume. 1. & Marian. Socin. numero 2. & idem Marian. Socin. in cap. sacris. num. 125. & num. 138. de sentent. excommunicat. & in ca. inter alia, num. 95. tit. eodem. & facit c. Episcopus nullum, de consecrat. distin. 1. S. Anton. 3. par. titu. 24. capit. 76. versic. tertio. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæstio. 251. & Tabiena, verbo, excommunicat. 1. §. quinto, Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. 1. art. 4. conclus. 2. versic. prædicatio. Caiet. excommunica. fin. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 36. ad quintum. & nume. 176. & tom. 2. consil. consil. 1. nume. 6. lib. 5. de verborum significatio. vbi ait, concionem audire posse etiam in ecclesiæ specialiter interdicta, & idem ait Henriquez libro decimotertio, de excommunicatio. cap. 12. §. quarto. & fauet Palud. quarto, distinct. 18. quæstione 8. articulo quarto, qui incip. circa quartum. versicu. quantum ad vndecimum. Hugolin. de cens. ecclesia. tab. secunda, cap. 8. §. tertio & sexto, numero secundo. Quia prædicare non est de numero Officiorum diuinorum, quæ interdicuntur excommunicato; & quia id permittitur, & in dicto capitulo responso, vt facilius inducatur ad contritionem, & ad petendam absolutionem; vtilis enim est concio per se animæ; in pertinentibus autem ad salutem spiritualem ipsius excommunicati, licet ei participare, qua ratione licet dare consilium excommunicato, cap. cum voluntate, de sentent. excommunic. & facit cap. antecessor, & c. quod prædecessor, 11. q. 3.

13 Potest etiam sic excommunicatus laicorum more mensam benedicere, ex Palud. quarto distinctio. 18. quæstio. 8. articulo quarto, qui incip. circa quartum, versicu. quantum ad decimum septimum. & Hugolin. de cens. eccles. Tabu. 1. cap. 13. §. 14. numero tertio. Item potest se signo crucis munire ex Nauar. capitulo 27. num. 36. ad quintum, & Hugoli. cit. Corpus item Christi venerari potest & debet, si ei obuium fieri contingat, argum. cap. intelleximus, de iudi. ex Hugolin. cit. nume. 5. immò comitari Eucharistiam delatam ad infirmos potest, si non recitentur Psalmi, ex Henriquez libro decimotertio de excommunicat. cap. 7. §. secundo, litera M. & citat Pala c. 4. dist. 18. quæstio. 3.

14 Potest etiam lectionem publicam, etiam sacram audire, aut eam legere discipulis suis, immò & discipulo excommunicato interoganti circa electionem respondere, vt ait Henriquez libro decimo tertio de excommunicat. capitulo duodecimo, §. quarto. quod non solum procedit in occultis, & generaliter excommunicatis, (in quo casu Sotus 4. distinct. 22. quæstione prima artic. quarto Conclus. secunda vers. prædicatio, concedit nullum esse peccatum eorum interesse concionibus, & lectionibus, sicut nec ipsi peccarent saltem mortaliter, dum ex officio eis huiusmodi munera incumbunt) sed etiam in denunciatis, quia nec concio, nec lectio sunt officium ecclesiasticum, quod excommunicato prohibetur; & licet essent officia ecclesiastica, nullo iure prohibentur, & referuntur in publicam vtilitatem. vt rectè Henriquez, vbi supra, annotauit.

15 Sexto, Excommunicatus denunciatus, sicut officia diuina vt minister ecclesiæ, cum alijs recitare non potest; ita neque illis interesse, dum ab alijs fiunt, arg. c. Episcoporum, de priuileg. libro sexto, & cap. is qui, & cap. fi. versic. Excommunicatis prorsus exclusis, de sent. excommun. libro sexto Panorm. in cap. illud, nu. 8. Marian. Socin. numero decimo de Cler. excommun. ministr. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 76. versic. tertio. Angelica, verbo, excommunica. vlt. nume. 3. Syluest. verb. excommun. 3. numero primo vers. tertio non potest. Armilla, eod. numero sexto. Tabiena, verbo, excommun. 1. versic. quinto. Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. prima articulo, quarto Conclusio secunda vers. sed quantum. Barthol. Medina, in Summa, libro primo cap. vndecimo §. quarto. Henriquez libro decimotertio. capit. septimo, §. 2. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 19. Couar. in ca. alma mater, 1. part. §. 3. numero 8. de sent. excommun. libro sexto. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 8. §. tertio, & facit capit. quod in te, de pœnit. & remiss. Ratio est: quia sic excommunicato prohibetur communio actiua, & passiua, & proinde nec officia diuina cum alijs facere, aut ab alijs audire potest, facit ca. nuper, de sent. excommun. & cap. cum excommunicato, vndecimo, quæstio. 3. vnde contrafaciendo grauiter peccat, quia videtur excommunicationem contemnere, & vsurpare communionem sibi interdictam, contemnendo claues ecclesiæ, arg. capit. fin. de excess. prælat. Et multo grauius, peccaret, si alij officia diuina corã se celebrarent, author sit, arg. cap. illud, & ibi Panor. numero 8. de cler. excommun. minist. vbi ait Episcopum excommunicatum, auctoritate sua faciendo coram se celebrari, non solum mortaliter peccare, sed etiam irregularem fieri; secus autem, si simpliciter audit, non authorizando, tunc enim peccat tantum, non tamen fit irregularis. Id quod etiam docet glos. in clem. 2. in verbo, celebrari, de priuileg. & idem docent ibi Anchar. nume. quarto & Zabar. versic. nono quæro, & idem Zabar. in clem. secunda, vers. quarto nota. & Ancha. vers. secundo nota 1. de sen. excommun. Marian. Socin. sen. in c. ad audientiam, numero 25. de homicid. & in c. illud, numero 1. de cler. excommunic. ministr. Hostiens. & DD. in c. tanta, de excess. prælat. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. in fine, de sentẽ. excomm. libro sexto vbi etiam citat pro hac re Franc. in c. 1. de sen. & re iudic. libro sexto. Gonsaluũ a Villadiegn, de irreg. c. secundo, & alios, & Hugolin. Tab. 2. ca. 8. §. 2. Qui enim per alium facit, ipse facere videtur, ca. qui facit per alium, de reg. iur. libro sexto. Dicitur autem Episcopus in hoc casu auctoritatẽ præstare, qui facit, aut iubet coram ipso Missam, aut alia officia celebrari, ex Rauen. in dict. clemẽ. 2. & Cardin. ibi, num. 11. Imola nu. 9. Guil. & Bonifac. nu. 9. de priuileg.

16 Et quæ diximus, vera sunt, etiam si sic excommunicatus surdus esset. aut cæcus, vt ait Hugol. tabul. 2. cap. 8. §. 3. nume. 3. quia neque cæcitas, neque surditas tollit communionem, & participationem in diuinis, quæ tamen excommunicato denunciato prohibetur. Vnde non solum intra ecclesiam officia diuina audire, vel videre prohibetur, sed etiam extra ecclesiam; non enim extra ecclesiam ei sic propè stare licet, vt diuina audire possit; sicut enim officia diuina tempore interdicti ea de causa voce submissa dici debent, ne excommunicati, & interdicti ea audire possint, ca. quod in te, de pœnit. & remiss. & Clem. 1. vers. nunc latenter, de sentent. excommun. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. uers. tertio. Tabiena uerbo, excommu. 1. vers. quinto, ita ianuis clausis dici debent, ne excommunicati intrent ecclesiam, & diuina videant, ex Anchar. in clem. 1. in princip. de senten. excommun. & facit dictũ cap. quod in te, & cap. alma mater, §. adijcimus, de sent. excommun. lib. sexto, & expresse Hugolin. de cen. eccles. tabul. secunda, cap. 8. §. 3. numero secundo & Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 174. vbi ait, non esse aperiendam fenestram, neque foramen, per quæ io... possunt corpus Christi, iuxta clem. 1. in princip. de se... excommunic.

17 Eadem etiam ratione non licet sic excommunicat... cum alijs etiam vltimo loco, in processionibus, aut i... blicis Litanijs, quæ à Sacerdote cantantur, aliàs ce... dum est, donec denunciatus à processione, aut alijs... cijs expellatur, vt notant Henriquez lib. 13. cap. 7. ... commu. §. secundo, qui alios refert, & Hugolin. lo... ximè allato. Et faciunt ea quæ tradit Nauar. in M...

ca. 27. nu. 176. in fine, post Tabien. verbo, interdictum, 5. vers. decimosexto. Immò, etiam nec aqua benedicta excommunicatus, aut interdictus se aspergere possunt, quod intelligitur de Sacerdote solenniter illam benedicente, & se aspergente, cum Antiphona *Asperges*, ante Missam, sicut nec populum eo modo aqua benedicta inspergere potest, quia est quid Sacramentale, & proprium Sacerdotis: sed neque aqua benedicta hoc modo à Sacerdote excommunicatus denunciatus, aut interdictus aspergi potest, iuxta ea quæ tradunt Calderin. tract. de Eccles. interdict. memb. 6. col. 14. Angelica, verbo, interdictum, 6. §. 18. Syluest. verbo, interdictum, 5. vers. quintum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. vers. tertio. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 174. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 13. §. 14. nu. 6. potest tamen sic excommunicatus sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, vt ibi priuatim oret, vt docet Nau. vbi supra, quicquid Calderin. & Hugol. locis allatis, contrarium nimis scrupulo sè affirment.

18 Septimo, excommunicatus denunciatus non solum prohibetur officia diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, sed etiam alij eadem officia diuina, & Missam, excommunicato præsente, audire, aut celebrare prohibentur. Sicut enim ipse alios in diuinis, ita alij sic excommunicatum in eisdem vitare tenentur: & colligitur ex ca. is, qui, & c. si. §. adijcimus, & §. in festiuitate. de sent. exc. lib. 6. & clem. 2. de sent. excom. & ibi Zabar. vers. decimo not. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatis, & ibi Panor. nu. 1. & Marian. Soc. sent. nu. 4. & §. de priuileg. & cap. in Lateranensi, de præbend. & dignit. & cap. quod in te, §. & in conuentualibus, de pœnit. & remiss. & c. Episcoporum, & ibi glo. verbo, officia, de priuileg. lib. 6. & c. excommunicatos, & ca. cum excommunicato, cum duob. seq. 11. q. 3. Hostien. in Sum. nu. 12. vers. sed nunquid, de sent. excom. Maria. Socin. in c. p. sacris. nu. 127. de sent. excom. Sotus, 4. q. 22. d. 1. art. 4. conclus. 2. vbi ait, tria prohiberi, nimirum, ab excommunicatis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. & clare S. Thom. quodlib. 11. ar. 9. Palud. 4. dist. 18. q. 6. in princip. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Caiet. verbo, excom. in fin. Syluest. excom. 5. num. 6. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 19. & lib. de orat. notab. 22. num. 8. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. & hoc tam in clericis sæcularibus, quam in Religiosis, & exemptus procedit, vt colligitur ex locis allatis. Ratio est: quia celebrare officia, vel Missam coram excommunicatis, est participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam: & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irregularis, vt tradunt gloss. Panor. & Marian. Socin. in d. cap. cum & plantare, & gl. in c. Episcoporum, in verb. officia, de priuileg. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 6. nu. 9. vers. Qui verò, de sentent. excommun. lib. 6. vbi alios citat. vt Calderin. conu. 4. de sent. excom. Gonsal. à Villadiego, de irregul. cap. 2. Henr. c. Bobic. in cap. fin. de excess. prælat. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. num. 3. & colligitur ex ca. is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. Sic tamen celebrans scienter coram excommunicato manifesto, incurrit suspensionem per mensem, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. Episcoporum. de priuileg. libro 6. & si intra mensem absque dispensatione deinceps intra ecclesiam diuina officia, aut Missam celebret, fit irregularis; quia cum ei interdictus fuerat ingressus Ecclesiæ propter celebrationem, quam exercuit coram excommunicato, ex d. c. Episcoporum, si talis, cui interdictus est ecclesiæ ingressus, intra tempus suspensionis intra ecclesiã celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex c. eũ medicinalis. & ibi gl. in ver. irregularitatem, & Bern. Hostie. & Fran. & Steph. Costa, nu. 92. de sent. exc. lib. 6. & c. is, qui, & ibi gl. in verb. nodatis. & Steph. Costa, n. 8. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. Episcoporum, in verbo, à iure statutas, & ibi Io. Andr. Archid. Domi. Franc. & S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. Tabien. verbo, interdictum, 6. vers. primo. Nicol. Polonius, in tract. Sacerdot. ti. de interdict. reg. 49. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. c. 8. §. 4. nu. 5. quicquid contradicat Couar. vbi supra, existimans d. ca. Episcoporum, procedere solum in exemptis, in quorum odium statutum esse putat, vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ, si coram excommunicatis, vel interdictis scienter celebrauerint, cuius opinio optimè refellitur a gl. in d. ca. Episcoporum. in verbo, ingressum, docens prædictam Decretalem, & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis, id quod mea sententia elare colligitur ex initio d. capit. episcoporum. de priuileg. lib. 6. cum dicitur: *Præsenti Decreto statuendum duximus, ne aliqui sæculares aut regulares quantumcumque exemptionis &c.*

19 Si quæras, quid agendum sit, quando adest excommunicatus, tempore quo Officia diuina, aut Missa celebrantur; communiter respondent DD. quod si nondum sint incepta Officia Diuina, aut Missa, monendus est excommunicatus, vt exeat, quod si sic monitus exire noluerit, eijci debet vi per aliquos laicos præsentes, aut illis non præsentibus, à clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus clericus esset, non tamen excommunicantur laici, vel Clerici eum vi excludentes, vt colligitur ex cap. veniens, & ibi glo. in verbo, celebrationem, & ibi Panor. num. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 3. de sent. excom. & facit c. cum voluntate. §. si qui. de sent. excom. mun. Anchar. in clem. grauis. vers. sexto. de sent. excomm. & Guil. de Lauduno, nu. 1. ibid. & Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 8. §. 4. n. 5. id quod procedit, etiamsi sit cõmotus, qui talẽ excommunicatum clericum vi eijceret; tum quia commotio ex iusta causa non operatur iniuriam, quæ requiritur ad hoc, vt quis incurrat pœnam can. mis cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt Panor. & Marian. vbi supra, notarunt; tum quia in eo casu non tam infertur violentia tali excommunicato, quam propulsatur iniuria Deo illata, ex Hugolino, cit. arg. l. Manichæos. C. de heret. Quod si nequeat sine periculo expelli, non inchoari debent officia diuina, aut Missa. Sin autem inchoatis officijs diuinis, aut Missa, excommunicatus ingreditur, monendus, vt supra est, vt exeat, & si expelli non poterit, cessandum est a diuinis officijs, & etiam a Missa, donec expellatur, argum. clemen. grauis. & ib. glos. in verbo, in expleta. & Anchar. & Zabar. & Guil. de mõte Lauduno ibi, de sent. excom. Innoc. in c. nuper, in verbo, orando, & Feli. nu. 3. de sent. excommun. Hostiensis in Summa, nu. 17. vers. sed nunquid. de sent. excom. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 3. conclus. 2. Sum. Astens. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. vers. tertio, Nauar. in tract. de orat. & hor. canon. c. 10. nu. 59. & num. 60. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. hic autem interroget. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. ca. 25. nu. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugol. de censu. eccles. tabul. 2. ca. 8. §. 4. num. 5. Monent tamen præfati authores, quod si præfatus

20 excommunicatus Ecclesiam intret, vel priusquam Sacerdos eum videret, iam Canonem inchoauit, debet Sacerdos procedere in officio simul cum eo, qui assistit ei tantum, alij vero omnes scientes cum excommunicatũ, debent exire ecclesiam, si excommunicatus ipse exire nolit, arg. cap. sicut Apostoli, 15. q. 3. & ca. omnis, qui, 24. quæst. 1. Quod dictum debet intelligi, nõ ita, vt quocumque modo incepto Canone, Sacerdos prosequatur Missã præsente excommunicato, sed incepta consecratione: Canon enim Missæ, vt docent Duran. in Rationali diuinorum offic. cap. 35. Felin. in cap. a nobis, num. 6. versic. & scias, de except. Nauar. de orat. & hor. can. cap. 16. nu. 60. & alij, incipit: *Te igitur clementissime pater*, quem post, *Sanctus*, secreto dicimus, & magna pars illius dicitur, antequam perueniatur ad verba consecrationis, de quo intermedio, idem videtur iudicandum, quod de præceden-

atibus, & fauet S. Thomas 3. par. quæst. 83. art. 6. ad communis est opinio ex Nauar. & Hugolino vbi su-, sicut in simili casu, qui in Missa recolit se esse excommunicatum, ante consecrationem desistere debet; & pa- ratione, si superuenit excommunicatus, qui pelli sine periculo nequit, incepto Canone, nisi consecratio inchoata fuerit, desistendum est, quia illic incipit sacrificium. At vero facta Consecratione, si ingrediatur excommunicatus omnino procedere debet vsque ad sumptionem inclusiue, sumpto autem Sacramento, antequam dicatur *Postcommunio*, moneatur, vt exeat, & si exire nolit, Sacerdos in Sacristiam, aut alium locum secretum rediens dicat *Postcommunionem*, orationes, & alia quæ restabāt. Sic Hostiensis in summa, tit. de sentent. excommun. num. 17. vers. sed nunquid. Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Archid. & vterque Cardinalis, in ca. sicut Apostoli. 11. quæst. 3. Nicolaus Dionysij de Perusio, in c. episcoporum, in gloss. in verbo, officia, de priuileg. lib. 6. Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 3. art. 3. dub. 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. vers. tertio. Marian. Socin. in cap. sacris. nume. 127. de sent. excommu. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 16. nu. 60. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. hic autem interroget. Paul. Fusc. libro primo, de visit. & regim. eccles. cap. 29. numero 5. Simon Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 8. §. 4. num. 6. Ratio autem, cur facta consecratione procedendum sit in Missa, ea reddi potest, quia hæc sunt Sacramenta vnitatis, & ideo inexpleta dimitti non debent arg. c. illud, & c. nihil, 7. quæst. 1. & quia strictius est præceptum integritatis sacramenti, quam excommunicatos excludere.

21 Hoc autem, quod diximus Sacerdos incepta Missa ante consecrationem, ingrediente excommunicato, debet Missam deserere, procedit in excommunicatis viuis, secus autem si intret defunctus denunciatus; si enim dum Sacerdos celebrat, affertur in ecclesiam cadauer publici excommunicati, non tenetur Missam deserere, ita Simon Maiol. libro tertio, de irregul. cap. 24. numero quinto, & Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera O. Quia Sacerdos ex separata intentione celebrans non videtur admittere ad communionem altaris tale cadauer, cuius præsentia non est talis, vt Sacerdos dicatur coram excommunicato celebrare, vt contingit in viuis, præsertim, quia ratio euitandæ cōmunionis cessat in isto casu. Nam hoc fit, vt rubore confusus citius inducatur ad satisfactionem excommunicationis, vt in cap. pia, de excep. lib. sexto, quæ ratio cessat in mortuo, ex Panorm. in cap. ad hæc. numero secundo, de priuileg. & excess. priuileg. Illud tamen verum est, quod non debet quicquam pro tali mortuo dicere, vel orare, vel aliquam operam impendere circa illud corpus, vt puta aspergendo, benedicendo, et cruce signando, vel concomitando, aut fieri permittendo funera (si ad eum prohibere pertineat) quia eó modo videtur sepulturæ communicare, & consequenter, excommunicationem incurrit, arg. clemen. 1. & ibidem Cardin. q. 14. & 15. & 25. de sepult. & Panorm. in cap. ad hæc. numero 2. de priuileg. & excess. priuileg. & Maiol. libro 3. de irreg. cap. 24. num. 5. qui sine ratione, aut tex. docet talem fore irregularem.

22 Rursus quæri potest, An eodem tempore quo plures Missæ in eadem ecclesia dicuntur, & excommunicatus denunciatus vni earum interest, ego alteri interesse possim in alia parte ecclesiæ, aut prope locum vbi excommunicatus Missam audit, absq; hoc, quod censear participare cum illo in diuinis? Cui responderi potest (iuxta ea quæ tradunt Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunic. Palud. 4. distinct. 18. quæst 6. artic. 1. in fine. Caiet. in Sum. in verbo, excommun. fin. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. conclus. 2. vers. nihilominus indubiè, Nauar. de orat. & hor. canon. notab. 22. numero 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 8. §. quinto, numero tertio, Henriquez lib. 13. de excommun. cap. septimo, §. secundo) non censeri; vnde licet excommunicatus in vna capella audiat Missam, & alter in alia capella eiusdem ecclesiæ: vel excommunicatus, & non excommunicatus in eadem Ecclesia, eodem tempore, seorsim, & separatim orent, non propterea in diuinis, & oratione ab ipsis communicatur, si signo ad salutationem angelicam dato, excommunicatus, & non excommunicatus in platea separatim orent. Et multo minus communicare dicentur, si tempore, quo non excommunicatus audiat Sacra, intret excommunicatus Ecclesiam non gratia audiendi Sacrum, sed vt aliquid aliud agat, vel illac tantum transeat.

23 Non tamen licet vnam, & eandem Missam, vel horam cum excommunicato audire, quicquid Durand. in 4. distin. 18. quæst. quinta, numero septimo, existimet id licere, ea ratione ductus, quod communicare in Diuinis non est, nisi vel Missam dicere, vel audire ab illo, vel simul horas cum illo recitare, adeo, vt vni Missæ interesse cum excommunicato non est secum communicare, sed cum Sacerdote celebrante: Quod fundamentum falsum est, & omnino reijciendum, quia vt rectè citati scriptores annotarunt, negari non potest non solum cum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eandem vna cū eo; sicut & qui comedit in vna mensa cum eo: vnde rectè docet Sotus vbi supra, tria prohiberi, scilicet ab illis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris: dicuntur autem interesse simul, qui vni Missæ audiendæ intersunt, vt constat. non sic qui in vna capella audit, & excommunicatus in alia. Addit etiam Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 1. in fine, quod si fugitiuus clerici percussor sit in ecclesia, potest Sacerdos coram eo celebrare, quia cum non sit ibi causa orandi, sed latitandi, & fugiendi, non est hoc cum eo participare in diuinis, sicut neque si per ecclesiam transitum faceret.

24 Octauo, colligitur ex dictis ratio, quare excommunicatus excusetur ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto; cum enim Missam audire non possit nisi participando in diuinis cum celebrante, quod illi prohibitum est, vt diximus, consequens est, vt à Missa audienda excusetur; alioquin perplexus omnino esset, ita vt peccatum euitare non posset; audiendo enim peccat, quia contra ecclesiæ prohibitionem facit; ne igitur aliquem ad Missam audiendam, quam sine peccato audire non possit, obligatum esse dicamus, dicendum est, eum ab audienda Missa in festo ob impedimentum excommunicationis excusari; in quo casu præceptum audiendi Missam in festis cedit alteri præcepto ecclesiæ, quo sic excommunicatus interesse sacris, ad maiorem confusionem suam, quousque absolutus sit, arctius prohibetur. Excusari autem talem ab audienda Missa, docent Nauar. in Manuali, cap. vigesimoprimo, numero tertio, Angelica, in verbo, Missa, num. 57. Tabiena, verbo, eodem vers. quadragesimoquinto. Couarruu. lib. secundo, var. resol. cap. 16. numero 9. Barthol. Medina, lib. primo. instruct. confess. cap. vndecimo, §. decimotertio; & cap. decimoquarto, §. 40. Henriquez lib. decimotertio, cap. 7. §. secundo, Hugol. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. nume. 8. Francis. Suarez in 3. par. disput. 88. sect. 6. Ferdinandus Patz tepei. in cap. Missas. de consecr. dist. 1. par. 2. nume. 148. & communis. Id quod procedit, etiam si quis sua culpa talem censuram contraxerit, & licet absolutionem procurare negligat; quamuis enim peccare possit, absolutionem quam facilè consequi potest, non procurando, Missa tamen non audiendo, non peccat, quam de iure audire nequit.

25 Sicut enim infirmus, si sit negligens in sua salute procuranda, vt possit Missam audire; & qui est in vinculis si sit negligens in procuranda libertate, & ideo Missam omittit, peccare pōt negligendo remediū salutis, & lib

tis procurare, non tamen omittendo Missam peccat: ita licet quis in eo peccare possit, quod negligat procurare absolutionem, postquam tamen factus est impotens ad audiendam Missam propter excommunicationem, non peccat specialiter contra præceptum de Missa in festo audienda; quia non tenetur quis tam remote ad tollenda impedimenta, & se disponere ad Missam audiendam. Vnde Doctores communiter docent, non teneri aliquem suis expensis capere Bullam eo fine, vt per illam absolutus Missæ interesse possit, vt testatur Henriquez lib. 9. de Missa, capit. 25. §. 11. & lib. 13. de excomm. cap. 7. §. 2. in annot. litera K. quia melius, inquit, est de se legem communem seruare, quam eximi priuato priuilegio, & quæ diximus, tam de excommunicato occulto, quam denunciato accipi debent.

26 Solum restat difficultas, an occultè excommunicatus teneatur in publico abstinere ab alijs fidelibus in Missa, & officijs diuinis audiendis, & faciendis, ita vt non possit celebrare in festo die, aut communicare publicè tempore Paschali cum alijs fidelibus. In qua re vnum certum est, alterum incertum: certum enim est, quod occultè excommunicatus in occulto tenetur abstinere à communione aliorum, quoties sine scandalo, & infamia id facere poterit, & proinde nec cum alijs diuina officia facere, nec Missam celebrare poterit, aut Sacramenta recipere, cum id ei iure prohibitum sit. Neque enim per Extrauag. ad euitanda scandala, vllum ius ipsis excommunicatis tribuitur; Dicitur enim ibi: *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec in eis quomodolibet suffragari.* Cum ergo antea occultus excommunicatus tenebatur abstinere à communione fidelium, etiam nunc ante denunciationem abstinere tenetur a communione fidelium, & a diuinis, secundum ea, quæ tradunt Panorm. in cap. illud. de cleric. excomm. ministr. & Syluest. verbo, excomm. 3. quæst. 5. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 2. nume. 11. de sent. excom. lib. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 2. fol. 347. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 7. §. 2. & est
27 communis omnium sententia. Ceterum, an in publico teneatur excommunicatus communionem vitare aliorum abstinendo a diuinis, & a Missa audienda, ad vitandum scandalum, & infamiam, quæ sequeretur, si abstineat, incertum est. In qua re Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. artic. 3. conclus. 2. etiam de minori excommunicatione tranctans docet non posse Sacramenta percipere, posse tamen Missam, & officia Diuina audire. Rich. 4. dist. 18. artic. 9. quæst. 3. in fine, idem docet de perceptione Sacramentorum. Syluest. autem in Summa, in verbo, excommunic. 3. versic. 5. ait, quod quantumcunque sit occultè excommunicatus, tenetur alios vitare etiam in publico, nec potest accedere ad sacramenta, & si accedat, & celebret, erit irregularis. Ratio eius est: quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, ergo tenetur illud seruare; nec infamia ipsum excusat, cum hoc proueniat ex culpa sua. Couaru. etiam in capit. alma mater. 1. par. §. 2. num. 12. in fine, de sentent. excommunicat. lib. 6. eiusdem sententiæ est, quoad participationem sacramentorum, & quoad sacrificium Missæ, quoad ista enim, ait, quantumcunque excommunicatus sit occultus, tenetur abstinere a communicatione eorum esto, inde sequatur infamia, & scandalum, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: in alijs autem temporalibus dicit, quod propter scandalum, & infamiam vitandam poterit occulte excommunicatus cum alijs fideli bus communicare. Sotus item, 4. dist. 12. quæst. 1. artic. 4. non longe a fine. vers. quartus casus, ait, habentem casum reseruatum, cui est annexa excommunicatio, nec propter officiũ nec propter scandalum, ad communionem ante absolutionem accedere posse. Alij tamen, & mea sententia verius, affirmant, ob vitandum scandalum, & grauem suã infamiã, posse licitè in festo audire missã, ita expressè Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. in fine, vbi ait non teneri occultè excommunicatum in publico abstinere a communione aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis. Suplementum apud Syluest. vbi supra. Franc. Vendramin. tract. de excom. nu. 13. Alphon. a Castro, lib. 2. de potest. leg. pen. cap. vlt. conclus. 2. Corduba, q. 142. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. c. 93. in fine, vbi ait esse multorum sententiam; & ipsemet Sotus, 4. dist. 18. quęst. 2. ar. 5. ad 2. vers. hoc autem dubium, ait id esse licitum ob scandalum grauissimum. Nauar. in cap. 1. §. laboret. in fine, de pœnit. dist. 6. ait esse multorum opinionem; nec eam refellit; & in Manuali, capit. 27. num. 239. Ioseph Angles, in Flor. Theolog. agens de casibus reseruatis, in fine. Henriquez li. 13. de excom. c. 7. §. 2. in annotat. in lit. K. & capit. 21. §. 3. ait posse bis aut ter celebrare missam, nisi clericus talis esset antea ita infamatus per iudicia, vt maius sequatur scandalum celebratione, quam si crimen prodatur; aliàs si occultus sit excommunicatus, habita contritione aut confessione, ante dispensationem posset celebrare. Vbi etiam docet monialem, quæ incidit in censuram Cenæ communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, a quibus si abstineat periclitabitur fama eius, & monasterij; id quod ante docuit Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 239. Hanc etiam sententiam tenet Francisc. Suarez de Sacram. disp. 66. sect. 4. & faciunt quæ docet Angelica, verbo, Eucharistia, 2. num. 6.

29 Ex quibus omnibus colligitur excommunicatum occultum, vel irregularem secretum, causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, dum absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendæ absolutionis, posse præuia contritione, & confessione peccatorum, quamuis non absoluatur a Confessore, quia obstat censura excommunicationis reseruata superiori abscondi, missæ, & officijs interesse, & aliquando celebrare, tum sine culpa mortali, tum etiam sine incursione aliqua irregularitatis. Ratio est: quia quotiescunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est: cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia a communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandalizandi, aut non infamandi se, quod est maius, hoc potius, quam illud seruandum est: quia sicut iugum Christi suaue est, ita & mandata Ecclesiæ piè interpretanda sunt, vt non nimis grauia sint. Nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura & detrimento quempiam obligare velle: Immo, ipsemet Syluester vbi supra, verbo, excommun. 3. versic. quinto, §. quidam tamen, & verbo, excommunic. 5. numero secundo, cum alijs communiter docet, quod si quis videt occultè excommunicatum in Ecclesia, debet si potest exire, sine nota illius excommunicati. Si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipsemet tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem conseruare. Tenetur tamen vnusquisque in tali euentu diligenter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit, probabilem aliam excusationem sine mendacio causando; quando enim id commodè fieri potest, cessat causa, & necessitas communicandi, celebrandi, aut officijs diuinis interessendi. & de officijs diuinis excommunicato prohibitis, hactenus dictum sit.

De Suffragijs Ecclesiæ, quibus excommunicatus priuatur. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio maior hominem suffragijs Ecclesiæ catholicæ priuat.*

2 *Suffra-*

ffragia Ecclesiæ, eorumque valor in quibus consistat.

uffragijs Ecclesiæ priuatus, triplex incommodum incurrit.

Missam, & alias orationes an pro excommunicatis offerre liceat.

An peccatum mortale sit orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis Ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint.

6 Sacerdos Missam offerens pro excommunicato non denunciato contrito, non peccat.

7 Ecclesia, quare in officio Missæ Feriæ Sextæ hebdomadæ Sanctæ pro hæreticis oret.

8 Ecclesia quare eo die excommunicatorum mentionem non faciat, sicut Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum meminit.

9 In Memento, quod fit in Missa, an pro excommunicato denunciare orare liceat.

10 Excommunicatus denunciatus sic moriens, sepultura Ecclesiastica caret.

11 Excommunicatur denunciatus in loco sacro sepultus, inde eijci, & extumulari debet.

12 In Ecclesia, vel Cæmiterio pollutis, antequam reconcilienter, nec Officia diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt.

13 Excommunicatus denunciatus moriens, etiamsi signa contritionis dederit, ante absolutionem tamen in loco sacro sepeliendus non est.

1 TErtius effectus Excommunicationis maioris est, quod hominem suffragijs Ecclesiæ Catholicæ priuet. Suffragia verò Ecclesiæ intelliguntur illa bona spiritualia, quibus ecclesia Christianorum animabus subuenit, & suffragatur. Quæ bona in duplici sunt differentia; Quædam enim sunt publica, quædam priuata. Publica dicuntur ea, quæ fiunt à Ministris ecclesiæ, prout ecclesiæ Ministri sunt, vt Horæ Canonicæ, Missæ Sacrificium, Orationes, Indulgentiæ, quas ecclesia pro fidelib. dicit, & eis distribuit. Priuata verò sunt illa, quæ fideles vt personæ priuatæ, & non vt ecclesiæ Ministri exercent, vt sunt orationes priuatæ, ieiunia, & eleemosinæ.

2 Rursus, Suffragiorum ecclesiæ valor ex duobus cōsideratur, Primo vel ex vnione charitatis, quæ fideles omnes connectit, vt sint omnes vnum corpus in Christo capite, de qua vnione dicitur in Symbolo, *Sanctorum communionem* charitas enim facit omnia bona, & suffragia ecclesiæ communia esse, haud secus, ac operatio vnius membri in corpore naturali, in totius corporis commodum, & vtilitatem redundat. Vel secundo, ex animo, intentione, & applicatione operantis, vt pluribus tradunt S.Tho. in addit.3.par.quæst.71.articulo primo. Palud.4. dist.45. artic.1. Adrian.quodlib.8.artic.3.litera C. Couar.in cap. alma mater, 1.par.§.6. numero primo, de sentent.excom. libro sexto Excommunicatio maior illa prima communione, & illo valore suffragiorum, quæ à charitate procedunt, non priuat, cum illo valore prius per peccatum mortale priuatus fuerat, cuius causa excommunicatus fuit; vnde nec iniuste excommunicatus illo valore priuatur, ex Summa Astensi, in 2.par.tit.9. libro septimo, quæst. 2. Nauar. in Man.cap.27. numero 18. Couar. vbi supra, numero secundo, & nos superiori libro, cap.17. latius exposuimus. Quando igitur excommunicatum ecclesiæ suffragijs priuatum esse authores affirmant, de illa solum suffragiorum generalium ecclesiæ communione intelligendi sunt, quæ ab ecclesiæ Ministris, aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo eiusdem membro offeruntur, ex eo scilicet, quod Ecclesia communia sua suffragia excommunicato tali applicare non intendit, nec pro illo orare, qui iam abscissus ab ecclesia est. Sic Magister, 4.dist.18.non longè à fine, S.Thom.in addit.3.par.quæst. 21.art.1.ad secundum, & opusc.6.in illam partem Symboli (*Sanctorum communionem.*) in fine Gabr. 4. distinct. 18. quæstio. secunda articulo tertio dub.1. Palud.4.distin. 18. quæstio. prima articulo primo conclus. 2. Summa Astensis, 2.par.lib.7. titu.9. quæstio.2. Angelica, verbo, excommun. vlt.nume.3. Sanctus Anton.3.par. titul.24. cap.76. Tabiena, verbo, excom.1.versic.quarto. Syluest. verbo, excom.8.vers.secundo. Martin. Ledesm.2.4.quæst. 23.artic. primo Sotus 4.dist.22. quæstio. prima articulo primo vers.quomodo autem, Nauar.in Manuali, cap.27. num.18.& cap.20.de orat.& horis canon.nume.67. Couar.in cap.alma mater, 1.par.§.6.num.3. Henriquez lib. 13.de excom.cap.12.§.... Hugolin.de censur.eccles.tab. 2.cap.9.§.1. Et præter tot Doctorum auctoritates, ratio est, quia cum excommunicatus sit extra Ecclesiam, eiusque membrum non sit, (vt nouissimè declarauit Catechismus Romanus in explicatione illius partis Symboli, *Credo Ecclesiam Sanctam* vbi post multa addit, *Ex quo fit, vt tria tantummodo hominum genera ab ea excludantur, primo, Infideles, deinde Hæretici, & Schismatici, postremo Excommunicati.* & hoc ob eam rationem, quam inferius Catechismus reddit: his verbis. *Quoniam Ecclesiæ iudicio ab ea exclusi sunt & ad illius communionem non pertinent, donec resipiscant.*) consequenter suffragia Ecclesiæ, quæ communia sunt membris tantum illius, excommunicatis ex ecclesiæ intentione, & applicatione non prosunt, ex communi omnium sententia, quicquid Hostiensis in cap. cum voluntate, de sentent.excom.& Summa Confessor.lib.3.tit.33.q. 159.contra dicant, vt Couar.vbi supra, num.2.vers.tertia conclusio, refert.

Hinc infertur, quod hoc ipso, quod quis suffragijs Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria, quæ quis ex suffragijs ecclesiæ consequitur, valent enim ad augmentum gratiæ eis, qui gratiam habent; vel ad merendum gratiam eis, qui non habent, & quoad hoc; Magister 4.dist.18. dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiam ad custodiam virtutis, & quantum ad hoc dicit, quod protectio subtrahitur, non quod omnino à Dei prouidentia excludatur, sed ab illa protectione, qua filios ecclesiæ specialiori modo custodit. Valent denique ad defendendum ab hoste, & quantum ad hoc dicit, quod Diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur, & spiritualiter, & corporaliter. Vndè in primitiua ecclesia, quando oportebat homines per signa ad fidem inuitari, sicut visibili signo donum Spiritus Sancti manifestabatur, ita & excommunicatio vexatione corporali à Diabolo innotescebat, vt post S.Thom.in addit.3. par.quæst.21.artic.2.ad 2. Dionys. Carthus. in 4.dist.18. quæst.quarta, vers.denique si quæratur. Angelica, verbo, excommun.vlt.nume.3. Syluest.verbo, excom.3.vers.secundo. summa Astensis, 2.par.lib.7.tit.9.quæst.... versic. quarta conclusio, de sent.excom.lib.6. Hugol.de cens.eccles.tab.2.cap.9.§.1.nu.2.& alij scribunt.

Dubium tamen est, cum dicatur excommunicatum priuari ecclesiæ suffragijs generalibus; an liceat Missam, & alias orationes pro excommunicatis offerre; Cui dubitationi respondent Doctores communiter, non licere orare pro eis, nec nominatim, nec generaliter, nec special ad hunc sensum, quod orans, vt Minister Ecclesiæ, preces eiusdem ecclesiæ, & sacrificia pro excommunicato denunciato (vt sunt omnes orationes Missarum, & horarum canonicarum ex Nau. de orat.& hor. can. capit.19 nume.67.& Hugolin.de cens.eccles.tab.2.cap.9.§.ter offerre intendat. Quia faceret contra intentionem ecclesiæ, quæ intendit sic excommunicatum omni modo potest suis auxilijs priuare. Et quia Missa eius or-

solum pro ecclesiæ membris dicuntur: Et quia sicut passio Christi non habet effectum nisi in ijs, qui fide, & charitate ei vniti sunt; ita nec Missa Christi passionem repræsentans, ex S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 7. ad 2. Et quia si liceret orare pro excommunicato, etiam in genere, non plus priuaretur suffragijs excommunicatus, quam alius quicunque fidelis, quem non nominat orans in suis orationibus, & sacrificijs, quod & falsum est, & contra communem & antiquum vsum ecclesiæ, vt colligitur ex cap. a nobis. 1. & capit. sacris, de sent. excomm. & expresse docent S. Thom. 3. par. quæstio. 79. articulo septimo, ad 2. & addit. 3. part. quæstio. at. articulo primo ad 2. in fine. Summa Hostiensis, lib. 5. titu. de sent. excommun. nu. 17. ver. sed nunquid. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 3. & Gabr. 4. dist. 18. quæst. secunda art. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art.... vers. quomodo autem. vbi ait, quod si Rex, aut Episcopus esset excommunicatus, non esset nominandus in canone. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 19. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, prima part. §. sexto, numero quarto, versic. quarta conclusio, de sentent. excommunic. libro sexto. Henriquez libro decimotertio de excommun. cap. duodecimo, & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, numero primo, Francisc. Suarez. de Sacram. 3. parte, disput. 78. sect. secunda, in fine. Vnde falsò docet Marian. Socin. sen. in cap. sacris, numero 242. de sent. excom nun. licitum esse orare pro excommunicatis viuentib. oratione generali, prout (inquit) facit ecclesia; affert pro hoc c. non æstimemus, 13. quæst. secunda, sed male: neque enim ibi agitur de oratione facienda pro excommunicatis, neque pro viuis, sed pro mortuis, quidum vixerunt, metuerunt, vt sacrificia pro illis oblata prodesse ipsis potuerint.

Dubium etiam esse potest, An sit peccatum mortale orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint? Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. articulo primo, dubitat, quia fortè (inquit) ecclesiæ prohibitio, qua prohibetur, ne quis oret publica oratione pro excommunicato denunciato, non est præceptiua. & S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. articulo primo, ad primum, solum ait, non esse orandum pro illis fusis orationibus istis ad Deum, quæ fiunt pro membris ecclesiæ, sed benè alijs orationibus; & non dicit quod sit peccatum mortale. Syluest. etiam verbo. excom. 1. in principio, ait, quod male facit qui orat pro excommunicato communibus orationibus, non tamen explicat an male faciat mortaliter. Ceterum, dicendum est, peccatum esse mortale, quia facit contra ecclesiæ præceptum, vt habetur in c. a nobis, 2. & c. sacris de sent. excom. & in extrauagan. ad euitanda scandala. & quia res hæc grauis est, grauiter peccat in eo, quod præceptum ecclesiæ trāsgreditur: & ita docet Henriquez lib. 9. de Missa. cap. 15. §. 3. litera P. in annot. post. Nauar. in Man. ca. 27. nume. 36. ad 5. An verò Missa, & aliæ orationes pro taliter excommunicato factæ prosint, necne, licet aliqui dubitent, tamen hac distinctione facile concordari possunt authores. Si enim sic excommunicatus contumaciter manet in mora culpabili petendi absolutionem, aut inducendo aliquem, vt pro eo Missam celebraret, peccat, & certum est, nihil illi prodesse, quo modo vera est sententia Innocent. in c. a nobis, 2. de sentent. excomm. Adriani in 4. tract. de Clauib. dub. 3. principali, in fine. & Sotus 4. dist. 22. quæst. prima art. primo, vers. attamen dubium est, & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, & aliorum qui ante obtentam absolutionem Missam, aliasque orationes ecclesiæ nihil eis prodesse putant, satisque esse censent, quod ecclesia ob culpam præteritam eos suis suffragijs priuauerit; sin vero contritus sit, & ipsum contumaciæ pœniteat suæ, diligenterque absolutionem procuret, paratus quicquid est in se, facere, probabilius est huic iusto orationes illas etiam ad satisfactionem prodesse, ex pia matris ecclesiæ intentione, quæ non intendit filios obedientes, & pœnitentes huiusmodi orationibus, & suffragijs priuare. Sic summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. secunda. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 3. Hostiensis in c. cum voluntate, de sentent. excomm. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. Turrecrem. in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Nauar. de orat. & hor. cano. cap. 19. num. 68. Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 6. nume. 4. vers. nona conclusio, de sentent. excommun. lib. sexto, vbi ait hoc esse communiter receptum. Henriquez lib. 9. de Missa, ca. decimoquinto. §. tertio, in annotat. litera P. & libro decimoterno de excommun. cap. vndecimo §. secundo, & ca. duodecimo, §. tertio. Dum tamen sacerdos generali intentione offert pro omnibus, non censetur illicitè contra prohibitionem ecclesiæ pro excommunicatis huiusmodi offerre velle.

6 Vnde multo magis, si sacerdos spontè missam offerat pro contrito excommunicato non denunciato, prodest ei, cum sit membrum viuum, ac filius iam obediens, ac subinde in eo cessat tota causa huius pœnæ, quæ erat inobedientia; vel etiam si amicus aliquis data stipe pro eo offerri eam faciat. Nec peccat sic offerens etiam pro non contrito non denunciato, quia Concilium Constantiense, vt habetur in extrauag. Ad euitanda scandala, indulget, vt liceat participare in sacris, & sacramentis, cum huiusmodi excommunicatis. Neque obstat quod idem Concilium, ait: *nolle se in aliquo excommunicatis ipsis suffragari*; vt proinde nec licitè possit quispiam pro excommunicatis non denunciatis offerre. Respondetur enim, hoc non tam esse in fauorem ipsius excommunicati, quam in commodum, & fauorem sacerdotis offerentis, qui stipem accipit pro missæ celebratione, & etiam meretur, dum pro sic excommunicatis non denunciatis offert, pro quibus offerre non prohibetur. vt Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 11. §. secundo, in annot. litera K. eruditè annotauit. Immò etiam pro excommunicatu, qui nec notorius, nec denunciatus est, publicè orari posse docet Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. §. secundo, numero tertio; pro qua re etiam refert Ioan. Bapt. Antonucium in Catechesi Neapolitana. capit. decimoquinto, versic. septimo, libro quinto.

7 Altera difficultas esse potest, qua ratione fiat, vt ecclesia in officio missæ feriæ sextæ hebdomadæ Sanctę pro hęreticis oret, cum sint iure excommunicati, cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & in Bulla Cenæ. Hinc nonnulli, vt Hostiensis, in cap. cum voluntate, de sentent. excomm. & Ioan. de Friburgo, in summa confess. libro 3. titu. 33. quæst. 159. & alij respondent, non posse nos specialiter pro excommunicatis orare, sed tantum generaliter, quomodo ecclesia tunc pro hæreticis orat. Quæ responsio falsa est, tū quia nec generaliter applicari possunt orationes ecclesię iustè, & legitimè excommunicatis; tum quia missa, & eius orationes, non nisi pro membris ecclesię dicuntur; & Christi passio effectum non habet, nisi in ijs qui fide, & charitate ecclesiæ vniti sunt: ergo nec missa Christi passionem repræsentans, vt docet S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. septimo, ad 2. quę ratio æquè valet de missis generaliter, ac specialiter pro excommunicatis dictis. Alij respondent, quod tempore, quo ecclesia cępit publicè pro hæreticis in feria sexta hebdomadæ Sanctæ orare, nō erant illi ipso facto excommunicati, argum. capitulo corripiantur, 24. quæstio. tertia. & licet postea excommunicati sint ipso iure, remansit tamen ea oratio fortè ex inaduertentia: Quæ responsio non minus falsa est, quam superior; cum enim quotannis ecclesia oratione prædicta vtatur, non est tantæ incuriæ nota ecclesiæ, quę a spiritu sancto regitur, inurenda; maximè cum officium illius diei à Pio V. approbatū sit. Hinc alij, vt Nau. de orat. & hor. can. c. 19. nu. 71. & Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. nu. 3. ver. ex quolibet obiter, de sent. excom. li. 6. & Viguerius in Institut. cap. 16. §. 6. vers. 15. respondent. ecclesiam

m eo die pro hæreticis, sicut pro paganis, & Iudæis nta, non quidem orationibus pro membris ecclesiæ institutis, sed alijs, quæ pro exteris, & ab vnione ecclesiæ licnis instituræ sunt, vt Deus dignetur eos ad ecclesiæ vnitatem, & pœnitentiam reducere, secundum ea, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & Turre crem. in c. si quis episcopus. 11. q. 3. & Syluest. verbo, excommun. 1. & verb. oratio, q. 4. Quæ responsio non placet Hugolino vbi supra, tab. 2. ca. 9. §. 2. nu. 2. & meritò, quia licet institutæ sint orationes illæ pro hæreticis, tamen recitantur à Ministris ecclesiæ eo die, & in eo officio publicè, quatenus ministri sunt, quod prohibetur in capit. à nobis, 1. & ca. sacris. de sent. excommunic. Vndè, verior responsio est, quod in die Parasceues, ipsa ecclesia est, quæ orat pro hæreticis, & alijs, adeò, vt ipsa, quæ prohibet alio tempore Missam, & orationes pro illis offerri à suis ministris, eo die prohibitionem illam suspendit; id quod ecclesia pro sua auctoritate facere potest: ita Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 7. ad 2. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. ver. Quomodo autem. & Hugolin. loco proximè allato. Ratio autem, cur eo die pro hæreticis, & paganis ministros suos orare voluit ecclesia, vt refert Duran. lib. 6. Rational. diuin. offic. c. 77. nu. 12. post Rich. 4. distin. 13. artic. 2. q. 4. ea est; quia eo die repræsentatur ab ecclesia passio Christi, & memoria mortis eius, prout erat in ea; in qua passione, sicut Christus pro inimicis suis orauit, & sanguinem suum pro omnibus fudit, in Ecclesia, vt sponsum suum imitaretur, & simul etiam meritum passionis eius ad omnes pertinere significaret, ex sua parte, & pro hæreticis, qui à Christi fide defecerunt, & pro infidelibus alijs, qui nunquam fidem Christi receperunt, à suis ministris orari voluit.

8 Illud tandem obiter annotandum est, quod licet eo die Ecclesia pro Paganis, Iudæis, & Hæreticis oret, non tamen excommunicatorum mentionem facit, sub ipsomet excommunicationis nomine, vel, quia vt ait Sotus, 4. d. 22. q. 1. artic. 1. dub. 1. ver. quomodo autem, eos illa hora ad hunc effectum ab excommunicatione absoluere, seu suspendere censetur, vel vt hac ratione, quantum detestandi sint excommunicati, ostendat, quos nec nominandos esse à fidelibus voluit. Hinc S. Bernardus tractat. de gradibus humilitatis, in fine, loquens de excommunicatis, ait: *Absit autem à nobis vt etiam pro talibus, et si palam non præsumimus, vel in cordibus nostris orare cessemus cum Paulus eos quoque lugeret, quos sine pœnitentia mortuos sciret; Etsi enim a communibus orationibus ipsi se excludant, sed ab effectibus omnino non possunt, viderint tamen, in quanto periculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Parasceue nominatim oretur pro quibuslibet malis; nulla tamen mentio fit de excommunicatis.* Hæc S. Bernardus.

9 Quæres, An licitum sit saltem in Memento, quod fit in Missa, orare pro excommunicato denunciato; Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. versi. quomodo autem, est dubius in hac re, Ledesm. in 2. 4. quæst. 23. art. 1. dub. vlt. expressè negat licere, quia tempus illud particulare datur Sacerdoti, vt oret tantum pro ijs, pro quibus intendit ecclesia: intendit autem ecclesia tantum pro ijs, qui sunt intra ecclesiam: verior tamen opinio docet id licitum esse, quia illud videtur esse oratio priuatim facta, datur enim illud tempus Sacerdoti, vt oret pro quibus velit, Sic Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excomm. nu. 17. versic. sed nunquid vbi ait, *Sim Memento recognes de aliquo amico tuo excommunicato, & ores, vt Deus infundat sibi gratiam, ita quod conuertatur, non reprobo, nec propter hoc dicam te excommunicato participare, sed opus charitatis potius exercere: & voluntatem Dei facere qui neminem vult perire.* & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 3. Syluest. in verbo, excom. 1. nu. 2. & verbo, Missa, 1. q. 8. versi. quartum. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. quarto, in fine. Nau. de orat. & hor. canon. c. 19. num. 73. quo in loco latius de hac re tractat. Couar. in ca. alma mater. 1. part. §. 6. ver. septima conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 3. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. c. 9. §. 3. Simon. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 25. nu. 3. Francisc. Suarez de Sacram. dispu. 78. sect. 2. in fine. Qui omnes ea ratione id licitum esse docent, quod Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non autem vt Minister ecclesiæ, & à fortiori poterit quilibet Christianus priuatas orationes pro excommunicatis licitè facere, vt conuertantur, & redeant ad ecclesiam per humilem pœnitentiam, à qua præcisi sunt per excommunicationem. Sic S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & 2. Rich. 4. dist. 18. art. 7. q. 3. ad 3. Gab. 4. distinct. 18. q. 2. art. 3. & alij omnes superius allati.

10 Neque solum sic excommunicatus denunciatus ecclesiæ suffragijs caret, vt diximus, sed etiam ecclesiastica sepultura caret, si excommunicatus decedat, vt habetur in cap. sacris, de sepult. & DD. ibi Hostiensis in Summa, libro 3. tit. de sepul. nu. 4. vers. quibus interdicitur. Summa Astensis, 2. pat. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Ant. 3. par. tit. 24. ca. 79. versi. decimoseptimo, & versi. decimooctauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nume. 21. Syluest. verbo, excommun. 3. ver. vigesimo. & verbo. sepultura. ver. decimo. Tabiena, verbo, excomm. 1. ver. decimotertio. Gabr. 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Marian. Soc. sen. in c. sacris, num. 157. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 23. ver. decimoseptimo, & nu. 36. vers. ad secundum, & num. 137. ver. declaratio prima & tom. 5. consf. cons. 15. num. 5. de pœni. & remis. & Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. & facti. c. consuluisti, de consecrat. eccles. vel altar. & cap. ad hæc, de priuileg. & cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & clem. eos qui de sepult. vnde, nec in cæmiterio ritè, ac solemniter ad sepulturæ vsum ab Episcopo consecrato, aut in ecclesia consecrata, aut etiam non consecrata, vbi Diuina officia facta sint (cum hæc eodem iure, quo ecclesia consecrata vtitur, arg. cap. penult. de immunit. eccles. & capit. fin. de consecr. eccles. vel. altare.) publicè denunciatus excommunicatus sepeliri potest. Qui vero sic excommunicatum sepeliunt, siue religiosi exempti sint, siue laici, & sæculares, eousque ingressum ecclesiæ sibi interdictum habent, donec satisfecerint de contemptu, vt habetur cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & testatur glo. in ca. is qui. in verbo, notans, de sent. excommun. lib. 6. & etiam excommunicationem maiorem scienter sepelientes incurrunt, vt habetur in clem. 1. de sepult. & glos. ibi, in verbo, scienter, & Anchar. in principio, vers. secundo not. & Zabar. eod. in initio, secus autem, si id vel iure prohibitum ignorauit, aut quem sepeliuit, absolutum probabiliter existimauit, cum temeritatis audacia, & scientia in sepeliente, vt hanc pœnam incurrat, requirantur. Sicut nec dictas pœnas incurrunt, qui talies excommunicatos in agris, aut locis profanis sepeliunt, etiamsi locus in Ecclesia, vel Cæmiterio vicinus, & contiguus sit, vt docent gloss. in clem. 1. in verbo, cæmiterijs, de sepult. Nauar. in Man. cap. 27. num. 137. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. §. 5. num. 1 Henriquez lib. 13. de excom. cap. 11. §. 3. in annot. lit. M Armil. verbo, excommun. casu 44. Card. in d. cle. 1. q. Neque eam incurrit, qui talem sepeliuit in loco aucto quando auctum est Cæmiterium, non intercedente E scopi auctoritate, cum pars illa aucta, vt Henriquez Hugolin. post Anchar. in dict. clem. 1. nume. 4. de sep tradunt, verè sepultura ecclesiastica non sit, ex quo n consecrata est, neque ad sepulturam superioris aucto te destinata. Quare merito Panor. sententia in cap. s num. 3. quam etiam amplexatus est Marian. Soc. in sacris, num. 157. de sent. excommunic. reijcienda est habet, sic excommunicatos non solum in Cæmite peliendos non esse, sed neque in loco qui Cæmiter ecclesiæ adeo contiguus, & vicinus est, vt inde cle

cantantium voces audiri possint, arg. cap. quod in te, de sepult. Etenim, sententia hæc nullo modo ex illis locis colligi potest, cum excommunicatus ibi non sepeliatur, vt diuina audiat, vel audire possit.

1 Quod si fortè in Cęmiterio, aut alio loco sacro, & consecrato excommunicatus aliquis sepultus fuerit, inde eijci, & extumulari debent ossa eius, vt in d. cap. sacris, habetur, dummodo eius ossa ab ossibus fidelium separari, & discerni possint, d. c. sacris. & ibi glos. in c. quicunque, in verbo, extumulent, de hæret. lib. 6. aliter non; quia minus malum est, quod in cæmiterio remaneant ossa excommunicatorum, quam quod inde eijciantur corpora fidelium. Cęmiteria vero, in quibus excommunicati sepulti sunt, polluta sunt, vnde, postquam ipsorum excommunicatorum cadauera, aut ossa exhumata, & eiecta fuerint, reconcilianda sunt aspersione aquæ solenniter benedictæ, vt habetur capit. consuluisti, de consecr. Eccles. vel altar. & cap. vnico, tit. eod. lib. 6. Durand. lib. 1. ration. diuin. offic. cap. 6. numero 42. & 44. Angelica, verbo, Consecratio, 2. nu. 6. Syluest. verbo, eod. 2. nu. 5. Marian. Socin. in ca. sacris, nu. 47. de sentent. excom mun. vbi obiter ex præfatis authoribus aduertendum est, & habetur in capit. vnico, de consecr. Eccles. vel altar. lib. 6. quod si excommunicatus aliquis in Ecclesia sepultus sit, non solum Ecclesia polluta erit, sed etiam Cæmiterium illi contiguum pollutum erit, cum accessorium eius, ad quod accedit, naturam sequitur, cap. accessorium, de regul. iur. lib. 6. pollutio tamen cæmiterij ecclesiam non polluit, licet contigua existat, vt in d. capit. vnico, Bonifacius Papa VIII. definiuit.

2 In Ecclesia autem, vel Cæmiterio sic pollutis, antequam reconcilientur, nec officia Diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt, vt præfati scriptores testantur: reconciliata vero Ecclesia polluta, reconciliatum censetur cæmiterium illi contiguum, ex Gemin. in d. cap. vnico, de consecrat. Eccles. vel altar. lib. 6. num. 5. Philip. Franc. ibid. & Archid. & Ioan. Andr. & communiter ibi DD. & Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. Eccle. cap. 25. num. 10. quos refert, & sequitur Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. 5. num. 4. Qui vero ante reconciliationem Ecclesiæ sic pollutæ in ea officia diuina celebrant, licet grauiter peccent, irregulares tamen nō erunt, arg. cap. is, qui, de sententia excommunic. libro sexto, & Gemin. & Franc. vbi supra, & Summa Astensis, 2. part. lib. septimo tit. 9. quæst. quinta. Quæ omnia solum procedunt in excommunicato denunciato non absoluto, etenim non denunciatus in loco sacro sepeliri potest, nec peccat talem sepeliens, iuxta constitutionem Conc. Constant. in extrauag. Ad euitanda scandala, & expresse docent Anchar. Concil. 176. numero tertio. Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero 36. vers. ad secundum, et tom. secundo cons. conf. 15. de pœnit. & remiss. Henriquez lib. decimotertio, de excom. cap. vndecimo. §. tertio. Ioan. Batista. Antonucius in Catechef. Neapolit. libro 5. cap. 14. quem refert. & sequitur Barthol. Hugol. de cens. Eccles. tab. 2. ca. 9. §. 5. num. 1.

3 Qui verò excommunicatus denunciatus decessit, etiam si signa contritionis dederit, ante absolutionem in loco sacro sepeliri non debet, in quo casu si ibi sepultus sit, ante absolutionem non est exhumandus, sed absolutio post mortem quamprimum commode fieri poterit ab hæredibus eius ab Ecclesia petenda erit, vt docent glossa in capitulo sacris, in verbo, non communicemus, de sepultur. & in ca. ad hæc, in verbo, eijciant, de priuileg. & in cap. si ciuitas, in verbo, sepeliri, de sentent. excommunic. libro sexto, & Innocent. in cap. vltimo, de excess. prælat. in fine. Marian. Socin. in c. sacris, numero 160 de sent. excommun. Hugolin. loco proxime citato. Sed de his hactenus.

De Beneficijs excommunicato collatis.
Cap. V.

S V M M A.

1 *Excommunicatio maior inhabilem aliquem reddit ad beneficium acquirendum.*

2 *Beneficium quis sine communione hominum adipisci nō potest.*

3 *Beneficium existenti in irregularitate conferri validè nequit.*

4 *Excommunicatus siue a iure, siue ab homine beneficiū obtinere non potest.*

5 *Beneficium collatum ab Episcopo excommunicante excommunicato non prodest.*

6 *Excommunicato beneficij collatio facta vel Motu proprio, vel ad partis instantiam, est nulla,*

7 *Beneficij collatio facta excommunicato nō, valet, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione.*

8 *Beneficij collatio facta excommunicato est nulla, & irrita, etiamsi excommunicatus ignoret se excommunicatum esse.*

9 *Excommunicato beneficij collatio facta, non valet, etiam si tempore collationis non sit denunciatus.*

10 *Beneficij collatio facta excommunicato, non valet, etiam si facta sit excommunicato iniuste.*

11 *Beneficij acceptatio per excommunicatum facta valet,*

12 *Beneficij impetratio per excommunicatum facta est nulla, & inutilis.*

13 *Clausula hæc* (Teque à quibusuis. &c.) *& absolutio in quibus casibus non valeat.*

14 *Beneficij permutatio inter excommunicatos, vel alterū illorum facta non valet.*

15 *Pensionis accessio super beneficio Ecclesiastico facta excommunicato, non valet.*

16 *Electio excommunicati facta à quocunq; inferiori a Papa ad beneficium, nulla, & irrita est.*

17 *Postulari ad beneficium excommunicatus potest.*

18 *Nominatio excommunicati ad beneficium, non valet.*

19 *Præsentatio excommunicati ad beneficium, non valet.*

20 *Beneficium etiam in Commendam excommunicato dari non potest.*

21 *Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspēsionis, nec in foro conscientiæ, nec de iure positiuo retinere quis potest.*

22 *Episcopus quibus in casibus dispensare nequeat, vt excommunicatus beneficium retineat.*

23 *Beneficij collatio, si ad alium, quam ad Episcopum pertineat, & facta sit excommunicato, vltra dispensationē Episcopi, vt valida sit, necessarius est nouus collatoris consensus.*

24 *Excommunicatus pendente excommunicatione beneficij fructibus priuatur, & quæ huius ratio sit.*

25 *Excommunicatus iniustè, fructus omnes absolutus recuperat, quos excommunicationis tempore amisit.*

26 *Patrimonij fructus alicui pro titulo assignati, per excommunicationem non amittuntur, & quare.*

27 *Excommunicatus pendente excommunicatione, pensionibus, oblationibus, & alijs redditibus, qui ob Ecclesiæ emphyteusim præstantur, nec non quotidianis distributionibus priuatur.*

28 *Excommunicatione durante alter Ecclesiæ, & beneficij*

 curam

Infirmus, aut in vinculis constitutus non audiendo Missam in festis ex præcepto, non peccat.

Excommunicatus occultè an ab alijs fidelibus in Missa, & alijs officijs diuinis audiendis, & faciendis abstinere teneatur.

7 *Excommunicatus occultè ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam licitè cum alijs Missam in festis audire potest.*

28 *Excommunicatus occulte, si non sit in mora petendi absolutionem, celebrans causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, nec peccat, nec irregularitatem incurrit.*

1 Lter excõmunicationis maioris effectus est, vt a diuinis officijs arceat, & ecclesiæ suffragijs spiritualibus priuet, vt ex sequentibus manifestum erit.

2 Primo igitur excommunicatus denunciatus ex officio, vt ministret ecclesiæ officia Diuina recitare, Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere non potest, vt communis DD. opinio docet, & colligitur ex ca. sicut Apostoli cum tribus seq. & ibi glo. 11. q. 3. & c. permittimus, & glo. & Panorm. ibi, de sent. excommu. & glos. in ca. si quis presbyter. in verbo, præsumpserit, & ibi Panorm. num. 7. & 8. & Marian. Soc. sen. ibidem, nu. 6. de cleri. excom. minist. & idem Marian. Socin. in cap. sacris. num. 50. vers. quoad tertium. de sent. excommunic. & numero 134. Summa Hostien. lib. 5. tit. de cler. excom mun. ministr. §. qualiter puniatur. & §. fin. vers. consueuit, & illud quæri, tit. de sent. excomm. Summa Astensis, 2. par. lib. 6. tit. 1. art. 6. in fin. gl. in c. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Angelica, verbo, excommu. vlt. nu. 4. Gabr. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & q. 3. art. 3. dub. 2. Caiet. in Summa, c. communicatio, seu participatio cum excommunicato. Syluester, verbo, excommun. 3. nu. 1. vers. tertio. Tabiena verb. excom. 1. vers. quinto. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. art. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 59. & de oratione & horis canon. cap. 7. num. 17. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 3. num. 8. de senten. excommun. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 4. Barthol. Medina, lib. 1. Summæ cap. 11. §. 4. Hugolin. de cẽs. ecclesi. tabu. 2. cap. 8. Qui omnes expressè docent, excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas. & similia publicè, vt ministrum ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argumen. cap. clerici. cum tribus seq. & cap. fi. de cler. excommun. minist. Id quod non solum procedit, si publicè cum alijs officium diuinum recitet, sed etiam, si tanquam persona priuata easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat, cum ei fidelium communio simpliciter prohibita sit, & proinde, nec vt minister ecclesiæ, nec vt persona priuata cum alijs officia diuina recitare potest.

3 Secundo, vt ijdem authores affirmãt, licet vt minister ecclesiæ, aut ut persona priuata officium diuinum cum alijs recitare non possit, illud tamen priuatim, et per se dicere, et recitare per modum priuatæ orationis, et priuati suffragij tanquam laicus potest; nam diuina officia, *vt officium Christi Domini, officium Beatissimæ Viginis Mariæ, necnon corona eorundem, septem Psalmi pœnitentiales: Psalmi etiam Graduales, officium Mortuorum, Dominica oratio, Salutatio Angelica*, et alia huius generis, sicut etiã ieiunium, et eleemosyna opera sunt, quæ pęnæ rationem habent, et pęnalia a Scholasticis scriptoribus appellantur, vt videre licet apud S. Thom. 4. distinct. 15. quęst. 4. art. 3. Bonauent. 4. dist. 15. art. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 15. q. 1. art. 3, et alijs, ead. dist. et Sot. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ideoq; ab excommunicatis exerceri possunt; imò uerò officia diuina excom. non solum hoc modo recitare potest sed etiam debet, & tenetur, si aliàs ante excõicationẽ ad eorum recitationem obligatus fuerat. Sicut enim ad ieiunia aliàs debita, & ad alia Ecclesiæ præcepta obseruanda obligatus remanet: (modo id quod præcipitur, per censurã non prohibeatur, quale est præceptum audiendi Missam diebus festis) ita etiã ad horas canonicas persoluendas, prout ante excõicationẽ tenebatur, & ac si excommunicatus non esset, etiã post excommunicat. incursam obligatur, vt pluribus tradũt gl. in c. presbyterũ, in verbo, priuatus est, & Archid. ibi, num. 4. d. 28. Ioan. de Lignano, in repet. in cap. dignum. q. 3. de celebr. Missar. Decius in ca. intelleximus. col. 2. vers. secundo principaliter. de iudic. Felin. in c. Apostolicę. nu. 15. de except. Panorm. in cap. si quis presbyter. num. 8. & Marian. Socin. num. 6. & ibi gl. in verbo, præsumpserit, & eadem gl. in c. illud. in verbo, officia, & Maria. Socin. ibi, nu. 16. de cler. excom. minist. Hostien. in Sum. nu. 1. vers. qualiter puniatur, tit. de cler. excom. minist. & §. fi. vers. consueuit. tit. de sent. excom. Guil. de monte Lauduno. in clemen. 1. de celebr. Missar. in clem. 1. de regul. Marian. Socin. sen. in c. sacris, n. 134. de sent. excom. Gemin. in ca. c. §. scituris. num. 5. de sent. & re iudic. lib. 6. Anchar. in Clem. 1. num. 5. vers. hinc est, de regul. & trans. ad relig. Ioan. Monach. in c. 1. nu. 56. de sent. excommu. lib. 6. Zenzel. in Clem. vt hi qui. de ętate, & qualit. & in c. tuis. de præbend. lib. 6. & Stephan. Costa. in c. cum medicinalis. nu. 97. de sent. excomm. libro 6. & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Tabiena, verbo, excom. 1. §. quinto. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 102. & de orat. & horis canon. cap. 7. num. 16. qui num. 17. docet, non solum excommunicatum, & suspensum, sed etiam degradatum solenniter ad officia diuina teneri, si aliàs ratione ordinis tenebatur, & citat Ioan. Andr. in cap. degradatio. de pœnis, lib. 6. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. nu. 8. ver sic. sed & excommunicatus, de sentent. excommunic. lib. 6. idem de excommunicato, & degradato docet, pro qua re citat Alber. Ferr. in tract. de horis canon. quæstio. 12. & 13. Sylu. in ver. degradatio, quæst. 8. Ioan. de Lign. & Decium. vbi supra, Idem docet Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. & Syluest. verbo, excommun. 3. Soto lib. 10. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. Paul. Fusc. libr. 1. de visit. & regim. eccles. cap. 20. num. 18. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13 §. 13. tab. 2. c. 8. & alij omnes.

4 Ratio autem, quare ad officium diuinum recitandum teneatur, est, quia excommunicatio est pœna, pœna vero non tribuit immunitatem, ff. de negoc. gestis, in l. si hæreditaria, & ff. de interdict. & relegatis, in l. relegatum. Et quia cum ipse sit obligatus ad hanc seruitutem & hũc pensum, vt c. 1. de celebr. miss. delictum suum e[...] trocinari non debet, vt a tali seruitute liberetur, & fia[...] munis. c. legi. 16. q. 1. & excommunicatio non libera[...] bitorem a soluendo, argumen. c. intelleximus, de iudi[...] enim vt ibi dicitur, ex *sua malitia commodum report[...]* quod fieri nõ debet. arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & [...] necesse, de donat. inter virum, & vxorem. Qui igit[...] diuinum officium ante excommunicationem, susp[...] nem, & interdictum, aut ob beneficium ecclesiasti[...] aut ob ordinem sacrum, aut ob professionem in r[...] ne approbata, tenetur, ad idẽ postmodũ sub peccat[...] tali persoluendum tenetur, cum excommunicatio[...] neficium, nec ordinem sacrum, nec professionem

5 Addunt autẽ Hostien. §. 1. de Cler. excom. mi[...] qualiter puniatur, & §. fi. vers. consueuit, de sen[...] Ioan. Andr. & Ioan. Monach. in c. 1. de sent. ex[...] Archid. & Cardin. Alexan. in cap. presbyterum[...] Panorm. in c. 2. de cler. excom. ministr. nu. 8. e[...] Socin. ibi, nu. 18. et idem Marian. Socin. in c. sa[...] 134. de sent. excom. Specul. tit. de dispensat. §. [...] quid si excõicatus. Alber. de Rosate, de Ferra[...] horis canon. q. 13. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76.

Tablena, verbo, excom. 1. vers. quinto, & ver. septimo, in fine. Armilla, verbo, Horæ Canonicæ, nu. 12. Nauarr. de orat. & hor. Canon. c. 7. nu. 16. Couar. in ca. alma mater, 1. §. 3. nu. 8. de sent. excô. li. 6. Henriquez li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 13. §. 13. num. 3. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 6. & citat Syluest. verbo, excom. 3. vers. tertio. & verbo, Horæ, vers. tertio, & verb. degradatio, q. 8. Quod ita excommunicatus maiori excommunicatione, dicendo officium solus, & priuatim, vt persona priuata, non debet dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc non est verbum priuatæ personæ. Immo Maiol. cit. affirmat, quod si Sacerdos excommunicatus dicat in officio, *Dominus vobiscum*, erit irregularis, quod tamen negatur ab Henriquez vbi supra, quoad irregularitatem incurrendam.

6 Tertio ex his, quæ diximus manifestum est, excommunicatum denunciatum sic priuatim horas recitantem, ad quas ratione beneficij, ordinis, aut professionis necessario tenetur, iuxta ca. 1. & cap. dolentes, de celebr. Missar. satisfacere officio suo, ita non peccet: immò etiamsi eas, vt minister ecclesiæ recitaret; etiam cum alijs, quamuis peccaret mortaliter. argum. cap. fin. de cleric. excommunicat. ministr. & capitu. sacris, de his, quæ vi met. cau. fiunt facit enim contra ecclesiæ præceptum, munerit tamen suo de horis dicendis satisfacit, argumen. eorum, quę tradunt glo. in cap. quos quidam in verbo, vt prosint, & ibi Panor. nu. 3. & Marian. Socin. sen. ibi, nu. 10. & 11. de pœnit. & remiss. & idem Marian. Socin. in cap. sacris, numero 137. de sentent. excommunic. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 14. num. 3. & cap. 20. nu. 29. Hugolin. de cens. eccle. tabul. 1. cap. 8. §. 1. & patet ex communi Theologorum doctrina, & testatur S. Thom. 1. 2. quæ. 100. articul. 9. & latius tradunt Barthol. Medina 1. 2. q. 100. articul. 9. Nauar. in Manuali. cap. 13. num. 2. versic. tertio, & de orat. & hor. canon. cap. 20. num. 29. Hugolin. cit. §. 1. quādo finis præcepti est aliud a re præcepta, non est necesse ad præceptum implendum, vt finis ipse adimpleatur, & ita cum aliud sit præceptum recitandi officium Diuinum, aliud finis præcepti huius, scilicet laudare, & colere Deum, excommunicatus siue vt persona priuata, siue vt minister Ecclesiæ horas Canonicas persoluens in peccato mortali, munere, & officio suo satisfacit, ad effectum euitandi nouum peccatum, aut illas iterum repetendi. Sicut etiam qui in mortali peccato eleemosynam alias debitā, aut ieiunium ab ecclesia præceptum, aut votū ali quod obligatorium præstat, debitū suum persoluisse censetur, ad effectum euitandi peccatum nouum, quod omittendo aliàs incurreret. Quæ doctrina communis est, vt docent Iacob. Almain. in 4. dist. 16. q. 1. & Nauar. in tracta. de orat. & hor. can. c. 20. nume. 29. & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 2. 2. q. 44. art. 4. ad Palud. 3. dist. 37. quæst. 1. Ioan. And. & Panor. & Marian. Socin. in cap. quod quidam, de pœnit. & remiss. & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 17. licet enim opera, quæ nobis præcipiuntur, sint actus virtutis, non tamen præcipitur, quod ea virtuosè agamus, quæ est mens & finis præcipientis.

7 Horas igitur in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto dicendi horas satisfacit, & pœnam, & peccatum euitat sic dicendo; aliàs vt rectè notat Marian. Socin. in d. cap. quod quidam, num. 10. si dicere non prodesset sibi, sequeretur quod noceret; & sic non euitaret pęnam, sed augmentaret, si idem esset dicere in peccato, & non dicere; cum secundo casu peccaret mortaliter, secundum omnes; ea sitaque recitando noui peccati reatum vitat, quem non recitando incurreret.

8 Deinde verò licet orationes illæ, quas ita recitaret in peccato mortali, & excommunicatione, prout efficaciam habent ex persona, & deuotione dicentis, non ita prosunt sibi, aut alijs, sicut prodessent si in gratia factæ essent; quatenus tamen ecclesiæ personam gerit, fructuosæ sunt cum oratione omnes, quas in Missa, recitat, tum etiam illæ quę nes, quas in officijs Diuinis facit, haud secus, ac si excommunicatus non esset, vt ex his quæ tradunt S. Thom. 3. p. q. 82. artic. 6. in corp. Franc. Vict. nume. 10. de Euchar. & alijs colligi potest.

9 Quarto etiam, quicquid glos. vlt. in cap. 1. dist. 21. & in c. ostiarius, d. 23. & Anton. & Ioan. de Imola. in c. p. 1. de vita, & honest. cler. Panor. in c. 2. nu. 2. de foro compet. & in ca. responso, nu. 2. & ibi Felin. de sent. excommunicat. Hostiens. in summa. tit. de cler. excom. minist. §. qualiter puniatur, & tit. de sentent. excommunicat. §. sed nunquid. Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 9. in princip. & Palud. 2. distinct. 28. quæstio. 4. versicu. primus. & Marian. Socin. in d. cap. 1. nu. 5. de cler. excommunicat. ministr. & io cap. sacris, num. 124. & 125. de sentent. excommunicat. dicant excommunicatum maiori excommunicatione peccare mortaliter intrando ecclesiam, etiamsi ibi non celebrentur diuina, eo quod talis diuisus est ab ecclesia. cap. 2. de foro compet. & capit. qui merito, 11. quæst. 3. & quia talis eijci præcipitur ab Ostiario extra ecclesiam, capit. 1. §. ad ostiarium, distinctione 35. verius tamen est, posse sic excommunicatum intrare ecclesiam, non solum pertransseundo eam ad vlteriorem locum, vt admittit Summa Astensis, quando ibi non celebrantur diuina, sed etiam vt ibi oret, & horas Canonicas ibi solus, & priuatim recitet, ita glos. in c. qui studet, in verbo, d misit, 1. q. 1. expressè docens excommunicatum intrare posse ecclesiam causa orandi, dummodo non intersit officijs diuinis, cū non inueniatur prohibitum, & ita sibi responsum sæpe fuisse a Ioan. dicit Innoc. in c. responso, de sent. excom. & Pan. sibi contrarius, in c. 1. nu. 11. de vita, & honesta. cleric. vbi ait, quod licet excommunicati intrare non debeant ecclesiam tempore celebrationis diuinorum, secus tamen si diuina non celebrentur. Idem docet Bart. Brix. in d. ca. qui studet, 1. q. 1. vt refert Pan. in d. ca. responso, dummodo non intrent causa audiendi diuina. Et Marian. Socin. in c. sacris, nu. 122. de sent. excom. ait hoc dictum Brixiensis esse magis æquum, quando fortè ibi vellet priuatim aliquas orationes dicere, vt lucraretur gratiam, & gratiā a Deo reciperet. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. tertio, & citat Ioan. de Lignano. Tabiena etiam, in verb. excom. 1. vers. quinto. idem affirmat. Nauar. in Man. c. 27. n. 19. ait, posse solum in ecclesia orare, quàuis alij in ea orēt, modo seiuncti sint ab eo, & Caiet. in Summa, vers. cōmunicatio, seu participatio cū excommu. quibus casibus omnino sit illicita, Couar. in c. alma mater, 1. pat. §. 3. nu. 7. de sē. excom. lib. 6. communiter receptum esse testatur, excommunicatum posse absque vlla culpa ecclesiam ingredi causa orandi, eo tamen tempore, quo diuina officia nòn celebrantur. Idem docent Nicol. de Milis in repert. in verbo, excommunicatus potest, quē refert, & sequitur Bart. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 1. c. 8. §. 6. ex quod excommunicatus priuatur, quantum ad præsentem materiam spectat, sola communione fidelium, & Sacramentorum, c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. pen. de sent. excom. qualis non est ingressus in ecclesiam, vt ibi solus oret.

10 Nec valent, quæ pro contraria sententia afferuntur, cū enim dicatur excommunicatum ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse; id vtique non de materiali ecclesia ex lapidibus, & lignis constructa, sed de corpore Christi mystico, nimirum extra consortium fidelium intelligitur, vt rectè Hugolin. vbi supra respondit, Christi enim corpus fideles sunt, teste Apostolo Ephes. primo & Colos. 1. vt exponit Cathechismus Romanus in illam Symboli partem, *Credo Ecclesiam Sanctam*. quorum consortio excommunicati priuantur. Ostiarius autem excommunicatos solum excludere iubetur, dum Sacerdos Missam celebrat, ne ingrediente excommunicato, officia diuina hac ratione intermittantur, quandoquidem, vt infra dicemus, excommunicato præsente, nec officia diuina cantari, nec Missæ celebrari debent, ex Felino

ca. 27. nu. 576. in fine, post Tabien. verbo, interdictum, 5. vers. decimosexto. Immò, etiam nec aqua benedicta excommunicatus, aut interdictus se aspergere possunt, quod intelligitur de Sacerdote solenniter illam benedicente, & se aspergente, cum Antiphona *Asperges*, ante Missam, sicut nec populum eo modo aqua benedicta inspergere potest, quia est quid Sacramentale, & proprium Sacerdotis: sed neque aqua benedicta hoc modo à Sacerdote excommunicatus denunciatus, aut interdictus aspergi potest, iuxta ea quæ tradunt Calderin. tract. de Eccles. interdict., memb. 6. col. 14. Angelica, verbo, interdictum, 6. §. 18. Syluest. verbo, interdictum, 5. vers. quintum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. vers. tertio. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 174. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 13. §. 14. nu. 6. potest tamen sic excommunicatus sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, vt ibi priuatim oret, vt docet Nau. vbi supra, quicquid Calderin. & Hugol. locis allatis, contrarium nimis scrupulosè affirment.

18 Septimo, excommunicatus denunciatus non solum prohibetur officia diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, sed etiam alij eadem officia diuina, & Missam, excommunicato præsente, audire, aut celebrare prohibentur. Sicut enim ipse alios in diuinis, ita alij sic excommunicatum in eisdem vitare tenentur: & colligitur ex ca. is, qui, & c. fi. §. adijcimus, & §. in festiuitate. de sent. exc. lib. 6. & clem. 2. de sent. excom. & ibi Zabar. vers. decimo not. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatos, & ibi Panor. nu. 1. & Marian. Soc. sent. nu. 4. & §. de priuileg. & cap. in Lateranensi, de præbend. & dignit. & cap. quod in te, §. & in conuentualibus, de pœnit. & remiss. & c. Episcoporum, & ibi glo. verbo, officia, de priuileg. lib. 6. & c. excommunicatos, & ca. cum excommunicato, cum duob. seq. 11. q. 3. Hostien. in Sum. in 1. nu. 12. vers. sed nunquid, de sent. excom. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 127. de sent. excom. Sotus, 4. q. 22. d. 1. art. 4. conclus. 2. vbi ait, tria prohiberi, nimirum, ab excommunicatis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. & clare S. Thom. quodlib. 11. ar. 9. Palud. 4. dist. 18. q. 6. in princip. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. ar. nc. 1. Caiet. verbo, excom. in fin. Syluest. excom. 5. num. 6. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & lib. de orat. notab. 22. num. 8. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. & hoc tam in clericis sæcularibus, quam in Religiosis, & exemptis procedit, vt colligitur ex locis allatis. Ratio est: quia celebrare officia, vel Missam coram excommunicatis, est participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam: & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irregularis, vt tradunt gloss. Panor. & Marian. Socin. in d. cap. cum & plantare, & gl. in c. Episcoporum, in verbo, officia, de priuileg. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 6. nu. 9. vers. Qui verò, de sententi. excommun. lib. 6. vbi alios citat, vt Calderin. consil. 4. de sent. excom. Gonsal. à Villadiego, de irregul. cap. 2. Heor. c. Bobic. in cap. fin. de excess. prælat. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. num. 3. & colligitur ex ca. is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. Sic tamen celebrans scienter coram excommunicato manifesto, incurrit suspensionem per mensem, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. Episcoporum. de priuileg. libro 6. & si intra mensem absque dispensatione deinceps intra ecclesiam diuina officia, aut Missam celebret, fit irregularis; quia cum ei interdictus fuerat ingressus Ecclesiæ propter celebrationem, quam exercuit corā excommunicato, ex d. c. Episcoporum, si talis, cui interdictus est ecclesiæ ingressus, intra tempus suspēsionis intra ecclesiā celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex c. cū medicinalis. & ibi gl. in ver. irregularitatem, & Bern. Hostié. & Fran. & Steph. Costa, nu. 92. de sent. exc. lib. 6. & c. is, qui, & ibi gl. in verb. nodaris, & Steph. Costa, n. 8. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. Episcoporum, in verbo, à iure statutas, & ibi Io. Andr. Archid. Domi. Franc. & S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. Tabien. verbo, interdictum, 6. vers. primo. Nicol. Polonius, in tract. Sacerdot. tit. de interdict. reg 49. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. c. 8. §. 4. nu. 5. quicquid contradicat Couar. vbi supra, existimans d. ca. Episcoporum, procedere solum in exemptis, in quorum odium statutum esse putat, vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ, si coram excommunicatis, vel interdictis scienter celebrauerint, cuius opinio optimè refellitur a gl. in d. ca. Episcoporum. in verbo, ingressum, docens prædictam Decretalem, & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis, id quod mea sententia clare colligitur ex initio d. capit. episcoporum. de priuileg. lib. 6. cum dicitur: *Præsenti Decreto statuendum duximus, ne aliqui sæculares aut regulares quantumcumque exemptionis &c.*

19 Si quæras, quid agendum sit, quando adest excommunicatus, tempore quo Officia diuina, aut Missa celebrantur; communiter respondent DD. quod si nondum sint incepta Officia Diuina, aut Missa, monendus est excommunicatus, vt exeat, quod si sic monitus exire noluerit, eijci debet vi per aliquos laicos præsentes, aut illis non præsentibus, à clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus clericus esset, non tamen excommunicantur laici, vel Clerici eum vi excludentes, vt colligitur ex cap. veniens, & ibi glo. in verbo, celebrationem, & ibi Panor. num. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 3. de sent. excom. & facit c. cum voluntate. §. si qui. de sent. excom. mun. Anchar. in clem. grauis. vers. sexto. de sent. excomm. & Guil. de Lauduno, nu. 1. ibid. & Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 8. §. 4. n. 5. id quod procedit, etiamsi sit cōmonitus, qui talē excommunicatum clericum vi eijceret; tum quia commotio ex iusta causa non operatur iniuriam, quæ requiritur ad hoc, vt quis incurrat pœnam canonis cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt Panor. & Marian. vbi supra, notarunt; tum quia in eo casu non tam infertur violentia tali excommunicato, quam propulsatur iniuria Deo illata, ex Hugolino, cit. arg. l. Manichæo. C. de hæret. Quod si nequeat sine periculo expelli, non inchoari debent officia diuina, aut Missa. Sin autem inchoatis officijs diuinis, aut Missa, excommunicatus ingreditur, monendus, vt supra est, vt exeat, & si expelli non poterit, cessandum est à diuinis officijs, & etiam à Missa, donec expellatur, argum. clemen. grauis. & ib. glos. in verbo, in explera. & Anchar. & Zabar. & Guil. de mōte Lauduno ibi, de sent. excom. Innoc. in c. nuper, in verbo, orando, & Feli. nu. 3. de sent. excommun. Hostiensis in Summa, nu. 17. vers. sed nunquid. de sent. excom. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 3. conclus. 2. Sum. Astens. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. vers. tertio, Nauar. in tract. de orat. & hor. canon. c. 10. nu. 59. & num. 60. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. hic autem interroget. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. ca. 25. nu. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugol. de censu. eccles. tabul. 2. ca. 8. §. 4. num. 5. Monent tamen præfati authores, quod si præfa-

24 tus excommunicatus Ecclesiam intret, vel priusquam Sacerdos eum videret, iam Canonem inchoauit, debet Sacerdos procedere in officio simul cum eo, qui assistit ei tantum, alij vero omnes scientes eum excommunicatū, debent exire ecclesiam, si excommunicatus ipse exire noluit, arg. c. sic. ap. sicut Apostoli, 11. q. 3. & ca. omnis, qui. 11. 24. quæst. 1. Quod dictum debet intelligi, nō ita, vt quocumque modo incepto Canone, Sacerdos prosequatur Missā præsente excommunicato, sed incepta consecratione: Canon enim Missæ, vt docent Duran. in Rationali diuinorum offic. cap. 35. Felin. in cap. a nobis, num. 6. vers. sic. & scias, de except. Nauar. de orat. & hor. can. cap. 16. nu. 6 o. & alij, incipit: *Te igitur clementissime pater*, quem post, *Sanctus*, secreto dicimus, & magna pars illius dicitur, antequam perueniatur ad verba consecrationis, de quo intermedio, idem videtur iudicandum, quod de præceden-

tribus; & fauet S. Thomas 3. par. quæst. 83. art. 6. ad communis est opinio ex Nauar. & Hugolino vbi su- sicut in simili casu, qui in Missa recolit se esse excommunicatum, ante consecrationem desistere debet; & pa- ratione, si superueniat excommunicatus, qui pelli sine periculo nequit, incepto Canone, nisi consecratio inchoata fuerit, desistendum est, quia illic incipit sacrificium. At vero facta Consecratione, si ingreditur excommunicatus omnino procedere debet vsque ad sumptionem inclusiue, sumpto autem Sacramento, antequam dicatur *Postcommunio*, moneatur, vt exeat, & si exire nolit, Sacerdos in Sacristiam, aut alium locum secretum rediens dicat *Postcommunionem*, orationes, & alia quæ restabāt. Sic Hostiensis in summa, tit. de sentent. excommun. num. 17. vers. sed nunquid. Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Archid. & vterque Cardinalis, in ca. sicut Apostoli. 11. quæst. 3. Nicolaus Dionysij de Perusio, in c. episcoporum, in gloss. in verbo, officia, de priuileg. lib. 6. Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 3. ar. 3. dub. 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. vers. tertio. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. me. 127. de sent. excommu. Nauar. de orat. & hor. canun. cap. 16. nu. 60. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. hic autem interroget. Paul. Fusc. libro primo, de visit. & regim. eccles. cap. 29. numero 5. Simon Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 8. §. 4. num. 6. Ratio autem, cur facta consecratione procedendum sit in Missa, ea reddi potest, quia hæc sunt Sacramenta vnitatis, & ideo inexpleta dimitti non debent arg. c. illud, & c. nihil, 7. quæst. 1. & quia strictius est præceptum integritatis sacramenti, quam excommunicatos excludere.

21 Hoc autem, quod diximus Sacerdos incepta Missa ante consecrationem, ingrediente excommunicato, debet Missam deserere, procedit in excommunicatis viuis, secus autem si intret defunctus denunciatus; si enim dum Sacerdos celebrat, afferatur in ecclesiam cadauer publici excommunicati, non tenetur Missam deserere, ita Simon Maiol. libro tertio, de irregul. cap. 24. numero quinto, & Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera O. Quia Sacerdos ex separata intentione celebrans non videtur admittere ad communionem altaris tale cadauer, cuius præsentia non est talis, vt Sacerdos dicatur coram excommunicato celebrare, vt contingit in viuis, præsertim, quia ratio euitandæ cōmunionis cessat in isto casu. Nam hoc fit, vt rubore confusus citius inducatur ad satisfactionem excommunicationis, vt in cap. pia, de excep. lib. sexto, quæ ratio cessat in mortuo, ex Panorm. in cap. ad hæc. numero secundo, de priuileg. & excess. priuileg. Illud tamen verum est, quod non debet quicquam pro tali mortuo dicere, vel orare, vel aliquam operam impendere circa illud corpus, vt puta aspergendo, benedicendo, cruce signando, vel concomitando, aut fieri permittendo funera (si ad eum prohibere pertineat) quia eo modo videtur sepulturæ communicare, & consequenter, excommunicationem incurrit, arg. clemen. 1. & ibidem Cardin. q. 14. & 15. & 25. de sepult. & Panorm. in cap. ad hæc. numero 2. de priuileg. & excess. priuileg. & Maiol. libro 3. de irreg. cap. 24. num. 5. qui sine ratione, aut tex. docet talem fore irregularem.

22 Rursus quæri potest, An eodem tempore quo plures Missæ in eadem ecclesia dicuntur, & excommunicatus denunciatus vni earum interest, ego alteri interesse possim in alia parte ecclesiæ, aut prope locum vbi excommunicatus Missam audit, absq; hoc, quod censeat participare cum illo in diuinis? Cui responderi potest (iuxta ea quæ tradunt Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunic. Palud. 4. distinct. 18. quæst 6. artic. 1. in fine. Caiet. in Sum. in verbo, excommun. fin. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. conclus. 2. vers. nihilominus indubiè, Nauar. de orat. & hor. canon. notab. 22. numero 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 8. §. quinto, numero tertio, Henriquez lib. 13. de excommun. cap. septimo, §. secundo) non censeri; vnde licet excommunicatus in vna capella audiat Missam, & alter in alia capella eiusdem ecclesiæ: vel excommunicatus, & non excommunicatus in eadem Ecclesia, eodem tempore, seorsim, & separatim orent, non propterea in diuinis, & oratione ab ipsis communicatur, si signo ad salutationem angelicam dato, excommunicatus, & non excommunicatus in platea separatim orent. Et multo minus communicare dicentur, si tempore, quo non excommunicatus audiat Sacra, intret excommunicatus Ecclesiam non gratia audiendi Sacrum, sed vt aliquid aliud agat, vel illac tantum transeat.

23 Non tamen licet vnam, & eandem Missam, vel horam cum excommunicato audire, quicquid Durand. in 4. distin. 18. quæst. quinta, numero septimo, existimet id licere, ea ratione ductus, quod communicare in Diuinis non est, nisi vel Missam dicere, vel audire ab illo, vel simul horas cum illo recitare, adeo, vt vni Missæ interesse cum excommunicato non est secum communicare, sed cum Sacerdote celebrante: Quod fundamentum falsum est, & omnino reijciendum, quia vt rectè citati scriptores annotarunt, negari non potest non solum cum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eandem vna cū eo; sicut & qui comedit in vna mensa cum eo: vnde rectè docet Sotus vbi supra, tria prohiberi, scilicet ab illis audire, illisque dicere sacra. & cum illis interesse sacris: dicuntur autem interesse simul, qui vni Missæ audiendæ intersunt, vt constat. non sic qui in vna capella audit, & excommunicatus in alia. Addit etiam Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 1. in fine, quod si fugitiuus clerici percussor sit in ecclesia, potest Sacerdos coram eo celebrare, quia cum non sit ibi causa orandi, sed latitandi, & fugiendi, non est hoc cum eo participare in diuinis, sicut neque si per ecclesiam transitum faceret.

24 Octauo, colligitur ex dictis ratio, quare excommunicatus excusetur ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto; cum enim Missam audire non possit nisi participando in diuinis cum celebrante, quod illi prohibitum est, vt diximus, consequens est, vt à Missa audienda excusetur; alioquin perplexus omnino esset, ita vt peccatum euitare non posset; audiendo enim peccat, quia contra ecclesiæ prohibitionem facit; ne igitur aliquem ad Missam audiendam, quam sine peccato audire non possit, obligatum esse dicamus, dicendum est, eum ab audienda Missa in festo ob impedimentum excommunicationis excusari; in quo casu præceptum audiendi Missam in festis cedit alteri præcepto ecclesiæ, quo sic excommunicatus interesse sacris, ad maiorem confusionem suam, quousque absolutus sit, arctius prohibetur. Excusari autem talem ab audienda Missa, docent Nauar. in Manuali, cap. vigesimoprimo, numero tertio, Angelica, in verbo, Missa, num. 57. Tabiena, verbo, eodem vers. quadragesimoquinto. Couarruu. lib. secundo, var. resol. cap. 16. numero 9. Barthol. Medina, lib. primo. instruct. confess. cap. vndecimo, §. decimotertio; & cap. decimoquarto, §. 40. Henriquez lib. decimotertio, cap. 7. §. secundo, Hugol. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. nume. 8. Francis. Suarez in 3. par. disput. 88. sect. 6. Ferdinandus Patz repet. in cap. Missas. de consecr. dist. 1. par. 2. nume. 148. & communis. Id quod procedit, etiam si quis sua culpa talē censuram contraxerit, & licet absolutionem procurare negligat; quamuis enim peccare possit, absolutionem quam facilè consequi potest, non procurando, Missam tamen non audiendo, non peccat, quam de iure audire nequit.

25 Sicut enim infirmus, si sit negligens in sua salute procuranda, vt possit Missam audire; & qui est in vinculis si sit negligens in procuranda libertate, & ideo missam omittit, peccare pōt negligendo remediū salutis, & lib

tis procurare, non tamen omittendo Missam peccat: ita licet quis in eo peccare possit, quod negligat procurare absolutionem, postquam tamen factus est impotens ad audiendam Missam propter excommunicationem, non peccat specialiter contra præceptum de Missa in festo audienda; quia non tenetur quis tam remote ad tollenda impedimenta, & se disponere ad Missam audiendam. Vnde Doctores communiter docent, non teneri aliquem suis expensis capere Bullam eo fine, vt per illam absolutus Missæ interesse possit, vt testatur Henriquez lib. 9. de Missa, capit. 25. §. 11. & lib. 13. de excomm. cap. 7. §. 2. in annot. litera K. quia melius, inquit, est de se legem communem seruare, quam eximi priuato priuilegio, & quæ diximus, tam de excommunicato occulto, quam denunciato accipi debent.

26 Solum restat difficultas, an occultè excommunicatus teneatur in publico abstinere ab alijs fidelibus in Missa, & officijs diuinis audiendis, & faciendis, ita vt non possit celebrare in festo die, aut communicare publicè tempore Paschali cum alijs fidelibus. In qua re vnum certum est, alterum incertum: certum enim est, quod occultè excommunicatus in occulto tenetur abstinere à communione aliorum, quoties sine scandalo, & infamia id facere poterit, & proinde nec cum alijs diuina officia facere, nec Missam celebrare poterit, aut Sacramenta recipere, cum id ei iure prohibitum sit. Neque enim per Extrauag. ad euitanda scandala, vllum ius ipsis excommunicatis tribuitur; Dicitur enim ibi: *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec in eis quomodolibet suffragari.* Cum ergo antea occultus excommunicatus tenebatur abstinere à communione fidelium, etiam nunc ante denunciationem abstinere tenetur a communione fidelium, & a diuinis, secundum ea, quæ tradunt Panorm. in cap. illud. de cleric. excomm. minist. & Syluest. verbo, excomm. 3. quæst. 5. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 2. nume. 11. de sent. excom. lib. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25 artic. 1. fol. 347. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 7. §. 2. & est

27 communis omnium sententia. Ceterum, an in publico teneatur excommunicatus communionem vitare aliorum abstinendo a diuinis, & a Missa audienda, ad vitandum scandalum, & infamiam, quæ sequeretur, si abstineat, incertum est. In qua re Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. artic. 3. conclus. 2. etiam de minori excommunicatione tractans docet non posse Sacramenta percipere, posse tamen Missam, & officia Diuina audire. Rich. 4. dist. 18. artic. 9. quæst. 3. in fine, idem docet de perceptione Sacramentorum. Syluest. autem in Summa, in verbo, excommunic. 3. versic. 5. ait, quod quantumcunque sit occultè excommunicatus, tenetur alios vitare etiam in publico, nec potest accedere ad sacramenta, & si accedat, & celebret, erit irregularis. Ratio eius est: quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, ergo tenetur illud seruare; nec infamia ipsum excusat, cum hoc proueniat ex culpa sua. Couaru. etiam in capit. alma mater. 1. par. §. 2. num. 12. in fine, de sentent. excommunicat. lib. 6. eiusdem sententiæ est, quoad participationem sacramentorum, & quoad sacrificium Missæ, quoad ista enim, ait, quantumcunque excommunicatus sit occultus, tenetur abstinere a communione eorum esto, inde sequatur infamia, & scandalum, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: in alijs autem temporalibus dicit, quod propter scandalum, & infamiam vitandam poterit occulte excommunicatus cum alijs fideli bus communicare. Sotus item, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. non longe a fine. vers. quartus casus, ait, habentem casum reseruatum, cui est annexa excommunicatio, nec propter officiū nec propter scandalum, ad communionem ante absolutionem accedere posse. Alij tamen, & mea sententia verius, affirmant, ob vitandum scandalum, & grauem suā infamiā, posse licitè in festo audire missā, ita expresſè Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. in fine, vbi ait non teneri occultè excommunicatum in publico abstinere a communione aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis. Suplementum apud Syluest. vbi supra. Franc. Vendramin. tract. de excom. nu. 13. Alphon. a Castro, lib. 2. de potest. leg. pen. cap. vlt. conclus. 2. Corduba, q. 142. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. c. 93. in fine, vbi ait esse multorum sententiam; & ipsemet Sotus, 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 5. ad 2. vers. hoc autem dubium, ait id esse licitum ob scandalum grauissimum. Nauar. in cap. 1. §. laboret. in fine, de pœnit. dist. 6. ait esse multorum opinionem; nec eam refellit; & in Manuali, capit. 27. num. 239. Ioseph Angles, in Flor. Theolog. agens de casibus reseruatis, in fine. Henriquez li. 13. de excom. c. 7. §. 2. in annotat. in lit. K. & capit. 21. §. 3. ait posse bis aut ter celebrare missam, nisi clericus talis esset antea ita infamatus per iudicia, vt maius sequatur scandalum celebratione, quam si crimen prodatur; aliàs si occultus sit excommunicatus, habita contritione aut confessione, ante dispensationem posset celebrare. Vbi etiam docet monialem, quæ incidit in censuram Cenæ communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, a quibus si abstineat periclitabitur fama eius, & monasterij; id quod ante docuit Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 239. Hanc etiam sententiam tenet Francisc. Suarez de Sacram. disp. 66. sect. 4. & faciunt quæ docet Angelica, verbo, Eucharistia, 2. num. 6.

29 Ex quibus omnibus colligitur excommunicatum occultum, vel irregularem secretum, causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, dum absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendæ absolutionis, posse præuia contritione, & confessione peccatorum, quamuis non absoluatur a Confessore, quia obstat censura excommunicationis reseruata superiori absenti, missæ, & officijs interesse, & aliquando celebrare, tum sine culpa mortali, tum etiam sine incursione aliqua irregularitatis. Ratio est: quia quotiescunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est: cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia a communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandalizandi, aut non infamandi se, quod est maius, hoc potius, quam illud seruandum est: quia sicut iugum Christi suaue est, ita & mandata Ecclesiæ piè interpretanda sunt, vt non nimis grauia sint. Nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura & detrimento quempiam obligare velle: Immo, ipsemet Syluester vbi supra, verbo, excommun. 3. versic. quinto, §. quidam tamen, & verbo, excommunic. 5. numero secundo, cum alijs communiter docet, quod si quis videt occultè excommunicatum in Ecclesia, debet si potest exire, sine nota illius excommunicati. Si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipse met tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem conseruare. Tenetur tamen vnusquisque in tali euentu diligenter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit, probabilem aliam excusationem sine mendacio causando; quando enim id commodè fieri potest, cessat causa, & necessitas communicandi, celebrandi, aut officijs diuinis interessendi. & de officijs diuinis excommunicato prohibitis, hactenus dictum sit.

De Suffragijs Ecclesiæ, quibus excommunicatus priuatur. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior hominem suffragijs Ecclesiæ catholicæ priuat.*

2 *Suffra-*

ffragia Ecclesiæ, eorumque valor in quibus consistat.

uffragijs Ecclesiæ priuatus, triplex incommodum incurrit.

Missam, & alias orationes an pro excommunicatis offerre liceat.

, An peccatum mortale sit orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis Ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint.

6 Sacerdos Missam offerens pro excommunicato non denunciato contrito, non peccat.

7 Ecclesia, quare in officio Missæ Feriæ Sextæ hebdomadæ Sanctæ pro hæreticis oret.

8 Ecclesia quare eo die excommunicatorum mentionem non faciat, sicut Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum meminit.

9 In Memento, quod fit in Missa, an pro excommunicato denunciato orare liceat.

10 Excommunicatus denunciatus sic moriens, sepultura Ecclesiastica caret.

11 Excommunicatus denunciatus in loco sacro sepultus, inde eijci, & extumulari debet.

12 In Ecclesia, vel Cœmiterio pollutis, antequam reconcilientur, nec Officia diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt.

13 Excommunicatus denunciatus moriens, etiamsi signa contritionis dederit, ante absolutionem tamen in loco sacro sepeliendus non est.

1 TErtius effectus Excommunicationis maioris est, quod hominem suffragijs Ecclesiæ Catholicæ priuet. Suffragia verò Ecclesiæ intelliguntur illa bona spiritualia, quibus ecclesia Christianorum animabus subuenit, & suffragatur. Quæ bona in duplici sunt differentia; Quædam enim sunt publica, quædam priuata. Publica dicuntur ea, quæ fiunt à Ministris ecclesiæ, prout ecclesiæ Ministri sunt, vt Horæ Canonicæ, Missæ Sacrificium, Orationes, Indulgentiæ, quas ecclesia pro fidelib. dicit, & eis distribuit. Priuata verò sunt illa, quæ fideles vt personæ priuatæ, & non vt ecclesiæ Ministri exercent, vt sunt orationes priuatæ, ieiunia, & eleemosinæ.

2 Rursus, Suffragiorum ecclesiæ valor ex duobus cōsideratur, Primo vel ex vnione charitatis, quæ fideles omnes connectit, vt sint omnes vnum corpus in Christo capite, de qua vnione dicitur in Symbolo, *Sanctorum communionem* charitas enim facit omnia bona, & suffragia ecclesiæ communia esse; haud secus, ac operatio vnius membri in corpore naturali, in totius corporis commodum, & vtilitatem redundat. Vel secundo, ex animo, intentione, & applicatione operantis, vt pluribus tradunt S.Tho. in addit.3.par.quęst.71. articulo primo. Palud.4. dist.45. artic.1. Adrian.quodlib.8.artic.3.litera C.Couat.in cap. alma mater, 1.pat.§.6. numero primo, de sentent.excom. libro sexto Excommunicatus maint illa prima communione, & illo valore suffragiorum, quæ à charitate procedunt, non priuat, cum illo valore prius per peccatum mortale priuatus fuerat, cuius causa excommunicatus fuit; vnde nec iniuste excommunicatus illo valore priuatur, ex Summa Astensi, in 2.pat.tit.9. libro septimo, quęst. 2. Nauar.in Man.cap.27. numero 18. Couar. vbi supra, numero secundo, & nos superiori libro, cap.17. latius exposuimus. Quando igitur excommunicatum ecclesiæ suffragijs priuatum esse authores affirmant, de illa solum suffragiorum generalium ecclesiæ communione intelligendi sunt, quæ ab ecclesiæ Ministris, aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo eiusdem membro offeruntur, ex eo scilicet, quod Ecclesia communia sua suffragia excommunicato tali applicare non intendit, nec pro illo orare, qui iam abscissus ab ecclesia est. Sic Magister, 4.dist.18.non longè à fine, S.Thom.in addit.3.pat.quęst. 21.art.1.ad secundum, & opusc.6.in illam partem Symboli (*Sanctorum communionem*.) in fine Gabr. 4. distinct. 18.quæstio.secunda articulo tertio dub.1. Palud.4.distin. 18. quæstio. prima articulo primo conclus. 2. Summa Astensis, 2.par.lib.7. titu.9. quæstio.2. Angelica, verbo, excommun. vlt.nume.3. Sanctus Anton.3.pat. titul.24. cap.76. Tabiena, verbo, excom.1.versic.quarto. Syluest. verbo, excom.8.vers.secundo. Martin. Ledesm.2.4.quęst. 23. artic. primo Sotus 4.dist.22. quæstio. prima articulo primo vers.quomodo autem, Nauar.in Manuali, cap.27. num.18.& cap.10.de orat.& horis canon.nume.67. Couar.in cap. alma mater, 1.par.§.6.num.3. Henriquez lib. 13.de excom.cap.12.§..... Hugolin.de censur.eccles.tab. 2.cap.9.§.1. Et præter tot Doctorum auctoritates, ratio est, quia cum excommunicatus sit extra Ecclesiam, eiusq; membrum non sit, (vt nouissimè declarauit Catechismus Romanus in explicatione illius partis Symboli, *Credo Ecclesiam Sanctam* vbi post multa addit, *Ex quo fit, vt tria tantummodo hominum genera ab ea excludantur, primo, Infideles, deinde Hæretici, & Schismatici, postremo Excommunicati*. & hoc ob eam rationem, quam inferius Catechismus reddit: his verbis. *Quoniam Ecclesiæ iudicio ab ea exclusi sunt & ad illius communionem non pertinent, donec resipiscant.*) consequenter suffragia Ecclesiæ, quæ communia sunt membris tantum illius, excommunicatis ex ecclesiæ intentione, & applicatione non prosunt, ex communi omnium sententia, quicquid Hostiensis in cap. cum voluntate, de sentent.excom.& Summa Confessor.lib.3.tit.33.q. 159.contra dicant, vt Couar.vbi supra, num.2.vers.tertia conclusio, refert.

Hinc infertur, quod hoc ipso, quod quis suffragijs Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria, quæ quis ex suffragijs ecclesiæ consequitur, valent enim ad augmentum gratiæ eis, qui gratiam habent; vel ad merendum gratiam eis, qui non habent, & quoad hoc; Magister 4.dist.18. dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiam ad custodiam virtutis, & quantum ad hoc dicit, quod protectio subtrahitur, non quod omnino à Dei prouidentia excludatur, sed ab illa protectione, qua filios ecclesiæ specialiori modo custodit. Valent denique ad defendendum ab hoste, & quantum ad hoc dicit, quod Diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur, & spiritualiter, & corporaliter. Vndè in primitiua ecclesia, quando oportebat homines per signa ad fidem inuitari, sicut visibili signo donum Spiritus Sancti manifestabatur, ita & excommunicatio vexatione corporali à Diabolo innotescebat, vt post S.Thom.in addit. 3. par.quæst.21. artic.2.ad 2. Dionys. Cartus. in 4.dist.18. quæst.quarta, vers.denique si quæratur. Angelica, verbo, excommun.vlt.nume.3. Syluest. verbo, excom.3.vers.secundo. summa Astensis, 2.par.lib.7.tit.9.quæst.... versic. quarta conclusio, de sent.excom.lib.6. Hugol.de cens.eccles.tab.2.cap.9.§.1.nu.2.& alij scribunt.

Dubium tamen est, cum dicatur excommunicatum priuari ecclesiæ suffragijs generalibus; an liceat Missam, & alias orationes pro excommunicatis offerre; Cui dubitationi respondent Doctores communiter, non licere orare pro eis, nec nominatim, nec generaliter, nec speciali ad hunc sensum, quod orans, vt Minister Ecclesiæ, preces eiusdem ecclesiæ, & sacrificia pro excommunicato denunciato (vt sunt omnes orationes Missarum, & horarum canonicarum ex Nau. de orat.& hor. can. capit.19 nume.67.& Hugolin.de cens.eccles.tab.2.cap.9.§.tertio offerre intendat. Quia faceret contra intentionem ecclesiæ, quæ intendit sic excommunicatum omni modo potest suis auxilijs priuare. Et quia Missa eius ora

lo

solum pro ecclesiæ membris dicuntur: Et quia sicut passio Christi non habet effectum nisi in ijs, qui fide, & charitate ei vniti sunt; ita nec Missa Christi passionem repræsentans, ex S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 7. ad 2. Et quia si liceret orare pro excommunicato, etiam in genere, non plus priuaretur suffragijs excommunicatus, quam alius quicunque fidelis, quem non nominat orans in suis orationibus, & sacrificijs, quod & falsum est, & contra communem & antiquum vsum ecclesiæ, vt colligitur ex cap. a nobis. 1. & capit. sacris, de sent. excomm. & expresse docent S. Thom. 3. par. quæstio. 79. articulo septimo, ad 2. & addit. 3. part. quæstio. 21. articulo primo ad 2. in fine. Summa Hostiensis, lib. 5. titu. de sent. excommun. nu. 17. ver. sed nunquid. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 3. & Gabr. 4. dist. 18. quæst. secunda art. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art.... vers. quomodo autem. vbi ait, quod si Rex, aut Episcopus esset excommunicatus, non esset nominandus in canone. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 19. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, prima part. §. sexto, numero quarto, versic. quarta conclusio, de sentent. excommunic. libro sexto. Henriquez libro decimotertio de excommun. cap. duodecimo, & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, numero primo, Francisc. Suarez. de Sacram. 3. parte, disput. 78. sect. secunda, in fine. Vnde falsò docet Marian. Socin. sen. in cap. sacris, numero 242. de sent. excommun. licitum esse orare pro excommunicatis viuentib. oratione generali, prout (inquit) facit ecclesia; affert pro hoc c. non æstimemus, 13. quæst. secunda, sed male: neque enim ibi agitur de oratione facienda pro excommunicatis, neque pro viuis, sed pro mortuis, qui dum vixerunt, meruerunt, vt sacrificia pro illis oblata prodesse ipsis potuerint.

5 Dubium etiam esse potest, An sit peccatum mortale orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint? Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. articulo primo, dubitat, quia fortè (inquit) ecclesiæ prohibitio, qua prohibetur, ne quis oret publica oratione pro excommunicato denunciato, non est præceptiua. & S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. articulo primo, ad primum, solum ait, non esse orandum pro illis fusis orationibus istis ad Deum, quæ fiunt pro membris ecclesiæ, sed benè alijs orationibus; & non dicit quod sit peccatum mortale. Syluest. etiam verbo. excom. 1. in principio, ait, quod male facit qui orat pro excommunicato communibus orationibus, non tamen explicat an male faciat mortaliter. Ceterum, dicendum est, peccatum esse mortale, quia facit contra ecclesiæ præceptum, vt habetur in c. a nobis, 2. & c. sacris de sent. excom. & in extrauagan. ad euitanda scandala. & quia res hæc grauis est, grauiter peccat in eo, quod præceptum ecclesiæ trāsgreditur: & ita docet Henriquez lib. 9. de Missa. cap. 15. §. 3. litera P. in annot. post. Nauar. in Man. ca. 27. nume. 36. ad 5. An verò Missa, & aliæ orationes pro taliter excommunicato factæ prosint, nec ne, licet aliqui dubitent, tamen hac distinctione facile concordari possunt authores. Si enim sic excommunicatus contumaciter manet in mora culpabili petendi absolutionem, aut inducendo aliquem, vt pro eo Missam celebraret, peccat, & certum est, nihil illi prodesse, quo modo vera est sententia Innocent. in c. a nobis, 2. de sentent. excomm. Adriani in 4. tract. de Clauib. dub. 3. principali, in fine. & Sotus 4. dist. 22. quæst. prima art. primo, vers. attamen dubium est, & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, & aliorum qui ante obtentam absolutionem Missam, aliasque orationes ecclesiæ nihil eis prodesse putant, satisque esse censent, quod ecclesia ob culpam præteritam eos suis suffragijs priuauerit; sin vero contritus sit, & ipsum contumaciæ pœniteat suæ, diligenterque absolutionem procuret, paratus quicquid est in se, facere, probabilius est huic iusso orationes illas etiam ad satisfactionem prodesse, ex pia matris ecclesiæ intentione, quæ non intendit filios obedientes, & pœnitentes huiusmodi orationibus, & suffragijs priuare. Sic summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. secunda. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 3. Hostiensis in c. cum voluntate, de sentent. excomm. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. Turrectem. in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Nauar. de orat. & hor. cano. cap. 19. num. 68. Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 6. nume. 4. vers. nona conclusio, de sentent. excommun. lib. sexto, vbi ait hoc esse communiter receptum. Henriquez lib. 9. de Missa, ca. decimo quinto. §. tertio, in annotat. litera P. & libro decimotertio de excommun. cap. vndecimo §. secundo, & ca. duodecimo, §. tertio. Dum tamen sacerdos generali intentione offert pro omnibus, non censetur illicitè contra prohibitionem ecclesiæ pro excommunicatis huiusmodi offerre velle.

6 Vnde multo magis, si sacerdos spontè missam offerat pro contrito excommunicato non denunciato, prodest ei, cum sit membrum viuum, ac filius iam obediens, ac subinde in eo cessat tota causa huius pœnæ, quæ erat inobedientia; vel etiam si amicus aliquis data stipe pro eo offeri eam faciat. Nec peccat sic offerens etiam pro non contrito non denunciato, quia Concilium Constantiense, vt habetur in extrauag. Ad euitanda scandala, indulget, vt liceat participare in litteris, & sacramentis, cum huiusmodi excommunicatis. Neque obstat quod idem Concilium, ait: *nolle se in aliquo excommunicatis ipsis suffragari*; vt proinde nec licitè possit quispiam pro excommunicatis non denunciatis offerre. Respondetur enim, hoc non tam esse in fauorem ipsius excommunicati, quam in commodum, & fauorem sacerdotis offerentis, qui stipem accipit pro missæ celebratione, & etiam meretur, dum pro sic excommunicatis non denunciatis offert, pro quibus offerre non prohibetur. vt Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 11. §. secundo, in annot. litera K. eruditè annotauit. Immò etiam pro excommunicato, qui nec notorius, nec denunciatus est, publicè orari posse docet Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. §. secundo, numero tertio; pro qua re etiam refert Ioan. Bapt. Antonucium in Catechesi Neapolitana. capit. decimoquinto, versic. septimo, libro quinto.

7 Altera difficultas esse potest, qua ratione fiat, vt ecclesia in officio missæ feriæ sextæ hebdomadæ Sanctę pro hęreticis oret, cum sint iure excommunicati, cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & in Bulla Cenæ. Hinc nonnulli, vt Hostiensis, in cap. cum voluntate, de sentent. excomm. & Ioan. de Friburgo, in summa confess. libro 3. titu. 33. quæst. 159. & alij respondent, non posse nos specialiter pro excommunicatis orare, sed tantum generaliter, quomodo ecclesia tunc pro hæreticis orat. Quæ responsio falsa est, tū quia nec generaliter applicari possunt orationes ecclesię iustè, & legitimè excommunicatis; tum quia missa, & eius orationes, non nisi pro membris ecclesię dicuntur; & Christi passio effectum non habet, nisi in ijs qui fide, & charitate ecclesiæ vniti sunt: ergo nec missa Christi passionem repræsentans, vt docet S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. septimo, ad 2. quę ratio æquè valet de missis generaliter, ac specialiter pro excommunicatis dictis. Alij respondent, quod tempore, quo ecclesia cępit publicè pro hæreticis in feria sexta hebdomadæ Sanctæ orare, nō erant illi ipso facto excommunicati, argum. capitulo corripiantur, 24. quæstio. tertia. & licet postea excommunicati sint ipso iure, remansit tamen ea oratio fortè ex inaduertentia: Quæ responsio non minus falsa est, quam superior; cum enim quotannis ecclesia oratione prædicta vtatur, non est tantæ incuriæ nota ecclesiæ, quę a spiritu sancto regitur, inurenda; maximè cum officium illius diei à Pio V. approbatū sit. Hinc alij, vt Nau. de orat. & hor. can. c. 19. nu. 71. & Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. nu. 3. ver. ex quolibet obiter, de sent. excom. li. 6. & Viguerius in Institut. cap. 16. §. 6. vers. 15. respondent, ecclesiam

in eo die pro hæreticis, sicut pro paganis, & Iudæis ora non quidem orationibus pro membris ecclesiæ institutus, sed alijs, quæ pro exteris, & ab vnione ecclesiæ alienis institutę sunt, vt Deus dignetur eos ad ecclesiæ vnitatem, & pœnitentiam reducere, secundum ea, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & Turrecrem. in c. si quis episcopus. 11. q. 3. & Syluest. verbo, excommun. 1. & verb. oratio, q. 4. Quę responsio non placet Hugolino vbi supra, tab. 2. ca. 9. §. 2. nu. 2. & meritò, quia licet institutæ sint orationes illæ pro hæreticis, tamen recitantur à Ministris ecclesiæ eo die, & in eo officio publicè, quatenus ministri sunt, quod prohibetur in capit. à nobis, 1. & ca. sacris. de sent. excommunic. Vndè, verior responsio est, quod in die Parasceues, ipsa ecclesia est, quæ orat pro hæreticis, & alijs, adeò, vt ipsa, quæ prohibet alio tempore Missam, & orationes pro illis offerri à suis ministris, eo die prohibitionem illam suspendit; id quod ecclesia pro sua auctoritate facere potest: ita Sotus, 4. dist. 11. q. 2. art. 7. ad 2. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. ver. Quomodo autem. & Hugolin. loco proximè allato. Ratio autem, cur eo die pro hæreticis, & paganis ministros suos orare voluit ecclesia, vt refert Duran. lib. 6. Rational. diuin. offic. c. 77. nu. 12. post Rich. 4. distin. 13. artic. 2. q. 4. ea est; quia eo die repræsentatur ab ecclesia passio Christi, & memoria mortis eius, prout erat in se; in qua passione, sicut Christus pro inimicis suis orauit, & sanguinem suum pro omnibus fudit, in Ecclesia, vt sponsum suum imitetur, & simul etiam meritum passionis eius ad omnes pertinere significaret, ex sua parte, & pro hæreticis, qui à Christi fide defecerunt, & pro infidelibus alijs, qui nunquam fidem Christi receperunt, à suis ministris orari voluit.

8 Illud tandem obiter annotandum est, quod licet eo die Ecclesia pro Paganis, Iudæis, & Hæreticis oret, non tamen excommunicatorum mentionem facit, sub ipsomet excommunicationis nomine, vel, quia vt ait Sotus, 4. d. 21. q. 1. artic. 1. dub. 1. ver. quomodo autem, eos illa hora ad hunc effectum ab excommunicatione absoluere, seu suspendere censetur, vel vt hac ratione, quantum detestandi sint excommunicati, ostendat, quos nec nominandos esse à fidelibus voluit. Hinc S. Bernardus tractat. de gradibus humilitatis, in fine, loquens de excommunicatis, ait: *Absit autem à nobis vt etiam pro talibus, etsi palam non præsumimus, vel in cordibus nostris orare cessemus cum Paulus eos quoque lugeret, quot sine pœnitentia mortuos sciret; Etsi enim a communibus orationibus ipsi se excludant, sed ab effectibus omnino non possunt, viderint tamen, in quanto periculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Parasceue nominatim oretur pro quilibuslibet malis; nulla tamen mentio fit de excommunicatis.* Hæc S. Bernardus.

9 Quæres, An licitum sit saltem in Memento, quod fit in Missa, orare pro excommunicato denunciato; Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. versi. quomodo autem, est dubius in hac re, Ledesm. in 2. 4. quæst. 23. art. 1. dub. vlt. expressè negat licere, quia tempus illud particulare datur Sacerdoti, vt oret tantum pro ijs, pro quibus intendit ecclesia: intendit autem ecclesia tantum pro ijs, qui sunt intra ecclesiam: verior tamen opinio docet id licitum esse, quia illud videtur esse oratio priuatim facta, datur enim illud tempus Sacerdoti, vt oret pro quibus velit, Sic Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excomm. nu. 17. versic. sed nunquid vbi ait, *Si in Memento recogites de aliquo amico tuo excommunicato, & ores, vt Deus infundat sibi gratiam, ita quod conuertatur, non reprobo, nec propter hoc dicam te excommunicato participare, sed opus charitatis potius exercere: & voluntatem Dei facere qui neminem vult perire.* & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 3. Syluest. in verbo, excom. 1. nu. 2. & verbo, Missa, 1. q. 8. vers. quartum. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. quatto, in fine. Nau. de orat. & hor. canon. c. 19. num. 73. quo in loco latius de hac re tractat. Couar. in ca. alma mater. 1. part. §. 6. ver. septima conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 3. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. c. 9. §. 3. Simon. Marol. de irreg. lib. 3. c. 25. nu. 3. Francis. Suarez de Sacram. dispu. 78. sect. 2. in fine. Qui omnes ea ratione id licitum esse docent, quod Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non autem vt Minister ecclesiæ, & à fortiori poterit quilibet Christianus priuatas orationes pro excommunicatis licitè facere, vt conuertantur, & redeant ad ecclesiam per humilem pœnitentiam, à qua præcisi sunt per excommunicationem. Sic S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & 2. Rich. 4. dist. 18. art. 7. q. 3. ad 3. Gab. 4. distinct. 18. q. 2. art. 3. & alij omnes superius allati.

10 Neque solum sic excommunicatus denunciatus ecclesiæ suffragijs caret, vt diximus, sed etiam ecclesiastica sepultura caret, si excommunicatus decedat, vt habetur in cap. sacris, de sepult. & DD. ibi Hostiensis in Summa, libro 3. tit. de sepul. nu. 4. vers. quibus interdicitur. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Ant. 3. par. tit. 24. ca. 79. versi. decimoseptimo, & versi. decimooctauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nume. 21. Syluest. verbo, excommun. 3. ver. vigesimo. & verbo, sepultura. ver. decimo. Tabiena, verbo, excomm. 1. ver. decimotertio, Gabr. 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Marian. Soc. Ien. in c. sacris, num. 157. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 23. ver. decimoseptimo, & nu. 36. vers. ad secundum, & num. 137. ver. declaratio prima & tom. 5. cons. cons. 15. num. 5. de pœnit. & remis. & Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. & facit. c. consuluisti, de consecrat. eccles. vel altar. & cap. ad hæc, de priuileg. & cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & clem. eos qui de sepult. vnde, nec in cæmiterio ritè, ac solemniter ad sepulturæ vsum ab Episcopo consecrato, aut in ecclesia consecrata, aut etiam non consecrata, vbi Diuina officia facta sint (cum hæc eodem iure, quo ecclesia consecrata vtitur, arg. cap. penult. de immunit. eccles. & capit. fin. de consecr. eccles. vel. altare.) publicè denunciatus excommunicatus sepeliri potest. Qui vero sic excommunicatum sepeliunt, siue religiosi exempti sint, siue laici, & sæculares, eousque ingressum ecclesiæ sibi interdictum habent, donec satisfecerint de contemptu, vt habetur cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & testatur glo. in ca. is qui. in verbo, notans, de sent. excommun. lib. 6. & etiam excommunicationem maiorem scienter sepelientes incurrunt, vt habetur in clem. 1. de sepult. & glos. ibi, in verbo, scienter, & Anchar. in principio, vers. secundo not. & Zabar. eod. in initio, secus autem, si id vel iure prohibitum ignorauit, aut quem sepeliuit, absolutum probabiliter existimauit, cum temeritatis audacia, & scientia in sepeliente, vt hanc pœnam incurrat, requirantur. Sicut nec dictas pęnas incurrunt, qui taliter excommunicatos in agris, aut locis profanis sepeliunt, etiamsi locus in Ecclesia, vel Cæmiterio vicinus, & contiguus sit; vt docent gloss. in clem. 1. in verbo, cæmiterijs, de sepult. Nauar. in Man. cap. 27. num. 137. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. §. 5. num. 1. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 11. §. 3. in annot. lit. M Armil. verbo, excommun. casu 44. Card. in d. cle. 1. q. 3 Neque eam incurrit, qui talem sepeliuit in loco aucto quando auctum est Cæmiterium, non intercedente Episcopi auctoritate, cum pars illa aucta, vt Henriquez, Hugolin. post Anchar. in dict. clem. 1. nume. 4. de sepu tradunt, verè sepultura ecclesiastica non sit, ex quo nec consecrata est, neque ad sepulturam superioris auctoritate destinata. Quare merito Panor. sententia in cap. sacris num. 3. quam etiam amplexatus est Marian. Soc. in d. sacris, num. 157. de sent. excommunic. reijcienda est, habet, sic excommunicatos non solum in Cæmiteri sepeliendos non esse, sed neque in loco qui Cæmiterio ecclesiæ adeo contiguus, & vicinus est, vt inde clerio

c

cantantium voces audiri possint, arg. cap. quod in te, de sepult. Etenim, sententia hæc nullo modo ex illis locis colligi potest, cum excommunicatus ibi non sepeliatur, vt diuina audiat, vel audire possit.

11 Quod si fortè in Cęmiterio, aut alio loco sacro, & consecrato excommunicatus aliquis sepultus fuerit, inde eijci, & extumulari debent ossa eius, vt in d. cap. sacris, habetur, dummodo eius ossa ab ossibus fidelium separari, & discerni possint, d. c. sacris. & ibi glos. in c. quicunque, in verbo, extumulent, de hæret. lib. 6. aliter non; quia minus malum est, quod in cæmiterio remaneant ossa excommunicatorum, quam quod inde eijciantur corpora fidelium. Cęmiteria vero, in quibus excommunicati sepulti sunt, polluta sunt, vnde, postquam ipsorum excommunicatorum cadauera, aut ossa exhumata, & eiecta fuerint, reconcilianda sunt aspersione aquæ solenniter benedictæ, vt habetur capit. consuluisti, de consecr. Eccles. vel altar. & cap. vnico, titu. eod. lib. 6. Durand. lib. 1. ration. diuin. offic. cap. 6. numero 42. & 44. Angelica, verbo, Consecratio, 2. nu. 6. Syluest. verbo, eod. 2. nu. 5. Marian. Socin. in ca. sacris, nu. 47. de sentent. excommun. vbi obiter ex præfatis authoribus aduertendum est, & habetur in capit. vnico, de consecr. Eccles. vel altar. lib. 6. quod si excommunicatus aliquis in Ecclesia sepultus sit, non solum Ecclesia polluta erit, sed etiam Cæmiterium illi contiguum pollutum erit, cum accessorium eius, ad quod accedit, naturam sequitur, cap. accessorium, de regul. iur. lib. 6. pollutio tamen cæmiterij ecclesiam non polluit, licet contigua existat, vt in d. capit. vnico, Bonifacius Papa VIII. definiuit.

12 In Ecclesia autem, vel Cæmiterio sic pollutis, antequam reconcilientur, nec officia Diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt, vt præfati scriptores testantur: reconciliata vero Ecclesia polluta, reconciliatum censetur cæmiterium illi contiguum, ex Gemin. in d. cap. vnico, de consecrat. Eccles. vel altar. lib. 6. num. 5. Philip. Franc. ibid. & Archid. & Ioan. Andr. & communiter ibi DD. & Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. Eccle. cap. 25. num. 10. quos refert, & sequitur Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. 5. num. 4. Qui vero ante reconciliationem Ecclesiæ sic pollutæ in ea officia diuina celebrant, licet grauiter peccent, irregulares tamen nō erunt, arg. cap. is, qui, de sententia excommunic. libro sexto, & Gemin. & Franc. vbi supra, & Summa Astensis, 2. part. lib. septimo tit. 9. quæst. quinta. Quæ omnia solum procedunt in excommunicato denunciato non absoluto, etenim non denunciatus in loco sacro sepeliri potest, nec peccat talem sepeliens, iuxta constitutionem Conc. Constant. in extrauag. Ad euitanda scandala, & expresse docent Anchar. Concil. 176. numero tertio. Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero 36. vers. secundum, et tom. secundo cons. cons. 15. de pœnit. & remiss. Henriquez lib. decimotertio, de excom. cap. vndecimo, §. tertio. Ioan. Batista. Antonucius in Catechef. Neapolit. libro 5. cap. 14. quem refert, & sequitur Barthol. Hugol. de cens. Eccles. tab. 2. ca. 9. §. 5. num. 1.

13 Qui verò excommunicatus denunciatus decessit, etiam si signa contritionis dederit, ante absolutionem in loco sacro sepeliri non debet, in quo casu si ibi sepultus sit, ante absolutionem non est exhumandus, sed absolutio post mortem quamprimum commodè fieri poterit ab hæredibus eius ab Ecclesia petenda erit, vt docent glossa in capitulo sacris, in verbo, non communicemus, de sepultur. & in ca. ad hæc, in verbo, eijciant, de priuileg. & in cap. si euitas, in verbo, sepeliri, de sentent. excommunic. libro sexto, & Innocent. in cap. vltimo, de excess. prælat. in fine. Marian. Socin. in c. sacris, numero 160 de sent. excommun. Hugolin. loco proxime citato. Sed de his hactenus.

De Beneficijs excommunicato collatis. Cap. V.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior inhabilem aliquem reddit ad beneficium acquirendum.*
2 *Beneficium quis sine communione hominum adipisci nō potest.*
3 *Beneficium existenti in irregularitate conferri validè nequit.*
4 *Excommunicatus siue a iure, siue ab homine beneficiū obtinere non potest.*
5 *Beneficium collatum ab Episcopo excommunicante excommunicato non prodest.*
6 *Excommunicato beneficij collatio facta vel Motu proprio, vel ad partis instantiam, est nulla,*
7 *Beneficij collatio facta excommunicato nō, valet, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione.*
8 *Beneficij collatio facta excommunicato est nulla, & irrita, etiamsi excommunicatus ignoret se excommunicatum esse.*
9 *Excommunicato beneficij collatio facta, non valet, etiam si tempore collationis non sit denunciatus.*
10 *Beneficij collatio facta excommunicato, non valet, etiam si facta sit excommunicato iniustè.*
11 *Beneficij acceptatio per excommunicatum facta valet,*
12 *Beneficij impetratio per excommunicatum facta est nulla, & inutilis.*
13 *Clausula hæc* (Teque à quibusuis. &c.) *& absolutio in quibus casibus non valeat.*
14 *Beneficij permutatio inter excommunicatos, vel alterū illorum facta non valet.*
15 *Pensionis accessio super beneficio Ecclesiastico facta ex communicato, non valet.*
16 *Electio excommunicati facta à quocunq; inferiori a Papa ad beneficium, nulla, & irrita est.*
17 *Postulari ad beneficium excommunicatus potest.*
18 *Nominatio excommunicati ad beneficium, non valet.*
19 *Præsentatio excommunicati ad beneficium, non valet.*
20 *Beneficium etiam in Commendam excommunicato dari non potest.*
21 *Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspēsionis, nec in foro conscientiæ, nec de iure positiuo retinere quis potest.*
22 *Episcopus quibus in casibus dispensare nequeat, vt excommunicatus beneficium retineat.*
23 *Beneficij collatio, si ad alium, quam ad Episcopum pertineat, & facta sit excommunicato, vltra dispensationē Episcopi, vt valida sit, necessarius est nouus collatoris consensus.*
24 *Excommunicatus pendente excommunicatione beneficij fructibus priuatur, & quæ huius ratio sit.*
25 *Excommunicatus iniustè, fructus omnes absolutus recuperat, quos excommunicationis tempore amisit.*
26 *Patrimonij fructus alicui pro titulo assignati, per excommunicationem non amittuntur, & quare.*
27 *Excommunicatus pendente excommunicatione, pensionibus, oblationibus, & alijs redditibus, qui ob Ecclesiæ emphyteusim præstantur, nec non quotidianis distributionibus priuatur.*
28 *Excommunicatione durante alter Ecclesiæ, & beneficij*

sim.2.4.q.23.art.1.Sotus 4.d.22.q.1.ar.1.propè finem, et sic. secundo art. Nauar. in capitulo fratres, numero 7.de pœn.dist.5.Couar.in capitulo alma mater, 1. par. §.6.numero 7.versi.tertia conclusio. de sentent.excomm. lib.6.Henriquez,lib.13.de excommun.capit.12.§.2.Hugol.de cens.Eccles.tab.2.c.7.§.2.n.5.& 6.& fauet Palu. 4.d.18.q.4.versi.tertius effectus. & patet eadem ratione, qua propositio secunda; & procedit hæc propositio, non solum quando vterque, idest, tam pœnitens quam Confessarius probabiliter putant impendi posse absolutionem à peccatis, non præmissa absolutione ab excommunicatione; sed etiam quando pœnitens solus ignoret probabiliter necessariam prius esse absolutionē ab excommunicatione, quam à peccatis, licet Sacerdos ignoret vincibiliter, aut non ignoret, sed aduertat excommunicationem etiam reseruatam in eo pœnitente ignorante, & tamen ea sua malitia absoluat illum, etsi enim in hoc casu Confessarius absoluendo peccet, absolutio tamen valet, cum adsint omnia necessaria, scilicet materia integra confessionis, forma, & intentio ministri, & pœnitens per ignorantiam excusatus non sit inhabilis, vt absolutionem recipiat. Quia durissimum esset, quod qui inuincibiliter ignorat per totam vitam se incurrisse excommunicationē, etiā reseruatam, velit ecclesia, quæ est pia mater, ne vnquam ei prosit absolutio peccatorū; Et aliàs conscientia pœnitentis nunquam esset quieta, sed semper oporteret dubitare, & inquirere, an Sacerdos posset absoluere; peccatū enim Confessarij non debet obesse peccatori pœnitēti, & ignoranti: secus autem dicendum esset, si ambo, idest, tam pœnitens, quam Confessarius scirent, quod excōmunicatus nō posset absolui, tunc enim absolutio impedita irrita esset, vt patet ex his, quæ in prima propositione dicta sunt. Quæ tres propositiones intelligendæ sunt solum de passiua receptione Sacramenti ab excommunicato; Quid autem dicendum sit de collatione actiua huius Sacramenti pœnitentiæ a Confessario, qui excommunicatus est, pœnitente tamen libero manente ab omni excommunicationis vinculo, in sequentibus ostendemus.

6 Quarta propositio. Absolutio Sacramentalis præstita a Sacerdote maiori excommunicatione ligato, eo casu quo necessario vitandus non est, valida est, nec iteranda est confessio. Est communis omnium DD. opinio. Ratio est: quia absolutio hæc vel nulla est, ex eo quod eam suscipiens obicem peccati ponit, vel quia Sacerdos absoluendi potestate caret, quorum neutrum in hoc casu contingit; & proinde absolutio Sacramentalis valida erit: Nō enim obstat aliquid ex parte pœnitentis, vt supponitur, cum nullam culpam habeat suscipiens Sacramentum ab excommunicato, quē non tenetur vitare, vt constat. Neque aliquid ex parte Confessarij obstat, quia ea iurisdictio, quæ necessaria est ad absolutionē, adhuc manet penes Sacerdotem excōicatum ex Ecclesiæ permissione, quamdiu eum vitandum non esse pronunciat: valida igitur erit absolutio ab eo data. Quam Conclusionem expresse tenent Caiet.in verbo, absolutionis impedimenta. Ioan. Medina Cod.de Confessione, q.22.versi. tertium dictum, & vers.quartum dictum. Nauar.in Manuali, c.9.n.9. versi. secato deducitur, & in ca.1.§.lab iter, nu.10.de pœnit.dist. 6.Couar.in c.alma mater, 1.par.§.6.n.7.vers.quinta conclusio, de sent.excom.lib.6. Henriquez lib.13. de exc.ca. 10.§.3.Hug.de censu. Eccle.tabu.1.c.13.§.16.n.12.post Adrianum. in 4. tract. de confess. dub. 9. versic. secunda propositio.

7 Hinc infertur validam esse confessionem pœnitentis, qui ignoranter confitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto generali sententia iuris, vel hominis, non tamen denunciato, vt authores præfati testantur, & colligitur ex fine extrauag. Ad euitanda scandala. Martini V.

8 Infertur etiam, quod pœnitentis scienter confitentis Sacerdoti proprio, etiam excommunicato, generali tantum excommunicatione iuris, vel hominis, cuius ipse scientiam habet modo non fuerit denunciatus, valida sit absolutio, nec iteranda confessio, vt colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Quod intelligitur, etiamsi extra necessitatem subditus petat Sacramentum à parocho suo, (tenetur enim parochus etiam extra tempora præcepti subdito petenti Sacramenta ministrare) dum enim in hoc casu subditus iure suo vtatur, & rem licitam petat, quam Confessarius etiam licite ex permissione Ecclesiæ ministrare poterit, nec pœnitens petendo peccat, nec Confessarius parochus administrando peccabit, (dummodo cōteratur de peccatis) sicut enim Concilium Constantiense, vt colligitur ex d.extraua. subditus concessit licentiam petendi à pastoribus suis Sacramenta; ita consequenter vt ite rectè monent Sotus 4.d.1.q.5.art.6.concl.6.& Henriquez, lib.13.de excom.c.6.§.3.& c.10.§.3.ipsis parochis excommunicatis tantum generaliter concessit, vt eis Sacramenta præbeant, & hoc etiam sine peccato (dummodo pœniteat eum de peccatis) & absque irregularitatis pœna, aliàs enim ociosum esset priuilegium Concilij, si subditus iustè, & licitè petat. parochus tamen iustè neget. Siue igitur parochus Sacramentum hoc petenti subdito ministrare paratus sit, siue non, licitè subditus ei confitetur, & ab eo valide absolui potest ob rationem dictam.

9 Infertur etiam, quod confessio Sacramentalis facta alicui alteri Sacerdoti, qui non est pastor petentis, aliàs habenti auctoritatem absoluendi a peccatis, valida sit, etiamsi Sacerdos ille generali aliqua iuris, vel hominis excommunicatione ligatus fuerit, dummodo tamen paratus fuerit illud petenti ministrare. Quod intelligitur etiam extra casum necessitatis, & etiam si pœnitens talis excommunicationis Confessarij scientiam habuerit. Et colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda, vbi conceditur facultas participandi etiam in Sacramentis cum quibuscunque generaliter tantum excommunicatis: vnde, sicut licitum est petere Sacramentum a ministris malis, dummodo ipsi sint parati dare; ita etiam ab excommunicatis generaliter tantum, dummodo ipsi sint parati dare: quia cum alter bene administrare possit Sacramentum, si pœnituerit, & ego peto rem bonam, illi imputatur si dare velit male, & in peccato, cum bene dare possit, si velit; Nec ego in hoc casu pecco ab istis petendo, cum mihi facultas sit concessa com taliter excommunicatis communicare in Diuinis, in quo casu valida erit absolutio, nec iteranda confessio. Dixi, dummodo talis sacerdos sit dare paratus, quia secus, si paratus non esset; sicut enim ministrum malum, qui non est parochus meus, si non erat paratus, extra casum necessitatis, inducere non licet ad Sacramentum mihi ministrandum, quia inducerem eum ad peccatum, quod ipse non committeret hic, & nunc, nisi ego illum inducerem, ita multo minus generaliter excommunicatum non obligatum, nec paratum administrandum mihi Sacramentum inducere licet, cum sic inducendo scienter peccatum committerem, quo casu si tali excommunicato confiteter, confessio iteranda foret, & inutilis absolutio, non quidem, quia facta est confessio excommunicato, sed quia non est integra; Nam huiusmodi pœnitens confitendo huic Sacerdoti, quem scienter induxit ad Sacramentum hoc ei ministrandum, mortaliter peccat, eum ad peccatum inducendo, & cum non confiteatur hoc peccatum, diminutè confitetur, vnde absolutio inutilis redditur, & confessio repetenda erit, vt colligitur his, quæ in propositione prima diximus, & testatur Nauar.in Manuali, c.9.nu.10.in fine.

10 Quinta propositio. Confessio scienter, vel ignoranter facta proprio Sacerdoti, vel alteri excommunicato, denunciato, extra casum necessitatis extremæ, irrita est, & iteranda. Ita omnes Theologi, & Canonistæ, & colligitur extrauag. Ad euitanda scandala. Ioann. Medina, de confessione, q.22.vers sic. sextum dictum. Nauar.in Manuali, c.9.nu.8. versi. quinto deducitur. Couar.in c. alma mater, 1.par.§.6.nu.7.vers. sexta conclusio, de sent.

lib.6. Henriquez lib.de excom.c.10.§.2. Hugolin. de censur. Eccles.tab.1.c.13.§.16.num.12.post Adrianum,in 4. tract.de Confessione,nu.9.vers.his præmissis. Ratio est, quia talis Confessarius iurisdictione priuatus est, vt ex d. Extrauа. constat, quæ tamen necessaria est ad sententiam absolutionis validè impendendam.arg.c.ad probandum de sent.re iud.& Concil. Tridẽ. Sess.14.cap.7. de casuum reseruatione. Deinde, quia excommunicatum denunciatũ in sacris vitare tenetur, vt patet in cap. sacris; de ijs quæ vi, metusve causa fiunt. Vnde scienter a taliter excommunicato absolutionem petens mortaliter peccat, & ita ponit obicem, & per consequens absolutio est nulla, & confessio iteranda. Idẽ si Confessor fuit excõicatus generaliter ob violentam manuum in clericum iniectionem, quæ nulla posset tergiuersatione celari, iuxta Concilium Cõstantiense supra citatum. Et licet Nauar. in Manuali, ca. 9.num.8.hoc etiam procedere velit in notorio excommunicato, suspenso, vel interdicto propter aliam causã, quã ob clerici percussionem, in contrarium tamen est consuetudo, cũ catholici quamplurimi in Germania, Gallia, & Anglia, hæreticos notorios vitare nõn soleant, & tamen tales hæretici, vt constat, in Bulla Cenæ excommunicati sint, licet non denunciati excommunicati. Vnde Ioan. Medina C.de Confessione, q.22.versic.corollarie sequitur, affirmat etiam cum hæreticis, antequam sint per iudicem declarati, sicut cum alijs generaliter excommunicatis, cõmunicari posse.

11 Et quod diximus de confessione confessori excommunicato denunciato scienter facta, quod nulla sit, & iteranda, tum ob defectum potestatis in sacerdote, tum ob peccati mortalis obicem, quem confitens Sacramento ponit, scienter cum illo contra interdictum ecclesiæ communicando; etiam de confessione nescienter excommunicato denunciato facta asserendum est; quamuis enim pęnitens ob ignorantiam iustam illi confitendo non peccet, quia tamen in Sacerdote illo nulla remanet iurisdictio, aut potestas, (cum hæc ab ecclesia tali excommunicato denunciato auferatur) absolutio hæc irrita est, & confessio repetenda erit, cum huiusmodi pęnitens excommunicationis scientiam habuerit. Ita Palud.4.d.17.art.1.conclus. 4. Ioan. Medina, c.de Confess.q.23. Nau.in Man.cap.9. num.8.& Couar.in c.alma mater.§.6.nu.7.vers.septima conclusio.de sent.excomm.lib.6.& Henriquez lib.13.de excõ.c.10.§.2. Hugolin.de cens. Eccl.tab.1.c.13.§.16 n. 12.in fine, & intelligitur, quando confessio fit extra casũ necessitatis. Et quæ sacramenta ab excommunicatis tam actiue, quam passiue extra casum necessitatis validè administrari possint, hactenus dictum est. Nunc quæ in casu necessitatis ab excommunicatis etiam denunciatis licite peti, & administrari possint, paucis itidem ostendamus.

12 Sexta propositio. Baptismus ab excommunicatis denunciatis etiam hæreticis, vrgente necessitate, licitè peti, & administrari potest. Sic S.Thom. 4.d.4. q.2. art. 2.quæstiuncula 4.& 4.d.19.q.1.art.2.quęstiuncula 2.ad 3.& 3. par.q.82.art.7.ad 2.Scot.4.d.5.q.2.Palud.4.d.5.q.3.versic.quantũ ad primum. Durãd.4.d 5.q.1.nu.7.Richar.4. d.8.art.3.q.4.Thom.de Argentina,4.d.5.q.vnica, art.1. Capreol.4.dist.5.conclus.3.& 4.Sanct. Anton.3.par.tit. 14.cap.13.§.5. Victoria, in summa, de Sacram.de Baptismo, q.30.Caie.3.par.q.64.art.6.Sotus 4.d.1.q.5.ar.6.an re si. Ruard. Tapper.in expli.ar.3.§ 5.Syluest.verbo, Baptismus.3.q.5.6.& 7.& verbo, Confessor,1.§.vlt. Ioann. Medina, C.de Confess.q.28.Nauar.in Manuali.c.22.nu. 4.Hugolin.de cens.eccles.tab.1.c.13.§.17.& Summa Astensis, 1.par.lib.4.tit.1.art.5.& intelligitur propositio tã de adulto, quam de infante. Cum enim Sacramẽtũ hoc ad salutem necessarium simpliciter sit, quando actus haberi põt minister, qui illud ministrare possit, ecclesia non prohibet in eo casu necessitatis extremæ aut excommunicatos denunciatos Baptismum conferre, aut alios ab illis suscipere; Imò ab huiusmodi in tali casu, sicuti Baptismum petere quis potest, ita & debet; vnde si Baptismum a tali non sumat, cum possit, si moriatur, saluus esse nequit, tunc enim verum est illud, *Ioan.* 3. *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Vnde in c. præter hoc, versic.ad hoc vero, prope finem, distin.32. dicitur, *Subito morituro prius Baptismate consulitur, & dum forte Catholicus non inuenitur, satius est ab Hæretico Baptismi Sacramentum sumere, quam in æternum perire.* Idem docet San. Augu.lib.2.cõtra epist. Parmen.c.12.& lib.7. de Baptis. contra Donatistas, ca.53. vbi affirmat licitum esse etiam ab hæreticis, & paganis Baptismum recipere. Et similia habet Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, & refertur in c.a quodam Iudæo.de consecr.dist.4. Vnde, enim id quod in vno ex correlatiuis dispositum est, etiam in alio locum habere debeat, arg.l.fi.& ibi DD.not.C.de indic. vid.toll. sicut necessitate cogente ab illis legitimè, & sine peccato Baptismus peti potest, & debet, ita etiam excommunicatus denunciatus, interdictus, aut suspensus, huic Baptismum conferre legitimè, & sine peccato potest, & debet. vt præfati authores testantur. Quibus addi potest Marian. Socin.senior, in c.si quis propter, nu.10.vers.quinto sequitur.de furt.

13 Vnde, eo in casu constitutum presbyter non baptizans deponi iubetur, si ille non Baptizatus, moriatur, vt habetur in c.quicunque presbyter.de consecr.dist.4.vbi canon ille generaliter loquitur, & proinde generaliter accipi debet, arg.l. Iulianus.ff.de leg.3. Nec aliquã excusationẽ admittit. Non igitur excusatur excommunicatus denunciatus, & certè, si sic excommunicatus aliquem fame pereuntem videbit, ei opem ferre tenetur, ne corpus pereat, argum.c.pasce, dist.89. multo magis moriturum sine Baptismo baptizare debet, ne anima eius in ęternum pereat, & hoc latius docet Scotus 4.d.5.q.2. Franc.a Vict. vbi sup. quæst.30.de Baptis. Hugolin.tab.1.c.13.§.17.nu.4.& 5. & Nauar.in Man.c.22.nu.6.ver.tertio affirmans peccare mortaliter eum, qui in causa est, vt aliquis sine Baptismo moriatur, aut renuit dare Baptismũ petẽti in art.mortis, cum nullus eo aptior ipsum baptizare velit, & citat pro hoc d.c.quicunque.& d.ca.pasce, & sicut alter eo in casu Baptismum ab eo petere iure diuino præcipitur, ita etiam iste eidem Baptismum conferre tenetur; vbi tamen rectè aduertit Hugolin.ubi supra, nu.6.eo casu necessitatis Baptismum cæremonijs non adhibitis administrare debere, non enim Baptismi susceptionem necessario ipsæ requiruntur argum.ca.nequemquam, vers.quod si aliquis, de consecr.d.4.& fauent Io. Viguer.in his suis Instit.cap.16.§. 1.vers.6.& Catech. Roman.tract.de Baptis.cap.de ritib. & cærem.versi.restat nunc de ministro, versi. iam uero, satis enim necessitati alterius subuenitur, dum simplici Baptismi administratione sine cæremonijs, & solitis solennitatibus salus æterna habeatur.

14 Solum in hoc casu dubium esse potest, An necessitate vrgente, si alius præsens adsit, qui non sit excommunicatus denunciatus, suspensus, aut interdictus, licitè peti possit Baptismus ab excommunicato, ipseq; Baptismum licitè administrare possit. In qua re vnum certũ apud authores est, alterum uero controuersum; Certum enim est, quã do adsunt plures potestate pares, eius, qui baptizandus est, nimirũ, plures parochi, aut plures Sacerdotes, non parochi, plures Diaconi, aut plures eiusdem ordinis, aut plures uiri, aut plures mulieres, quorum tamen aliqui excommunicati sunt, & non alij, tunc a non excommunicatis suscipi debet Baptismus, modo id possint, & uelint, & non ab alijs; cũ in hoc casu talis habilior sit, utpote, non impeditus iure ad Sacramenta ministranda, sicut excommunicatus. In pari enim causa habilior præferendus est. Imo uero si plures conditione non pares adsint, sed nemo parochus, aut Sacerdos, ab alio, & non ab excommunicato peti, & administrari debet Baptismus cum in casu necessitatis quilibet Baptismi minister sit, & soli parochi, & Sacerdotes ius administrandi Baptismum habeãt, ut cõ

omnia gratiam conferunt, & de attrito contritum reddūt & vt Eccle. 9. habetur: *Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit*, & vbi scit se attritum, nescit tamē se contritum, & testibus Palud. 4. distin. 25. quæst. 1. ar. 3. & Francisco Vict. tract. de clauibus, num. 14. nisi absoluatur, vt vi clauium absoluens, imperfectum perficiat, in periculo est pœnitens, (maxime cum homines communiter attritionem habeant) in huiusmodi casu, vt notat Nauar. in Manuali, capit. 27. numer. 271. non censetur ecclesia taliter excommunicatis iurisdictionem aufeere, vel suspendere; ne ob delicta hæreticorum, vel aliorum excommunicatorum, filij sui salutis remedio iniustè priuarentur; id quod per verba Concilij sess. 14. c. 7. satis manifestè declaratur.

20 Hoc tamen quod diximus de confitendo hæreticis, intelligi debet, quando non timetur periculum infectionis, & peruersionis; nec pœnitens communicando in Sacramentis videtur consentire, vel approbare sectam hæretici; nec sit periculum ex parte hæretici abutendi Sacramento, & præsertim, vbi male de pœnitentiæ sacramento sentiret, & in hoc hæreticus esset, & quando alius Sacerdos haberi non posset: si enim aliquod horum sit, non liceba hæretico confiteri, sed erit, ac si copiam Confessarij non haberet, vt præfati auctores testantur.

21 Octaua propositio. Sacramentum Eucharistiæ necessitate vrgente ab excommunicato denunciato, aut alijs censuris irretito nec licitè peti, nec administrari potest. ita S. Thom. 3. p. 1. quæst. 82. art. 7. ad 2. & art. 9. Alexander de Ales. 4. par. quæst. 11. memb. 2. art. 3. §. 2. S. Bonauent. 4. dist. 13. quæstion. 1. Rich. 4. distinct. 13. arti. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 13. quæst. 2. §. restat ergo. & Palud. 4. d. 13. quæst. 1. art. 4. conclus. 5. & dist. 17. quæst. 3. art. 3. cōclus. 7. Durand. 4. dist. 13. quæst. 4. memb. 8. Gabr. 4. dist. 13. q. 1. art. 3. dub. 4. Summa Astensis, 1. par. lib. 4. tit. 13. art. 3. Sylu. verbo, Eucharistia, 3. quæst. 4. Franc. Victoria, tracta. de Sacram. Euchar. quæst. 93. & tracta. de clauibus, num. 17. Ioan. Medina, C. de Confess. quæst. 28. dub. 2. Sotus 4. distin. 13. quæst. 1. art. 9. Henriquez libro 13. de excommu. cap. 10. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. ca. 13. §. 17. num. 14. & Gregor. lib. 3. dialog. c. 31. & habetur in ca. superueniente, & ibi glo. in verbo, perciperet, 1. q. 1. & cap. Subdiaconus. vbi glo. in verbo, habebunt, & cap. fin. & ibi gloss. in verbo, perciperet, 24. q. 1. quicquid contrarium sine ratione, aut auctoritate doceant Nauar. in Manuali, cap. 22. num. 4. & Francis. Suarez in 3. par. in q. 81. artic. 3. disput. 72. sectio. 4. in fine. Ratio huius conclusionis est: quia Sacramentum hoc non est Sacramentum necessitatis, vt sunt sacramenta Baptismi, & Pœnitentię, neque etiam per se institutum est ad remissionem peccatiorginalis, vt Baptismus, neque ad remissionem mortalium post Baptismum commissorum, vt Sacramentum pœnitentiæ, & proinde neque ad primam gratiam conferendam, ex Concil. Trident. de Baptismo, & Pœnitentia habetur, Sess. 14. c. 1. & 2. & de Eucharistia colligitur ex Conc. Tri. Sess. 13. c. 2. can. 1. Immo vero vsus huius sacramenti per se supponit primam gratiam, & remissionem peccati, multo magis quam reliqua, quæ dicuntur sacramenta viuorum, vt satis apertè testatur idem Concil. Tri dent. Sessio. 13. cap. 7. & canon. 11. vnde tantæ necessitatis non est hoc sacramentum, vt illa duo, & præceptum de Eucharistia eccipienda intelligitur, si adsit minister decens: sicut nec a sacerdote petere, vt tunc celebret absque vestibus sacris, & alijs, quæ ecclesia pro reuerentia sacrificij instituit, quia sic Christus præceptum suum moderandum voluit, vt Henriquez vbi supra, §. 2. litera P. in annot. docet.

22 De alijs quatuor sacramentis oēs docent quod nō possint licitè peti, vel ministrari à præciso denunciato, seu hæretico, quia nunquam homo in necessitate horum Sacramentorum constitutus est. Et de sacramentis hæc sint satis.

De officijs diuinis, & suffragijs Ecclesiæ Excommunicato prohibitis. Cap. III.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior ab officijs diuinis arcet, & spiritualibus ecclesiæ suffragijs priuat.*
2 *Excommunicatus denunciatus, vt minister ecclesiæ officia diuina recitare, aut Missam celebrare nequit.*
3 *Excommunicatus denunciatus per se, vt persona priuata, officia diuina recitare debet.*
4 *Excommunicatus denunciatus, quare vt priuatus, officium diuinum priuatim recitare teneatur.*
5 *Excommunicatus denunciatus horas Canonicas priuatim recitans, dicere nō debet* (Dominus vobiscum) *& quare.*
6 *Excommunicatus denunciatus priuatim horas recitans satisfacit officio suo ita, vt non peccet in non recitando.*
7 *Horas Canonicas in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto de horis recitandis satisfacit.*
8 *Oratio existentis in peccato mortali, an, & quomodo vtilis, & fructuosa sit.*
9 *Excommunicatus an ecclesiam vt ibi oret, & horas priuatim recitet, intrare possit.*
10 *Excommunicatus quo sensu ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse dicatur.*
11 *Ostiarius, quo sensu excommunicatos excludere iubetur dum Sacerdos Missam celebrat.*
12 *Excommunicatus maiori, concionem cum alijs in ecclesia audire potest.*
13 *Excommunicatus laicorum more mensam benedicere, & Eucharistiam ad infirmos delatam comitari potest.*
14 *Excommunicatus lectionem publicam audire, & legere potest.*
15 *Excommunicatus denunciatus diuinis interesse nequit, dum ab alijs fiunt.*
16 *Excommunicatus surdus, aut cæcus, cum alijs in officijs diuinis participare nequit.*
17 *Excommunicatus cum alijs etiam vltimo loco in processionibus, aut Litanijs ire non potest.*
18 *Excommunicatis denunciatis præsentibus alij nec officia diuina celebrare, nec audire possunt.*
19 *Excommunicato denunciato præsente, tempore, quo officia diuina, aut missa celebrantur, quid agendum.*
20 *Excommunicato denunciato intrante ecclesiam, si Canō Missæ inceptus sit, sacerdos assistente ministro solum Missam prosequi, alij vero exire debent.*
21 *Sacerdote celebrante, si corpus defuncti excommunicati in ecclesiam deferatur, quid agendum.*
22 *Tempore, quo plures Missæ in eadem ecclesia celebrantur, si excommunicatus denunciatus vni interfit, an alij alteri interesse possint.*
23 *Missam eandem, aut eandem horam Canonicam cum denunciato excommunicato audire non licet contra Durandum contrarium asserentem.*
24 *Excommunicatus denunciatus ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto excusatur, & quaenam huius ratio sit.*

25 *Infirmus, aut in vinculis constitutus non audiendo Missam in festis ex præcepto, non peccat.*

26 *Excommunicatus occultè an ab alijs fidelibus in Missa, & alys officijs diuinis audiendis, & faciendis abstinere teneatur.*

27 *Excommunicatus occultè ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam licitè cum alys Missam in festis audire potest.*

28 *Excommunicatus occulte, si non sit in mora petendi absolutionem, celebrans causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, nec peccat, nec irregularitatem incurrit.*



1 ALter excõmunicationis maioris effectus est, vt a diuinis officijs arceat, & ecclesiæ suffragijs spiritualibus priuet, vt ex sequentibus manifestum erit.

2 Primo igitur excommunicatus denunciatus ex officio, vt minister ecclesiæ officia Diuina recitare, Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere non potest, vt communis DD. opinio docet, & colligitur ex ca. sicut Apostoli cum tribus seq. & ibi glo. 11. q. 3. & c. permittimus, & glo. & Panorm. ibi, de sent. excommu. & glos. in ca. si quis presbyter. in verbo, præsumpserit, & ibi Panorm. num. 7. & 8. & Marian. Soc. sen. ibidem, nu. 6. de cleri. excom. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. sacris. num. 50. vers. quoad tertium. de sent. excommunic. & numero 134. Summa Hostien. lib. 5. ut. de cler. excom mun. ministr. §. qualiter puniatur. & §. fin. vers. consueuit, & illud quæri. tit. de sent. excomm. Summa Astensis, 2. par. lib. 6. tit. 1. art. 6. in fin. gl. in c. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Angelica, verbo, excommu. vlt. nu. 4. Gabr. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & q. 3. art. 3. dub. 2. Caiet. in Summa, c. communicatio, seu participatio cum excommunicato. Syluester, verbo, excommun. 3. nu. 1. versi. tertio. Tabiena verb. excom. 1. vers. quinto. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. art. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & de oratione & horis canon. cap. 7. num. 17. Couar. in ca. alma mater. 1. par. §. 3. num. 8. de senten. excommun. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 4. Barthol. Medina, lib. 1. Summæ cap. 11. §. 4. Hugolin. de cẽs. eccles. tabu. 2. cap. 8. Qui omnes expreßè docent, excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas. & similia publicè, vt ministrum ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argumen. cap. clerici. cum tribus seq. & cap. fi. de cler. excommun. minist. Id quod non solum procedit, si publicè cum alijs officium diuinum recitet, sed etiam, si tanquam persona priuata easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat, cum ei fidelium communio simpliciter prohibita sit, & proinde, nec vt minister ecclesiæ, nec vt persona priuata cum alijs officia diuina recitare potest.

3 Secundo, vt ijdem authores affirmãt, licet vt minister ecclesiæ, aut ut persona priuata officium diuinum cum alijs recitare non possit, illud tamen priuatim, et per se dicere, et recitare per modum priuatæ orationis, et priuati suffragij tanquam laicus potest; nam diuina officia, *vt officium Christi Domini, officium Beatissimæ Viginis Mariæ, necnon corona eorundem, septem Psalmi pœnitentiales: Psalmi etiam Graduales, officium Mortuorum, Dominica oratio, Salutatio Angelica*, et alia huius generis, sicut etiã ieiunium, et eleemosyna opera sunt, quæ pęnæ rationem habent, et pęnalia a Scholasticis scriptoribus appellantur, vt videre licet apud S. Thom. 4. distinct. 15. quęst. 4. art. 3. Bonauent. 4. dist. 15. art. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 15. q. 1. art. 3, et alijs, ead. dist. et Sot. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ideoq; ab excommunicatis exerceri possunt; imò uerò officia diuina excom. non solum hoc modo recitare potest sed etiam debet, & tenetur, si aliàs ante excõicationẽ ad eorum recitationem obligatus fuerat. Sicut enim ad ieiunia aliàs debita, & ad alia Ecclesiæ præcepia obseruanda obligatus remanet: (modo id quod præcipitur, per censurã non prohibeatur, quale est præceptum audiendi Missam diebus festis) ita etiã ad horas canonicas persoluendas, prout ante excõicationẽ tenebatur, & ac si excommunicatus non esset, etiã post excommunicat. incursam obligatur, vt pluribus tradũt gl. in c. presbyterũ, in verbo, priuatus est, & Archid. ibi, num. 4. d. 28. Ioan. de Lignano, in repet. in cap. dignum. q. 3. de celebr. Missar. Decius in ca. intelleximus. col. 2. vers. secundo principaliter. de iudic. Felin. in c. Apostolicę. nu. 15. de except. Panorm. in cap. si quis presbyter. num. 8. & Marian. Socin. num. 6. & ibi gl. in verbo, præsumpserit, & eadem gl. in c. illud. in verbo, officia, & Maria. Socin. ibi, nu. 16. de cler. excom. minist. Hostien. in Sum. nu. 1. vers. qualiter puniatur, tit. de cler. excom. minist. & §. fi. vers. consueuit. tit. de sent. excom. Guil. de monte Lauduno. in clemen. 1. de celebr. Missar. in clem. 1. de regul. Marian. Socin. sen. in c. sacris, n. 134. de sent. excom. Gemin. in ca. 1. §. sciturus. num. 5. de sent. & re iudic. lib. 6. Anchar. in Clem. 1. num. 5. vers. hinc est, de regul. & trans. ad relig. Ioan. Monach. in c. 1. nu. 16. de sent. excommu. lib. 6. Zenzel. in Clem. vt hi qui. de ętate, & qualit. & in c. tuis. de præbend. lib. 6. & Stephan. Costa. in c. cum medicinalis. nu. 97. de sent. excomm. libro 6. & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Tabiena, verbo, excom. 1. §. quinto. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 102. & de orat. & horis canon. cap. 7. num. 16. qui num. 17. docet, non solum excommunicatum, & suspensum, sed etiam degradatum solenniter ad officia diuina teneri, si aliàs ratione ordinis tenebatur, & citat Ioan. Andr. in cap. degradatio. de pœnis, lib. 6. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. nu. 8. versic. sed & excommunicatus, de sentent. excommunic. lib. 6. idem de excommunicato, & degradato docet, pro qua re citat Alber. Ferr. in tract. de horis canon. quæstio. 12. & 13. Sylu. in ver. degradatio, quæst. 8. Ioan. de Lign. & Decium. vbi supra, Idem docet Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. & Syluest. verbo, excommun. 3. Soto lib. 10. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. Paul. Fusc. libr. 1. de visit. & regim. eccles. cap. 20. num. 18. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. tab. 2. c. 8. & alij omnes.

4 Ratio autem, quare ad officium diuinum recitandum teneatur, est, quia excommunicatio est pœna, pœna verò non tribuit immunitatem, ff. de negoc. gestis, in l. siue hæreditaria, & ff. de interdict. & relegatis, in l. relegatorum. Et quia cum ipse sit obligatus ad hanc seruitutem & hũc pensum, vt c. 1. de celebr. miss. delictum suum ei patrocinari non debet, vt a tali seruitute liberetur, & fiat immunis. c. legi. 16. q. 1. & excommunicatio non liberat debitorem a soluendo, argumen. c. intelleximus, de iudic. sic enim vt ibi dicitur, *ex sua malitia commodum reportaret*, quod fieri nõ debet. arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & c. etsi necesse, de donat. inter virum, & vxorem. Qui igitur ad diuinum officium ante excommunicationem, suspensionem, & interdictum, aut ob beneficium ecclesiasticum, aut ob ordinem sacrum, aut ob professionem in religione approbata, tenetur, ad idẽ postmodũ sub peccato mortali persoluendum tenetur, cum excommunicatio nec beneficium, nec ordinem sacrum, nec professionem tollat.

5 Addunt autẽ Hostien. §. 1. de Cler. excom. minist. ver. qualiter puniatur, & §. fi. vers. consueuit, de sent. excom. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. in c. 1. de sent. excom. li. 6. Archid. & Cardin. Alexan. in cap. presbyterum. dist. 28. Panorm. in c. 2. de cler. excom. ministr. nu. 8. et Marian. Socin. ibi, nu. 18. et idem Marian. Socin. in c. sacris, num. 134. de sent. excom. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid si excõicatus. Alber. de Rosate, de Ferrar. tract. de horis canon. q. 13. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio.

Ta-

Tablena, verbo, excom. 1. verſ. quinto, & ver. ſeptimo, in fine. Armilla, verbo, Horæ Canonicæ, nu. 12. Nauarr. de orat. & hor. Canon. c. 7. nu. 16. Couar. in ca. alma mater, 1. §. 3. nu. 8. de ſent. excõ. li. 6. Henriquez li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. Hugolin. de cenſ. eccl. tab. 1. c. 13. §. 13. num. 3. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 6. & citat Syluest. verbo, excom. 3. verſ. tertio. & verbo, Horæ, verſ. tertio, & verb. degradatio, q. 8. Quod ita excommunicatus maiori excommunicatione, dicendo officium ſolus, & priuatim, vt perſona priuata, non debet dicere *Dominus vobiſcum*, quia hoc non eſt verbum priuatæ perſonæ. Immo Maiol. cit. affirmat, quod ſi Sacerdos excommunicatus dicat in officio, *Dominus vobiſcum*, erit irregularis, quod tamen negatur ab Henriquez vbi ſupra, quoad irregularitatem incurrendam.

6 Tertio ex his, quæ diximus manifeſtum eſt, excommunicatum denunciatum ſic priuatim horas recitantem, ad quas ratione beneficij, ordinis, aut profeſſionis neceſſario tenetur, iuxta ea. 1. & cap. dolentes, de celebr. Miſſar. ſatisfacere officio ſuo, ita non peccet: immò etiamſi eas, vt miniſter eccleſiæ recitaret; etiam cum alijs, quamuis peccaret mortaliter. argum. cap. fin. de cleric. excommunica. miniſtr. & capitu. ſacris, de his, quæ vi met. cau. fiunt facit enim contra eccleſiæ præceptum, muneri tamen ſuo de horis dicendis ſatisfacit, argumen. eorum, quę tradunt glo. in cap. quos quidam in verbo, vt proſint, & ibi Panor. nu. 3. & Marian. Socin. ſen. ibi, nu. 10. & 11. de pœnit. & remiſ. & idem Marian. Socin. in cap. ſacris, numero 137. de ſentent. excommunic. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 14. num. 3. & cap. 20. nu. 29. Hugolin. de cen ſur. eccle. tabul. 1. cap. 8. §. 1. & patet ex communi Theologorum doctrina, & teſtatur S. Thom. 1. 2. quæ. 100. articul. 9. & latius tradunt Barthol. Medina 1. 2. q. 100. articul. 9. Nauar. in Manuali. cap. 13. num. 2. verſic. tertio, & de orat. & hor. canon. cap. 20. num. 29. Hugolin. cit. §. 1. quãdo finis præcepti eſt aliud à re præcepta, non eſt neceſſe ad præceptum implendum, vt finis ipſe adimpleatur, & ita cum aliud ſit præceptum recitandi officium Diuinum, aliud finis præcepti huius, ſcilicet laudare, & colere Deum, excommunicatus ſiue vt perſona priuata, ſiue vt miniſter Eccleſiæ horas Canonicas perſoluens in peccato mortali, muneri, & officio ſuo ſatisfacit, ad effectum euitandi nouum peccatum, aut illas iterum repetendi. Sicut etiam qui in mortali peccato eleemoſynam alias debitã, aut ieiunium ab eccleſia præceptum, aut votũ ali quod obligatorium præſtat, debitũ ſuum perſoluiſſe cenſetur, ad effectum euitandi peccatum nouum, quod omittendo aliàs incurreret. Quæ doctrina communis eſt, vt docent Iacob. Almain. in 4. diſt. 16. q. 1. & Naua. in tractã. de orat. & hor. can. c. 20. nume. 29. & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 22. q. 44. art. 4. ad Palud. 3. diſt. 37. quæſt. 1. Ioan. And. & Panot. & Marian. Socin. in cap. quod quidam, de pœnit. & remiſſ. & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 17. licet enim opera, quæ nobis præcipiuntur, ſint actus virtutis, non tamen præcipitur, quod ea virtuosè agamus, quæ eſt mens & finis præcipientis.

7 Horas igitur in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto dicendi horas ſatisfacit, & pœnam & peccatum euitat ſic dicendo; alias vt rectè notat Marian. Socin. in d. cap. quod quidam, num. 10. ſi dicere non prodeſſet ſibi, ſequeretur quod noceret; & ſic non euitaret pęnam, ſed augmentaret, ſi idem eſſet dicere in peccato, & non dicere; cum ſecundo caſu peccaret mortaliter, ſecundum omnes; eas itaque recitando noui peccati reatum vitat, quem non recitando incurreret.

8 Deinde verò licet orationes illæ, quas ita recitaret in peccato mortali, & excommunicatione, prout efficaciam habent ex perſona, & deuotione dicentis, non ita proſint ſibi, aut alijs, ſicut prodeſſent ſi in gratia factæ eſſent; qua tenus tamen eccleſiæ perſonam gerit, fructuoſæ ſunt cum oratione omnes, quas in Miſſa, recitat, tum etiam illæ omnes, quas in officijs Diuinis facit, haud ſecus, ac ſi excommunicatus non eſſet, vt ex his quæ tradunt S. Thom. 3. p. q. 82. artic. 6. in corp. Franc. Vict. nume. 10. de Euchar. & alijs colligi poteſt.

9 Quarto etiam, quicquid gloſ. vlt. in cap. 1. diſt. 21. & in c. oſtiarius, d. 23. & Anton. & Ioan. de Imola. in c. p. 1. de vita, & honeſt. cler. Panor. in c. 2. nu. 2. de foro compet. & in ca. reſponſo, nu. 2. & ibi Felin. de ſent. excommunicat. Hoſtienſ. in ſumma. tit. de cler. excom. miniſt. §. qualiter puniatur, & tit. de ſentent. excommunicat. §. ſed nunquid. Summa Aſtenſis, 2. part. libro 7. tit. 9. in princip. & Palud. 2. diſtinct. 28. quæſtio. 4. verſicu. primus. & Marian. Socin. in d. cap. 1. nu. 5. de cler. excommunicat. miniſtr. & in cap. ſacris, num. 124. & 125. de ſentent. excommunicat. dicant excommunicatum maiori excommunicatione peccare mortaliter intrando eccleſiam, etiamſi ibi non celebrentur diuina, eo quod talis diuiſus eſt ab eccleſia. cap. 2. de foro compet. & capit. qui merito, 11. quæſt. 3. & quia talis ejici præcipitur ab Oſtiario extra eccleſiam, capit. 1. §. ad oſtiarium, diſtinctione 35. verius tamen eſt, poſſe ſic excommunicatum intrare eccleſiam, non ſolum pertranſeundo eam ad vlteriorem locum, vt admittit Summa Aſtenſis, quando ibi non celebrantur diuina, ſed etiam vt ibi oret, & horas Canonicas ibi ſolus, & priuatim recitet, ita gloſ. in c. qui ſtudet, in verbo, dimiſit, 1. q. 1. expreſſè docens excommunicatum intrare poſſe eccleſiam cauſa orandi, dummodo non interſit officijs diuinis, cũ non inueniatur prohibitum, & ita ſibi reſponſum ſæpe fuiſſe a Ioan. dicit Innoc. in c. reſponſo, de ſent. excom. & Part. ſibi contrarius, in c. 1. nu. 11. de vita, & honeſta. cleric. vbi ait, quod licet excommunicati intrare non debeant eccleſiam tempore celebrationis diuinorum, ſecus tamen ſi diuina non celebrentur. Idem docet Bart. Brix. in d. ca. qui ſtudet, 1. q. 1. vt refert Pan. in d. ca. reſponſo, dummodo non intrent cauſa audiendi diuina. Et Marian. Socin. in c. ſacris, nu. 122. de ſent. excom. ait hoc dictum Brixienſis eſſe magis æquum, quando fortè ibi vellet priuatim aliquas orationes dicere, vt lucraretur gratiam, & gratiã a Deo reciperet. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 76. verſi. tertio, & citat Ioan. de Lignano. Tabiena etiam, in verb. excom. 1. verſ. quinto. idem affirmat. Nauar. in Man. c. 27. n. 19. ait, poſſe ſolum in eccleſia orare, quãuis alij ibi orẽt, modo ſeiuncti ſint ab eo, & Caiet. in Summa, verſ. cõmunicatio, ſeu participatio cũ excommu. quibus caſibus omnino ſit illicita, Couar. in c. alma mater, 1. pat. §. 3. nu. 7. de ſẽ. excom. lib. 6. communiter receptum eſſe teſtatur, excommunicatum poſſe abſque vlla culpa eccleſiam ingredi cauſa orandi, eo tamen tempore, quo diuina officia nõn celebrantur. Idem docent Nicol. de Milis in repert. in verbo, excommunicatus poteſt, quẽ refert, & ſequitur Bart. Hugolin. de cenſ. Eccle. tab. 1. c. 8. §. 6. eo quod excommunicatus priuatur, quantum ad præſentem materiam ſpectat, ſola communione fidelium, & Sacramentorum, c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. pen. de ſent. excom. qualis non eſt ingreſſus in eccleſiam, vt ibi ſolus oret.

10 Nec valent, quæ pro contraria ſententia afferuntur, cũ enim dicatur excommunicatum ab eccleſia ſequeſtrari, & extra eccleſiam eſſe: id vtique non de materiali eccleſia ex lapidibus, & lignis conſtructa, ſed de corpore Chriſti, myſtico, nimirum extra conſortium fidelium intelligitur, vt rectè Hugolin. vbi ſupra reſpondit, Chriſti enim corpus fideles ſunt, teſte Apoſtolo Epheſ. primo & Coloſ. 1. vt exponit Cathechiſmus Romanus in illam Symboli partem, *Credo Eccleſiam Sanctam*. quorum conſortio excommunicati priuantur. Oſtiarius autem excom-
11 municatos ſolum excludere iubetur, dum Sacerdos Miſſam celebrat, ne ingrediente excommunicato, officia diuina inchoata hac ratione intermittantur, quandoquidem, vt infra dicemus, excommunicato præſente, nec officia diuina cantari, nec Miſſæ celebrari debent, ex Felino

ca. 27. nu. 176. in fine, post Tabien. verbo, interdictum, 5. vers. decimosexto. Immò, etiam nec aqua benedicta excommunicatus, aut interdictus se aspergere possunt, quod intelligitur de Sacerdote solenniter illam benedicente, & se aspergente, cum Antiphona *Asperges*, ante Missam, sicut nec populum eo modo aqua benedicta inspergere potest, quia est quid Sacramentale, & proprium Sacerdotis: sed neque aqua benedicta hoc modo à Sacerdote excommunicatus denunciatus, aut interdictus aspergi potest, iuxta ea quæ tradunt Calderin. tract. de Eccles. interdict., memb. 6. col. 14. Angelica, verbo, interdictum, 6. §. 18. Syluest. verbo, interdictum, 5. vers. quintum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. vers. tertio. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 174. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 13. §. 14. nu. 6. potest tamen sic excommunicatus sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, vt ibi priuatim oret, vt docet Nau. vbi supra, quicquid Calderin. & Hugol. locis allatis, contrarium nimis scrupulo sè affirment.

18 Septimo, excommunicatus denunciatus non solum prohibetur officia diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, sed etiam alij eadem officia diuina, & Missam, excómunicato pręsente, audire, aut celebrare prohibentur. Sicut enim ipse alios in diuinis, ita alij sic excommunicatum in eisdem vitare tenentur: & colligitur ex ca. is, qui, & c. fi. §. adijcimus, & §. in festiuitate. de sent. exc. lib. 6. & clem. 2. de sent. excom. & ibi Zabar. vers. decimonot. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatos, & ib. Panor. nu. 1. & Marian. Soc. sent. nu. 4. & 5. de priuileg. & cap. in Lateranensi, de præbend. & dignit. & cap. quod in te, §. & in conuentualibus, de pœnit. & remiss. & c. Episcoporum, & ibi glo. verbo, officia, de priuileg. lib. 6. & c. excommunicatos, & ca. cum excommunicato, cum duob. seq. 11. q. 3. Hostien. in Summa, nu. 12. vers. sed nunquid, de sent. excom. Maria. Socin. in cap. sacris. nu. 127. de sent. excom. Sotus, 4. q. 22. d. 1. art. 4. conclus. 2. vbi ait, ita prohiberi, nimirum, ab excommunicatis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. *Henriquez* lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. & clare S. Thom. quodlib. 11. ar. 9. Palud. 4. dist. 18. q. 6. in princip. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Caiet. verbo, excom. fin. Syluest. excom. 5. num. 6. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & lib. de orat. notab. 22. num. 8. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. & hoc tam in clericis sæcularibus, quam in Religiosis, & exemptis procedit, vt colligitur ex locis allatis. Ratio est: quia celebrare officia, vel Missam coram excommunicatis, est participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam: & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irregularis, vt tradunt gloss. Panor. & Marian. Socin. in d. cap. cum & plantare, & gl. in c. Episcoporum, in verbo, officia, de priuileg. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 6. nu. 9. vers. Qui verò, de sentent. excommun. lib. 6. vbi alios citat. vt Calderin. cons. 4. de sent. excom. Gonsal. à Villadiego, de irregul. cap. 2. Henr c. Bohic. in cap. fin. de excess. prælat. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. num. 3. & colligitur ex ca. is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. Sic tamen celebrans scienter coram excommunicato manifesto, incurrit suspensionem per mensem, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. Episcoporum. de priuileg. libro 6. & si intra mensem absque dispensatione deinceps intra ecclesiam diuina officia, aut Missam celebret, fit irregularis; quia cum ei interdictus fuerat ingressus Ecclesiæ propter celebrationem, quam exercuit corá excommunicato, ex d. c. Episcoporum, si talis, cui interdictus est ecclesiæ ingressus, intra tempus suspẽsionis intra ecclesiã celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex c. cũ medicinalis. & ibi gl. in ver. irregularitatem, & Bern. Hostiẽ. & Fran. & Steph. Costa, nu. 92. de sent. exc. lib. 6. & c. is, qui, & ibi gl. in verb. nodatis, & Steph. Costa, n. 8. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. Episcoporum, in verbo, à iure statutas, & ibi Io. Andr. Archid. Domi. Franc. & S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. Tabien. verbo, interdictum, 6. vers. primo. Nicol. Polonius, in tract. Sacerdot. ti. de interdict. reg. 49. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. c. 8. §. 4. nu. 5. quicquid contradicat Couar. vbi supra, existimans d. ca. Episcoporum, procedere solum in exemptis, in quorum odium statutum esse putat, vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ, si coram excommunicatis, vel interdictis scienter celebrauerint, cuius opinio optimè refellitur a gl. in d. ca. Episcoporum. in verbo, ingressum, docens prædictam Decretalem, & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis, id quod mea sententia clare colligitur ex initio d. capit. episcoporum. de priuileg. lib. 6. cum dicitur: *Præsenti Decreto statuendum duximus, ne aliqui sæculares aut regulares quantumcumque exemptionis &c.*

19 Si quæras, quid agendum sit, quando adest excommunicatus, tempore quo Officia diuina, aut Missa celebrantur; communiter respondent DD. quod si nondum sint incepta Officia Diuina, aut Missa, monendus est excommunicatus, vt exeat, quod si sic monitus exire noluerit, ejici debet vi per aliquos laicos præsentes, aut illis non præsentibus, à clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus clericus esset, non tamen excommunicantur laici, vel Clerici eum vi excludentes, vt colligitur ex cap. veniens, & ibi glo. in verbo, celebrationem, & ibi Panor. num. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 3. de sent. excom. & facit c. cum voluntate. §. si qui. de sent. excommun. Anchar. in clem. grauis. vers. sexto. de sent. excomm. & Guil. de Lauduno, nu. 1. ibid. & Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 8. §. 4. n. 5. id quod procedit, etiamsi sit cómonitus, qui talẽ excommunicatum clericum vi ejiceret; tum quia commotio ex iusta causa non operatur iniuriam, quæ requiritur ad hoc, vt quis incurrat pœnam canonis cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt Panor. & Marian. vbi supra, notarunt; tum quia in eo casu non tam infertur violentia tali excommunicato, quàm propulsatur iniuria Deo illata, ex Hugolino, cit. arg. l. Manichęo. C. de hęret. Quod si nequeat sine periculo expelli, non inchoari debent officia diuina, aut Missa. Sin autem inchoatis officijs diuinis, aut Missa, excommunicatus ingrediatur, monendus, vt supra est, vt exeat, & si expelli non poterit, cessandum est a diuinis officijs, & etiam a Missa, donec expellatur, argum. clemen. grauis. & ib. glos. in verbo, in expleta. & Anchar. & Zabar. & Guil. de móte Lauduno ibi, de sent. excom. Innoc. in c. nuper, in verbo, orando, & Feli. nu. 3. de sent. excommuo. Hostiensis in Summa, nu. 17. vers. sed nunquid. de sent. excom. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 3. conclus. 2. Sum. Astens. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. vers. terno, Nauar. in tract. de orat. & hor. canon. c. 10. nu. 59. & num. 60. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. hic autem interroget. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. ca. 25. nu. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugol. de censu. eccles. tabul. 2. ca. 8. §. 4. num. 5. Monent tamen præfati authores, quod si præfa-
24 tus excommunicatus Ecclesiam intret, vel priusquam Sacerdos eum videret, iam Canonem inchoauit, debet Sacerdos procedere in officio simul cum eo, qui assistit ei tantum, alij vero omnes scientes eum excommunicatũ, debent exire ecclesiam, si excommunicatus ipse exire nolit, arg. cap. sicut Apostoli, 11. q. 3. & ca. omnis, qui. 24. quæst. 1. Quod dictum debet intelligi, nó ita, vt quocumque modo incepto Canone, Sacerdos prosequatur Missá præsente excommunicato, sed incepta consecratione: Canon enim Missæ, vt docent Duran. in Rationali diuinorum offic. cap. 35. Felin. in cap. a nobis, num. 6. versic. & scias, de except. Nauar. de orat. & hor. can. cap. 16. nu. 60. & alij, incipit: *Te igitur clementissime pater*, quem post, *Sanctus*, secreto dicimus, & magna pars illius dicitur, antequam perueniatur ad verba consecrationis, de quo intermedio, idem videtur iudicandum, quod de præceden-

ntibus; & fauet S. Thomas 3. par. quæst. 83. art. 6. ad : communis est opinio ex Nauar. & Hugolino vbi su-, sicut in simili casu, qui in Missa recolit se esse excommunicatum, ante consecrationem desistere debet; & paratione, si superuenerat excommunicatus, qui pelli sine periculo nequit, incepto Canone, nisi consecratio inchoata fuerit, desistendum est, quia illic incipit sacrificium. At vero facta Consecratione, si ingrediatur excommunicatus omnino procedere debet vsque ad sumptionem inclusiue, sumpto autem Sacramento, antequam dicatur *Postcommunio*, moneatur, vt exeat, & si exire nolit, Sacerdos in Sacristiam, aut alium locum secretum rediens dicat *Postcommunionem*, orationes, & alia quæ restabat. Sic Hostiensis in summa, tit. de sentent. excommun. num. 17. vers. sed nunquid. Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Archid. & vterque Cardinalis, in ca. sicut Apostoli. 11. quæst. 3. Nicolaus Dionysij de Perusio, in c. episcoporum, in gloss. in verbo, officia, de priuileg. lib. 6. Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 3. ar. 3. dub. 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. vers. tertio. Marian. Socin. in cap. sacris. nume. 127. de sent. excommu. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 16. nu. 60. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. hic autem interroget. Paul. Fusc. libro primo, de visit. & regim. eccles. cap. 29. numero 5. Simon Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 24. num. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 8. §. 4. num. 6. Ratio autem, cur facta consecratione procedendum sit in Missa, ea reddi potest, quia hæc sunt Sacramenta vnitatis, & ideo inexpleta omitti non debent arg. c. illud, & c. nihil, 7. quæst. 2. & quia strictius est præceptum integritatis sacramenti, quam excommunicatos excludere.

21 Hoc autem, quod diximus Sacerdos incepta Missa ante consecrationem, ingrediente excommunicato, debet Missam deserere, procedit in excommunicatis viuis, secus autem si intret defunctus denunciatus; si enim dum Sacerdos celebrat, afferatur in ecclesiam cadauer publici excommunicati, non tenetur Missam deserere, ita Simon Maiol. libro tertio, de irregul. cap. 24. numero quinto, & Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera O. Quia Sacerdos ex separata intentione celebrans non videtur admittere ad communionem altaris tale cadauer, cuius præsentia non est talis, vt Sacerdos dicatur coram excommunicato celebrare, vt contingit in viuis, præsertim, quia ratio euitandæ cõmunionis cessat in isto casu. Nam hoc fit, vt rubore confusus citius inducatur ad satisfactionem excommunicationis, vt in cap. pia, de excep. lib. sexto, quæ ratio cessat in mortuo, ex Panorm. in cap. ad hæc. numero secundo, de priuileg. & excess. priuileg. Illud tamen verum est, quod non debet quicquam pro tali mortuo dicere, vel orare, vel aliquam operam impendere circa illud corpus, vt puta aspergendo, benedicendo, cruce signando, vel concomitando, aut fieri permittendo funera (si ad eum prohibere pertineat) quia eo modo videntr sepulturæ communicare, & consequenter, excommunicationem incurrit, arg. clemen. 1. & ibidem Cardin. q. 14. & 15. & 25. de sepult. & Panorm. in cap. ad hæc. numero 2. de priuileg. & excess. priuileg. & Maiol. libro 3. de irreg. cap. 24. num. 5. qui sine ratione, aut tex. docet talem fore irregularem.

22 Rursus quæri potest, An eodem tempore quo plures Missæ in eadem ecclesia dicuntur, & excommunicatus denunciatus vni earum interest, ego alteri interesse possim in alia parte ecclesiæ, aut prope locum vbi excommunicatus Missam audit, absq; hoc. quod censear participare cum illo in diuinis? Cui responderi potest (iuxta ea quæ tradunt Innoc. in cap. nuper, de sentent. excommunic. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. artic. 1. in fine. Caiet. in Sum. in verbo, excommun. fin. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. conclus. 2. vers. nihilominus indubiè, Nauar. de orat. & hor. canon. notab. 22. numero 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 8. §. quinto, numero tertio, Henriquez lib. 13. de excommun. cap. septimo, §. secundo) non censeri; vnde licet excommunicatus in vna capella audiat Missam, & alter in alia capella eiusdem ecclesiæ: vel excommunicatus, & non excommunicatus in eadem Ecclesia, eodem tempore, seorsim, & separatim orent, non propterea in diuinis, & oratione ab ipsis communicatur, si signo ad salutationem angelicam dato, excommunicatus, & non excommunicatus in platea separatim orent. Et multo minus communicare dicentur, si tempore, quo non excommunicatus audiat Sacra, intret excommunicatus Ecclesiam non gratia audiendi Sacrum, sed vt aliquid aliud agat, vel illac tantum transeat.

23 Non tamen licet vnam, & eandem Missam, vel horam cum excommunicato audire, quicquid Durand. in 4. distin. 18. quæst. quinta, numero septimo, existimet id licere, ea ratione ductus, quod communicare in Diuinis non est, nisi vel Missam dicere, vel audire ab illo, vel simul horas cum illo recitare, adeo, vt vni Missæ interesse cum excommunicato non est secum communicare, sed cum Sacerdote celebrante: Quod fundamentum falsum est, & omnino reijciendum, quia vt rectè citati scriptores annotarunt, negari non potest non solum cum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eandem vna cũ eo; sicut & qui comedit in vna mensa cum eo: vnde rectè docet Sotus vbi supra, tria prohiberi, scilicet ab illis audire, illisque dicere sacra. & cum illis interesse sacris: dicuntur autem interesse simul, qui vni Missæ audiendæ interfunt, vt constat, non sic qui in vna capella audit, & excommunicatus in alia. Addit etiam Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 1. in fine, quod si fugitiuus clerici percussor sit in ecclesia, potest Sacerdos coram eo celebrare, quia cum non sit ibi causa orandi, sed latitandi, & fugiendi, non est hoc cum eo participare in diuinis, sicut neque si per ecclesiam transitum faceret.

24 Octauo, colligitur ex dictis ratio, quare excommunicatus excusetur ab audienda Missa in diebus festis ex præcepto; cum enim Missam audire non possit nisi participando in diuinis cum celebrante, quod illi prohibitum est, vt diximus, consequens est, vt à Missa audienda excusetur; alioquin perplexus omnino esset, ita vt peccatum euitare non posset; audiendo enim peccat, quia contra ecclesiæ prohibitionem facit; ne igitur aliquem ad Missam audiendam, quam sine peccato audire non possit, obligatum esse dicamus, dicendum est, eum ab audienda Missa in festo ob impedimentum excommunicationis excusari; in quo casu præceptum audiendi Missam in festis cedit alteri præcepto ecclesiæ, quo sic excommunicatus interesse sacris, ad maiorem confusionem suam, quousque absolutus sit, arctius prohibetur. Excusari autem talem ab audienda Missa, docent Nauar. in Manuali, cap. vigesimoprimo, numero tertio, Angelica, in verbo, Missa, num. 57. Tabiena, verbo, eodem vers. quadragesimoquinto. Couarruu. lib. secundo, var. resol. cap. 16. numero 9. Barthol. Medina, lib. primo. instruct. confess. cap. vndecimo, §. decimotertio; & cap. decimoquarto, §. 40. Henriquez lib. decimotertio, cap. 7. §. secundo, Hugol. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. nume. 8. Francis. Suarez in 3. par. disput. 88. sect. 6. Ferdinandus Patz repet. in cap. Missas. de consecr. dist. 1. par. 2. nume. 248. & communis. Id quod procedit, etiam si quis sua culpa talẽ censuram contraxerit, & licet absolutionem procurare negligat; quamuis enim peccare possit, absolutionem quam facilè consequi potest, non procurando, Missam tamen non audiendo, non peccat, quam de iure audire nequit.

25 Sicut enim infirmus, si sit negligens in sua salute procuranda, vt possit Missam audire; & qui est in vinculis si sit negligens in procuranda libertate, & ideo Missam omittit, peccare põt negligendo remediũ salutis, & lib

t

tis procurare, non tamen omittendo Missam peccat: ita licet quis in eo peccare possit, quod negligat procurare absolutionem, postquam tamen factus est impotens ad audiendam Missam propter excommunicationem, non peccat specialiter contra præceptum de Missa in festo audienda; quia non tenetur quis tam remote ad tollenda impedimenta, & se disponere ad Missam audiendam. Vnde Doctores communiter docent, non teneri aliquem suis expensis capere Bullam eo fine, vt per illam absolutus Missæ interesse possit, vt testatur Henriquez lib.9.de Missa, capit. 25. §. 11. & lib. 13. de excomm. cap.7.§.2. in annot. litera K. quia melius, inquit, est de se legem communem seruare, quam eximi priuato priuilegio, & quæ diximus, iam de excommunicato occulto, quam denunciato accipi debent.

26 Solum restat difficultas, an occultè excommunicatus teneatur in publico abstinere ab alijs fidelibus in Missa, & officijs diuinis audiendis, & faciendis, ita vt non possit celebrare in festo die, aut communicare publicè tempore Paschali cum alijs fidelibus. In qua re vnum certum est, alterum incertum: certum enim est, quod occultè excommunicatus in occulto tenetur abstinere à communione aliorum, quoties fine scandalo, & infamia id facere poterit, & proinde nec cum alijs diuina officia facere, nec Missam celebrare poterit, aut Sacramenta recipere, cum id ei iure prohibitum sit. Neque enim per Extrauag. ad euitanda scandala, vllum ius ipsis excommunicatis tribuitur; Dicitur enim ibi: *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.* Cum ergo antea occultus excommunicatus tenebatur abstinere à communione fidelium, etiam nunc ante denunciationem abstinere tenetur a communione fidelium, & a diuinis, secundum ea, quæ tradunt Panorm. in cap. illud. de cleric. excomm. ministr. & Syluest. verbo, excomm. 3. quæst. 5. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 2. nume. 11. de sent. excom. lib. 6. Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 25. art. 1. fol. 347. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 7. §. 2. & est

27 communis omnium sententia. Ceterum, an in publico teneatur excommunicatus communionem vitare aliorum abstinendo a diuinis, & a Missa audienda, ad vitandum scandalum, & infamiam, quæ sequeretur, si abstineat, incertum est. In qua re Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. artic. 3. conclul. 2. etiam de minori excommunicatione tractans docet non posse Sacramenta percipere, posse tamen Missam, & officia Diuina audire. Rich. 4. dist. 18. artic. 9. quæst. 3. in fine, idem docet de perceptione Sacramentorum. Syluest. autem in Summa, in verbo, excommunic. 3. versic. 5. ait, quod quantumcunque sit occultè excommunicatus, tenetur alios vitare etiam in publico, nec potest accedere ad sacramenta, & si accedat, & celebret, erit irregularis. Ratio eius est: quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, ergo tenetur illud seruare; nec infamia ipsum excusat, cum hoc proueniat ex culpa sua. Couaru. etiam in capit. alma mater. 1. par. §. 2. num. 12. in fine, de sentent. excommunicat. lib. 6. eiusdem sententiæ est, quoad participationem sacramentorum, & quoad sacrificium Missæ, quoad ista enim, ait, quantumcunque excommunicatus sit occultus, tenetur abstinere a communicatione eorum esto, inde sequatur infamia, & scandalum, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: in alijs autem temporalibus dicit, quod propter scandalum, & infamiam vitandam potest occultè excommunicatus cum alijs fidelibus communicare. Sotus item, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. non longe a fine. vers. quartus casus, ait, habentem casum reseruatum, cui est annexa excommunicatio, nec propter officiū nec propter scandalum, ad communionem ante absolutionem accedere posse. Alij tamen, & mea sententia verius, affirmant, ob vitandum scandalum, & grauem suā infamiā, posse licitè in festo audire missā, ita expresè Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 25. art. 1. in fine, vbi ait non teneri occultè excommunicatum in publico abstinere a communione aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis. Suplementum apud Syluest. vbi supra. Franc. Vendramin. tract. de excom. nu. 13. Alphon. a Castro, lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. conclus. 2. Corduba, q. 142. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. c. 95. in fine, vbi ait esse multorum sententiam; & ipsemet Sotus, 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 5. ad 2. vers. hoc autem dubium, ait id esse licitum ob scandalum grauissimum. Nauar. in cap. 1. §. laboret. in fine, de pœnit. dist. 6. ait esse multorum opinionem; nec eam refellit; & in Manuali, capit. 27. num. 239. Inseph Angles, in Flor. Theolog. agens de casibus reseruatis, in fine. Henriquez li. 13. de excom. c. 7. §. 2. in annotat. in lit. K. & capi. 21. §. 3. ait posse bis aut ter celebrare missam, nisi clericus talis esset antea ita infamatus per iudicia, vt maius sequatur scandalum celebratione, quam si crimen prodatur; aliàs si occultus sit excommunicatus, habita contritione aut confessione, ante dispensationem posset celebrare. Vbi etiam docet monialem, quæ incidit in censuram Cœnæ communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, a quibus si abstineat periclitabitur fama eius, & monasterij; id quod ante docuit Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 239. Hanc etiam sententiam tenet Francisc. Suarez de Sacram. disp. 66. sect. 4. & faciunt quæ docet Angelica, verbo, Eucharistia, 2. num. 6.

28 Ex quibus omnibus colligitur excommunicatum occultum, vel irregularem secretum, causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, dum absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendæ absolutionis, posse præuia contritione, & confessione peccatorum, quamuis non absoluatur a Confessore, quia obstat censura ex communicationis reseruata superiori absenti, missæ, & officijs interesse, & aliquando celebrare, tum fine culpa mortali, tum etiam fine incursione aliqua irregularitatis. Ratio est: quia quotiescunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est: cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia a communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandalizandi, aut non infamandi se, quod est maius, hoc potius, quam illud seruandum est: quia sicut iugum Christi suaue est, ita & mandata Ecclesiæ piè interpretanda sunt, vt non nimis grauia sint. Nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura & detrimento quempiam obligare velle: Immo, ipsemet Syluester vbi supra, verbo, excommun. 3. versic. quinto, §. quidam tamen, & verbo, excommunic. 5. numero secundo, cum alijs communiter docet, quod si quis videt occultè excommunicatum in Ecclesia, debet si potest exire, fine nota illius excommunicati. Si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipsemet tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem conseruare. Tenetur tamen vnusquisque in tali euentu diligenter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit, probabilem aliam excusationem fine mendacio causando; quando enim id commodè fieri potest, cessat causa, & necessitas communicandi, celebrandi, aut officijs diuinis interessendi. & de officijs diuinis excommunicato prohibitis, hactenus dictum sit.

De Suffragijs Ecclesiæ, quibus excommunicatus priuatur. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio maior hominem suffragijs Ecclesiæ catholicæ priuat.*

2 *Suffra-*

Suffragia Ecclesiæ, eorumque valor in quibus consistat.

Suffragijs Ecclesiæ priuatus, triplex incommodum incurrit.

Missam, & alias orationes an pro excommunicatis offerre liceat.

5 An peccatum mortale sit orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis Ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint.

6 Sacerdos Missam offerens pro excommunicato non denunciato contrito, non peccat.

7 Ecclesia, quare in officio Missæ Feria Sexta hebdomadæ Sanctæ pro hæreticis oret.

8 Ecclesia quare eo die excommunicatorum mentionem non faciat, sicut Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum meminit.

9 In Memento, quod fit in Missa, an pro excommunicato denunciare orare liceat.

10 Excommunicatus denunciatus sic moriens, sepultura Ecclesiastica caret.

11 Excommunicatus denunciatus in loco sacro sepultus, inde eijci, & extumulari debet.

12 In Ecclesia, vel Cæmiterio pollutis, antequam reconcilienter, nec Officia diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt.

13 Excommunicatus denunciatus moriens, etiamsi signa contritionis dederit, ante absolutionem tamen in loco sacro sepeliendus non est.

1 Tertius effectus Excommunicationis maioris est, quod hominem suffragijs Ecclesiæ Catholicæ priuet. Suffragia verò Ecclesiæ intelliguntur illa bona spiritualia, quibus ecclesia Christianorum animabus subuenit, & suffragatur. Quæ bona in duplici sunt differentia; Quædam enim sunt publica, quædam priuata. Publica dicuntur ea, quæ fiunt à Ministris ecclesiæ, prout ecclesiæ Ministri sunt, vt Horæ Canonicæ, Missæ Sacrificium, Orationes, Indulgentiæ, quas ecclesia pro fidelib. dicit, & eis distribuit. Priuata verò sunt illa, quæ fideles vt personæ priuatæ, & non vt ecclesiæ Ministri exercent, vt sunt orationes priuatæ, ieiunia, & eleemosinæ.

2 Rursus, Suffragiorum ecclesiæ valor ex duobus cōsideratur, Primo vel ex vnione charitatis, quæ fideles omnes connectit, vt sint omnes vnum corpus in Christo capite, de qua vnione dicitur in Symbolo, *Sanctorum communionem* charitas enim facit omnia bona, & suffragia ecclesiæ communia esse; haud secus, ac operatio vnius membri in corpore naturali, in totius corporis commodum, & vtilitatem redundat. Vel secundo, ex animo, intentione, & applicatione operantis, vt pluribus tradunt S.Tho. in addit. 3. par. quęst. 71. articulo primo. Palud. 4. dist. 45. artic. 1. Adrian. quodlib. 8. artic. 3. litera C. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. numero primo, de sentent. excom. libro sexto Excommunicatio maior illa prima communione, & illo valore suffragiorum, quæ à charitate procedunt, non priuat, cum illo valore prius per peccatum mortale priuatus fuerat, cuius causa excommunicatus fuit; vnde nec iniuste excommunicatus illo valore priuatur, ex Summa Astensi, in 2. par. tit. 9. libro septimo, quest. 2. Nauar. in Man. cap. 27. numero 18. Couar. vbi supra, numero secundo, & nos superiori libro, cap. 17. latius expposuimus. Quando igitur excommunicatum ecclesiæ suffragijs priuatum esse authores affirmant, de illa solum suffragiorum generalium ecclesiæ communione intelligendi sunt, quæ ab ecclesiæ Ministris, aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo eiusdem membro offeruntur, ex eo scilicet, quod Ecclesia communia sua suffragia excommunicato tali applicare non intendit, nec pro illo orare, qui iam abscissus ab ecclesia est. Sic Magister, 4. dist. 18. non longè à fine, S. Thom. in addit. 3. par. quęst. 21. art. 1. ad secundum, & opusc. 6. in illam partem Symboli (*Sanctorum communionem*.) in fine Gabr. 4. distinct. 18. quæstio. secunda articulo tertio dub. 1. Palud. 4. distin. 18. quæstio. prima articulo primo conclus. 2. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. quæstio. 2. Angelica, verbo, excommun. vlt. nume. 3. Sanctus Anton. 3. par. oral. 24. cap. 76. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. quarto. Syluest. verbo, excom. 8. vers. secundo. Martin. Ledelm. 2. 4. quęst. 23. artic. primo Sotus 4. dist. 22. quæstio. prima articulo primo vers. quomodo autem, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 18. & cap. 20. de orat. & horis canon. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. num. 3. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 12. §..... Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. 1. Et præter tot Doctorum auctoritates, ratio est, quia cum excommunicatus sit extra Ecclesiam, eiusq; membrum non sit, (vt nouissimè declarauit Catechismus Romanus in explicatione illius partis Symboli, *Credo Ecclesiam Sanctam* vbi post multa addit, *Ex quo fit, vt tria tantummodo hominum genera ab ea excludantur, primo, Infideles, deinde Hæretici, & Schismatici, postremo Excommunicati*. & hoc ob eam rationem, quam inferius Catechismus reddit his verbis. *Quoniam Ecclesiæ iuditio ab ea exclusi sunt & ad illius communionem non pertinent, donec resipiscant*.) consequenter suffragia Ecclesiæ, quæ communia sunt membris tantum illius, excommunicatis ex ecclesiæ intentione, & applicatione non prosunt, ex communi omnium sententia, quicquid Hostiensis in cap. cum voluntate, de sentent. excom. & Summa Confessor. lib. 3. tit. 33. q. 159. contra dicant, vt Couar. vbi supra, num. 2. vers. tertia conclusio, refert.

Hinc infertur, quod hoc ipso, quod quis suffragijs Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria, quæ quis ex suffragijs ecclesiæ consequitur, valent enim ad augmentum gratiæ eis, qui gratiam habent; vel ad merendum gratiam eis, qui non habent, & quoad hoc; Magister 4. dist. 18. dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiam ad custodiam virtutis, & quantum ad hoc dicit, quod protectio subtrahitur, non quod omnino à Dei prouidentia excludatur, sed ab illa protectione, qua filios ecclesiæ specialiori modo custodit. Valent denique ad defendendum ab hoste, & quantum ad hoc dicit, quod Diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur, & spiritualiter, & corporaliter. Vndè in primitiua ecclesia, quando oportebat homines per signa ad fidem inuitari, sicut visibili signo donum Spiritus Sancti manifestabatur, ita & excommunicatio vexatione corporali à Diabolo innotescebat, vt post S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. artic. 2. ad 2. Dionys. Cartus. in 4. dist. 18. quæst. quarta, vers. denique si quæratur. Angelica, verbo, excommun. vlt. nume. 3. Syluest. verbo, excom. 3. vers. secundo. summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst.... versic. quarta conclusio, de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 9. §. 1. nu. 2. & alij scribunt.

Dubium tamen est, cum dicatur excommunicatum priuari ecclesiæ suffragijs generalibus; an liceat Missam, & alias orationes pro excommunicatis offerre? Cui dubitationi respondent Doctores communiter, non licere orare pro eis, nec nominatim, nec generaliter, nec specialiter ad hunc sensum, quod orans, vt Minister Ecclesiæ, preces eiusdem ecclesiæ, & sacrificia pro excommunicato dicato (vt sunt omnes orationes Missarum, & horarum canonicarum ex Nau. de orat. & hor. can. capit. 19. nume. 67. & Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 9. §. tertio) offerre intendat. Quia faceret contra intentionem ecclesiæ, quæ intendit sic excommunicatum omni modo potest suis auxilijs priuare. Et quia Missa eius or- si

solum pro ecclesiæ membris dicuntur: Et quia sicut passio Christi non habet effectum nisi in ijs, qui fide, & charitate ei vniti sunt; ita nec Missa Christi passionem repræsentans, ex S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 7. ad 2. Et quia si liceret orare pro excommunicato, etiam in genere, non plus priuaretur suffragijs excommunicatus, quam alius quicunque fidelis, quem non nominat orans in suis orationibus, & sacrificijs, quod & falsum est, & contra communem & antiquum vsum ecclesiæ, vt colligitur ex cap. a nobis. 1. & capit. sacris, de sent. excomm. & expresse docent S. Thom. 3. par. quæstio. 79. articulo septimo, ad 2. & addit. 3. part. quæstio. 21. articulo primo ad 2. in fine. Summa Hostiensis, lib. 5. titu. de sent. excommun. nu. 17. ver. sed nunquid. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 3. & Gabr. 4. dist. 18. quæst. secunda art. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art.... versi. quomodo autem. vbi ait, quod si Rex, aut Episcopus esset excommunicatus, non esset nominandus in canone. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 19. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, prima part. §. sexto, numero quarto, versic. quarta conclusio, de sentent. excommunic. libro sexto. Henriquez libro decimotertio de excommun. cap. duodecimo, & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, numero primo, Francis. Suarez. de Sacram. 3. parte, disput. 78. sect. secunda, in fine. Vnde falsò docet Mariao. Socin. sen. in cap. sacris, numero 242. de sent. excom nun. licitum esse orare pro excommunicatis viuentib. oratione generali, prout (inquit) facit ecclesia; affert pro hoc c. non æstimemus, 13. quæst. secunda, sed male: neque enim ibi agitur de oratione facienda pro excommunicatis, neque pro viuis, sed pro mortuis, qui dum vixerunt, meruerunt, vt sacrificia pro illis oblata prodesse ipsis potuerint.

Dubium etiam esse potest, An sit peccatum mortale orare pro excommunicatis denuncians in orationibus publicis ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint? Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. articulo primo, dubitat, quia fortè (inquit) ecclesiæ prohibitio, qua prohibetur, ne quis oret publica oratione pro excommunicato denunciato, non est præceptiua. & S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. articulo primo, ad primum, solum ait, non esse orandum pro illis fusis orationibus istis ad Deum, quæ fiunt pro membris ecclesiæ, sed benè alijs orationibus; & non dicit quod sit peccatum mortale. Syluest. etiam verbo. excom. 1. in principio, ait, quod male facit qui orat pro excommunicato communibus orationibus, non tamen explicat an male faciat mortaliter. Ceterum, dicendum est, peccatum esse mortale, quia facit contra ecclesiæ præceptum, vt habetur in c. a nobis, 2. & c. sacris de sent. excom. & in extrauagan. ad euitanda scandala. & quia res hæc grauis est, grauiter peccat in eo, quod præceptum ecclesiæ trāsgreditur: & ita docet Henriquez lib. 9. de Missa. cap. 15. §. 3. litera P. in annot. post. Nauar. in Man. ca. 27. nume. 36. ad 5. An verò Missa, & aliæ orationes pro taliter excommunicato factæ prosint, nec ne, licet aliqui dubitent, tamen hac distinctione facile concordari possunt authores. Si enim sic excommunicatus contumaciter manet in mora culpabili petendi absolutionem, aut inducendo aliquem, vt pro eo Missam celebraret, peccat, & certum est, nihil illi prodesse, quo modo vera est sententia Innocent. in c. a nobis, 2. de sentent. excomm. Adriani in 4. tract. de Clauib. dub. 3. principali, in fine. & Sotus 4. dist. 22. quæst. prima art. primo, vers. attamen dubium est, & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, & aliorum qui ante obtentam absolutionem Missam, aliasque orationes ecclesiæ nihil eis prodesse putant, satisque esse censent, quod ecclesia ob culpam præteritam eos suis suffragijs priuauerit; sin vero contritus sit, & ipsum contumaciæ pœniteat suæ, diligenterque absolutionem procuret, paratus quicquid est in se, facere, probabilius est huic iusto orationes illas etiam ad satisfactionem prodesse, ex pia matris ecclesiæ intentione, quæ non intendit filios obedientes, & pœnitentes huiusmodi orationibus, & suffragijs priuare. Sic summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. secunda. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 3. Hostiensis in c. cum voluntate, de sentent. excomm. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. Turrecrem. in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Nauar. de orat. & hor. cano. cap. 19. num. 68. Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 6. nume. 4. versi. nona conclusio, de sentent. excommun. lib. sexto, vbi ait hoc esse communiter receptum. Henriquez lib. 9. de Missa, ca. decimo quinto. §. tertio, in annotat. litera P. & libro decimotertio de excommun. cap. vndecimo §. secundo, & ca. duodecimo, §. tertio. Dum tamen sacerdos generali intentione offert pro omnibus, non censetur illicitè contra prohibitionem ecclesiæ pro excommunicatis huiusmodi offerre velle.

6 Vnde multo magis, si sacerdos spontè missam offerat pro contrito excommunicato non denunciato, prodest ei, cum sit membrum viuum, ac filius iam obediens, ac subinde in eo cessat tota causa huius pœnæ, quæ erat inobedientia; vel etiam si amicus aliquis data stipe pro eo offeri eam faciat. Nec peccat sic offerens etiam pro non contrito non denunciato, quia Concilium Constantiense, vt habetur in extrauag. Ad euitanda scandala, indulget, vt liceat participare in sacris, & sacramentis, cum huiusmodi excommunicatis. Neque obstat quod idem Concilium, ait: *nolle se in aliquo excommunicatis ipsis suffragari*; vt proinde nec licitè possit quispiam pro excommunicatis non denuncians offerre. Respondetur enim, hoc non tam esse in fauorem ipsius excommunicati, quam in commodum, & fauorem sacerdotis offerentis, qui stipem accipit pro missæ celebratione, & etiam meretur, dum pro sic excommunicatis non denuncians offert, pro quibus offerre non prohibetur. vt Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 11. §. secundo, in annot. litera K. eruditè annotauit. Immò etiam pro excommunicato, qui nec notorius, nec denunciatus est, publicè orari posse docet Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. §. secundo, numero tertio; pro qua re etiam refert Ioan. Bapt. Antonucium in Catechesi Neapolitana. capit. decimoquinto, versic. septimo, libro quinto.

7 Altera difficultas esse potest, qua ratione fiat, vt ecclesia in officio missæ feriæ sextæ hebdomadæ Sanctę pro hæreticis oret, cum sint iure excommunicati, cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & in Bulla Cenæ. Hinc nonnulli, vt Hostiensis, in cap. cum voluntate, de sentent. excomm. & Ioan. de Friburgo, in summa confess. libro 3. titu. 33. quæst. 159. & alij respondent, non posse nos specialiter pro excommunicatis orare, sed tantum generaliter, quomodo ecclesia tunc pro hæreticis orat. Quæ responsio falsa est, tū quia nec generaliter applicari possunt orationes ecclesię iustè, & legitimè excommunicatis; tum quia missa, & eius orationes, non nisi pro membris ecclesię dicuntur; & Christi passio effectum non habet, nisi in ijs qui fide, & charitate ecclesiæ vniti sunt: ergo nec missa Christi passionem repræsentans, vt docet S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. septimo, ad 2. quę ratio æquè valet de missis generaliter, ac specialiter pro excommunicatis dictis. Alij respondent, quod tempore, quo ecclesia cępit publicè pro hæreticis in feria sexta hebdomadæ Sanctæ orare, nō erant illi ipso facto excommunicati, argum. capitulo corripiantur, 24. quæstio. tertia. & licet postea excommunicati sint ipso iure, remansit tamen ea oratio fortè ex inaduertentia: Quæ responsio non minus falsa est, quam superior; cum enim quotannis ecclesia oratione prædicta vtatur, non est tantæ incuriæ nota ecclesiæ, quę a spiritu sancto regitur, inurenda; maximè cum officium illius diei à Pio V. approbatū sit. Hinc alij, vt Nau. de orat. & hor. can. c. 19. nu. 71. & Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. nu. 3. ver. ex quolibet obiter, de sent. excom. li. 6. & Viguerius in Institut. cap. 16. §. 6. vers. 15. respondent, ecclesiam

m eo die pro hæreticis, sicut pro paganis, & Iudæis ora, non quidem orationibus pro membris ecclesiæ institutis, sed alijs, quæ pro exteris, & ab vnione ecclesiæ alienis institutæ sunt, vt Deus dignetur eos ad ecclesiæ vnitatem, & pœnitentiam reducere, secundum ea, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & Turrecrem. in c. si quis episcopus. 11. q. 3. & Syluest. verbo, excommun. 1. & verb. oratio, q. 4. Quę responsio non placet Hugolino vbi supra, tab. 2. ca. 9. §. 2. nu. 2. & meritò, quia licet institutæ sint orationes illæ pro hæreticis, tamen recitantur à Ministris ecclesiæ eo die, & in eo officio publicè, quatenus ministri sunt, quod prohibetur in capit. à nobis, 1. & ca. sacris. de sent. excommunic. Vndè, verior responsio est, quod in die Parasceues, ipsa ecclesia est, quæ orat pro hæreticis, & alijs, adeò, vt ipsa, quæ prohibet alio tempore Missam, & orationes pro illis offerri à suis ministris, eo die prohibitionem illam suspendit; id quod ecclesia pro sua auctoritate facere potest: ita Sotus, 4. dist. 11. q. 2. art. 7. ad 2. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. ver. Quomodo autem. & Hugolin. loco proximè allato. Ratio autem, cur eo die pro hæreticis, & paganis ministros suos orare voluit ecclesia, vt refert Duran. lib. 6. Rational. diuin. offic. c. 77. nu. 12. post Rich. 4. distin. 13. artic. 2. q. 4. ea est; quia eo die repræsentatur ab ecclesia passio Christi, & memoria mortis eius, prout erat in se; in qua passione, sicut Christus pro inimicis suis orauit, & sanguinem suum pro omnibus fudit, in Ecclesia, vt sponsum suum imitaretur, & simul etiam meritum passionis eius ad omnes pertinere significaret, ex sua parte, & pro hæreticis, qui à Christi fide defecerunt, & pro infidelibus alijs, qui nunquam fidem Christi receperunt, à suis ministris orari voluit.

8 Illud tandem obiter annotandum est, quod licet eo die Ecclesia pro Paganis, Iudæis, & Hæreticis oret, non tamen excommunicatorum mentionem facit, sub ipsomet excommunicationis nomine, vel, quia vt ait Sotus, 4. d. 22. q. 1. artic. 1. dub. 1. ver. quomodo autem, eos illa hora ad hunc effectum ab excommunicatione absoluere, seu suspendere censetur, vel vt hac ratione, quantum detestandi sint excommunicati, ostendat, quos nec nominandos esse à fidelibus voluit. Hinc S. Bernardus tractat. de gradibus humilitatis, in fine, loquens de excommunicatis, ait: *Absit autem à nobis vt etiam pro talibus, etsi palam non præsumimus, vel in cordibus nostris orare cessemus cum Paulus eos quoque lugeret, quos sine pœnitentia mortuos sciret; Etsi enim a communibus orationibus ipsi se excludant, sed ab effectibus omnino non possunt, viderint tamen, in quanto periculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Parasceue nominatim oretur pro quilibuslibet malis; nulla tamen mentio fit de excommunicatis.* Hæc S. Bernardus.

9 Quæres, An licitum sit saltem in Memento, quod fit in Missa, orare pro excommunicato denunciato; Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. versi. quomodo autem, est dubius in hac re, Ledesm. in 2. 4. quæst. 23. art. 1. dub. vlt. expressè negat licere, quia tempus illud particulare datur Sacerdoti, vt oret tantum pro ijs, pro quibus intendit ecclesia: intendit autem ecclesia tantum pro ijs, qui sunt intra ecclesiam: verior tamen opinio docet id licitum esse, quia illud videtur esse oratio priuatim facta, datur enim illud tempus Sacerdoti, vt oret pro quibus velit, Sic Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excomm. nu. 17. versic. sed nunquid vbi ait, *Si in Memento recognites de aliquo amico tuo excommunicato, & ores, vt Deus infundat sibi gratiam, ita quod conuertatur, non reprobo, nec propter hoc dicam te excommunicato participare, sed opus charitatis potius exercere: & voluntatem Dei facere qui neminem vult perire.* & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 3. Syluest. in verbo, excom. 1. nu. 2. & verbo, Missa, 1. q. 8. vers. quartum. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. quarto, in fine. Nau. de orat. & hor. canon. c. 19. num. 73. quo in loco latius de hac re tractat. Couar. in ca. alma mater. 1. part. §. 6. ver. septima conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 3. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. c. 9. §. 3. Simon. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 25. nu. 3. Francis. Suarez de Sacram. dispu. 78. sect. 2. in fine. Qui omnes ea ratione id licitum esse docent, quod Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non autem vt Minister ecclesiæ, & à fortiori poterit quilibet Christianus priuatas orationes pro excommunicatis licitè facere, vt conuertantur, & redeant ad ecclesiam per humilem pœnitentiam, à qua præcisi sunt per excommunicationem. Sic S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & 2. Rich. 4. dist. 18. art. 7. q. 3. ad 3. Gab. 4. distinct. 18. q. 2. art. 3. & alij omnes superius allati.

10 Neque solum sic excommunicatus denunciatus ecclesiæ suffragijs caret, vt diximus, sed etiam ecclesiastica sepultura caret, si excommunicatus decedat, vt habetur in cap. sacris, de sepult. & DD. ibi Hostiensis in Summa, libro 3. tit. de sepul. nu. 4. vers. quibus interdicitur. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Ant. 3. par. tit. 24. ca. 79. versi. decimoseptimo, & versi. decimooctauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nume. 21. Syluest. verbo, excommun. 3. ver. vigesimo. & verbo, sepultura. ver. decimo. Tabiena, verbo, excomm. 1. ver. decimotertio, Gabr. 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Marian. Soc. sen. in c. sacris, num. 157. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 23. ver. decimoseptimo, & nu. 36. vers. ad secundum, & num. 137. ver. declaratio prima & tom. 5. cons. cons. 15. num. 5. de pœnit. & remiss. & Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. & facit c. consuluisti, de consecrat. eccles. vel altar. & cap. ad hæc, de priuileg. & cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & clem. eos qui de sepult. vnde, nec in cæmiterio ritè, ac solemniter ad sepulturæ vsum ab Episcopo consecrato, aut in ecclesia consecrata, aut etiam non consecrata, vbi Diuina officia facta sint (cum hæc eodem iure, quo ecclesia consecrata vtitur, arg. cap. penult. de immunit. eccles. & capit. fin. de consect. eccles. vel altare.) publicè denunciatus excommunicatus sepeliri potest. Qui vero sic excommunicatum sepeliunt, siue religiosi exempti sint, siue laici, & sæculares, eousque ingressum ecclesiæ sibi interdictum habent, donec satisfecerint de contemptu, vt habetur cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & testatur glo. in ca. is qui. in verbo, notatis, de sent. excommun. lib. 6. & etiam excommunicationem maiorem scienter sepelientes incurrunt, vt habetur in clem. 1. de sepult. & glos. ibi, in verbo, scienter, & Anchar. in principio, vers. secundo not. & Zabar. eod. in initio, secus autem, si id vel iure prohibitum ignorauit, aut quem sepeliuit, absolutum probabiliter existimauit, cum temeritatis audacia, & scientia in sepeliente, vt hanc pœnam incurrat, requirantur. Sicut nec dictas pęnas incurrunt, qui taliter excommunicatos in agris, aut locis profanis sepeliunt, etiamsi locus in Ecclesia, vel Cæmiterio vicinus, & contiguus sit; vt docent gloss. in clem. 1. in verbo, cæmiterijs, de sepult. Nauar. in Man. cap. 27. num. 137. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. §. 5. num. 1. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 11. §. 3. in annot. lit. M Armil. verbo, excommun. casu 44. Card. in d. cle. 1. q. 3 Neque eam incurrit, qui talem sepeliuit in loco aucto quando auctum est Cæmiterium, non intercedente Episcopi auctoritate, cum pars illa aucta, vt Henriquez, Hugolin. post Anchar. in dict. clem. 1. nume. 4. de sept tradunt, verè sepultura ecclesiastica non sit, ex quo ne consecrata est, neque ad sepulturam superioris auctoritate destinata. Quare merito Panor. sententia in cap. sa num. 3. quam etiam amplexatus est Marian. Soc. in c sacris, num. 157. de sent. excommunic. reijcienda est. habet, sic excommunicatos non solum in Cæmiteri peliendos non esse, sed neque in loco qui Cæmiteri ecclesiæ adeo contiguus, & vicinus est, vt inde cleri

cantantium voces audiri possint, arg. cap. quod in te, de se
pult. Etenim, sententia hæc nullo modo ex illis locis col-
ligi potest, cum excommunicatus ibi non sepeliatur, vt di
uina audiat, vel audire possit.
11 Quod si fortè in Cœmiterio, aut alio loco sacro, & con-
secrato excommunicatus aliquis sepultus fuerit, inde eijci,
& extumulari debent ossa eius, vt in d. cap. sacris, habe- 1
tur, dummodo eius ossa ab ossibus fidelium separari, &
discerni possint, d. c. sacris. & ibi glos. in c. quicunque, in 2
verbo, extumulent, de hæret. lib. 6. aliter non; quia minus
malum est, quod in cæmiterio remaneant ossa excommu
nicatorum, quam quod inde eijciantur corpora fidelium. 3
Cœmiteria vero, in quibus excommunicati sepulti sunt, pol
luta sunt, vnde, postquam ipsorum excommunicatorum 4
cadauera, aut ossa exhumata, & eiecta fuerint, reconcilian
da sunt aspersione aquæ solenniter benedictæ, vt habe- 5
tur capit. consuluisti, de consecr. Eccles. vel altar. & cap.
vnico, titu. eod. lib. 6. Durand. lib. 1. ration. diuin. offic. 6
cap. 6. numero 42. & 44. Angelica, verbo, Consecratio, 2.
nu. 6. Syluest. verbo, eod. 2. nu. 5. Marian. Socin. in ca. sa-
cris, nu. 47. de sentent. excom mun. vbi obiter ex præfatis 7
authoribus aduertendum est, & habetur in capit. vnico,
de consecr. Eccles. vel altar. lib. 6. quod si excommunica-
tus aliquis in Ecclesia sepultus sit, non solum Ecclesia 8
polluta erit, sed etiam Cæmiterium illi contiguum pollu-
tum erit, cum accessorium eius, ad quod accedit, natu-
ram sequitur, cap. accessorium, de regul. iur. lib. 6. pollu- 9
tio tamen cæmiterij ecclesiam non polluit, licet contigua
existat, vt in d. capit. vnico, Bonifacius Papa VIII. defi-
niuit. 10
12 In Ecclesia autem, vel Cæmiterio sic pollutis, ante-
quam reconcilientur, nec officia Diuina cantari, nec fi- 11
delium corpora sepeliri possunt, vt præfati scriptores te- 12
stantur: reconciliata vero Ecclesia polluta, reconcilia-
tum censetur cæmiterium illi contiguum, ex Gemin. in 13
d. cap. vnico, de consecrat. Eccles. vel altar. lib. 6. num. 5.
Philip. Franc. ibid. & Archid. & Ioan. Andr. & commu- 14
niter ibi DD. & Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & reg m. Eccle.
cap. 25. num. 10. quos refert, & sequitur Hugolin. de cen-
sur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. 5. num. 4. Qui vero ante reconn- 15
ciliationem Ecclesiæ sic pollutæ in ea officia diuina cele-
brant, licet grauiter peccent, irregulares tamen nõ erunt, 16
arg. cap. is, qui, de sententia excommunic. libro sexto, &
Gemin. & Franc. vbi supra, & Summa Astensis, 2. part. 17
lib. septimo tit. 9. quæst. quinta. Quæ omnia solum proce- 18
dunt in excommunicato denunciato non absoluto, etenim 19
non denunciatus in loco sacro sepeliri potest, nec peccat 20
talem sepeliens, iuxta constitutionem Conc. Constant. in
extrauag. Ad euitanda scandala, & expresse docent An-
char. Concil. 176. numero tertio. Nauar. in Manuali, cap. 21
vigesimoseptimo, numero 36. versi. ad secundum, et tom.
secundo cons. cons. 15. de pœnit. & remiss. Henriquez lib.
decimotertio, de excom. cap. vndecimo, §. tertio. Ioan. Ba- 22
tista. Antonucius in Catechef. Neapolit. libro 5. cap. 14.
quem refert, & sequitur Barthol. Hugol. de cens. Eccles. 23
tab. 2. ca. 9. §. 5. num. 1.
13 Qui verò excommunicatus denunciatus decessit, etiam
si signa contritionis dederit, ante absolutionem in loco
sacro sepeliri non debet, in quo casu si ibi sepultus sit, an-
te absolutionem non est exhumandus, sed absolutio 24
post mortem quamprimum commode fieri poterit ab hæ
redibus eius ab Ecclesia petenda erit, vt docent glossa in 25
capitulo sacris, in verbo, non communicemus, de sepul-
tur. & in ca. ad hæc, in verbo, eijciant, de priuileg. & in 26
cap. si ciuitas, in verbo, sepeliri, de sentent. excommunic.
libro sexto, & Innocent. in cap. vltimo, de excess. prælat. 27
in fine. Marian. Socin. in c. sacris, numero 160 de sent. ex-
commun. Hugolin. loco proxime citato. Sed de his hacte-
nus.
28

De Beneficijs excommunicato collatis.
Cap. V.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior inhabilem aliquem reddit ad beneficium acquirendum.*
2 *Beneficium quis sine communione hominum adipisci nõ potest.*
3 *Beneficium existenti in irregularitate conferri validè nequit.*
4 *Excommunicatus siue a iure, siue ab homine beneficiũ obtinere non potest.*
5 *Beneficium collatum ab Episcopo excommunicante excommunicato non prodest.*
6 *Excommunicato beneficij collatio facta vel Motu proprio, vel ad partis instantiam, est nulla,*
7 *Beneficij collatio facta excommunicato nõ, valet, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione.*
8 *Beneficij collatio facta excommunicato est nulla, & irrita, etiamsi excommunicatus ignoret se excommunicatum esse.*
9 *Excommunicato beneficij collatio facta, non valet, etiam si tempore collationis non sit denunciatus.*
10 *Beneficij collatio facta excommunicato, non valet, etiam si facta sit excommunicato iniuste.*
11 *Beneficij acceptatio per excommunicatum facta valet,*
12 *Beneficij impetratio per excommunicatum facta est nulla, & inutilis.*
13 *Clausula hæc* (Teque à quibusuis. &c.) *& absolutio in quibus casibus non valeat.*
14 *Beneficij permutatio inter excommunicatos, vel alterũ illorum facta non valet.*
15 *Pensionis accessio super beneficio Ecclesiastico facta excommunicato, non valet.*
16 *Electio excommunicati facta à quocunq; inferiori a Papa ad beneficium, nulla, & irrita est.*
17 *Postulari ad beneficium excommunicatus potest.*
18 *Nominatio excommunicati ad beneficium, non valet.*
19 *Præsentatio excommunicati ad beneficium, non valet.*
20 *Beneficium etiam in Commendam excommunicato dari non potest.*
21 *Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspẽsionis, nec in foro conscientiæ, nec de iure positiuo retinere quis potest.*
22 *Episcopus quibus in casibus dispensare nequeat, vt excommunicatus beneficium retineat.*
23 *Beneficij collatio, si ad alium, quam ad Episcopum pertineat, & facta sit excommunicato, vltra dispensationẽ Episcopi, vt valida sit, necessarius est nouus collatoris consensus.*
24 *Excommunicatus pendente excommunicatione beneficij fructibus priuatur, & quæ huius ratio sit.*
25 *Excommunicatus iniustè, fructus omnes absolutus recuperat, quos excommunicationis tempore amisit.*
26 *Patrimonij fructus alicui pro titulo assignati, per excommunicationem non amittuntur, & quare.*
27 *Excommunicatus pendente excommunicatione, pensionibus, oblationibus, & alijs redditibus, qui ob Ecclesiæ emphyteusim præstantur, nec non quotidianis distributionibus priuatur.*
28 *Excommunicatione durante alter Ecclesiæ, & beneficij*

turam gerere debet, tum assignatione stipendij competentis.

Excommunicatus iuste, sed pœnitens factus, si per eum non stet, quo minus absoluatur, in foro conscientiæ, ex pia matris Ecclesiæ voluntate fructus facit suos, secus in foro exteriori.

30 *Excommunicatus priuatur beneficij fructibus, etsi hoc in senteneia non sit expressum.*

31 *Excommunicato, sicut hominum communio, ita etiam administratio temporalis bonorum Ecclesiæ, & beneficij interdicitur.*

32 *Excommunicatus administrando bona temporalia beneficij peccat, valet tamen administratio.*

33 *Excommunicato beneficium scienter conferens peccat, & à collatione eius beneficij suspenditur.*

34 *Beneficium excommunicato ignoranter conferens illud scienter conferre præsumitur, & quare.*

35 *Excommunicatus non solum benefic , sed etiam cuiuscumque alterius dignitatis Ecclesiasticæ incapax est.*

36 *Excommunicatus non solum dignitatis Ecclesiasticæ regularis, vel sæcularis, sed etiam laicalis est incapax.*

37 *Excommunicatus dignitatem laicalem, & dominium ex testamento, vel ab intestato non obstante tali censura, consequi potest.*

38 *Excommunicatus in Iudicem ad tempus dari non potest.*

39 *Excommunicatus in Tabellionem seu scribam publicum eligi nequit, & quare.*

1 Vattus excõmunieationis maioris effectus est, vt exeludaȝ à beneficio Ecclesiastico, ita vt nullũ acquirere possit, vnde collatio beneficij huiusmodi excõmunicato facta, & nulla, & irrita est, vt habetur in c. postulastis. & ibi Panorm. nu. 1. & Marian. Socin. num. 1. & 5. & Rebuff. in repet. d. cap. postulastis, nu. 43. de Cleric. excom. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. saeris, num. 107. de sent. excom. & idem habetur in c. pastoralis, §. verum, & ibi Panorm. num. 17. de appella. Anchae. in ca. 1. §. si quis, 2. vers. in beneficialibus. & Gemin. num... de exeep. lib. 6. Innoc. in d. cap. postulastis, & in c. si verè, de sent. excom. & D. Anton. & Ioan. de Imola, in eap. post electionem, colum. 6. de concess. præbend. Felin. in cap. cum dilectus, nu. 1. de accusat. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 6. Palud. 4. distin. 18. q. 4. vers. secundus effectus, Gabr. 4. d. 18. quæst. 2. art. 3. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. vers. nono. Angelica, verbo, excommunicatio, vlt. nu. 8. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. octauo, Syluest. verbo, dispensatio, q. 9. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 21. vees. octauo. Couar in cap. alma mater, 1. par. §. 7. num. 1. de sentent. exeom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. eap. 4. §. 4. & cap. 7. §. 2. & cap. 13. §. 1. Caiet. excom. fi. §. vbi scito, & verbo, absolutionis impedimenta. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 2. cap. decimotertio, §. primo, numero primo, & est communis omnium DD. Ratio est, quia Ecclesiastica beneficia præcipuè dantur propter officium, capitulo cum secundum, de præb. & cap. vlt. de rescript. lib. 6. & cap. concesso, & ibi glos. in verb. sedulitate, 12. q. 2. cap. generaliter. 16. quæst. 1. & glos. in cap. vlt. in verbo, perpetuos Vicarios, de offic. Vicar. excommunicatus autẽ ab executione officij iure ipso suspensus est, eapit. ad probandum, de re iudic. & ibi Panor. num. 20. & in eap. veritatis, num. 34. de dolo, & contuma. & Innocen. nu. primo in verbo, excommunicationem. S. Anton. 3. pàr. tit. 24. ca. 76. versi. decimo. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. septimo. Nauar. io Manuali, capitulo vigesimoseptimo numeeo vigesimoprimo. vers. decimo. vnde beneficium Ecclesiasticum ei conferri non potest. Quæ ratio colligitur ex cap. si celebret, de Cleric. excommunicat. ministr. & glos. in cap. Apostolicæ, in verbo, contingeret, de exceptinn.

2 Deinde, vt ait Panorm. in capitu. postulastis, numero 1. de Cleric. excommunicat. ministr. sine communione hominum beneficium quis adipisci non potest, nec in eo administrare; excommunicato autem denegatur hominum communio, argumen. cap. penult. de sentent. excom. & c. Engeltrudam, 3. quæst. 4. cui vero denegatur aliquid, denegatur omne illud, per quod ad illud peruenitur, l. oratio. ff. de spons. & arg. cap. is cui, de sentent. excommunicatio. libro sexto.

3 Quid, quod beneficium conferri non potest, ei, qui tempore collationis est irregularis, immò collatio ei facta est nulla, secundum Decium, in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. & Innocent. in cap. cum nostris, de concess. præbend. non alia ratione, nisi quia irregularis est suspensus ab officij executione, cuius causa, vt diximus, beneficium datur.

Hoc autem quod diximus procedit

4 Primo, siue is excommunicatus à iure sit: siue ab homine; eadem enim ratio est quoad hoc de excommunicatione lata ab homine, quæ est de excommunicatione lata a iure. Sic. Imola, in cap. eum dilectus, in glos. magna, circa fin. de consuetud. Rota, decis. 363. in antiq. aliàs decis. 5. de senten. excommunicat. & fauet Panorm. in cap. Apostolicæ, num. 3. de except. & expresse Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 46. de cler. excommunicat. ministr. Couarru. in cap alma mater, 1. par. §. 7. nume. 1. versicu. tertio constat, de senten. excommunicat. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. 2. cap. 13. §. 1. nu. 1. & patet: Nam d. capit. postulastis, generaliter loquitur, nec distinguit a quo quis excommunicatus sit, & ideo nec nos distinguere debemus, argumen. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand. l. de pretio, ff. de Publician. in rem action. immò, quando imponitur sententia iuris propter crimen, plus ligat, argumen. not. in cap. finali, de excess. prælat. Rebuff. vbi supra.

5 Secundo procedit, siue collatio facta fuerit ab Episcopo, qui eum excommunicauit, siue ab alio, siue in eadem Diœcesi, siue in alia, ob rationes allatas; quia excommunicatus in vna Ecclesia, etiam in alijs vitandus est, capit. quisquis. & ibi glos. in verbo, communicet, 4. quæstio. 5. & capit. sicut Apostoli, & cap. curæ, 11. quæst. 3. & facit. ad reprimendam, de offic. iud. ordin. & glos. in capit. pastoralis, §. verum, in verbo subtrahuntur, de appellat. Panorm. in capit. 1. notab. 4. de raptor. & in d. cap. ad reprimendam, nume. 2. Card. in clemen. 1. vers. ipsius, de pœnis. Bartol. in l. ex ea, ff. de postul. Quia cum sit vna Ecclesia vniuersalis tantum, non potest esse partim intra, & partim extra Ecclesiam, vt 24. quæst. 1. cap. loquitur. extrauag. Vnam Sactam, de maior. & obed. Imola, in d. ca. ad reprimendam, colum. 1. & in cap. 1. de tregua & pace. Ratio est: quia delicta, & honores transeunt cum capite, vt notant. Innocent. Monach. & ibi Philipus Probus in addit. ad eum. in cap. accusatus, numeeo 16. de hæret. lib. 6. Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 54. Hugolin. de censur. Ecclesiast. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 1.

6 Tertio procedit, etiãsi collatio facta sit Motu proprio siue ad partis postulationem, ex Cardin. in clemen. 1. primo, q. 4. de relig. dom. Rebuff. repet. in cap. pastoral num. 47. de Cler. exeom. minist. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 7. nume. 2. vers. quarto, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommun. c. 13. §. primo. Hugolin supra, & est cõmunis DD. opinio, quia Motus proprius licet alioqui multa operetur ad tollendam surreptionem, non tamen inducit dispensationem aliquam, nec vitium, aut defectum, aut irregularitatem hominis, & quo impeditur iure obtinere id, quod sibi confertur, nisi Pontifex habuerit scientiam defectus; si enim beneficium conferat ei, quem nouit excommuni

sunt irregularem, tunc videtur ipso facto dispensare in tali irregularitate, & absoluere talem excommunicatum, vt communiter DD. tradunt. Panorm. in cap. cum in cunctis. §. inferiora, nu. 8. & in c. innotuit. nu. 7. de elect. & facit l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & l. idem Vlpianus. ff. de excusat. tutor. & DD. ibi & tenet Barth. in repet. in l. Barbarius. col. 5. & ibi Iason, colum. tertia. ff. de offic. Prætor. Olrad. consi. 335. cum quatuor sequenti. Roman. cons. 216. Felin. in gl. in cap. cum in iure, de offic. deleg. & in c. præterea. nu. 9. de testib. cogend. Ioan. Staphil. de litteris gratiæ, & iustitiæ, Innoc. in c. diuersis fallacijs, de cler. coniug. Gabriel. tom. 2. titu. de clausul. conclu. 2. à nume. 40. Nauar. in Manuali, cap. 25. nume. 74. & in cap. si quando. excepr. 10. num. 3. de rescript. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 7. num. 2. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 13. §. 3. secus autem in inferiore citra Papam. Vnde Episcopus conferendo beneficium alicui, quem fecit iure humano ad id inhabilem, non dispensat. Ratio diuersitatis est, vt præfati DD. tradunt, & maximè Innocen. & Panorm. quia Episcopus in iure communi non dispensat, nec potest, nisi præmittat causæ cognitionem, & quando necessitas non relinquit facilem recursum ad superiorem, tunc enim ex tacita Papæ commissione Episcopus in lege superioris dispensare potest, vt latè, & eruditè tradunt Caietan. in 2. 2. q. 96. art. 5. in fine, & q. 97. art. 4. & ibi Barthol. Medina, Sotus, lib. 1. de iustitia & iure. quæst. 7. art. 3. Nauar. in præludio. 9. nu. 14. & 15. Henriquez loco proximè allegato. Papa verò non tenetur adhibere causæ cognitionem in dispensando, cum sit supra ius commune, sed sufficit sola voluntas. Hodie verò ad omnem difficultatem, & ambiguitatem tollendam, vsus Curiæ Romanæ est, vt quoties Papa beneficium aliquod confert, aut aliquam aliam gratiam concedit, præmittat absolutionem cuiuscunque excommunicationis gratiam impetranti, aut ei, cui beneficium confert, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, vt docent Ioan. Staphil. de literis gratiæ & iustit. Rebuff. in concordatis, tit. de excom. non vitand. Hieron. Gigas de pension. q. 4. Fel. cap. Apostolicæ, de except. Corduba, casu 41. Couar. in c. alma mater. 1. pat. §. 7. num. 3. ver. 11. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 3. Quamuis vt rectè notant Cald. consil. 8. in tit. de rescript. & Rebuff. repet. in d. cap. postulastis, nu. 73. in dispensatione tam de iure, quam de stylo Curiæ Romanæ, requiratur verbum *Dispensamus*, alioqui non valet.

7 Quarto procedit, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione. Ratio est: quia cum collatio beneficij ex eo nulla sit, quod tempore collationis is, cui confertur beneficium, sit incapax eius propter excommunicationem, collatio illa, quæ ab initio nulla fuit, non validatur ex absolutione sequuta, arg. cap. non firmatur. & ibi glos. de reg. iur. lib. 6. & cap. dudum. 1. de elect. & l. quod ab initio. ff. de regul. iur. & faciunt quæ tradit glo. in d. cap. dudum. in verbo, electionis tempore, & ibi Panor. num. 11. Archid. in cap. nullus. dist. 63. Anchar. et Rebuff. in cap. postulastis, num. 50. de Cler. excomm. minist. Couarru. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 2. vers. septimo, de sent. excomm. lib. 6. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 1. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 13. §. 1. sicut nec firmatur collatio facta de beneficio, antequam vacet, licet post collationem vacauerit. Ioan. And. in cap. si clericus, in nouel. colum. 2. de præbend. lib. 6. Nicol. Miles in verbo, gratia. §. vlt. Vnde, in vtroque casu necesse est, vt post obtentam absolutionem, & post vacationem fiat eidem collatio de nouo, vt beneficium possidere possit.

8 Quinto procedit, etiamsi ille excommunicatus ignoraret se excommunicatum esse, neque enim in hoc casu collatio beneficij facta illi valebit, gl. in cap. solet, in verbo, admittatur, & ibi Stephan. Costa, num. 15. de sentent. excommunic. lib. 6. Panorm. in c. pastoralis, §. verum, numero 15. & Innocentius, Imola, & Philippus de Perusia, in colum. tertia de appellatio. Cardinal. in consilio 40. & in cap. penultimo, de cleric. excommunicat. minist. Paludan. 4. dist. 18. quæstio. quarta. Summa Altensis, secunda par. libro septimo, tit. 6. quæstio. tertia. Couar. in cap. alma mater. prima par. §. 7. numero tertio, vers. decimo. de sentent. excommun. lib. sexto. Rebuff. repet. in capit. postulastis. num. 62. de cler. excom. ministr. Henriquez libro 13 de excom. cap. 7. §. 2. & cap. 12. §. 1. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 13. §. primo, numero 1. & gl. in cap. Apostolicę. in verbo, probabilis, de cler. excommu. ministr. licet eadem glos. in cap. postulastis, §. verum, in verbo, excommunicatio, de appell. contrarium, sed malè, & contra communem DD. sententiam teneat. Ratio est: quia licet ignorantia excommunicationis, si sit probabilis, excuset ad effugiendas pœnas iuris statutas contra excommunicatos aliquid prohibitum agentes, non tamen excusat quoad valorem actus ipsius, vt communiter tradunt Doctores. & colligi potest ex c. Apostolicæ, de Cleric. excom. ministr.

9 Sexto procedit, etiamsi ipse excommunicatus non sit tempore collationis denunciatus. Panorm. in cap. pastoralis, § verum, nu. 15. de appel. & citat. Innoc. in cap. cum dilectus. de consuetud. & idem Panorm. in c. postulastis, nu. 4. de Cler. excom. minist. & ibidem Marian. Soc. nu. 8. & in c. factis, num. 107. de sent. excom. Rebuff. in repet. c. postulastis, nu. 61. de cler. excom. minist. qui ad hoc citat Philip. in d. cap. pastoralis. §. verum. col. 2. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. num. 2. versi. sexto, de senten. excommunic. lib. 6. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 13. §. primo, num. 1. In eis enim, quæ tendunt in fauorem excommunicati, nulla est differentia, vt ait Panor. inter excommunicatum occultum, & manifestum. Et Constitutio Conc. Constant. *Ad euitanda scandala*, ipsos excommunicatos nullo afficit beneficio, nec illis vllam affert vtilitatem, vt ibi dicitur, & proinde quoad eos iura vetera adhuc obseruanda sunt.

10 Septimo procedit, etiamsi collatio talis facta esset etiam excommunicato iniusta excommunicatione, vt docent Couar. vbi supra, §. 7. nu. 7. versic. hinc decimoquarto. Hugolin. vbi supra, excommunicatio enim iniusta, id est, iniustè lata vim habet quoad pœnas iure statutas ante absolutionem: Secus autem si excommunicatus esset, & tamen excommunicatio illa nulla esset, vtpotè, quia lata post legitimam appellationem, tunc enim collatio beneficij ei facta valida censeri debet; sicut etiam valida erit, quando dubium est, an excommunicatio teneat, si postea pronunciatur excommunicatio nulla; & denique, quotiescunque probatur excommunicatum non fuisse tempore collationis. valebit beneficij collatio illi facta, vt colligitur ex Innocen. & Ioan. Andr. Hostiensi, & Henr. Bohic, in c. dilectis. circa finem, de appel. & Panor. in c. ita quorundam. in fine, de Iudæis, & consi. 33. nu. 3. in primo vol. vbi ad hoc citat d. c. dilectis, in fine, de appellat. & c. licet, de senten. excommunic. lib. 6. Gemin. consi. 99. Cardin. consi. 119. Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 66. 67. & 71. de cler. excommun. minist. & tit. de excommu. non vitand. in fine. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 5. ver. decimotertio, de sent. excommunicat. lib. 6. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. c. 13. §. 1. num. 2. & gl. in c. solet, in verbo, admittatur, de sent. excommunicat. libro sexto. Ratio est: quia cum hic excommunicatus non sit, excommunicatio nihil ei obesse debet, vnde, si talis celebraret, non efficeretur irregularis, cum secundum veritatem non sit excommunicatus, vt tradunt Archid. in c. licet, de sent. excom. lib. 6. Henr. in c. dilectis, & Rebuff. vbi supra, num. 67.

11 Illud tamen aduertendum est, quod licet collatio beneficij facta excommunicato nulla sit, acceptio tamen facta per excommunicatum valet, vnde, si fiat collatio

beneficij tempore quo non est excommunicatus, non frustratur ex eo, quod dum acceptat collationem, & bullas, sit excommunicatus, vt notant Rota decisio. vltim. de sent. excomm. Cardin. consi. 103. Rebuff. tit. de excomm. non vitanda, ad finem. & repet. in ca. postulastis, nu. 124. de cle. excom. ministr. Ludouic. Gomes. tractat. de expectat. nu. 60. Couarr. in cap. alma mater; 1. part. §. 7. nu. 4. ver. duodecimo, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. c. 13. §. 3. Hugolin. de censur. eccle. tab. 2. §. 1. nu. 1. Ratio est: quia tam acceptatio (quæ non est nisi quædam declaratio voluntatis, & consensus, quam excommunicatus retinet, cum solum perdat ea, quæ sunt iuris positiui, non naturalis. l. ex facto, §. si quis rogatus, 2. ff. ad Trebellian. quam possessio, quæ consequitur, est aliquid facti potius, quam iuris, ex Panorm. in cap. veritatis, nu. 42. de dolo, & contumac. & facit c. pro illorum, & ibi Panormit. num. 16. de præbend. per acceptationem enim nullum ius de nouo acquiritur regulariter; Si enim per talem acceptationem ius aliquod de nouo acquiritur; talis acceptatio per excommunicatum facta non valet, cum ius spirituale in excommunicatum cadere nequeat, argumen. ca. fi. de excess. prælat. vnde, vt acceptatum illud ei conferre possit, petenda est absolutio ab excommunicatione, ex Nauar. in cap. si quando. exceptio. 10. num. 9. de rescript. vbi ad hoc citat Rotam, decis. 33. in antiq. quæ est decis. 5. de sentent. excommunicat. in nouis, & decis. 8. & Couarru. vbi supra, idem tradit post Rebuff. repet. in ca. postulastis, nu. 128. de cler. excommunic. ministr. Nec sic acceptás in excommun. peccat, nisi animum habeat exercendi officium absque absolutione excommunicationis, ex Caietan. verbo, excom. ad finem, & Henriquez loco proximè allato.

12 Octauo procedit etiam in impetratione literarum ad beneficia, siquidem impetratio de beneficio facta per excommunicatum nulla est, argum. ca. ab excommunicato, de rescript. & arg. ca. 1. de rescript. lib. 6. vbi nulla censetur impetratio literarum rescripti ad lites, & proinde multo minus valebit impetratio literarum ad beneficia; & hoc etiamsi ipse impetrans inscius sit excommunicationis, vt notant Panor. in cap. Apostolicæ nume. 6. de Cler. excom. ministr. Rebuff. in repet, ca. postulastis, num. 106. tit. eod. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. np. 3. vers. vndecimo, de sent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 1. quicquid gl. in d. cap. Apostolicæ, in verbo, probabilis, & Cardin. in consi. 40. Felin. in cap. sicut tuis, colum. 2. de simonia, id negent. Ad quas DD. dissensiones tollendas inuenta est practica in Curia Romana, vt Romanus Pontifex absoluat impetrantem quoad illum actum, & ponitur in prouisione Apostolica post sui exordium Clausula hæc, *Teque a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis, &c. absoluentes, & absolutum fore censentes, &c.* ratione cuius Clausulæ, valebit hodie quælibet impetratio sic facta. Benedict. repe. cap. Rainutius. versi. mortuo, numero 200. de testam. Rebuff. in repe. c. postulastis. n. 109. de Cler. excom. minist. Hiero. Gigas, de pēsion. q. 14. Nauat. in Man. c. 27. nu. 22. ver. decimotertio, & in c. ita quorundam. gl. vlt. nu. 16. de Iudęis. Couarr. vbi supra, nu. 3. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 3.

13 Quæ tamen Clausula, *Teque à quibusuis, &c.* & absolutio in duobus casibus non valet, quorum

Primus est, si impetrans insorduerit in excommunicatione per annum continuum, vt habetur in Regul. Cancellariæ de insordescentibus. Fel. in cap. Apostolicæ, de excep. quia male videtur de fide sentire sic perseuerans.

Secundus est, si per quatuor menses mansit sciens excommunicatus in alijs quibusdam casibus, qui in dicta Regula habentur, qui sunt octo, vt ex tenore dictæ Reg. constat, qui talis est: *Item ne personis, pro quibus literæ suæ S. emanabunt, ad generalem absolutionem a censuris, quibus ligatæ forent ad earundem effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solitam prætextu occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari [1] non parentibus sententiæ rei iudicatæ, [2] incendiarijs [3] violatoribus Ecclesiarum, [4] falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptoribus, & fautoribus eorum; [5.] res vetitas ad infideles deferentibus; [6] violatoribus Ecclesiasticæ libertatis; [7.] via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus [8.] nuncios, vel executores Apostolicæ sedis, & eius officiales eis commissa exequentes impedientibus, Qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati a iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque alijs, qui vt præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.* Hactenus regula Cancell. Vnde, nisi in impetratione hoc vitium expresserit impetrans, absolutio non valebit. Solet autem hodie etiam aliquando ab impetrantibus poni clausula hæc inter clausulas derogatorias post principalem petitionem supplicationis Papæ porrectæ; *Non obstante Regula de insordescentibus.* vt sic impetrans habeatur absolutus quoad effectum illius gratiæ consequendum, non obstante prædicta regula, licet per annum manserit in excommunicatione aliqua, vel per quatuor menses in casibus in ea expressis.

14 Nono procedit, vt etiam permutatio inter excommunicatos, vel alterum illorum de beneficio facta non valeat, ex Cardin. clem. 1. vers. ipsius, & ibi Anchar. nu. 10. vers. quærit gloss. & glos. in d. clem. 1. in verbo, obtinenda, de pœnis Cosmas in Pragm. sanct. titu. de collat. §. insuper, in verbo, disponere. Rebuff. repet. in capit. postulastis, num. 105. de Cler. excom. ministr. Couarr. in c. alma mater. 1. par. §. 7. nume. 2. vers. quinto, de sentent. excom. lib. 6. Hugolin. de cens. Eccles. tabu. 2. cap. 13. nu. 6. Ratio est: quia in permutatione hac contingit mutua collatio, & de nouo acquiritur beneficium, seu titulus, nouumque ius, cuius cum excommunicatus incapax sit, consequens est, vt permutatio facta valida non sit.

15 Decimo procedit etiam in pensione super beneficio Ecclesiastico, quod hæc excommunicato facta valida non sit, Gigas de pension. q. 14. Couar. vbi supra, §. 7. nu. 2. ver. nono, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 13. §. 2. Hugulin. loco cit. numero 8. quia post Pium V. pensio videtur esse titulus Ecclesiasticus, nec sine licentia Papæ licet redimere, & pensione fruens, tenetur ad horas B. Mariæ recitandas, vt habetur in Extrauag. *V. Ex proximo.* Nauarr. in Manuali, capitulo 25. numero 108. & 122. & de orat. & hor. canon. capitulo 7. nume. 32. & capitulo 21. nu. 53. & 60. & matrimonium contrahens amittit pensiones, sicut beneficia, & vt constat, pensiones licet beneficia non sint, reditus tamen sunt Ecclesiastici.

Vndecimo procedit in electione cuiuscumque inferioris a Papa, vt electio excommunicati facta ad beneficium nulla, & irrita sit, & eligentes peccant, argum. cap. cum inter R. & ibi glos. in verbo, a suspensis, & Panorm. ibi, numero 15. de elect. & capitulo cum dilectus. & ibi glos. in verbo, a suspensis, & ibi Panorm. numero 20. de consuetudin. vbi id habetur de suspensis: ergo à fortiori de excommunicatis, & capit. constitutis, 1. de appellat. & ibi glos. in verbo, excommunicationis, & capit. si celebrat, de cler. excomm. ministr. Rebuff. in capitulo postulastis, numero 85. tit. eod. Angelica, verbo, electio, numero 23. Syluest. verbo, eod. 1. versicu. decimo quarto. Palud. 4. dist. 18. q. 4. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. S. Anton. 3. par. tit. 24. capit. 76. versi. octauo. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. decimo. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 21. versic. nono. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. n. 1. vers. primo, vbi ait esse communem, de sent. excom. lib. 6. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 7. & 106. de sentent. excom. & Henri-

quez

quez lib. 13. de excom. c. 13. §.... Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. ca. 13. §. 2. nu. 1. & faciunt, quæ docet Summa Astẽsis, 2. part. lib. 7. tit. 9. q. 5. & est communis DD. in capit. cum dilectus, de consuetud. Dixi autem electionem cuiuscunque inferioris a Papa irritam esse, si sit excommunicatus; electio enim Romani Pontificis de excommunicato facta, valet, vt latius Hugolin. vbi supra docet, & probat ex cap. licet. de elect. vbi Alexand. III. statuit electum concorditer in Romanum Pontificem a duabus partibus Cardinalium, *Nulla exceptione, obstante*, esse Papam, & ideo non obstat exceptio excommunicationis, & element. ne Romani. §. ceterum. de election. vbi Papa etiam cauit, *vt nullus Cardinalis ob excommunicationem, suspensionem, aut interdictum ab electione huiusmodi repellatur*. vt dictio illa, *Ab electione huiusmodi*, tam actiuè, quam passiuè accipitur. id quod tam in Cardinalibus eligentibus, quam de Papa electo statuitur, vt scilicet in eo magis vitentur dissensiones, & schismata, quæ facile acciderent, si aut illis eligentibus, aut huic electo excommunicationis exceptio obijci posset, vt ex dic. capit. licet, colligitur. Vnde, cum protogatio electionis Summi Pastoris ob talem exceptionem Ecclesiæ vniuersæ detrimento esse posset, quo clericus res ageretur, statuit Alexander III. vt nulla exceptio cuiuscunque censuræ electoribus aut electo obijciatur; ob quam causam hic electus statim vere Papa est, nec vlla alia confirmatione, consecratione, aut in throni collatione opus habet, vt notat glo. vlt. in d. c. licet, argum. ca. in nomine Domini, dist. 23. quo casu, si sic electus excõicatus erat, absoluitur ab illa cẽsura, vel declarando se pro infecto habere velle sententiã, aut statutum, a quo excõicatus est, vel dando alteri auctoritatem, vt ab eo absoluatur, vel ipso iure absolutus est: excepta igitur Summi Pontificis electione, electio cuiuscunque alterius inferioris ad beneficium nulla erit, si excommunicatus sit: immo verò, si Pontifex ipse aliquẽ in Episcopum, aut Archiepiscopum eligeret, & confirmaret, qui excommunicatus sit, & Põtifex id ignoret, electio nulla erit; aliàs secus, vt diximus, tunc enim dispensare cũ ipso videtur, qua dispensandi ratione alij prælati inferiores a Papa vti non possunt.

17. Duodecimo procedit etiam in postulatione, nec enim potest sic excommunicatus postulari, ca. 1. de postul. prælat. vbi habetur, quod violans interdictum, non potest postulari, ergo multo minus excõicatus. Sic gl. in cap. fin. in verbo, irritas, de excess. prælat. et ins cap. postulasti, de Cler. excom. ministr. & cap. cum bonæ, de ætat. & qualit. quia per postulationem venitur ad electionem. ex glos. in cap. 1. in verbo, priuare, de excess. prælat. & ideo sicut electio facta de excommunicato non valet, ita nec postulalatio, & quia iura loquentia de electione, habent locum in postulatione, ex glo. in d. cap. 1. in verbo, priuare, de excess. prælat. argumẽ. capit. bonæ memoriæ, in fine. de electione, & glo. in c. si postquam, in verbo, prouisione, & in c. fi. in verbo, electione, de elect. lib. 6. Panorm. in ca. 1. num. 31. de postul. prælat. Rebuff. repet. in ca. postulastis, num. 95. de Cler. excom. ministr. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 1. ver. primum. de sent. excomm. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. c. 23. §. 1. nu. 2. cum sit eadem ratio in vtraque, ergo eadem iuris decisio, l. illud, ff. ad legem Aquiliam.

18 Decimotertio procedit etiam in nominatione, quæ nõ valet, si de excommunicato fiat, ex Rebuff. in capit. postulastis, nu. 118. de cler. excomm. minist. Hugolin. vbi supra, tab. 2. §. 2. nu. 3. & facit cap. constitutus, 1. de appella. cum hæc sit via ad dignitatem, cuius excommunicatus incapax est.

19 Decimoquarto procedit in præsentatione, neque enim hæc ob eandem rationem de excommunicato facta valida erit. Lapus allegat. 8. & not. in cap. 1. §. fin. de iure patron. lib. 6. Archid. in cap. 1. colum. 3. de exceptio. libro 6. Barbat. consil. 56. colum. 2. in fine, in volum. 2. & expressè glo. in cap. fin. in verbo, electione, de elect. libro 6. Couarr. in cap. alma mater. 1. part. §. 7. numero primo versicu. secundo, de sentent. excomm. libro 6. & Cæsar Lambert. par. 2. libro 9. in quæst. principali, art. 1. de iure patron. Rebuff. in concordat. titu. de excomm. non vitand. colum. 3. & repet. in ca. postulastis, numero 97. de cleric. excom. minist. Marian. Socin. sen. in capitulo lætis. numero 17. de sentent. excomm. Henriquez libro 13. de excommunicat. capitu. 13. §. 1. nam prohibito vno, prohibetur etiam omne id, quo ad illud peruenitur. arg. l. oratio, ff. de sponsal. vbi dicitur, quod vbi prohibetur matrimonium, videntur etiam prohibita sponsalia, quia de sponsalibus peruenitur ad matrimonium, & facit quæ notat Panor. in c. 1. numero 32. de postul. prælat. & c. fi. de cler. excomm. ministr. Nec obstat, quod præsentatio sit actus facti, qui omnes sunt excommunicato permissi; quia licet actus præsentandi sit facti, præsentatio tamen est iuris, & annexa spiritualibus, argum. capit. quanto, & ibi DD. de re iudic.

10 Decimoquinto etiam procedit in commenda, neque enim beneficium in Commendam excommunicato dari potest, argum. c. nemo. de elect. lib. 6. vbi eadem idoneitas, seu maior requiritur in Commendatario, quam requiritur in eo, cui datur in titulum; sed beneficium dari non potest in titulum excommunicato, & proinde nec in Commendam. Hinc fit, quod sicut Legatus Ecclesias Collegiatas conferre non potest, capit. penult. de offic. legat. lib. 6. sic nec in Commendam dare potest. Archid. in d. cap. nemo, in princip. Sic Legatus commendare non potest beneficia, quæ non potest conferre, capitulo primo. de offic. leg. libro 6. Et si Ecclesia consueta sit conferri Regulari, non potest commendari seculari. argum. capitu. cum de beneficio. de præbend. libro 6. & si beneficium conferri debeat nominato, vt in mensibus deputatis eisdem, non poterit commendari, sicut, nec conferri alteri nõ nominato, arg. Clem. 1. de supplen. neglig. præl. etenim potestas commendandi regulatur à potestate conferendi, cap. cum singula. §. prohibemus. de præbend. libro 6. vbi beneficia consueta regi per monachos vnius monasterij non possunt committi per inferiorem a Papa monachis alterius monasterij. Et denique. Commenda facit procuratorem cum legitima administratione, gloss. in cap. qui plures, 21. quæstio. 1. & in capitulo nemo deinceps, in verbo commendare, de electio. libro 6. Innocent. in capitulo, si constiterit, de accusat. Card. in Clem. finali, q. 52. de procurator. sed excommunicato interdicta est administratio rerum Ecclesiæ, ex Felino, in capitulo si vere. col. 2. de sent. excomm. & idem tradunt Rebuff. repet. in c. postulastis, nu. 213. de cler. excom. ministr. Hugolin. vbi supra, §. 2. nu. 5.

21 Decimosexto Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspensionis non potest quis in foro conscientiæ retinere, nec de iure positiuo. Archid. in ca. nullas, distinctio. 63. & habetur in ca. postulastis, de Cler. excom. ministr. quia excommunicatus titulum non acquirit: ita Panorm. in d. c. postulastis, num. 2. vnde nec potest iuuari decreto de pacifica possessione, cum non habeat titulum coloratum, sed nullum, intrususque sit, ex Rebuff. in d. capitulo postulastis, numero 429. 330. & 336. & ideo absolutus ab excommunicatione retinere non potest, nisi fuerit cum eo dispensatum. Ad hoc vero, vt sic excommunicatus retineat beneficium, videtur dispensatio Episcopo concessa, dummodo prius obtineatur absolutio ab excommunicatione ab eo, qui iure posset eam concedere, etiamsi absolutio Papæ reseruata sit. ex glo. in cap. postulastis, in verb. dispensatum. & Panor. nu. 8. Marian. Socin. sen. nu. 16. Rebuff. n. 331. de cler. excom. minist. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 8. ver. decimoquinto, de sent. excõ. lib. 6. Ratio est: quia vbi a canone dispẽsatio permittitur, nec Papa sibi eam reseruat, Episcopo reliquisse videtur, vt gl. & DD. cõmuniter tenẽt, &

25 *Infirmus, aut in vinculis constitutus non audiendo Missam in festis ex præcepto, non peccat.*

26 *Excommunicatus occultè an ab alijs fidelibus in Missa, & alijs officijs diuinis audiendis, & faciendis abstinere teneatur.*

27 *Excommunicatus occultè ob vitandum scandalum, & grauem suam infamiam licitè cum alijs Missam in festis audire potest.*

28 *Excommunicatus occulte, si non sit in mora petendi absolutionem, celebrans causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, nec peccat, nec irregularitatem incurrit.*

1 Lter excõmunicationis maioris effectus est, vt a diuinis officijs arceat, & ecclesiæ suffragijs spiritualibus priuet, vt ex sequentibus manifestum erit.

2 Primo igitur excommunicatus denunciatus ex officio, vt minister ecclesiæ officia Diuina recitare, Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere non potest, vt communis DD. opinio docet, & colligitur ex ca. sicut Apostoli cum tribus seq. & ibi glo. 11. q. 3. & c. permittimus, & gl. & Panorm. ibi, de sent. excommu. & glos. in ca. si quis presbyter. in verbo, præsumpserit, & ibi Panorm. num. 7. & 8. & Marian. Soc. sen. ibidem, nu. 6. de cleri. excom. minist. & idem Marian. Socin. in cap. sacris. num. 50. vers. quoad tertium de sent. excommunic. & numero 134. Summa Hostien. lib. 5. tit. de cler. excom. mun. ministr. §. qualiter puniatur. & §. fin. vers. consueuit, & illud quæri. tit. de sent. excomm. Summa Astensis, 2. par. lib. 6. tit. 1. art. 6. in fin. gl. in c. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Angelica, verbo, excommu. vlt. nu. 4. Gabr. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & q. 3. art. 3. dub. 2. Caiet. in Summa, c. communicatio, seu participatio cum excommunicato. Syluester, verbo, excommun. 3. nu. 1. versi. tertio. Tabiena verb. excom. 1. vers. quinto. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. art. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & de oratione & horis canon. cap. 7. num. 17. Conar. in ca. alma mater. 1. par. §. 3. num. 8. de senten. excommun. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 4. Barthol. Medina, lib. 1. Summæ cap. 11. §. 4. Hugolin. de cēs. eccles. tabu. 2. cap. 8. Qui omnes expressè docent, excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas. & similia publicè, vt ministrum ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argumen. cap. clerici. cum tribus seq. & cap. si. de cler. excommun. minist. Id quod non solum procedit, si publicè cum alijs officium diuinum recitet, sed etiam, si tanquam persona priuata easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat, cum ei fidelium communio simpliciter prohibita sit, & proinde, nec vt minister ecclesiæ, nec vt persona priuata cum alijs officia diuina recitare potest.

3 Secundo, vt ijdem authores affirmāt, licet vt minister ecclesiæ, aut vt persona priuata officium diuinum cum alijs recitare non possit, illud tamen priuatim, et per se dicere, et recitare per modum priuatæ orationis, et priuati suffragij tanquam laicus potest; nam diuina officia, *vt officium Christi Domini, officium Beatissimæ Viginis Mariæ, necnon corona eorundem, septem Psalmi pœnitentiales: Psalmi etiam Graduales, officium Mortuorum, Dominica oratio, Salutatio Angelica*, et alia huius generis, sicut etiā ieiunium, et eleemosyna opera sunt, quæ pœnæ rationem habent, et pœnalia a Scholasticis scriptoribus appellantur, vt videre licet apud S. Thom. 4. distinct. 15. quęst. 4. art. 3. Bonauent. 4. dist. 15. art. 1. quæst. 4. Scotus 4. dist. 15. q. 1. art. 3, et alijs, ead. dist. et Sot. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. ideoq; ab excommunicatis exerceri possunt; imò uerò officia diuina excom. non solum hoc modo recitare potest sed etiam debet, & tenetur, si aliàs ante excōicationē ad eorum recitationem obligatus fuerat. Sicut enim ad ieiunia aliàs debita, & ad alia Ecclesiæ præcepta obseruanda obligatus remanet: (modo id quod præcipitur, per censurā non prohibeatur, quale est præceptum audiendi Missam diebus festis) ita etiā ad horas canonicas persoluendas, prout ante excōicationē tenebatur, & ac si excommunicatus non esset, etiā post excommunicat. incursam obligatur, vt pluribus tradūt gl. in c. presbyterū, in verbo, priuatus est, & Archid. ibi, num. 4. d. 28. Ioan. de Lignano, in repet. in cap. dignum. q. 3. de celebr. Missar. Decius in ca. intelleximus. col. 2. vers. secundo principaliter. de iudic. Felin. in c. Apostolicę. nu. 15. de except. Panorm. in cap. si quis presbyter. num. 8. & Marian. Socin. num. 6. & ibi gl. in verbo, præsumpserit, & eadem gl. in c. illud. in verbo, officia, & Maria. Socin. ibi, nu. 16. de cler. excom. minist. Hostien. in Sum. nu. 1. vers. qualiter puniatur, tit. de cler. excom. minist. & §. fi. vers. consueuit. tit. de sent. excom. Guil. de monte Lauduno. in clemen. 1. de celebr. Missar. in clem. 1. de regul. Marian. Socin. sen. in c. sacris, n. 134. de sent. excom. Gemin. in ca. 1. §. scitutus. num. 5. de sent. & re iudic. lib. 6. Ancbar. in Clem. 1. eum. 5. vers. hinc est, de regul. & transf. ad relig. Ioan. Monach. in c. 1. nu. 16. de sent. excommu. lib. 6. Zenzel. in Clem. vt hi qui. de etate, & qualit. & in c. tuis. de præbend. lib. 6. & Stephan. Costa. in c. cum medicinalis. nu. 97. de sent. excomm. libro 6. & Summa Astensis. 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 4. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Tabiena, verbo, excom. 1. §. quinto. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 102. & de orat. & horis canon. cap. 7. num. 16. qui num. 17. docet, non solum excommunicatum, & suspensum, sed etiam degradatum solenniter ad officia diuina teneri, si aliàs ratione ordinis tenebatur, & citat Ioan. Andr. in cap. degradando. de pœnis, lib. 6. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. nu. 8. ver sic. sed & excommunicatus, de sentent. excommunic. lib. 6. idem de excommunicato, & degradato docet, pro qua recitat Alber. Ferr. in tract. de horis canon. quæstio. 12. & 13. Sylu. in ver. degradatio, quæst. 8. Ioan. de Lign. & Decium. vbi supra, Idem docet Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. & Syluest. verbo, excommun. 3. Soto lib. 10. de iustitia, & iure, q. 5. art. 3. Paul. Fusc. libr. 1. de visit. & regim. eccles. cap. 20. num. 18. Henriquez, lib. 13. de excommu. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. tab. 2. c. 8. & alij omnes.

4 Ratio autem, quare ad officium diuinum recitandum teneatur, est, quia excommunicatio est pœna, pœna verò non tribuit immunitatem, ff. de negoc. gestis, in l. siue hæreditaria, & ff. de interdict. & relegatis, in l. relegatorum. Et quia cum ipse sit obligatus ad hanc seruitutem, & hūc pensum, vt c. 1. de celebr. miss. delictum suum ei patrocinari non debet, vt a tali seruitute liberetur, & fiat immunis. c. legi. 16. q. 1. & excommunicatio non liberat debitorem a soluendo, argumen. c. intelleximus, de iudic. sic enim vt ibi dicitur, *ex sua malitia commodum reportaret*, quod fieri nō debet. arg. l. itaque fullo. ff. de furt. & c. etsi necesse, de donat. inter virum, & vxorem. Qui igitur ad diuinum officium ante excommunicationem, suspensionem, & interdictum, aut ob beneficium ecclesiasticum, aut ob ordinem sacrum, aut ob professionem in religione approbata, tenetur, ad idē postmodū sub peccato mortali persoluendum tenetur, cum excommunicatio nec beneficium, nec ordinem sacrum, nec professionem tollat.

5 Addunt autē Hostien. §. 1. de Cler. excom. minist. ver. qualiter puniatur, & §. fi. vers. consueuit, de sent. excom. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. in c. 1. de sent. excom. li. 6. Archid. & Cardin. Alexan. in cap. presbyterum. dist. 28. Panorm. in c. 2. de cler. excom. minist. nu. 8. et Marian. Socin. ibi, nu. 18. et idem Marian. Socin. in c. sacris, num. 134. de sent. excom. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid si excōicatus. Albet. de Rosate, de Ferrar. tract. de horis canon. q. 13. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vers. tertio. Ta-

Tabiena, verbo, excom. 1. vers. quinto, & ver. septimo, in fine. Armilla, verbo, Horæ Canonicæ, nu. 12. Nauarr. de orat. & hor. Canon. c. 7. nu. 16. Couar. in ca. alma mater, 1. §. 3. nu. 8. de sent. excō. li. 6. Henriquez li. 13. de excom. cap. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. c. 13. §. 13. num. 3. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 6. & citat Syluest. verbo, excom. 3. vers. tertio. & verbo, Horæ, vers. tertio, & verb. degradatio, q. 8. Quod ita excommunicatus maiori excommunicatione, dicendo officium solus, & priuatim, vt persona priuata, non debet dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc non est verbum priuatæ personæ. Immo Maiol. cit. affirmat, quod si Sacerdos excommunicatus dicat in officio, *Dominus vobiscum*, erit irregularis, quod tamen negatur ab Henriquez vbi supra, quoad irregularitatem incurrendam.

6 Tertio ex his, quæ diximus manifestum est, excommunicatum denunciatum sic priuatim horas recitantem, ad quas ratione beneficij, ordinis, aut professionis necessario tenetur, iuxta ca. 1. & cap. dolentes, de celebr. Missar. satisfacere officio suo, ita non peccet: immò etiamsi eas, vt minister ecclesiæ recitaret; etiam cum alijs, quamuis peccaret mortaliter. argum. cap. fin. de cleric. excommunica. ministr. & capitu. sacris, de his, quæ vi met. cau. fiunt facit enim contra ecclesiæ præceptum, muneri tamen suo de horis dicendis satisfacit, argumen. eorum, quę tradunt glo. in cap. quos quidam in verbo, vt prosint, & ibi Panor. nu. 3. & Marian. Socin. seu. ibi, nu. 10. & 11. de pœnit. & remis. & idem Marian. Socin. in cap. sacris, numero 137. de sentent. excommunic. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 14. num. 5. & cap. 20. nu. 29. Hugolin. de censur. eccle. tabul. 2. cap. 8. §. 1. & patet ex communi Theologorum doctrina, & testatur S. Thom. 1. 2. quæ. 100. articul. 9. & latius tradunt Barthol. Medina 1. 2. q. 100. articul. 9. Nauar. in Manuali. cap. 13. num. 2. versic. tertio, & de orat. & hor. canon. cap. 20. num. 29. Hugolin. cit. §. 1. quãdo finis præcepti est aliud à re præcepta, non est necesse ad præceptum implendum, vt finis ipse adimpleatur, & ita cum aliud sit præceptum recitandi officium Diuinum, aliud finis præcepti huius, scilicet laudare, & colere Deum, excommunicatus siue vt persona priuata, siue vt minister Ecclesiæ horas Canonicas persoluens in peccato mortali, muneri, & officio suo satisfacit, ad effectum euitandi nouum peccatum, aut illas iterum repetendi. Sicut etiam qui in mortali peccato eleemosynam alias debitã, aut ieiunium ab ecclesia præceptum, aut votũ aliquod obligatorium præstat, debitũ suum persoluisse censetur, ad effectum euitandi peccatum nouum, quod omittendo aliàs incurreret. Quæ doctrina communis est, vt docent Iacob. Almain. in 4. dist. 16. q. 1. & Naua. in tracta. de orat. & hor. can. c. 20. nume. 29. & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 22. q. 44. art. 4. ad Palud. 3. dist. 37. quæst. 1. Ioan. And. & Panor. & Marian. Socin. in cap. quod quidam, de pęnit. & remis. & Nauar. in Man. cap. 11. nu. 17. licet enim opera, quæ nobis præcipiuntur, sint actus virtutis, non tamen præcipitur, quod ea virtuosè agamus, quæ est mens & finis præcipientis.

7 Horas igitur in excommunicatione, & peccato mortali recitans, præcepto dicendi horas satisfacit, & pœnam & peccatum euitat sic dicendo; aliàs vt rectè notat Marian. Socin. in d. cap. quod quidam, num. 10. si dicere non prodesset sibi, sequeretur quod noceret; & sic non euitaret pęnam, sed augmentaret, si idem esset dicere in peccato, & non dicere; cum secundo casu peccaret mortaliter, secundum omnes; eas itaque recitando noui peccati reatum vitat, quem non recitando incurreret.

8 Deinde verò licet orationes illæ, quas ita recitaret in peccato mortali, & excommunicatione, prout efficaciam habent ex persona, & deuotione dicentis, non ita prosunt sibi, aut alijs, sicut prodessent si in gratia factæ essent; quatenus tamen ecclesiæ personam gerit, fructuosæ sunt cum oratione omnes, quas in Missa, recitat, non etiam illæ omnes, quas in officijs Diuinis facit, haud secus, ac si excommunicatus non esset, vt ex his quæ tradunt S. Thom. 3. p. q. 82. artic. 6. in corp. Franc. Vict. nume. 10. de Euchar. & alijs colligi potest.

9 Quarto etiam, quicquid glos. vlt. in cap. 1. dist. 21. & in c. ostiarius, d. 23. & Anton. & Ioan. de Imola. in cap. 1. de vita, & honest. cler. Panor. in c. 2. nu. 2. de foro compet. & in ca. responso, nu. 2. & ibi Felin. de sent. excommunicat. Hostiens. in summa. tit. de cler. excom. minist. §. qualiter puniatur, & tit. de sentent. excommunicat. §. sed nunquid. Summa Astensis, 2. part. libro 7. tit. 9. in princip. & Palud. 2. distinct. 28. quæstio. 4. versicu. primus. & Marian. Socin. in d. cap. 1. nu. 5. de cler. excommunicat. ministr. & in cap. sacris, num. 124. & 125. de sentent. excommunicat. dicant excommunicatum maiori excommunicatione peccare mortaliter intrando ecclesiam, etiamsi ibi non celebrentur diuina, eo quod talis diuisus est ab ecclesia. cap. 2. de foro compet. & capit. qui merito, 11. quæst. 3. & quia talis eijci præcipitur ab Ostiario extra ecclesiam, capit. 1. §. ad ostiarium, distinctione 35. verius tamen est, posse sic excommunicatum intrare ecclesiam, non solum pertransiendo eam ad vlteriorem locum, vt admittit Summa Astensis, quando ibi non celebrantur diuina, sed etiam vt ibi oret, & horas Canonicas ibi solus, & priuatim recitet, ita glos. in c. qui studet, in verbo, dimisit, 1. q. 1. expressè docens excommunicatum intrare posse ecclesiam causa, orandi, dummodo non intersit officijs diuinis, cũ non inueniatur prohibitum, & ita sibi responsum sæpe fuisse a Ioan. dicit Innoc. in c. responso, de sent. excom. & Pan. sibi contrarius, in c. 1. nu. 11. de vita, & honesta. cleric. vbi ait, quod licet excommunicati intrare non debeant ecclesiam tempore celebrationis diuinorum, secus tamen si diuina non celebrentur. Idem docet Bart. Brix. in d. ca. qui studet, 1. q. 1. vt refert Pao. in d. ca. responso, dummodo non intrent causa audiendi diuina. Et Marian. Socin. in c. sacris, nu. 122. de sent. excom. ait hoc dictum Brixiensis esse magis æquum, quando fortè ibi vellet priuatim aliquas orationes dicere, vt lucraretur gratiam, & gratiã a Deo reciperet. S. Ant. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. tertio, & citat Ioan. de Lignano. Tabiena etiam, in verb. excom. 1. vers. quinto. idem affirmat. Nauar. in Man. c. 27. n. 19. ait, posse solum in ecclesia orare, quãuis alij in ea orẽt, modo seiuncti sint ab eo, & Caiet. in Summa, vers. cõmunicatio, seu participatio cũ excommu. quibus casibus omnino sit illicita, Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 7. de sẽ. excom. lib. 6. communiter receptum esse testatur, excommunicatum posse absque vlla culpa ecclesiam ingredi causa orandi, eo tamen tempore, quo diuina officia nòn celebrantur. Idem docent Nicol. de Milis in repert. in verbo, excommunicatus potest, quẽ refert, & sequitur Bart. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. c. 8. §. 6. eo quod excommunicatus priuatur, quantum ad præsentem materiam spectat, sola communione fidelium, & Sacramentorum, c. Engeltrudam, 3. q. 4. & c. pen. de sent. excom. qualis non est ingressus in ecclesiam, vt ibi solus oret.

10 Nec valent, quæ pro contraria sententia afferuntur, cũ enim dicatur excommunicatum ab ecclesia sequestrari, & extra ecclesiam esse: id vtique non de materiali ecclesia ex lapidibus, & lignis constructa, sed de corpore Christi, mystico, nimirum extra consortium fidelium intelligitur, vt rectè Hugolin. vbi supra respondit, Christi enim corpus fideles sunt, teste Apostolo Ephes. primo & Colos. 1. vt exponit Cathechismus Romanus in illam Symboli partem, *Credo Ecclesiam Sanctam.* quorum consor-

11 tio excommunicati priuantur. Ostiarius autem excommunicatos solum excludere iubetur, dum Sacerdos Missam celebrat, ne ingrediente excommunicato, officia diuina inchoata hac ratione intermittantur, quandoquidem, vt infra dicemus, excommunicato præsente, nec officia diuina cantari, nec Missæ celebrari debent, ex Felino

ca. 27. nu. 176. in fine, post Tabien. verbo, interdictum, 5. vers. decimosexto. Immò, etiam nec aqua benedicta excommunicatus, aut interdictus se aspergere possunt, quod intelligitur de Sacerdote solenniter illam benedicente, & se aspergente, cum Antiphona *Asperges*, ante Missam, sicut nec populum eo modo aqua benedicta inspergere potest, quia est quid Sacramentale, & proprium Sacerdotis: sed neque aqua benedicta hoc modo à Sacerdote excommunicatus denunciatus, aut interdictus aspergi potest, iuxta ea quæ tradunt Calderin. tract. de Eccles. interdict., memb. 6. col. 14. Angelica, verbo, interdictum, 6. §. 18. Syluest. verbo, interdictum, 5. vers. quintum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. vers. tertio. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 174. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 15. §. 14. nu. 6. potest tamen sic excommunicatus sumere aquam benedictam, cum ingreditur Ecclesiam, vt ibi priuatim oret, vt docet Nau. vbi supra, quicquid Calderin. & Hugol. locis allatis, contrarium nimis scrupulo sè affirment.

18 Septimo, excommunicatus denunciatus non solum prohibetur officia diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, sed etiam alij eadem officia diuina, & Missam, excómunicato præsente, audire, aut celebrare prohibentur. Sicut enim ipse alios in diuinis, ita alij sic excommunicatum in eisdem vitare tenentur: & colligitur ex ca. is, qui, & c. si. §. adijcimus, & §. in sfestiuitate. de sent. exc. lib. 6. & clem. 2. de sent. excom. & ibi Zabar. vers. decimo not. & c. cum & plantare, §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatos, & ibi. Panor. nu. 1. & Marian. Soc. sent. nu. 4. & 5. de priuileg. & cap. in Lateranensi, de præbend. & dignit. & cap. quod in te, §. & in conuentualibus, de pœnit. & remiss. & c. Episcoporum, & ibi glo. verbo, officia, de priuileg. lib. 6. & c. excommunicatos, & ca. cum excommunicato, cum duob. seq. 11. q. 3. Hostien. in Sum. n. 1, nu. 12. vers. sed nunquid, de sent. excom. Maria. Socin. in cap. sacris. nu. 127. de sent. excom. Sotus, 4. q. 22. d. 1. art. 4. conclus. 2. vbi ait, ita prohiberi, nimirum, ab excommunicatis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. & clare S. Thom. quodlib. 11. ar. 9. Palud. 4. dist. 18. q. 6. in princip. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Caiet. verbo, excóm. fin. Syluest. excom. 5. num. 6. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 19. & lib. de orat. notab. 22. num. 8. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. & hoc tam in clericis sæcularibus, quam in Religiosis, & exemptis procedit, vt colligitur ex locis allatis. Ratio est: quia celebrare officia, vel Missam coram excommunicatis, est participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam: & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irregularis, vt tradunt gloss. Panor. & Marian. Socin. in d. cap. cum & plantare, & gl. in c. Episcoporum, in verbo, officia, de priuileg. Couar. in cap. alma mater. 1. part. 6. 6. nu. 9. vers. Qui verò, de sentent. excommun. lib. 6. vbi alios citat. v. Calderin. conti. 4. de sent. excom. Gonsal. à Villadiego, de irregul. cap. 2. Henric. Bobic. in cap. fin. de excess. prælat. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. capit. 8. §. 4. num. 3. & colligitur ex ca. is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. Sic tamen celebrans scienter coram excommunicato manifesto, incurrit suspensionem per mensem, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. Episcoporum. de priuileg. libro 6. & si intra mensem absque dispensatione deinceps intra ecclesiam diuina officia, aut Missam celebret, fit irregularis; quia cum ei interdictus fuerat ingressus Ecclesiæ propter celebrationem, quam exercuit corá excommunicato, ex d. c. Episcoporum, si talis, cui interdictus est ecclesiæ ingressus, intra tempus suspésionis intra ecclesiá celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex c. cú medicinalis. & ibi gl. in ver. irregularitatem, & Bern. Hostië. & Fran. & Steph. Costa, ou. 92. de sent. exc. lib. 6. & c. is, qui, & ibi gl. in verb. nodatis, & Steph. Costa, n. 8. de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. Episcoporum, in verbo, à iure statutas, & ibi Io. Andr. Archid. Domi. Franc. & S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. Tabien. verbo. interdictum, 6. vers. primo. Nicol. Polonius, in tract. Sacerdot. ti. de interdict. reg. 49. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. c. 8. §. 4. nu. 5. quicquid contradicat Couar. vbi supra, existimans d. ca. Episcoporum, procedere solum in exemptis, in quorum odium statutum esse putat, vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ, si coram excommunicatis, vel interdictis scienter celebrauerint, cuius opinio optimè refellitur a gl. in d. ca. Episcoporum. in verbo, ingressum, docens prædictam Decretalem, & eius pœnam habere locum etiam in non exemptis, id quod mea sententia clare colligitur ex initio d. capit. episcoporum. de priuileg. lib. 6. cum dicitur: *Præsenti Decreto statuendum duximus, ne aliqui sæculares aut regulares quantumcumque exemptionis &c.*

19 Si quæras, quid agendum sit, quando adest excommunicatus, tempore quo Officia diuina, aut Missa celebrantur; communiter respondent DD. quod si nondum sint incepta Officia Diuina, aut Missa, monendus est excommunicatus, vt exeat, quod si sic monitus exire noluerit, eijci debet vi per aliquos laicos præsentes, aut illis non præsentibus, à clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus clericus esset, non tamen excommunicantur laici, vel Clerici eum vi excludentes, vt colligitur ex cap. veniens, & ibi glo. in verbo, celebrationem, & ibi Panor. num. 1. & Marian. Soc. sen. nu. 3. de sent. excom. & facit c. cum voluntate. §. si qui. de sent. excom. mun. Anchar. in clem. grauis. vers. sexto. de sent. excomm. & Guil. de Lauduno, nu. 1. ibid. & Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 8. §. 4. n. 5. id quod procedit, etiamsi sit cómotus, qui talé excommunicatum clericum vi eijceret; tum quia commotio ex iusta causa non operatur iniuriam, quæ requiritur ad hoc, vt quis incurrat pœnam canonis cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt Panor. & Marian. vbi supra, notarunt; tum quia in eo casu non tam infertur violentia tali excommunicato, quàm propulsatur iniuria Deo illata, ex Hugolino, cir. arg. l. Manichæos. C. de heret. Quod si nequeat sine periculo expelli, non inchoari debent officia diuina, aut Missa. Sin autem inchoatis officijs diuinis, aut Missa, excommunicatus ingrediatur, monendus, vt supra est, vt exeat, & si expelli non poterit, cessandum est à diuinis officijs, & etiam a Missa, donec expellatur, argum. clemen. grauis. & ibi glos. in verbo, in expleta. & Anchar. & Zabar. & Guil. de mõte Lauduno ibi, de sent. excom. Innoc. in c. nuper, in verbo, orando, & Felt. nu. 3. de sent. excommun. Hostiensis in Summa, nu. 17. vers. sed nunquid. de sent. excom. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 3. conclus. 2. Sum. Astens. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. vers. tertio, Nauar. in tract. de orat. & hor. canon. c. 10. nu. 59. & num. 60. Sotus, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. hic autem interroget. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. ca. 25. nu. 4. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugol. de censu. eccles. tabul. 2. ca. 8. §. 4. num. 5. Monent tamen præfati authores, quod si præfatus excommunicatus Ecclesiam intret, vel priusquam Sacerdos eum videret, iam Canonem inchoauit, debet Sacerdos procedere in officio simul cum eo, qui assistit ei tantum, alij vero omnes scientes eum excommunicatú, debent exire ecclesiam, si excommunicatus ipse exire noluit, arg. cap. sicut Apostoli, 11. q. 3. & ca. omnis, qui. 14. quæst. 1. Quod dictum debet intelligi, nô ita, vt quocumque modo incepto Canone, Sacerdos prosequatur Missá præsente excommunicato, sed incepta consecratione: Canon enim Missæ, vt docent Duran. in Rationali diuinorum offic. cap. 35. Felin. in cap. a nobis, num. 6. versic. & scias, de except. Nauar. de orat. & hor. can. cap. 16. nu. 60. & alij, incipit: *Te igitur clementissime pater*, quem post, *Sanctus*, secreto dicimus, & magna pars illius dicitur, antequam perueniatur ad verba consecrationis, de quo intermedio, idem videtur iudicandum, quod de præceden-

tis procurare, non tamen omittendo Missam peccat: ita licet quis in eo peccare possit, quod negligat procurare absolutionem, postquam tamen factus est impotens ad audiendam Missam propter excommunicationem, non peccat specialiter contra præceptum de Missa in festo audienda; quia non tenetur quis tam remote ad tollenda impedimenta, & se disponere ad Missam audiendam. Vnde Doctores communiter docent, non teneri aliquem suis expensis capere Bullam eo fine, vt per illam absolutus Missæ interesse possit, vt testatur Henriquez lib. 9. de Missa, capit. 25. §. 11. & lib. 13. de excomm. cap. 7. §. 2. in annot. litera K. quia melius, inquit, est de se legem communem seruare, quam eximi priuato priuilegio, & quæ diximus, tam de excommunicato occulto, quam denunciato accipi debent.

26 Solum restat difficultas, an occultè excommunicatus teneatur in publico abstinere ab alijs fidelibus in Missa, & officijs diuinis audiendis, & faciendis, ita vt non possit celebrare in festo die, aut communicare publicè tempore Paschali cum alijs fidelibus. In qua re vnum certum est, alterum incertum: certum enim est, quod occultè excommunicatus in occulto tenetur abstinere à communione aliorum, quoties sine scandalo, & infamia id facere poterit, & proinde nec cum alijs diuina officia facere, nec Missam celebrare poterit, aut Sacramenta recipere, cum id ei iure prohibitum sit. Neque enim per Extrauag. ad euitanda scandala, vllum ius ipsis excommunicatis tribuitur; Dicitur enim ibi: *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec in eis quomodolibet suffragari.* Cum ergo antea occultus excommunicatus tenebatur abstinere à communione fidelium, etiam nunc ante denunciationem abstinere tenetur a communione fidelium, & a diuinis, secundum ea, quæ tradunt Panorm. in cap. illud. de cleric. excomm. ministr. & Syluest. verbo, excomm. 3. quæst. 5. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 2. nume. 11. de sent. excom. lib. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. fol. 347. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 7. §. 2. & est

27 communis omnium sententia. Ceterum, an in publico teneatur excommunicatus communionem vitare aliorum abstinendo a diuinis, & a Missa audienda, ad vitandum scandalum, & infamiam, quæ sequeretur, si abstineat, incertum est. In qua re Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. artic. 3. conclus. 2. etiam de minori excommunicatione tractans docet non posse Sacramenta percipere, posse tamen Missam, & officia Diuina audire. Rich. 4. dist. 18. artic. 9. quæst. 3. in fine, idem docet de perceptione Sacramentorum. Syluest. autem in Summa, in verbo, excommunic. 3. versic. 5. ait, quod quantumcunque sit occultè excommunicatus, tenetur alios vitare etiam in publico, nec potest accedere ad sacramenta, & si accedat, & celebret, erit irregularis. Ratio eius est: quia habet præceptum superioris, quod vitet alios fideles, ergo tenetur illud seruare; nec infamia ipsum excusat, cum hoc proueniat ex culpa sua. Couarr. etiam in capit. alma mater. 1. par. §. 2. num. 12. in fine, de sentent. excommunicat. lib. 6. eiusdem sententiæ est, quoad participationem sacramentorum, & quoad sacrificium Missæ, quoad ista enim, ait, quantumcunque excommunicatus sit occultus, tenetur abstinere a communicatione eorum esto, inde sequatur infamia, & scandalum, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: in alijs autem temporalibus dicit, quod propter scandalum, & infamiam vitandam poterit occulte excommunicatus cum alijs fidelibus communicare. Sotus item, 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4. non longe a fine. vers. quartus casus, ait, habentem casum reseruatum, cui est annexa excommunicatio, nec propter officiũ nec propter scandalum, ad communionem ante absolutionem accedere posse. Alij tamen, & mea sententia verius, affirmant, ob vitandum scandalum, & grauem suã infamiã, posse licitè in festo audire missã, ita expresse Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 1. in fine, vbi ait non teneri occultè excommunicatum in publico abstinere a communione aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis. Suplementum apud Syluest. vbi supra. Franc. Vendramin. tract. de excom. nu. 13. Alphon. a Castro, lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. conclus. 2. Corduba, q. 142. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. c. 93. in fine, vbi ait esse multorum sententiam; & ipsemet Sotus, 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 5. ad 2. vers. hoc autem dubium, ait id esse licitum ob scandalum grauissimum. Nauar. in cap. 1. §. laboret. in fine, de pœnit. dist. 6. ait esse multorum opinionem; nec eam refellit; & in Manuali, capit. 27. num. 239. Ioseph Angles, in Flor. Theolog. agens de casibus reseruatis, in fine. Henriquez li. 13. de excom. c. 7. §. 2. in annotat. in lit. K. & capit. 21. §. 3. ait posse bis aut ter celebrare missam, nisi clericus talis esset antea ita infamatus per iudicia, vt maius sequatur scandalum celebratione, quam si crimen prodatur; aliàs si occultus sit excommunicatus, habita contritione aut confessione, ante dispensationem posset celebrare. Vbi etiam docet monialem, quæ incidit in censuram Cenæ communicare posse tempore consueto, & assistere choro, & officijs, a quibus si abstineat periclitabitur fama eius, & monasterij; id quod ante docuit Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 239. Hanc etiam sententiam tenet Francisc. Suarez de Sacram. disp. 66. sect. 4. & faciunt quæ docet Angelica, verbo, Eucharistia, 2. num. 6.

29 Ex quibus omnibus colligitur excommunicatum occultum, vel irregularem secretum, causa vitandi graue scandalum, aut infamiam, dum absit fraus, & dolus, nec sit in mora petendæ absolutionis, posse præuia contritione, & confessione peccatorum, quamuis non absoluatur a Confessore, quia obstat censura excommunicationis reseruata superiori absenti, missæ, & officijs interesse, & aliquando celebrare, tum sine culpa mortali, tum etiam sine incursione aliqua irregularitatis. Ratio est: quia quotiescunque concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum est, quod arctius, & maius est: cum igitur in casu proposito concurrant simul præceptum de abstinentia a communione fidelium, & præceptum negatiuum non scandalizandi, aut non infamandi se, quod est maius, hoc potius, quam illud seruandum est: quia sicut iugum Christi suaue est, ita & mandata Ecclesiæ piè interpretanda sunt, vt non nimis grauia sint. Nec verisimile est intentionem Ecclesiæ esse cum tam graui iactura & detrimento quempiam obligare velle: Immo, ipsemet Syluester vbi supra, verbo, excommun. 3. versic. quinto, §. quidam tamen, & verbo, excommunic. 5. numero secundo, cum alijs communiter docet, quod si quis videt occultè excommunicatum in Ecclesia, debet si potest exire, sine nota illius excommunicati. Si ergo alij tenentur seruare famam illius excommunicati, etiam ipsemet tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato propriam famam indemnem conseruare. Tenetur tamen vnusquisque in tali euentu diligenter animaduertere, an alia via infamiam, & scandalum vitare possit, probabilem aliam excusationem sine mendacio causando; quando enim id commodè fieri potest, cessat causa, & necessitas communicandi, celebrandi, aut officijs diuinis interessendi. & de officijs diuinis excommunicato prohibitis, hactenus dictum sit.

De Suffragijs Ecclesiæ, quibus excommunicatus priuatur. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio maior hominem suffragijs Ecclesiæ catholicæ priuat.*

2 *Suffra-*

uffragia Ecclesiæ, eorumque valor in quibus consistat.

Suffragijs Ecclesiæ priuatus, triplex incommodum incurrit.

Missam, & alias orationes an pro excommunicatis offerre liceat.

5 *An peccatum mortale sit orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis Ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint.*

6 *Sacerdos Missam offerens pro excommunicato non denunciato contrito, non peccat.*

7 *Ecclesia, quare in officio Missæ Feriæ Sextæ hebdomadæ Sanctæ pro hæreticis oret.*

8 *Ecclesia quare eo die excommunicatorum mentionem non faciat, sicut Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum meminit.*

9 *In Memento, quod fit in Missa, an pro excommunicato denunciare orare liceat.*

10 *Excommunicatus denunciatus sic moriens, sepultura Ecclesiastica caret.*

11 *Excommunicatus denunciatus in loco sacro sepultus, inde eijci, & extumulari debet.*

12 *In Ecclesia, vel Cœmiterio pollutis, antequam reconcilienter, nec Officia diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt.*

13 *Excommunicatus denunciatus moriens, etiamsi signa contritionis dederit, ante absolutionem tamen in loco sacro sepeliendus non est.*



5 Ertius effectus Excommunicationis maioris est, quod hominem suffragijs Ecclesiæ Catholicæ priuet. Suffragia verò Ecclesiæ intelliguntur illa bona spiritualia, quibus ecclesia Christianorum animabus subuenit, & suffragatur. Quæ bona in duplici sunt differentia; Quædam enim sunt publica, quædam priuata. Publica dicuntur ea, quæ fiunt à Ministris ecclesiæ, prout ecclesiæ Ministri sunt, vt Horæ Canonicæ, Missæ Sacrificium, Orationes, Indulgentiæ, quas ecclesia pro fidelib. dicit, & eis distribuit. Priuata verò sunt illa, quæ fideles vt personæ priuatæ, & non vt ecclesiæ Ministri exercent, vt sunt orationes priuatæ, ieiunia, & eleemosinæ.

2 Rursus, Suffragiorum ecclesiæ valor ex duobus cõsideratur, Primo vel ex vnione charitatis, quæ fideles omnes connectit, vt sint omnes vnum corpus in Christo capite, de qua vnione dicitur in Symbolo, *Sanctorum communionem* charitas enim facit omnia bona, & suffragia ecclesiæ communia esse; haud secus, ac operatio vnius membri in corpore naturali, in totius corporis commodum, & vtilitatem redundat. Vel secundo, ex animo, intentione, & applicatione operantis, vt pluribus tradunt S.Tho. in addit. 3. par. quęst. 71. articulo primo. Palud. 4. dist. 45. artic. 1. Adrian. quodlib. 8. artic. 3. litera C. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. numero primo, de sentent. excom. libro sexto Excommunicatio maior illa prima communione, & illo valore suffragiorum, quæ à charitate procedunt, non priuat, cum illo valore prius per peccatum mortale priuatus fuerat, cuius causa excommunicatus fuit; vnde nec iniuste excommunicatus illo valore priuatur, ex Summa Astensi, in 2. par. tit. 9. libro septimo, quęst. a. Nauar. in Man. cap. 27. numero 18. Couar. vbi supra, numero secundo, & nos superiori libro, cap. 17. latius exposuimus. Quando igitur excommunicatum ecclesiæ suffragijs priuatum esse authores affirmant, de illa solum suffragiorum generalium ecclesiæ communione intelligendi sunt, quæ ab ecclesiæ Ministris, aut generatim pro tota ecclesia, aut speciatim pro aliquo eiusdem membro offeruntur, ex eo scilicet, quod Ecclesia communia sua suffragia excommunicato tali applicare non intendit, nec pro illo orare, qui iam abscissus ab ecclesia est. Sic Magister, 4. dist. 18. non longè à fine, S. Thom. in addit. 3. par. quęst. 21. art. 1. ad secundum, & opusc. 6. in illam partem Symboli (*Sanctorum communionem.*) in fine Gabr. 4. dist. 18. quæstio. secunda articulo tertio dub. 1. Palud. 4. distin. 18. quæstio. prima articulo primo conclus. 2. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. quæstio. 2. Angelica, verbo, excommun. vlt. nume. 3. Sanctus Anton. 3. pat. titul. 24. cap. 76. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. quarto. Syluest. verbo, excom. 8. vers. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. quęst. 23. artic. primo Sotus 4. dist. 22. quæstio. prima articulo primo vers. quomodo autem, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 18. & cap. 10. de orat. & horis canon. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 6. num. 3. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 12. §.... Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. 1. Et præter tot Doctorum auctoritates, ratio est, quia cum excommunicatus sit extra Ecclesiam, eiusq; membrum non sit, (vt nouissimè declarauit Catechismus Romanus in explicatione illius partis Symboli, *Credo Ecclesiam Sanctam* vbi post multa addit, *Ex quo fit, vt tria tantummodo hominum genera ab ea excludantur, primo, Infideles, deinde Hæretici, & Schismatici, postremo Excommunicati.* & hoc ob eam rationem, quam inferius Catechismus reddit: his verbis. *Quoniam Ecclesiæ iudicio ab ea exclusi sunt & ad illius communionem non pertinent, donec resipiscant.*) consequenter suffragia Ecclesiæ, quæ communia sunt membris tantum illius, excommunicatis ex ecclesiæ intentione, & applicatione non prosunt, ex communi omnium sententia, quicquid Hostiensis in cap. cum voluntate, de sentent. excom. & Summa Confessor. lib. 3. tit. 33. q. 159. contra dicant, vt Couar. vbi supra, num. 2. vers. tertia conclusio, refert.

Hinc infertur, quod hoc ipso, quod quis suffragijs Ecclesiæ priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria, quæ quis ex suffragijs ecclesiæ consequitur, valent enim ad augmentum gratiæ eis, qui gratiam habent; vel ad merendum gratiam eis, qui non habent, & quoad hoc; Magister 4. dist. 18. dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent etiam ad custodiam virtutis, & quantum ad hoc dicit, quod protectio subtrahitur, non quod omnino à Dei prouidentia excludatur, sed ab illa protectione, qua filios ecclesiæ specialiori modo custodit. Valent denique ad defendendum ab hoste, & quantum ad hoc dicit, quod Diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur, & spiritualiter, & corporaliter. Vndè in primitiua ecclesia, quando oportebat homines per signa ad fidem inuitari, sicut visibili signo donum Spiritus Sancti manifestabatur, ita & excommunicatio vexatione corporali à Diabolo innotescebat, vt post S. Thom. in addit. 3. pat. quæst. 21. artic. 2. ad 2. Dionys. Carthus. in 4. dist. 18. quæst. quarta, vers. denique si quæratur. Angelica, verbo, excommun. vlt. nume. 3. Syluest. verbo, excom. 3. vers. secundo. summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst.... versic. quarta conclusio, de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 9. §. 1. nu. 2. & alij scribunt.

Dubium tamen est, cum dicatur excommunicatum p[ri]uari ecclesiæ suffragijs generalibus; an liceat Missam, a[c] alias orationes pro excommunicatis offerre; Cui dubit[a]tioni respondent Doctores communiter, non licere o[ra]re pro eis, nec nominatim, nec generaliter, nec special[iter] ad hunc sensum, quod orans, vt Minister Ecclesiæ, pr[o] eiusdem ecclesiæ, & sacrificia pro excommunicato de[nun]ciato (vt sunt omnes orationes Missarum, & horaru[m] canonicarum ex Nau. de orat. & hor. can. capit. 19 [nu]me. 67. & Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 9. §. ter[tio] offerre intendat. Quia faceret contra intentionem [Eccle]siæ, quæ intendit sic excommunicatum omni mod[o quo] potest suis auxilijs priuare. Et quia Missa eius or[...] fi[...]

solum pro ecclesiæ membris dicuntur: Et quia sicut passio Christi non habet effectum nisi in ijs, qui fide, & charitate ei vniti sunt; ita nec Missa Christi passionem repræsentans, ex S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 7. ad 2. Et quia si liceret orare pro excommunicato, etiam in genere, non plus priuaretur suffragijs excommunicatus, quam alius quicunque fidelis, quem non nominat orans in suis orationibus, & sacrificijs, quod & falsum est, & contra communem & antiquum vsum ecclesiæ, vt colligitur ex cap. a nobis. 1. & capit. sacris, de sent. excomm. & expresse docent S. Thom. 3. par. quæstio. 79. articulo septimo, ad 2. & addit. 3. part. quæstio. 21. articulo primo ad 2. in fine. Summa Hostiensis, lib. 5. titu. de sent. excommun. nu. 17. ver. sed nunquid. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 3. & Gabr. 4. dist. 18. quæst. secunda art. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 23. art. 1. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art.... vers. quomodo autem. vbi ait, quod si Rex, aut Episcopus esset excommunicatus, non esset nominandus in canone. Nauar. de orat. & hor. canon. cap. 19. nume. 67. Couar. in cap. alma mater, prima part. §. sexto, numero quarto, versic. quarta conclusio, de sentent. excommunic. libro sexto. Henriquez libro decimotertio de excommun. cap. duodecimo, & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, numero primo, Francis. Suarez. de Sacram. 3. parte, disput. 78. sect. secunda, in fine. Vnde falsò docet Marian. Socin. sen. in cap. sacris, numero 242. de sent. excom nun. licitum esse orare pro excommunicatis viuentib. oratione generali, prout (inquit) facit ecclesia; affert pro hoc c. non æstimemus, 13. quæst. secunda, sed male: neque enim ibi agitur de oratione facienda pro excommunicatis, neque pro viuis, sed pro mortuis, qui dum vixerunt, metuerunt, vt sacrificia pro illis oblata prodesse ipsis potuerint.

Dubium etiam esse potest, An sit peccatum mortale orare pro excommunicatis denunciatis in orationibus publicis ecclesiæ; & an eis tales orationes prosint? Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. articulo primo, dubitat, quia fortè (inquit) ecclesiæ prohibitio, qua prohibetur, ne quis oret publica oratione pro excommunicato denunciato, non est præceptiua. & S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 21. articulo primo, ad primum, solum ait, non esse orandum pro illis fusis orationibus istis ad Deum, quæ fiunt pro membris ecclesiæ, sed benè alijs orationibus; & non dicit quod sit peccatum mortale. Syluest. etiam verbo. excom. 1. in principio, ait, quod male facit qui orat pro excommunicato communibus orationibus, non tamen explicat an male faciat mortaliter. Ceterum, dicendum est, peccatum esse mortale, quia facit contra ecclesiæ præceptum, vt habetur in c. a nobis, 2. & c. sacris de sent. excom. & in extrauagan. ad euitanda scandala. & quia res hæc grauis est, grauiter peccat in eo, quod præceptum ecclesiæ trāsgreditur: & ita docet Henriquez lib. 9. de Missa. cap. 15. §. 3. litera P. in annot. post. Nauar. in Man. ca. 27. nume. 36. ad 5. An verò Missa, & aliæ orationes pro taliter excommunicato factæ prosint, nec ne, licet aliqui dubitent, tamen hac distinctione facile concordari possunt authores. Si enim sic excommunicatus contumaciter maneret in mora culpabili petendi absolutionem, aut inducendo aliquem, vt pro eo Missam celebraret, peccat, & certum est, nihil illi prodesse, quo modo vera est sententia Innocent. in c. a nobis, 2. de sentent. excomm. Adriani in 4. tract. de Clauib. dub. 3. principali, in fine. & Sotus 4. dist. 22. quæst. prima art. primo, vers. attamen dubium est, & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. secundo, & aliorum qui ante obtentam absolutionem Missam, aliasque orationes ecclesiæ nihil eis prodesse putant, satisque esse censent, quod ecclesia ob culpam præteritam eos suis suffragijs priuauerit; sin vero contritus sit, & ipsum contumaciæ pœniteat suæ, diligenterque absolutionem procuret, paratus quicquid est in se, facere, probabilius est huic iusto orationes illas etiam ad satisfactionem prodesse, ex pia matris ecclesiæ intentione, quæ non intendit filios obedientes, & pœnitentes huiusmodi orationibus, & suffragijs priuare. Sic summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. secunda. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 3. Hostiensis in c. cum voluntate, de sentent. excomm. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. Turrecrem. in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Nauar. de orat. & hor. cano. cap. 19. num. 68. Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 6. nume. 4. vers. nona conclusio, de sentent. excommun. lib. sexto, vbi ait hoc esse communiter receptum. Henriquez lib. 9. de Missa, ca. decimoquinto. §. tertio, in annotat. litera P. & libro decimotertio de excommun. cap. vndecimo §. secundo, & ca. duodecimo, §. tertio. Dum tamen sacerdos generali intentione offert pro omnibus, non censetur illicitè contra prohibitionem ecclesiæ pro excommunicatis huiusmodi offerre velle.

6 Vnde multo magis, si sacerdos spontè missam offerat pro contrito excommunicato non denunciato, prodest ei, cum sit membrum viuum, ac filius iam obediens, ac subinde in eo cessat tota causa huius pœnæ, quæ erat inobedientia; vel etiam si amicus aliquis data stipe pro eo offerri eam faciat. Nec peccat sic offerens etiam pro non contrito non denunciato, quia Concilium Constantiense, vt habetur in extrauag. Ad euitanda scandala, indulget, vt liceat participare in sacris, & sacramentis, cum huiusmodi excommunicatis. Neque obstat quod idem Concilium, ait: *nolle se in aliquo excommunicatis ipsis suffragari*; vt proinde nec licitè possit quispiam pro excommunicatis non denunciatis offerre. Respondetur enim, hoc non tam esse in fauorem ipsius excommunicati, quam in commodum, & fauorem sacerdotis offerentis, qui stipem accipit pro missæ celebratione, & etiam meretur, dum pro sic excommunicatis non denunciatis offert, pro quibus offerre non prohibetur. vt Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 11. §. secundo, in annot. litera K. eruditè annotauit. Immò etiam pro excommunicato, qui nec notorius, nec denunciatus est, publicè orari posse docet Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. §. secundo, numero tertio; pro qua re etiam refert Ioan. Bapt. Antonucium in Catechesi Neapolitana. capit. decimoquinto, versic. septimo, libro quinto.

7 Altera difficultas esse potest, qua ratione fiat, vt ecclesia in officio missæ feriæ sextæ hebdomadæ Sanctę pro hęreticis oret, cum sint iure excommunicati, cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & in Bulla Cenæ. Hinc nonnulli, vt Hostiensis, in cap. cum voluntate, de sentent. excomm. & Ioan. de Friburgo, in summa confess. libro 3. titu. 33. quæst. 159. & alij respondent, non posse nos specialiter pro excommunicatis orare, sed tantum generaliter, quomodo ecclesia tunc pro hæreticis orat. Quæ responsio falsa est, tū quia nec generaliter applicari possunt orationes ecclesię iustè, & legitimè excommunicatis; tum quia missa, & eius orationes, non nisi pro membris ecclesię dicuntur; & Christi passio effectum non habet, nisi in ijs qui fide, & charitate ecclesiæ vniti sunt: ergo nec missa Christi passionem repræsentans, vt docet S. Thom. 3. par. quæst. 79. art. septimo, ad 2. quę ratio æquè valet de missis generaliter, ac specialiter pro excommunicatis dictis. Alij respondent, quod tempore, quo ecclesia cępit publicè pro hæreticis in feria sexta hebdomadæ Sanctæ orare, nō erant illi ipso facto excommunicati, argum. capitulo corripiantur, 24. quæstio. tertia. & licet postea excommunicati sint ipso iure, remansit tamen ea oratio fortè ex inaduertentia: Quæ responsio non minus falsa est, quam superior; cum enim quotannis ecclesia oratione prædicta vtatur, non est tantæ incuriæ nota ecclesiæ, quę a spiritu sancto regitur, inurenda; maximè cum officium illius diei à Pio V. approbatū sit. Hinc alij, vt Nau. de orat. & hor. can. c. 19. nu. 71. & Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 6. nu. 3. ver. ex quolibet obiter, de sent. excom. li. 6. & Viguerius in Institut. cap. 16. §. 6. vers. 15. respondent, ecclesiam

im eo die pro hæreticis, sicut pro paganis, & Iudæis ora :, non quidem orationibus pro membris ecclesiæ institutis, sed alijs, quæ pro exteris, & ab vnione ecclesiæ alienis institutæ sunt, vt Deus dignetur eos ad ecclesiæ vnitatem, & pœnitentiam reducere, secundum ea, quæ tradunt S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & Turrecrem. in c. si quis episcopus. 11. q. 3. & Syluest. verbo, excommun. 1. & verb. oratio, q. 4. Quę responsio non placet Hugolino vbi supra, tab. 2. ca. 9. §. 2. nu. 2. & meritò, quia licet institutæ sint orationes illæ pro hæreticis, tamen recitantur à Ministris ecclesiæ eo die, & in eo officio publicè, quatenus ministri sunt, quod prohibetur in capit. à nobis, 1. & ca. sacris. de sent. excommunic. Vndè, verior responsio est, quod in die Parasceues, ipsa ecclesia est, quæ orat pro hæreticis, & alijs, adeò, vt ipsa, quæ prohibet alio tempore Missam, & orationes pro illis offerri à suis ministris, eo die prohibitionem illam suspendit; id quod ecclesia pro sua auctoritate facere potest: ita Sotus, 4. dist. 11. q. 2. art. 7. ad 2. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. ver. Quomodo autem. & Hugolin. loco proximè allato. Ratio autem, cur eo die pro hæreticis, & paganis ministros suos orare voluit ecclesia, vt refert Duran. lib. 6. Rational. diuin. offic. c. 77. nu. 12. post Rich. 4. distin. 13. artic. 2. q. 4. ea est; quia eo die repræsentatur ab ecclesia passio Christi, & memoria mortis eius, prout erat in se; in qua passione, sicut Christus pro inimicis suis orauit, & sanguinem suum pro omnibus fudit, in Ecclesia, vt sponsum suum imitaretur, & simul etiam meritum passionis eius ad omnes pertinere significaret, ex sua parte, & pro hæreticis, qui à Christi fide defecerunt, & pro infidelibus alijs, qui nunquam fidem Christi receperunt, à suis ministris orari voluit.

8 Illud tandem obiter annotandum est, quod licet eo die Ecclesia pro Paganis, Iudæis, & Hæreticis oret, non tamen excommunicatorum mentionem facit, sub ipsomet excommunicationis nomine, vel, quia vt ait Sotus, 4. d. 22. q. 1. artic. 1. dub. 1. ver. quomodo autem, eos illa hora ad hunc effectum ab excommunicatione absoluere, seu suspendere censetur, vel vt hac ratione, quantum detestandi sint excommunicati, ostendat, quos nec nominandos esse à fidelibus voluit. Hinc S. Bernardus tractat. de gradibus humilitatis, in fine, loquens de excommunicatis, ait: *Absit autem à nobis vt etiam pro talibus, etsi palam non præsumimus, vel in cordibus nostris orare cessemus cum Paulus eos quoque lugeret, quos sine pœnitentia mortuos sciret; Etsi enim a communibus orationibus ipsi se excludant, sed ab effectibus omnino non possunt, viderint tamen, in quanto periculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Parasceue nominatim oretur pro quilibuslibet malis; nulla tamen mentio fit de excommunicatis.* Hæc S. Bernardus.

9 Quæres, An licitum sit saltem in Memento, quod fit in Missa, orare pro excommunicato denunciato; Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. versi. quomodo autem, est dubius in hac re, Ledesm. in 2. 4. quæst. 23. art. 1. dub. vlt. expressè negat licere, quia tempus illud particulare datur Sacerdoti, vt oret tantum pro ijs, pro quibus intendit ecclesia: intendit autem ecclesia tantum pro ijs, qui sunt intra ecclesiam: verior tamen opinio docet id licitum esse, quia illud videtur esse oratio priuatim facta, datur enim illud tempus Sacerdoti, vt oret pro quibus velit, Sic Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excomm. nu. 17. versic. sed nunquid vbi ait, *Si in Memento recognites de aliquo amico tuo excommunicato, & ores, vt Deus infundat sibi gratiam, ita quod conuertatur, non reprobo, nec propter hoc dicam te excommunicato participare, sed opus charitatis potius exercere: & voluntatem Dei facere qui neminem vult perire.* & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. nt. 9. q. 3. Syluest. in verbo, excom. 1. nu. 2. & verbo, Missa, 1. q. 8. vers. quartum. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. quarto, iu fine. Nau. de orat. & hor. canon. c. 19. num. 73. quo in loco latius de hac re tractat. Couar. in ca. alma mater. 1. part. §. 6. ver. septima conclusio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 12. §. 3. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. c. 9. §. 3. Simon. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 25. nu. 3. Francis. Suarez de Sacram. dispu. 78. sect. 2. in fine. Qui omnes ea ratione id licitum esse docent, quod Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non autem vt Minister ecclesiæ, & à fortiori poterit quilibet Christianus priuatas orationes pro excommunicatis licitè facere, vt conuertantur, & redeant ad ecclesiam per humilem pœnitentiam, à qua præcisi sunt per excommunicationem. Sic S. Tho. in addit. 3. par. q. 21. art. 1. ad 1. & 2. Rich. 4. dist. 18. art. 7. q. 3. ad 3. Gab. 4. distinct. 18. q. 2. art. 3. & alij omnes superius allati.

10 Neque solum sic excommunicatus denuntiatus ecclesiæ suffragijs caret, vt diximus, sed etiam ecclesiastica sepultura caret, si excommunicatus decedat, vt habetur in cap. sacris, de sepult. & DD. ibi Hostiensis in Summa, libro 3. tit. de sepul. nu. 4. vers. quibus interdicitur. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. nt. 9. q. 4. S. Ant. 3. par. tit. 24. ca. 79. versi. decimoseptimo, & versi. decimooctauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nume. 21. Syluest. verbo, excommun. 3. ver. vigesimo. & verbo, sepultura. ver. decimo. Tabiena, verbo, excomm. 1. ver. decimotertio, Gabr. 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Marian. Soc. sen. in c. sacris, num. 157. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 23. ver. decimoseptimo, & nu. 36. vers. ad secundum, & num. 137. ver. declaratio prima & tom. 5. cons. cons. 15. num. 5. de pęnit. & remis. & Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 2. & cap. 11. §. 8. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 9. §. & facit c. consuluisti, de consecrat. eccles. vel altar. & cap. ad hæc, de priuileg. & cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & clem. eos qui de sepult. vnde, nec in cæmiterio ritè, ac solemniter ad sepulturæ vsum ab Episcopo consecrato, aut in ecclesia consecrata, aut etiam non consecrata, vbi Diuina officia facta sint (cum hæc eodem iure, quo ecclesia consecrata vtitur, arg. cap. penult. de immunit. eccles. & capit. fin. de consecr. eccles. vel. altare.) publicè denunciatus excommunicatus sepeliri potest. Qui vero sic excommunicatum sepeliunt, siue religiosi exempti sint, siue laici, & sæculares, eousque ingressum ecclesiæ sibi interdictum habent, donec satisfecerint de contemptu, vt habetur cap. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. & testatur glo. in ca. is qui, in verbo, notatis, de sent. excommun. lib. 6. & etiam excommunicationem maiorem scienter sepelientes incurrunt, vt habetur in clem. 1. de sepult. & glos. ibi, in verbo, scienter, & Anchar. in principio, vers. secundo not. & Zabar. eod. in initio, secus autem, si id vel iure prohibitum ignorauit, aut quem sepeliuit, absolutum probabiliter existimauit, cum temeritatis audacia, & scientia in sepeliente, vt hanc pœnam incurrat, requirantur. Sicut nec dictas pęnas incurrunt, qui taliter excommunicatos in agris, aut locis profanis sepeliunt, etiamsi locus in Ecclesia, vel Cæmiterio vicinus, & contiguus sit; vt docent gloss. in clem. 1. in verbo, cæmiterijs, de sepult. Nauar. in Man. cap. 27. num. 137. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. §. 5. num. 1. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 11. §. 3. in annot. lit. M Armil. verbo, excommun. casu 44. Card. in d. cle. 1. q. 1 Neque eam incurrit, qui talem sepeliuit in loco aucto quando auctum est Cæmiterium, non intercedente Episcopi auctoritate, cum pars illa aucta, vt Henriquez, Hugolin. post Anchar. in dict. elem. 1. nume. 4. de sep tradunt, verè sepultura ecclesiastica non sit, ex quo ne consecrata est, neque ad sepulturam superioris auctoritate destinata. Quare merito Panor. sententia in cap. sa num. 3. quam etiam amplexatus est Marian. Soc. in sacris, num. 157. de sent. excommunic. reijcienda est habet, sic excommunicatos non solum in Cæmite peliendos non esse, sed neque in loco qui Cæmiteri ecclesiæ adeo contiguus, & vicinus est, vt inde cler

cantantium voces audiri possint, arg. cap. quod in te, de sepult. Etenim, sententia hæc nullo modo ex illis locis colligi potest, cum excommunicatus ibi non sepeliatur, vt diuina audiat, vel audire possit.

11 Quod si fortè in Cœmiterio, aut alio loco sacro, & consecrato excommunicatus aliquis sepultus fuerit, inde eijci, & extumulari debent ossa eius, vt in d. cap. sacris, habetur, dummodo eius ossa ab ossibus fidelium separari, & discerni possint, d. c. sacris. & ibi glos. in c. quicunque, in verbo, extumulent, de hæret. lib. 6. aliter non; quia minus malum est, quod in cæmiterio remaneant ossa excommunicatorum, quam quod inde eijciantur corpora fidelium. Cœmiteria vero, in quibus excommunicati sepulti sunt, polluta sunt, vnde, postquam ipsorum excommunicatorum cadauera, aut ossa exhumata, & eiecta fuerint, reconcilianda sunt aspersione aquæ solenniter benedictæ, vt habetur capit. consuluisti, de consecr. Ecclesi. vel altar. & cap. vnico, titu. eod. lib. 6. Durand. lib. 1. ration. diuin. offic. cap. 6. numero 42. & 44. Angelica, verbo, Consecratio, 2. nu. 6. Syluest. verbo, eod. 2. nu. 5. Marian. Socin. in ca. sacris, nu. 47. de senten. excom mun. vbi obiter ex præfatis authoribus aduertendum est, & habetur in capit. vnico, de consecr. Ecclesi. vel altar. lib. 6. quod si excommunicatus aliquis in Ecclesia sepultus sit, non solum Ecclesia polluta erit, sed etiam Cæmiterium illi contiguum pollutum erit, cum accessorium eius, ad quod accedit, naturam sequitur, cap. accessorium, de regul. iur. lib. 6. pollutio tamen cæmiterij ecclesiam non polluit, licet contigua existat, vt in d. capit. vnico, Bonifacius Papa VIII. definiuit.

12 In Ecclesia autem, vel Cæmiterio sic pollutis, antequam reconcilientur, nec officia Diuina cantari, nec fidelium corpora sepeliri possunt, vt præfati scriptores testantur: reconciliata vero Ecclesia polluta, reconciliatum censetur cæmiterium illi contiguum, ex Gemin. in d. cap. vnico, de consecrat. Ecclesi. vel altar. lib. 6. num. 5. Philip. Franc. ibid. & Archid. & Ioan. Andr. & communiter ibi DD. & Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. Eccle. cap. 25. num. 10. quos refert, & sequitur Hugolin. de censur. Ecclesi. tab. 2. cap. 9. §. 5. num. 4. Qui vero ante reconciliationem Ecclesiæ sic pollutæ in ea officia diuina celebrant, licet grauiter peccent, irregulares tamen nō erunt, arg. cap. is, qui, de sententia excommunic. libro sexto, & Gemin. & Franc. vbi supra, & Summa Astensis, 2. part. lib. septimo tit. 9. quæst. quinta. Quæ omnia solum procedunt in excommunicato denunciato non absoluto, etenim non denunciatus in loco sacro sepeliri potest, nec peccat talem sepeliens, iuxta constitutionem Conc. Constant. in extrauag. Ad euitanda scandala, & expresse docent Anchar. Concil. 176. numero tertio. Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero 36. vers. ad secundum, et rem. secundo cons. cons. 15. de pœnit. & remiss. Henriquez lib. decimotertio, de excom. cap. vndecimo, §. tertio. Ioan. Batista. Antonucius in Catechef. Neapolit. libro 5. cap. 14. quem refert. & sequitur Barthol. Hugol. de cens. Ecclesi. tab. 2. ca. 9. §. 5. num. 1.

13 Qui verò excommunicatus denunciatus decessit, etiam si signa contritionis dederit, ante absolutionem in loco sacro sepeliri non debet, in quo casu si ibi sepultus sit, ante absolutionem non est exhumandus, sed absolutio post mortem quamprimum commode fieri poterit ab hæredibus eius ab Ecclesia petenda erit, vt docent glossa in capitulo sacris, in verbo, non communicemus, de sepultur. & in ca. ad hæc, in verbo, eijciant, de priuileg. & in cap. si ciuitas, in verbo, sepeliri, de sentent. excommunic. libro sexto, & Innocent. in cap. vltimo, de excess. prælat. in fine. Marian. Socin. in c. sacris, numero 160 de sent. excommun. Hugolin. loco proxime citato. Sed de his hactenus.

De Beneficijs excommunicato collatis.
Cap. V.

SVMMA.

1 *Excommunicatio maior inhabilem aliquem reddit ad beneficium acquirendum.*

2 *Beneficium quis sine communione hominum adipisci nō potest.*

3 *Beneficium existenti in irregularitate conferri validè nequit.*

4 *Excommunicatus siue a iure, siue ab homine beneficiū obtinere non potest.*

5 *Beneficium collatum ab Episcopo excommunicante excommunicato non prodest.*

6 *Excommunicato beneficij collatio facta vel Motu proprio, vel ad partis instantiam, est nulla,*

7 *Beneficij collatio facta excommunicato nō, valet, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione.*

8 *Beneficij collatio facta excommunicato est nulla, & irrita, etiamsi excommunicatus ignoret se excommunicatum esse.*

9 *Excommunicato beneficij collatio facta, non valet, etiam si tempore collationis non sit denunciatus.*

10 *Beneficij collatio facta excommunicato, non valet, etiam si facta sit excommunicato iniustè.*

11 *Beneficij acceptatio per excommunicatum facta valet,*

12 *Beneficij impetratio per excommunicatum facta est nulla, & inutilis.*

13 *Clausula hæc* (Teque à quibusuis. &c.) *& absolutio in quibus casibus non valeat.*

14 *Beneficij permutatio inter excommunicatos, vel alterū illorum facta non valet.*

15 *Pensionis accessio super beneficio Ecclesiastico facta excommunicato, non valet.*

16 *Electio excommunicati facta à quocunq; inferiori a Papa ad beneficium, nulla, & irrita est.*

17 *Postulari ad beneficium excommunicatus potest.*

18 *Nominatio excommunicati ad beneficium, non valet.*

19 *Præsentatio excommunicati ad beneficium, non valet.*

20 *Beneficium etiam in Commendam excommunicato dari non potest.*

21 *Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspēsionis, nec in foro conscientiæ, nec de iure positiuo retinere quis potest.*

22 *Episcopus quibus in casibus dispensare nequeat, vt excommunicatus beneficium retineat.*

23 *Beneficij collatio, si ad alium, quam ad Episcopum pertineat, & facta sit excommunicato, vltra dispensationē Episcopi, vt valida sit, necessarius est nouus collatoris consensus.*

24 *Excommunicatus pendente excommunicatione beneficij fructibus priuatur, & quæ huius ratio sit.*

25 *Excommunicatus iniustè, fructus omnes absolutus recuperat, quos excommunicationis tempore amisit.*

26 *Patrimonij fructus alicui pro titulo assignati, per excommunicationem non amittuntur, & quare.*

27 *Excommunicatus pendente excommunicatione, pensionibus, oblationibus, & alijs redditibus, qui ob Ecclesiæ emphyteusim præstantur, nec non quotidianis distributionibus priuatur.*

28 *Excommunicatione durante alter Ecclesiæ, & beneficij*

sum irregularem, tunc videtur ipso facto dispensare in tali irregularitate, & absoluere talem excommunicatum, vt communiter DD. tradunt. Panorm. in cap. cum in cunctis. §. inferiora, nu. 8. & in c. innotuit. nu. 7. de elect. & facit l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & l. idem Vlpianus. ff. de excusat. tutor. & DD. ibi & tenet Barth. in repet. in l. Barbarius. col. 5. & ibi Iason, colum. tertia. ff. de offic. Prætor. Oldrad. consi. 335. cum quatuor sequenti. Roman. consi. 216. Felin. in gl. in cap. cum in iure, de offic. deleg. & in c. præterea. nu. 9. de testib. cogend. Ioan. Staphil. de literis gratiæ, & iustitiæ, Innoc. in c. diuersis fallacijs, de cler. coniug. Gabriel. tom. 2. titu. de clausul. conclu. 2. à nume. 40. Nauar. in Manuali, cap. 25. nume. 74. & in cap. si quando. except. 10. num. 3. de rescript. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 7. num. 2. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 13. §. 3. secus autem in inferiore citra Papam. Vnde Episcopus conferendo beneficium alicui, quem scit iure humano ad id inhabilem, non dispensat. Ratio diuersitatis est, vt præfati DD. tradunt, & maximè Innocen. & Panorm. quia Episcopus in iure communi non dispensat, nec potest, nisi præmittat causæ cognitionem, & quando necessitas non relinquit facilem recursum ad superiorem, tunc enim ex tacita Papæ commissione Episcopus in lege superioris dispensare potest, vt latè, & eruditè tradunt Caietan. in 2. 2. q. 96. art. 5. in fine, & q. 97. art. 4. & ibi Barthol. Medina, Sotus, lib. 1. de iustitia & iure. quæst. 7. art. 3. Nauar. in præludio. 9. nu. 14. & 15. Henriquez loco proximè allegato. Papa verò non tenetur adhibere causæ cognitionem in dispensando, cum sit supra ius commune, sed sufficit sola voluntas. Hodie verò ad omnem difficultatem, & ambiguitatem tollendam, vsus Curiæ Romanæ est, vt quoties Papa beneficium aliquod confert, aut aliquam aliam gratiam concedit, præmittat absolutionem cuiuscunque excommunicationis gratiam impetranti, aut ei, cui beneficium confert, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, vt docent Ioan. Sthaphil. de literis gratiæ & iustit. Rebuff. in concordatis, tit. de excom. non vitand. Hieron. Gigas de pension. q. 4. Fel. cap. Apostolicæ, de except. Corduba, casu 41. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 7. num. 3. ver. 11. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 3. Quamuis vt rectè notant Cald. consil. 8. in tit. de rescript. & Rebuff. repet. in d. cap. postulastis, nu. 73. in dispensatione tam de iure, quam de stylo Curiæ Romanæ, requiratur verbum *Dispensamus*, alioqui non valet.

7 Quarto procedit, etiamsi postea secuta sit legitima absolutio ab excommunicatione. Ratio est: quia cum collatio beneficij ex eo nulla sit, quod tempore collationis is, cui confertur beneficium, sit incapax eius propter excommunicationem, collatio illa, quæ ab initio nulla fuit, non validatur ex absolutione sequuta, arg. cap. non firmatur. & ibi glos. de reg. iur. lib. 6. & cap. dudum. 1. de elect. & l. quod ab initio. ff. de regul. iur. & faciunt quæ tradit glo. in d. cap. dudum. in verbo, electionis tempore, & ibi Panor. num. 11. Archid. in cap. nullus. dist. 63. Anchar. et Rebuff. in cap. postulastis, num. 50. de Cler. excomm. minist. Couarru. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 2. vers. septimo, de sent. excomm. lib. 6. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 1. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 13. §. 1. sicut nec firmatur collatio facta de beneficio, antequam vacet, licet post collationem vacauerit. Ioan. And. in cap. si clericus, in nouel. colum. 2. de præbend. lib. 6. Nicol. Miles in verbo, gratia. §. vlt. Vnde, in vtroque casu necesse est, vt post obtentam absolutionem, & post vacationem fiat eidem collatio de nouo, vt beneficium possidere possit.

8 Quinto procedit, etiamsi ille excommunicatus ignoraret se excommunicatum esse, neque enim in hoc casu collatio beneficij facta illi valebit, gl. in cap. solet, in verbo, admittatur, & ibi Stephan. Costa, num. 15. de sentent. excommunic. lib. 6. Panorm. in c. pastoralis, §. verum, numero 15. & Innocentius, Imola, & Philippus de Perusia, in colum. tertia de appellation. Cardinal. in consilio 40. & in cap. penultimo, de cleric. excommunicat. minist. Paludan. 4. dist. 18. quæstio. quarta. Summa Astensis, secunda par. libro septimo, tit. 6. quæstio. tertia. Couar. in cap. alma mater. prima par. §. 7. numero tertio, vers. decimo. de senten. excommun. lib. sexto. Rebuff. repet. in capit. postulastis. num. 62. de cler. excom. ministr. Henriquez libro 13 de excom. cap. 7. §. 2. & cap. 12. §. 1. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 13. §. primo, numero 1. & gl. in cap. Apostolicæ. in verbo, probabilis, de cler. excommu. ministr. licet eadem glos. in cap. postulastis, §. verum, in verbo, excommunicatio, de appell. contrarium, sed male, & contra communem DD. sententiam teneat. Ratio est: quia licet ignorantia excommunicationis, si sit probabilis, excuset ad effugiendas pœnas iuris statutas contra excommunicatos aliquid prohibitum agentes, non tamen excusat quoad valorem actus ipsius, vt communiter tradunt Doctores, & colligi potest ex c. Apostolicæ, de Cleric. excom. ministr.

9 Sexto procedit, etiamsi ipse excommunicatus non sit tempore collationis denunciatus. Panorm. in cap. pastoralis, § verum, nu. 15. de appel. & citat. Innoc. in cap. cum dilectus. de consuetud. & idem Panorm. in c. postulastis, nu. 4. d. Cler. excom. minist. & ibidem Marian. Soc. nu. 8. & in c. sacris, num. 107. de sent. excom. Rebuff. in repet. c. postulastis, nu. 61. de cler. excom. minist. qui ad hoc citat Philip. in d. cap. pastoralis. §. verum. col. 2. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. num. 2. versi. sexto, de senten. excommunic. lib. 6. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 13. §. primo, num. 1. In eis enim, quæ tendunt in fauorem excommunicati, nulla est differentia, vt ait Panor. inter excommunicatum occultum, & manifestum. Et Constitutio Conc. Constant. *Ad euitanda scandala*, ipsos excommunicatos nullo afficit beneficio, nec illis vllam affert vtilitatem, vt ibi dicitur, & proinde quoad eos iura vetera adhuc obseruanda sunt.

10 Septimo procedit, etiamsi collatio talis facta esset etiam excommunicato iniusta excommunicatione, vt docent Couar. vbi supra, §. 7. nu. 7. versic. hinc decimoquarto. Hugolin. vbi supra, excommunicatio enim iniusta, id est, iniuste lata vim habet quoad pœnas iure statutas ante absolutionem: Secus autem si excommunicatus esset, & tamen excommunicatio illa nulla esset, vtpotè, quia lata post legitimam appellationem, tunc enim collatio beneficij ei facta valida censeri debet; sicut etiam valida erit, quando dubium est, an excommunicatio teneat, si postea pronunciatur excommunicatio nulla; & denique, quotiescunque probatur excommunicatum non fuisse tempore collationis. valebit beneficij collatio illi facta, vt colligitur ex Innocen. & Ioan. Andr. Hostiensi, & Henr. Bohic, in c. dilectis. circa finem, de appel. & Panor. in c. ita quorundam. in fine, de Iudæis, & consi. 33. nu. 3. in primo vol. vbi ad hoc citat d. c. dilectis, in fine, de appellat. & c. licet, de senten. excommunic. lib. 6. Gemin. consi. 99. Cardin. consi. 119. Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 66. 67. & 71. de cler. excommun. minist. & tit. de excommu. non vitand. in fine. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 5. ver. decimotertio, de sent. excommunicat. lib. 6. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. c. 13. §. 1. num. 2. & gl. in c. solet, in verbo, admittatur, de sent. excommunicat. libro sexto. Ratio est: quia cum hic excommunicatus non sit, excommunicatio nihil ei obesse debet, vnde, si talis celebraret, non efficeretur irregularis, cum secundum veritatem non sit excommunicatus, vt tradunt Archid. in c. licet, de sent. excom. lib. 6. Henr. in c. dilectis, & Rebuff. vbi supra, num. 67.

11 Illud tamen aduertendum est, quod licet collatio beneficij facta excommunicato nulla sit, acceptio tamen facta per excommunicatum valet, vnde, si fiat collatio

beneficij tempore quo non est excommunicatus, non frustratur ex eo, quod dum acceptat collationem, & bullas, sit excommunicatus, vt notant Rota decisio. vltim. de sent. excomm. Cardin. consi. 103. Rebuff. tit. de excomm. non vitanda, ad finem. & repet. in ca. postulastis, nu. 124. de cle. excom. ministr. Ludouic. Gomes. tractat. de expectat. nu. 60. Couarr. in cap. alma mater; 1. part. §. 7. nu. 4. ver. duodecimo, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. c. 13. §. 3. Hugolin. de censur. eccle. tab. 2. §. 1. nu. 1. Ratio est: quia tam acceptatio (quæ non est nisi quædam declaratio voluntatis, & consensus, quam excommunicatus retinet, cum solum perdat ea, quæ sunt iuris positiui, non naturalis. l. ex facto, §. si quis rogatus, a. ff. ad Trebellian. quam possessio, quæ consequitur, est aliquid facti potius, quam iuris, ex Panorm. in cap. veritatis, nu. 42. de dolo, & contumac. & facit c. pro illorum, & ibi Panormit. num. 16. de præbend. per acceptationem enim nullum ius de nouo acquiritur regulariter; Si enim per talem acceptationem ius aliquod de nouo acquiritur; talis acceptatio per excommunicatum facta non valet, cum ius spirituale in excommunicatum cadere nequeat, argumen. ca. si. de excess. prælat. vnde, vt acceptatum illud ei conferre possit, petenda est absolutio ab excommunicatione, ex Nauar. in cap. si quando. exceptio. 10. num. 9. de rescript. vbi ad hoc citat Rotam, decis. 33. in antiq. quæ est decis. 5. de sentent. excommunicat. in nouis, & decis. 8. & Couarru. vbi supra, idem tradit post Rebuff. repet. in ca. postulastis, nu. 128. de cler. excommunic. ministr. Nec sic acceptās in excommun. peccat, nisi animum habeat exercendi officium absque absolutione excommunicationis, ex Caietan. verbo, excom. ad finem, & Henriquez loco proximè allato.

12 Octauo procedit etiam in impetratione literarum ad beneficia, siquidem impetratio de beneficio facta per excommunicatum nulla est, argum. ca. ab excommunicato, de rescript. & arg. ca. 1. de rescript. lib. 6. vbi nulla censetur impetratio literarum rescripti ad lites, & proinde multo minus valebit impetratio literarum ad beneficia; & hoc etiamsi ipse impetrans inscius sit excommunicationis, vt notant Panor. in cap. Apostolicæ nume. 6. de Cler. excom. ministr. Rebuff. in repet. ca. postulastis, num. 106. tit. eod. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 3. vers. vndecimo, de sent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 1. quicquid gl. in d. cap. Apostolicæ, in verbo, probabilis, & Cardin. in consi. 40. Felin. in cap. sicut tuis, colum. 2. de simonia, id negent. Ad quas DD. dissensiones tollendas inuenta est practica in Curia Romana, vt Romanus Pontifex absoluat impetrantem quoad illum actum, & ponitur in prouisione Apostolica post sui exordium Clausula hæc, *Teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententijs, censuris, & pœnis, &c. absoluentes, & absolutum fore censentes, &c.* ratione cuius Clausulæ, valebit hodie quælibet impetratio sic facta. Benedict. repe. cap. Rainutius. versi. mortuo, numero 200. de testam. Rebuff. in repe. c. postulastis, n. 109. de Cler. excom. minist. Hiero. Gigas, de pēsion. q. 14. Nauar. in Man. c. 27. nu. 22. ver. decimotertio, & in c. ita quorundam. gl. vlt. nu. 16. de Iudæis. Couarr. vbi supra, nu. 3. Henriquez lib. 13. de excom. c. 13. §. 3.

13 Quæ tamen Clausula, *Teque à quibusuis, &c.* & absolutio in duobus casibus non valet, quorum

Primus est, si impetrans insorduerit in excommunicatione per annum continuum, vt habetur in Regul. Cancellariæ de insordescentibus. Fel. in cap. Apostolicæ, de excep. quia male videtur de fide sentire sic perseuerans.

Secundus est, si per quatuor menses mansit sciens excommunicatus in alijs quibusdam casibus, qui in dicta Regula habentur, qui sunt octo, vt ex tenore dictæ Reg. constat, qui talis est: *Item ne personis, pro quibus literæ suæ emanabunt, ad generalem absolutionem a censuris, quibus ligatæ forent ad earundem effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solitam præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari* [1] *non parentibus sententiæ rei iudicatæ,* [2] *incendiariis* [3] *violatoribus Ecclesiarum,* [4] *falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptoribus, & fautoribus eorum;* [5.] *res vetitas ad infideles deferentibus;* [6] *violatoribus Ecclesiasticæ libertatis;* [7.] *via facti aut ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus* [8.] *nuncios, vel executores Apostolicæ sedis, & eius officiales eis commissa exequentes impedientibus, Qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati a iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque alijs, qui vt præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.* Hactenus regula Cancell. Vnde, nisi in impetratione hoc vitium expressetit impetrans, absolutio non valebit. Solet autem hodie etiam aliquando ab impetrantibus poni clausula hæc inter clausulas derogatorias post principalem petitionem supplicationis Papæ porrectæ; *Non obstante Regula de insordescentibus.* vt sic impetrans habeatur absolutus quoad effectum illius gratiæ consequendum, non obstante prædicta regula, licet per annum manserit in excommunicatione aliqua, vel per quatuor menses in casibus in ea expressis.

14 Nono procedit, vt etiam permutatio inter excommunicatos, vel alterum illorum de beneficio facta non valeat, ex Cardin. clem. 1. vers. ipsius, & ibi Anchar. nu. 10. vers. quærit gloss. & glos. in d. clem. 1. in verbo, obtinenda, de pœnis Cosmas in Pragm. sanct. titu. de collat. §. insuper, in verbo, disponere. Rebuff. repet. in capit. postulastis, num. 105. de Cler. excom. ministr. Couarr. in c. alma mater. 1. par. §. 7. nume. 2. vers. quinto, de sentent. excom. lib. 6. Hugolin. de cens. Eccles. tabu. 2. cap. 13. nu. 6. Ratio est: quia in permutatione hæc contingit mutua collatio, & de nouo acquiritur beneficium, seu titulus, nouumque ius, cuius cum excommunicatus incapax sit, consequens est, vt permutatio facta valida non sit.

15 Decimo procedit etiam in pensione super beneficio Ecclesiastico, quod hæc excommunicato facta valida non sit, Gigas de pension. q. 14. Couar. vbi supra, §. 7. nu. 2. ver. nono, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. capit. 13. §. 2. Hugolin. loco cit. numero 8. quia post Pium V. pensio videtur esse titulus Ecclesiasticus, nec sine licentia Papæ licet redimere, & pensione fruens, tenetur ad horas B. Mariæ recitandas, vt habetur in Extrauag. *V. Ex proximo.* Nauarr. in Manuali, capitulo 25. numero 108. & 122. & de orat. & hor. canon. capitulo 7. nume. 32. & capitulo 21. nu. 53. & 60. & matrimonium contrahens amittit pensiones, sicut beneficia, & vt constat, pensiones licet beneficia non sint, reditus tamen sunt Ecclesiastici.

Vndecimo procedit in electione cuiuscumque inferioris a Papa, vt electio excommunicati facta ad beneficium nulla, & irrita sit, & eligentes peccant, argum. cap. cum inter R. & ibi glos. in verbo, a suspensis, & Panorm. ibi, numero 15. de elect. & capitulo cum dilectus. & ibi glos. in verbo, a suspensis, & ibi Panorm. numero 20. de consuetudin. vbi id habetur de suspensis: ergo à fortiori de excommunicatis, & capit. constitutis, 1. de appellat. & ibi glos. in verbo, excommunicationis, & capit. si celebrat, de cler. excomm. ministr. Rebuff. in capitulo postulastis, numero 85. tit. eod. Angelica, verbo, electio, numero 23. Syluest. verbo, eod. 1. versicu. decimo quarto. Palud. 4. dist. 18. q. 4. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. S. Anton. 3. par. tit. 24. capit. 76. versi. octauo. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. decimo. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 21. versic. nono. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. n. 1. vers. primū, vbi ait esse communem, de sent. excom. lib. 6. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 7. & 106. de sentent. excom. & Henriquez

quez lib.13.de excom.c.13.§.... Hugolin.de censf.Eccle. tab.2.ca.13.§.2.nu.1.& faciunt,quæ docet Summa Astē sis,2.part.lib.7.tit.9.q.5.& est communis DD. in capit. cum dilectus,de consuetud. Dixi autem electionem cuiuscunque inferioris a Papa irritam esse, si sit excommunicatus; electio enim Romani Pontificis de excommunicato facta,valet,vt latius Hugolin.vbi supra docet, & probat ex cap.licet.de elect.vbi Alexand. III. statuit electum concorditer in Romanum Pontificem a duabus partibus Cardinalium, *Nulla exceptione, obstante*, esse Papam, & ideo non obstat exceptio excommunicationis, & clement.ne Romani.§.ceterum. de election.vbi Papa etiam cauit, *vt nullus Cardinalis ob excommunicationem, suspensionem, aut interdictum ab electione huiusmodi repellatur*. vt dictio illa, *Ab electione huiusmodi*, tam actiuè, quam passiuè accipitur. id quod tam in Cardinalibus eligentibus, quam de Papa electo statuitur, vt scilicet in eo magis vitentur dissensiones, & schismata, quæ facile acciderent, si aut illis eligentibus, aut huic electo excommunicationis exceptio obijci posset, vt ex dic. capit. licet, colligitur. Vnde, cum prorogatio electionis Summi Pastoris ob talem exceptionem Ecclesiæ vniuersæ detrimento esse posset, quo clericus res ageretur, statuit Alexander III. vt nulla exceptio cuiuscunque censuræ electoribus aut electo obijciatur; ob quam causam hic electus statim vere Papa est, nec vlla alia confirmatione, consecratione, aut in throni collatione opus habet, vt notat glo. vlt. in d.c.licet, argum.ca.in nomine Domini, dist.23. quo casu, si sic electus excōicatus erat, absoluitur ab illa censura, vel declarando se pro infecto habere velle sententiā, aut statutum, a quo excōicatus est, vel dando alteri auctoritatem, vt ab eo absoluatur, vel ipso iure absolutus est: excepta igitur Summi Pontificis electione, electio cuiuscunque alterius inferioris ad beneficium nulla erit, si excommunicatus sit: immo verò, si Pontifex ipse aliquē in Episcopum, aut Archiepiscopum eligeret, & confirmaret, qui excommunicatus sit, & Pōtifex id ignoret, electio nulla erit; aliàs secus, vt diximus, tunc enim dispensare cū ipso videtur, qua dispensandi ratione alij prælati inferiores a Papa vti non possunt.

17. Duodecimo procedit etiam in postulatione, nec enim potest sic excommunicatus postulari, ca.1.de postul.prælat.vbi habetur, quod violans interdictum, non potest postulari, ergo multo minus excōicatus. Sic gl.in cap. fin.in verbo, irritas, de excess.prælat.citans cap. postulasti, de Cler.excom.ministr.& cap.cum bonæ.de ætat.& qualit. quia per postulationem venitur ad electionem.ex glos. in cap.1.in verbo, priuare, de excess.prælat.& ideo sicut electio facta de excommunicato non valet, ita nec postulatio, & quia iura loquentia de electione, habent locum in postulatione, ex glo.in d.cap.1.in verbo, priuare, de excess.prælat. argumē. capit.bonæ memoriæ, in fine.de electione, & glo.in c.si postquam, in verbo, promotione, & in c.fi.in verbo, electione, de elect.lib.6. Panorm.in ca. 1. num.31.de postul.prælat. Rebuff.repet.in ca.postulastis, num.95.de Cler.excom.ministr. Couar.in c.alma mater, 1.par.§.7.nu.1.ver.primum.de sent.excomm.lib.6. Hugolin.de censur.Eccles.tab.2.c. 13. §.2.nu. 1.cum sit eadem ratio in vtraque, ergo eadem iuris decisio, l.illud, ff. ad legem Aquiliam.

18 Decimotertio procedit etiam in nominatione, quæ nō valet, si de excommunicato fiat, ex Rebuff.in capit.postulastis, nu.118.de cler.excomm.minist. Hugolin.vbi supra, tab.2.§.2.nu.3.& facit cap.constitutus, 1.de appella. cum hæc sit via ad dignitatem, cuius excommunicatus incapax est.

19 Decimoquarto procedit in præsentatione, neque enim hæc ob eandem rationem de excommunicato facta valida erit. Lapus allegat.8.& not.in cap.1.§. fin.de iure patron.lib.6.Archid.in cap.1.colum.3.de exceptio.libro 6. Barbat.consil.56. colum.2.in fine, in volum.2.& expressè glo.in cap.fin.in verbo, electione, de elect.libro 6. Couarr.in cap.alma mater.1.part.§.7.numero 10 primo versicu.secundo, de sentent.excomm.libro 6.& Cæsar Lambert.par.2.libro 9.in quæst.principali, art. 1. de iure patron. Rebuff.in concordat.titu.de excomm. non vitand. colum.3.& repet.in ca.postulastis, numero 97.de cleric. excom.minist. Marian. Socin. sen. in capitulo sacris.numero 17.de sentent. excomm. Henriquez libro 13.de excommunicat.capitu.13.§.1. nam prohibito vno, prohibetur etiam omne id, quo ad illud peruenitur. arg. l.oratio, ff.de sponsal.vbi dicitur, quod vbi prohibetur matrimonium, videntur etiam prohibita sponsalia, quia de sponsalibus peruenitur ad matrimonium, & facit quæ notat Panor.in c.1.numero 32.de postul.prælat.& c.fi.de cler. excomm.ministr. Nec obstat, quod præsentatio sit actus facti, qui omnes sunt excommunicato permissi; quia licet actus præsentandi sit facti, præsentatio tamen est iuris, & annexa spiritualibus, argum.capit.quanto, & ibi DD. de re iudic.

20 Decimoquinto etiam procedit in commenda, neque enim beneficium in Commendam excommunicato dari potest, argum.c.nemo.de elect.lib. 6. vbi eadem idoneitas, seu maior requiritur in Commendatario, quam requiritur in eo, cui datur in titulum; sed beneficium dari non potest in titulum excommunicato, & proinde nec in Commendam. Hinc fit, quod sicut Legatus Ecclesias Collegiatas conferre non potest, capit.penult.de offic.legat.lib.6. sic nec in Commendam dare potest. Archid. in d.cap.nemo, in princip. Sic Legatus commendare non potest beneficia, quæ non potest conferre, capitulo primo.de offic.leg.libro 6. Et si Ecclesia consueta sit conferri Regulari, non potest commendari sęculari. argum. capitu.cum de beneficio.de præbend.libro 6.& si beneficium conferri debeat nominato, vt in mensibus deputatis eisdem, non poterit commendari, sicut, nec conferri alteri nō nominato, arg. Clem.1.de supplen.neglig.prælat. etenim potestas commendandi regulatur à potestate conferendi, cap.cum singula.§.prohibemus. de præbend. libro 6. vbi beneficia consueta regi per monachos vnius monasterij non possunt committi per inferiorem a Papa monachis alterius monasterij. Et denique. Commenda facit procuratorem cum legitima administratione, gloss. in cap.qui plures, 21.quæstio.1.& in capitulo nemo deinceps, in verbo commendare, de electio.libro 6. Innocent. in capitulo, si constiterit, de accusat. Card. in Clem. finali, q.52.de procurator. sed excommunicato interdicta est administratio rerum Ecclesiæ, ex Felino, in capitulo si vere.col.2.de sent.excomm.& idem tradunt Rebuff. repet. in c.postulastis, nu.213.de cler.excom.ministr. Hugolin. vbi supra, §. 2.nu.5.

21 Decimosexto Beneficia collata tempore excommunicationis, vel suspensionis non potest quis in foro conscientiæ retinere, nec de iure positiuo. Archid.in ca.nullas, distinctio.63.& habetur in ca.postulastis, de Cler. excom. ministr. quia excommunicatus titulum non acquirit: Ita Panorm.in d.c.postulastis, num. 2. vnde nec potest iuuari decreto de pacifica possessione, cum non habeat titulum coloratum, sed nullum; intrususque sit, ex Rebuff., in d.capitulo postulastis, numero 429. 330. & 336.& ideo absolutus ab excommunicatione retinere non potest, nisi fuerit cum eo dispensatum. Ad hoc vero, vt sic excommunicatus teneat beneficium, videtur dispensatio Episcopo concessa, dummodo prius obtineatur absolutio ab excommunicatione ab eo, qui iure posset eam concedere, etiamsi absolutio Papæ reseruato sit. ex glo. in cap.postulastis, in verb. dispensatum. & Panor.nu. 8. Marian.Socin.sen.nu.16. Rebuff.n.321.de cler.excom. minist. Couar.in c.alma mater, 1.par.§.7.nu.8.ver.decimoquinto, de sent. excō.lib.6. Ratio est: quia vbi a canone dispēsatio permittitur, nec Papa sibi eam reseruat, Episcopo reliquisse videtur, vt gl.& DD.cōmuniter tenēt, &

facit cap. nuper, & ibi gl. in verb. non retinuit. & ibi Pan. numero 5. & Marian. Socin. numero 12. de sent. excomm. Innoc. in c. dilectus, de temp. ordin. Felin. in c. at si Clerici, §. de adulterijs, de sent. & re iudic. Specul. titu. de lapsis & dispensat. §. nunc de episcoporum dispensatione. Iacobanus de Concilijs, lib. 5. art. 19. Ioan. de Silua in tracta. de beneficio, par. 4. q. 7. Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 13. §. 1. numero 3. vnde, cum in cap. postulastis, de Cler. excommunicat. ministr. permissa sit dispensatio in hoc casu, nec potestas dispensandi Papæ reseruata est, nec Episcopo expressim denegatur, tacitè eidem concessa videtur.

22 Quæ tamen regula non ita vniuersaliter vera est, quin nonnullas exceptiones patiatur.

Primo enim si Papa beneficium excommunicato contulit, ignorans eum excommunicatum fuisse, tunc Episcopus cum eo etiam post obtentam absolutionem ab excommunicatione non poterit dispensare, sed solus Papa, qui beneficium contulit, quia iam beneficium illud est affectum auctoritate Papæ, & vbi manum apposuit Papa, tunc inferior nihil potest, vt docent Innocent. in cap. inter dilectos, de excess. prælat. Petr. de Anchar. consil. 58. circumscriptis, Ludouic. Roman. consi. 335. circa primum. Domin. consil. 136. Decius, consi. 137. colum. 2. & in c. 1. col. 2. de confir. vtili, vel inutili. & in c. vt nostrum, col. 1. de appel. Panorm. expresse in c. postulastis, nu. 10. vbi ait, quod si collatio facta sit per Papam, inferior fortè tunc dispensare non potest, ex quo semel Papa manum apposuit; sicut dicimus in eo, quem ipse ordinauit ad Subdiaconatum, vt alius eum sine eius licentia ad altiores ordines promouere non possit, iuxta ca. cum in distribuendis, de temp. ordin. & idem docent Palud. 4. dist. 18. q. 4. ver. Secundus effectus. Rebuff. in d. ca. postulastis, nu. 333. de Cler. excom. minist. & in praxi benef. tit. de rescript. nu. 30. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 7. n. 8. ver. decimoquinto. de sent. excom. Henriq. lib. 13. de excom. c. 14. §. 2. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. c. 13. §. 1. nu. 3. Quamuis cù hodie Papa in suis rescriptis absoluat quoad illum effectum, non habet locum, quod hic dicitur, sed valebit collatio, nec aliqua opus erit dispensatione.

Secundo, non poterit episcopus dispensare in in hoc casu, quando ipsemet Episcopus beneficium illud conferre non posset, quia dispensatio inducit nouum titulum, ex Rebuff. vbi supra, in d. cap. postulastis, numero 335. et Hugolin. vbi supra, & fauet Cardinal. in dicto capit. postulastis.

Tertio, si episcopus ipsemet scienter tali excommunicato beneficium contulit, & vellet postea cum eodem dispensare, non potest; quia cum peccauerit in conferendo, non est dignus habere hanc potestatem, vt puniatur in quo deliquit, vt in simili dicit gloss. in capi. præsentium, in verbo, fratrumque, 1. quæst. 5. in Episcopo simoniaco quod nō possit dispensare in simonia commissa in ordine, vel beneficio, dummodo pecunia data fuerit ipsimet Episcopo, & in casu nostro id expresse docent Panorm. in c. postulastis, numero 9. & Rebuff. numero 332. de cleric. excom. minist. Alexand. consi. 70. in causa, in fine, volum. 233. Hugolin. ubi supra. Addit Rebuff. vbi sup. nu. 31. quartum casum, in quo episcopus dispensare nequeat, scilicet, quando absolutio excommunicationis esset reseruata Papæ, & idem tenet gloss. in capit. cum bonæ, in verbo, postmodum, de ætat. & qualit. Ceterum, Panor. in d. c. postulastis. nume. 8. de Cler. excom. ministr. & Marian. Socin. ibidem. nu. 16. & Couar. in ca. alma mater, 1. pat. §. 7. nu. 8. vers. decimoquinto, de sent. excom. lib. 6. docent, quod post absolutionem ab excommunicatione facta a quocunque habente ad id facultatem, poterit Episcopus dispensare, dummodo Papa dispensationem alteri non reseruauerit, prout fecit in c. graue, de præbend. vbi suspendit a collatione beneficiorum eum, qui post secundam correctionem indignis beneficia confert, ita vt illam suspensionem solus Papa, vel Patriarcha relaxet. & ca. excommunicamus, 1. §. credentes. de hæret. priuat officio Clericos, qui hæreticis Sacramenta exhibent, aut eos sepulturæ tradunt, aut oblationes ab eis percipiunt, ita vt à solo Papa restitui possint. & cap. cum illorum. de sent. exc. sibi reseruat Papa dispensationem cum eis; qui ex ignorantia probabili iuris, vel facti, Ordines in excommunicatione receperunt, si sint Clerici sæculares. In alijs autem casibus vbi Papa dispensationem sibi non reseruat, Episcopi dispensare possunt eo modo quo dictum est.

23 Illud tamen in hac re addendum est, quod si beneficij collatio ad alium, quam ad Episcopum pertinet, cum tali dispensatione Episcopi requiritur noua collatio, & consensus illius, qui beneficium confert; quamuis enim Panor. in c. postulastis. nu. 9. & ibi Marian. Soc. nu. 17. de Cleric. excom. ministr. & Hugolin. de cens. Eccles. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 3. velint in hoc casu facta dispensatione nullam aliam collationem necessariam esse, tutius tamen esse ait Rebuff. in d. c. postulastis, nu. 336. quod fiat noua collatio, vel quatenus opus est, conferat cum clausula in literis dispensationis apposita, vel euitentur opiniones, & omnis ambiguitas tollatur, & sic ex tunc legitimè, & licitè beneficium retinere potest. Quam etiam sententiam tenent Henric. in d. capit. postulastis, per capit. cum terra. de elect. & gl. in Pragm. sanctio. in tit. de elect. capit. licet, in verbo, canonicas, in fine. Palud. 4. dist. 18. q. 4. versic. secundus effectus. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. dub. 1. S. Anton. par. 3. ca. 76. versi. nono. Tabiena, verbo, excomm. 1. vers. octauo. & Couar. loco proximè allato. Quia cum prior collatio nulla sit ratione excommunicationis, in qua erat is, cui beneficium collatum fuit; consequenter ille, ad quem collatio pertinebat, potestate conferendi beneficium priuatus non erat, & proinde cum Episcopus dispensare tantum poterit, non autem conferre omnino necessarius est consensus illius, qui beneficium confert, vt obtenta absolutione, & dispensatione, collatio validè fiat, Sicut in simili consensus eius necessarius est ad permutationem, quæ auctoritate Episcopi fieri debet, glo. in cap. vnico, in verbo, collationem, & ibi DD. de rerum permut. lib. 6. & in clem. vnica, in verb. conferatur, tit. eo. Io. Andr. quem refert, & sequitur Panor. in c. quæsitum, nu. 9. de rerum permutat.

24 Decimoseptimo, Excommunicatus pendente excommunicatione priuatur fructibus beneficij, & hoc etiam si nihil in sententia fuerit dictū, vt habetur in c. pastoralis, §. verum. & ibi Panorm. nu. 17. de appellat. & gl. in c. præter hoc, in verbo, ab ecclesia, dist. 32. & Innocent. in c. qualiter, & quando, 2. in fin. de accusat. Spec. in titu. de suspens. & inter. in fine, vbi recitat idem tenuisse Vinc. in ca. quoties, de simon. Hostiens. in summa, lib. 5. titu. de sent. excom. nu. 11. vers. quis sit eius effectus. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 109. & seq. Imol. Perus. in d. ca. §. verum, in fine, de appell. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 3. Palud. 4. d. 18. q. 4. vers. secundus effectus. Gab. 4. d. 18. q. 2. art. 3. dub. 1. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 79. versi. nono excommunicatus. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. octauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nu. 10. Syluester. verbo, Clericus 4. in vltima quæst. 25. & verb. excom. 2. effectu 9. & Couar. lib. 3. variat. resolut. capit. 13. versi. duodecimo. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 21. versi. octauo Henriquez lib. 13. de excom. cap. 13. §. 4. & c. 14. §. 3. Rebuff. in cōcordat. tit. de nō vitand. excom. & idem in reper. in ca. pastoralis, nu. 81. & 82. de Cleric. excom. minist. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. c. 12. quod est verum, si in mora fuerit petēdi absolutionem, nec ei postea absoluto restitui debēt fructus. Ratio est: quia ex quo est extra Ecclesiam, & eius communionem, nihil quod ecclesiæ est, possidere debet, vt docet Pōtifex, in d. c. pastoralis, in fine, & ibi gl. in verbo, subtrahuntur, de appellat. Et quia beneficiū datur propter officium, & seruitium, & Ecclesia fructus assignat sub eo modo, si expeditè facere possit officium,

quod

quod excommunicatus facere non potest;& hoc etiamsi nec denunciatus,nec notorius sit;cum enim etiam excommunicatus occultus ab aliorum consortio abstinere debeat, nec is aliquo modo reueletur per extrauag. ad euitanda scandala, in conscientia hos fructus tempore excommunicationis retinere non potest; sed neque post absolutionem amissos fructus recuperat, si iuste excommunicatus fuerit,nisi fiat ex gratia speciali. arg.C.de remilit. stipédiis; Nec de facili debet gratia fieri, ne propter spem recuperationis disciplina Ecclesiastica contemnatur,arg.capit.quia diuersitatem, de concess. præbend. & arg. cap. 1. dist. 50. facilitas enim veniæ peccandi ansam tribuit,23.quæst.4.cap.est iniusta.

25 Dixi, si fuerit iustè excommunicatus, si enim iniustè excómunicatus sit fructus omnes absolutus recuperabit, quos excommunicationis tempore amisit, quia cum hæc priuatio pœna sit,ea affici nó debet, qui non deliquit,vnde in tuto loco reponendi erût, vt ei restituantur post absolutionem, dummodo etiam in mora non erat petendi absolutionem, quia enim tunc ex sua culpa in excommunicatione manet, fructus amissos tempore moræ culpabilis non recuperabit. Et quod si iniustè excommunicatus recuperet fructus post absolutionem, expressè tradunt glos.in ca. pastoralis,§. verum, in verbo, subtrahuntur, versic. sed nunquid absolutus, de appellat. Innocent. ibid.num. 5. Felin.in cap. Apostolicæ,num.13.de except. Palud.4.d.18.q.4.vers.secundus effectus. Per. Foller. in praxi crim.canon.3. parte,ca. 33. num. 111. Couar.lib.3. var.resol.cap. 13.num 8.vers.duodecimo, qui ait esse cómunem opinionem. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap.13.§.4.& Hugolin.loco proximè allato,ca.12.nu.4. & à fortiori,quando excommunicatio fuit nulla, fructus non amittet, sed neque amittet fructus ante excommunicationem perceptos, cum enim iam sui facti sint, ob superuenientem excommunicationem eos non perdit. Immo verò, si quis fructus de beneficio percipiendos ante excommunicationem alicui creditori suo assignasset, creditor eos non amittet, vt docet Hugolin.eit.nume.4.ex communi sententia DD.in cap.peruenit,fideiussor. & id docet Panorm.de suspensio.in capit. Apostolicæ,nu.7.de except.culpa enim debitoris superueniens creditori damnum afferre non debet, arg. capit.non debet, de reg.iur. lib.6.& arg.d.cap.peruenit.

26 Sed neque fructus patrimonij pro titulo alicui assignati; amittuntur per excommunicationem, eo quod patrimonium illud spirituale annexum non habet, iuxta ea quæ tradunt glos.in capit. tuis,& Panorm. ibi,num.6. & 8.de præbend.non enim ecclesiasticum beneficium est; Cuius rei argumentum est; quia post adeptionem beneficij ecclesiastici alienare ipsum potest, vt colligitur ex Concil. Trident.sess.21.ca.2.de reform.quod non fieret,si spirituale quid esset. Vnde etiam,quàuis Clericus, qui elapsis sex mensibus post beneficium Ecclesiasticum, vel pensionem habitam officium non recitauit, ad restitutionem fructuum obligatus sit,iuxta constitutionem Concil. Lateran.sess.9.et Bullam Pij V.ex proximo Lateranensi. quam refert Nauar.in Manuali, capit.25.num.122.& de orat.& hor. canon. capitulo septimo,num.32.qui tamen ad titulum patrimonij ordinatus est,ad id non obligatur, vt docet Ioann.Baptista Antonucius in Cathechesi Neapol.lib.4.capitulo tertio.quem refert, & sequitur Hugol. vbi supra,num.4.

27 Et quod de fructibus beneficij dictum est. de pensionibus, oblationibus,& alijs redditibus, qui ob ecclesiæ emphyteusim præstantur, dicendum est quibus omnibus excommunicatus pendente excommunicatione priuatur: multoque magis, quotidianis distributionibus priuabitur, qui solis interessentibus distribuuntur, cum ipse Diuinis officijs ex sua culpa propter excommunicationis censuram interesse nequeat, quo casu distributiones illæ reliquis, qui officijs diuinis intersunt, pro more distribuuntur, & illis accrescunt, si iuste excommunicatus fuerit; si enim excommunicatio declaretur fuisse iniusta, Canonicus recuperabit distributiones quotidianas, si tamen aliàs officijs diuinis interesse consueuit, vt docent Felin.in ca. Apostolicæ.num.13.de except. Petr. Foller. in praxi crim.canon.3.part.capit. 33. nume.111. Henriquez lib.13.de excommun.cap.13.§.4.in fine.quia per illum non stetit, quo minus interesset, sicut in simili impeditus morbo,lucratur distributiones,si præsens sit in eadé vrbe, & officijs diuinis interesse consueuit,vt tradunt cómuniter DD.in cap. ad audientiam,& ibi Panorm.nu.5. de cler.non resid.& idem Panorm.in cap.1.num.5.& 6, de Cler.ægrot.& facit c.1.de Cler.non resid.lib.6.& ibi Ioan.Andr.Gemin.& Domin.Nauar.de orat.& hor.canon.capitulo vndecimo,num.10. id quod etiam Hugolinus de censur.eccles.tabul.1.cap. 12.numero quarto, verum esse putat in casu nostro, quando distributiones non sunt alijs acquisitæ,si enim semel alijs acquisitæ sint, tunc ab eis petendæ erunt,qui in causa fuerant,cur hic excommunicatus iniustè fuerit,arg.ca.sacro.§.caueant,de sent. excommunic.& arg.capit.2.& ibi glo.in verbo, occasionem,de offic.iud. ordin. lib. 6. qui enim occasionem dáni dat, damnum dedisse videtur,c.fin. de iniur. quæ sententia & limitatio æquitatem habet, & practicanda est.

28 Quoad alios verò redditus, & ecclesiæ, seu beneficij fructus,cuiuscunque generis sint, ante omnia curandum est,vt assignetur honestum, & sufficiens stipendium alicui,qui ecclesiæ curam gerat,& munia subeat, ne damnû interim patiatur ecclesia,qua portione illi assignata, reliqui, quæ supersunt fructus, in vtilitatem ipsius Ecclesiæ conuerti debent,vt tradunt Panorm. in cap. pastoralis.§. verum. num.22.de appellat. Fel.in cap. Apostolicæ,num. 12.de except. Summa Astensis.2.par.lib.6.tit.9.quest.8. in fine. Hugolin.vbi supra,num.5. & alij. Adduntetiam præfati DD. quod si beneficiarius sic excommunicatus non habeat vnde suis laboribus viuat,tunc fructus sustentationi suæ necessarij concedi debent, ne pereat, aut in opprobrium cleri mendicare cogatur, & hoc etiam si iustè excommunicatus fuerit,aut contumax sit, & in mora petendi absolutionem secundum ea, quæ tradunt gloss. in d.cap.pastoralis,§.verum,in verbo,subtrahitur, in fine, & Panorm.nu.16.de appellat. & Decius ibidem, num.7. Felin.in d.cap. Apostolicæ,num.12.de except. Summa Astensis,& Hugol.vbi sup.Henriquez lib.13.de excom. cap.13.§.4.in fine.

29 Quod si quis iustè excommunicatus fuerit, & iam pœnituit,nec per eum stat, quo minus absoluatur; tunc licet in foro exteriori per sententiam declaratoriam priuetur fructibus, quia præsumitur contumax, in conscientia tamen ex pia matris ecclesiæ voluntate fructus facit suos, sicut etiam in tali casu superius ecclesiæ suffragijs gaudere diximus;& ita expressè tradunt Cardin. & Ioan.de Lignano,quos refert & sequitur Decius in capit.pastoralis, §.verum,num.7.de appellat. Henriquez,& Hug. vbi supra.Ratio est: quia sic excommunicatus non solum priuatur beneficij fructibus, eo quod debito modo officium suum exercere non possit, cum aliorum communione priuetur,sed etiam in pœnam contumaciæ; vnde cessante causa,nimirum contumacia, cessat in foro conscientiæ hic effectus pœnalis, & gaudet fructibus, immò etiam tunc expedite officium suum per se, vel per alium vicarium faciens, & horas recitans, fructus illos restituere nó tenetur in foro conscientiæ, cum iam cessauerit quantum ex se est,causa talis pœnæ, & ita si non repetantur fructus in foro interiori, eos tuta conscientia retinere potest.

30 Dixi etiam in principio excommunicatum priuari fructibus beneficij, etiamsi id in sententia non exprimatur quamuis enim gloss.in cap.pastoralis,§.verum,in verbo, subtrahuntur, de appellat. limitare videatur hoc, dummodo id sit in sententia expressum: aliàs secus, sicut dicimus in relegato ad tempus, cui non subtrahuntur bona, nisi

nisi hoc exprimatur in sententia, l. deportatorum, C. de pœn. Nam quamdiu quis possit alijs remedijs distringi, non sunt ei subtrahenda stipendia. C. de execut. rei iudi. in l. stipendia, & ca. illud. 16. q. 6. potest tamen iudex hoc exprimere si vult; & cum hac sententia transeunt DD. antiqui omnes, vsque ad Ioan. And. inclusiuè, referendo dictam glo. non repugnando, & Summa Astensis, 2. parte, libro septimo, tit. 9. quæst. 9. Alij tamen omnes, vt Innoc. in capitulo qualiter, & quando. 2. de accus. propè finem. & Specul. in titu. de fruct. & interess. in fine, vbi recitat idem renuisse Vinc. in cap. quoties. de simon. & Hostien. in Summa lib. 5. tit. de sentent. excommun. num. 11. versi. quis sit eius effectus. Panorm. in cap. pastoralis. §. verum. num. 17. & ibi Imola, Perus. & Rebuff. reper. d. capit. pastoralis. nu. 81. de appellat. Marian. Socin. in capit. factis. num. 113. de sentent. excommun. Ripa, in cap. 1. num. 27. de iud. Puteus, decis. 28. lib. 1. Mandos. in tract. de signatura gratiæ, cap. absolutio ab excommun. in fine. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. capit. 12. docent id simpliciter verum esse, etiamsi in sententia excommunicationis id expressum non sit, adeò vt ipso iure per excommunicationem priuatus sit fructibus beneficij; immò, & ratio glossæ in d. capit. pastoralis. in verbo, subtrahuntur hoc ipsum probat, dum dicit: *Quod qui extra Ecclesiam est, nihil potest possidere nomine Ecclesiæ*, argumen. capit. quo iure, d. 8. & cap. 2. & 3. 23. quæst. 7. quæ ratio, vt authores præfati rectè annotarunt, militat, etiamsi in sententia nihil fuerit dictum; id quod etiam probatur in d. cap. pastoralis, in fine, vbi Pontifex ideo subtrahendos esse beneficij fructus docet, quia excommunicatis communio denegatur; quæ etiam ratio æquè procedit, siue hoc in sententia exprimatur, siue non. Nec valet similitudo gloss. de relegato. Nam propriè non æquiparatur relegato; quia potest quis relegari respectu certi loci, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. at verò excommunicatus respectu vnius ecclesiæ est necessario excommunicatus quoad omnes ecclesias, vt in capit. curæ, 11. quæst. 3. item relegato non denegatur communio hominum, nec Sacramentorum; secus autem in excommunicato, vt ex his, quæ superius diximus, manifestum esse potest.

31 Eodem modo, cum excommunicato interdicta sit communio hominum, interdicitur etiam ei administratio temporalis bonorum ecclesiæ, & beneficij, vt docent Innoc. in cap. tuæ, nume. 6. in verbo, remoueat, & Panorm. ibi, num. 7. de cler. non resid. & idem Innoc. in cap. veritatis. in verbo, excommunicationem, & ibi Panorm. nume. 16. & num. 34. de dolo, & contumac. & idem Panorm. in ca. pastoralis. §. verum. num. 18. de appellat. Marian. Soc. in cap. factis, num. 115. de senten. excommu. administratio autem hæc, ex glo. in cap. auaritiæ, in verbo, temporalibus, de elect. lib. 6. in ijs versatur, quæ sunt facti, vt recipere census, & debita, beneficij, habere curam colligendorum, & conseruandorum fructuum, soluere debita ecclesiæ, iuramentum, & fidem à subditis recipere, vt habetur in cap. qualiter. & ibi Panorm. de electio. res ecclesiæ alienare, & similia. Ratio est: quia excommunicatus hæc facere non potest, nisi hominum consortio vtatur, quod illi interdicitur, & quia fructibus beneficij caret, & proinde nec eos administrare debet, arg. cap. 1. §. fin. de elect. lib. 6. vbi suspensus à beneficio (qui etiam fructibus beneficij caret) ipso iure priuatur beneficio, si ei interim se ingerat; & consequenter idem de excommunicato dicendum est, vnde Panorm. in d. cap. pastoralis. §. verum, nu. 18. de appell. ait deputari debere per superiorem aliquem œconomum, aut vicarium temporalem, qui curam beneficij gerat, iuxta ea, quæ habentur in simili in cap. peruenit. 2. de appell. & in ca. fi. de statu monach. & in c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

32 Quibus addendum puto, quod licet sic excommunicatus aliquid beneficij administrando peccet, maximè, vbi administrando communione hominum vtitur, quæ ei interdicitur, vsurpando rem sibi prohibitam; ab ipso tamen administrata valebunt, non solum si administret ea, quæ simplicis facti sunt, & quæ in vtilitatem ecclesiæ redundant, vt si fructus colligat, aut conseruet, aut ecclesiæ debita soluat, arg. l. soluendo. ff. de neg. gest. vt de suspenso tradit Panormit. in cap. cum Vintoniensis. num. 10. de elect. quandoquidem etiam & ea quæ facti sunt, & in spiritualibus valent; sed etiam si faciat ea, quæ in ecclesiæ præiudicium redundant, vt sunt alienationes rerum ecclesiæ; aut si debita ecclesiæ reciperet, id quod verum esse intelligo solum de excommunicato tolerato, ex Innoc. in c. veritatis, in verbo, excommunicationem, & Panorm. num. 33. de dolo & contumac. Marian. Socin. in capit. factis. num. 116. de sentent. excommunic. Hugol. de censut. eccl. tab. 2. cap. 12. §. 1. num. 3. & manifestum est ex extrauag. Ad euitanda scandala. vnde ab eo spiritualia, & sacramenta recipi possunt; secus autem si notorius, aut denunciatus excommunicatus esset, tunc enim gesta per eum non valerent.

33 Decimoctauo, beneficium excommunicato conferens scienter, non solum mortaliter peccat, ex Rebuffo in reper. ca. postulastis, num. 166. de cler. excommun. ministr. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. cap. 13. §. 5. num. 1. sed etiam ipso iure suspensus est à collatione eius beneficij quod tunc contulit, arg. cap. cum in cunctis. §. clerici, de elect. vt puniatur in eo, in quo peccauit. Idem Rebuff. vbi supra, nu. 147. secus autem in collatione aliorum beneficiorum; ab eis enim conferendis non est ipso iure suspensus, sed solum post binam monitionem suspendi debet, donec veniam consequi mereatur, vt puniatur in hoc, in quo delinquere præsumpsit. vt habetur in cap. postulastis, & ibi Rebuff. num. 147. & ibi gloss. in verbo, mereantur, de cler. excommunicat. minist. vbi ait suspendi debere per superiorem: Vnde si collator beneficij Episcopo inferior fuerit, à suo Episcopo debet suspendi, arg. cap. cum ab ecclesiarum de offi. ordin. Si verò Episcopus fuerit, à suo Archiepiscopo, arg. cap. 1. §. fi. de offic. ordin. lib. 6. si Archiepiscopus, à Patriarcha, aut Legato Papæ, vel ab ipsomet Summo Pontifice debet suspendi, argum. cap. graue, & eorum quæ notant ibi DD. de præben. & cap. 1. iunctis notatis ibi, de offic. legat. & quamuis Panorm. in d. c. postulastis, num. 3. velit conferentem beneficium scienter tali excommunicato, debere suspendi a collatione aliorũ beneficiorum sine alia monitione, alij tamen volunt requiri prius monitionem, secundum ea, quæ habentur in d. cap. graue. de præben. ita Petr. Anchar. in d. cap. postulastis. & ibi DD. & Rebuff. num. 147. & sequentibus, de cler. excomm. ministr. maximè cum pœnæ restringendæ sint, non ampliandæ. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. & reg. odia. de reg. iur. lib. 6.

34 Quæ omnia solum in eo procedunt, qui scienter vt diximus, tali excommunicato beneficium confert, vt colligitur ex d. ca. postulastis. ob verbum illud; *Qui scienter*, & facit cap. Apostolicæ. de cler. excommunic. ministr. & Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 7. Secus autem si probabiliter eum excommunicatum fuisse ignorauit. Præsumitur tamen, quod talis conferens scienter prouiderit, ex Rebuffo, in cap. postulastis. num. 156. de cler. excommun. minist. cum ex debito officij teneatur inquirere de moribus, & vita beneficiarij. arg. capit. innotuit. de elect. & Innoc. in capit. cum inter R. tit. eod. Card. consil. 133. quod incipit: Duo sunt videnda, quia plenam notitiam eius, cui confert, collator habere debet, arg. c. bonæ, 2. in fine, & ibi Panorm. in 1a. notab. de postul. prælat. & Syluest. verbo, electio. 1. quæst. 16. & facit ratio, quam citat Ioan. Monach. in ca. vnico, de ætat. & qualit. in fine, libro sexto, quod collator potius attendere debet, vt prouideat ecclesijs, quam personis, & sic cognoscere debet mores, & vitam eius, cui beneficium conferre voluerit. Potest tamen ignorantia probabilis, vt notat Rebuff. in d. cap. postulastis, num. 158. post Bertachinum, in tract.

de Episcopo, libro primo, tertiæ partis, quæstione 28. & Ripam, in libro secundo responsorum, capitulo duodecimo, iuramento, publica voce, fama, & alijs probationibus comprobari. Et faciunt quæ habet glos. in cap. graue, in verbo, inquisitio, de præbend.

35 Decimonono, Non solum sic excommunicatus incapax est beneficiorum, vt dictum est, sed etiam cuiuscunque alterius dignitatis ecclesiasticæ, quales sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus; quorum dignitates perpetuæ sunt, & iurisdictionem in vtroque foro, tam contentioso, quam pœnitentiæ in suos subditos habent, vt de Episcopis habetur in toto titul. de offic. iudic. ordin. & de temp. ordin. in vtroque libro. In quo etiam numero collocari possunt Legati à latere, qui dantur ad tempus, de quibus agitur in titu. de offic. legat. in antiq. & in libro sexto, & etiam Visitatores, & Administratores ecclesiarum Cathedralium, de quibus habetur in capitulo is cui, de elect. libro sexto, & in capit. fin. de supplen. negligen. prælat. libro sexto. Item Cardinales, habent enim & isti iurisdictionem in vtroque foro in clericos ecclesiæ titularis, argum. capit. his, quæ, & ibi DD. de maior. & obedien. Item Abbates regulares in suos monachos, ex Panormit. in capit. cum contingat, numero 21. & 22. de foro compet. sicut etiam Generales, ac Prouinciales, Guardiani, & alij ordinum aliorum superiores. Item in foro exteriori Ecclesiastico iurisdictionem habent ordinariam Vicarij episcoporum, de quibus agitur titu. de offic. Vicar. libro sexto. Item Vicarius à Capitulo Sede vacante constitutus, Concil. Trident. Sess. 24. cap. 16. de reform. Rebuff. in praxi beneficiorum, de deuolut. nume. 62. Item Capitula Cathedralium Ecclesiarum mortuo Antistite, capit. vnico, de maior. & obed. libro sexto, & capit. si episcopus, & ibi glos. in verbo, spiritualibus, de suppl. negligen. prælat. lib. sexto, & à fortiori Collegium Cardinalium Sede vacante. Item inquisitores hæreticæ prauitatis, de quibus agitur in capit. ne aliqui, cum sequen. & in toto titu. de hæret. libro sexto, & in antiq. tit. eod. Item delegati, de quibus habetur tit. de offic. deleg. in vtroque libro. In foro autem interiori tantum iurisdictionem habent parochi beneficia curam animarum habentia obtinentes, vt habetur toto tit. de paroc. Item Vicarij perpetui, de quibus agitur titu. de offic. Vicar. in vtroque libro. & clement. unica, titulo eod. Item Vicarij ad tempus, seu Capellani, qui omnes iurisdictionem aliquam habent, vt diximus. Alij item sunt qui iurisdictione vtraque carent, & vel solum dignitatem habent, vt Præpositi, Archidiaconi, & similes qui honore solum alios antecellunt, vel solum ius in beneficij fructibus obtinent, vt pensionarij & simplicia beneficia habentes, qui omnes, si excommunicati sint, ad huiusmodi dignitates ecclesiasticas eligi non possunt, cum extra ecclesiam sint, & communione fidelium priuati, vt proinde nec dignitatum ecclesiasticarum capaces sint, nec earum iurisdictione vti possint.

36 Vigesimo, Excommunicatus non solum inhabilis est dignitatis ecclesiasticæ regularis, & sæcularis, sed etiam dignitatis laicalis; siue perpetuæ sint dignitates, quales habent illi, qui territorij, atque vniuersitatis domini sunt, vt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Item Respublicæ quędam, quæ perpetuam iurisdictionem habent, vt Veneta, Genuensis, Lucensis, Samaritana; siue sint dignitates ad tempus tributæ, vt præsidens, Gubernatores, Potestates, Vicarij, Comissarij, & huiusmodi officiales, qui ab Imperatore, Rege, vel Republica eliguntur pro administrandis prouincijs, & Ciuitatibus eorum. Vnde, nec Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, qui excommunicatus est, eligi potest, & electio facta est nulla, vt habetur in cap. venerabilem, & ibi glo. in verbo, electus, & Panorm. num. 7. & num. 11. de elect. Decius in cap. dilecti, notab. 1. de except. Paluda. 4. distinct. 18. quæst. 4. vers. secundus effectus. Rebuf. repet. in cap. postulastis, num. 87. de Cler. excomm. minist. & latius tradit Hugol. de censur. eccles. Tabul. 2. c. 13. §. 3. Ratio est: quia excommunicatus iurisdictioné talem exercere non potest, cum hominum communione priuatus sit, arg. capit. ad probandum, de re iud. & argu. cap. fin. vers. si tamen, de cler. excommun. minist. Qui enim functiones exercere non valet, huic illæ conferri non debent, cum prohibitu vno & omne id prohibitum esse censeatur, per quod ad illud peruenerit, l. oratio, ff. de spons. & Panor. in cap. finali, num. 3. de cler. excom. minist. & ibi Marian. Socin. num. 6. Quę intelligi debent, nisi Papa alicui talem dignitatem contulerit, quandoquidem tunc cum illo dispensare censetur, dummodo illum inhabilem prius nouerit: secus autem, vbi eum excommunicatum non nouisset. Id quod in alijs collatoribus à Papa non procedit, cum ipsi absoluere non possint ab excommunicatione, si laici sint, & proinde nec cum illo dispensare, licet Clerici fuerint collatores, absoluere pro libito non possunt, sed adhibita iuris forma, arg. cap. cum desideres, de sent. excom. & clem. fin. iuncta glo. tit. eod.

37 Illud etiam obseruandum est, hoc quod diximus solum procedere in collatione, & electione. Si enim quis ex testamento, aut ab intestato vniuersitatem, aut regnum consequatur, aut dominium aliquod temporale sibi comparet, cum quibus iurisdictio, & dignitas laica connexa est, non obstante censura excommunicationis, iurisdictionem & dignitatem illam consequitur iure successionis hæreditariæ, aut emptionis, ex Bald. in cap. intelleximus, in fine, de iud. sicut & ius patronatus ecclesiæ, quod per se vendi non potest, capit. quia clerici, & ibi glos. in verbo, comparant, & cap. de iure, & ibi glo. in verbo, vendi, & Panorm. num. 1. de iure patron. cum vniuersitate vendita transit, cap. ex literis, & ibi. Panor. num. 1. & nu. 10. & cap. 1. cum sæculum, & cap. de iure, de iure patr. & glos. in d. c. quia Clerici, in verbo, comparant, vnde filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis iure hæreditario, & ratione successionis patri succedere potest, licet excommunicatus sit, cum hoc tamen vsu iurisdictionis carebit, quamdiu in excommunicatione manet.

38 Quare multo minus excommunicatus in iudicem ad tempus dari potest, ex Panorm. in cap. intelleximus, num. 2. Decio, num. 1. de iudic. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 240. de sentent. excommun. Tabiena, in verbo, iudex, & hoc, etiamsi ante absolutus sit, quam iurisdictionem exerceat, argum. cap. non firmatur. de reg. iur. lib. 6. argum. cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. imò, si plures iudices delegati ad vnam causam dentur, & vnus excommunicatus sit, nullus eorum delegatus erit; argumen. cap. vno delegatorum. de offic. deleg. Quia cum vsus iurisdictionis apud omnes delegatos simul sit, & non separatim, vt tradit Hely. in cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. vno ipsorum excommunicato, reliqui ad iudicandum inhabiles redduntur, argum. c. ad probandum. de sent. & re iudic. secus autem erit quando Capitulo, aut Collegio demandata iurisdictio sit, tunc enim cum concessio hæc Capitulo in communi facta esse censeatur, & Collegium, Capitulum, aut vniuersitas in communi excommunicari non possint, cap. Romana, §. in vniuersitatem. de sent. excom. lib. 6. valebit delegatio, licet aliqui de Collegio excommunicati fuerint; totum enim ius penes eos remanet, quia excommunicati non sunt, etiamsi tantum vnus sit, arg. l. sicut. §. sed si vniuersitas, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.

39 Nec denique ob eandem rationem Tabellio, seu publicus scriba, qui excommunicatus est, si eligatur, tabellio erit, cum hic officium publicum habeat, ex Panorm. in ca. sicut te, num. 14. ne cler. vel monach. Marian. Soc. cap. sacris, num. 406. de sent. excomm. De beneficiorum, & dignitatum ecclesiasticarum, aut laicarum electione passiua, hactenus satis dictum sit.

De

De iurisdictione, qua excommunicatus priuatur, Cap. VI.

S V M M A.

1 *Excommunicatus denunciatus omni iurisdictione ecclesiastica, & saeculari caret.*

2 *Beneficia ecclesiastica excommunicatus denunciatus conferre non potest.*

3 *Beneficij collatio facta a Vicario Episcopi excommunicati, denunciati non valet, & quare.*

4 *Excommunicatus denunciatus, vel notorius clerici percussor, nec solus, nec cum alijs eligere valet.*

5 *Excommunicatus denunciatus eligendo non solum peccat, sed etiam electio est nulla.*

6 *Excommunicati si a reliquis electoribus commodè expelli non possint, quid agendum.*

7 *Excommunicatus denunciatus ad beneficium praesentare aliquem nequit.*

8 *Praesentatio a laico patrono excommunicato denunciato facta, valida est, & quare.*

9 *Excommunicatus denunciatus praesentatum instituere non potest, nec beneficia commendare.*

10 *Postulatio solennis, & simplex quid, & quomodo inter se differant.*

11 *Nominatio solennis, & non solennis quid.*

12 *Canonici excommunicati quare aliquem in possessionem beneficij canonicè adepti recipere possint.*

13 *Optio quid sit, & an validè per excommunicatum fieri possit.*

14 *Excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor censuras ferre non potest.*

15 *Excommunicatus denunciatus Iudex ecclesiasticus, vel saecularis esse nequit, & quare.*

16 *Iudicis datio, aut delegatio ab excommunicato denunciato, facta non valet.*

17 *Sententia a iudice excommunicato denunciato lata non valet, etiamsi contra ipsum excommunicatum non excipiatur.*

18 *Mandatum ante incursam excommunicationem alicui commissum an per superuenientem excommunicationem mandantis expiret.*

19 *Episcopo excommunicato denunciato, Vicarij iurisdictio suspenditur, & quae huius rei ratio sit.*

20 *Delegati, aut subdelegati iurisdictio an, & quando delegantis, aut subdelegantis excommunicatione superueniente tollatur.*

21 *Iudex si lite pendente in iudicio excommunicetur, an, et quando vlterius procedere poterit.*

22 *Excommunicatus denuciatus, vel notorius Clerici percussor iudex arbiter esse nequit.*

23 *Arbitramentum, seu sententia ab arbitratore facta valida est, peccat tamen, qui excommunicatus denunciatus eam fert.*

24 *Arbitrator facti solum, & non iuris potestatem habet.*



1 Vintus excommunicationis maioris effectus hic numerari potest, quod excommunicatus post denunciationem omnem ecclesiasticam, vel saecularem iurisdictionem amittat, vt colligitur ex capit. 1. de supplen. neglig. praela. lib. 6. vbi excommunicato Episcopo ad Archiepiscopum iurisdictio non deuoluitur]; vnde vsu iurisdictionis caret, alioquin frustra constitutionis eius dispositio de deuolutione egisset, si Episcopus iurisdictionis vsum retineret & glo. ibi in verbo, culpis, & cap. 1. de offic. vic. lib. 6. vbi habetur, Episcopum excommunicatum ea, quae iurisdictionis sunt, exercere non posse. & cap. suscitatus, de rescript. & c. ad probandum, de sentent. & re iudic. & illis in locis DD. Marian. Socin. in ca. sacris. num. 266. de sentent. excommunicat. suspenditur enim per excommunicationem iurisdictio, id quod etiam in occultè excommunicato procedit, quo id se, cum ab officio suspensus sit, & communione hominum priuetur, vt propterea iurisdictionem exercere non possit. Quae latius traduntur a DD. in d. cap. ad probandum, & ibi Panorm. num. 20. & idem Panormit. in cap. veritatis, num. 34. de dolo & contumac. S. Anton. 3. part. tit. 23. cap. 76. vers. decimo. Tabiena, verbo, excommunicat. 1. vers. vndecimo. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titu. 9. quaest. 10. Nauar. in Man. capit. 27. num. 21. vers. decimo. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 7. §. 2. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 11. Dixi post denunciationem, quia ante eam, licet exercere non debeat actum iurisdictionis, gesta tamen per eum valent, vt DD. communiter tradunt, Rich. 4. dist. 18. art. 11. quaest. 2. & 4. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 4. quaest. 10. S. Anton. 3. par. tit. 24. ca. 76. vers. decimo. Tabiena, verbo, excommunicat. 1. versi. vndecimo, Nauarr. in Manuali cap. 27. numero septimo, qui pro hoc citat Panorm. in cap. ab excommunicato, num. 5. de rescript. & alios, numero 36. Henriquez & Hugol. vbi supra, & constat ex extrauag. Ad euitanda scandala. Et faciunt quae tradunt DD. in c. si vere. vbi Innoc. & Felin. nu. 6. de sentent. excommun. Angelica, verbo, excommun. vlt. num. 19. Rebuff. repet. in cap. postulastis. num. 69. de cler. excommunic. ministr. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 276. de sent. excommu. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §.... num. 4. vers. quinto patet. de sent. excommun. libro sexto, & alij omnes affirmantes excommunicatos quousque tolerantur, ea, quae iurisdictionis sunt, exercere validè posse: tolerati autem putantur ab ecclesia, qui nec notorij Clerici percussores excommunicati sunt, nec denunciati; sicut è contrario qui notorij Clerici percussores sunt, aut denunciati, omnem iurisdictionis vsum amittunt, ita, vt gesta ab eis, nullius roboris, & firmitatis esse censeantur, prout in d. Extrauagan. Ad euitanda scandala, continetur, & colligitur ex Doctoribus, in d. c. ad probandum. & in d. c. suscitatus. Hinc

2 Primo infertur, quod excommunicatus denunciatus beneficia ecclesiastica conferre non potest, & si conferat, collatio nulla, & irrita censebitur, arg. ca. quia diuersitatem, de concess. praebend. & c. vnico, ne sede vac. lib. 6. & ibi Gemin. in princ. versic. item quod suspensus. Philip. Franc. versi. secundo not. Anchar. versi. tertio not. Imol. in capit. veritatis. num. 12. de dolo & contumac. Marian. Soc. in capit. sacris. num. 88. de sent. excommunic. & facit ca. vlt. & ibi gl. in verbo, irritas. de excess. praelat. & DD. ibi. Rebuff. in praxi benef. & repet. in cap. postulastis. nu. 57. de cler. excommun. ministr. S. Anton. 3. par. tit. 24. capit. 76. versi. decimo. Tabiena, verbo, excommun. 1. versi. decimo, Tabiena, verbo, excommun. 1. versi. decimoquarto. Palud. 4. dist. 18. q. 4. versi. tertius effectus. Gab. 4. dist. 18. quaest. 2. artic. 3. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. q. 6. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 9. vers. duodecimus. de sentent. excommun. libro 6. Henriquez libro decimotertio, de excommun. cap. 7. §. 2. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 11. §. 2. numero 2. cum talis sit exclusus, & suspensus ab omni potestate, & auctoritate in spiritualibus, vt not. in capit. decernimus. per Cardin. de senten. excommun. & tradit Panorm. in c. si verè, num. 9. de sentent. excommun.

3 Quod procedit, etiamsi collatio facta fuerit per Episcopum excommunicatum denunciatum, vel alium colla-

lato-

latorem, aut per suum Vicarium etiam non excommunicatum, quia cum nomine Episcopi excommunicat Vicarius conferat, eiusque iurisdictio ab Episcopi iurisdictione pendeat, & vnum, & idem sit consistorium, cap. 2. de consuetud. lib. 6. ideo suspensa per excommunicationem Episcopi auctoritas Vicarij iudicatur, argumen. capituli 1. de offic. Vicar. lib. 6. & gloss. fin. in clement. vlt. de procura. sicut per mortem Episcopi reuocata est, vt ibi gloss. notauit, & id notant Philip. in cap. 1. de offi. Vicar. lib. 6. Pan. in c. quoniam Abbas, nu. 10. de offic. delegat. & c. licet, in fine, tit. eodem. Nisi aliunde Vicarius iurisdictionem, aut potestatem haberet, a iure, seu ab alio superiore, secundũ Philippum vbi supra, per cap. quia, distinctio. 89. pro quo est text. in capit. 1. de offic. Vicar. libro 6. & Doctores, ibi, & Rebuff. in d. ca. postulastis. Secus autem, si collator excommunicatus occultus sit, tunc enim collatio facta non excommunicato valida erit; quia hic, etsi quoad se, iurisdictionis vsu careat, respectu tamen habito ad alios, eam retinet, argumen. cap. ad probandum, de sent. & re iudic. a contrario sensu, & ibi Panormitan. Innocen. & Felin. num. 6. vbi ait, sic suo tempore fuisse iudicatum. Philip. in cap. 1. colum. 2. de exceptio. lib. 6. Ioan. de Silua, in tract. de benef. in 3. part. quæstio. 4. Federic. consi. 74. veius. Imola, in cap. cum dilectus, in glo. magna, de consuetu. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 76. versic. decimo. Angelica, verbo excommunic. vlt. §. 19. Tabiena, verbo, excomm. 4. versi. vndecimo. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 9. vers. Quid autem respondendum sit, de senten. excommunicatio. lib. 6. & colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Id quod locum etiam habet, quamuis is, cui confertur beneficium, collatorem excommunicatum occultè nouerit esse, quicquid Calderin. & Panormitan. in d. cap. ad probandum, quos refert, & sequitur Rebuff. repet. in c. postulastis, nu. 70. de cler. excommunic. minist. falsò collatione beneficij huic factam non valere dixerint, ob eam rationem, quod hic offendit, ex quo eius communione vtitur, quem excommunicatum nouit. Quorum opinio post extrauagan. Ad euitanda scandala, merito ab alijs omnibus reijcitur; cum virtute illius extrauagã. cum excommunicato non notorio Clerici percussore, nec denunciato versari possimus, tanquam si excommunicatus nõ esset; vnde Ecclesiam non offendit collatarius, qui sciens illum excommunicatum, beneficium ab eo recipit; & ita valida collatio erit, vt rectè Felin. in cap. ad probandum, numero nono, de sententia, & re iudicat. & in capitulo Rodulphus, numero 74. de rescript. Couarru. in capitulo alma mater, prima par. §. sexto, numero 8. versi. ex his colligitur, de sentent. excommunic. lib. 6. Hugolin. Tabul. 2. cap. 11. §. 2. num. 2. in fine annotarunt: quandoquidem etiam ab huiusmodi occultè excommunicato licitè Sacramenta sumi possunt, vt ex dict. extrauag. Ad euitanda scandala, colligi potest, & nos latius vbi supra exposuimus.

Secundo, excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor eligere solus non potest, sed neque etiã cum alijs electoribus eligit. Sic colligitur ex ca. vnico, & ibi glo. in verbo, maioris, §. 1. ne Sede vacante, libro 6. & ibidem Ancbar. nume. 2. & Philip. Francus. Innocent. in capitu. 2. num. 2. versic. item, si sunt aliqui suspensi, & ibi Panorm. nume. 5. & nume. 14. de postulatio. prælat. Hostiensis in summa lib. 5. tit. de sentent. excommunic. num. 11. vers. quis sit eius effectus. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. titul. 9. quæst. 5. & q. 6. Palud. 4. distin. 18. q. 4. vers. tertius effectus. Rich. 4. dist. 18. art. 7. quæst. 1. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. item excommunicatus. Henriquez lib. 13. de excem. ca. 7. §. 2. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. vers. octauo. Angelica verbo, excomm. vlt. §. 9. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimo. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 51. & seq. de sent. excom. Rebuff. repe. in cap. postulastis, numero 88. de Cler. excom. minist. Nauar. in Man. cap. 27. num. 21. vers. nono. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 7. numero 9. versic. duodecimus, de sentent. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 41. §. 2. nu. 12. & est communis. Ratio est: quia talis ab officio, & beneficio suspensus est, & omni iurisdictione priuatus, arg. ca. pastoralis, §. fi. de appellat. Intelligitur autem hoc in electione, quæ confert ius, vt in beneficijs, secus autem in electione voluntatis declaratoria, vt si hæredi testator dicat, cui ex filijs voles restituas hæreditatem, tunc enim excommunicatus eligere poterit illum, cui velit restituere hæreditatem, cum voluntatem non amiserit per excommunicationem, l. ex facto, §. si quis rogatus. 2. ff. ad Trebellia. Rebuff. vbi supra, nume. 89. Intelligitur etiam, vt notant Paludan. San. Anton. Tabiena, & alij, non solum de electione ad dignitatem Ecclesiasticam segularem, vel sæcularem, sed etiã laicalem, cap. venerabilem, de elec.

5 Intelligitur etiam, non solum quod peccet mortaliter si eligat, sed etiam quod electio sit nulla, & irrita, ex Innocent. in cap. cum dilectus, num. 5. de consuetud. Panor. in cap. ad probandum, nu. 14. de sentent. & re iudic. & in ca. veritatis, nume. 47. de dolo, & contumac. & capit. si vere, num. 9. de sentent. excommun. Immo vero, si inter omnes Canonicos vnus tantum sit excommunicatus denunciatus, & Canonici omnes, vel maior pars sciant, & possint eum expellere, & non expellant, sed cum illo eligant, nõ valet illorum electio, ex Innocent. in capit. illa, numero 3. Panormit. ibi, nume. 7. de elec. & idem Panormit. in cap. fin. numero 6. de procurat. Imola, in capitulo cum dilectus, num. 28. de consuetud. & Rebuff. repet. in cap. postulastis, numero 91. de Cler. excom municat. minist. Quod tamen dictum alij vt Richard. 4. d. 18. art. 7. quæst. 1. ad 3. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 6. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. in ann. litera B. limitat, quãdo votũ eius fuit necessarium ad effectum ipsius electionis, tunc enim electio nulla erit, eo quod votum eius tanquam nullum computandum est, & ita ex defectu sufficientis numeri suffragiorum ad electionem legitimam faciendam, electio nulla erit; secus autem, si aliàs aderat sufficiens numerus suffragiorum præter votum excommunicati, tunc enim, licet peccet excommunicatus se ingerens, electio tamen valet. Et licet vtraque opinio probabilis sit, prima tamen Innocen. & aliorum videtur verior, quia cum repelli possit talis excommunicatus omnino repellẽdus est; vt merito proinde electio hæc nulla censenda sit in odium eorum, qui scienter excommunicatum admiserunt, Innocent. in d. capit. illa, de elect. notauit. Pro qua sententia multum facit cap. fin. de procura. & adduci etiã potest cap. Massana, de elect. vbi dicitur, *quod si aliqui Laici interfuerunt ad eligendum simul cum Clericis, non valet electio*. Et ratio in vtroque casu ea esse potest, quam dat Innocent. quia cum tales inhabiles sint, & tamen scienter admittantur ab alijs electoribus, videntur illi fateri sine illis non velle, nec posse procedere, & proinde fraudulenter agere comprobantur, ideoque merito nulla censenda est eorum electio, & sibi ipsis imputent, quod inhabilem cum possent, ab electione cum illis facienda non repulerint.

6 Ceterum si casus occurrat, in quo huiusmodi excommunicati a reliquis electoribus repelli non possent, tunc si nulla necessitas adsit eo tempore eligendi, consulit Panorm. in cap. illa, num. 7. de elec. & refert pro se Hostiensem, vt recedant a Capitulo, & congregent alia vice Capitulum, excommunicatis non vocatis, nec admissis; in quo casu alij agere non poterunt de contemptu, quia non erãt vocandi, ex quo erant publicè excommunicati; vbi vero immineret necessitae, & adesset finis termini præfixi ad eligendum, nec repelli commodè possint excommunicati, tunc Innocent. & Panorm. in dict. cap. illa, monent, vt ceteri protestentur, quod non intendunt eis communicare ius eligendi, & poterit fieri protestatio publicè, vel occultè, si verisimile timetur, argument. cap. 1. quod met.

caula

causa,& cap.fin. de elect.lib.6.Ratio est:quia non debet quis ius suum negligere, vt euitet participationem excommunicatorum,ex quo sine damno iuris sui non potest eos euitare,argumen.opt.in cap.si verè.de sent.excommuni. & cap.antecessor.& cap.quoniam multos,11.quæstio.3. quæ omnia solum procedunt in excommunicato notorio clerici percussore, aut denunciato: siquidem electio ab occultè excommunicato facta,valet, & hoc, etiamsi qui cum ipso eligunt, cum excommunicatum esse sciant; id quod certum est,post extrauag. Ad euitanda scandala,maxime,cum talis electio non in ipsius excommunicati commodum, sed ipsius Ecclesiæ, pro qua electio fit, & electi vtilitatem cedat, & hoc siue talis vt persona priuata, siue vt persona publica ratione officij publici ad eligendum concurrat. Renunciatus igitur excommunicatus, nec cum alijs, nec solus eligere potest; & pari ratione nec electiones factas confirmare,argum.cap.ad probandum, & ibi Doctores,de sent. & re iudic. & confirmatio ab ea facta nulla erit;secus tamen si nec notorius clerici percussor,nec denunciatus fuerit,tunc enim sicut electio ab eo facta valet, ita etiam electionem ab alijs legitimè factam confirmare potest.

7 Tertio,excommunicatus denunciatus præsentare non potest,Pannorm.in cap.nobis, nume.3.de iure patronat. Paul.de Cittadinis, in tract. de iure patronat.in 3.parte primæ causæ acquirendi.quæstio.10.Rochus de Curtis,in tractat.de iure patronat.in verbo,competens, quæstio.8. Rebuff.repet.cap.postulastis,nume.101. de cler. excommunicat.minist. Marian. Socin.in cap.sacris,num.92.de senten.excommunication. Couar.in cap. alma mater, 1. par.§.7.numero nono,versi.duodecimus, de sentent. excommunicatio. libro sexto; Henriquez libro 13. de excommunicatio.cap.7.§.2. in annot. litera B. Hugolin. de cens. ecclesi.tabu.2.cap. 13.§.2. num.13. Quod in clerico præsentante omnes concedunt: & negari non potest, cum talis præsentatio ab eo fit, tanquam ab administratore bonorum ecclesiæ; & quia præsentatio per eum facta, vim habet electionis, aut quasi, arg. eorum, quæ notantur in cap.cum autem.& ibi Doctores, & capit.nobis, & cap.penult.de iure patronat. & cap.querelam.de electio. electio autem, vt diximus, excommunicato denunciato non competit. Item, quia iura loquentia de electione,habent locum in præsentatione, glos.in capit.sciant,in verbo, alios, & eadem gloss. in capit.finali, in verbo, electione, de elect. libro sexto, & proinde præsentatio ab eo facta non valebit, vt docent Rochus, vbi supra, Aufrerius in suis decis.quæst.141. Lambert.de iure patron.1. par.lib.2.quæst.2.artic.2. Et quamuis Couar.vbi supra.id etiam in patrono laico præsentante verius esse putet, ita scilicet, vt institutio Episcopi facta ad præsentationem patroni Laici excommunicati, nulla sit, & citat Lambertinum de iure patronat.3.par.libro secundo q. 3. art. 4.& Henriquez vbi supra hoc probabilius esse putat; Mi-

8 hi tamen contraria opinio,quæ & communis est,vt ait Rebuff.repet.in capit.postulastis.nume.104.de cler.excommunicat.minist. & quam ipse eo in loco amplexus est, verior esse videtur, quod præsentatio a laico patrono excommunicato denunciato facta, valida sit. Quamuis enim peccet præsentando,eo quod hominum communione,quæ illi prohibetur, vtatur, quia tamen non id facit ex aliquo officio, sed vt quid, quod ad suum patrimonium spectat, valebit præsentatio illa ab ipso facta; & ita expressè tenent Rochus, vbi supra, Rota decis.161. & decis. 527. in antiq. & decis. 2.de iure patron. Ludouic. Gomes.in tractat. expectatiuarum, numero 60.qui ait ita obseruatum fuisse in vna causa Zamorensi Anno 1533. Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 202. de cleric. excommunicat. minist. & Hugolin. vbi supra, & Henriquez tandem in hanc sententiam descendit. Ratio est: quia talis præsentatio facta a laico, cum sit solum expressio,& declaratio voluntatis suæ,est quid facti, non iuris, & consequenter valida iudicari debet, vt docet Rebuff.vbi supra,num.89.& num.102. Qua etiam de causa facta à clerico ratione sui patrimonij, & non intuitu Ecclesiæ, quam habet, valida censenda erit; cum in hoc casu sit quid facti potius, quam iuris; non sic autem, quando aliquem ratione ecclesiæ suæ ad beneficium obtinendum præsentat. Sic etiam, præsentatio facta ab eo, qui emit Castrum,cui annexum est ius patronatus ab excommunicato, valet, poteritque emptor statim præsentare, etiamsi emptor in excommunicatione maneat, vt latius tradunt Spec.in tit.de procurat.§.vlt.Ioan. Andr.in cap. 1.de iure patronat.lib.6.in gl. penult. Bartho. Brixien.in quæst.dominicali decimasexta.Marian.Soc.in cap.sacris. numero nonagesimotertio, & nume. 465. de sentent. excommunicat. Quæ omnia de excommunicato denunciato intelligenda sunt, nam de occulto non denunciato nulla potest esse difficultas,post Extrauag. Ad euitanda scandala.

9 Quarto, excommunicatus denunciatus præsentatum instituere non potest, argumen. capit. nouit. de ijs, quæ fiunt à prælat.sine consensu Capituli.& capitulo conquerente, de officio ordin. Et consequenter, nec habentem beneficium eo priuare valet; ad quem enim institutio non pertinet, nec destitutio, argumen. dicti capituli conquerente. Neque etiam beneficia commendare potest, secundum formam, capit.nemo.de electio. libro sexto,sicut nec adiutorem dare valet, vt docet Panorm.in capit. finali,de cler. ægrot. vel debilit. Ratio horum omnium est: quia requirunt iurisdictionem, qua priuatus est sic excommunicatus. Vndè nec executor excommunicatus denunciatus prouidere potest de beneficio, cum hic iurisdictionis vsu careat, quæ tamen necessaria est, vt executio ab eo facta valida sit; & ita expressè docent Rota decis.4.de concess. præbend.in antiq.& decis.16.numero secundo.de test.in antiq. Couar.in capit.alma mater,prima par.§.septimo, numero nono, versic. quid autem respondendum sit, de sentent. excommunicatio. libro sexto, qui hoc docet de executore Apostolico. Henriquez libro decimotertio, de excommunicato. capitulo septimo,§.secundo,in annot.litera B. Hugolin. de censur. ecclesi.tabul.2.capit.13.§.2. numero decimosexto, post Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 130. de cleri. excommunic. ministr. Secus autem dicendum erit in his omnibus, si ab excommunicato occulto fiunt, quemodo intelligi debeant, Rota in decis. 128. de sentent. excommunicatio.in antiqu. Fel.in cap.ad probandum, in initio, & in fine,de senten. & re iudic.& Addit.in ad Panorm.in cap.pro illorum,num.19.litera C.de præbend.quando dicunt executorem excommunicatum prouidere posse de beneficio.

10 Quinto, Hoc ipsum procedit etiam in postulatione solenni, secus autem, quando postulatio non est solennis. Est autem postulatio solennis, vt notat Panor.in cap 1.num.34.de postulat. prælat.quando quis postulatur a eo, qui potest super omni impedimento postulati dispensare,& postulationem factam confirmare. Non solenn verò dicitur, quando postulatur ab eo, qui non pote dispensare super impedimento, requiritur tamen ei consensus in promotione, ratione sui interesse: vt exem pli causa, Canonici volunt eligere monachum in Episc pum, sed quia monachus non potest consentire sine lice ra Abbatis,vt in cap.si religiosus.de elect.libro sexto,C nonici postulant ab Abbate, vt concedat eis illum m nachum. Si enim Abbas consenserit, hæc admissio p stulationis non habet vim electionis, & confirmati nis, sed debet de nouo eligi. & peti confirmatio electi nis, quia Abbas non habebat potestatem prouider ecclesiæ Cathedrali: vnde patet ratio, cur postulatio lennis facta ab excommunicato non valeat, postulat verò simplex, seu non solennis ab excommunicato f cta,valet: quia postulatio simplex est quid facti, & n iuris,

stulatio verò simplex, seu non solemnis ab excommunicato facta valet: quia postulatio simplex est quid facti, & non iuris, vnde ea admissa, adhuc opus est electione; at vero postulatio solennis vim electionis habet, quandoquidem admissa nullam aliam electionem requirit: aut confirmationem, vt colligitur ex capitulo gratum, de postulat. prælat. & expressè testatur Panormitan. in c. 1. num. 34. titu. eod. vbi ait Curiam Romanam, vt euitetur circuitus, & Ecclesiarum dispendium, seruare, quod admissa postulatione, postulatus consequatur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus, vnde in solenni postulatione, non opus est alia electione, aut confirmatione. Vnde eadem ratio est electionis, & postulationis solennis: nam sicut ex electione legitimè facta acquiritur ius electo, capit. causam inter Canonicos, de election. ita etiam & postulatione; vndè postquam postulatio prælentata est superiori, postulantibus ab ea recedere non licet, cap. bonæ memoriæ, de postulat. prælat. & Panormit. ibi, num. 8.

11 Et quod de postulatione solenni, & non solenni diximus, idem pari ratione de nominatione solenni, & non solenni dicendum est, quod hæc ab excommunicato facta valeat, illa verò non item. Est autem Nominatio solennis, quando duo, vel tres, qui sunt excellentiores in Capitulo, vel alibi, nominantur Papæ, & petitur per Collegium, vt Papa prouideat ecclesiæ de aliquo illorum, & per hanc nominationem quodammodo acquiritur ius nominatis, argumen. cap. contra sanctorum. 16. quæstione vltima & Ancharan. consi. 215. Panormit. in dict. capit. bonæ memoriæ, numero octauo. de election. vnde non possunt nominantes recedere à nominatione, postquam facta est superiori, nisi superior, & nominantes conueniant, sicut de postulatione diximus, quia vtrobique eadem est ratio. In nominatione etiam solenni datur libera potestas superiori prouidendi vni ex nominatis. Nominatio autem non solennis est, quando ante scrutinium faciendum aliquis nominatur inter Canonicos, tanquam bonus, & sufficiens: illa enim nominatio non tribuit ius nominato, vt in capitulo, quod sicut. de election. sed solum proponitur in Collegio, vt eligatur, si placeat Collegio. Solent enim nominari plures, & postea fit scrutinium de omnibus, & habens maiorem partem vocum, remanet electus, cap. quia propter, de electio.

12 Hinc constat, qua ratione Canonici excommunicati aliquem in possessionem beneficij canonicè adepti recipere possunt, quia enim receptio est quid facti, nec aliquod ius tribuit de nouo, valida censetur, c. pro illorum, & ibi Innocent. & Panormit. de præben. numero 16. & idem Panormitan. in c. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Nicol. Milis in repertorio, in verbo, excommunicatus, quæstione 69. Philippus Francus, in cap. cum in ecclesijs 1. colum. 1. in gloss. 1. de præb. nd. lib. 6. Rebuff. repet. in capit. postulastis, num. 130. de cleric. excommunicat. ministr. Idem, si mittatur in possessionem beneficij canonicè adepti; quia cum missio in possessionem sit quid facti, valebit facta per excommunicatum, non viciabit collationem, prouisionem, electionem, aut institutionem prius ritè factam. Facit ea. eam te. de rescript. & cap. pro illorum, de prebend. Card. in c. postulastis, & ibi Rebuff. numero 131. de cleric. excommunicat. ministr. Panormitan. in capit. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Philippus Francus in cap. 1. in verbo, possunt tamen, de except. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 41. de sent. excommunicat.

13 Idem dicendum est de optione, etenim & hæc etiam, cum sit quid facti, & sola declaratio quædam voluntatis, per excommunicatum validè fieri potest, quæ solita est fieri in quibusdam Ecclesijs per antiquiorem, iuxta cap. fin. de consuetud. libro sexto. Rebuff. vbi supra, nume. 132. Hugol. de censur. Ecclesiast. tabul. secunda, c. 13. §. 2. nu. 15. in fin. Ex quibus omnibus, quid excommunicatus circa beneficia possit, & quid non possit ex defectu iurisdictionis, manifestum est.

14 Sexto, Excommunicatus notorius Clerici percussor, aut denunciatus, censuras ferre non potest, vnde nec excomunicare, nec suspendere, aut interdicere potest: cum ad has ferendas iurisdictio necessaria sit, qua excommunicatus denunciatus caret. capit. audiuimus, 24. q. 1. glo. in cap. transmissam, in verbo, de talibus, de electio. Panormitan. in c. ad probandum, nu. 14. & 15. de sent. & re iudic. Sicut neque à censuris absoluere potest ob eandem rationem, cum par ius sit ligandi, atque soluendi, argumen. cap. verbum, de pœnitent. distin. prima, & glos. in capit. inferior, in verbo, inferior, distinctio. 21. & in cap. cum inferior, in verbo, ligare, de maior. & obedient. vnde nec parochus sic excommunicatus, in foro pœnitentiæ subditos suos absoluere valet, cum ad Sacramentum hoc validè administrandum, necessaria sit iurisdictio, argum. ca. omnes, de pœnitent. & remissione, & DD. ibi. Sed neque alteri etiam non excommunicato vices suas committere, aut mandare potest: cum etiam delegare iurisdictionis sit, l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudicum.

15 Septimo, Excommunicatus denunciatus, ex defectu iurisdictionis Iudex esse non potest; id quod non solum in iudice ecclesiastico, sed etiam in sæculari procedit, arg. c. decernimus, & ibi DD. de sentent. excommunicat. libro 6. & Marian. Soc. in cap. sacris, numero 245. de senten. excommunicat. vndè Sententiæ, constitutiones, & leges ab huiusmodi excommunicato factæ nullæ sunt ipso iure, cum ad hæc omnia opus sit iurisdictione; id quod colligitur ex c. ad probandum, & ibi DD. de sentent. & re iudic. & cap. excommunicamus, primo, de hæretic. & cap. aduersus, de immunit. eccles. Panormitan. in c. veritatis, num. 32. & num. 45. de dolo, & contumac. Petr. de Anchar. repet. ca. 2. de constitut. 9. artic. principali, & in capit. 1. num. 4. versic. sed quæro, de exceptio. lib. sexto, & ibidem Geminian. §. si quis, num. 8. ver. in temporalibus, & §. si verò, nu. 6. & Philip. Francus ibidem, Innocent. in ca. exceptionem, de except. in antiq. & ibidem Felin. versi. item in quantum, & c. fin. num. 7. ver. nota etiam, tit. & lib. eod. Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 486. de sentent. excom. Palud. 4. dist. 18. q. 4. ver. terti us effectus. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 9. S. Anton. 3. par. tit. 24. ca p. 76. versi. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. ver. decimoquatto. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 1. conclus. 2. ver. item excõmunicatus. Hugol. de censu. eccles. tab. 2. c. 11. §. 3.

16 Deinde, nec in iudicis dario, ac delegatio ab eodem facta valet, cum hæc etiam iurisdictionis sint. l. Imperium. ff. de iurisd. omnium iudic. & faciunt quæ tradunt Panor. in c. licet, nu. 4. & seq. de offi. iud. deleg. Philip. Fran. in c. 1. de offic. Vicar. lib. 6. in fin. Nicol. Milis, in repert. in verbo, excommunicatus non potest iurisdictionem delegare. & Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 264. de sentent. excommunic. Immo si iudices plures dati sint ad ferendam sententiam, & aliqui eorum excommunicati sint, vel etiam vnus eorum, sententia ab his iudicibus simul cum excommunicatis, aut cum excõicato lata, nulla est. Panor. in cap. ad probandum, num. 21. de sent. & re iudic. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 10. Quod etiam procedit, etiamsi iudices illi delegati dati sint cum hac clausula; *Quod si non omnes, &c.* Etenim si tunc excommunicati a non excommunicatis admittantur, sententia ab eis lata nulla est, arg. c. cum super Abbatia, & ibi Panor. nu. 10. & c. ad probandum, nu. 4. de sent. & re iudic. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 269. ver. fallit quinto. Quia ex quo admittunt excommunicatos, significat se iudicandi potestatem in solidum nõ habere, sed ex parte, arg. c. vno delegatorum, & c. cũ matrimonij, de offic. iud. delega. sententia aũt nõ potest pro parte valere, arg. eorum quæ haben

tur in d.c.cum super Abbatia,& ibi Felin.n.6. Id quod verum esse docet Marian. Socin.d. num. 279. nisi in procedendo, aut sententiando ij, qui excommunicati non erunt, adiecerent hanc clausulam: *Et prædicta facimus, gerimus, seu pronunciamus coniunctim, siue in solidum, vel diuisim, & omni meliori modo, &c.* tunc enim si vnusquisque potestatem habuit in solidum, valebit sententia lata per non excommunicatos, etiamsi admissi sint excommunicati. arg. reg. vtile, de reg.iur.lib.6. vbi habet, vtile per inutile non viciari, & argum.l.1. §. 1. ff. quod cum falso tutore, vbi dicitur, quod si verus tutor præstitit auctoritatem pupillo vna cum falso tutore, valet actus ex persona veri tutoris, nec inficitur actus propter admistionem inhabilis,& falsi tutoris, quod verum est: quia in vno vero tutore consistit solida auctoritas, l.decretum,§.1.ff.de administr.tut. Quia vero de natura delegationis est, vt delegati non habeant potestatem in solidum, sed pro parte, argumen.capitul. prudentiam, & ibi Panorm.numero 2.& idem Panorm.in cap.cum super Abbatia,num.10.de offic.iud.deleg.ideo regulariter acta iurisdictionis vel ab excommunicato, vel a pluribus simul, quorum alij excommunicati, alij non excommunicati sunt, non valent.

17 Præterea, hoc quod diximus de iudice excommunicato denunciato, quod sententia ab illo lata nulla sit, locum habet, etiamsi contra ipsum excommunicatum non excipiatur, argumen.cap.ad probandum, de sentent. & re iudic.& ibi Panorm. nu. 2. & idem Panormitanus, in cap. suscitatus, numero 12. de rescript. Innocent. in capitu.1.in fine, de except.lib.6. Philipp. Francus in cap. decernimus, de sentent.excommunicat.lib.6. Marian. Socin.in capit.sacris, numero 264.& 265.de sentent.excommunicat.qui citat pro hoc cap.1.de supplen.negligent.prælat. libro 6.& capit.1.de offic. Vicar.libro sexto,& cap.præsidentes, de hæretic.libro sexto, vbi ob specialem fidei fauorem conceditur, vt Iudex excommunicatus ab Ecclesiastico, Iurisdictionem exercere possit; & proinde extra hunc casum non potest. Ratio est: quia propter excommunicationē suspenditur iurisdictio, adeo quod excommunicatus illa priuatus sit actu,& proinde partes illam in actu dare non possunt, nec eam sua ratihabitione validare, vt idem Marian. Socin.cap.sacris,nu. 274.de sentent. excommunication.testatur, citans ad hoc Petr. Innocent. & Ioan. And.in cap.aduersus, de immun. Eccle. & Bald. in c.1.in tit. Hic finitur lex Conradi.in vsib.feud.& est cōmunis. Siue igitur iudex excommunicatus denunciatus, ordinatius sit, siue delegatus, sententiam validè ob Iurisdictionis defectum, ferre non potest.

18 Difficultas tamen inter Doctores est, An si quis antequam esset excommunicatus, causam alicui commisit, & postea excommunicatus sit, qui causam commisit, expiret mandatum, aut iurisdictio per excommunicationem eius, qui Iurisdictionem, aut causam commisit; In hac quæstione quæ controuersa est, hæc mihi tanquam probabilia magis dicenda videntur.

Primum est, si is, qui ordinariam iurisdictionem contulit alteri, in excommunicationem postea incidit, vt exēpli gratia, Dux, qui ante excommunicationem, Iudicem aliquem ordinarium constituit, & postea in excommunicationem incidit, iudex ab ipso sic constitutus, non obstante Ducis constituentis excommunicatione, munus, & officium suum,& magistratum validè exercere potest. Sicut etiam si mortuus esset ipse Dux, Iudex, officium suum validè exercere posset, & solet. id quod colligi potest ex capit. secundo, de offic. legat.lib.sexto. Et l.quia, ff.de iurisdictione omnium iudicum. Ratio est: quia Iudex hic ordinariam habet iurisdictionem, quæ ipsimet inhæret, & totum distinctum habet a Duce, vnde a iudice illo ad Ducem appellari potest. Et certe, si Iurisdictio iudicis morte naturali Ducis non extinguitur, ut experientia patet: nec superueniente excommunicatione Ducis, extinguitur.

19 Ex quibus colligitur ratio, cur Episcopo excommunicato denunciato, eius etiam Vicarij iurisdictio (quæ tamē ordinaria fuit) suspendatur, vt communiter Doctores tradunt in cap.1.& ibi glos.in verbo, ipsius, de offic. Vicar. libro sexto,& Panorm.in ca.licet vndique, numero 8. de offic.iud.deleg. Marian. Socin.in cap.sacris, num.277.de sent.excom. Summa Astensis, 2.par.lib.7.ti.9.q.14. Hugolin.de censur.eccles.tab.2.cap.11.§.3.nu.8. Quia scilicet, idem est vtriusque consistorium, eademque iurisdictio vnde a Vicario generali ad Episcopum appellari non potest, cap.2.de consuetud.lib.6.& ibi glos.in verbo.officiali, Iason.in l.more, num. 18.ff.de iurisdict.omnium iudic. Cuius ratio est: quia appellatio est de minori iudice ad maiorem prouocatio, vt glos.cit.& Summistę,& Goffre. & alij, in tit. de appellat. notant. Cum igitur Iurisdictio Vicarij accessoria sit,& semper dependens a Iurisdictione Episcopi, seu potius vna eademque cum illa, sublata, vel impedita per superuenientem excommunicationem Episcopi iurisdictione, Vicarij similiter Iurisdictio sublata,& impedita erit, arg. regulæ, accessorium, de reg.iur.libro sexto. Vnde, mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur,& ad Capitulum transfertur, vt habetur in ca. vnico, de maior.& obedient.lib.sexto,& cap.si episcopus, de supplen. neglig. præl. libro 6. Excommunicato autem Episcopo, aditi debet Papa, vt prouideat de causis interim cognoscendis, vt notant glo.in c.1.in verbo ipsius, de offic. Vicar.lib.6.& Summa Astensis, 2.p. lib.7.tit.9.q.15.

20 Secundum est, Delegati, aut Subdelegati iurisdictio, delegantis, aut subdelegantis excommunicatione superueniente, non tollitur, quoties res integra esse desijt, priusquam excommunicatio superuenerat: secus, autem, vbi delegans, aut subdelegans excommunicatus sit re integra: quia priusquam subrogatus iurisdictione vti incipiat Iurisdictio in ipsum efficaciter transijsse non censetur: dū autem delegatus excommunicatus est, transire non potest, vt colligitur ex cap.licet vndique.& ibi gloss.in verbo, re integra,& ibi Innoc.& Panormit. num.8.de offic. iudic.deleg. Ioan. And.in c.1.de offic. Vicar.lib. 6.& ibi glos.in verbo, ipsius,& facit l. Et quia, ff.de iurisdic.omn. iud. Marian. Socin.in cap.sacris, nu.280.de sent. excom. & facit c.si is, cui.de offic.iud. deleg.lib.6.& c. quamuis, & ibi glo.in verbo, efficaciter,& c.si delegatus, de offic. iudic.deleg. lib.6.& latius tradit Hugolin.de cens.eccles. tab.1.c.11.§.4.nu.1.

21 Tertium est, Iudex, si lite pendente in iudicio, excommunicetur, vlterius procedere non potest; post absolutionem vero Iurisdictionem resumit, ex Summa Astensi, 2.par.lib.7.tit.9.quæst.11.citans ad hoc c.prudentiam,& c.insinuante, de offic.iudic.deleg.& facit c.suscitatus,& ibi glos.in verbo, infamem,& verbo.impedimento, de rescrip.& DD.ibi.

22 Octauo, Excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor, Iudex arbiter esse non potest, & laudū, id est, sententia ab eo lata nulla est: arbitria enim ad iudiciorum normam redacta sunt, vt dicitur in l.1.ff.de arbit. Vnde, sicut nec a iudicibus publicè excommunicatis sententia validè ferri potest ex defectu iurisdictionis, ita nec ab arbitris, arbitria lata valent, vt latius tradunt Specul.in tit.de arbitr.§.differt, versic.item. secundum eum, & seq. vbi tenet, in arbitrio idem, quod in delegato, & ait sic in Curia fuisse determinatum de mandato Papæ. Ioan. And.in cap.pia,& Philipp. Franc.versic. circa tertium.de except.lib.6. Archid. 2.quæstio.6.ca. a iudicibus. super 1.glos.& idem Ioan. Andr.in Mercurial.c. factum, de reg.iur.lib.6.per not. in l.illa verba, arbitratu Lucij, ff.de verb.signific.& l. Pedius, ff.de arbitr.& ibi Bar. Panoc.in c. Quintauallis, num.27.& ibi Ioan de Imola, de iureiur.& idem Panorm. in cap.ad probandum, nu.2. de sent.& re iudic. Pet. Anchar.in d.c.pia.colum. penultim. Gemin.ibidem, num.8.de except.lib.6. & idem Gemin.in c.decernimus, nu.7.de sent.excom.lib.6. Marian. Soc.in

cap. sacris num. 453. de sent. excom. qui ait esse communem omnium Doctorum sententiam.

23 De arbitratore vero, an scilicet excommunicatus denunciatus arbitrator esse possit, ita quod arbitramentum per eum probatum teneat, licet DD. inter se dissentiant, & Io. Andr. in regula, dolo. de reg. iur. lib. 6. Mercur. post multa concludit, in eum cadere non posse arbitramentum, quod fit per modum laudi, vel sententiæ. & eum secutus Pan. in d. c. Quintavallis, nu. 27. in hanc sententiam etiam inclinat, & pro eadem refert Spec. loco præallegato, & Hostiensem, in cap. veritatis de dolo, & contumac. & hanc tandem, vt veriorem tenet Marian. Socin. in cap. sacris, num. 454. prope finem, de sent. excom. Mihi tamen verior videtur illa, quæ affirmat publice excommunicatum peccare actum arbitrandi exercendo contra præceptum Ecclesiæ, quo hominum communione priuatur. Arbitramentum tamen, seu sententia ab arbitratore lata valida erit. Quam sententiam expressè defendunt, Bart. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & in l. Pedius. ff. de arbitr. Philip. Franc. in cap. 1. ver. circa tertium, de except. lib. 6. & in cap. dolo. de reg. iur. lib. 6. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. cap. 11. §. 6. num. 3. Ratio est: quia arbitramentum censetur quædam transactio, & contractus, seu conuentio quędam, per quam a lite receditur, vt fatetur Panor. in capit. Quintauallis, num. 8. de iureiu. & num. 9. ait, quod arbitrator in differt ab arbitro, quia arbiter eligitur vt sit loco iudicis, vnde procedere debet iuris ordine seruato. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. vnde non debet procedere diebus feriatis, sicut nec Iudex, vt l. omnes C. de fer. & l. si de meis, §. fin. & l. si feriatis. ff. eod. Arbitrator vero assumitur semper super contractu transactionis, aut complendo, quia scilicet fuerat à partibus inchoatus, aut super ineundo, & perficiendo, vt quando sumitur super lite, vt transigat inter partes. Vnde arbitrator est quidam compositor, & mediator inter ipsas partes, ideoque sicut contractus ab excommunicato initus valet, cum sit quid facti; quæ autem facti sunt ab excommunicato acta valent, ex Panorm. in capit. veritatis, num. 41. de dolo, & contuma. & communi DD. sententia, ita arbitramentum ab eo factum validum erit.

24 Quod vero arbitrator potestatem cuiusdam facti solum habeat, & non iuris, patet; quia, vt ipse met Panorm. fatetur, in d. cap. Quintauallis, num. 7. & num. 8. arbitrator est, qui eligitur, vt aliquid æstimet, veluti precium, vel operas, vel partes societatis, vel quid simile, & vt arbitretur, secundum quod sibi videtur sine ordine iudicij. Instit. de emptio. & venditio. §. precium. ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu, præterquam quod arbitramentum a consensu partium vim suam habere cognoscitur; vnde qui arbitratorē fecerint, ipsum pro libito suo reuocare possunt. Sed de Iurisdictione, qua priuatur excommunicatus denunciatus, hæc satis sint.

De alijs effectibus excommunicationis maioris circa actiones ciuiles. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Excommunicatus maiori denunciatus actionibus ciuilibus priuatur.*
2 *Excommunicatus denunciatus, tutor esse non potest, et quare.*
3 *Actor in iudicio excommunicatus denunciatus esse nequit.*
4 *Excommunicatus denunciatus in iudicio agere non potest etiam per procuratorem.*
5 *Accusator in iudicio esse nequit, qui excommunicatus denunciatus est.*
6 *Excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicij contra actorem obijci potest.*
7 *Exceptio excommunicationis solum vim habet in dilatoria, non autem in peremptoria, & quid vtraque sit.*
8 *Exceptio excommunicationis contra actorem, a quonis opponi potest.*
9 *Excommunicationem reus contra actorem non obstante iuramento in contrarium opponere valet.*
10 *Exceptio excommunicationis coram quocunque iudice ordinario, vel delegato opponi potest.*
11 *Exceptio excommunicationis tam in peremptoria, quam in dilatoria sub qua forma opponi debeat.*
12 *Nomen excommunicatoris in exceptione excommunicationis exprimendum est.*
13 *Canon, & Canonis author in oppositione excommunicationis latæ a iure exprimi debent.*
14 *Forma in exceptione excommunicationis opponendę contra actorem adhibenda, quæ.*
15 *Exceptio opposita infra octo dierum spatium a reo probari debet.*
16 *Probatio excommunicationis apertissimis, & claris documentis fieri debet.*
17 *Probatio excommunicationis in alio iudicio.*
18 *Probatio excommunicationis, vel per propriam confessionem rei, vel per exemplum authenticum sententiæ excommunicationis facienda.*
19 *Probatio denunciationis excommunicationis ipsam excommunicationem an, & quando sufficienter probet.*
20 *Exceptione excommunicationis infra octo dierum spatium non probata, Iudex contra reum procedere potest.*
21 *Causa durante an, & quoties recipiatur excommunicationis exceptio.*
22 *Exceptione excommunicationis non obstante, an & quando facta in iudicio cum actore excommunicato valeant.*

1 Præter effectus, qui circa spiritualium actionum exercitium versantur, quibus iam excommunicatum denunciatum satis in præcedentibus priuatum esse docuimus, sunt etiam alij effectus annexi, quibus etiam quoad actiones quasdam ciuiles merito priuatur, vt suo ordine in sequentibus ostendemus. quorum

2 Primus est, quod tutor esse non possit, & hoc non solum, quia caret hominum communione, quæ necessaria est ad officium tutoris exercendum: sed etiam, quia tutela, licet vtilitate quid priuatum sit, est tamen authoritate officium publicum. vt habetur in Institut. in prine. vers. nam, & tutelam, de excus. tut. & ibi not. gl. in verbo, publicum, & latius tradunt Panor. in ca. prudentiam, nu. 14. de offic. iudic. delegat. Ang. in cons. 56. Aret. cons. 66. col. 4. Ancar. in c. pia. §. si quis, 2. & ibi Gemin. nu. 8. Philipp. Franc. ibid. versi. circa tertium. de except. lib. 6. Marian. Socin. in capitulo sacris, num. 455. de senten. excommunicationis Hugol. in de censur. Eccles. tab. 2. capitulo 14. acta vero ab excommunicato denunciato ratione publici officij non valent, & ita si quid alienaret nomine tutelæ, alienatio non valeret, sicut nec alienatio a Prælato excommunicato facta valet. Et ita nec potest esse curator, nec orphanotrophus, nec hospitalarius, nec similia officia exercere, arg. eorum, quæ

not. DD. in c. veritatis, de dolo, & contumac. & in cap. fi. de procur. & in c. aduersus, de immunit. Ecclef. Ioan. An. in cap. pia, de excep. lib. 6. & in reg. dolo, de regul. iur. lib. 6. in Mercurial.

3 Secundus est, quod excommunicatus denunciatus repellitur à iudicio, ita vt actor esse non possit. sic cap. intelleximus, & ibi glo. in verbo, conueniri, & ibi Panormit. nu. 2. de iudicijs, & cap. exceptionem, & ibi glos. in verbo condemnandus, de except. in antiq. & facit capit. excommunicamus, §. credentes, de hæret. & est communis doctrina. Rota decis. 7. n. 2. de except. in nouis. Marian. Socin. in c. sacris, nu. 283. de sent. excom. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 18. Nau. in Manuali, cap. 25. nu. 24. & cap. 27. nu. 21. vers. decimoquinto. Gab. 4. dist. 18. q. 2. ar. 3. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de censf. ecclef. tab. 2. cap. 15. & colligitur ex capit. pia. de except. lib. 6. vbi Innoc. IIII. id docet, & rationem assignat: *vt ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, communione periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & ex communicati dum à communibus actibus excluduntur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur.* Hactenus Pontifex. Id quod locum habet non solum in iudicio Ecclesiastico, sed etiam seculari, ex glo. in d. cap. pia, in verbo, ecclesiasticis, & in verbo opponar, de except. lib. 6. & Iudex secularis talem excommunicatum actorem non repellens ad id cogendus est à iudice Ecclesiastico, cap. decernimus, & ibi DD. de sent. excomm. lib. 6. cum versando sic eum alijs peccet: secularis autem Iudex non obediens, & minus non repellens, non solum peccat conuersando in iudicio cum actore excommunicato, sed etiam ad id pœnis Ecclesiasticis compelli potest, & debet, vt Philip. Fran. Anchar. Gemin. & Steph. Costa, nu. 2. & nu. 3. de sent. excom. lib. 6. in d. cap. decernimus, annotarunt. Habet enim ius canonicum potestatem dispensandi circa ordinatiua litis in foro laicorum, quando ex obseruantia eorum induceretur peccatum, vt in hoc euentu contingit; est enim peccatum communicare excommunicatis, arg. cap. sacris, de ijs quæ vi, met. cau. fiunt. & c. si celebrat, de cler. excõ. ministr. & facit c. sicut Apostoli, cũ tribus seqq. 11. q. 3. & l. pupilla. per Bart. & Bald. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Et faciet iudex hanc repulsionem de actore excommunicato publicè etiam nemine opponente, vel compellente, vt in ca. exceptionem, in fine, de exception.

4 Sed neque potest agere in iudicio per procuratorem, ex Marian. Soc. in d. c. sacris, nu. 327. de sent. excom. excommunicato enim non tam modus, quam actus agendi prohibitus est, & ideo nec per procuratorem agere potest. Et quod diximus, procedit, etiamsi actor talis offerat se probaturum se excommunicatum non esse, eo quod vel excommunicatus sit post legitimam appellationem; vel quod sententia errorem intolerabilem contineat, interim enim, dum nullitatis sententia cognoscitur, vt actor in iudicio euitandus est, vt colligitur ex c. solet, §. in secunda, & ibi glo. in verbo, vt actor, & verbo, extra iudicium & Gemin. Philipp. Franc. & Anchar. ver. nono. Steph. Costa, nu. 30. de sent. excom. lib. 6. quod à fortiori procedet, si offerat se probaturum iniustè excommunicatum esse, neque enim tunc ante absolutionem audietur, arg. c. cum contingat, & Panorm. ibi, de offic. indic. deleg. & c. per tuas, & ibi Panorm. nu. 3. Felin. de sent. & excom. & gl. fin. in c. significauit, & ibi Panor. in fine, de offic. iudic. ordin. & idem Panorm. in ca. fin. nu. 5. de except. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. quæstio. 23.

5 Præterea, sicut excommunicatus denunciatus actor esse non potest, ita neque accusator in iudicio esse permittitur, cap. 2. de except. & ibi Innoc. & Panor. nu. 4. & Felin. nu. 13. & c. oẽs. 3. q. 4. & ca. diffinimus. 4. q. 1. gl. in ca. pagani, & in ca. seq. 2. q. 7. Panorm. in c. intelleximus, nu. 2. de iudic. Felin. in c. nulli episcoporum, nu. 6. vers. quarto limita, de accusat. Marian. Soc. senior, in ca. sacris, nu. 289. de sent. excom. Et faciunt notata in ca. exceptionem, de excep. & c. à nobis, tit. eod. & c. pia, tit. eod. lib. 6. Rich. 4. d. 18. art. 7. q. 1. Sotus, 4. d. 22. q. 1. art. 4. cõcl. 2. ver. item excommunicatus. S. Anton. 3. parte, tit. 24. cap. 76. versic. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimoquarto. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de censur. ecclef. tabul. 2. c. 15. §. 4. Et hoc procedit, etiamsi proprium iniuriam prosequatur, ex glo. in cap. omnibus, 4. q. 6. & eadem gl. in c. 1. in verbo, alio, in fine, & Anchar. ibi, de rescript. lib. 6. & citat c. intelleximus, de iudic. Panor. in cap. à nobis, num. 4. Felin. nu. 9. de except. & idem Panorm. in cap. cum inter. num. 29. tit. eod. vbi ait idem sensisse Federic. conf. 114. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 289. de sent. excom. Hugolin. vbi supra; & facit d. c. intelleximus. vbi excommunicatus vniuersaliter excluditur à iudicio, vt sit actor, & ideo, vt accusator, cum accusare sit agere. Procedit etiam, licet sic excõicatus alterum excõmunicatum accusare vellet, glos. & Innoc. in c. à nobis, & Panor. ibi, num. 8. & 9. & Fel. nu. 13. de except. Bar. in l. seruos, ff. de accusat. addit. ad Panor. in d. ca. à nobis, nu. quarto in litera C. Hugolin. vbi suprà. Ratio est: quia vt habetur in ca. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. & c. pia, de except. lib. 6. actor esse prohibetur in iudicio, accusando autem agit. Et quamuis Caiet. in tract. de hæter. nu. 107. quem refert, & sequitur Hugol. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 4. nu. 2. in fine, hoc etiam procedere putat, vt non posset accusare hæreticum, & hoc ob cõmunionis periculum. Alij tamen, vt Rich. quarto, distin. 18. art. 7. q. 1. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titul. 9. quæst. 23. volunt. admitti posse ad accusandum crimen hæresis, cuius tanta est labes, quod ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & qui libet criminosi, & infames aduersus quemlibet admittuntur, 2. q. 7. cap. præsumunt, vers. huic oppositioni, & facit ad hoc cap. præsidentes, de hæret. lib. 6. & c. in fidei fauorem, titu. eod. quæ opinio mihi placet, cum hoc totum redundet in fauorem fidei, & maiorem criminis huius detestationem, & Hugolinus sibi contrarius, tab. 2. cap. 17. num. 2.

6 Illud etiam obseruandum est, quod exceptio excommunicationis in quacunque parte Iudicij contra actorem obijci potest, vt habetur in ca. exceptionem, & ibi glo. in verbo, qui si eam omiseris, & Panorm. nume. 1. & 22. & Felin. nu. 13. de excep. & cap. pia, de excep. lib. 6. & clem. vnica, ti. eod. & ibi Anch. nu. 3. & Zabar. nu. 1. vers. tertio quæro. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 435. de sent. excom. & Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. q. 18. Hugol. de censf. Ecclef. tab. 2. cap. 15. §. 6. nu. 1. & ita opponi potest vel ante sententiã, vel in ipsa sententia, & etiam post sententiam, ita vt tunc impediat sententiæ executionem ex capit. pia, de excep. lib. 6. Panor. in capit. exceptionem, nu. 12. 19. & 20. de excep. Marian. Soc. vbi supra; Vnde Specul. in tit. de except. §. 2. ver. sed nunquid hanc exceptionem vocat anomalam, quia non sequitur materiam, seu regulam aliarum declaratoriarum, seu dilatoriarũ, secundum ea, quæ traduntur in c. pastoralis, de except. & cap. inter monasterium, de sent. & re iudic. cuius rei rationem assignat Pontifex, in d. cap. pia: *Vt sic censura Ecclesiastica magis timeatur, communionis periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore perfusi facilius resipiscant.*

7 Hoc autem, quod dixi, exceptionem excommunicationis in qualibet parte iudicij opponi posse, solum habet locum, quãdo opponeretur in vim dilatoriæ, non autem in vim peremptoriæ, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit, & ibi Philip. Franc. in initio, ver. aliquando. Anch. nume. 3. versic. nota argumentum, de except. lib. 6. Felin. in cap. exceptione, nu. 13. & Panorm. nu. 21. de except. Marian. Socio. in cap. sacris, nu. 435. de sent. excom. Summa Astensis 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 18. & glof. in clemen. vnica, & Anchar. vers. secundo not. de excep. quia peremptoria

ria exceptio litem non differt, sed tollit. §. appellantur autem exceptiones. Institut. de except. Dilatoriè verò dicitur exceptio opponi ad effectum differendæ intentionis agentis, vel propter ipsius agentis excommunicationem, vel iudicis, aut procuratoris. Peremptoriè verò opponi dicitur, quando opponitur ad perimendam electionem, vel alium similem actum, propter excommunicationem eligentium, vel electi, vel alterius excommunicati, qui talem actum celebrasset, vt tradit gl. 2. in cle. 1. de excep. vt v. g. electus est quis ad aliquam ecclesiam, & ei obijcitur electionem non valere ob excommunicationem ipsius electi, vel eligentium, tempore electionis.

8 Hæc autem exceptio excommunicationis contra actorem, non solum à reo, vt habetur in cap. a nobis, & c. exceptionem. de excep. & c. pia. de except. libro 6. & DD. ibi, sed etiam à alium opponi potest, etiam à quouis alio siue masculo, siue fœmina opponi potest, arg. d. c. pia, & glo. ibi, in verbo, si quis. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 427. de sent. excomm. Vnde etiam & notarius, aut aduocatus excipere potest, quando iudex, aut pars non exciperet. Quod idem dicendum videtur de omnibus personis, quæ necessario interueniunt in iudicio, propter interesse periculi communionis. Et facit ca. cum parati. de appell. & ibi Panorm. nume. 2. & Decius nu. 2. & idem Decius in cap. intelleximus, num. 20. Felin. nu. 13. de iudic. Hugolin. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 7. nn. 5. Marian. Socin. in cap. sacris, nume. 431. de sent. excom. Quia tenetur quis impedire peccatum mortale, cum possit; quod hic contingeret, si alij exceptionem a iudice, aut reo prætermissam contra actorem excommunicatum denunciatum non obijcerent: peccatum enim mortale committeretur communicando in iudicio cum taliter excommunicato. Tenetur autem vnusquisque sub peccato mortali peccatum mortale alterius impedire, cum possit, arg. cap. qui alios, & ibi gl. in verbo, non reuocat. de hæret. & c. error. d. 83. & cap. negligere. 2. quæst. 7. & alia in glossis eorum citata. & Nauar. in Man. cap. 14. num. 27. versic. quadragesimosexto. qui id limitat, & bene solum procedere in eo, qui sine verecundia, incommodo, & dedecore id impedire potest. & gloss. in d. cap. error, in verbo, cum possit, non solum hoc ait verum esse in Prælato, sed etiam in quolibet alio, citans ad hoc etiam Hugonem. Et quidem iudex ex officio talem actorem repellere debet, vt colligitur ex cap. exceptionem. de except. & c. pia. tit. eod. lib. 6. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 337. ver. quero vigesimo sexto, & nu. 441. vers. quarta declaratio, de sent. excom. & hoc propter periculum animæ in communicando cum excommunicato, secundum Hostien. in cap. cum à nobis, de elect. ad fin. & cap. exceptionem, de except. & sequitur Io. And. in d. cap. pia. Et sicut reus potest per exceptionem suam actorem repellere in qualibet parte litis; ita etiam potest Iudex ex officio, adeo quod etiam post sententiam potest excommunicatum repellere ab executione, si illam petat, vt tenent glos. fin. Io. Monach. Ioan. Andr. & DD. in cap. pia. de except. libro 6. cap. cum inter, vbi Panorm. num. 50. & cap. significauit nobis. & ibi glo. in verbo, defensio. & Panor. num. 17. & nu. 18. de except. Marian. Soc. locis proximè allegatis.

9 Item reus in qualibet parte, vt dixi, litis excommunicationem contra actorem obijcere potest, & hoc, etiamsi ipsemet reus iurasset non opponere aliquam exceptionem dilatoriam, quia non obstante iuramento potest illam opponere absque periurij pœna, dummodo actor fuerit excommunicatus notorius, aut denunciatus, ex Ioan. Andr. in d. cap. pia. in nouella, vbi ait ita disputando tenuisse Ioannem de Monte Murlo. & idem tenet ibi Gemin. §. 1. nume. 11. versi. quid si reus. Felin. in cap. exceptionem, num. 13. de except. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 429. de sent. excom. Hugol. dict. cap. 15. §. 7. nu. 1. Ratio est: quia necessitas excommunicationis vitandæ, quam non obijciendo incurrit, excusat à periurio, arg. c. querelam. de iureiur. & c. significāte. de pignor. Io. And. vbi supra. & allegat, quod not. in simili, in clem. 1. in glo. penult. de except. Ad quod etiam allegat, quod not. in c. 1. de iureiur. lib. 6. vbi etiam iuramentum scienter præstitum super re illicita, non astringit iurantem. & facit regula, non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

10 Hæc etiam excommunicationis exceptio opponi potest coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, Ecclesiastico, vel sæculari, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit, & ibi Ioan. Monac. & Archid. de except. lib. 6. Maria. Socin. in cap. sacris, num. 434. de sent. excom. Steph. Costa, in cap. decernimus, num. 2. & 3. de sentent. excommunica. lib. 6.

11 Circa modum autem, & formam opponendi excommunicationem, si opponatur in vim peremptoriæ, sufficit opponere simpliciter de excommunicatione, licet non exprimatur species, aut nomen excommunicatoris, cum hoc nullibi cautum reperiatur, vt ait Marian. Soc. in cap. sacris, num. 436. de sent. excom. & citat pro hac sententia Innoc. Pet. & Abbat. nam c. pia. de excep. lib. 6. loquitur, quando opponitur in vim dilatoriæ, non peremptoriæ, vt patet, quia in vim peremptoriæ non posset opponi in qualibet parte litis, & iudicij, vt colligitur ex cap. 1. de lit. contest. lib. 6. & nos sup. docuimus. Quando autem talis excommunicatio maior opponitur in vim dilatoriæ, debet opponens ipsius excommunicationis speciem, & nomen excommunicatoris exprimere, vt Innocentius IIII. in c. pia, de except. lib. 6. statuit. Et quamuis Hugol. in d. c. pia. & Aegidius velint per (*Speciem*) intelligi causam, scilicet excommunicationis, ita, vt reus admitti non debeat ad opponendum, nisi exprimat causam, vt per expressionem causæ appareat, an pro illa, vel pro alia causa excommunicatus sit, arg. cap. prudentiam. §. 6. de offic. iudic. delegati. & an ab homine, vel à canone. & vtrum maiori, vel minori sententia sit ligatus. Et Aegidius, ait, hanc fuisse mentem conditoris dictæ constitutionis, pia, de excep. lib. 6. dicens se hoc habuisse à quodam Fratre Iacobo Episcopo Bononiensi, qui fuit Cancellarius Innocentij IIII. Alij tamen omnes, vt gl. in d. cap. pia. in verbo, speciem, de except. libro sexto. Specul. in titu. de except. §. viso, verbo, sed quando excommunicatur. Bern. Host. Goffred. & etiam Ioan. And. in d. cap. pia. Marian. in c. sacris, nu. 436. de sent. excom. Summa Astensis, 2. p. lib. 7. nt. 9. quæst. 20. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 15. §. 8. numero.... verius docent, per *Speciem*, intelligi ipsius excommunicationis speciem; & ratio est: quia cum duæ sint excommunicationis species, excommunicatio maior, & minor, & quælibet diuersos producat effectus, minor enim non repellit à communione hominum, sed solum à receptione Sacramentorum, maior autem & Sacramentorum perceptione, & administratione, necnon consortio hominum priuat; ne rei facile iudicium subterfugerent, ac litem prorogarent, quo minus condemnarentur, & excommunicationem simpliciter opponendo minorem nonnunquam obiecisse postea conuincerentur, merito ne excipiens cum alterius iactura vagetur, vt in cap. 2. de rescrip. lib. 6. statuit, vt excommunicationis species in exceptione nominarentur; quo casu, si minor sit, non admittetur exceptio, sed iudicium iudex prosequetur; secus autem, si maior excommunicatio opponatur, vnde vt rectè Ioan. Andr. in d. cap. pia, docet, falsum est posse actorem per causæ expressionem scire, an maiori, vel minori excommunicatione ligans sit; quia fieri potest, quod iudex minorem excommunicationem inflixerit ex causa, quæ merebatur maiorem, vt de se patet, vnde exprimi debet species excommunicationis, non causa, vt videatur, an excommunicatio maior, vel minor sit, quæ opponitur: quia per talem expressionem facile constabit, an exceptio admittenda sit.

12 Nomen etiam excommunicatoris (siue proprium, siue appellatiuum, vel saltem nomen dignitatis) exprimi debet ab excipiente in ipsa exceptione, ex gloss. in cap. pia,

facit cap. nuper, & ibi gl. in verb. non retinuit. & ibi Pan. numero 5. & Marian. Socin. numero 12. de sent. excomm. Innoc. in c. dilectus, de temp. ordin. Felin. in c. ar si Clerici, §. de adulterijs, de sent. & re iudic. Specul. tit. de lapsis & dispensat. §. nunc de episcoporum dispensatione. Iacobatius de Concilijs, lib. 5. art. 19. Ioan. de Silua in tracta. de beneficio, par. 4. q. 7. Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. cap. 13. §. 1. numero 3. vnde, cum in cap. postulastis, de Cler. excommunicat. ministr. permissa sit dispensatio in hoc casu, nec potestas dispensandi Papæ reseruata est, nec Episcopo expressim denegatur, tacitè eidem concessa videtur.

22 Quæ tamen regula non ita vniuersaliter vera est, quin nonnullas exceptiones patiatur.

Primo enim si Papa beneficium excommunicato contulit, ignorans eum excommunicatum fuisse, tunc Episcopus cum eo etiam post obtentam absolutionem ab excommunicatione non poterit dispensare, sed solus Papa, qui beneficium contulit, quia iam beneficium illud est affectum auctoritate Papæ, & vbi manum apposuit Papa, tunc inferior nihil potest, vt docent Innocent. in cap. inter dilectos, de excess. prælat. Petr. de Anchar. consil. 58. circumscriptis, Ludouic. Roman. consi. 335. circa primum. Domin. consil. 136. Decius, consi. 137. colum. 2. & in c. 1. col. 2. de confir. vtili, vel inutili. & in c. vt nostrum, col. 1. de appel. Panorm. expresse in c. postulastis, nu. 10. vbi ait, quod si collatio facta sit per Papam, inferior fortè tunc dispensare non potest, ex quo semel Papa manum apposuit, sicut dicimus in eo, quem ipse ordinauit ad Subdiaconatum, vt alius cum sine eius licentia ad altiores ordines promouere non possit, iuxta ca. cum in distribuendis, de temp. ordin. & idem docent Palud. 4. dist. 18. q. 4. ver. Secundus effectus. Rebuff. in d. ca. postulastis, nu. 333. de Cler. excom. minist. & in praxi benef. tit. de rescript. nu. 30. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 7. n. 8. ver. decimoquinto. de sent. excom. Henriq. lib. 13. de excom. c. 14. §. 2. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. c. 13. §. 1. nu. 3. Quamuis cū hodie Papa in suis rescriptis absoluat quoad illum effectum, non habet locum, quod hic dicitur, sed valebit collatio, nec aliqua opus erit dispensatione.

Secundo, non poterit episcopus dispensare in in hoc casu, quando ipsemet Episcopus beneficium illud conferre non posset, quia dispensatio inducit nouum titulum, ex Rebuff. vbi supra, in d. cap. postulastis, numero 335. et Hugolin. vbi supra, & fauet Cardinal. in dicto capit. postulastis.

Tertio, si episcopus ipsemet scienter tali excommunicato beneficium contulit, & vellet postea cum eodem dispensare, non potest; quia cum peccauerit in conferendo, non est dignus habere hanc potestatem, vt puniatur in quo deliquit, vt in simili dicit gloss. in capi. præsentium, in verbo, fratrumque, 1. quæst. 5. in Episcopo simoniaco quod nō possit dispensare in simonia commissa in ordine, vel beneficio, dummodo pecunia data fuerit ipsimet Episcopo, & in casu nostro id expresse docent Panorm. in c. postulastis, numero 9. & Rebuff. numero 332. de cleric. excom. minist. Alexand. consi. 70. in causa, in fine, volum.

23 3. Hugolin. ubi supra. Addit Rebuff. vbi sup. nu. 33. quartum casum, in quo episcopus dispensare nequeat, scilicet, quando absolutio excommunicationis esset reseruata Papæ, & idem tenet gloss. in capit. cum bonæ, in verbo, post mundum, de ætat. & qualit. Ceterum, Panor. in d. c. postulastis. nume. 8. de Cler. excom. ministr. & Marian. Socin. ibidem, nu. 16. & Couar. in ca. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 8. vers. decimoquinto, de sent. excom. lib. 6. docent, quod post absolutionem ab excommunicatione facta a quocun que habente ad id facultatem, poterit Episcopus dispensare, dummodo Papa dispensationem alteri non reseruauerit, prout fecit in c. graue, de præbend. vbi suspendit a collatione beneficiorum eum, qui post secundam correctionem indignis beneficia confert, ita vt illam suspensionem solus Papa, vel Patriarcha relaxet. & ea. excommunicamus, 1. §. credentes. de hæret. priuat officio Clericos, qui hæreticis Sacramenta exhibent, aut eos sepulturæ tradunt, aut oblationes ab eis percipiunt, ita vt à solo Papa restitui possint. & cap. cum illorum. de sent. exc. sibi reseruat Papa dispensationem cum eis, qui ex ignorantia probabili iuris, vel facti, Ordines in excommunicatione receperunt, si sint Clerici sæculares. In alijs autem tem casibus vbi Papa dispensationem sibi non reseruat, Episcopi dispensare possunt eo modo quo dictum est.

23 Illud tamen in hac re addendum est, quod si beneficij collatio ad alium, quam ad Episcopum pertinet, cum tali dispensatione Episcopi requiritur noua collatio, & consensus illius, qui beneficium confert; quamuis enim Panor. in c. postulastis, nu. 9. & ibi Marian. Soc. nu. 17. de Cleric. excom. minist. & Hugolin. de cens. Eccles. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 3. velint in hoc casu facta dispensatione nullam aliam collationem necessariam esse, tutius tamen esse ait Rebuff. in d. c. postulastis, nu. 336. quod fiat noua collatio, vel quatenus opus est, confer at cum clausula in literis dispensationis apposita, vel euitentur opiniones, & omnis ambiguitas tollatur, & sic ex tunc legitimè, & licitè beneficium retinere potest. Quam etiam sententiam tenent Henric. in d. capit. postulatis, pec capit. cum terra, de elect. & gl. in Pragm. sanctm. in tit. de elect. capit. licet, in verbo, canonicas, in fine. Palud. 4. dist. 18. q. 4. versic. secundus effectus. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. dub. 1. S. Anton. par. 3. ca. 76. versi. nono. Tabiena, verbo, excomm. 1. vers. octauo. & Couar. loco proxime allato. Quia cum prior collatio nulla sit ratione excommunicationis, in qua erat is, cui beneficium collatum fuit; consequenter ille, ad quem collatio pertinebat, potestate conferendi beneficium priuatus non erat, & proinde cum Episcopus dispensare tantum poterit, non autem conferre omnino necessarius est consensus illius, qui beneficium confert, vt obtenta absolutione, & dispensatione, collatio validè fiat, Sicut in simili consensus eius necessarius est ad permutationem, quæ auctoritate Episcopi fieri debet, glo. in cap. vnico, in verbo, collationem, & ibi DD. de rerum per mut. lib. 6. & in clem. vnica, in verb. conferatur, tit. eo. Io. Andr. quem refert, & sequitur Panor. in c. quæsitum, nu. 9. de rerum permutat.

24 Decimoseptimo, Excommunicatus pendente excommunicatione priuatur fructibus beneficij, & hoc etiam si nihil in sententia fuerit dictū, vt habetur in c. pastoralis, §. verum. & ibi Panorm. nu. 17. de appellat. & gl. in c. præter hoc, in verbo, ab ecclesia, dist. 32. & Innocent. in c. qualiter, & quando, 2. in fin. de accusat. Spec. in titu. de suspens. & inter. in fine, vbi recitat idem tenuisse Vinc. in ca. quoties, de simon. Hostiens. in summa, lib. 5. titu. de sent. excom. nu. 11. vers. quis sit eius effectus. Marian. Socin. in cap. sacris nu. 109. & seq. Imol. Perul. in d. ca. §. verum, in fine, de appell. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 3. Palud. 4. d. 18. q. 4. vers. secundus effectus. Gab. 4. d. 18. q. 2. art. 3. dub. 1. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 79. versi. nono excommunicatus. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. octauo. Angelica, verbo, excom. vlt. nu. 10. Syluester. verbo, Clericus 4. in vltima quæst. 25. & verb. excom. 2. effectu 9. & Couar. lib. 3. variar. resolut. capit. 13. versi. duodecimo. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 21. versi. octauo Henriquez lib. 13. de excom. cap. 13. §. 4. & c. 14. §. 3. Rebuff. in cōcordat. tit. de nō vitand. excom. & idem in repet. in ca. pastoralis, nu. 81. & 82. de Cleric. excom. minist. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. c. 12. quod est verum, si in mora fuerit petendi absolutionem, nec ei postea absoluto restitui debēt fructus. Ratio est: quia ex quo est extra Ecclesiam, & eius communionem, nihil quod ecclesiæ est, possidere debet, vt docet Pōtifex, in d. c. pastoralis, in fine, & ibi gl. in verbo, subtrahuntur, de appellat. Et quia beneficiū datur propter officium, & seruitium, & Ecclesia fructus assignat sub eo modo, si expeditè facere possit officium,

quod

quod excommunicatus facere non potest; & hoc etiamsi nec denunciatus, nec notorius sit; cum enim etiam excommunicatus occultus ab aliorum consortio abstinere debeat, nec is aliquo modo reueletur per extrauag. ad euitanda scandala, in conscientia hos fructus tempore excommunicationis retinere non potest; sed neque post absolutionem amissos fructus recuperat, si iuste excommunicatus fuerit, nisi fiat ei gratia specialis, arg. C. de re milit. stipēdia; Nec de facili debet gratia fieri, ne propter spem recuperationis disciplina Ecclesiastica contemnatur, arg. capit. quia diuersitatem, de concess. præbend. & arg. cap. 1. dist. 50. facilitas enim veniæ peccandi ansam tribuit, 23. quæst. 4. cap. est iniusta.

25 Dixi, si fuerit iustè excommunicatus, si enim iniustè excōmunicatus sit fructus omnes absolutus recuperabit, quos excommunicationis tempore amisit, quia cum hæc priuatio pœna sit, ea affici nō debet, qui non deliquit, vnde in tuto loco reponendi erūt, vt ei restituantur post absolutionem, dummodo etiam in mora non erat petendi absolutionem, quia enim tunc ex sua culpa in excommunicatione manet, fructus amissos tempore moræ culpabilis non recuperabit. Et quod si iniustè excommunicatus recuperet fructus post absolutionem, expresse tradunt glos. in ca. pastoralis, §. verum, in verbo, subtrahuntur, versic. sed nunquid absolutus, de appellat. Innocent. ibid. num. 3. Felin. in cap. Apostolicæ, num. 13. de except. Palud. 4. d. 18. q. 4. vers. secundus effectus. Pet. Foller. in praxi crim. canon. 3. parte, ca. 33. num. 111. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. vers. duodecimo, qui ait esse cōmunem opinionem. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 13. §. 4. & Hugolin. loco proximè allato, ca. 12. nu. 4. & à fortiori, quando excommunicatio fuit nulla, fructus non amittet, sed neque amittet fructus ante excommunicationem perceptos, cum enim iam sui facti sint, ob superuenientem excommunicationem eos non perdit. Immo verò, si quis fructus de beneficio percipiendos ante excommunicationem alicui creditori suo assignasset, creditor eos non amittet, vt docet Hugolin. cit. nume. 4. ex communi sententia DD. in cap. peruenit, fideiussor. & id docet Panorm. de suspensio. in capit. Apostolicæ, nu. 7. de except. culpa enim debitoris superueniens creditori damnum afferre non debet, arg. capit. non debet, de reg. iur. lib. 6. & arg. d. cap. peruenit.

26 Sed neque fructus patrimonij pro titulo alicui assignati; amittuntur per excommunicationem, eo quod patrimonium illud spirituale annexum non habet, iuxta ea quæ tradunt glos. in capit. tuis, & Panorm. ibi, num. 6. & 8. de præbend. non enim ecclesiasticum beneficium est; Cuius rei argumentum est; quia post adeptionem beneficij ecclesiastici alienare ipsum potest, vt colligitur ex Concil. Trident. sess. 21. ca. 2. de reform. quod non fieret, si spirituale quid esset. Vnde etiam, quāuis Clericus, qui elapsis sex mensibus post beneficium Ecclesiasticum, vel pensionem habitam officium non recitauit, ad restitutionem fructuum obligatus sit, iuxta constitutionem Concil. Lateran. sess. 9. et Bullam Pij V. ex proximo Lateranensi. quam refert Nauar. in Manuali, capit. 25. num. 122. & de orat. & hor. canon. capitulo septimo, num. 32. qui tamen ad titulum patrimonij ordinatus est, ad id non obligatur, vt docet Ioann. Baptista Antonucius in Cathechesi Neapol. lib. 4. capitulo tertio. quem refert, & sequitur Hugol. vbi supra, num. 4.

27 Et quod de fructibus beneficij dictum est. de pensionibus, oblationibus, & alijs redditibus, qui ob ecclesiæ emphyteusim præstantur, dicendum est quibus omnibus excommunicatus pendente excommunicatione priuatur: multoque magis, quotidianis distributionibus priuabitur, quæ solis interessentibus distribuuntur, cum ipse Diuinis officijs ex sua culpa propter excommunicationis censuram interesse nequeat, quo casu distributiones illæ reliquis, qui officijs diuinis intersunt, pro more distribuuntur, & illis accrescunt, si iuste excommunicatus fuerit; si enim excommunicatio declaretur fuisse iniusta, Canonicus recuperabit distributiones quotidianas, si tamen aliàs officijs diuinis interesse consueuit, vt docent Felin. in ca. Apostolicæ. num. 13. de except. Petr. Foller. in praxi crim. canon. 3. part. capit. 33. nume. 111. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 13. §. 4. in fine. quia per illum non stetit, quo minus interesset, sicut in simili impeditus morbo, lucratur distributiones, si præsens sit in eadē vrbe, & officijs diuinis interesse consueuit, vt tradunt cōmuniter DD. in cap. ad audientiam. & ibi Panorm. nu. 5. de cler. non resid. & idem Panorm. in cap. 1. num. 1. & 6. de Cler. ægrot. & facit c. 1. de Cler. non resid. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. Gemin. & Domin. Nauar. de orat. & hor. canon. capitulo vndecimo, num. 10. id quod etiam Hugolinus de censur. eccles. tabul. 2. cap. 12. numero quarto, verum esse putat in casu nostro, quando distributiones non sunt alijs acquisitæ, si enim semel alijs acquisitæ sint, tunc ab eis petendæ erunt, qui in causa fuerant, cur hic excommunicatus iniustè fuerit, arg. ca. sacro. §. caueant, de sent. excommunic. & arg. capit. 2. & ibi glo. in verbo, occasionem, de offic. iud. ordin. lib. 6. qui enim occasionem dāni dat, damnum dedisse videtur, c. fin. de iniur. quæ sententia & limitatio æquitatem habet, & practicanda est.

28 Quoad alios verò redditus, & ecclesiæ, seu beneficij fructus, cuiuscunque generis sint, ante omnia curandum est, vt assignetur honestum, & sufficiens stipendium alicui, qui ecclesiæ curam gerat, & munia subeat, ne damnū interim patiatur ecclesia, qua portione illi assignata, reliqui, quæ supersunt fructus, in vtilitatem ipsius Ecclesiæ conuerti debent, vt tradunt Panorm. in cap. pastoralis. §. verum. num. 22. de appellat. Fel. in cap. Apostolicæ, num. 13. de except. Summa Astensis. 2. par. lib. 6. tit. 9. quæst. 8. in fine. Hugolin. vbi supra, num. 3. & alij. Addunt etiam pietati DD. quod si beneficiarius sic excommunicatus non habeat vnde suis laboribus viuat, tunc fructus sustentationi suæ necessarij concedi debent, ne pereat, aut in opprobrium cleri mendicare cogatur, & hoc etiam si iuste excommunicatus fuerit, aut contumax sit, & in mora petendi absolutionem secundum ea, quæ tradunt gloss. in d. cap. pastoralis, §. verum, in verbo, subtrahitur, in fine & Panorm. nu. 16. de appellat. & Decius ibidem, num. 7. Felin. in d. cap. Apostolicæ, num. 12. de except. Summa Astensis, & Hugol. vbi sup. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 13. §. 4. in fine.

29 Quod si quis iustè excommunicatus fuerit, & iam pœnituit, nec per eum stat, quo minus absoluatur; tunc licet in foro exteriori per sententiam declaratoriam priuetur fructibus, quia præsumitur contumax, in conscientia tamen ex pia matris ecclesiæ voluntate fructus facit suos, sicut etiam in tali casu superius ecclesiæ suffragijs gaudere diximus; & ita expresse tradunt Cardin. & Ioan. de Lignano, quos refert & sequitur Decius in capit. pastoralis, §. verum, num. 7. de appellat. Henriquez, & Hug. vbi supra. Ratio est: quia sic excommunicatus non solum priuatur beneficij fructibus, eo quod debito modo officium suum exercere non possit, cum aliorum communione priuetur, sed etiam in pœnam contumaciæ; vnde cessante causa, nimirum contumacia, cessat in foro conscientiæ hic effectus pœnalis, & gaudet fructibus, immò etiam tunc expeditè officium suum per se, vel per alium vicarium faciens, & horas recitans, fructus illos restituere nō tenetur in foro conscientiæ, cum iam cessauerit quantum ex se est, causa talis pœnæ, & ita si non repetantur fructus in foro interiori, eos tuta conscientia retinere potest.

30 Diximus etiam in principio excommunicatum priuari fructibus beneficij, etiamsi id in sententia non exprimatur quamuis enim gloss. in cap. pastoralis, §. verum, in verbo, subtrahuntur, de appellat. limitare videatur hoc, dummodo id sit in sententia expressum: aliàs secus, sicut diximus in relegato ad tempus, cui non subtrahuntur bona,

nisi

nisi hoc exprimatur in sententia, l. deportatorum, C. de pœn. Nam quamdiu quis possit alijs remedijs distringi, non sunt ei subtrahenda stipendia. C. de execut. rei iudi. in b. stipendia, & ca. illud. 16. q. 6. potest tamen iudex hoc exprimere si vult; & cum hac sententia transeunt DD. antiqui omnes, vsque ad Ioan. And. inclusiuè, referendo dictam glo. non repugnando, & Summa Astensis, 2. parte, libro septimo, tit. 9. quæst. 9. Alij tamen omnes, vt Innoc. in capitulo qualiter, & quando. a. de accus. propè finem. & Specul. in titu. de fruct. & interess. in fine, vbi recitat idem tenuisse Vinc. in cap. quoties. de simon. & Hostien. in Summa lib. 5. tit. de sentent. excommun. num. 11. vers. si quis sit eius effectus. Panorm. in cap. pastoralis. §. verum. num. 17. & ibi Imola, Perus. & Rebuff. recept. d. capit. pastoralis. nu. 81. de appellat. Marian. Socin. in capit. sacris. num. 113. de sentent. excommun. Ripa, in cap. 1. num. 27. de iud. Puteus, decil. 28. lib. 1. Mandos. in tract. de signatura gratiæ, cap. absolutio ab excommun. in fine. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. capit. 12. docent id simpliciter verum esse, etiamsi in sententia excommunicationis id expressum non sit, adeò vt ipso iure per excommunicationem priuatus sit fructibus beneficij; immò, & ratio glossæ in d. capit. pastoralis. in verbo, subtrahuntur hoc ipsum probat, dum dicit: *Quod qui extra Ecclesiam est, nihil potest possidere nomine Ecclesiæ*, argumen. capit. quo iure. d. 8. & cap. 2. & 3. 23. quæst. 7. quæ ratio, vt authores præfati rectè annotarunt, militat, etiamsi in sententia nihil fuerit dictum; id quod etiam probatur in d. cap. pastoralis, in fine, vbi Pontifex ideo subtrahendos esse beneficij fructus docet, quia excommunicatis communio denegatur; quæ etiam ratio æquè procedit, siue hoc in sententia exprimatur, siue non. Nec valet similitudo gloss. de relegato. Nam propriè non æquiparatur relegato; quia potest quis relegari respectu certi loci, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. at verò excommunicatus respectu omnis ecclesiæ est necessariò excommunicatus quoad omnes ecclesias, vt in capit. cutæ, 11. quæst. 3. item relegato non denegatur communio hominum, nec Sacramento rum; secus autem in excommunicato, vt ex his, quæ superius diximus, manifestum esse potest.

31 Eodem modo, cum excommunicato interdicta sit communio hominum, interdicitur etiam ei administratio temporalis honorum ecclesiæ, & beneficij, vt docent Innoc. in cap. tuæ, num. 6. in verbo, remoueat, & Panorm. ibi, num. 7. de cler. non resid. & idem Innoc. in cap. veritatis. in verbo, excommunicationem, & ibi Panorm. nume. 16. & num. 34. de dolo, & contumac. & idem Panorm. in ca. pastoralis. §. verum, num. 18. de appellat. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 115. de senten. excomu. administratio autem hæc, ex glo. in cap. auaritiæ, in verbo, temporalibus, de elect. lib. 6. in ijs versatur, quæ sunt facti, vt recipere census, & debita, beneficij, habere curam colligendorum, & conseruandorum fructuum, soluere debita ecclesiæ, iuramentum, & fidem à subditis recipere, vt habetur in cap. qualiter. & ibi Panorm. de electio. res ecclesiæ alienare, & similia. Ratio est: quia excommunicatus hæc facere non potest, nisi hominum consortio vtatur, quod illi interdicitur, & quia fructibus beneficij caret, & proinde nec eos administrare debet, arg. cap. 1. §. fin. de elect. lib. 6. vbi suspensus à beneficio (qui etiam fructibus beneficij caret) ipso iure priuatur beneficio, si ei interim se ingerat; & consequenter idem de excommunicato dicendum est, vnde Panorm. in d. cap. pastoralis. §. verum, nu. 18. de appell. ait deputari debere per superiorem aliquem œconomum, aut vicarium temporalem, qui curam beneficij gerat, iuxta ea, quæ habentur in simili in cap. peruenit. 2. de appell. & in ca. fi. de statu monach. & in c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

32 Quibus addendum puto, quod licet sic excommunicatus aliquid beneficij administrando peccet, maximè, vbi administrando communione hominum vtitur, quæ ei interdicitur, vsurpando rem sibi prohibitam; ab ipso tamen administrata valebunt, non solum si administret ea quæ simplicis facti sunt, & quæ in vtilitatem ecclesiæ redundant, vt si fructus colligat, aut conseruet, aut ecclesiæ debita soluat, arg. l. soluendo. ff. de neg. gest. vt de suspenso tradit Panormit. in cap. cum Vintoniensis. num. 10. de elect. quandoquidem etiam & ea quæ facti sunt, & in spiritualibus valent; sed etiam si faciat ea, quæ in ecclesiæ præiudicium redundant, vt sunt alienationes rerum ecclesiæ; aut si debita ecclesiæ reciperet, id quod verum esse intelligo solum de excommunicato tolerato, ex Innoc. in c. veritatis, in verbo, excommunicationem, & Panorm. num. 33. de dolo & contumac. Marian. Socin. in c. s pit. sacris. num. 116. de sentent. excommunic. Hugol. de censur. eccl. tab. 2. cap. 12. §. 1. num. 3. & manifestum est ex extrauag. Ad euitanda scandala. vnde ab eo spiritualia, & sacramenta recipi possunt; secus autem si notorius, aut denunciatus excommunicatus esset, tunc enim gesta per eum non valerent.

33 Decimoctauo, beneficium excommunicato conferens scienter, non solum mortaliter peccat, ex Rebuffo in repet. ca. postulastis, num. 166. de cler. excommun. minist. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. cap. 13. §. 5. num. 1. sed etiam ipso iure suspensus est à collatione eius beneficij quod tunc contulit, arg. cap. cum in cunctis. §. clerici. de elect. vt puniatur in eo, in quo peccauit. Idem Rebuff. vbi supra, nu. 147. secus autem in collatione aliorum beneficiorum; ab eis enim conferendis non est ipso iure suspensus, sed solum post binam monitionem suspendi debet, donec veniam consequi mereatur, vt puniatur in hoc, in quo delinquere præsumpsit. vt habetur in cap. postulastis, & ibi Rebuff. num. 147. & ibi gloss. in verbo, mereantur, de cler. excommunicat. minist. vbi ait suspendi debere per superiorem: Vnde si collator beneficij Episcopo inferior fuerit, à suo Episcopo debet suspendi, arg. cap. cum ab ecclesiarum de offi. ordin. Si verò Episcopus fuerit, à suo Archiepiscopo, arg. cap. 1. §. fi. de offic. ordin. lib. 6. si Archiepiscopus, à Patriarcha, aut Legato Papæ, vel ab ipsomet Summo Pontifice debet suspendi, argum. cap. graue, & eorum quæ notant ibi DD. de præben. & cap. 1. iunctis notatis ibi, de offic. legat. & quamuis Panorm. in d. c. postulastis, num. 3. velit conferentem beneficium scienter tali excommunicato, debere suspendi a collatione aliorū beneficiorum sine alia monitione, alij tamen volunt requiri prius monitionem, secundum ea, quæ habentur in d. cap. graue. de præben. ita Petr. Anchar. in d. cap. postulastis. & ibi DD. & Rebuff. num. 147. & sequentibus, de cler. excomm. minist. maximè cum pœnæ restringendæ sint, non ampliandæ. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. & reg. odia. de reg. iur. lib. 6.

34 Quæ omnia solum in eo procedunt, qui scienter vt diximus, tali excommunicato beneficium confert, vt colligitur ex d. ca. postulastis. ob verbum illud; *Qui scienter*, & facit cap. Apostolicæ. de cler. excommunic. minist. & Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 7. Secus autem si probabiliter eum excommunicatum fuisse ignorauit. Præsumitur tamen, quod talis conferens scienter prouiderit, ex Rebuffo, in cap. postulastis num. 156. de cler. excommun. minist. cum ex debito officij teneatur inquirere de moribus, & vita beneficiarij, aeg. capit. innotuit. de elect. & Innoc. in capit. cum inter R. tit. eod. Card. consil. 133. quod incipit: Duo sunt videnda, quia plenam notitiam eius, cui confert, collator habere debet, arg. c. bonæ, 2. in fine, & ibi Panorm. in 12. notab. de postul. prælat. & Syluest. verbo, electio. 1. quæst. 16. & facit ratio, quam citat Ioan. Monach. in ca. vnico, de ætat. & qualit. in fine, libro sexto, quod collator potius attendere debet, vt prouideat ecclesijs, quam personis, & sic cognoscere debet mores, & vitam eius, cui beneficium conferre voluerit. Potest tamen ignorantia probabilis, vt notat Rebuff. in d. cap. postulastis, num. 158. post Bettachinum, in tract. de

de Episcopo, libro primo, tertiæ partis, quæstione 28. & Ripam, in libro secundo responsorum, capitulo duodecimo, iuramento, publica voce, fama, & alijs probationibus comprobari. Et faciunt quæ habet glos. in cap. graue, in verbo, inquisitio, de præbend.

35 Decimonono, Non solum sic excommunicatus incapax est beneficiorum, vt dictum est, sed etiam cuiuscunque alterius dignitatis ecclesiasticæ, quales sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus; quorum dignitates perpetuæ sunt, & iurisdictionem in vtroque foro, tam contentioso, quam pœnitentiæ in suos subditos habent, vt de Episcopis habetur in toto titul. de offic. iudic. ordin. & de temp. ordin. in vtroque libro. In quo etiam numero collocari possunt Legati à latere, qui dantur ad tempus, de quibus agitur in titu. de offic. legat. in antiq. & in libro sexto, & etiam Visitatores, & Administratores ecclesiarum Cathedralium, de quibus habetur in capitulo is cui, de elect. libro sexto, & in capit. fin. de supplen. negligen. prælat. libro sexto. Item Cardinales, habent enim & isti iurisdictionem in vtroque foro in clericos ecclesiæ titularis, argum. capit. his, quæ, & ibi DD. de maior. & obedien. Item Abbates regulares in suos monachos, ex Panormit. in capit. cum contingat, numero 21. & 22. de foro compet. sicut etiam Generales, ac Prouinciales, Guardiani, & alij ordinum aliorum superiores. Item in foro exteriori Ecclesiastico iurisdictionem habent ordinariam Vicarij episcoporum, de quibus agitur titu. de offic. Vicar. libro sexto. Item Vicarius à Capitulo Sede vacante constitutus, Concil. Trident. Sess. 24. cap. 16. de reform. Rebuff. in praxi beneficiorum, de deuolut. nume. 62. Item Capitula Cathedralium Ecclesiarum mortuo Antistite, capit. vnico, de maior. & obed. libro sexto, & capit. si episcopus, & ibi glos. in verbo, spiritualibus, de suppl. negligen. prælat. lib. sexto, & à fortiori Collegium Cardinalium Sede vacante. Item inquisitores hæreticæ prauitatis, de quibus agitur in capit. ne aliqui, cum sequen. & in toto titu. de hæret. libro sexto, & in antiq. tit. eod. Item delegati, de quibus habetur tit. de offic. deleg. in vtroque libro. In foro autem interiori tantum iurisdictionem habent parochi beneficia curam animarum habentia obtinentes, vt habetur toto tit. de paroc. Item Vicarij perpetui, de quibus agitur tim. de offic. Vicar. in vtroque libro. & clement. unica, titulo eod. Item Vicarij ad tempus, seu Capellani, qui omnes iurisdictionem aliquam habent, vt diximus. Alij item sunt qui iurisdictione vtraque carent, & vel solum dignitatem habent, vt Præpositi, Archidiaconi, & similes qui honore solum alios antecellunt, vel solum ius in beneficij fructibus obtinent, vt pensionarij & simplicia beneficia habentes, qui omnes, si excommunicati sint, ad huiusmodi dignitates ecclesiasticas eligi non possunt, cum extra ecclesiam sint, & communione fidelium priuati, vt proinde nec dignitatum ecclesiasticarum capaces sint, nec earum iurisdictione vti possint.

36 Vigesimo, Excommunicatus non solum inhabilis est dignitatis ecclesiasticæ regularis, & sæcularis, sed etiam dignitatis laicalis; siue perpetuæ sint dignitates, quales habent illi, qui territorij, atque vniuersitatis domini sunt, vt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Item Respublicæ quædam, quæ perpetuam iurisdictionem habent, vt Veneta, Genuensis, Lucensis, Samaritana; siue sint dignitates ad tempus tributæ, vt præsidens, Gubernatores, Potestates, Vicarij, Comissarij, & huiusmodi officiales, qui ab Imperatore, Rege, vel Republica eliguntur pro administrandis prouincijs, & Ciuitatibus eorum. Vnde, nec Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, qui excommunicatus est, eligi potest, & electio facta est nulla, vt habetur in cap. venerabilem, & ibi glo. in verbo, electus, & Panorm. num. 7. & num. 11. de elect. Decius in cap. dilecti, notab. 5. de except. Paluda. 4. distinct. 18. quæst. 4. vers. secundus effectus. Rebuf. repet. in cap. postulastis, num. 87. de Cler. excommunicat. & latius tradit Hugol. de censur. eccles. Tabul. 2. c. 13. §. 3. Ratio est: quia excommunicatus iurisdictionem talem exercere non potest, cum hominum communione priuatus sit, arg. capit. ad probandum, de re iud. & argu. cap. fin. vers. si tamen, de cler. excommun. ministr. Qui enim functiones exercere non valet, huic illæ conferri non debent, cum prohibito vno & omne id prohibitum esse censeatur, per quod ad illud peruenerit, l. oratio, ff. de spons. & Panor. in cap. finali, num. 3. de cler. excom. minist. & ibi Marian. Socin. num. 6. Quæ intelligi debent, nisi Papa alicui talem dignitatem contulerit, quandoquidem tunc cum illo dispensare censetur, dummodo illum inhabilem propter excommunicationem noscat, vbi eum excommunicatum non nouisset. Id quod in alijs collatoribus à Papa non procedit, cum ipsi absoluere non possint ab excommunicatione, si laici sint, & proinde nec cum illo dispensare, licet Clerici fuerint collatores, absoluere pro libito non possunt, sed adhibita iuris forma, arg. cap. cum desideres, de sent. excom. & elem. fin. iuncta glo. tit. eod.

37 Illud etiam obseruandum est, hoc quod diximus solum procedere in collatione, & electione. Si enim quis ex testamento, aut ab intestato vniuersitatem, aut regnum consequatur, aut dominium aliquod temporale sibi comparet, cum quibus iurisdictio, & dignitas laica connexa est, non obstante censura excommunicationis, iurisdictionem & dignitatem illam consequitur iure successionis hæreditariæ, aut emptionis, ex Bald. in cap. intelleximus, in fine, de iud. sicut & ius patronatus ecclesiæ, quod per se vendi non potest, capit. quia clerici, & ibi glos. in verbo, comparant, & cap. de iure, & ibi glo. in verbo, vendi, & Panorm. num. 1. de iure patron. cum vniuersitate vendita transit, cap. ex literis, & ibi. Panor. num. 1. & nu. 10. & cap. 1. cum sæculum, & cap. de iure, de iure patr. & glos. in d. c. quia Clerici, in verbo, comparant, vnde filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis iure hæreditario, & ratione successionis patri succedere potest, licet excommunicatus sit, cum hoc tamen vsu iurisdictionis carebit, quamdiu in excommunicatione manet.

38 Quare multo minus excommunicatus in iudicem ad tempus dari potest, ex Panorm. in cap. intelleximus, num. 2. Decio, num. 1. de iudic. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 240. de sentent. excommun. Tabiena, in verbo, iudex, & hoc, etiamsi ante absolutus sit, quam iurisdictionem exerceat, argum. cap. non firmatur. de reg. iur. lib. 6. argum. cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. imò, si plures Iudices delegati ad vnam causam dentur, & vnus excommunicatus sit, nullus eorum delegatus erit; argumen. cap. vno delegatorum. de offic. deleg. Quia cum vsus iurisdictionis apud omnes delegatos simul sit, & non separatim, vt tradit Hely. in cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. vno ipsorum excommunicato, reliqui ad iudicandum inhabiles redduntur, argum. c. ad probandum. de sent. & re iudic. secus autem erit quando Capitulo, aut Collegio demandata iurisdictio sit, tunc enim cum concessio hæc Capitulo in communi facta esse censeatur, & Collegium, Capitulum, aut vniuersitas in communi excommunicari non possint, cap. Romana, §. in vniuersitatem. de sent. excom. lib. 6. valebit delegatio, licet aliqui de Collegio excommunicati fuerint; totum enim ius penes eos remanet, qui excommunicati non sunt, etiamsi tantum vnus sit, arg. l. sicut. §. sed si vniuersitas, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.

39 Nec denique ob eandem rationem Tabellio, seu publicus scriba, qui excommunicatus est, si eligatur, tabellio erit, cum hic officium publicum habeat, ex Panorm. in ca. sicut te, num. 14. ne cler. vel monach. Marian. Soc. cap. sacris, num. 406. de sent. excomm. De beneficiorum, & dignitatum ecclesiasticarum, aut laicarum electione passiua, hactenus satis dictum sit.

De

latorem, aut per suum Vicarium etiam non excommunicatum, quia cum nomine Episcopi excommunicat Vicarius conferat, eiusque iurisdictio ab Episcopi iurisdictione pendeat, & vnum, & idem sit consistorium, cap. 2. de consuetud. lib. 6. ideo suspensa per excommunicationem Episcopi auctoritas Vicarij iudicatur, argumen. capituli 1. de offic. Vicar. lib. 6. & gloss. fin. in clement. vlt. de procura. sicuti per mortem Episcopi reuocata est, vt ibi gloss. notauit, & id notant Philip. in cap. 1. de offi. Vicar. lib. 6. Pan. in c. quoniam Abbas, nu. 10. de offic. delegat. & c. licet, in fine, tit. eodem. Nisi aliunde Vicarius iurisdictionem, aut potestatem haberet, a iure, seu ab alio superiore, secundú Philippum vbi supra, per cap. quia, distinctio. 89. pro quo est text. in capit. 1. de offic. Vicar. libro 6. & Doctores, ibi, & Rebuff. in d. ca. postulastis. Secus autem, si collator excommunicatus occultus sit, tunc enim collatio facta non excommunicato valida erit; quia hic, etsi quoad se, iurisdictionis vsu careat, respectu tamen habito ad alios, eum retinet, argumen. cap. ad probandum, de sent. & re iudic. a contrario sensu, & ibi Panormitan. Innocen. & Felin. num. 6. vbi ait, sic suo tempore fuisse iudicatum. Philip. in cap. 1. column. 2. de exceptio. lib. 6. Ioan. de Silua, in tract. de benef. in 3. part. quæstio. 4. Federic. consi. 74. vetus. Imola, in cap. cum dilectus, in glo. magna, de consuetu. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 76. versic. decimo. Angelica, verbo excommunic. vlt. §. 19. Tabiena, verbo, excomm. 4. versi. vndecimo. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 9. vers. Quid autem respondendum sit, de senten. excommunicatio. lib. 6. & colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Id quod locum etiam habet, quamuis is, cui confertur beneficium, collatorem excommunicatum occultè nouerit esse, quicquid Calderin. & Panormitan. in d. cap. ad probandum, quos refert, & sequitur Rebuff. repet. in c. postulastis, nu. 70. de cler. excommunic. minist. falsò collatione beneficij huic factam non valere dixerint, ob eam rationem, quod hic offendit, ex quo eius communione vtitur, quem excommunicatum nouit. Quorum opinio post extrauagan. Ad euitanda scandala, merito ab alijs omnibus rejicitur; cum virtute illius extrauagã. cum excommunicato non notorio Clerici percussore, nec denunciato versari possimus, tanquam si excommunicatus nó esset; vnde Ecclesiam non offendit collatarius, qui sciens illum excommunicatum, beneficium ab eo recipit; & ita valida collatio erit, vt rectè Felin. in cap. ad probandum, numero nono, de sententia, & re iudicat. & in capitulo Rodulphus, numero 74. de rescript. Couarru. in capitulo alma mater, prima par. §. sexto, numero 8. versi. ex his colligitur, de sentent. excommunic. lib. 6. Hugolin. Tabul. 2. cap. 11. §. 2. num. 2. in fine annotarunt: quandoquidem etiam ab huiusmodi occultè excommunicato licitè Sacramenta sumi possunt, vt ex dict. extrauag. Ad euitanda scandala, colligi potest, & nos latius vbi supra exposuimus.

Secundo, excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor eligere solus non potest, sed neque etiá cum alijs electoribus eligit. Sic colligitur ex ca. vnico, & ibi glo. in verbo, maioris, §. 1. ne Sede vacante, libro 6. & ibidem Anchar. nume. 2. & Philip. Francus. Innocent. in capitu. 2. num. 2. versic. item, si sunt aliqui suspensi, & ibi Panorm. nume. 5. & nume. 14. de postulatio. prælat. Hostiensis in summa lib. 5. tit. de sentent. excommunic. num. 11. vers. quis sit eius effectus. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. titul. 9. quæst. 5. & q. 6. Palud. 4. distin. 18. q. 4. versi. tertius effectus. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 1. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versic. item excommunicatus. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 2. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. vers. octauo. Angelica verbo, excomm. vlt. §. 9. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimo. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 51. & seq. de sent. excom. Rebuff. repe. in cap. postulastis, numero 88. de Cler. excom. ministr. Nauar. in Man. cap. 27. num. 21. vers. nono. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 7. numero 9. versic. duodecimus, de sentent. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 41. §. 2. nu. 12. & est communis. Ratio est: quia talis ab officio, & beneficio suspensus est, & omni iurisdictione priuatus, arg. ca. pastoralis, §. fi. de appellat. Intelligitur autem hoc in electione, quæ confert ius, vt in beneficijs, secus autem in electione voluntatis declaratoria, vt si hæredi testator dicat, cui ex filijs voles restituas hæreditatem, tunc enim excommunicatus eligere poterit illum, cui velit restituere hæreditatem, cum voluntatem non amiserit per excommunicationem, l. ex facto, §. si quis rogatus. 2. ff. ad Trebellia. Rebuff. vbi supra, nume. 89. Intelligitur etiam, vt notant Paludan. San. Anton. Tabiena, & alij, non solum de electione ad dignitatem Ecclesiasticam regularem, vel sæcularem, sed etiá laicalem, cap. venerabilem, de elec.

5 Intelligitur etiam, non solum quod peccet mortaliter si eligat, sed etiam quod electio sit nulla, & irrita, ex Innocent. in cap. cum dilectus, num. 5. de consuetud. Panor. in cap. ad probandum, nu. 14. de sentent. & re iudic. & in ca. veritatis, nume. 47. de dolo, & contumac. & capit. si vere, num. 9. de sentent. excommun. Immo vero, si inter omnes Canonicos vnus tantum sit excommunicatus denunciatus, & Canonici omnes, vel maior pars sciant, & possint eum expellere, & non expellant, sed cum illo eligant, nó valet illorum electio, ex Innocent. in capit. illa, numero 3. Panormit. ibi, nume. 7. de elec. & idem Panormit. in cap. fin. numero 6. de procurat. Imola, in capitulo cum dilectus, num. 28. de consuetud. & Rebuff. repet. in cap. postulastis. numero 91. de Cler. excommunicat. ministr. Quod tamen dictum alij vt Richard. 4. d. 18. art. 7. quæst. 1. ad 3. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 6. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. in ann. litera B. limitãt, quádo votú eius fuit necessarium ad effectum ipsius electionis, tunc enim electio nulla erit, eo quod votum eius tanquam nullum computandum est, & ita ex defectu sufficientis numeri suffragiorum ad electionem legitimam faciendam, electio nulla erit; secus autem, si aliàs adesset sufficiens numerus suffragiorum præter votum excommunicati, tunc enim, licet peccet excommunicatus se ingerens, electio tamen valet. Et licet vtraque opinio probabilis sit, prima tamen Innocen. & aliorum videtur verior, quia cum repelli possit talis excommunicatus omnino repellédus est; vt merito proinde electio hæc nulla censenda sit in odium eorum, qui scienter excommunicatum admiserunt, Innocent. in d. capit. illa, de elect. notauit. Pro qua sententia multum facit cap. fin. de procura. & adduci etiá potest cap. Massana, de elect. vbi dicitur, *quod si aliqui Laici interfuerunt ad eligendum simul cum Clericis, non valet electio.* Et ratio in vtroque casu ea esse potest, quam dat Innocent. quia cum tales inhabiles sint, & tamen scienter admittantur ab alijs electoribus, videntur illi fateri sine illis non velle, nec posse procedere, & proinde fraudulenter agere comprobantur, ideoque merito nulla censenda est eorum electio, & sibijpsis imputent, quod inhabilem cum possent, ab electione cum illis facienda non repulerint.

6 Ceterum si casus occurrat, in quo huiusmodi excommunicati a reliquis electoribus repelli non possent, tunc si nulla necessitas adsit eo tempore eligendi, consulit Panorm. in cap. illa, num. 7. de elec. & refert pro se Hostiensem, vt recedant a Capitulo, & congregent alia vice Capitulum, excommunicatis non vocatis, nec admissis; in quo casu alij agere non poterunt de contemptu, quia non erãt vocandi, ex quo erant publicè excommunicati; vbi vero immineret necessitas, & adesset finis termini præfixi ad eligendum, nec repelli commodè possint excommunicati, tunc Innocent. & Panorm. in dict. cap. illa, monent, vt ceteri protestentur, quod non intendunt eis communicare ius eligendi, & poterit fieri protestatio publicè, vel occultè, si verisimile timetur, argument. cap. 1. quod met. causa

causa,& cap.fin. de elect.lib.6. Ratio est: quia non debet quis ius suum negligere, vt euitet participationem excommunicatorum, ex quo sine damno iuris sui non potest eos euitare, argumen. opt. in cap. si verè.de sent.excommuni. & cap.antecessor.& cap. quoniam multos, 11. quæstio.3. quæ omnia solum procedunt in excommunicato notorio clerici percussore, aut denunciato: siquidem electio ab occultè excommunicato facta, valet, & hoc, etiamsi qui eum ipso eligunt, eum excommunicatum esse sciant; id quod certum est, post extrauag. Ad euitanda scandala, maxime, cum talis electio non in ipsius excommunicati commodum, sed ipsius Ecclesiæ, pro qua electio fit, & electi vtilitatem cedat, & hoc siue talis vi persona priuata, siue vt persona publica ratione officij publici ad eligendum concurrat. Renunciatus igitur excommunicatus, nec cum alijs, nec solus eligere potest; & pari ratione nec electiones factas confirmare, argum.cap.ad probandum, & ibi Doctores, de sent. & re iudic. & confirmatio ab ea facta nulla erit; secus tamen si nec notorius clerici percussor, nec denunciatus fuerit, tunc enim sicut electio ab eo facta valet, ita etiam electionem ab alijs legitimè factam confirmare potest.

7 Tertio, excommunicatus denunciatus præsentare non potest, Panorm. in cap. nobis, nume.3. de iure patronat. Paul. de Citadinis, in tract. de iure patronat. in 3. parte primæ causæ acquirendi. quæstio. 10. Rochus de Curtis, in tractat. de iure patronat. in verbo, competens, quæstio. 8. Rebuff. repet. cap. postulastis, nume. 101. de cler. excommunicat. ministr. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 92. de senten. excommunication. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 7. numero nono, versi. duodecimus, de sentent. excommunicatio. libro sexto; Henriquez libro 13. de excommunicatio. cap. 7. §. 2. in annot. litera B. Hugolin. de censu. ecclesi. tabu. a. cap. 13. §. 2. num. 13. Quod in clerico præsentante omnes concedunt: & negant non posse, cum talis præsentatio ab eo fit, tanquam ab administratore bonorum ecclesiæ; & quia præsentatio per eum facta, vim habet electionis, aut quasi, arg. eorum, quæ notantur in cap. cum autem.& ibi Doctores, & capit. nobis. & cap. penult. de iure patronat. & cap. querelam. de electio. electio autem, vt diximus, excommunicato denunciato non competit. Item, quia iura loquentia de electione, habent locum in præsentatione, gloss. in capit. sciant, in verbo, alios, & eadem gloss. in capit. finali, in verbo, electione, de elect. libro sexto, & proinde præsentatio ab eo facta non valebit, vt docent Rochus, vbi supra, Aufrerius in suis decis. quæst. 143. Lambert. de iure patron. 1. par. lib. 2. quæst. 2. artic. 2. Et quamuis Couar. vbi supra, id etiam in patrono laico præsentante verius esse putet, ita scilicet, vt institutio Episcopi facta ad præsentationem patroni Laici excommunicati, nulla sit, & citat Lamberrinum de iure patronat. 3. par. libro secundo q. 3. artic. 4. & Henriquez vbi supra hoc probabilius esse putat; Mi-
8 hi tamen contraria opinio, quæ & communis est, vt ait Rebuff. repet. in capit. postulastis, nume. 104. de cler. excommunicat. ministr. & quam ipse eo in loco amplexus est, verior esse videtur, quod præsentatio a laico patrono excommunicato denunciato facta, valida sit. Qui muis enim peccet præsentando, eo quod hominum communione, quæ illi prohibetur, vtatur, quia tamen non id facit ex aliquo officio, sed ver quid, quod ad suum patrimonium spectat, valebit præsentatio illa ab ipso facta; & ita expresè tenent Rochus, vbi supra, Rota decis. 161. & decis. 527. in antiq. & decis. 2. de iure patron. Ludouic. Gomes. in tractat. expectatiuarum, numero 60. qui ait ita obseruatum fuisse in vna causa Zamorensi Anno 1533. Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 202. de cleric. excommunicat. minist. & Hugolin. vbi supra, & Henriquez tandem in hanc sententiam descendit. Ratio est: quia talis præsentatio facta a laico, cum sit solum expressio, & declaratio voluntatis suæ, est quid facti, non iuris, & consequenter valida iudicari debet, vt docet Rebuff. vbi supra, num. 89. & num. 102. Quæ etiam de ea facta à clerico ratione sui patrimonij, & non intuitu Ecclesiæ, quam habet, valida censenda erit; cum in hoc casu sit quid facti potius, quam iuris; non sic autem, quando aliquem ratione ecclesiæ suæ ad beneficium obtinendum præsentat. Sic etiam, præsentatio facta ab eo, qui emit Castrum, cui annexum est ius patronatus ab excommunicato, valet, poteritque emptor statim præsentare, etiamsi emptor in excommunicatione maneat, vt latius tradunt Spec. in tit. de procurat. §. vlt. Ioan. Andr. in cap. 1. de iure patronat. lib. 6. in gl. penult. Bartho. Brixien. in quæst. dominicali decima sexta. Marian. Soc. in cap. sacris, numero nonagesimotertio, & nume. 465. de sentent. excommunicat. Quæ omnia de excommunicato denunciato intelligenda sunt, nam de occulto non denunciato nulla potest esse difficultas, post Extrauag. Ad euitanda scandala.

9 Quarto, excommunicatus denunciatus præsentatum instituere non potest, argumen. capit. nouit. de ijs, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli. & capitulo conquerente, de officio ordin. Et consequenter, nec habentem beneficium eo priuare valet; ad quem enim institutio non pertinet, nec destitutio, argumen. dicti capituli conquerente. Neque etiam beneficia commendare potest, secundum formam, capit. nemo. de electio. libro sexto, sicut nec adiutorem dare valet, vt docet Panorm. in capit. finali, de cler. ægrot. vel debilit. Ratio horum omnium est: quia requirunt iurisdictionem, qua priuatus est sic excommunicatus. Vnde nec executor excommunicatus denunciatus prouidere potest de beneficio, cum hic iurisdictionis vsu careat, quæ tamen necessaria est, vt executio ab eo facta valida sit; & ita expresè docent Rota decis. 4. de concess. præbend. in antiq. & decis. 16. numero secundo. de test. in antiq. Couar. in capit. alma mater, prima par. §. septimo, numero nono, versic. quid autem respondendum sit, de sentent. excommunicatio. libro sexto, qui hoc docet de executore Apostolico. Henriquez libro decimotertio, de excommunicato, capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera B. Hugolin. de censur. eccles. tabul. a. capit. 13. §. 2. numero decimosexto, post Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 130. de cleri. excommunic. ministr. Secus autem dicendum erit in his omnibus, si ab excommunicato occulto fiunt, quomodo intelligi debeant, Rota in decis. 128. de sentent. excommunicatio. in antiqu. Felin. cap. ad probandum, in initio, & in fine, de senten. & re iudic. & Additio ad Panorm. in cap. prouisorum, num. 19. litera C. de præbend. quando dicunt executorem excommunicatum prouidere posse de beneficio.

10 Quinto, Hoc ipsum procedit etiam in postulatione solenni, secus autem, quando postulatio non est solennis. Est autem postulatio solennis, vt notat Panor. in cap. 1. num. 34. de postulat. prælat. quando quis postulatur ab eo, qui potest super omni impedimento postulati dispensare, & postulationem factam confirmare. Non solennis verò dicitur, quando postulatur ab eo, qui non potest dispensare super impedimento, requiritur tamen eius consensus in promotione, ratione sui interesse: vt exempli causa, Canonici volunt eligere monachum in Episcopum, sed quia monachus non potest consentire sine licentia Abbatis, vt in cap. si religiosus. de elect. libro sexto, Canonici postulant ab Abbate, vt concedat eis illum monachum. Sic enim Abbas consentiens, hæc admissio postulationis non habet vim electionis, & confirmationis, sed debet de nouo eligi, & peti confirmatio electionis, quia Abbas non habebat potestatem prouidendi ecclesiæ Cathedrali: vnde patet ratio, cur postulatio solennis facta ab excommunicato non valeat, postulatio verò simplex, seu non solennis ab excommunicato facta, valet: quia postulatio simplex est quid facti, & non iuris,

stulatio verò simplex, seu non solennis ab excommunicato facta valet: quia postulatio simplex est quid facti, & non iuris, vnde ea admissa, adhuc opus est electione; at vero postulatio solennis vim electionis habet, quandoquidem admissa nullam aliam electionem requirit: aut confirmationem, vt colligitur ex capitulo gratum, de postulat. prælat. & expressè testatur Panormitan. in c. 5. num. 34. tit. eod. vbi ait Curiam Romanam, vt euitetur circuitus, & Ecclesiarum dispēdium, seruare, quod admissa postulatione, postulatus consequatur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus, vnde in solenni postulatione, non opus est alia electione, aut confirmatione. Vnde eadem ratio est electionis, & postulationis solennis: nam sicut ex electione legitimè facta acquiritur ius electo, capit. causam inter Canonicos, de electión. ita etiam & postulatione; vndè postquam postulatio prælentata est superiori, postulantibus ab ea recedere non licet, cap. bonæ memoriæ, de postulat. prælat. & Panormit. ibi, num. 8.

11 Et quod de postulatione solenni, & non solenni diximus, idem pari ratione de nominatione solenni, & non solenni dicendum est, quod hæc ab excommunicato facta valeat, illa verò non item. Est autem Nominatio solennis, quando duo, vel tres, qui sunt excellentiores in Capitulo, vel alibi, nominantur Papæ, & petitur per Collegium, vt Papa prouideat ecclesiæ de aliquo illorum, & per hanc nominationem quodammodo acquiritur ius nominatis, argumen. cap. contra sanctorum. 16. quæstione vlnma & Ancharan. consi. 215. Panormit. in dict. capit. bonæ memoriæ, numero octauo. de electión. vnde non possunt nominantes recedere à nominatione, postquam facta est superiori, nisi superior, & nominantes conueniant, sicut de postulatione diximus, quia vtrobique eadem est ratio. In nominatione etiam solenni datur libera potestas superiori prouidendi vni ex nominans. Nominatio autem non solennis est, quando ante scrutinium faciendum aliquis nominatur inter Canonicos, tanquam bonus, & sufficiens: illa enim nominatio non tribuit ius nominato, vt in capitulo, quod sicut. de electión. sed solum proponitur in Collegio, vt eligatur, si placeat Collegio. Solent enim nominari plures, & postea fit scrutinium de omnibus, & habens maiorem partem vocum, remanet electus, cap. quia propter, de electio.

12 Hinc constat, qua ratione Canonici excommunicati aliquem in possessionem beneficij canonicè adepti recipere possunt, quia enim receptio est quid facti, nec aliquod ius tribuit de nouo, valida censetur, c. pro illorum, & ibi Innocent. & Panormit. de præben. numero 16. & idem Panormitan. in c. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Nicol. Milis in repertorio, in verbo, excommunicatus, quæstione 69. Philippus Francus, in cap. cum in ecclesijs. colum. 5. in gloss. 1. de præbend. lib. 6. Rebuff. repet. in capit. postulastis, num. 130. de cleric. excommunicat. ministr. Idem, si mittatur in possessionem beneficij canonicè adepti; quia cum missio in possessionem sit quid facti, valebit facta per excommunicatum, non viciabit collationem, prouisionem, electionem, aut institutionem prius ritè factam. Facit ca. eam te. de rescript. & cap. pro illorum, de prebend. Card. in c. postulastis, & ibi Rebuff. numero 131. de cleric. excommunicat. ministr. Panormit. in. in capit. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Philippus Francus in cap. 1. in verbo, possunt tamen, de except. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 41. de sent. excommunicat.

13 Idem dicendum est de optione, etenim & hæc etiam, cum sit quid facti, & sola declaratio quædam voluntatis, per excommunicatum validè fieri potest, quæ solita est fieri in quibusdam Ecclesijs per antiquiorem, iuxta cap. fin. de consuetud. libro sexto. Rebuff. vbi supra, nume. 132. Hugol. de censur. Ecclesiast. tabul. secunda, c. 1. §. 2. nu. 15. in fin. Ex quibus omnibus, quid excommunicatus circa beneficia possit, & quid non possit ex defectu iurisdictionis, manifestum est.

14 Sexto, Excommunicatus notorius Clerici percussor, aut denunciatus, censuras ferre non potest, vnde nec excomunicare, nec suspendere, aut interdicere potest: cum ad has ferendas iurisdictio necessaria sit, qua excommunicatus denunciatus caret. capit. audiuimus, 24. q. 1. glo. in cap. transmissam, in verbo, de talibus, de electio. Panormitan. in c. ad probandum, nu. 14. & 15. de sent. & re iudic. Sicut neque à censuris absoluere potest ob eandem rationem, cum par ius sit ligandi, atque soluendi, argumen. cap. verbum, de pœnitent. distin. prima, & glos. in capit. inferior, in verbo, inferior, distinctio. 21. & in cap. cum inferior, in verbo, ligare, de maior. & obedient. vnde nec parochus sic excommunicatus, in foro pœnitentiæ subditos suos absoluere valet, cum ad Sacramentum hoc validè administrandum, necessaria sit iurisdictio, argum. ca. omnes, de pœnitent. & remissione, & DD. ibi. Sed neque alteri etiam non excommunicato vices suas committere, aut mandare potest: cum etiam delegare iurisdictionis sit, l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudicum.

15 Septimo, Excommunicatus denunciatus, ex defectu iurisdictionis Iudex esse non potest; id quod non solum in iudice ecclesiastico, sed etiam in sæculari procedit, arg. c. decernimus, & ibi DD. de sentent. excommunicatio. libro 6. & Marian. Soc. in cap. sacris, numero 245. de senten. excommunicatión. vndè Sententiæ, constitutiones, & leges ab huiusmodi excommunicatis factæ nullæ sunt ipso iure, cum ad hæc omnia opus sit iurisdictione; id quod colligitur ex c. ad probandum, & ibi DD. de sentent. & re iudic. & cap. excommunicamus, primo, de hæretic. & cap. aduersus, de immunit. eccles. Panormitan. in c. veritatis, num. 32. & num. 45. de dolo, & contumac. Petr. de Anchar. repet. ca. 2. de constitut. 9. artic. principali, & in capit. 1. num. 4. versic. sed quæro, de exceptio. lib. sexto, & ibidem Geminian. §. si quis, num. 8. ver. in temporalibus, & §. si verò. nu. 6. & Philip. Francus ibidem, Innocent. in ca. exceptionem, de except. in antiq. & ibidem Felin. versi. item inquantum, & c. fin. num. 7. ver. nota etiam, tit. & lib. eod. Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 486. de sentent. excom. Palud. 4. dist. 18. q. 4. ver. tert. us effectus. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 9. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. ver. decimo quarto. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 1. conclus. 2. ver. item excõmunicatus. Hugol. de censu. eccles. tab. 2. c. 11. §. 3.

16 Deinde, nec in iudicis datio, ac delegatio ab eodem facta valet, cum hæc etiam iurisdictionis sint. l. Imperium. ff. de iurisd. omnium iudic. & faciunt quæ tradunt Panor. in c. licet, nu. 4. & seq. de offi. iud. deleg. Philip. Franc. in c. 1. de offic. Vicar. lib. 6. in fin. Nicol. Milis, in repert. in verbo, excommunicatus non potest iurisdictionem delegare. & Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 264. de sentent. excommunic. Immo si iudices plures dati sint ad sententiam ferendam, & aliqui eorum excommunicati sint, vel etiam vnus eorum, sententia ab his iudicibus simul cum excommunicatis, aut cum excõicato lata, nulla est. Panor. in cap. ad probandum, num. 21. de sent. & re iudic. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 10. Quod etiam procedit, etiamsi iudices illi delegati dati sint cum hac clausula; *Quod si non omnes, &c.* Etenim si tunc excommunicati a non excommunicatis admittantur, sententia ab eis lata nulla est, arg. c. cum super Abbatia, & ibi Panor. nu. 50. & c. ad probandum, nu. 4. de sent. & re iudic. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 269. ver. fallit quinto. Quia ex quo admittunt excommunicatos, significat se iudicandi potestatem in solidum nõ habere, sed ex parte, arg. c. vno delegatorum, & c. cãm matrimonij, de offic. iud. delega. sententia aũt nõ potest pro parte valere, arg. eorum quæ habentur in

tur in d.c.cum super Abbatia,& ibi Felio.n.6. Id quod verum esse docet Marian. Socin.d. num. 279. nisi in procedendo, aut sententiando ij, qui excommunicati non erunt, adijcerent hanc clausulam: *Et prædicta facimus, gerimus, seu pronunciamus coniunctim, siue in solidum, vel diuisim, & omni meliori modo, &c.* tunc enim si vnusquisque potestatem habuit in solidum, valebit sententia lata per non excommunicatos, etiamsi admissi sint excommunicati. arg. reg. vtile, de reg. iur. lib.6. vbi habet, vtile per inutile non viciari, & argum. l. 1. §. 1. ff. quod cum falso tutore, vbi dicitur, quod si verus tutor præstitit auctoritatem pupillo vna cum falso tutore, valet actus ex persona veri tutoris, nec infirmatur actus propter admistionem inhabilis,& falsi tutoris, quod verum est: quia in vno vero tutore consistit solida auctoritas, l. decretum, §. 1. ff. de administr. tut. Qui vero de natura delegationis est, vt delegati non habeant potestatem in solidum, sed pro parte, argumen. capitul. prudentiam, & ibi Panorm. numero 2. & idem Panorm. in cap. cum super Abbatia, num. 10. de offic. iud. de leg. ideo regulariter acta iurisdictionis vel ab excommunicato, vel a pluribus simul, quorum alij excommunicati, alij non excommunicati sunt, non valent.

17 Præterea, hoc quod diximus de iudice excommunicato denunciato, quod sententia ab illo lata nulla sit, locum habet, etiamsi contra ipsum excommunicatum non exripiatur, argumen. cap. ad probandum, de sentent. & re iudic. & ibi Panorm. nu. 2. & idem Panormitanus, in cap. suscitatus, numero 12. de rescript. Innocent. in capitu. 1. in fine, de except. lib.6. Philipp. Francus in cap. decernimus, de sentent. excommunicat. lib.6. Marian. Socin. in capit. sacris, numero 264. & 265. de sentent. excommunicat. qui citat pro hoc cap. 1. de supplen. neglig. prælat. libro 6. & capit. 1. de offic. Vicar. libro sexto, & cap. præsidentes, de hæretic. libro sexto, vbi ob specialem fidei fauorem conceditur, vt Iudex excommunicatus ab Ecclesiastico, iurisdictionem exercere possit; & proinde extra hunc casum non potest. Ratio est: quia propter excommunicationē suspenditur iurisdictio, adeo quod excommunicatus illa priuatus sit actu, & proinde partes illam in actu dare non possunt, nec eam sua ratihabitione validare, vt idem Marian. Socin. cap. sacris, nu. 274. de sentent. excommunicatio. testatur, citans ad hoc Petr. Innocent. & Ioan. And. in cap. aduersus, de immun. Eccle. & Bald. in c. 1. in rit. Hic finitur lex Conradi. in vsib. feud. & est cōmunis. Siue igitur iudex excommunicatus denunciatus, ordinarius sit, siue delegatus, sententiam validè ob iurisdictionis defectum, ferre non potest.

18 Difficultas tamen inter Doctores est, An si quis antequam esset excommunicatus, causam alicui commisit, & postea excommunicatus sit, qui causam commisit, expiret mandatum, aut iurisdictio per excommunicationem eius, qui iurisdictionem, aut causam commisit; In hac quæstione quæ controuersa est, hæc mihi tanquam probabilia magis dicenda videntur.

Primum est, si is, qui ordinariam iurisdictionem contulit alteri, in excommunicationem postea incidit, vt exempli gratia, Dux, qui ante excommunicationem, Iudicem aliquem ordinarium constituit, & postea in excommunicationem incidit, iudex ab ipso sic constitutus, non obstante Ducis constituentis excommunicatione, munus, & officium suum, & magistratum validè exercere potest. Sicut etiam si mortuus esset ipse Dux, Iudex, officium suum validè exercere posset, & solet. id quod colligi potest ex capit. secundo, de offic. legat. lib. sexto. Et l. quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum. Ratio est: quia Iudex hic ordinariam habet iurisdictionem, quæ ipsimet inhæret, & totum distinctum habet a Duce, vnde a iudice illo ad Ducem appellari potest. Et certe, si Iurisdictio iudicis morte naturali Ducis non extinguitur, ut experientia patet: nec superueniente excommunicatione Ducis, extinguitur.

19 Ex quibus colligitur ratio, cur Episcopo excommunicato denunciato, eius etiam Vicarij iurisdictio (quæ tamē ordinaria sunt) suspendatur, vt communiter Doctores tradunt in cap. 1. & ibi glos. in verbo, ipsius, de offic. Vicar. libro sexto, & Panorm. in ca. licet vodique, numero 8. de offic. iud. deleg. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 277. de sent. excom. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. nt. 9. q. 14. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 11. §. 3. nu. 8. Quia scilicet, idem est vtriusque consistorium, eademque iurisdictio vnde a Vicario generali ad Episcopum appellari non potest, cap. 2. de consuetud. lib. 6. & ibi glos. in verbo, officiali, Iason. in l. more, num. 18. ff. de iurisdict. omnium iudic. Cuius ratio est: quia appellatio est de minori iudice ad maiorem prouocatio, vt glos. cit. & Summistę, & Gostre. & alij, in tit. de appellat. notant. Cum igitur Iurisdictio Vicarij accessoria sit, & semper dependens a Iurisdictione Episcopi, seu potius vna eademque cum illa, sublata, vel impedita per superuenientem excommunicationem Episcopi iurisdictione, Vicarij similiter Iurisdictio sublata, & impedita erit, arg. regulæ, accessorium, de reg. iur. libro sexto. Vnde, mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur, vt habetur in c. avoico, de maior. & obedient. lib. sexto, & cap. si episcopus, de supplen. neglig. prel. libro 6. Excommunicato autem Episcopo, adiri debet Papa, vt prouideat de causis iotermi cognoscendis, vt notant glo. in c. 1. in verbo ipsius, de offic. Vicar. lib. 6. & Summa Astensis, 2. p. lib. 7. tu. 9. q. 15.

20 Secundum est, Delegati, aut Subdelegati iurisdictio, delegantis, aut subdelegantis excommunicatione superueniente, non tollitur, quoties res integra esse desijt, priusquam excommunicatio superueneerat: secus, autem, vbi delegans, aut subdelegans excommunicatus sit re integra: quia priusquam subrogatus iurisdictione vti incipiat Iurisdictio in ipsum efficaciter traosijsse non censetur: dū autem delegatus excommunicatus est, traosire non potest, vt colligitur ex cap. licet vodique, & ibi gloss. in verbo, re integra, & ibi Innoc. & Panormit. num. 8. de offic. iudic. deleg. Ioan. And. in c. r. de offic. Vicar. lib. 6. & ibi glos. in verbo, ipsius, & facit l. Et quia, ff. de iurisdic. omn. iud. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 280. de sent. excom. & facit c. si is, cui. de offic. iud. deleg. lib. 6. & c. quamuis, & ibi glo. in verbo, efficaciter, & c. si delegatus, de offic. iudic. deleg. lib. 6. & latius tradit Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. c. 11. §. 4. nu. 2.

21 Tertium est, Iudex, si lite pendente in iudicio, excommunicetur, vlterius procedere non potest; post absolutionem vero Iurisdictionem resumit, ex Summa Astensi, 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 11. citans ad hoc c. prudentiam, et c. insinuante, de offic. iudic. deleg. & facit c. suscitatus, & ibi glos. in verbo, infamem, & verbo, impedimento, de rescrip. & DD. ibi.

22 Octauo, Excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor, Iudex arbiter esse non potest, & laudū, id est, sententia ab eo lata nulla est: arbitria enim ad iudiciorum normam redacta sunt, vt dicitur in l. 1. ff. de arbit. Vnde, sicut oec a iudicibus publicè excommunicatis sententia validè ferri potest ex defectu iurisdictionis, ita nec ab arbitris, arbitria lata valent, vt latius tradunt Specul. in tit. de arbitr. §. differt, versic. item. secundum eum, & seq. vbi tenet, in arbitrio idem, quod in delegato, & ait sic in Curia fuisse determinatum de mandato Papæ. Ioan. And. in cap. pia, & Philipp. Franc. uersic. circa tertium. de except. lib. 6. Archid. 2. quæstio. 6. ca. a iudicibus. super 1. glos. & idem Ioan. Andr. in Mercurial. c. factum, de reg. iur. lib. 6. per not. in l. illa uerba, arbitratu Lucij, ff. de uerb. signific. & l. Pedius, ff. de arbitr. & ibi Bar. Panor. in c. Quintauallis, num. 27. & ibi Ioan de Imola, de iureiur. & idem Panorm. in cap. ad probandum, nu. 2. de sent. & re iudic. Pet. Anchar. in d. c. pia, colum. penultim. Gemin. ibidem, num. 8. de except. lib. 6. & idem Gemin. in c. decernimus, nu. 7. de sent. excom. lib. 6. Marian. Soc. in cap.

cap.sacris.num.493. de sent. excom.qui ait esse communem omnium Doctorum sententiam.

23 De arbitratore vero, an scilicet excommunicatus denunciatus arbitrator esse possit, ita quod arbitramentum per eum probatum teneat, licet DD. inter se dissentiant, & Io. Andr.in regula, dolo. de reg.iur.lib.6.in Mercur, post multa concludit, in eum cadere non posse arbitramentum, quod fit per modum laudi, vel sententiæ. & eum secutus Pan. in d.c. Quintauallis, nu. 27.in hanc sententiam etiam inclinat, & pro eadem refert Spec.loco præallegato, & Hostiensem, in cap.veritatis.de dolo, & contumac. & hanc tandem, vt veriorem tenet Marian. Socin.in cap.sacris, num.454.prope finem, de sent.excom. Mihi tamen verior videtur illa, quæ affirmat publice excommunicatum peccare actum arbitrandi exercendo contra præceptum Ecclesiæ, quo hominum communione priuatur. Arbitramentum tamen, seu sententia ab arbitratore lata valida erit. Quam sententiam expresè defendunt, Bart.in l.cum pater.§. hæreditatem.ff.de legat.2.& in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& in l.Pedius.ff.de arbitr. Philip.Franc.in cap.1.ver.circa tertium, de except.lib.6. & in cap.dolo.de reg.iur.lib.6. Hugol.de cens.eccle.tab.2.cap.11.§.6.num.3. Ratio est: quia arbitramentum censetur quædam transactio, & contractus, seu conuentio quędam, per quam a lite receditur, vt fatetur Panor. in capit. Quintauallis, num.8. de iureiu. & num.9.ait, quod arbitrator in eo differt ab arbitro, quod arbiter eligitur vt sit loco iudicis, vnde procedere debet iuris ordine seruato.l.si de meis.§.recepisse.ff.de arbitr. vnde non debet procedere diebus feriatis, sicut nec Iudex, vt l.omnes C.de fer.& l.si de meis,§.fin. & l.si de feriatis.ff.eod. Arbitrator vero assumitur semper super contractu transactionis, aut complendo, quia scilicet fuerat à partibus inchoatus, aut super ineundo, & perficiendo, vt quando sumitur super lite, vt transigat inter partes. Vnde arbitrator est quidam compositor, & mediator inter ipsas partes, ideoque sicut contractus ab excommunicato initus valet, cum sit quid facti; quæ autem facti sunt ab excommunicato acta valent, ex Panorm.in capit.veritatis, num.41. de dolo, & contuma.& communi DD.sententia, ita arbitramentum ab eo factum validum erit.

24 Quod vero arbitrator potestatem cuiusdam facti solum habeat, & non iuris, patet; quia, vt ipsemet Panorm. fatetur, in d.cap. Quintauallis, num.7.& num.8.arbitrator est, qui eligitur, vt aliquid æstimet, veluti precium, vel operas, vel partes societatis, vel quid simile, & vt arbitretur, secundum quod sibi videtur sine ordine iudicij. Institut.de emptio.& venditio.§.precium.ff.de verb.oblig.l.si quis arbitratu, præterquam quod arbitramentum a consensu partium vim suam habere cognoscitur; vnde qui arbitratorē fecerint, ipsum pro libito suo reuocare possunt. Sed de Iurisdictione, qua priuatur excommunicatus denunciatus, hæc satis sint.

De alijs effectibus excommunicationis maioris circa actiones ciuiles. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Excommunicatus maiori denunciatus actionibus ciuilibus priuatur,*

2 *Excommunicatus denunciatus, tutor esse non potest, et quare.*

3 *Actor in iudicio excommunicatus denunciatus esse nequit.*

4 *Excommunicatus denunciatus in iudicio agere non potest etiam per procuratorem.*

5 *Accusator in iudicio esse nequit, qui excommunicatus denunciatus est.*

6 *Excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicij contra actorem obijci potest.*

7 *Exceptio excommunicationis solum vim habet in dilatoria, non autem in peremptoria, & quid vtraque sit.*

8 *Exceptio excommunicationis contra actorem, a quonis opponi potest.*

9 *Excommunicationem reus contra actorem non obstante iuramento in contrarium opponere valet.*

10 *Exceptio excommunicationis coram quocunque iudice ordinario, vel delegato opponi potest.*

11 *Exceptio excommunicationis tam in peremptoria, quam in dilatoria sub qua forma opponi debeat.*

12 *Nomen excommunicatoris in exceptione excommunicationis exprimendum est.*

13 *Canon, & Canonis author in oppositione excommunicationis latæ a iure exprimi debent.*

14 *Forma in exceptione excommunicationis opponendę contra actorem adhibenda, quæ.*

15 *Exceptio opposita infra octo dierum spatium a reo probari debet.*

16 *Probatio excommunicationis apertissimis, & claris documentis fieri debet.*

17 *Probatio excommunicationis in alio iudicio.*

18 *Probatio excommunicationis, vel per propriam confessionem rei, vel per exemplum authenticum sententiæ excommunicationis facienda.*

19 *Probatio denunciationis excommunicationis ipsam excommunicationem an, & quando sufficienter probet.*

20 *Exceptione excommunicationis infra octo dierum spatium non probata, Iudex contra reum procedere potest.*

21 *Causa durante an, & quoties recipiatur excommunicationis exceptio.*

22 *Exceptione excommunicationis non obstante, an & quando facta in iudicio cum actore excommunicato valeant.*

1 PRæter effectus, qui circa spiritualium actionum exercitium versantur, quibus iam excommunicatum denunciatum satis in præcedentibus priuatum esse docuimus, sunt etiam effectus annexi, quibus etiam quoad actiones quasdam ciuiles merito priuatur, vt suo ordine in sequentibus ostendemus. quorum

2 Primus est, quod tutor esse non possit, & hoc non solum, quia caret hominum communione, quæ necessaria est ad officium tutoris exercendum: sed etiam, quia tutela, licet vtilitate quid priuatum sit, est tamen authoritate officium publicum. vt habetur in Institut. in princ. vers.nam, & tutelam, de excus.tut.& ibi not.gl.in verbo, publicum, & latius tradunt Panor. in ca.prudentiam, nu.14.de offic.iudic.delegat. Ang.in cons.56. Aret. cons.66. col.4. Ancar.in c.pia.§.si quis,2.& ibi Gemin.nu.8. Philipp. Franc.ibid.versi.circa tertium.de except.lib.6. Marian.Socin.in capitulo sacris, num.455.de senten.excommunicationis Hugolin.de censur. Eccles. tab.2. capitulo 14. acta vero ab excommunicato denunciato ratione publici officij non valent, & ita si quid alienaret nomine tutelæ, alienatio non valeret, sicut nec alienatio a Prælato excommunicato facta valet. Et ita nec potest esse curator, nec orphanotrophus, nec hospitalarius, nec similia officia exercere, arg.eorum, quæ

not. DD. in c. veritatis, de dolo, & contumac. & in cap. si. de procur. & in c. aduersus, de immunit. Eccles. Ioan. An. in cap. pia, de excep. lib. 6. & in reg. dolo, de regul. iur. lib. 6. in Mercurial.

3 Secundus est, quod excommunicatus denunciatus repellitur a iudicio, ita vt actor esse non possit. sic cap. intelleximus, & ibi glo. in verbo, conuenìri, & ibi Panormit. nu. 2. de iudicijs, & cap. exceptionem, & ibi glos. in verbo condemnandus, de except. in antiq. & facit capit. excommunicamus, 1. §. credentes, de hæret. & est communis doctrina. Rota decis. 7. n. 2. de except. in nouis. Marian. Socin. in c. sacris, nu. 283. de sent. excom. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 18. Nau. in Manuali, cap. 25. nu. 24. & cap. 27. nu. 21. vers. decimoquinto. Gab. 4. dist. 18. q. 2. ar. 3. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 15. & colligitur ex capit. pia. de except. lib. 6. vbi Innoc. IIII. id docet, & rationem assignat: *vt ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, communione periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & ex communicati dum à communibus actibus excluduntur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur.* Hactenus Pontifex. Id quod locum habet non solum in iudicio Ecclesiastico, sed etiam sæculari, ex glo. in d. cap. pia, in verbo, ecclesiasticis, & in verbo opponat, de except. lib. 6. & Iudex sæcularis talem excommunicatum actorem non repellens ad id cogendus est à iudice Ecclesiastico, cap. decernimus, & ibi DD. de sent. excomm. lib. 6. cum versando sic cum alijs peccet: sæcularis autem Iudex non obediens, & minus non repellens, non solum peccat conuersando in iudicio cum actore excommunicato, sed etiam ad id pœnis Ecclesiasticis compelli potest, & debet, vt Philip. Fran. Anchar. Gemin. & Steph. Costa, nu. 2. & nu. 3. de sent. excom. lib. 6. in d. cap. decernimus, annotarunt. Habet enim ius canonicum potestatem dispensandi circa ordinatiua iuris in foro laicorum, quando ex obseruantia eorum induceretur peccatum, vt in hoc euentu contingit; est enim peccatum communicare excommunicatis, arg. cap. sacris, de ijs quæ vi, met. cau. fiunt. & c. si celebrat, de cler. excom. ministr. & facit c. sicut Apostoli, cũ tribus seqq. q. 11. q. 3. & l. pupilla, per Bart. & Bald. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Et facit iudex hanc repulsionem de actore excommunicato publicè etiam nemine opponente, vel compellente, vt in ca. exceptionem, in fine, de exception.

4 Sed neque potest agere in iudicio per procuratorem, ex Marian. Soc. in d. c. sacris, nu. 327. de sent. excom. excommunicato enim non tam modus, quam actus agendi prohibitus est, & ideo nec per procuratorem agere potest. Et quod diximus, procedit, etiamsi actor talis offerat se probaturum se excommunicatum non esse, eo quod vel excommunicatus sit post legitimam appellationem; vel quod sententia errorem intolerabilem contineat, interim enim, dum nullitatis sententia cognoscitur, vt actor in iudicio euitandus est, vt colligitur ex c. solet, §. in secunda, & ibi glo. in verbo, vt actor, & verbo, extra iudicium & Gemin. Philipp. Franc. & Anchar. ver. nono. Steph. Costa, nu. 30. de sent. excom. lib. 6. quod à fortiori procedet, si offerat se probaturum iniustè excommunicatum esse, neque enim tunc ante absolutionem audietur, arg. c. cum contingat, & Panorm. ibi, de offic. iudic. deleg. & c. per tuas, & ibi Panorm. nu. 1. Felin. de sent. & excom. & gl. fin. in c. significauit, & ibi Panor. in fine, de offic. iudic. ordin. & idem Panorm. in ca. fin. nu. 5. de except. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. quæstio. 23.

5 Præterea, sicut excommunicatus denunciatus actor esse non potest, ita neque accusator in iudicio esse permittitur, cap. 2. de except. & ibi Innoc. & Panor. nu. 4. & Felin. nu. 13. & c. oẽs. 3. q. 4. & ca. diffinimos. 4. q. 1. gl. in ca. pagani, & in ca. seq. 2. q. 7. Panorm. in c. intelleximus, nu. 2. de iudic. Felin. in c. nulli episcopotum, nu. 6. vers. quarto limita, de accusat. Marian. Soc. senior, in ca. sacris, nu. 289. de sent. excom. Et faciunt notata in ca. exceptionem, de excep. & c. à nobis, tit. eod. & c. pia, tit. eod. lib. 6. Rich. 4. d. 18. art. 7. q. 1. Sotus, 4. d. 22. q. 1. art. 4. cócl. 2. ver. item excommunicatus. S. Anton. 3. parte, tit. 24. cap. 76. vers. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimoquarto. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. c. 15. §. 4. Et hoc procedit, etiamsi propriam iniuriam prosequatur, ex glo. in cap. omnibus, 4. q. 6. & eadem gl. in c. 1. in verbo, alio, in fine, & Anchar. ibi, de rescript. lib. 6. & citat c. intelleximus, de iudic. Panor. in cap. à nobis, num. 4. Felin. nu. 9. de except. & idem Panorm. in cap. cum inter. num. 29. tit. eod. vbi ait idem sensisse Federic. consil. 114. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 289. de sent. excom. Hugolin. vbi supra; & facit d. c. intelleximus, vbi excommunicatus vniuersaliter excluditur à iudicio, vt sit actor, & ideo, vt accusator, cum accusare sit agere. Procedit etiam, licet sic excõicatus alterum excõmunicatum accusare vellet, glos. & Innoc. in c. à nobis, & Panor. ibi, num. 8. & 9. & Fel. nu. 13. de excep. Bar. in l. seruos, ff. de accusat. addit. ad Panor. in d. ca. à nobis, nu. quarto in litera C. Hugolin. vbi suprà. Ratio est: quia vt habetur in ca. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. & c. pia, de except. lib. 6. actor esse prohibetur in iudicio, accusando autem agit. Et quamuis Caret. in tract. de hæret. nu. 107. quem refert, & sequitur Hugol. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 4. nu. 2. in fine, hoc etiam procedere putat, vt non posset accusare hæreticum, & hoc ob cõmunionis periculum. Alij tamen, vt Rich. quatto, distin. 18. art. 7. q. 1. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titul. 9. quæst. 23. volunt admitti posse ad accusandum crimen hæresis, cuius tanta est labes, quod ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & qui libet criminosi, & infames aduersus quemlibet admittuntur, 2. q. 7. cap. præsumunt, vers. huic oppositioni, & facit ad hoc cap. præsidentes, de hæret. lib. 6. & c. in fidei fauorem, titu. eod. quæ opinio mihi placet, cum hoc totum redundet in fauorem fidei, & maiorem criminis huius detestationem, & Hugolinus sibi contrarius, tab. 2. cap. 17. num. 2.

6 Illud etiam obseruandum est, quod exceptio excommunicationis in quacunque parte Iudicij contra actorem obijci potest, vt habetur in ca. exceptionem, & ibi glo. in verbo, qui si eam omiseris, & Panorm. nume. 1. & 22. & Felin. nu. 13. de excep. & cap. pia, de excep. lib. 6. & clem. vnica. ti. eod. & ibi Anch. nu. 3. & Zabar. nu. 1. vers. tertio quarto. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 435. de sent. excom. & Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. q. 18. Hugol. de censf. Eccles. tab. 2. cap. 15. §. 6. nu. 1. & ita opponi potest vel ante sententiã, vel in ipsa sententia, & etiam post sententiam, ita vt tunc impediat sententiæ executionem ex capit. pia, de excep. lib. 6. Panor. in capit. exceptionem, nu. 12. 19. & 20. de excep. Marian. Soc. vbi supra; Vnde Specul. in titu. de except. §. 2. vet. sed nunquid hanc exceptionem vocat anomalam, quia non sequitur materiam, seu regulam alia rum declaratoriarum, seu dilatoriarũ, secundum ea, quæ traduntur in c. pastoralis, de except. & cap. inter monasterium, de sent. & re iudic. cuius rei rationem assignat Pontifex, in d. cap. pia: *Vt sic censura Ecclesiastica magis timeatur, communionis periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore perfusi facilius resipiscant.*

7 Hoc autem, quod dixi, exceptionem excommunicationis in qualibet parte iudicij opponi posse, solum habet locum, quãdo opponeretur in vim dilatoriæ, non autem in vim peremptoriæ, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit, & ibi Philip. Franc. in initio, ver. aliquando. Anch. nume. 3. versic. nota argumentum, de except. lib. 6. Felin. in cap. exceptionem, nu. 13. & Panorm. nu. 21. de except. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 435. de sent. excom. Summa Astensis 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 18. & glos. in clemen. vnica, & Anchar. vers. secundo not. de excep. quia peremptoria

ria exceptio litem non differt, sed tollit. §. appellantur autem exceptiones. Institut. de except. Dilatoriè verò dicitur exceptio opponi ad effectum differendæ intentionis agentis, vel propter ipsius agentis excommunicationem, vel iudicis, aut procuratoris. Peremptoriè verò opponi dicitur, quando opponitur ad perimendam electionem, vel alium similem actum, propter excommunicationem eligentium, vel electi, vel alterius excommunicati, qui talem actum celebrasset, vt tradit gl. 2. in cle. 1. de excep. vt v. g. electus est quis ad aliquam ecclesiam, & ei obijcitur electionem non valere ob excommunicationem ipsius electi, vel eligentium, tempore electionis.

8 Hæc autem exceptio excommunicationis contra actorem, non solum à reo, vt habetur in cap. a nobis, & c. exceptionem. de excep. & c. pia. de except. libro 6. & DD. ibi, sed etiam à quouis alio siue masculo, siue femina opponi potest, arg. d. c. pia, & glo. ibi, in verbo, si quis. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 427. de sent. excomm. Vnde etiam & notarius, aut aduocatus excipere potest, quando iudex, aut pars non exciperet. Quod idem dicendum videtur de omnibus personis, quæ necessario interueniunt in iudicio, propter interesse periculi communionis. Et facit ea. cum parati. de appell. & ibi Panorm. nume. 2. & Decius nu. 2. & idem Decius in cap. intelleximus, num. 20. Felin. nu. 11. de iudic. Hugolin. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 7. nu. 5. Marian. Socin. in cap. sacris, nume. 431. de sent. excom. Quia tenetur quis impedire peccatum mortale, cum possit; quod hic contingeret, si alij exceptionem a iudice, aut reo prætermissam contra actorem excommunicatum denunciatum non obijcerent: peccatum enim mortale committeretur communicando in iudicio eum taliter excommunicato. Tenetur autem vnusquisque sub peccato mortali peccatum mortale alterius impedire, cum possit, arg. cap. qui alios, & ibi gl. in verbo, non reuocat. de hæret. & c. error. d. 83. & cap. negligere. 2. quæst. 7. & alia in glossis eorum citata. & Nauar. in Man. cap. 14. num. 27. versic. quadragesimosexto. qui id limitat, & bene solum procedere in eo, qui sine verecundia, incommodo, & dedecore id impedire potest. & gloss. in d. cap. error, in verbo, cum possit, non solum hoc ait verum esse in Prælato, sed etiam in quolibet alio, citans ad hoc etiam Hugonem. Et quidem iudex ex officio talem actorem repellere debet, vt colligitur ex cap. exceptionem. de except. & c. pia. tit. eod. lib. 6. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 337. ver. quæro vigesimo sexto, & nu. 441. vers. quarta declaratio, de sent. excom. & hoc propter periculum animæ in communicando cum excommunicato, secundum Hostien. in cap. cum à nobis, de elect. ad fin. & cap. exceptionem, de except. & sequitur Io. And. in d. cap. pia. Et sicut reus potest per exceptionem suam actorem repellere in qualiber parte litis; ita etiam potest Iudex ex officio, adeo quod etiam post sententiam potest excommunicatum repellere ab executione, si illam petat, vt tenent glos. fin. Io. Monach. Ioan. Andr. & DD. in cap. pia. de except. libro 6. cap. cum inter, vbi Panorm. num. 50. & cap. significauit nobis. & ibi glo. in verbo, defensio. & Panor. num. 17. & nu. 18. de except. Marian. Soc. locis proximè allegatis.

9 Item reus in qualibet parte, vt dixi, litis excommunicationem contra actorem obijcere potest, & hoc, etiamsi ipsemet reus iurasset non opponere aliquam exceptionem dilatoriam, quia non obstante iuramento potest illam opponere absque periurij pœna, dummodo actor fuerit excommunicatus notorius, aut denunciatus, ex Ioan. Andr. in d. cap. pia. in nouella, vbi ait ita disputando tenuisse Ioannem de Monte Murlo. & idem tenet ibi Gemin. §. 1. nume. 11. versi. quid si reus. Felin. in cap. exceptionem, num. 13. de except. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 429. de sent. excom. Hugol. dict. cap. 15. §. 7. nu. 1. Ratio est: quia necessitas excommunicationis vitandæ, quam non obijciendo incurrit, excusat à periurio, arg. c. querelam. de iureiur. & c. significante. de pignor. Io. And. vbi supra. & allegat quod not. in simili, in clem. 1. in glo. penult. de except. Ad quod etiam allegat, quod not. in c. 1. de iureiur. lib. 6. vbi etiam iuramentum scienter præstitum super re illicita, non astringit iurantem. & facit regula, non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

10 Hæc etiam excommunicationis exceptio opponi potest coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, Ecclesiastico, vel sæculari, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit, & ibi Ioan. Monac. & Archid. de except. lib. 6. Maria. Socin. in cap. sacris, num. 434. de sent. excom. Steph. Costa, in cap. decernimus, num. 2. & 3. de sentent. excommunica. lib. 6.

11 Circa modum autem, & formam opponendi excommunicationem, si opponatur in vim peremptoriæ, sufficit opponere simpliciter de excommunicatione, licet non exprimatur species, aut nomen excommunicatoris, cum hoc nullibi cautum reperiatur, vt ait Marian. Soc. in cap. sacris, num. 436. de sent. excom. & citat pro hac sententia Innoc. Pet. & Abbat. nam c. pia. de excep. lib. 6. loquitur, quando opponitur in vim dilatoriæ, non peremptoriæ, vt patet, quia in vim peremptoriæ non posset opponi in qualibet parte litis, & iudicij, vt colligitur ex cap. 1. de lit. contest. lib. 6. & nos sup. docuimus. Quando autem talis excommunicatio maior opponitur in vim dilatoriæ, debet opponens ipsius excommunicationis speciem, & nomen excommunicatoris exprimere, vt Innocentius IIII. in c. pia, de except. lib. 6. statuit. Et quamuis Hugol. in d. c. pia. & Aegidius velint per (*Speciem*) intelligi causam, scilicet excommunicationis, ita, vt reus admitti non debeat ad opponendum, nisi exprimat causam, vt per expressionem causæ appareat, an pro illa, vel pro alia causa excommunicatus sit, arg. cap. prudentiam. §. 6. de offic. iudic. delegati. & an ab homine, vel à canone. & vtrum maiori, vel minori sententia sit ligatus. Et Aegidius, ait, hanc fuisse mentem conditoris dictæ constitutionis, pia, de excep. lib. 6. dicens se hoc habuisse à quodam Fratre Iacobo Episcopo Bononiensi, qui fuit Cancellarius Innocentij IIII. Alij tamen omnes. vt gl. in d. cap. pia. in verbo, speciem, de except. libro sexto. Specul. in titu. de except. §. viso, verbo, sed quando excommunicatio. Bern. Host. Goffred. & etiam Ioan. And. in d. cap. pia. Marian. in c. sacris, nu. 436. de sent. excom. Summa Astensis, 2. p. lib. 7. tit. 9. quæst. 20. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 15. §. 8. numero.... verius docent, per *Speciem*, intelligi ipsius excommunicationis speciem; & ratio est: quia cum duæ sint excommunicationis species, excommunicatio maior, & minor, & quælibet diuersos producat effectus, minor enim non repellit à communione hominum, sed solum a receptione Sacramentorum, maior autem & Sacramentorum perceptione, & administratione, nec non consortio hominum priuat; ne rei facile iudicium subterfugerent, ac litem protogarent, quo minus condemnarentur, & excommunicationem simpliciter opponendo minorem nonnunquam obiecisse postea conuincerentur, meritò ne excipiens cum alterius iactura vagetur, vt in cap. 2. de rescrip. lib. 6. statuit, vt excommunicationis species in exceptione nominarentur; quo casu, si minor sit, non admittetur exceptio, sed iudicium iudex prosequetur; secus autem, si maior excommunicatio opponatur, vnde vt rectè Ioan. Andr. in d. cap. pia, docet, falsum est posse actorem per causæ expressionem scire, an maiori, vel minori excommunicatione ligatus sit; quia fieri potest, quod iudex minorem excommunicationem inflixerit ex causa, quæ merebatur maiorem, vt de se patet, vnde exprimi debet species excommunicationis, non causa, vt videatur, an excommunicatio maior, vel minor sit, quæ opponitur: quia per talem expressionem facile constabit, an exceptio admittenda sit.

12 Nomen etiam excommunicatoris (siue proprium, siue appellatiuum, vel saltem nomen dignitatis) exprimi debet ab excipiente in ipsa exceptione, ex gloss. in capit.

pia, in verbo, nomen. de except. libro sexto. Maria. Socin. in capit. sacris. numero 437. de sent. excommun. Summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. 2. Hugol. loco proximè allegato. quia in tāto crimine non debet vagari, argumē. ff. de dolo, l. sed ex dolo, in fine, ff. de except. dol. l. apud Cellum, §. penult. Ideo autem nomen exprimi debet, vt sciatur, an sit ordinarius, vel delegatus, quia si sit delegatus non staretur excommunicationi ipsius, nisi ostēderet de delegatione iurisdictionis, vt in cap. cum in iure, de offic. iudi. deleg. quamuis si ordinarius fuerit, hoc non requiratur.

13 Eodemque modo, si obijciatur excommunicatio lata a iure, seu canone, canon, & canonis author, aut nomine proprio, vel competentibus indicijs, quæ nomini proprio æquipollent, exprimi debet, ne sit locus vagationi, & vt omnis incertitudo tollatur: cum per simplicem canonis expressionem, qui nam ille canon sit, ignoretur; quod verum est, nisi excommunicatio talis opponatur, quæ omnibus nota est, qualis illa est de percussione clerici; tunc enim satis erit actorem ob clerici percussionem excommunicatum esse docere, quamuis canonis nomen, nimirum, capitulo, si quis suadente diabolo, 17. quæstio. 4. taceatur, cum hic canon omnibus notissimus sit. Debet igitur excipiens excommunicationem opponendo, exprimere actorem, aut iudicem excommunicatum esse maiori excommunicatione, quod violauerit canonem latum à Clemente VIII. qui incip. Aut statutum latum ab Episcopo Neapolitano, sub tali titulo, & in tali capit. incip. &c. & quamuis author semper nominandus non sit, canon tamen semper nominandus est. nisi ex causæ expressione, vt diximus, in canonis notitiam perueniatur, vt latius tradunt Specul. in tit. de excep. §. viso, vers. sic. sed quoniam excommunicationis. Hosti. ntis, Petr. & Archid. in capit. pia. & Ioan. Andr. Gemin. in dicto capitulo pia, §. si quis, versic. quid si opponatur. Marian. Socin. in capit. sacris. numero 437. de sentent. excommunic. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 2. capitulo 15. §. 8. in fine. vbi ait iudicem curare debere, vt excipiens & speciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris exprimat, vbi viderit eum hæc ex ignorantia omisisse, secundum ea, quæ tradit Panorm. in cap. solitæ, per eum canonem. numero secundo, de restit. spoliat. quem sequitur Felin. in capit. prudentiam §. sexta, in fine, de offic. iudic. delegati.

14 Exceptio autem excommunicationis opponendæ contra actorem potest sic formari, vt Specul. in dicto versic. Sed quoniam, annotauit. *Coram vobis Domino P. Ordinario, &c. vel, qui vos Domini Papæ asseritis Legatum. Ego Ioan. citatus ad petitionem Capituli in tali causa dico, quod ad ipsius petitionem non potestis procedere, quia ipse Andreas &c. est excommunicatus maiori excommunicatione per talem iudicem ordinarium, vel legatum, vel authoritate canonis*, exprimendo nomen canonis, secundum quod dictum est. Quando autem exceptio excommunicationis opponeretur contra iudicem, potest sic formari libellus. *Coram vobis Domino P. ordinario, vel delegato &c. propono ego Thom. citatus ad petitionem Capituli, quod coram vobis non teneor respondere, quia vos estis excommunicatus excommunicatione maiori per talem iudicem, vel vigore talis canonis, & ideo non potestis iurisdictionem exercere*. Prædicta verò forma non solum seruari debet coram iudice Ecclesiastico, si coram eo agatur; sed etiam si agitur coram iudice sæculari, vt not. glo. in cap. pia, in verbo, ecclesiasticis, de except. lib. 6. & glo. ibidem, in verbo, opponit, dum dicit, quod habet locum, coram quocunque iudice opponatur, ordinario, vel delegato, vel sæculari. Marian. Soc. in cap. sacris. num. 438. de sent. excom. & est communis DD. opinio in d. cap. pia.

15 Exceptio autem hæc, quam reus actori opponit, ab ipsomet reo infra octo dierum spatium, die, in quo proponitur minimè computato, probari debet, ex capit. pia, & ibi gl. in verbo, octo dierum, de except. lib. 6. Marian. Soc. in cap. sacris. num. 440. de sent. excom. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 20. Hugol. de censu. eccles. tab. 2. capit. 15. §. 9. qui dies currere incipit ipso iure absque alia iudicis assignatione, statim ac ab ipso iudice admissa fuerit exceptio, ex Hostiens. in d. ca. pia. & Specul. in titu. de dilatio. §. 1. vers. sed nunquid. & ibi Ioan. Andr. in addit. qui ait dies etiam feriatos in ista dilatione computari, per l. siue pars. C. de dilat. & ff. de fer. in l. 1. Marian. Socin. in d. c. sacris, nu. 443. de sent. excom. quod tēpus ad probandum à iudice prorogari non potest, vt not. gloss. in d. cap. pia, in verbo, octo dierum, cum hoc priuilegium actoris sit, quod nisi reus infra octo dies obiectam excommunicationem probauerit, ad expensas actori condemnetur: quod priuilegium iudex actori auferre non debet, aut potest, arg. c. indultum. de reg. iur. li. 6. & c. de his, dist. 28. & idem docent Ioan. Andr. in d. ca. pia, & Zenzel. ibidē, & idem Ioan. Andr. in c. solet, & ibi Bern. de sent. excom. lib. 6. Marian. Soc. in d. c. sacris. num. 446. Quando tamē reus aliqua iusta de causa post obiectam exceptionem impeditus est, quo minus infra dictum octo dierum spatium eam probare possit, scilicet, quia vel iudex ius non dicit, at reus graui morbo impeditur, aut dolo aliquo actoris retardatur, aut alia iusta de causa, potest tempus hoc à iudice prorogari, vt Innoc. Archid. Ioan. Andr. & Philippus Franc. in cap. pia, de except. lib. 6. annotarunt. Ratio autem, quare ita arctetur terminus iste, est ex gloss. in d. cap. pia, in verbo, octo dierum: quia exceptio hæc frequenter malitiose opponitur, & est odiosa, & ideo restringenda potius, quam relaxanda, vt in reg. odia. de regul. iur. libro 6. Vnde, si reus non habet probationes in promptu, tacere debet, cap. plerique, 2. q. 7. vel expectare, donec probare possit, cum, vt dictum est, illam in qualibet iudicij parte opponere possit.

16 Probatio autem hæc apertissimis documentis, seu probationibus indubitatis, & claris fieri debet, ex d. c. pia. & ibi gl. in verbo, apertissimis, de except. lib. 6. & facit l. sciāt, C. de probat. vnde probari potest aut per confessionem ipsius actoris, si enim confiteretur se excommunicatum, aut clericum iniuriosè v. g. percussisse, probatio hæc sufficiens erit ad repellendum eum ab agendo; arg. l. vnicæ, C. de confess. & ca. fi. iuncta glo. titu. eod. Probari etiam potest per testes, qui præsentes erant, quando excommunicationis sententia in eum lata fuit, ex glo. in d. cap. pia, in verbo, documentis, & ibi Franc. Anchar. & Gem. de except. lib. 6. Marian. Soc. in c. de monialibus. num. 3. de sent. excommun. & in c. sacris. nu. 446. tit. eo. Non tamen sufficit vnus testis: nec iuramentum reo deferendum est, nec si deferatur, sufficit, etiamsi adsit vnus testis, cum hæc non faciāt plenam probationem; sicut nec sufficeret vnus testis cum fama, vt tradunt Archid. in cap. si testis, in verbo, item sæpe. 4. q. Anton. in ca. veniens, 1. colum. vlt. de testib. Decius in c. 1. de postul. prælat. nu. 27. Spec. tit. de notorio crimine. §. fama, vers. quid si agenti. Felin. in Rubr. de probat. num. 4. & in ca. veniens, 1. nu. 13. ver. & amplia istam conclusionem. de testib. Io. Andr. Domin. & Gem. in d. c. pia, vers. si quis, num. 14. de except. lib. 6. Marian. Socin. in c. sacris, nu. 447. de sent. excom. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 1. de sent. exc. lib. 6. Hug. de cens. eccles. tab. 2. cap. 15. §. 10. nu.... multoque minus sufficiens probatio erit sola fama, vt actor a iudice repelli possit, vt probat Couar. in d. ca. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 5. ver. hæc profecto, de sent. exc. lib. 6. etiamsi publica sit. & tex. optimus pro hoc est, vt ait Couar. c. illud. de cler. excom. minist. & Fel. in c. cum contingat, col. 3. de rescr. & in c. cum desideres, de sent. excom. col. 1. Ant. in ca. veniens, 1. col. vlt. de testib. Dec. in c. 1. de appell. col. pen. & c. pia, de except. lib. 6. & Marian. Soc. in c. sacris, nu. 447. de sent. exc. Hugol. vbi supra, §. 10. nu. 11. & cōmuniter DD. in cap. prudentiam, §. sexto, de offic. deleg. Quintum omniū rō est: quia in c. pia, de except. lib. 6. expresse requiritur

tur, ad hoc, vt actor repellatur exceptione excommunicationis, quod talis exceptio probetur apertissimis documentis. Licet ergo sola fama de excommunicato sufficiat, ad hoc vt infamatus vitetur, quod significatur in d.c. illud, de Cler. excom. ministr. & in cap. cum desideres, de sent. excomm. & communiori sententia Doctorum approbatur, tamen si non agatur de graui præiudicio, vt notat Couar. in d.c. alma mater. 1. par. §. 1. num. 5. vers. hęc pro fecto. de sent. excom. lib. 6. & prius docuit Marian. Socin. in c. sacris. num. 447. de sentent. excomm. in antiq. ad effectum tamen repellendi aliquem a iudicio, cum hoc in graue præiudicium illius cedat, non sufficit probatio per famam cum vno teste, atq. eorum quæ tradit Din. in l. excusantur, §. 1. ff. de excus. tut. & Cin. in l. fi. C. de quęst. vbi tenet, quod fama cum vno teste non probet in criminalibus, quia in illis exiguntur probationes luce clariores, vt in l. fi. C. de procur. quod etiam satis constat ex capia. de except. lib. 6. vbi requiritur, quod talis exceptio documentis apertissimis probetur.

17 Neque etiam probatio excommunicationis facta in vno iudicio sufficit ad repellendum aliquem in alio iudicio, si de nouo agatur, ex glo. in ea. cum dilectus. in verbo, restitutio facienda, de ordine cognitionum, quatenus ait, virtute probatæ exceptionis de excommunicatione non repellendum quempiam esse a testimonio, vel electione, nisi excommunicatio probetur. & clarè Innocent. ibi, num. 8. ait non probari excommunicationem in vna causa, etiam si per probationes, & per sententiam alibi à iudicio ob excommunicationem exclusus appareat; quia ad hoc, vt exceptio rei iudicatæ in vno iudicio, in alio obstet, necessario requiritur, vt eadem res, eadem causa, & eædem personæ sint, alioquin non obstat, arg. l. cum quæritur. ff. de except. rei iudic. quæ in casu nostro non adsunt. Et idem sentire videtur Panorm. in d. ca. cum dilectus, num. 8. & Archid. vt ipse refert, & Zabar. in Cle. vnica, nu. 13. de except. Idem aperte testatur, & hanc amplexus est Hugolin. de censur. eccles. tab. a. c. 15. §. 10. nu, 10. & fauet Marian. Soc. in cap. sacris. nu. 449. de sentent. excomm. quia vt exceptio prosit reo, probari debet apertissimis documentis. At verò acta in vno iudicio non probant res alterius iudicij inter alias personas, & alijs de causis, vt constat; & facile reus veniret ad excipiendum, si ob res gestas in vno iudicio, licet excipere in alio iudicio, & ita lites nunquam, aut tardè, & non nisi maximis sumptibus terminarentur. Neque enim exinde timendum est periculum communionis, vt putauit Hostien. qui contrarium sentit, testibus Panorm. & Marian. Socin. vbi supra. Quia si notorius, aut denunciatus sit actor, facile reus exceptionem probare poterit, & iudex ex officio eum excludere debet; sin vero neq; notorius, neque denunciatus sit, nullum tunc in communicando cum illo periculum, aut peccatum est, cum nec iure veteri teneatur quispiam publicè vitare eum, quem excommunicatum esse probare non possit, c. cum non ab homine. de sent. excom. nec nouo, vt ex extrauag. ad euitanda scandala. constat.

18 Probari igitur poterit excommunicatio actoris vel per propriam eius confessionem, vt diximus; vel per exemplum autheoticum sententiæ excommunicationis, ex glo. in ca. pia. in verbo, documentis, de except. lib. 6. & in cap. prudentiam, in verbo, quolibet, de off. deleg. Marian. Soc. in cap. de monialibus, nu. 3. de sent. excom. Roman. consil. 349 vbi ait, excommunicationem latam ab homine probari exemplo, & instrumento authentico, cum sigillo excommunicatoris signato, & manu propria duorum testium, vel publici scribæ subscripto. Excommunicationem vero iuris probari per instrumentum, & sententiam, quæ factum contineat, quamobrem in excommunicationem inciderit, vt latius tradunt Panorm. in c. post cessionem, nu. 6. & ibi Felin. num. 11. & nu. 17. Marian. Socin. in d.c. de monialibus, nu. 3. de sent. excom. & Hostiens. in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. vbi supra, num. 7. & seq. cuius excommunicationis, & sententiæ exemplum (cum ius contineat, quod ad omnes pertinet) poterit reus ab excommunicatore, & sententiam ferente petere, illudque ei iudex reddere tenetur, ex Panorm. in cap. 1. num. 24. & ibi Felin. num. 33. vers. limita 8. & Decio, num. 61. de probat. vbi Panormit. citat. & sequitur Bart. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci, Roma. consi. 24. Bald. in l. præcipimus. §. in his. C. de appll. in l. 2. colum. 2. C. vt lite pend. Alex. consi. 85. in volum. 1. Bart. in cons. 66. incip. Decreuit. And. Sicul. in consi. 47. colum. 1. in 1. volum. Anchar. in clemen. 1. num. 6. §. 1. vers. secundo principaliter quæro. de vsur. Qui omnes docent, per huiusmodi literas excommunicationis in debita forma factas, vt diximus, excommunicationem omnino probari, non solum ad dilationem litis, & actoris exclusionem, sed etiam ad electionem, & beneficij collationem annullandam. De qua re late Panormit. in cap. post cessionem. num. 5. & seq. de probat.

19 Sic etiam, quicquid contrarium nonnulli, vt gloss. in cap. pia, in ver. nomen, de except. lib. 6. & in cap. licet, in verbo, nunciatu, de sent. excom. lib. 6. & Rota decis. 412. quæ incipit: Item si petat, existiment; alij tamen verius docent, ex sola probatione denunciationis excommunicationis ipsam excommunicationem sufficienter probari, vt in vim dilatoriæ actor à iudicio repellatur. Sic Hostiens. in c. prudentiam, de offic. deleg. & Archid. & Ioan. Andr. in nouella, in d.c. pia, de except. lib. 6. & in d. capit. licet, de sent. excom. lib. 6. Panorm. in capit. prudentiam, §. sexto, num. 11. de offic. iud. delega. & ibi Decius, vbi ait hanc esse communem, & Ioan. Imola, in d.c. licet, dicens, quod credendum est suo ordinario denuncianti, nisi aliud appareat, 11. quæst. 3. cap. curiæ, & c. post cessionem, de probat. Gemin. etiam id fatetur verum, quando opponitur exceptio excommunicationis in vim dilatoriæ, vt quando opponitur ad repellendum aliquem à iudicio; secus, quando opponitur in vim peremptoriæ ad infringendum aliquem actum gestum per excommunicatum, vt si dico, quod rescriptum est impetratum per excommunicatum, capitulo 1. de rescript. lib. 6. vel quod electio sit facta de excommunicato, capitulo cum dilectus. de consuetud. & hanc distinctionem etiam admittunt Panorm. vbi supra, & Rota, decis. 8. & decis. 412. & decis. 400. Dom. in capitulo 1. §. 1. de except. libro 6. Philip. Franc. in d. cap. licet, de sent. excom. libro 6. & in capitulo peruenit, 1. colum. 2. de appellat. Roman. consil. 349. incip. Dum quæritur. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. num. 1. de sent. excom. lib. 6. Rebuff. repet. in cap. postulastis, nu. 76. de Cler. excom. ministr. Cosmas in pragmat. sanctione, tit. de excom. non vitand. in verbo, denunciata. Marian. Socin. in ca. de monialibus, numero 5. de sent. excom. Steph. Costa, in cap. licet, numero 18. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Ecclesi. tab. 1. capitulo 21. §. 2. numero 12. Et certè, quicquid sit de hac distinctione, ego in hac re dicerem, quod licet denunciatio non concludat necessario aliquem verè excommunicatum esse, (nam fieri potest aliquem iniustè denunciari non præmissa excommunicatione) quia tamen id rarissimè contingit, ideo denunciatione probata, præsumitur excommunicationem præcessisse; & ideo transfert onus probandi in eum, qui negat excommunicationem, vt ait Marian. Socin. vbi supra, in capitulo de Monialibus, numero 8, qui vt ait Panorm. in d. capitulo prudentiam, §. sexto, numero 11. de offic. iud. deleg. præsumitur pro his quæ notorie acta sunt, & pro iudice exercente officium suum, vt in capitulo in præsentia, de renunciat. & in capitulo ad audientiam, de præscript. Et indubitanter dicerem, sic denunciatum pro excommunicato habendum, siue exceptio in vim dilatoriæ, aut peremptoriæ, proponatur, siue de modico, aut magno præiudicio agatur, & proinde vitandum, donec contrarium ab eo probetur;

vt

vt colligi potest tum ex cap. licet, de sentent. excom. lib. 6. vbi Bonifacius VIII. denunciatum, & *in iudicialibus, & extraiudicialibus, & legitimis actibus vitandum esse* statuit *quousque se excommunicatum non esse probet*, tum ex Concil. Constantiensi in Extrauag. Ad euitanda scandala. vbi idem statutum esse constat; id quod etiam experientia manifestum est. Quotidie namq; vitari eum videmus, quem denunciatum fuisse constat, licet de excommunicatione vere non constiterit alia probatione, quam ipsius denunciationis præsumptione.

20 Ceterum, si infra spatium octo dierum exceptionem excommunicationis reus non probauerit. iudex ex tunc contra reum in causa proceder, & ipsum in expensis condemnabit. quas actor ob hoc, id est ob exceptionem diebus illis, quibus eam reus probare conatur, se fecisse præmisso iuramento docuerit, vt habetur in cap. pia, de except. lib. 6. & DD. & glos. ibi, in verbo, taxatione. Panorm. in cap. vli. numero 3. de ijs, quæ vi, met. cau. fiunt. Summa Astensis, 2. parte, lib. 7. tit. 9. q. 20. Marian. Socin. in cap. sacris, numero 451. de sentent. excommun. Quas expensas reus soluere tenetur, etiamsi iudex ad ipsas soluendas eum non condemnauerit; poterit enim actor eas petere, & iudex eum postea ad eas soluendas ex officio compellet. Archid. in d. cap. pia, & Spec. tit. de exceptio. vers. sed quid si iudex, & tit. de expens. §. postremo. vers. illud. Fauet Hostien. in cap. sæpe, de appellat. Anchar. in d. c. pia, §. si quis igitur, vers. sed quid si iudex, & ibi Gemin. nu. 5. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 451. vers. sed circa prædicta. de sent. excommun. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. cap. 25. §. 11. num. 1. quæ etiam cum Mariano Socino, vbi supra, versicu. tertio quæro & Anchar. vbi supra, versic. quid si iste in secunda vice, & Gemin. cit. nu. 6. & ibi Philip. Franc. in d. cap. pia, affirmat, ad expensas istas soluendas reum teneri, & condemnari posse, & debere, quando in prima oppositione dictam excõmunicationem non probauerit, etiamsi in secunda exceptione illam probauerit, nec expensas, quas ex defectu probationis soluerat in prima vice, ob probationem secunda vice recuperare poterit, argum. l. properandum, §. & si quidem. C. de iudic. & idem docet Ioan. Andr. in d. cap. pia, in nouella. Ad quod allegari potest Spec. in titu. de arbitr. §. sequitur. versic. sed pone actum est. vbi dicit, quod si pronunciatum est Titiũ dare debere decem Sempronio sub certa pœna, quæ non dedit, & sic in pœnam incidit, licet postea per pronunciationem mandetur contrarium, quod nihilominus poterit pœna peti; Imò vero, licet reus exceptionem probauerit, si tamen actor è contrario absolutionem probet, & absolutio ita publica erat, quod non licuit reo illam ignorare, in expensis etiam reus condemnabitur, quia per huiusmodi publicam ignorantiam non excusatur, arg. ca. 1. de postul. præl. Philip. Fran. in d. c. pia, & Io. And. & Archid. ibidem, quos refert, & sequitur Maria. Soc. in c. sacris. nu. 451. vers. secundo quæro, secus tamen, si absolutio ita publica non erat, quin probabiliter ignoretur, tũc enim excusatus reus erit, vt præfati authores docent, & glo. in cap. pia, in verbo, condemnans, de except. libro 6. arg. cap. sacro. de sen. excom. & ca. 1. in fi. de elect. lib. 6. et Spec. tit. de except. §. 2. versi. quid si probatur. Etenim in facto alieno probabilis ignorantia excusat, vt in l. fin. ff. pro socio, & quia ex quo aliquis semel fuit excommunicatus, semper præsumitur excommunicatus, arg. ca. propofuit, de cler. excom. ministr. & c. cum desideres, & cap. si cut. de sent. excom. talis igitur cum culpa careat, ob probabilem ignorantiam absolutionis, pœnam pati non debet, arg. c. 2. de const.

21 Illud autem obseruandum est ex d. c. pia, quod si durãte causa, postea succedente probationis copia, de eadem, vel alia excommunicatione iterum excipiatur, & probetur, actor postea excludetur, donec absoluatur. Nec recipietur exceptio excommunicationis vltra duas vices, nisi superueniret vel noua excommunicatio, vel de antiqua excommunicatione euidens, & prompta probatio vt habetur in d. cap. pia, & docet glo. in c. prudentiam, §. sexto, in verbo, competentem, de offic. iudic. deleg. & tradit Sum. Astens. 2. par. lib. 7. titu. 6. q. 20. Id quod duabus de causis Pontifex statuit, nimirum, ne ob tales frequentes exceptiones lites differantur; & ne partes laboribus, & expensis fatigentur.

22 Denique, non obstante hac exceptione, quæ fiunt in iudicio cum actore excommunicato, & processus habitus cum eo ante exceptionem valent, & tenent, etiamsi ei postea excõmunicatio obijciatur, & probetur: ex tunc verò illa, quæ agentur, non valent: vnde, non audictur in sequentibus, donec fuerit absolutus. Huiusmodi enim exceptio est dilatoria, glo. in c. pia, in verbo, obtinebit, & ibid. Innoc. in d. verbo, duraturus, Anch. nu. 3. Gem. Frãc. in fi. de except. lib. 6. & gl. in c. exceptionem, in verbo, condemnandus, & ibi Pan. nu. 21. & Fel. nu. 39. de except. in antiq. Innoc. in c. post cessionem, in verbo, procuratorem, de procur. Panor. in c. intelleximus, nu. 13. Fel. nu. 19. de iud. Mat. Soc. in c. sacris, nu. 284. de sent. excom. Summa Astens. 2. p. lib. 7. tit. 9. q. 18. Hug. de cens. eccl. tab. 2. c. 15. §. 12. n. 1. & colligitur ex d. c. pia, de except. lib. 6. Si ne igitur actor excommunicatus publicè coram iudice ordinario, siue delegato agat, quicquid ante exceptionem fit, validum est, (modo iudex denunciatus, excommunicatus, aut notorius clerici percussor non fuerit, aut delegatus ab alio excommunicato, aut ab ipsomet actore durante excommunicatione impetratus non sit. In his enim casibus prius iudicium ante exceptionem non valebit. Pan. in d. c. intelleximus. nu. 13. qui citat c. 1. de rescrip. lib. 6. & Mar. Soc. in d. cap. sacris, nu. 284. de sent. excom.) post exceptionem autem factam acta nulla erunt, & hoc etiam si iudex actorem excommunicatum non repellat: immò si reus exceptionem excommunicationis probauerit, licet sententia prius pro excommunicato actore lata fuerit, executionem tamen petere nequit, vt habetur in d. cap. pia, vers. sed si post rem iudicatam, de except. lib. 6. Addit autem Panor. in d. ca. intelleximus. de iud. num. 14. quod licet excommunicatus actor esse non possit; aut accusator in iudicio, vt declaratum est, suspensus tamen, & interdictus possunt agere in iudicio, quia non sunt remoti a communione hominum, arg. cap. a nobis, de excomm. & communem hanc DD. sententiam esse docet. Et de actore hæc satis sint.

De alijs quatuor effectibus circa ciuiles actiones. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatus denunciatus (excepta causa hæresis) testis in iudicio esse non potest.*

2 *Excommunicatus quare in testem, antequam ad cautelam absoluatur, non sit adducendus.*

3 *Absolutio hæc ad cautelam, quando à delegato fieri poterit.*

4 *Excommunicatus denunciatus ad instrumenta, & contractus adhiberi non debet, & quare.*

5 *Excommunicatus denunciatus in iudicio aduocatus esse nequit, & quare.*

6 *Procurator in iudicio excommunicatus denunciatus constitui non potest, & quæ huius rei sit causa.*

7 *Institutio excommunicati denunciati in procuratorem est nulla.*

8 *Institutio excommunicati in procuratorem non valet, si tempore, quo mandatum accepit, excommunicatus sit.*

9 *Institutio excommunicati in procuratorem nulla est, etiamsi*

etiamsi exercitij, seu vsus tempore absolutus sit.

10 *Procurator constitutus, an si ante vsum eius excommunicatus sit, a iudicio repelli possit.*

11 *Reus excommunicatus denunciatus, si voluntarius, & negligens sit, in iudicio non est audiendus.*

12 *Reus voluntarius quis dicendus.*

13 *Reus necessarius quis censeri debeat.*

14 *Persona ad iudicium necessariæ quot, & quæ.*

15 *Reus contra iudicem qualiter exceptionibus dilatorijs vti poterit.*

16 *Reus qualiter contra actorem exceptionibus vti possit.*

17 *Reus contra procuratorem quid obijcere possit.*

18 *Reus contra testes quænam obijcere possit.*

19 *Reus excommunicatus an à sententia contra se lata poterit appellare.*

20 *Reus non solum defensionem sui per se, sed etiam per procuratorem in iudicio facere potest.*


Ertius excommunicationis maior effectus, quantum ad ciuiles actiones spectat, est, quod excommunicatus notorius, aut denunciatus (sola hæresis causa excepta) in Iudicio testis esse non potest, & hoc etiamsi excommunicationem nullam fuisse causetur, nisi prius ad cautelam absoluatur, vt habetur in capitulo decernimus, & ibi gl. in verb. & testificando. & Fran. ver. in glos. in verbo, testimonio, & Steph. Costa numero 4. de sentent. excomm. lib. 6. & c. veniens, 2. & ibi Panorm. nu. 5. & 18. Felin. numero 38. de testibus, & idem Pan. in c. intelleximus, num. 2. de iud. & ibi Dec. nu. 3. Spec. tit. de teste, §. 1. versi. item qui est excommunicatus, per capitulum veniens, 3. de test. & 3. q. 4. c. nullus, & c. conspiratores, & c. excommunicamus, §. credentes, de hær. Ioan. Monac. in c. in fidei. Mar. Soc. in capitulo sacris, nu. 401. de senten. excom. Lanfrác. de Oria. in cap. quoniam contra falsam, in verb. testium. col. 14. de prob. Host. in Sum. libro 2. tit. de test. ver. quis possit esse testis, in fine. Sum. Astens. 2. p. libro 7. titu. 9. q. 15. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. vet. vndecimo. Syluest. ver. excomm. 3. vers. vndecimo. Tabien. verb. excom. 1. versi. decimoquarto Henriquez libro 13. de excommun. capit. 7. §. 5. Hugolin. de cens. Eccl. tab. 2. capitulo 17. qui addit, quod licet ad testimonium in iudicio ferendum admitti non debeat, valet tamen testimonium eius, (non minus quam actor excommunicatus, donec contra eum fiat exceptio, vt diximus) si neque a reo neq; ab actore, neq; a iudice reijciatur, arg. cap. 1. de except. libro 6. Dixi excepta causa fidei; etenim in crimine hæresis fauore fidei excommunicatus testis produci potest, vt habetur in cap. in fidei, de hæret. lib. 6. & ibi DD. Sum. Astens. 2. part. libro 7. tit. 9. q. 15. Gem. in cap. decernimus, num. 3. Anchar. num. 3. Franc. ibid. de sent. excom. lib. 6. Marian. Soc. in capitulo sacris, num. 401. de sent. excom. Henriquez, & Hugolin. vbi supra.

2 Dixi autem excommunicatum in testem produci non debere, nisi prius ad cautelam absoluatur, vt colligitur ex capitulo veniens, 1. & ibi glo. in verbo, canunico, & ibi Pan. nu. 18. de test. quia non est communicádum cum excommunicato, antequam absoluatur, vnde absoluendus est ad cautelam, vt in iudicio testis esse possit. Et vrait Host. in d. cap. veniens, vsus Curiæ est, aliquando absoluere ad tépus, ita tamen, vt illato testimonio statim reincidat ipso facto in eandam sententiam, additque tales absolutiones potius verbales esse quoad homines, quã reales quoad Deum, cum eos non pœniteat, nec ex corde petant veniam, nec conterantur, & idem asserit Domin. Anton. in d. capitulo veniens, vbi ait absolutionem hanc ad tempus fieri posse. Non tamen quilibet excommunicatus vocatus ad testimonium, debet absolui hoc modo, vt notant gl. in d. capitulo veniens, in verbo, canonico, & ibi Pan. numero 18. sed tunc solum, quando est grauis necessitas, & probatio per alios fieri nequeat, & solum in casu, quo allegatur nullitas, & iniustitia excommunicationis, quia scilicet excommunicatus negat se excommunicatum, eo quod lata est post appellationem. Talis enim excommunicatus absolui interim potest ad cautelam, vt propter necessitatem, & defectum aliarum probationum testimonium eius admitti possit in iudicio; Qui vero iuste excommunicatus est, nec excommunicationis nullitatem allegare potest, aut vult, ad cautelam absoluendus non est, vt testetur in iudicio, sed omnino reijciendus est, nec vlla ratione cum eo communicandum erit, secundum ea quæ habentur in capitulo decernimus, de sent. excomm. libro 6. & c. conspiratores, & cap. nullus, 3. quæst. 4. & Spec. tit. de teste, §. 1. col. 11. vers. item qui est excommunicatus.

3 Hæc autem absolutio vt notant Ioan. Andr. in addit. Spec. in Rubr. de testib. vers. super dicta. & quis facere possit hanc absolutionem. & Oldrad. consi. 145. & addit. ad Panor. in d. capitulo veniens, 2. numero 18. in lit. C. à delegato quouis fieri potest, dummodo commodè recurri non possit ad illum, qui excommunicauit. Vnde, quando dicitur, quod excommunicatus ab homine non possit absolui, nisi ab excommunicatore, vt habetur in capitulo pastoralis, §. præterea postulasti. de offic. iud. ordin. & facit capitulú cum ab Ecclesiarum, tit. eod. & tradunt Panorm. in capitulo ex frequentibus, numero 6. de institu. Feder. cons. 16. Cald. cons. 16. & idem Panor. in capit. graue num. 14. de præb. & quando dicitur, quod vbi superiori non reseruatur absolutio excommunicationis maioris, intelligitur permissa Episcopo, non autem inferiori Prælato, vt docent Inn. in capitulo de cetero, & Panor. in capitulo nuper, numero 5. de sent. excomm. hæc dum dicta solum procedere docent in absolutione perpetua, secus autem in absolutione, quæ fit ad tempus, vt in casu nostro contingit.

4 Pari ratione, ob pèriculum communionis, qua excommunicatus notorius, aut denunciatus caret, ad instrumenta, & contractus adhiberi non debet, argum. c. cum excommunicato, & seq. 11. quæst. 3. capitulo licet, de sent. excomm. lib. 6. Pan. in capitulo intelleximus, numero 3. de iud. vbi docet, excommunicatum talem non solum repelli actibus iudicialibus. & publicis, sed etiam a communionibus, scilicet extraiudicialibus, & priuatis, vt notanter dicit text. in cap. pia, de except. lib. 6. Si tamen in Instrumento testis excommunicatus repertus fuerit inscriptus, valebit Instrumentum ex Spec. tit. de Instr. edi. §. instrumentum. vers. quid si testis. Inno. in cap. pia, num. 4. de excep. libro 6. Anch. in cap. decernimus, vers. tertio. Gem. ibid. numero 9. de sent. excomm. lib. 6. Felin. in d. c. intelleximus, numero 1. de iud. & in cap. veniens, 2. num. 38. de test. & hoc non solum, si tempore inscriptionis excommunicatus non fuerit, (in quo nulla est difficultas) sed etiam si tempore, quo inscriptus sit, excommunicatus erat, quia de re, quam vidit, aut audiuit excommunicatus, testis esse potest, maximecum adhibitus sit de consensu partium, & proinde reprobari non potest; satis enim idoneus testis est, eo ipso, quod a contrahentibus probatus fuerat, ex addit. ad Panor. in capitulo veniens, 2. numeru 18. in lit. C. vers. dico, quod etiam omnis contractus mundi. & citatur Anton. in capitulo. fin. de sent. excomm. Hug. de cens. Eccles. tab. 2. capitulo 17. §. 1. numero 3. & 5. quicquid Mar. Soc. in capitulo sacris, numero 405. de sent. excom. dicat talem non satis idoneum testem quod sine ratione affirmat. Cuius opinio solum vera esse potest, quando quis excommunicatus est eo, quod hæreticos fouet; si quidem in hoc casu testimonium eius non recipitur, capitulo excommunicamus, 1. §. credentes. de hær. sicut etiam, si suspectum esset instrumentum, & testis excommunicatus inscriptus esset, fidem ei dare nō posset, ex eo, quod in iudicio testis esse nequeat, cum repellatur

nisi hoc exprimatur in sententia, l. depoetatorum, C. de pœn. Nam quamdiu quis possit alijs remedijs distringi, non sunt ei subtrahenda stipendia. C. de execut. rei iudi. in l. stipendia, & ca. illud. 16. q. 6. potest tamen iudex hoc exprimere si vult; & cum hac sententia transeunt DD. antiqui omnes, vsque ad Ioan. And. inclusiuè, referendo dictam glo. non repugnando, & Summa Astensis, 2. parte, libro septimo, tit. 9. quæst. 9. Alij tamen omnes, vt Innoc. in capitulo qualiter, & quando. 2. de accus. propè finem. & Specul. in titu. de fruct. & interess. in fine, vbi recitat idem tenuisse Vinc. in cap. quoties de simon. & Hostien. in Summa lib. 5. tit. de sentent. excommun. num. 11. versi. quis sit eius effectus. Panorm. in cap. pastoralis. §. verum. num. 17. & ibi Imola, Perus. & Rebuff. repet. d. capit. pastoralis. nu. 81. de appellat. Marian. Socin. in capit. sacris. num. 113. de sentent. excommun. Ripa, in cap. 1. num. 27. de iud. Puteus, decis. 28. lib. 1. Mandos. in tract. de signatura gratiæ, cap. absolutio ab excommun. in fine. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. capit. 12. docent id simpliciter verum esse, etiamsi in sententia excommunicationis id expressum non sit, adeò vt ipso iure per excommunicationem priuatus sit fructibus beneficij; immò, & ratio glossæ in d. capit. pastoralis. in verbo, subtrahuntur hoc ipsum probat, dum dicit: *Quod qui extra Ecclesiam est, nihil potest possidere nomine Ecclesiæ*, argumen. capit. quo iure, d. 8. & cap. 2. & 3. 23. quæst. 7. quæ ratio, vt authores præfati rectè annotarunt, militat, etiamsi in sententia nihil fuerit dictum; id quod etiam probatur in d. cap. pastoralis, in fine, vbi Pontifex ideo subtrahendos esse beneficij fructus docet, quia excommunicatis communio denegatur; quæ etiam ratio æquè procedit, siue hoc in sententia exprimatur, siue non. Nec valet similitudo gloss. de relegato. Nam propriè non æquiparatur relegato; quia potest quis relegari respectu certi loci, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. at verò excommunicatus respectu vnius ecclesiæ est necessario excommunicatus quoad omnes ecclesias, vt in capit. curæ, 11. quæst. 3. item relegato non denegatur communio hominum, nec Sacramentorum; secus autem in excommunicato, vt ex his, quæ superius diximus, manifestum esse potest.

31 Eodem modo, cum excommunicato interdicta sit communio hominum, interdicitur etiam ei administratio temporalis bonorum ecclesiæ, & beneficij, vt docent Innoc. in cap. tuæ, nume. 6. in verbo, renuueat, & Panorm. ibi, num. 7. de cler. non resid. & idem Innoc. in cap. veritatis. in verbo, excommunicationem, & ibi Panorm. nume. 16. & num. 34. de dolo, & contumac. & idem Panorm. in ca. pastoralis. §. verum. num. 18. de appellat. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 115. de senten. excommu. administratio autem hæc, ex glo. in cap. auaritiæ, in verbo, temporalibus, de elect. lib. 6. in ijs versatur, quæ sunt facti, vt recipere census, & debita, beneficij, habere curam colligendorum, & conseruandorum fructuum, soluere debita ecclesiæ, iuramentum, & fidem à subditis recipere, vt habetur in cap. qualiter. & ibi Panorm. de electio. res ecclesiæ alienare, & similia. Ratio est: quia excommunicatus hæc facere non potest, nisi hominum consortio vtatur, quod illi interdicitur, & quia fructibus beneficij caret, & proinde nec eos administrare debet, arg. cap. 1. §. fin. de elect. lib. 6. vbi suspensus à beneficio (qui etiam fructibus beneficij caret) ipso iure priuatur beneficio, si ei interim se ingerat; & consequenter idem de excommunicato dicendum est, vnde Panorm. in d. ca p. pastoralis. §. verum, nu. 18. de appell. ait deputari debere per superiorem aliquem œconomum, aut vicarium temporalem, qui curam beneficij gerat, iuxta ea, quæ habentur in simili in cap. peruenit. 2. de appell. & in ca. fi. de statu monach. & in c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

32 Quibus addendum puto, quod licet sic excommunicatus aliquid beneficij administrando peccet, maximè, vbi administrando communione hominum vtitur, quæ ei interdicitur, vsurpando rem sibi prohibitam; ab ipso tamen administrata valebunt, non solum si administret ea quæ simplicis facti sunt, & quæ in vtilitatem ecclesiæ redundant, vt si fructus colligat, aut conseruet, aut ecclesiæ debita soluat, arg. l. soluendo. ff. de neg. gest. vt de suspenso tradit Panormit. in cap. cum Vintoniensis. num. 10. de elect. quandoquidem etiam & ea quæ facti sunt, & in spiritualibus valent; sed etiam si faciat ea, quæ in ecclesiæ præiudicium redundant, vt sunt alienationes rerum ecclesiæ; aut si debita ecclesiæ reciperet, id quod verum esse intelligo solum de excommunicato tolerato, ex Innoc. in c. veritatis, in verbo, excommunicationem, & Panorm. num. 33. de dolo & contumac. Marian. Socin. in capit. sacris. num. 116. de sentent. excommunic. Hugol. de censur. eccl. tab. 2. cap. 12. §. 1. num. 3. & manifestum est ex extrauag. Ad euitanda scandala. vnde ab eo spiritualia, & sacramenta recipi possunt; secus autem si notorius, aut denunciatus excommunicatus esset, tunc enim gesta per eum non valerent.

33 Decimoctauo, beneficium excommunicato conferens scienter, non solum mortaliter peccat, ex Rebuffo in repet. ca. postulastis, num. 166. de cler. excommun. minist. & Hugol. de censur. eccles. tab. 2. cap. 13. §. 5. num. 1. sed etiam ipso iure suspensus est à collatione eius beneficij quod tunc contulit, arg. cap. cum in cunctis. §. clerici. de elect. vt puniatur in eo, in quo peccauit. Idem Rebuff. vbi supra, nu. 147. secus autem in collatione aliorum beneficiorum; ab eis enim conferendis non est ipso iure suspensus, sed solum post binam monitionem suspendi debet, donec veniam consequi mereatur, vt puniatur in hoc, in quo delinquere præsumpsit. vt habetur in cap. postulastis, & ibi Rebuff. num. 147. & ibi gloss. in verbo, mereantur, de cler. excommunicat. minist. vbi ait suspendi debere per superiorem: Vnde si collator beneficij Episcopo inferior fuerit, à suo Episcopo debet suspendi, arg. cap. cum ab ecclesiarum de offi. ordin. Si verò Episcopus fuerit, à suo Archiepiscopo, arg. cap. 1. §. fi. de offic. ordin. lib. 6. si Archiepiscopus, à Patriarcha, aut Legato Papæ, vel ab ipsomet Summo Pontifice debet suspendi, argum. cap. graue, & eorum quæ notant ibi DD. de præben. & cap. 1. iunctis notatis ibi, de offic. legat. & quamuis Panorm. in d. c. postulastis, num. 3. velit conferentem beneficium scienter tali excommunicato, debere suspendi a collatione aliorũ beneficiorum sine alia monitione, alij tamen volunt requiri prius monitionem, secundum ea, quæ habentur in d. cap. graue. de præben. ita Petr. Anchar. in d. cap. postulastis. & ibi DD. & Rebuff. num. 147. & sequentibus, de cler. excomm. ministr. maximè cum pœnæ restringendæ sint, non ampliandæ. l. cum quidem. ff. de liber. & posth. & reg. odia. de reg. iur. lib. 6.

34 Quæ omnia solum in eo procedunt, qui scienter vt diximus, tali excommunicato beneficium confert, vt colligitur ex d. ca. postulastis. ob verbum illud; *Qui scienter*, & facit cap. Apostolicæ. de cler. excommunic. ministr. & Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 7. Secus autem si probabiliter eum excommunicatum fuisse ignorauit. Præsumitur tamen, quod talis conferens scienter prouiderit, ex Rebuffo, in cap. postulastis. num. 156. de cler. excommun. minist. cum ex debito officij teneatur inquirere de moribus, & vita beneficiarij. arg. capit. innotuit. de elect. & Innoc. in capit. cum inter R. tit. eod. Card. consil. 133. quod incipit: Duo sunt videnda, quia plenam notitiam eius, cui confert, collator habere debet, arg. c. bonæ, 2. in fine, & ibi Panorm. in 12. notab. de postul. prælat. & Syluest. verbo, electio. 1. quæst. 16. & facit ratio, quam citat Ioan. Monach. in ca. vnico, de ætat. & qualit. in fine, libro sexto, quod collator potius attendere debet, vt prouideat ecclesijs, quam personis, & sic cognoscere debet mores, & vitam eius, cui beneficium conferre voluerit. Potest tamen ignorantia probabilis, vt notat Rebuff. in d. cap. postulastis, num. 158. post Bertachinum, in tract.

de

de Episcopo, libro primo, tertiæ partis, quæstione 28. & Ripam, in libro secundo responsorum, capitulo duodecimo, iuramento, publica voce, fama, & alijs probationibus comprobari. Et faciunt quæ habet glos. in cap. graue, in verbo, inquisitio, de præbend.

35 Decimonono, Non solum sic excommunicatus incapax est beneficiorum, vt dictum est, sed etiam cuiuscunque alterius dignitatis ecclesiasticæ, quales sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus; quorum dignitates perpetuæ sunt, & iurisdictionem in vtroque foro, tam contentioso, quam pœnitentiæ in suos subditos habent, vt de Episcopis habetur in toto titul. de offic. iudic. ordin. & de temp. ordin. in vtroque libro. In quo etiam numero collocari possunt Legati à latere, qui dantur ad tempus, de quibus agitur in titu. de offic. legat. in antiq. & in libro sexto, & etiam Visitatores, & Administratores ecclesiarum Cathedralium, de quibus habetur in capitulo is cui, de elect. libro sexto, & in capit. fin. de supplen. negligen. prælat. libro sexto. Item Cardinales, habent enim & illi iurisdictionem in vtroque foro in clericos ecclesiæ titularis, argum. capit. his, quæ, & ibi DD. de maior. & obedien. Item Abbates regulares in suos monachos, ex Panormit. in capit. cum contingat, numero 21. & 22. de foro compet. sicut etiam Generales, ac Prouinciales, Guardiani, & alij ordinum aliorum superiores. Item in foro exteriori Ecclesiasticô iurisdictionem habent ordinariam Vicarij episcoporum, de quibus agitur titu. de offic. Vicar. libro sexto. Item Vicarius à Capitulo Sede vacante constitutus, Concil. Trident. Sess. 24. cap. 16. de reform. Rebuff. in praxi beneficiorum, de deuolut. nume. 62. Item Capitula Cathedralium Ecclesiarum mortuo Antistite, capit. vnico, de maior. & obed. libro sexto, & capit. si episcopus, & ibi glos. in verbo, spiritualibus, de suppl. negligen. prælat. lib. sexto, & à fortiori Collegium Cardinalium Sede vacante. Item inquisitores hæreticæ prauitatis, de quibus agitur in capit. ne aliqui, cum sequen. & in toto titu. de hæret. libro sexto, & in antiq. tit. eod. Item delegati, de quibus habetur tit. de offic. deleg. in vtroque libro. In foro autem interiori tantum iurisdictionem habent parochi beneficia curam animarum habentia obtinentes, vt habetur toto tit. de paroc. Item Vicarij perpetui, de quibus agitur titu. de offic. Vicar. in vtroque libro. & clement. unica, titulo eod. Item Vicarij ad tempus, seu Capellani, qui omnes iurisdictionem aliquam habent, vt diximus. Alij item sunt qui iurisdictione vtraque carent, & vel solum dignitatem habent, vt Præpositi, Archidiaconi, & similes qui honore solum alios antecellunt, vel solum ius in beneficij fructibus obtinent, vt pensionarij & simplicia beneficia habentes, qui omnes, si excommunicati sint, ad huiusmodi dignitates ecclesiasticas eligi non possunt, cum extra ecclesiam sint, & communione fidelium priuati, vt proinde nec dignitatum ecclesiasticarum capaces sint, nec earum iurisdictione vti possint.

36 Vigesimo, Excommunicatus non solum inhabilis est dignitatis ecclesiasticæ regularis, & sæcularis, sed etiam dignitatis laicalis; siue perpetuæ sint dignitates, quales habent illi, qui territorij, atque vniuersitatis domini sunt, vt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Item Respublicæ quędam, quæ perpetuam iurisdictionem habent, vt Veneta, Genuensis, Lucensis, Samaritana; siue sint dignitates ad tempus tributæ, vt præsidens, Gubernatores, Potestates, Vicarij, Comissarij, & huiusmodi officiales, qui ab Imperatore, Rege, vel Republica eliguntur pro administrandis prouincijs, & Ciuitatibus eorum. Vnde, nec Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, qui excommunicatus est, eligi potest, & electio facta est nulla, vt habetur in cap. venerabilem, & ibi glo. in verbo, electus, & Panorm. num. 7. & num. 11. de elect. Decius in cap. dilecti, notab. 1. de except. Paluda. 4. distinct. 18. quæst. 4. vers. secundus effectus. Rebuf. repet. in cap. postulastis, num. 87. de Cler. excomm. ministr. & latius tradit Hugol. de censur. eccles. Tabul. 2. c. 13. §. 3. Ratio est: quia excommunicatus iurisdictionē talem exercere non potest, cum hominum communione priuatus sit, arg. capit. ad probandum, de re iud. & argu. cap. fin. vers. si tamen, de cler. excommun. minist. Qui enim functiones exercere non valet, huic illæ conferri non debent, cum prohibito vno & omne id prohibitum esse censeatur, per quod ad illud perueneritur, l. oratio, ff. de spons. & Panor. in cap. finali, num. 3. de cler. excom. minist. & ibi Marian. Socin. num. 6. Quæ intelligi debent, nisi Papa alicui talem dignitatem contulerit, quandoquidem tunc cum illo dispensare censetur, dummodo illum inhabilem prius nouerit: secus autem, vbi eum excommunicatum non nouisset. Id quod in alijs collatoribus à Papa non procedit, cum ipsi absoluere non possint ab excommunicatione, si laici sint, & proinde nec cum illo dispensare, licet Clerici fuerint collatores, absoluere pro libito non possunt, sed adhibita iuris forma, arg. cap. cum desideres, de sent. excom. & clem. fin. iuncta glo. ut. eod.

37 Illud etiam obseruandum est, hoc quod diximus solum procedere in collatione, & electione. Si enim quis ex testamento, aut ab intestato vniuersitatem, aut regnum consequatur, aut dominium aliquod temporale sibi comparet, cum quibus iurisdictio, & dignitas laica connexa est, non obstante censura excommunicationis, iurisdictionem & dignitatem illam consequitur iure successionis hæreditariæ, aut emptionis, ex Bald. in cap. intelleximus, in fine, de iud. sicut & ius patronatus ecclesiæ, quod per se vendi non potest, capit. quia clerici, & ibi glo. in verbo, comparant, & cap. de iure, & ibi glo. in verbo, vendi, & Panorm. num. 1. de iure patron. cum vniuersitate vendita transit, cap. ex literis, & ibi. Panor. num. 1. & nu. 10. & cap. 1. cum sæculum, & cap. de iure, de iure patr. & glos. in d. c. quia Clerici, in verbo, comparant, vnde filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis iure hæreditario, & ratione successionis patri succedere potest, licet excommunicatus sit, cum hoc tamen vsu iurisdictionis carebit, quamdiu in excommunicatione manet.

38 Quare multo minus excommunicatus in iudicem ad tempus dari potest, ex Panorm. in cap. intelleximus, num. 2. Decio, num. 1. de iudic. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 240. de sentent. excommun. Tabiena, in verbo, iudex, & hoc, etiamsi ante absolutus sit, quam iurisdictionem exerceat, argum. cap. non firmatur. de reg. iur. lib. 6. argum. cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. imò, si plures iudices delegati ad vnam causam dentur, & vnus excommunicatus sit, nullus eorum delegatus erit; argumen. cap. vno delegatorum. de offic. deleg. Quia cum vsus iurisdictionis apud omnes delegatos simul sit, & non separatim, vt tradit Hely. in cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. vno ipsorum excommunicato, reliqui ad iudicandum inhabiles redduntur, argum. c. ad probandum. de sent. & re iudic. secus autem erit quando Capitulo, aut Collegio demandata iurisdictio sit, tunc enim cum concessio hæc Capitulo in communi facta esse censeatur, & Collegium, Capitulum, aut vniuersitas in communi excommunicari non possint, cap. Romana, §. in vniuersitatem. de sent. excom. lib. 6. valebit delegatio, licet aliqui de Collegio excommunicati fuerint; totum enim ius penes eos remanet, quia excommunicati non sunt, etiamsi tantum vnus sit, arg. l. sicut. §. sed si vniuersitas, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.

39 Nec denique ob eandem rationem Tabellio, seu publicus scriba, qui excommunicatus est, si eligatur, tabellio erit, cum hic officium publicum habeat, ex Panorm. in ca. sicut te, num. 14. ne cler. vel monach. Marian. Soc. cap. sacris, num. 406. de sent. excomm. De beneficiorum, & dignitatum ecclesiasticarum, aut laicarum electione passiua, hactenus satis dictum sit.

De

latorem, aut per suum Vicarium etiam non excommunicatum, quia cum nomine Episcopi excommunicat Vicarius conferat, eiusque iurisdictio ab Episcopi iurisdictione pendeat, & vnum, & idem sit consistorum, cap. 2. de consuetud. lib. 6. ideo suspensa per excommunicationem Episcopi auctoritas Vicarij iudicatur, argumen. capituli 1. de offic. Vicar. lib. 6. & gloss. fin. in clement. vlt. de procurat. sicut per mortem Episcopi reuocata est, vt ibi gloss. notauit, & id notant Philip. in cap. 1. de offi. Vicar. lib. 6. Pan. in c. quoniam Abbas, nu. 10. de offic. delegat. & c. licet, in fine, tit. eodem. Nisi aliunde Vicarius Iurisdictionem, aut potestatem haberet, a iure, seu ab alio superiore, secundū Philippum vbi supra, per cap. quia, distinctio. 89. pro quo est text. in capit. 1. de offic. Vicar. libro 6. & Doctores, ibi, & Rebuff. in d. ca. postulastis. Secus autem, si collator excommunicatus occultus sit, tunc enim collatio facta non excommunicato valida erit; quia hic, etsi quoad se, iurisdictionis vsu careat, respectu tamen habito ad alios, eum retinet, argumen. cap. ad probandum, de sent. & re iudic. a contrario sensu, & ibi Panormitan. Innocen. & Felin. num. 6. vbi ait, sic suo tempore fuisse iudicatum. Philip. in cap. 1. colum. 2. de exceptio. lib. 6. Ioan. de Silua, in tract. de benef. in 3. part. quæstio. 4. Federic. consi. 74. veius. Imola, in cap. cum dilectus, in glo. magna, de consuetu. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 76. versic. decimo. Angelica, verbo excommunic. vlt. §. 19. Tabiena, verbo, excomm. 4. versi. vndecimo. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 9. vers. Quid autem respondendum sit, de senten. excommunicatio. lib. 6. & colligitur ex d. extrauag. Ad euitanda scandala. Id quod locum etiam habet, quamuis is, cui confertur beneficium, collatorem excommunicatum occultè nouerit esse, quicquid Calderin. & Panormitan. in d. cap. ad probandum, quos refert, & sequitur Rebuff. repet. in c. postulastis, nu. 70. de cler. excommunic. ministr. falsò collationem beneficij huic factam non valere dixerint, ob eam rationem, quod hic offendit, ex quo eius communione vtitur, quem excommunicatum nouit. Quorum opinio post extrauagan. Ad euitanda scandala, merito ab alijs omnibus reijcitur; cum virtute illius extrauagā. cum excommunicato non notorio Clerici percussore, nec denunciato versari possimus, tanquam si excommunicatus nō esset; vnde Ecclesiam non offendit collatarius, qui sciens illum excommunicatum, beneficium ab eo recipit; & ita valida collatio erit, vt rectè Felin. in cap. ad probandum, numero nono, de sententia, & re iudicat. & in capitulo Rodulphus, numero 74. de rescript. Couarru. in capitulo alma mater, prima par. §. sexto, numero 8. versi. ex his colligitur, de sentent. excommunic. lib. 6. Hugolin. Tabul. 2. cap. 11. §. 2. num. 2. in fine annotarunt: quandoquidem etiam ab huiusmodi occultè excommunicato licitè Sacramenta sumi possunt, vt ex dict. extrauag. Ad euitanda scandala, colligi potest, & nos latius vbi supra exposuimus.

Secundo, excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor eligere solus non potest, sed neque etiā cum alijs electoribus eligit. Sic colligitur ex ca. vnico, & ibi glo. in verbo, maioris, §. 1. ne Sede vacante, libro 6. & ibidem Anchar. nume. 2. & Philip. Franceus. Innocent. in capitu. 2. num. 2. versic. item, si sunt aliqui suspensi, & ibi Panorm. nume. 5. & nume. 14. de postulatio. prælat. Hostiensis in summa lib. 5. tit. de sentent. excommunic. num. 11. vers. quis sit eius effectus. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. titul. 9. quæst. 5. & q. 6. Palud. 4. distin. 18. q. 4. vers. tertius effectus. Rich. 4. dist. 18. arti. 7. quæst. 1. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclu. 2. versic. item excommunicatus. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 2. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 76. vers. octauo. Angelica verbo, excomm. vlt. §. 9. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimo. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 51. & seq. de sent. excom. Rebuff. repe. in cap. postulastis, numero 88. de Cler. excom. ministr. Nauar. in Man. cap. 27. num. 21. vers. nono. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 7. numero 9. versic. duodecimus, de sentent. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Ecclesi. tab. 2. cap. 41. §. 2. nu. 12. & est communis. Ratio est: quia talis ab officio, & beneficio suspensus est, & omni iurisdictione priuatus, arg. ca. pastoralis, §. fi. de appella. Intelligitur autem hoc in electione, quæ confertur ius, vt in beneficiis, secus autem in electione voluntatis declaratoria, vt si hæredi testator dicat, cui ex filijs vo les restituas hæreditatem, tunc enim excommunicatus eligere poterit illum, cui velit restituere hæreditatem, cum voluntatem non amiserit per excommunicationem, l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. ff. ad Trebellia. Rebuff. vbi supra, nume. 89. Intelligitur etiam, vt notant Paludan. San. Anton. Tabiena, & alij, non solum de electione ad dignitatem Ecclesiasticam segularem, vel sæcularem, sed etiā laicalem, cap. venerabilem, de elec.

5 Intelligitur etiam, non solum quod peccet mortaliter si eligat, sed etiam quod electio sit nulla, & irrita, ex Innocent. in cap. cum dilectus, num. 5. de consuetud. Panor. in cap. ad probandum, nu. 14. de sentent. & re iudic. & in ca. veritatis, nume. 47. de dolo, & contumac. & capit. si vere, num. 9. de sentent. excommun. Immo vero, si inter omnes Canonicos vnus tantum sit excommunicatus denunciatus, & Canonici omnes, vel maior pars sciant, & possint eum expellere, & non expellant, sed cum illo eligant, nō valet illorum electio, ex Innocent. in capit. illa, numero 3. Panormit. ibi, nume. 7. de elec. & idem Panormit. in cap. fin. numero 6. de procurat. Imola, in capitulo cum dilectus, num. 28. de consuetud. & Rebuff. repet. in cap. postulastis. numero 91. de Cler. excom. ministr. Quod tamen dictum alij vt Richard. 4. d. 18. art. 7. quæst. 1. ad 3. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 6. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 2. in ann. litera B. limitāt, quādo votū eius fuit necessarium ad effectum ipsius electionis, tunc enim electio nulla erit, eo quod votum eius tanquam nullum computandum est, & ita ex defectu sufficientis numeri suffragiorum ad electionem legitimam faciendam, electio nulla erit; secus autem, si aliàs aderat sufficiens numerus suffragiorum præter votum excommunicati, tunc enim, licet peccet excommunicatus se ingerens, electio tamen valet. Et licet vtraque opinio probabilis sit, prima tamen Innocen. & aliorum videtur verior, quia cum repelli possit talis excommunicatus omnino repellēdus est; vt merito proinde electio hæc nulla censenda sit in odium eorum, qui scienter excommunicatum admiserunt, Innocent. in d. capit. illa, de elect. notauit. Pro qua sententia multum facit cap. fin. de procura. & adduci etiā potest cap. Massana, de elect. vbi dicitur, *quod si aliqui Laici interfuerunt ad eligendum simul cum Clericis, non valet electio.* Et ratio in vtroque casu ea esse potest, quam dat Innocent. quia cum tales inhabiles sint, & tamen scienter admittantur ab alijs electoribus, videntur illi fateri se illis non velle, nec posse procedere, & proinde fraudulenter agere comprobantur, ideoque merito nulla censenda est eorum electio, & sibi ipsis imputent, quod inhabilem cum possent, ab electione cum illis facienda non repulerint.

6 Ceterum si casus occurrat, in quo huiusmodi excommunicata reliquis electoribus repelli non possent, tunc si nulla necessitas adsit eo tempore eligendi, consulit Panorm. in cap. illa, num. 7. de elec. & refert pro se Hostiensem, vt recedat a Capitulo, & congregent alia vice Capitulum, excommunicatis non vocatis, nec admissis; in quo casu alij agere non poterunt de contemptu, quia non erāt vocandi, ex quo erant publicè excommunicati; vbi vero immineret necessitas, & adesset finis termini præfixi ad eligendum, nec repelli commodè possint excommunicati, tunc Innocent. & Panorm. in dict. cap. illa, monent, vt ceteri protestentur, quod non intendunt eis communicare ius eligendi, & poterit fieri protestatio publicè, vel occultè, si verisimile timetur, argument. cap. 1. quod met. causa

causa,& cap.fin. de elect.lib.6. Ratio est: quia non debet quis ius suum negligere, vt euitet participationem excommunicatorum, ex quo sine damno iuris sui non potest eos euitare, argumen. opt. in cap. si verè. de sent. excommuni. & cap. antecessor. & cap. quoniam multos, 11. quæstio. 3. quæ omnia solum procedunt in excommunicato notorio clerici percussore, aut denunciato: siquidem electio ab occultè excommunicato facta, valet, & hoc, etiamsi qui cum ipso eligunt, eum excommunicatum esse sciant; id quod certum est, post extrauag. Ad euitanda scandala, maxime, cum talis electio non in ipsius excommunicati commodum, sed ipsius Ecclesiæ, pro qua electio fit, & electi vtilitatem cedat, & hoc siue talis vt persona priuata, siue vt persona publica ratione officij publici ad eligendum concurrat. Renunciatus igitur excommunicatus, nec cum alijs, nec solus eligere potest; & pari ratione nec electiones factas confirmare, argum. cap. ad probandum, & ibi Doctores, de sent. & re iudic. & confirmatio ab ea facta nulla erit; secus tamen si nec notorius clerici percussor, nec denunciatus fuerit, tunc enim sicut electio ab eo facta valet, ita etiam electionem ab alijs legitimè factam confirmare potest.

7 Tertio, excommunicatus denunciatus præsentare non potest, Panorm. in cap. nobis, nume. 3. de iure patronat. Paul. de Cittadinis, in tract. de iure patronat. in 3. parte primæ causæ acquirendi. quæstio. 10. Rochus de Curtis, in tractat. de iure patronat. in verbo, competens, quæstio. 8. Rebuff. repet. cap. postulastis, nume. 101. de cler. excommunicat. ministr. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 92. de senten. excommunication. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 7. numero nono, versi. duodecimus, de sentent. excommunicatio. libro sexto; Henriquez libro 13. de excommunicatio. cap. 7. §. 2. in annot. litera B. Hugolin. de cens. eccles. tabu. 2. cap. 13. §. 2. num. 13. Quod in clerico præsentante omnes concedunt: & negari non potest, cum talis præsentatio ab eo fit, tanquam ab administratore bonorum ecclesiæ; & quia præsentatio per eum facta, vim habet electionis, aut quasi, arg. eorum, quæ notantur in cap. cum autem. & ibi Doctores, & capit. nobis, & cap. penult. de iure patronat. & cap. querelam. de electio. electio autem, vt diximus, excommunicato denunciato non competit. Item, quia iura loquentia de electione, habent locum in præsentatione, glos. in capit. sciant, in verbo, alios, & eadem gloss. in capit. finali, in verbo, electione, de elect. libro sexto, & proinde præsentatio ab eo facta non valebit, vt docent Rochus, vbi supra, Aufrerius in suis decis. quæst. 142. Lambert. de iure patron. 1. par. lib. 2. quęst. 2. artic. 2. Et quamuis Couar. vbi supra id etiam in patrono laico præsentante verius esse putet, ita scilicet, vt institutio Episcopi facta ad præsentationem patroni Laici excommunicati, nulla sit, & citat Lambertinum de iure patronat. 3. par. libro secundo q. 3. art. 4. & Henriquez vbi supra hoc probabilius esse putat; Mi-
8 hi tamen contraria opinio, quæ & communis est, vt ait Rebuff. repet. in capit. postulastis. nume. 104. de cler. excommunicat. ministr. & quam ipse eo in loco amplexus est, verior esse videtur, quod præsentatio a laico patrono excommunicato denunciato facta, valida sit. Quamuis enim peccet præsentando, eo quod hominum communione, quæ illi prohibetur, vtatur, quia tamen non id facit ex aliquo officio, sed vt quid, quod ad suum patrimonium spectat, valebit præsentatio illa ab ipso facta; & ita expressè tenent Rochus, vbi supra, Rota decis. 161. & decis. 527. in antiq. & decis. 2. de iure patron. Ludouic. Gomes. in tractat. expectatiuarum, numero 60. qui ait ita obseruatum fuisse in vna causa Zamorensi Anno 1533. Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 202. de cleric. excommunicat. minist. & Hugolin. vbi supra, & Henriquez tandem in hanc sententiam descendit. Ratio est: quia talis præsentatio facta a laico, cum sit solum expressio, & declaratio voluntatis suæ, est quid facti, non iuris, & consequenter valida iudicari debet, vt docet Rebuff. vbi supra, num. 89. & num. 102. Qua etiam de causa facta à clerico ratione sui patrimonij, & non intuitu Ecclesiæ, quam habet, valida censenda erit; cum in hoc casu sit quid facti potius, quam iuris; non sic autem, quando aliquem ratione ecclesiæ suæ ad beneficium obtinendum præsentat. Sic etiam, præsentatio facta ab eo, qui emit Castrum, cui annexum est ius patronatus ab excommunicato, valet, poteritque emptor statim præsentare, etiamsi emptor in excommunicatione maneat, vt latius tradunt Spec. in tit. de procurat. §. vlt. Ioan. Andr. in cap. 1. de iure patronat. lib. 6. in gl. penult. Bartho. Brixien. in quæst. dominicali decimasexta. Marian. Soc. in cap. sacris, numero nonagesimotertio, & nume. 465. de sentent. excommunicat. Quæ omnia de excommunicato denunciato intelligenda sunt, nam de occulto non denunciato nulla potest esse difficultas, post Extrauag. Ad euitanda scandala.

9 Quarto, excommunicatus denunciatus præsentatum instituere non potest, argumen. capit. nouit. de ijs, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli. & capitulo conquerente, de officio ordin. Et consequenter, nec habentem beneficium eo priuare valet; ad quem enim institutio non pertinet, nec destitutio, argumen. dicti capituli conquerente. Neque etiam beneficia commendare potest, secundum formam, capit. nemo. de electio. libro sexto, sicut nec adiutorem dare valet, vt docet Panorm. in capit. finali, de cler. ægrot. vel debilit. Ratio horum omnium est: quia requirunt iurisdictionem, qua priuatus est sic excommunicatus. Vndè nec executor excommunicatus denunciatus prouidere potest de beneficio, cum hic iurisdictionis vsu careat, quæ tamen necessaria est, vt executio ab eo facta valida sit; & ita expressè docent Rota decis. 4. de concess. præbend. in antiq. & decis. 16. numero secundo. de test. in antiq. Couar. in capit. alma mater, prima par. §. septimo, numero nono, versic. quid autem respondendum sit, de sentent. excommunicatio. libro sexto, qui hæc docet de executore Apostolico. Henriquez libro decimotertio, de excommunicato. capitulo septimo, §. secundo, in annot. litera B. Hugolin. de censur. eccles. tabul. 2. capit. 13. §. 2. numero decimosexto, post Rebuff. repet. in capitulo postulastis, numero 130. de cleri. excommunic. ministr. Secus autem dicendum erit in his omnibus, si ab excommunicato occulto fiunt, quomodo intelligi debeant, Rota in decis. 128. de sentent. excommunicatio. in antiqu. Fel. in cap. ad probandum, in initio, & in fine, de senten. & re iudic. & Additio ad Panorm. in cap. pro illorum, num. 19. litera C. de præbend. quando dicunt executorem excommunicatum prouidere posse de beneficio.

10 Quinto, Hoc ipsum procedit etiam in postulatione solenni, secus autem, quando postulatio non est solennis. Est autem postulatio solennis, vt notat Panor. in cap. 1. num. 34. de postulat. prælat. quando quis postulatur ab eo, qui potest super omni impedimento postulati dispensare, & postulationem factam confirmare. Non solennis verò dicitur, quando postulatur ab eo, qui non potest dispensare super impedimento, requiritur tamen eius consensus in promotione, ratione sui interesse: vt exempli causa, Canonici volunt eligere monachum in Episcopum, sed quia monachus non potest consentire sine licentia Abbatis, vt in cap. si religiosus. de elect. libro sexto, Canonici postulant ab Abbate, vt concedat eis illum monachum. Si enim Abbas consenserit, hæc admissio postulationis non habet vim electionis, & confirmationis, sed debet de nouo eligi, & peti confirmatio electionis, quia Abbas non habebat potestatem prouidendi ecclesiæ Cathedrali: vnde patet ratio, cur postulatio solennis facta ab excommunicato non valeat, postulatio verò simplex, seu non solennis ab excommunicato facta, valet: quia postulatio simplex est quid facti, & non

iuris,

stulatio verò simplex, seu non solennis ab excommunicato facta valet: quia postulatio simplex est quid facti, & non iuris, vnde ea admissa, adhuc opus est electione; at vero postulatio solennis vim electionis habet, quandoquidem admissa nullam aliam electionem requirit: aut confirmationem, vt colligitur ex capitulo gratum, de postulat. prælat. & expreßè testatur Panormitan. in c. 1. num. 34. titu. eod. vbi ait Curiam Romanam, vt euitetur circuitus, & Ecclesiarum dispẽdium, seruare, quod admissa postulatione, postulatus consequatur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus, vnde in solenni postulatione, non opus est alia electione, aut confirmatione. Vnde eadem ratio est electionis, & postulationis solennis: nam sicut ex electione legitimè facta acquiritur ius electo, capit. causam inter Canonicos, de electione. ita etiam & postulatione; vndè postquam postulatio prælentata est superiori, postulantibus ab ea recedere non licet, cap. bonæ memoriæ, de postulat. prælat. & Panormit. ibi, num. 8.

11 Et quod de postulatione solenni, & non solenni diximus, idem pari ratione de nominatione solenni, & non solenni dicendum est, quod hæc ab excommunicato facta valeat, illa verò non item. Est autem Nominatio solennis, quando duo, vel tres, qui sunt excellentiores in Capitulo, vel alibi, nominantur Papæ, & petitur per Collegium, vt Papa prouideat ecclesiæ de aliquo illorum, & per hanc nominationem quodammodo acquiritur ius nominatis, argumen. cap. contra sanctorum. 16. quæstione vltima & Anchatan. consi. 215. Panormit. in dict. capit. bonæ memoriæ, numero octauo. de electiõn. vnde non possunt nominantes recedere à nominatione, postquam facta est superiori, nisi superior, & nominantes conueniant, sicut de postulatione diximus, quia vtrobique eadem est ratio. In nominatione etiam solenni datur libera potestas superiori prouidendi vni ex nominatis. Nominatio autem non solennis est, quando ante scrutinium faciendum aliquis nominatur inter Canonicos, tanquam bonus, & sufficiens: illa enim nominatio non tribuit ius nominato, vt in capitulo, quod sicut. de electione. sed solum proponitur in Collegio, vt eligatur, si placeat Collegio. Solent enim nominari plures, & postea fit scrutinium de omnibus, & habens maiorem partem vocum, remanet electus, cap. quia propter, de electio.

12 Hinc constat, qua ratione Canonici excommunicati aliquem in possessionem beneficij canonicè adepti recipere possunt, quia enim receptio est quid facti, nec aliquod ius tribuit de nouo, valida censetur, c. pro illorum, & ibi Innocent. & Panormit. de præben. numero 16. & idem Panormitan. in c. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Nicol. Milis in repertorio, in verbo, excommunicatus, quæstione 69. Philippus Francus, in cap. cum in ecclesijs. colum. 1. in gloss. 1. de præb. ud. lib. 6. Rebuff. repet. in capit. postulastis, num. 130. de cleric. excommunicat. ministr. Idem, si mittatur in possessionem beneficij canonicè adepti; quia cum missio in possessionem sit quid facti, valebit facta per excommunicatum, non viciabit collationem, prouisionem, electionem, aut institutionem prius ritè factam. Facit ea. eam te. de rescript. & cap. pro illorum, de prebend. Card. in c. postulastis, & ibi Rebuff. numero 131. de cleric. excommunicat. ministr. Panormitan. in capit. veritatis, numero 42. de dolo, & contumac. Philippus Francus in cap. 1. in verbo, possunt tamen, de except. Marian. Soc. in c. facris, nu. 41. de sent. excommunicat.

13 Idem dicendum est de optione, etenim & hæc etiam, cum sit quid facti, & sola declaratio quædam voluntatis, per excommunicatum validè fieri potest, quæ solita est fieri in quibusdam Ecclesijs per antiquiorem, iuxta cap. fin. de consuetud. libro sexto. Rebuff. vbi supra, numero 132. Hugol. de censur. Ecclesiast. tabul. secunda, c. 13. §. 2. nu. 15. in fin. Ex quibus omnibus, quid excommunicatus circa beneficia possit, & quid non possit ex defectu iurisdictionis, manifestum est.

14 Sexto, Excommunicatus notorius Clerici percussor, aut denunciatus, censuras ferre non potest, vnde nec excomunicare, nec suspendere, aut interdicere potest: cum ad has ferendas iurisdictio necessaria sit, qua excommunicatus denunciatus caret. capit. audiuimus, 24. q. 1. glo. in cap. transmissam, in verbo, de talibus, de electio. Panormitan. in c. ad probandum, nu. 14. & 15. de sent. & re iudic. Sicut neque à censuris absoluere potest ob eandem rationem, cum par ius sit ligandi, atque soluendi, argumen. cap. verbum, de pœnitent. distin. prima, & glos. in capit. inferior, in verbo, inferior, distinctio. 21. & in cap. cum inferior, in verbo, ligare, de maior. & obedien. vnde nec parochus sic excommunicatus, in foro pœnitentiæ subditos suos absoluere valet, cum ad Sacramentum hoc validè administrandum, necessaria sit iurisdictio, argum. ca. omnes, de pœnitent. & remissione, & DD. ibi. Sed neque alteri etiam non excommunicato vices suas committere, aut mandare potest: cum etiam delegare iurisdictionis sit, l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudicum.

15 Septimo, Excommunicatus denunciatus, ex defectu iurisdictionis Iudex esse non potest; id quod non solum in iudice ecclesiastico, sed etiam in sæculari procedit, arg. c. decernimus, & ibi DD. de sentent. excommunication. libro 6. & Marian. Soc. in cap. sacris, numero 245. de senten. excommunication. vndè Sententiæ, constitutiones, & leges ab huiusmodi excommunicato factæ nullæ sunt ipso iure, cum ad hæc omnia eius sit iurisdictione; id quod colligitur ex c. ad probandum, & ibi DD. de sentent. & re iudic. & cap. excommunicamus, primo, de hæretic. & cap. aduersus, de immunit. eccles. Panormitan. in c. veritatis, num. 32. & num. 45. de dolo, & contumac. Petr. de Anchar. repet. ca. 2. de constitut. 9. artic. principali, & in capit. 1. num. 4. versic. sed quæro, de exceptio. lib. sexto, & ibidem Geminian. §. si quis, num. 8. ver. in temporalibus, & §. si verò. nu. 6. & Philip. Francus ibidem, Innocent. in ca. exceptionem, de except. in antiq. & ibidem Felin. versi. item in quantum, & c. fin. num. 7. ver. nota etiam, tit. & lib. eod. Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 486. de sentent. excom. Palud. 4. dist. 18. q. 4. ver. tertius effectus. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 9. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. versi. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. ver. decimo quatto. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 1. conclus. 2. ver. item excommunicatus. Hugol. de censu. eccles. tab. 2. c. 11. §. 3.

16 Deinde, nec in iudicis datio, ac delegatio ab eodem facta valet, cum hæc etiam iurisdictionis sint. l. Imperium, ff. de iurisd. omnium iudic. & faciunt quæ tradunt Panor. in c. licet, nu. 4. & seq. de offi. iud. deleg. Philip. Fran. in c. 1. de offic. Vicar. lib. 6. in fin. Nicol. Milis, in repert. in verbo, excommunicatus non potest iurisdictionem delegare. & Marian. Soc. in ca. sacris, nu. 264. de sentent. excommunic. Immo si iudices plures dati sint ad sententiam ferendam, & aliqui eorum excommunicati sint, vel etiam vnus eorum, sententia ab his iudicibus simul cum excommunicatis, aut cum excõicato lata, nulla est. Panor. in cap. ad probandum, num. 21. de sent. & re iudic. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 10. Quod etiam procedit, etiamsi iudices illi delegati dati sint cum hac clausula; *Quod si non omnes, &c.* Etenim si tunc excommunicati à non excommunicatis admittantur, sententia ab eis lata nulla est, arg. c. cum super Abbatia, & ibi Panor. nu. 10. & c. ad probandum, nu. 4. de sent. & re iudic. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 269. ver. fallit quinto. Quia ex quo admittunt excommunicatos, significat se iudicandi potestatem in solidum nõ habere, sed ex parte, arg. c. vno delegatorum, & c. cũm matrimonij, de offic. iud. delega. sententia aũt nõ potest pro parte valere, arg. eorum quæ haben

cap. sacris. num. 493. de sent. excom. qui ait esse communem omnium Doctorum sententiam.

23 De arbitratore vero, an scilicet excommunicatus denunciatus arbitrator esse possit, ita quod arbitramentum per eum probatum teneat, licet DD. inter se dissentiant, & Io. Andr. in regula, dolo. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. post multa concludit, in eum cadere non posse arbitramentum, quod fit per modum laudi, vel sententiæ. & eum secutus Pan. in d. c. Quintaualis, nu. 27. in hanc sententiam etiam inclinat, & pro eadem refert Spec. loco præallegato, & Hostiensem, in cap. veritatis. de dolo, & contumac. & hanc tandem, vt veriorem tenet Marian. Socin. in cap. sacris, num. 454. prope finem, de sent. excom. Mihi tamen verior videtur illa, quæ affirmat publice excommunicatum peccare actum arbitrandi exercendo contra præceptum Ecclesiæ, quo hominum communione priuatur. Arbitramentum tamen, seu sententia ab arbitratore lata valida erit. Quam sententiam expressè defendunt, Bart. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & in l. Pedius. ff. de arbitr. Philip. Franc. in cap. 1. ver. circa tertium, de except. lib. 6. & in cap. dolo. de reg. iur. lib. 6. Hugol. de cens. eccle. tab. 2. cap. 11. §. 6. num. 3. Ratio est: quia arbitramentum censetur quædam transactio, & contractus, seu conuentio quędam, per quam a lite receditur, vt fatetur Panor. in capit. Quintauallis, num. 8. de iureiu. & num. 9. ait, quod arbitrator in eo differt ab arbitro, quod arbiter eligitur vt sit loco iudicis, vnde procedere debet iuris ordine seruato. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. vnde non debet procedere diebus feriatis, sicut nec Iudex, vt l. omnes C. de fer. & l. si de meis, §. fin. & l. si de feriatis. ff. eod. Arbitrator vero assumitur semper super contractu transactionis, aut complendo, quia scilicet fuerat à partibus inchoatus, aut supplendo, & perficiendo, vt quando sumitur super lite, vt transigat inter partes. Vnde arbitrator est quidam compositor, & mediator inter ipsas partes, ideoque sicut contractus ab excommunicato initus valet, eum sit quid facti; quæ autem facti sunt ab excommunicato acta valent, ex Panorm. in capit. veritatis, num. 41. de dolo, & contuma. & communi DD. sententia, ita arbitramentum ab eo factum validum erit.

24 Quod vero arbitrator potestatem cuiusdam facti solum habeat, & non iuris, patet; quia, vt ipsemet Panorm. fatetur, in d. cap. Quintauallis, num. 7. & num. 8. arbitrator est, qui eligitur, vt aliquid æstimet, veluti precium, vel operas, vel partes societatis, vel quid simile, & vt arbitretur, secundum quod sibi videtur sine ordine iudicij. Institut. de emptio. & venditio. §. precium. ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu, præterquam quod arbitramentum a consensu partium vim suam habere cognoscitur; vnde qui arbitratorē fecerint, ipsum pro libito suo reuocare possunt. Sed de Iurisdictione, qua priuatur excommunicatus denunciatus, hæc satis sint.

De alijs effectibus excommunicationis maioris circa actiones ciuiles. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Excommunicatus maiori denunciatus actionibus ciuilibus priuatur,*

2 *Excommunicatus denunciatus, tutor esse non potest, et quare.*

3 *Actor in iudicio excommunicatus denunciatus esse nequit.*

4 *Excommunicatus denunciatus in iudicio agere non potest etiam per procuratorem.*

5 *Accusator in iudicio esse nequit, qui excommunicatus denunciatus est.*

6 *Excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicij contra actorem obijci potest.*

7 *Exceptio excommunicationis solum vim habet in dilatoria, non autem in peremptoria, & quid vtraque sit.*

8 *Exceptio excommunicationis contra actorem, a quouis opponi potest.*

9 *Excommunicationem reus contra actorem non obstante iuramento in contrarium opponere valet.*

10 *Exceptio excommunicationis coram quocunque iudice ordinario, vel delegato opponi potest.*

11 *Exceptio excommunicationis tam in peremptoria, quam in dilatoria sub qua forma opponi debeat.*

12 *Nomen excommunicatoris in exceptione excommunicationis exprimendum est.*

13 *Canon, & Canonis author in oppositione excommunicationis latæ a iure exprimi debent.*

14 *Forma in exceptione excommunicationis opponendę contra actorem adhibenda, quæ.*

15 *Exceptio opposita infra octo dierum spatium a reo probari debet.*

16 *Probatio excommunicationis apertissimis, & claris documentis fieri debet.*

17 *Probatio excommunicationis in alio iudicio.*

18 *Probatio excommunicationis, vel per propriam confessionem rei, vel per exemplum authenticum sententiæ excommunicationis facienda.*

19 *Probatio denunciationis excommunicationis ipsam excommunicationem an, & quando sufficienter probet.*

20 *Exceptione excommunicationis infra octo dierum spatium non probata, Iudex contra reum procedere potest.*

21 *Causa durante an, & quoties recipiatur excommunicationis exceptio.*

22 *Exceptione excommunicationis non obstante, an, & quando facta in iudicio cum actore excommunicato valeant.*

1 Præter effectus, qui circa spiritualium actionum exercitium versantur, quibus iam excommunicatum denunciatum satis in præcedentibus priuatum esse docuimus, sunt etiam effectus annexi, quibus etiam quoad actiones quasdam ciuiles merito priuatur, vt suo ordine in sequentibus ostendemus. quorum

2 Primus est, quod tutor esse non possit, & hoc non solum, quia caret hominum communione, quæ necessaria est ad officium tutoris exercendum: sed etiam, quia tutela, licet vtilitate quid priuatum sit, est tamen authoritate officium publicum, vt habetur in Institut. in princ. vers. nam, & tutelam, de excus. tut. & ibi not. gl. in verbo, publicum, & latius tradunt Panor. in ca. prudentiam, nu. 14. de offic. iudic. delegat. Ang. in cons. 56. Aret. cons. 66. col. 4. Ancar. in c. pia. §. si quis, 2. & ibi Gemin. nu. 8. Philipp. Franc. ibid. versi. circa tertium. de except. lib. 6. Marian. Socin. in capitulo sacris, num. 455. de senten. excommunicationis Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. capi tulo 14. acta vero ab excommunicato denunciato ratione publici officij non valent, & ita si quid alienaret nomine tutelæ, alienatio non valeret, sicut nec alienatio a Prælato excommunicato facta valet. Et ita nec potest esse curator, nec orphanotrophus, nec hospitalarius, nec similia officia exercere, arg. eorum, quæ

not. DD. in c. veritatis, de dolo, & contumac. & in cap. fi. de procur. & in c. aduersus, de immunit. Eccles. Ioan. An. in cap. pia, de excep. lib. 6. & in reg. dolo, de regul. iur. lib. 6. in Mercurial.

3 Secundus est, quod excommunicatus denunciatus repellitur a iudicio, ita vt actor esse non possit. sic cap. intelleximus, & ibi glo. in verbo, conueniri, & ibi Panormit. nu. 1. de iudicijs, & cap. exceptionem, & ibi glos. in verbo condemnandus, de except. in antiq. & facit capit. excommunicamus, 1. §. credentes, de hæret. & est communis doctrina. Rota decis. 7. n. 2. de except. in nouiss. Marian. Socin. in c. sacris, nu. 283. de sent. excom. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 18. Nau. in Manuali, cap. 25. nu. 24. & cap. 27. nu. 21. vers. decimoquinto. Gab. 4. dist. 18. q. 2. ar. 3. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 15. & colligitur ex capit. pia. de except. lib. 6. vbi Innoc. IIII. id docet, & rationem assignat: *vt ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, communione periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & ex communicati dum à communibus actibus excluduntur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur.* Hactenus Pontifex. Id quod locum habet non solum in iudicio Ecclesiastico, sed etiam sęculari, ex glo. in d. cap. pia, in verbo, ecclesiasticis, & in verbo opponat, de except. lib. 6. & Iudex sęcularis talem excommunicatum actorem non repellens ad id cogendus est à iudice Ecclesiastico, cap. decernimus, & ibi DD. de sent. excomm. lib. 6. cum versando sic cum alijs peccet: sęcularis autem Iudex non obediens, & monitus non repellens, non solum peccat conuersando in iudicio cum actore excommunicato, sed etiam ad id pęnis Ecclesiasticis compelli potest, & debet, vt Philip. Fran. Anchar. Gemin. & Steph. Costa, nu. 2. & nu. 3. de sent. excom. lib. 6. in d. cap. decernimus, annotarunt. Habet enim ius canonicum potestatem dispensandi circa ordinatiua litis in foro laicorum, quando ex obseruantia eorum induceretur peccatum, vt in hoc euentu contingit; est enim peccatum communicare excommunicatis, arg. cap. sacris, de ijs quæ vi, met. cau. fiunt. & c. si celebrat, de cler. excō. ministr. & facit c. sicut Apostoli, cū tribus seqq. q. 11. q. 3. & l. pupilla. per Bart. & Bald. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Et faciet iudex hanc repulsionem de actore excommunicato publicè etiam nemine opponente, vel compellente, vt in ca. exceptionem, in fine, de exception.

4 Sed neque potest agere in iudicio per procuratorem, ex Marian. Soc. in d. c. sacris, nu. 327. de sent. excom. excommunicato enim non tam modus, quam actus agendi prohibitus est, & ideo nec per procuratorem agere potest. Et quod diximus, procedit, etiamsi actor talis offerat se probaturum se excommunicatum non esse, eo quod vel excommunicatus sit post legitimam appellationem; vel quod sententia errorem intolerabilem contineat, interim enim, dum nullitatis sententia cognoscitur, vt actor in iudicio euitandus est, vt colligitur ex c. solet, §. in secunda, & ibi glo. in verbo, vt actor, & verbo, extra iudicium & Gemin. Philipp. Franc. & Anchar. ver. nono. Steph. Costa, nu. 30. de sent. excom. lib. 6. quod à fortiori procedet, si offerat se probaturum iniustè excommunicatum esse, neque enim tunc ante absolutionem audietur, arg. c. cum contingat, & Panorm. ibi, de offic. iudic. deleg. & c. per tuas, & ibi Panorm. nu. 3. Felin. de sent. & excom. & gl. fin. in c. significauit, & ibi Panor. in fine, de offic. iudic. ordin. & idem Panorm. in ca. fin. nu. 5. de except. Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. quæstio. 23.

5 Preterea, sicut excommunicatus denunciatus actor esse non potest, ita neque accusator in iudicio esse permittitur, cap. 2. de except. & ibi Innoc. & Panor. nu. 4. & Felin. nu. 13. & c. oēs. 3. q. 4. & ca. diffinimus. 4. q. 1. gl. in ca. pagani, & in ca. seq. 2. q. 7. Panorm. in c. intelleximus, nu. 2. de iudic. Felin. in c. nulli episcoporum, nu. 6. vers. quarto limita, de accusat. Marian. Soc. senior, in ca. sacris, nu. 289. de sent. excom. Et faciunt notata in ca. exceptionem, de excep. & c. à nobis, ut. eod. & c. pia, tit. eod. lib. 6. Rich. 4. d. 18. art. 7. q. 1. Sotus, 4. d. 22. q. 1. art. 4. cōcl. 2. ver. item excommunicatus. S. Anton. 3. parte, tit. 24. cap. 76. versic. vndecimo. Tabiena, verbo, excom. 1. versic. decimoquarto. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 4. Hugol. de censur. eccles. tabul. 2. c. 15. §. 4. Et hoc procedit, etiamsi propriam iniuriam prosequatur, ex glo. in cap. omnibus, 4. q. 6. & eadem gl. in c. 1. in verbo, alio, in fine, & Anchar. ibi, de rescript. lib. 6. & citat c. intelleximus, de iudic. Panor. in cap. a nobis, num. 4. Felin. nu. 9. de except. & idem Panorm. in cap. cum inter. num. 29. tit. eod. vbi ait idem sensisse Federic. cons. 114. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 289. de sent. excom. Hugolin. vbi supra; & facit d. c. intelleximus. vbi excommunicatus vniuersaliter excluditur à iudicio, vt sit actor, & ideo, vt accusator, cum accusare sit agere. Procedit etiam, licet sic excōicatus alterum excōmunicatum accusare vellet, glos. & Innoc. in c. à nobis, & Panor. ibi, num. 8. & 9. & Fel. nu. 13. de except. Bar. in l. seruos, ff. de accusat. addit. ad Panor. in d. ca. à nobis, nu. quarto in litera C. Hugolin. vbi suprà. Ratio est: quia vt habetur in ca. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. & c. pia, de except. lib. 6. actor esse prohibetur in iudicio, accusando autem agit. Et quamuis Carer. in tract. de hæret. nu. 107. quem refert, & sequitur Hugol. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 4. nu. 2. in fine, hoc etiam procedere putat, vt non posset accusare hæreticum, & hoc ob cōmunionis periculum. Alij tamen, vt Rich. quarto, distin. 18. art. 7. q. 1. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. titul. 9. quæst. 23. volunt. admitti posse ad accusandum crimen hæresis, cuius tanta est labes, quod ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi, & infames aduersus quemlibet admittuntur, 2. q. 7. cap. præsumunt, vers. huic oppositioni, & facit ad hoc cap. præsidentes, de hæret. lib. 6. & c. in fidei fauorem, titu. eod. quæ opinio mihi placet, cum hoc totum redundet in fauorem fidei, & maiorem criminis huius detestationem, & Hugolinus sibi contrarius, tab. 2. cap. 17. num. 2.

6 Illud etiam obseruandum est, quod exceptio excommunicationis in quacunque parte Iudicij contra actorem obijci potest, vt habetur in ca. exceptionem, & ibi glo. in verbo, qui si eam omiseris, & Panorm. nume. 1. & 22. & Felin. nu. 13. de excep. & cap. pia, de excep. lib. 6. & clem. vnica. ti. eod. & ibi Anch. nu. 3. & Zabar. nu. 1. vers. tertio quæro. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 435. de sent. excom. & Summa Astensis, 2. part. lib. 7. tit. 9. q. 18. Hugol. de cens. Eccles. tab. 2. cap. 15. §. 6. nu. 1. & ita opponi potest vel ante sententiā, vel in ipsa sententia, & etiam post sententiam, ita vt tunc impediat sententiæ executionem ex capit. pia, de excep. lib. 6. Panor. in capit. exceptionem, nu. 12. 19. & 20. de excep. Marian. Soc. vbi supra; Vnde Specul. in titu. de except. §. 2. ver. sed nunquid hanc exceptionem vocat anomalam, quia non sequitur materiam, seu regulam aliarum declaratoriarum, seu dilatoriarū, secundum ea, quæ traduntur in c. pastoralis, de except. & cap. inter monasterium, de sent. & re iudic. cuius rei rationem assignat Pontifex, in d. cap. pia: *Ut sic censura Ecclesiastica magis timeatur, communionis periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore perfusi facilius resipiscant.*

7 Hoc autem, quod dixi, exceptionem excommunicationis in qualibet parte iudicij opponi posse, solum habet locum, quādo opponeretur in vim dilatoriæ, non autem in vim peremptoriæ, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit. & ibi Philip. Franc. in initio, ver. aliquando. Anch. nume. 3. versic. nota argumentum, de except. lib. 6. Felin. in cap. exceptione, nu. 13. & Panorm. nu. 22. de except. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 435. de sent. excom. Summa Astensis 2. par. lib. 7. titu. 9. q. 18. & glos. in clemen. vnica, & Anchar. vers. secundo not. de excep. quia peremptoria

ria

ria exceptio litem non differt, sed tollit. §. appellantur autem exceptiones. Institut. de except. Dilatoriè verò dicitur exceptio opponi ad effectum differendæ intentionis agentis, vel proptec ipsius agentis excommunicationem, vel iudicis, aut procuratoris. Peremptoriè verò opponi dicitur, quando opponitur ad perimendam electionem, vel alium similem actum, propter excommunicationem eligentium, vel electi, vel alterius excommunicati, qui talem actum celebrasset, vt tradit gl. 2. in cle. 1. de excep. vt v. g. electus est quis ad aliquam ecclesiam, & ei obijcitur electionem non valere ob excommunicationem ipsius electi, vel eligentium, tempore electionis.

8 Hæc autem exceptio excommunicationis contra actorem, non solum à reo, vt habetur in cap. a nobis, & c. exceptionem. de excep. & c. pia. de except. libro 6. & DD. ibi, sed etiam à quouis alio siue masculo, siue femina opponi potest, arg. d. c. pia, & glo. ibi, in verbo, si quis. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 427. de sent. excomm. Vnde etiam & notarius, aut aduocatus excipere potest, quando iudex, aut pars non exciperet. Quod idem dicendum videtur de omnibus personis, quæ necessario interueniunt in iudicio, propter interesse periculi communionis. Et facit ea. cum parati. de appell. & ibi Panorm. nume. 2. & Decius nu. 2. & idem Decius in cap. intelleximus, num. 20. Felin. nu. 13. de iudic. Hugolin. vbi supra, tab. 2. cap. 15. §. 7. nu. 5. Marian. Socin. in cap. sacris, nume. 431. de sent. excom. Quia tenetur quis impedire peccatum mortale, cum possit; quod hic contingeret, si alij exceptionem a iudice, aut reo prætermissam contra actorem excommunicatum denunciatum non obijcerent: peccatum enim mortale committeretur communicando in iudicio cum taliter excommunicato. Tenetur autem vnusquisque sub peccato mortali peccatum mortale alterius impedire, cum possit, arg. cap. qui alios, & ibi gl. in verbo, non reuocat. de hæret. & c. error. d. 83. & cap. negligere. 2. quęst. 7. & alia in glossis eorum citata. & Nauar. in Man. cap. 14. num. 27. versic. quadragesimosexto. qui id limitat, & bene solum procedere in eo, qui sine verecundia, incommodo, & dedecore id impedire potest. & gloss. in d. cap. error, in verbo, cum possit, non solum hoc ait verum esse in Prælato, sed etiam in quolibet alio, citans ad hoc etiam Hugonem. Et quidem iudex ex officio talem actorem repellere debet, vt colligitur ex cap. exceptionem. de except. & c. pia. tit. eod. lib. 6. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 337. ver. quęro vigesimo sexto, & nu. 441. vers. quarta declaratio, de sent. excom. & hoc propter periculum animæ in communicando cum excommunicato, secundum Hostien. in cap. cum à nobis, de elect. ad fin. & cap. exceptionem, de except. & sequitur Io. And. in d. cap. pia. Et sicut reus potest per exceptionem suam actorem repellere in qualibet parte litis; ita etiam potest Iudex ex officio, adeo quod etiam post sententiam potest excommunicatum repellere ab executione, si illam petat, vt tenent glos. fin. Io. Monach. Ioan. Andr. & DD. in cap. pia. de except. libro 6. cap. cum inter, vbi Panorm. num. 50. & cap. significauit nobis. & ibi glo. in verbo, defensio. & Panor. num. 17. & nu. 18. de except. Marian. Soc. locis proximè allegatis.

9 Item reus in qualibet parte, vt dixi, litis excommunicationem contra actorem obijcere potest, & hoc, etiam si ipsemet reus iurasset non opponere aliquam exceptionem dilatoriam, quia non obstante iuramento potest illam opponere absque periurij pœna, dummodo actor fuerit excommunicatus notorius, aut denunciatus, ex Ioan. Andr. in d. cap. pia. in nouella, vbi ait ita disputando tenuisse Ioannem de Monte Murlo. & idem tenet ibi Gemin. §. 1. nume. 11. versi. quid si reus. Felin. in cap. exceptionem, num. 13. de except. Marian. Socin. in cap. sacris. nu. 429. de sent. excom. Hugol. dict. cap. 15. §. 7. nu. 1. Ratio est: quia necessitas excommunicationis vitandæ, quam non obijciendo incurrit, excusat à periurio, arg. c. querelam. de iureiur. & c. significâte. de pignor. Io. And. vbi supra. & allegat quod not. in simili, in clem. 1. in glo. penult. de except. Ad quod etiam allegat, quod not. in c. 1. de iureiur. lib. 6. vbi etiam iuramentum scienter præstitum super re illicita, non astringit iurantem. & facit regula, non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

10 Hæc etiam excommunicationis exceptio opponi potest coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, Ecclesiastico, vel sæculari, ex glo. in cap. pia, in verbo, opponit, & ibi Ioan. Monac. & Archid. de except. lib. 6. Maria. Socin. in cap. sacris, num. 434. de sent. excom. Steph. Costa, in cap. decernimus, num. 2. & 3. de sentent. excommunica. lib. 6.

11 Circa modum autem, & formam opponendi excommunicationem, si opponatur in vim peremptoriæ, sufficit opponere simpliciter de excommunicatione, licet non exprimatur species, aut nomen excommunicatoris, cum hoc nullibi cautum reperiatur, vt ait Marian. Soc. in cap. sacris, num. 4:6. de sent. excom. & citat pro hac sententia Innoc. Pet. & Abbat. nam c. pia. de excep. lib. 6. loquitur, quando opponitur in vim dilatoriæ, non peremptoriæ, vt patet, quia in vim peremptoriæ non posset opponi in qualibet parte litis, & iudicij, vt colligitur ex cap. 1. de lit. contest. lib. 6. & nos sup. docuimus. Quando autem talis excommunicatio maior opponitur in vim dilatoriæ, debet opponens ipsius excommunicationis speciem, & nomen excommunicatoris exprimere, vt Innocentius IIII. in c. pia, de except. lib. 6. statuit. Et quamuis Hugol. in d. c. pia. & Aegidius velint per (*Speciem*) intelligi causam, scilicet excommunicationis, ita, vt reus admitti non debeat ad opponendum, nisi exprimat causam, vt per expressionem causæ appareat, an pro illa, vel pro alia causa excommunicatus sit, arg. cap. prudentiam. §. 6. de offic. iudic. delegati. & an ab homine, vel à canone. & vtrum maiori, vel minori sententia sit ligatus. Et Aegidius, ait, hanc fuisse mentem conditoris dictæ constitutionis, pia, de excep. lib. 6. dicens se hoc habuisse à quodam Fratre Iacobo Episcopo Bononiensi, qui fuit Cancellarius Innocentij IIII. Alij tamen omnes, vt gl. in d. cap. pia. in verbo, speciem, de except. libro sexto. Specul. in titu. de except. §. viso, verbo, sed quando excommunicatio. Bern. Host. Goffred. & etiam Ioan. And. in d. cap. pia. Marian. in c. sacris, nu. 436. de sent. excom. Summa Astensis, 2. p. lib. 7. tit. 9. quæst. 20. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. ca. 15. §. 8. numero.... verius docent, per *Speciem*, intelligi ipsius excommunicationis speciem; & ratio est: quia cum duæ sint excommunicationis species, excommunicatio maior, & minor, & quælibet diuersos producat effectus, minor enim non repellit à communione hominum, sed solum a receptione Sacramentorum, maior autem & Sacramentorum perceptione, & administratione, necnon consortio hominum priuat; ne rei facile iudicium subterfugerent, ac litem prorogarent, quo minus condemnarentur, & excommunicationem simpliciter opponendo minorem nonnunquam obiecisse postea conuincerentur, meritò ne excipiens cum alterius iactura vagetur, vt in cap. 2. de rescrip. lib. 6. statuit, vt excommunicationis species in exceptione nominarentur; quo casu, si minor sit, non admittetur exceptio, sed iudicium iudex prosequetur; secus autem, si maior excommunicatio opponatur, vnde vt rectè Ioan. Andr. in d. cap. pia, docet, falsum est posse actorem per causæ expressionem scire, an maiori, vel minori excommunicatione ligatus sit; quia fieri potest, quod iudex minorem excommunicationem inflixerit ex causa, quæ merebatur maiorem, vt de se patet, vnde exprimi debet species excommunicationis, non causa, vt videatur, an excommunicatio maior, vel minor sit, quæ opponitur: quia per talem expressionem facile constabit, an exceptio admittenda sit.

12 Nomen etiam excommunicatoris (siue proprium, siue appellatiuum, vel saltem nomen dignitatis) exprimi debet ab excipiente in ipsa exceptione, ex gloss. in capit.

pia, in verbo, nomen. de except. libro sexto. Marian. Socin. in capit. sacris. numero 437. de sent. excommun. Summa Astensis, 2. par. libro septimo, tit. 9. quæst. 2. Hugol. loco proximè allegato. quia in isto crimine non debet vagari, argumē. ff. de dolo, l. sed ex dolo, in fine, ff. de except. dol. l. apud Cellum, §. penult. Ideo autem nomen exprimi debet, vt sciatur, an sit ordinarius, vel delegatus, quia si sit delegatus non staretur excommunicationi ipsius, nisi ostē deret de delegatione iurisdictionis, vt in cap. cum in iure, de offic. iudi. deleg. quamuis si ordinarius fuerit, hoc non requiratur.

13 Eodemque modo, si obijciatur excommunicatio lata à iure, seu canone, canon, & canonis author, aut nomine proprio, vel competentibus indicijs, quæ nomini proprio æquipollent, exprimi debet, ne sit locus vagationi, & vt omnis incertitudo tollatur: cum per simplicem canonis expressionem, qui nam ille canon sit, ignoretur; quod verum est, nisi excommunicatio talis opponatur, quæ omnibus nota est, qualis illa est de percussione clerici; tunc enim satis erit actorem ob clerici percussionem excommunicatum esse docere, quamuis canonis nomen, nimirum, capitulo, si quis suadente diabolo, 17. quæstio. 4. taceatur, cum hic canon omnibus notissimus sit. Debet igitur excipiens excommunicationem opponendo, exprimere actorem, aut iudicem excommunicatum esse maiori excommunicatione, quod violauerit canonem latum à Clemente VIII. qui incip. Aut statutum latum ab Episcopo Neapolitano, sub tali titulo, & in tali capit. incip. &c. & quamuis author semper nominandus non sit, canon tamen semper nominandus est, nisi ex causæ expressione, vt diximus, in canonis notitiam perueniatur, vt latius tradunt Specul. in tit. de except. §. visis, vers. sic. sed quoniam excommunicationis. Hostiensis, Petr. & Archid. in capit. pia. & Ioan. Andr. Gemin. in dicto capitulo pia, §. si quis, versic. quid si opponatur. Marian. Socin. in capit. sacris, numero 437. de sentent. excommunic. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 2. capitulo 15. §. 8. in fine. vbi ait iudicem curare debere, vt excipiens & speciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris exprimat, vbi viderit eum hæc ignorantia omisisse, secundum ea, quæ tradit Panorm. in cap. solitæ, per eum canonem. numero secundo, de r. stit. spoliat. quem sequitur Felin. in capit. prudentiam §. sexto, in fine, de offic. iudic. delegati.

14 Exceptio autem excommunicationis opponendæ contra actorem potest sic formari, vt Specul. in dicto versic. Sed quoniam, annotauit. *Coram vobis Domino P. Ordinario, &c. vel, qui vos Domini Papæ asseritis Legatum. Ego Ioan. citatus ad petitionem Capituli in tali causa dico, quod ad ipsius petitionem non potestis procedere, quia ipse Andreas &c. est excommunicatus maiori excommunicatione per talem iudicem ordinarium, vel legatum, vel authoritate canonis*, exprimendo nomen canonis, secundum quod dictum est. Quando autem exceptio excommunicationis opponeretur contra iudicem, potest sic formari libellus. *Coram vobis Domino P. ordinario, vel delegato &c. propono ego Thom. citatus ad petitionem Capituli, quod coram vobis non teneor respondere, quia vos estis excommunicatus excommunicatione maiori per talem iudicem, vel vigore talis canonis, & ideo non potestis iurisdictionem exercere.* Prædicta verò forma non solum seruari debet coram iudice Ecclesiastico, si coram eo agatur; sed etiam si agitur coram iudice sæculari, vt not. glo. in cap. pia, in verbo, ecclesiasticis, de except. lib. 6. & glo. ibidem, in verbo, opponit, dum dicit, quod habet locum, coram quocunque iudice opponatur, ordinario, vel delegato, vel sæculari. Marian. Soc. in cap. sacris num. 438. de sent. excom. & est communis DD. opinio in d. cap. pia.

15 Exceptio autem hæc, quam reus actori opponit, ab ipsomet reo infra octo dierum spatium, dic, in quo proponitur minimè computato, probari debet, ex capit. pia, & ibi gl. in verbo, octo dierum, de except. lib. 6. Marian. Soc. in cap. sacris num. 440. de sent. excom. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 20. Hugol. de censu. eccles. tab. 2. capit. 15. §. 9. qui dies currere incipit ipso iure absque alia iudicis assignatione, statim ac ab ipso iudice admissa fuerit exceptio, ex Hostiens. in d. ca. pia. & Specul. in titu. de dilatio. §. 1. vers. sed nunquid. & ibi Ioan. Andr. in addit. qui ait dies etiam feriatos in ista dilatione computari, per l. siue pars. C. de dilat. & ff. de fer. in l. 1. Marian. Socin. in d. c. sacris, nu. 443. de sent. excom. quod tēpus ad probandum à iudice prorogari non potest, vt not. gloss. in d. cap. pia, in verbo, octo dierum, cum hoc priuilegium actoris sit, quod nisi reus infra octo dies obiectam excommunicationem probauerit, ad expensas actori condemnetur: quod priuilegium iudex actori auferre non debet, aut potest, arg. c. indultum. de reg. iur. li. 6. & c. de his, dist. 28. & idem docent Ioan. Andr. in d. ca. pia, & Zenzel. ibidē, & idem Ioan. Andr. in c. soliet, & ibi Bern. de sent. excom. lib. 6. Marian. Soc. in d. c. sacris. num. 446. Quando tamē reus aliqua iusta de causa post obiectam exceptionem impeditus est, quo minus infra dictum octo dierum spatium eam probare possit, scilicet, quia vel iudex ius non dicit, aut reus graui morbo impeditur, aut dolo aliquo actoris retardatur, aut alia iusta de causa, potest tempus hoc à iudice prorogari, vt Innoc. Archid. Ioan. Andr. & Philippus Franc. in cap. pia, de except. lib. 6. annotarunt. Ratio autem, quare ita arctetur terminus iste, est ex gloss. in d. cap. pia, in verbo, octo dierum: quia exceptio hæc frequenter malitiose opponitur, & est odiosa, & ideo restringenda potius, quam relaxanda, vt in reg. odia. de regul. iur. libro 6. Vnde, si reus non habet probationes in promptu, tacere debet, cap. plerique, 2. q. 7. vel expectare, donec probare possit, cum, vt dictum est, illam in qualibet iudicij parte opponere possit.

16 Probatio autem hæc apertissimis documentis, seu probationibus indubitans, & claris fieri debet, ex d. c. pia. & ibi gl. in verbo, apertissimis, de except. lib. 6. & facit l. sciāt, C. de probat. vnde probari potest aut per confessionem ipsius actoris, si enim confiteretur se excommunicatum, aut clericum iniuriosè v.g. percussisse, probatio hæc sufficiens erit ad repellendum eum ab agendo; arg. l. vnicæ, C. de confess. & ca. fi. iuncta glo. titu. eod. Probari etiam potest per testes, qui præsentes erant, quando excommunicationis sententia in eum lata fuit, ex glo. in d. cap. pia, in verbo, documentis, & ibi Franc. Anchar. & Gem. de except. lib. 6. Marian. Soc. in c. de monialibus. num. 3. de sent. excommun. & in c. sacris nu. 446. sent. eo. Non tamen sufficit vnus testis: nec iuramentum reo deferendum est, nec si deferatur, sufficit, etiamsi adsit vnus testis, cum hæc non faciat plenam probationem; sicut nec sufficeret vnus testis cum fama, vt tradunt Archid. in cap. si testis, in verbo, item sæpe. 4. q. Anton. in ca. veniens, 1. colum. vlt. de testib. Decius in c. t. de postul. prælat. nu. 27. Spec. tit. de notorio crimine. §. fama, vers. quid si agenti. Felin. in Rubr. de probat. num. 4. & in ca. veniens, t. nu. 13. ver. & amplia istam conclusionem. de testib. Io. Andr. Domin. & Gem. in d. c. pia, vers. si quis, num. 14. de except. lib. 6. Marian. Socin. in c. sacris, nu. 447. de sent. excom. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 1. de sent. exc. lib. 6. Hug. de cens. eccles. tab. 2. cap. 15. §. 10. no.... multoque minus sufficiens probatio erit sola fama, vt actor à iudice repelli possit, vt probat Couar. in d. ca. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 5. ver. hæc profectò, de sent. exc. lib. 6. etiamsi publica sit. & tex. optimus pro hoc est, vt ait Couar. c. illud. de cler. excom. minist. & Fel. in c. cum contingat, col. 3. de rescr. & in c. cum desideres, de sent. excom. col. 1. Ant. in ca. veniens, 1. col. vlt. de testib. Dec. in c. 1. de appell. col. pen. & c. pia, de except. lib. 6. & Marian. Soc. in c. sacris, nu. 447. de sent. exc. Hugol. vbi supra, §. 10. nu. 11. & cōiter DD. in cap. prudentiam, §. sexto, de offic. deleg. Quorum omniū rō est: quia in c. pia, de except. lib. 6. expresse requiritur

tur, ad hoc, vt actor repellatur exceptione excommunicationis, quod talis exceptio probetur apertissimis documentis. Licet ergo sola fama de excommunicato sufficiat, ad hoc vt infamatus vitetur, quod significatur i d.c. illud, de Cler. excom. ministr. & in cap. cum desideres, de sent. excomm. & communiori sententia Doctorum approbatur, cum sic non agatur de graui præiudicio, vt notat Couar. in d.c. alma mater. 1. par. §. 1. num. 5. vers. hęc profecto. de sent. excom. lib. 6. & prius docuit Marian. Socin. in c. sacris. num. 447. de sentent. excomm. in antiq. ad effectum tamen repellendi aliquem a iudicio, cum hoc in graue præiudicium illius cedat, non sufficit probatio per famam cum vno teste, arg. eorum quæ tradit Din. in l. excusantur, §. 1. ff. de excus. tut. & Cin. in l. fi. C. de quęst. vbi tenet, quod fama cum vno teste non probet in criminalibus, quia in illis exiguntur probationes luce clariores, vt in l. fi. C. de procur. quod etiam satis constat ex ca. pia. de except. lib. 6. vbi requiritur, quod talis exceptio documentis apertissimis probetur.

17 Neque etiam probatio excommunicationis facta in vno iudicio sufficit ad repellendum aliquem in alio iudicio, si de nouo agatur, ex glo. in ca. cum dilectus. in verbo, restitutio facienda, de ordine cognitionum, quatenus ait, virtute probatæ exceptionis de excommunicatione non repellendum quempiam esse a testimonio, vel electione, nisi excommunicatio probetur. & clarè Innocent. ibi, num. 8. ait non probari excommunicationem in vna causa, etiam si per probationes, & per sententiam alibi à iudicio ob excommunicationem exclusus appareat; quia ad hoc, vt exceptio rei iudicatæ in vno iudicio, in alio obstet, necessario requiritur, vt eadem res, eadem causa, & eædem personæ sint, alioquin non obstat, arg. l. cum quæritur. ff. de except. rei iudic. quæ in casu nostro non adsunt. Et idem sentire videtur Panorm. in d. ca. cum dilectus, num. 43. & Archid. vt ipse refert, & Zabar. in Cle. vnica, nu. 13. de except. Idem aperte testatur, & hanc amplexus est Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. c. 15. §. 10. nu. 10. & fauet Marian. Soc. in cap. sacris. nu. 449. de sentent. excomm. quia vt exceptio prosit reo, probari debet apertissimis documentis. At verò acta in vno iudicio non probant res alterius iudicij inter alias personas, & alijs de causis, vt constat; & facile reus veniret ad excipiendum, si ob res gestas in vno iudicio, liceret excipere in alio iudicio, & ita lites nunquam, aut tardè, & non nisi maximis sumptibus terminarentur. Neque enim exinde timendum est periculum communionis, vt putauit Hostien. qui contrarium sentit, testibus Panorm. & Marian. Socin. vbi supra. Quia si notorius, aut denunciatus sit actor, facile reus exceptionem probare poterit, & iudex ex officio eum excludere debet; sin vero neq; notorius, neque denunciatus sit, nullum tunc in communicando cum illo periculum, aut peccatum est, cum nec iure veteri teneatur quispiam publicè vitare eum, quem excommunicatum esse probare non possit, c. cum non ab homine. de sent. excom. nec nouo, vt ex extrauag. ad euitanda scandala. constat.

18 Probari igitur poterit excommunicatio actoris vel per propriam eius confessionem, vt diximus; vel per exemplum authenticum sententiæ excommunicationis, ex glo. in ca. pia. in verbo, documentis, de except. lib. 6. & in cap. prudentiam, in verbo, quolibet, de off. deleg. Marian. Soc. in cap. de monialibus, nu. 3. de sent. excom. Roman. consil. 349. vbi ait, excommunicationem latam ab homine, probari exemplo, & instrumento authentico, cum sigillo excommunicatoris signato, & manu propria duorum testium, vel publici scribæ subscripto. Excommunicationem vero iuris probari per instrumentum, & sententiam, quæ factum contineat, quamobrem in excommunicationem inciderit, vt latius tradunt Panorm. in c. post cessionem, nu. 6. & ibi Felin. num. 11. & nu. 17. Marian. Socin. in d.c. de monialibus, nu. 3. de sent. excom. & Hostiens. in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. vbi supra, num. 7. & & seq. cuius excommunicationis, & sententiæ exemplũ (cum ius contineat, quod ad omnes pertinet) poterit reus ab excommunicatore, & sententiam ferente petere, illudque ei iudex reddere tenetur, ex Panorm. in cap. 1. num. 24. & ibi Felin. num. 33. vers. limita 8. & Decio, num. 61. de probat. vbi Panormit. citat. & sequitur Bart. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci, Roma. consi. 24. Bald. in l. præcipimus. §. in his. C. de appll. in l. 2. colum. 2. C. vt lite pend. Alex. consi. 85. in volum. 1. Bart. in cons. 66. incip. Decreuit. And. Sicul. in consi. 47. colum. 1. in 1. volum. Anchar. in clemen. 1. num. 6. §. 1. vers. secundo principaliter quæro. de vsur. Qui omnes docent, per huiusmodi literas excommunicationis in debita forma factas, vt diximus, excommunicationem omnino probari, non solum ad dilationem litis, & actoris exclusionem, sed etiam ad electionem, & beneficij collationem annullandam. De qua re late Panormit. in cap. post cessionem. num. 5. & seq. de probat.

19 Sic etiam, quicquid contrarium nonnulli, vt gloss. in cap. pia, in ver. nomen, de except. lib. 6. & in cap. licet, in verbo, nunciati, de sent. excom. lib. 6. & Rota decis. 412. quæ incipit: Item si petat, existiment; alij tamen verius docent, ex sola probatione denunciationis excommunicationis ipsam excommunicationem sufficienter probari, vt in vim dilatoriæ actor à iudicio repellatur. Sic Hostiens. in c. prudentiam, de offic. deleg. & Archid. & Ioan. Andr. in nouella, in d.c. pia, de except. lib. 6. & in d. capit. licet, de sent. excom. lib. 6. Panorm. in capit. prudentiam, §. sexto, num. 11. de offic. iud. delega. & ibi Decius, vbi ait hanc esse communem. & Ioan. Imola, in d.c. licet, dicens, quod credendum est suo ordinario denuncianti, nisi aliud appareat, 11. quæst. 3. cap. curiæ, & c. post cessionem, de probat. Gemin. etiam id fatetur verum, quando opponitur exceptio excommunicationis in vim dilatoriæ, vt quando opponitur ad repellendum aliquem à iudicio; licet secus, quando opponitur in vim peremptoriæ ad infringendum aliquem actum gestum per excommunicatum, vt si dico, quod rescriptum est impetratum per excommunicatum, capitulo 1. de rescript. lib. 6. vel quod electio sit facta de excommunicato, capitulo cum dilectus. de consuetud. & hanc distinctionem etiam admittunt Panorm. vbi supra, & Rota, decis. 8. & decis. 252. & decis. 400. Dom. in capitulo 1. §. 1. de except. libro 6. Philip. Franc. in d. cap. licet, de sent. excom. libro 6. & in capitulo peruenit, 1. colum. 2. de appellat. Roman. consil. 349. incip. Dum quæritur. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 3. num. 1. de sent. excom. lib. 6. Rebuff. repet. in cap. postulastis, nu. 76. de Cler. excom. ministr. Cosmas in pragmat. sanctione, tit. de excom. non vitand. in verbo, denunciata. Marian. Socin. in ca. de monialibus, numero 5. de sent. excom. Steph. Costa, in cap. licet, numero 18. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capitulo 21. §. 2. numero 12. Et certè, quicquid sit de hac distinctione, ego in hac re dicerem, quod licet denunciatio non concludat necessario aliquem verè excommunicatum esse, (nam fieri potest aliquem iniustè denunciari non præmissa excommunicatione) quia tamen id rarissimè contingit, ideo denunciatione probata, præsumitur excommunicationem præcessisse; & ideo transfert onus probandi in eum, qui negat excommunicationem, vt ait Marian. Socin. vbi supra, in capitulo de Monialibus, numero 8. quia vt ait Panorm. in d. capitulo prudentiam, §. sexto, numero 11. de offic. iud. deleg. præsumitur pro his quæ notorie acta sunt, & pro iudice exercente officium suum, vt in capitulo in præsentia, de renunciat. & in capitulo ad audientiam, de præscript. Et indubitanter dicerem, sic denunciatum pro excommunicato habendum, siue exceptio in vim dilatoriæ, aut peremptoriæ, proponatur, siue de modico, aut magno præiudicio agatur, & proinde vitandum, donec contrarium ab eo probetur;

vt

vt colligi potest tum ex cap. licet, de sentent. excom. lib. 6. vbi Bonifacius VIII. denunciatum, & *in iudicialibus, & extraiudicialibus, & legitimis actibus vitandum esse* statuit *quousque se excommunicatum non esse probet*, tum ex Concil. Constantiensi in Extrauag. Ad euitanda scandala. vbi ideo statutum esse constat; id quod etiam experientia manifestum est. Quotidie namque vitari eum videmus, quem denunciatum fuisse constat, licet de excommunicatione vere non constiterit alia probatione, quam ipsius denunciationis præsumptione.

20 Ceterum, si infra spatium octo dierum exceptionem ex communicationis reus non probauerit, iudex ex tunc contra reum in causa procedere, & ipsum in expensis condemnabit, quas actor ob hoc, id est ob exceptionem diebus illis, quibus eam reus probare conatur, se fecisse præmisso iuramento docuerit, vt habetur in cap. pia, de except. lib. 6. & DD. & glos. ibi, in verbo, taxatione. Panorm. in cap. vlt. numero 3. de ijs, quæ vi, met. cau. fiunt. Summa Altensis, 2. parte, lib. 7. tit. 9. q. 20. Marian. Socin. in cap. sacris, numero 451. de sentent. excommun. Quas expensas reus soluere tenetur, etiamsi iudex ad ipsas soluendas eum non condemnauerit; poterit enim actor eas petere, & iudex eum postea ad eas soluendas ex officio compellet. Archid. in d. cap. pia, & Spec. tit. de exceptio. vers. sed quid si iudex, & tit. de expens. §. postremo. vers. illud. Fauet Hostien. in cap. sæpe, de appellat. Anchar. in d. c. pia, §. si quis igitur, vers. sed quid si iudex, & ibi Gemin. nu. 5. Marian. Socin. in cap. sacris, num. 451. vers. sed circa prædicta. de sent. excommun. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 2. cap. 25. §. 11. num. 1. qui etiam cum Mariano Socino, vbi supra, versicu. tertio quæro & Anchar. vbi supra, versic. quid si iste in secunda vice, & Gemin. cit. nu. 6. & ibi Philip. Franc. in d. cap. pia, affirmat, ad expensas istas soluendas reum teneri, & condemnari posse, & debere, quando in prima oppositione dictam excommunicationem non probauerit, etiamsi in secunda exceptione illam probauerit, nec expensas, quas ex defectu probationis soluerat in prima vice, ob probationem secunda vice recuperare poterit, argum. l. properandum, §. & si quidem. C. de iudic. & idem docet Ioan. Andr. in d. cap. pia, in nouella. Ad quod allegari potest Spec. in titu. de arbitr. §. sequitur. vers. sic. sed pone actum est. vbi dicit, quod si pronunciatum est Titiũ dare debere decem Sempronio sub certa pœna, quæ non dedit, & sic in pœnam incidit, licet postea per pronunciationem mandetur contrarium, quod nihilominus poterit pœna peti; Imò vero, licet reus exceptionem probauerit, si tamen actor è contrario absolutionem probet, & absolutio ita publica erat, quod non licuit reo illam ignorare, in expensis etiam reus condemnabitur, quia per huiusmodi publicam ignorantiam non excusatur, arg. ca. 1. de postul. prel. Philip. Fran. in d. c. pia, & Io. And. & Archid. ibidem, quos refert, & sequitur Maria. Soc. in c. sacris. nu. 451. vers. secundo quæro, secus tamen, si absolutio ita publica non erat, quin probabiliter ignoretur, tũc enim excusatus reus erit, vt præfati authores docent, & glo. in cap. pia, in verbo, condemnans, de except. libro 6. arg. cap. sacro. de sen. excom. & ca. 1. in fi. de elect. lib. 6. et Spec. tit. de except. §. 2. versi. quid si probatur. Etenim in facto alieno probabilis ignorantia excusat, vt in l. fin. ff. pro socio, & quia ex quo aliquis semel fuit excommunicatus, semper præsumitur excommunicatus, arg. ra. proposuit, de cler. excom. minist. & c. cum desideres, & cap. sicut. de sent. excom. talis igitur cum culpa careat, ob probabilem ignorantiam absolutionis, pœnam pati non debet, arg. c. 2. de const.

21 Illud autem obseruandum est ex d. c. pia, quod si durãte causa, postea succedente probationis copia, de eadem, vel alia excommunicatione iterum excipiatur, & probetur, actor postea excludetur, donec absoluatur. Nec recipietur exceptio excommunicationis vltra duas vices, nisi superueniret vel noua excommunicatio, vel de anti- qua excommunicatione euidens, & prompta probatio vt habetur in d. cap. pia, & docet glo. in c. prudentiam, §. sexto, in verbo, competentem, de offic. iudic. deleg. & tradit Sum. Astens. 2. par. lib. 7. titu. 6. q. 20. Id quod duabus de causis Pontifex statuit, nimirum, ne ob tales frequentes exceptiones lites differantur; & ne partes laboribus, & expensis fatigentur.

22 Denique, non obstante hac exceptione, quæ fiunt in iudicio cum actore excommunicato, & processus habitus cum eo ante exceptionem valent, & tenent, etiamsi ei postea excõmunicatio objiciatur, & probetur: ex tunc verò illa, quæ agentur, non valent: vnde, non audietur in sequentibus, donec fuerit absolutus. Huiusmodi enim exceptio est dilatoria, glo. in c. pia, in verbo, obtinebit, & ibid. Ionoc. in d. verbo, duraturus, Anch. nu. 3. Gem. Fräc. in fi. de except. lib. 6. & gl. in c. exceptionem, in verbo, condemnandus, & ibi Pan. nu. 21. & Fel. nu. 39. de except. in antiq. Innoc. in c. post cessionem, in verbo, procuratorem, de procur. Panor. in c. intelleximus, nu. 13. Fel. nu. 19. de iud. Mar. Soc. in c. sacris, nu. 284. de sent. excom. Summa Astens. 2. p. lib. 7. tit. 9. q. 18. Hug. de cens. eccl. tab. 2. c. 15. §. 12. n. 1. & colligitur ex d. c. pia, de except. lib. 6. Siue igitur actor excommunicatus publicè coram iudice ordinario, siue delegato agat, quicquid ante exceptionem fit, validum est, (modo iudex denunciatus, excommunicatus, aut notorius clerici percussor non fuerit, aut delegatus ab alio excommunicato, aut ab ipsomet actore durante excommunicatione impetratus non sit. In his enim casibus prius iudicium ante exceptionem non valebit. Pan. in d. c. intelleximus. nu. 13. qui citat c. 1. de rescript. lib. 6. & Mar. Soc. in d. cap. sacris, nu. 284. de sent. excom.) post exceptionem autem factam acta nulla erunt, & hoc etiam si iudex actorem excommunicatum non repellat; immò si reus exceptionem excommunicationis probauerit, licet sententia prius pro excommunicato actore lata fuerit, executionem tamen petere nequit, vt habetur in d. cap. pia, vers. sed si post rem iudicatam, de except. lib. 6. Addit autem Panor. in d. ea. intelleximus. de iud. num. 14. quod licet excommunicatus actor esse non possit; aut accusator in iudicio, vt declaratum est, suspensus tamen, & interdictus possunt agere in iudicio, quia non sunt remoti a communione hominum, arg. cap. a nobis, de excomm. & communem hanc DD. sententiam esse docet. Et de actore hæc satis sint.

De alijs quatuor effectibus circa ciuiles actiones. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatus denunciatus (excepta causa hæresis) testis in iudicio esse non potest.*

2 *Excommunicatus quare in testem, antequam ad cautelam absoluatur, non sit adducendus.*

3 *Absolutio hæc ad cautelam, quando à delegato fieri poterit.*

4 *Excommunicatus denunciatus ad instrumenta, & contractus adhiberi non debet, & quare.*

5 *Excommunicatus denunciatus in iudicio aduocatus esse nequit, & quare.*

6 *Procurator in iudicio excommunicatus denunciatus con stitui non potest, & quæ huius rei sit causa.*

7 *Institutio excommunicati denunciati in procuratorem est nulla.*

8 *Institutio excommunicati in procuratorem non valet, si tempore, quo mandatum accepit, excommunicatus sit.*

9 *Institutio excommunicati in procuratorem nulla est, etiamsi*

etiamsi exercitij, seu vsus tempore absolutus sit.

10 *Procurator constitutus, an si ante vsum eius excommunicatus sit, a iudicio repelli possit.*

11 *Reus excommunicatus denunciatus, si voluntarius, & negligens sit, in iudicio non est audiendus.*

12 *Reus voluntarius quis dicendus.*

13 *Reus necessarius quis censeri debeat.*

14 *Personæ ad iudicium necessaria quot, & quæ.*

15 *Reus contra iudicem qualiter exceptionibus dilatorijs vti poterit.*

16 *Reus qualiter contra actorem exceptionibus vti possit.*

17 *Reus contra procuratorem quid obijcere possit.*

18 *Reus contra testes quænam obijcere possit.*

19 *Reus excommunicatus an à sententia contra se lata poterit appellare.*

20 *Reus non solum defensionem sui per se, sed etiam per procuratorem in iudicio facere potest.*



Ertius excommunicationis maior effectus, quantum ad ciuiles actiones spectat, est, quod excommunicatus notorius, aut denunciatus (sola hæresis causa excepta) in Iudicio testis esse non potest, & hoc etiamsi excommunicationem nullam fuisse causetur, nisi prius ad cautelam absoluatur, vt habetur in capitulo decernimus, & ibi gl. in verb. & testificando. & Fran. ver. in glos. in verbo, testimonio, & Steph. Costa numero 4. de sentent. excomm. lib. 6. & c. veniens, 2. & ibi Panorm. nu. 5. & 18. Felin. numero 38. de testibus, & idem Pan. in c. intelleximus, num. 2. de iud. & ibi Dec. nu. 3. Spec. tit. de teste, §. 1. versi. item qui est excommunicatus, per capitulum veniens, 3. de test. & 3. q. 4. c. nullus, & c. conspiratores, & c. excommunicamus, §. credentes, de hær. Ioan. Monac. in c. in fidei. Mar. Soc. in capitulo sacris, nu. 401. de senten. excom. Lanfrãc. de Oria. in cap. quoniam contra falsam, in verb. testium. col. 14. de prob. Host. in Sum. libro 2. tit. de test. ver. quis possit esse testis, in fine. Sum. Astens. 2. p. libro 7. titu. 9. q. 15. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. ver. vndecimo. Syluest. ver. excomm. 3. vers. vndecimo. Tabien. verb. excom. 1. versi. decimoquarto Henriquez libro 13. de excommun. capit. 7. §. 5. Hugolin. de cens. Eccl. tab. 2. capitulo 17. qui addit, quod licet ad testimonium in iudicio ferendum admitti non debeat, valet tamen testimonium eius, (non minus quam actor excommunicatus, donec contra eum fiat exceptio, vt diximus) si neque a reo neq; ab actore, neq; a iudice reijciatur, arg. cap. 1. de except. libro 6. Dixi excepta causa fidei; etenim in crimine hæresis fauore fidei excommunicatus testis produci potest, vt habetur in cap. in fidei, de hæret. lib. 6. & ibi DD. Sum. Astens. 2. part. libro 7. tit. 9. q. 15. Gem. in cap. decernimus, num. 3. Anchar. num. 3. Franc. ibid. de sent. excom. lib. 6. Marian. Soc. in capitulo sacris, num. 401. de sent. excom. Henriquez, & Hugolin.

2 vbi supra. Dixi autem excommunicatum in testem produci non debere, nisi prius ad cautelam absoluatur. vt colligitur ex capitulo veniens, 2. & ibi glo. in verbo, canonico, & ibi Pan. nu. 18. de test. quia non est communicãdum cum excommunicato, antequam absoluatur, vnde absoluendus est ad cautelam, vt in iudicio testis esse possit. Et vt ait Host. in d. cap. veniens, vsus Curiæ est, aliquando absoluere ad tẽpus, ita tamen, vt illato testimonio statim reincidat ipso facto in eandam sententiam, additque tales absolutiones potius verbales esse quoad homines, quã reales quoad Deum, cum eos non pœniteat, nec ex corde petant veniam, nec conterantur, & idem asserit Domin. Anton. in d. capitulo veniens, vbi ait absolutionem hanc ad tempus ferri posse. Non tamen quilibet excommunicatus vocatus ad testimonium, debet absolui hoc modo, vt notant gl. in d. capitulo veniens, in verbo, canonico, & ibi Pan. numero 18. sed tunc solum, quando est grauis necessitas, & probatio per alios fieri nequeat, & solum in casu, quo allegatur nullitas, & iniustitia excommunicationis, quia scilicet excommunicatus negat se excommunicatum, eo quod lata est post appellationem. Talis enim excommunicatus absolui interim potest ad cautelam, vt propter necessitatem, & defectum aliarum probationum testimonium eius admitti possit in iudicio; Qui vero iuste excommunicatus est, nec excommunicationis nullitatem allegare potest, aut vult, ad cautelam absoluendus non est, vt testetur in iudicio, sed omnino reijciendus est, nec vlla ratione cum eo communicandum erit, secundum ea quæ habentur in capitulo decernimus, de sent. excomm. libro 6. & c. conspiratores, & cap. nullus, 3. quæst. 4. & Spec. tit. de teste, §. 1. col. 11. vers. item qui est excommunicatus.

3 Hæc autem absolutio vt notant Ioan. Andr. in addit. Spec. in Rubr. de testib. vers. super dicta. & quis facere possit hanc absolutionem. & Oldrad. consi. 145. & addit. ad Panor. in d. capitulo veniens, 2. numero 18. in lit. C. à delegato quouis fieri potest, dummodo commodè recurri non possit ad illum, qui excommunicauit. Vnde, quando dicitur, quod excommunicatus ab homine non possit absolui, nisi ab excommunicatore, vt habetur in capitulo pastoralis, §. præterea postulasti. de offic. iud. ordin. & facit capitulũ cum ab Ecclesiarum, tit. eod. & tradunt Panorm. in capitulo ex frequentibus, numero 6. de instit. Feder. cons. 16. Cald. cons. 16. & idem Panor. in capit. graue num. 14. de præb. & quando dicitur, quod vbi superiori non reseruatur absolutio excommunicationis maioris, intelligitur permissa Episcopo, non autem inferiori Prelato, vt docent Inn. in capitulo de cetero, & Panor. in capitulo nuper, numero 5. de sent. excomm. hæc duo dicta solum procedere docent in absolutione perpetua, secus autem in absolutione, quæ fit ad tempus, vt in casu nostro contingit.

4 Pari ratione, ob periculum communionis, qua excommunicatus notorius, aut denunciatus caret, ad instrumenta, & contractus adhiberi non debet, argum. c. cum excommunicato, & seq. 11. quæst. 3. capitulo licet, de sent. excomm. lib. 6. Pan. in capitulo intelleximus, numero 3. de iud. vbi docet, excommunicatum talem non solum repelli actibus iudicialibus. & publicis, sed etiam a communionibus, scilicet extraiudicialibus, & priuatis, vt notanter dicit text. in cap. pia, de except. lib. 6. Si tamen in Instrumento testis excommunicatus repertus fuerit inscriptus, valebit Instrumentum ex Spec. tit. de Instr. edi. §. instrumentum. vers. quid si testis. Inno. in cap. pia, num. 4. de excep. libro 6. Anch. in cap. decernimus, vers. tertio. Gem. ibid. numero 9. de sent. excomm. lib. 6. Felin. in d. c. intelleximus, numero 1. de iud. & in cap. veniens, 2. num. 38. de test. & hoc non solum, si tempore inscriptionis excommunicatus non fuerit, (in quo nulla est difficultas) sed etiam si tempore, quo inscriptus sit, excommunicatus erat, quia de re, quam vidit, aut audiuit excommunicatus, testis esse potest, maxime cum adhibitus sit de consensu partium, & proinde reprobari non potest; satis enim idoneus testis est, eo ipso, quod a contrahentibus probatus fuerat, ex addit. ad Panor. in capitulo veniens, 2. numero 18. in lit. C. vers. dico, quod etiam omnis contractus mundi. & citatur Anton. in capitulo. fin. de sent. excomm. Hug. de cens. Eccles. tab. 2. capitulo 17. §. 1. numero 3. & 5. quicquid Mar. Soc. in capitulo sacris, numero 405. de sent. excom. dicat talem non satis idoneum testem quod sine ratione affirmat. Cuius opinio solum vera esse potest, quando quis excommunicatus est eo, quod hereticos fouet; si quidem in hoc casu testimonium eius non recipitur, capitulo excommunicamus, 1. §. credentes. de hær. sicut etiam, si suspectum esset instrumentum, & testis excommunicatus inscriptus esset, fidem ei dare nõ posset, ex eo, quod in iudicio testis esse nequeat, cum repellatur

tur ab hominum communione, & contra eum excipi possit, vt tradit Gemin. in cap. decernimus. de sent. excom. li. 6. in fine, & Felin. in d. cap. veniens, 2. num. 38. & faciunt quæ not. Panor. in cap. ex literis, num. 5. de transact. Pari ratione, qui excommunicatus est, ad testamentum tanquã testis adhiberi non potest, nisi communi opinione tunc temporis pro non excommunicato haberetur, vt dicit Bald. in l. 1. vers. quid de infame. C. de test. & addit. ad Panorm. in cap. veniens, 2. num. 18. in litera C. de test. tunc enim testimonium validum erit, & consequenter testamentum. Si tamen eo tempore habebatur excommunicatus, neutrum valet.

5 Quartus est, quod excommunicatus denunciatus aduocatus esse non poterit in iudicio, vt colligitur ex cap. decernimus, & ibi glos. in verbo, patrocinando. & Franc. & Anch. in 2. Steph. Costa, nu. 4. de sent. excom. lib. 6. Pan. in cap. intelleximus, num. 2. de Iud. Specul. in tit. de aduocato, §. 3. vers. item quod excommunicatus. Marian. Soc. in cap. sacris, nu. 412. de sent. excom. & facit ca. fi. ne cler. vel monachi. iuncta gl. ibi, in verbo, audiantur. Henriq. lib. 13. de excommun. c. 7. §. 4. in fine. Hugol. de cens. eccl. tab. 2. cap. 18. & est communis doctrina. Quia, vt diximus, huic interdicta est communio hominum; quamuis si à iudice fuerit admissus, acta ab eo valebunt, donec excludatur, aut contra eum excipiatur. Sententia vero lata a iudice de aduocati consilio valida erit, vt docet Mar. Socin. in d. cap. sacris, nu. 413. cum sententia hæc tum a iudice, tũ etiam a iuribus, & rationibus, quæ afferuntur, & non ab eius consilio, vim suam habeat.

6 Quintus est, quod excommunicatus notorius, aut denunciatus, procurator institui non potest, vt habetur in c. post cessionem, de proba. & DD. ibi. Panor. num. 14. & c. prudentiam, §. sexto, de off. deleg. Specul. in tit. de procuratore, §. 1. in princ. Marian. Soc. in c. sacris, num. 415. de sentent. excom. DD. in cap. 1. de excep. lib. 6. vbi Franc. & Anch. & Gemi. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 15. Nauar. in Man. c. 27. num. 23. vers. decimoquinto. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 5. in fi. Hugol. de cens. eccles. tab. 2. cap. 19. Quia, vt sæpius dictum est, excommunicatus repellitur ab omnibus actibus publicis, ciuilibus, & communibus, c. decernimus, de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi, & hominum consortio priuatur, c. pen. de cler. excom. ministr. & c. Engeltrudam, 3. q. 4. Et hoc procedit ex Pan. in cap. post cessionem, num. 16. de probat. Marian. Soc. & Nauar. vbi supra, tam in procuratore ex parte actoris, quam ex parte rei. Licet enim reus excommunicatus possit esse in iudicio, vt infra dicetur, hoc tamen ei concessum fuit, propter necessariam sui defensionem, procurator autem voluntarius est, & ideo cessat ratio cap. intelleximus. de iudic.

7 Et hoc certum est, primò, quando quis omni tempore hoc est, tempore constitutionis, & acceptationis mandati, & exercitij, seu vsus tempore, excommunicatus erat, talis enim nec procurator institui potest, & si constitutus sit, institutio nulla est, vt docet Panorm. in cap. post cessionem, num. 10. de probat. Marian. Soc. in d. cap. sacris, nu. 415. de sent. excom. Imò si tempore institutionis excommunicatus erat, & tempore acceptationis mandati absolutus erat; adhuc tamen institutio non valet, nec acta ab eo valida erunt, etiamsi constituens ignorabat probabiliter illum tempore institutionis excommunicatum fuisse; & colligitur ex d. cap. post cessionem. vbi Innocentius Papa III. absoluè, & simpliciter constitutionem procuratoris de excommunicato factam non valere dixit, qui constitutionis tempore excommunicatus erat; nihil addens de ignorantia constituentis. Et certè, sicut ignorantia constituentis excommunicationem non tollit, ita nec inhabilem ad iudicia reddere potest habilem, vt accuratè Hugolin. vbi supra, c. 19. §. 2. nu... tradit post Panor. in c. fi. nu. 1. & 12. de procur. & Felin. in c. post cessionem, nu. 29. de probat. & num. 33. vbi etiam præfati authores docent, posse constituentem agere contra procuratorem pro impensis inutiliter factis, dummodo ignorabat illum excommunicatum fuisse; secus autem, si sciebat procuratorem esse excõmunicatum, tunc enim sibi imputet, quod talem elegerit, vt Ioan. And. etiam animaduertit.

8 Secundo, etiam procuratoris excommunicati constitutio nulla erit, licet constitutionis tempore excommunicatus non fuerat, si tempore quo mandatum accepit, excommunicatus fuit, ex Panorm. in cap. post cessionem, nume. 14. & Decio, nu. 20. de probat. quos refert, & sequitur Hugol. in tab. 2. c. 19. §. 3. & colligitur satis euidenter ex d. c. post cessionem, vbi repellitur procurator, qui tempore, quo procuratoris officium sumpsit, excommunicatus fuisse conuincitur. Quia, vt notat Panorm. validitas procurationis, cum sit quidam contractus, ex vtriusque consensu causatur: vnde data incapacitate in altero non valet, cum amborum contrahentium voluntates eodem tempore legitimæ esse debeant: vnde, cum constituens excommunicatum illum esse ignoret tempore mandati, &, si sciret procuratorem suum non constitueret, sed nec constituere posset, & sic excommunicatus eodem tempore inhabilis sit, contractus, & constitutio hæc omnino nulla, & irrita censenda erit.

9 Tertiò, etiam nulla erit constitutio procuratoris excõmunicati, qui tempore constitutionis, & acceptationis mandati fuit excommunicatus, sed exercitij, seu vsus tempore absolutus erat, sic glo. fin. in d. cap. post cessionem, & Ioan. Andr. Panorm. nu. 10. Marian. Socin. in cap. sacris, nu. 416. de Sent. excom. Quia considerari debet initium actus, & pro hoc facit, quia capacitas, & habilitas requiruntur respectu acquisitionis, & susceptionis mandati, vt in Inst. de hæred. qualit. & differ. §. in extraneis, & in c. dudum. 1. de elect. & in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6. & in c. auditis. de elect. cum multis similibus, & est communis doctrina in d. cap. post cessionem, in quibus omnibus prædictis casibus non solum non valet constitutio procuratoris, & potest exceptione repelli, sed etiam ipso iure gesta per talem procuratorem non valent, etiamsi contra eum non excipiatur, vt tenet Panor. in d. cap. post cessionem, num. 10. & nu. 17. vbi dat hanc rationem, quare valeant gesta cum actore excomunicato, antequam repellatur, cap. pia, de except. lib. 6. non autem gesta cum procuratore excommunicato; quia scilicet in actore non deest potestas agendi, sed tamen repelli potest propter communionis periculum; & proinde nisi repulsus sit, tenent gesta: At verò in procuratore excommunicato, deficit agẽdi potestas, cum non valuerit constitutio, vt diximus, & satis manifestè colligitur ex d. cap. post cessionem, vbi excommunicatus tanquam procurator, non admittitur; & idem tenuerunt Ioã. Andr. Cald. Spec. & alij, quos ibi refert Panormit. facit etiam, quia procuratori defertur officium, quod saltem est publicum auctoritate, vt ff. de procurat. in l. 1. cuius excommunicatus non videtur esse capax, vt latius tradunt Panor. in d. cap. post cessionem, nu. 14. & Marian. Soc. in c. sacris, nu. 417. de sent. excommu. Quibus in locis addunt authores præfati, constitutionem procuratoris de eo factam, qui institutionis, vel acceptationis tempore excommunicatus fuit, adeo nullam esse, vt non conualescat, nec confirmata censeatur, eo ipso, quod excommunicatus ille tempore exercitij absolutus sit, & constituens etiam in eadem voluntate permaneat, nisi certior factus de absolutione, ipsum postea expressè vel tacitè procuratorem suum confirmet, ex Panor. in d. c. post cessionem, nu. 13. & Marian. Soc. d. cap. sacris. nu. 417. quos refert, & sequitur Hugolin. tab. 2. c. 19. §. 1. Quãuis enim D. Anton. exigere videatur consensum expressum post absolutionem, Panorm. tamen. Marian. Soc. & Felin. in d. c. post cessionem, num. 30. verius docent sufficere consensum tacitum modo prædicto. Ex quo enim, postquam ipsum ab excommunicatione absolutum nouit, eum non reuocauit, cum posset, sed vt causam suam

agere

ageret, permisit, ipsum confirmasse censetur, arg. l. sæpè, ff. de re iud. & c. fin. vers. idem fiet, de iureiur. lib. 6. liquidem de voluntate se fua creditur agere, ex quo, ne agat, ipsum prohibere potest, & non prohibet; par enim virtus taciti & expressi mandati est, arg. l. cum quid, & ibi not. ff. si cer. pet. vnde, sicut post absolutionem de nouo procuratorem illum constituere posset, ita etiam prius constitutum confirmare poterit. Et quæ diximus procedunt, 50 quando quis excommunicatus erat tempore constitutionis, vel acceptationis mandati: sed si excommunicatio superuenit in personam procuratoris post actum perfectum constitutionis, & acceptationis mandati, ante tempus tamen vsus, & exercitij, valet quidem procuratorium, & consequenter quicquid per eum gestum, vel actum est, donec exceptione repellatur, per cap. pia, de except. lib. 6. quia in isto non deficit potestas, sed solum repelli potest propter communionis periculum, quousque absoluatur, post absolutionem vero primo procuratorio vtetur, vt tradunt Panorm. in d. cap. post cessionem, num. 15. & Marian. Socin. in cap. sacris, num. 417. in fine, de sent. excom. & num. 420. Immò etiam in hoc casu, cum constitutio valida fuerit, etiam & substitutio facta ab ipso valebit, non obstante superueniente excommunicatione tempore exercitij post absolutionem, si constitutus fit procurator cum potestate substituendi, vt docet Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Panorm. in capit. post cessionem, num. 18. & Felin. ibid. num. 16. & Dec. num. 23. de probat. Bald. in addit. ad Spec. in tit. de procur. vers. t. & idem Bald. in l. quamuis, in 5. quæst. C. de procur. & Card. in Clem. 3. q. 16. de procurat. & Hugolin. tab. 2. capit. 19. §. 8. Marian. Socin. in d. cap. sacris, num. 424. de sent. excommun. secus verò, si constitutio eius ob excommunicationem non valuit: tunc enim, cum non sit procurator constitutus sit cum potestate substituendi, substituere non potest, & si substituat, nihil facit: quia cum hic verè procurator non est, consequenter nihil vt procurator agere potest, argum. tot. tit. ff. quod fals. tutor. immò cum ipsemet dominus excommunicatus substituere nequeat, arg. cap. fin. de procur. multo minus procurator eius id facere poterit, & hæc communis DD. sententia est. Sic glos. in Clem. Religiosus, in verbo, commissum, & ibi Zabar. num. 8. & Anchar. in fin. de procurat. Panorm. in capitulo post cessionem, num. 59. & ibi Felin. num. 56. Dec. num. 23. de probat. Hugol. tab. 2. capit. 19. §. 5. & alij.

51 Sextum est, quod reus denunciatus excommunicatus aut notorius, si voluntarius sit, & negligens, non auditur in iudicio. Dixi *reus voluntarius*, vt enim DD. communiter tradunt, *reus aut necessarius est, aut non necessarius, seu voluntarius*. sic Innocent. in capitulo, cum inter, & ibi Panor. nu. 12. Felin. num. 20. & Decius, num. 15. de except. Bart. & Iason Alexan. in l. de pupillo, §. si seruus, ff. de oper. noui nunc. & Rom. cons. 217. incip. Res ista. Marian. Soc. in c. sacris, num. 361. & seq. de sent. excommun. Henriq. lib. 13. de excom. cap. 7. §. 5. Hugol. de censur. Eccl. tab. 2. capitulo 16. Dicitur autem voluntarius, qui aut nominatim sub conditione, aut generatim edicto generali in ius citatus per iudicem, non necessitatur venire in iudicium, sed ipse voluntariè venit fortè pro suo, aut communi interesse. Exemplum in Autb. Si omnes, C. si vt cap. ab hæred. abstin. vbi dicitur: *Quod cum minor petit se restitui aduersus aditionem hæreditatis, vocandi sunt omnes creditores, vel specialiter, si sint certi, vel generaliter, si sint incerti*. Vel pone exemplum in capitulo veniens. 2. de testibus. Talis

52 igitur reus, voluntarius scilicet, qui vel petit, & instat, vt quis contra se agat, & actionem, & iudicium iam cœptum prosequatur; vel vbi ab alio excommunicatus ipse citatur, generaliter, aut specialiter, tacita conditione hac, expressa vè, *si sua putauerit interesse*, nun est audiendus, ex communi DD. sententia, quod semper intellige, vt notauit Marian. Socin. in d. cap. sacris, num. 365. de sent. excommun. opposita exceptione. Quia cum quis voluntarius est, de suo commodo in primis agitur, arg. l. diffamari, C. de ingen. manumis. & Authent. Si omnes, C. si minor ab hæreditate se abstineat: vbi autem de suo commodo agitur, in iudicio esse non potest, nisi se defendat, arg. cap. intelleximus, de iudic. *Vbi excommunicatum conueniri posse*, dicitur, *ne de sua malitia commodum reportet*. Dici-

53 tur autem *Reus necessarius*, quando actio dirigitur contra eum, vel quando specialiter vocatur ad iudicium, reditur enim iudicium in inuitum, vt l. inter stipulantem, §. si Stichum, ff. de verb. oblig. & cap. intelleximus, de iud. & contra hunc agere, & ipsum accusare, & denunciare, & denique contra eum loqui etre possumus, vnde, & talis excommunicatus in ius vocatus venire debet, alioquin de sua malitia commodum reportaret, contra cap. intelleximus, de iud. vbi Panor. num. 4. ait excommunicato permittendam communionem, quando cedit in sui odium, & qua prohibita, reportaret commodum, & consequenter ad ea, quæ sibi obiecta sunt in iudicio respondere, & defendere se potest, capitulo cum inter, & ibi DD. de excep. & in capit. dilecti filij. & capit. dilectæ. & cap. significauit, tit. eod. & DD. ibidem, & Marian. Socin. in cap. sacris, numero 361. de sent. excom. Hugolin. tab. 2. capit. 16. §. 2. 3. & 4. Quia excommunicatio à iure positiuo introducta est, defensio autem sui, à iure naturali procedit, Clem. Pastoralis, § ceterum, de sent. & re iud. & Panorm. in capit. dilecti filij, num. 13. de except. Marian. Socin. in d. cap. sacris, num. 362. de sentent. excommun. & l. vt vim, ff. de iur. natur. gent. vnde & Cic. lib. 1. Offic. ait: *Principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusque tueatur*. & proinde nec per ius positiuum, nec per Principem tolli potest. Cui consequens est, sic excommunicatum, & in ius vocatum, ad sui defensionem testes, & instrumenta producere posse. Ex quo enim defensio ei permittitur, & arma quibus se tueatur, ipsi permissa sunt. arg. capituli præterea, de offic. deleg. Ob quam rationem, in hoc casu omnes personæ, quæ sunt necessariæ ad iudicium quales sunt iudex, qui ei ius dicit, publicus Scriba, seu Notarius, qui acta scribit, Nuncius, qui eum citat, Procurator, aut Aduocatus, qui eum defendit, & Testes, qui in testimonium adducuntur, ad ipsius defensionem excommunicato communicare possunt sine peccato, ex glos. in capitulo intelleximus, in verbo, conueniri, de iud. per capit. si verè, de sentent. excommunic. & Marian. Socin. in capit. inter alia, num. 103. de senten. excommunic. & Hugolin. tab. 2. capitulo 16. §. 4. numero 5. & §. 5. vbi late, & erudite tradit, posse reum exceptionibus dilatorijs vti, tum contra iudicem, vel eum recusan-

55 do, si suspectum habuerit, quo casu, si coram iudice Ecclesiastico agitur, probata suspitionis causa dabitur alius iudex: si coram non Ecclesiastico adiunctus tribuetur, cap. si quis contra Clericum, de foro compet. & in capit. cum speciali, de appellat. & in l. apertissimi, & in authen. si verò contigerit, C. de iud. vel forum eius declinando, si suus iudex, vt l. fin. & ibi Bartol. C. de except. Panorm. in cap. inter monasterium, de sent. & re iud. vel si excommunicatus sit ei excommunicationem obijciendo, arg. capituli 1. de excep. lib. 6. vel si ab excommunicato actore impetratus sit, iudicem competentem eum non esse demonstrando; argumen. capit. pia, de except. lib. 6. tum

56 etiam, contra Actorem, obijciendo ei excommunicationem, si fortè sit excommunicatus, argum. capit. exceptionem, de except. in antiq. & cap. pia, tit. eodem, lib. 6. Tum

57 etiam contra procuratorem obijciendo ei, aut quod procurator non sit, argum. cap. 3. & cap. mandatum, de procur. aut quod de mandato non constet, quod fieri debet, l. 1. & ibi Barth. & DD. de procurat. Panorm. in cap. 1. tit. eod. & in cap. coram, de offi. iud. deleg. aut quod tempore mandati excommunicatus erat; aut quod modo excommunicatus sit, quæ exceptio semper fieri potest, argumen. c. post cessionem, iuncto c. pia, de except. lib. 6. & Panor. in c. in nostra, num. 9. de procur. & in c. quoniam, de probat.

bat,nu.37.& Franc.in c.1.de rescript.libro 6.

28 Tum etiam,contra testes objiciendo eis, quod excommunicati sint,argum.cap.veniens,2.& ibi gl.& Panorm. de testib.& cap.decernimus,vbi glos. de sentent. excom. lib.6.iuncto cap.1.de except.lib.6.& vt ait Marian. Soc. in cap.sacris,num.363. de sentent. excommunicationis, quacumque dilatoria exceptione contra quoscunque vti potest, siue illa competat ratione temporis feriati,vel loci incongrui,vel rescripti surreptitij, vel inepti libelli, & denique quacunque alia exceptione, quæ tendit ad suam defensionem, non ad impognationem, vt dicit gloss. in dict.capitulo cum inter, de except.quam ibi DD.communiter sequuntur.

19 Vnde,& a sententia contra se lata reus excommunicatus appellare potest,vt habetur,c.cum inter,& ibi Panor. num.15.de except.& Marian. Socin.in ca.sacris,nu.398. versi.dubitatur septimo,de sent.excom.Ratio est:quia appellatio est quædam defensio instituta ad remouendum grauamen,vt in cap.suggestum,de appellat.& per talem sententiam contra se latam grauatur, nisi appellet, cum post decem dies audiri non possit,argum. cap. ad consultationem;de sent.& re iud. excommunicato autem vt diximus,omnis defensio permittitur,d.cap.cum inter, de except. Immò verò, si contra excommunicatum actorem lata sit sententia, licitum est appellare,ex gloss.in capitu. significauit,in verbo,defensio,& ibidem Innocent. uersi. & ita ex hoc,& Panormitan.numero 13.ubi ait esse communem, de except.Marian.Socin.in cap.sacris, numero 345.de sent.excommunicationis.Ioan.Calder. in d.c. significauit, & idem Panormit.in cap.cum inter,num.15. de except.& Hugolin.de cens.Eccles.tab.2.cap.15.§.1. numero 8.colligitur ex d.cap.significauit, ubi Papa iudicem reprehendit, quod Capitulum Tornacense,quod ibi actor erat,ab appellatione reiecerat. Cum igitur actor excommunicatus, licet ab agendo repellatur, eo quod agendo alios oppugnat,quod illi, quamdiu excommunicatus est, prohibetur, appellare tamen possit a sententia contra se lata, & appellationem prosequi, (si antequam appellationem prosequitur, petat se absolui ab excommunicatione: si enim hoc non petat, repelletur a prosequendo, tanquam contemnens excommunicationem, ex addit.ad Panorm. in d.ca.cum inter,numero 15.in lit.B. & Anton.in cap.ab excommunicato,colum.23. de resc.) quia scilicet appellando, se defendit,quæ defensio ipsi excommunicato permittitur: a fortiori reo appellare licebit,cuius causa est fauorabilis, & faciunt, quæ habentur in c.cum contingat,de offic.deleg.& c.per tuas, de senté. excommun.& consequenter appellationem interpositam prosequi poterit,vt habetur in c.significauit,& cap.fin.& ibi gloss. in verbo, tempore impetrati rescripti, & DD. ibi de except.& etiam literas impetrare potest, quia causa appellationis delegatur,vt habetur in d.c. fi.de except. & c.1.de rescript.lib.6.& ibi Philip.Franc.Nam concesso vno,concessa censentur omnia, sine quibus illud expediri commodè non potest,argum.ca.prudentiam;& cap. præterea,de offic.deleg.Et denique hanc defensionem sui

20 reus hic necessarius in ius vocatus, non solum ipsemet per se facere poterit, vt communiter tradunt Doctores, in cap.intelleximus, vbi glos. in verbo, conueniri, & ibi Innoc.& Panorm.num,5. vbi ait cum hac opinione glos. transire Innoc.Petr.Hostiens. & alios Doctores communiter,præter Ioan.Cald.de iudic. & idem Panorm. in ca. fin.nu.3. de except.Marian.Soc.in capitulo, sacris,num. 392. de sent. excommun.sed etiam per procuratorem à se constitutum:immò verò nonnulli,vt in ca.pastoralis, in verbo,factum proponant,de iudic.& Ioan.Calder.vt refert Panorm.vbi supra,& Dec. in ca. intelleximus. num. 7.qui alios refert,de iudic.& addit.ad Panorm.in d.c.intelleximus,nu.5.in lit.C.& addit.ad Panorm.in c.fi.n.3. in lit.B.de except.& Hug.de cens. Eccles.tab.2.c.16.§.8. nu.1. volunt reum non posse per se agere, sed cogendum esse ad procuratorem constituendum, dummodo non ita pauper sit, vt procuratorem constituere non possit; aut ibi procurator non est; aut idoneus non reperitur. Ceterum mihi verior videtur,quæ & communior est sententia posse etiam per se,causam suam defendere, vt latius tradit,& probat Panorm.in c.intelleximus,nu.5.de iudic.rationes Ioan.Calderini,& aliorum refellit.

De effectibus extraiudicialibus excommunicationis maioris. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Excommunicatus denunciatus,testamentum facere non potest, & quare.*

2 *Testamentum à denunciato factum,tam iure ciuili,quam canonico validum est.*

3 *Regulariter omnia agibilia intelliguntur permissa, nisi expresse probibeantur.*

4 *Testandi actus contractus est, & magis priuilegiatus, quam quilibet alius actus contrahendi.*

5 *Minor libertatem inter viuos dare non potest.*

6 *Hæretici,& eorum fautores,defensores, & receptatores,& rei læsæ maiestatis,intestabiles sunt.*

7 *Vsurarij manifesti quando intestabiles sint.*

8 *Cardinalium percussores,& eos hostiliter insectantes,testamentum facere non possunt.*

9 *Excommunicatus denunciatus hæres institui potest.*

10 *Excommunicatus denunciatus contrahere nequit.*

11 *Contractus ab excommunicato denunciato factus, non solum in fauorem alterius contrahentis non excommunicati,sed etiam in ipsius excommunicati commodum valet.*

12 *Lege aliquid sub pœna prohibente,valet actus in contrarium factus, licet pœna incurratur.*

13 *Contractus ab excommunicato,vt a priuato factus, valet,non autem vt a persona publica celebratus,& quæ huius ratio sit.*

14 *Excommunicatus ob hæresim,& in ea per annum perseuerans,validè contrahere non potest.*

15 *Matrimonium ab excommunicato contractum valet, licet contrahendo peccet.*

16 *Testamentum ab excommunicato factum, quare validum censendum.*

17 *Excommunicatus emere,vendere,locare, & alios similes actus validè facere potest.*

18 *Votum ab excommunicato factum valet.*

19 *Professio ab excommunicato facta an, & quando valida,vel inualida sit.*

20 *Iurans, aut promittens dare, aut soluere aliquid alicui intra certum tempus,an si is,cui promissio facta est,interim excommunicatus sit,non dando,aut non soluendo fiat periurus.*

21 *Promittens aliquid sub iuramento,promissum excommunicato seruare non tenetur, & quæ huius ratio sit.*



Nter effectus maioris excommunicationis, extraiudiciales, primus est, quod excommunicatus notorius, aut denunciatus, testamentum facere non potest; cum enim ad testamentum faciendum testes adhibendi sint, & excommunicato hominum communio interdicta sit, eos rogando,ipsisque præsentibus testamentum faciendo peccat, de qua re nulla dubitatio esse poterit. Ceterum, an testamentum

mentum ab huiusmodi excommunicato factum validum, necne sit, non parum inter se dissentiunt authores: nam Hostiens. in cap. pia, de except. lib. 6. & Ioan. Monach. in cap. quamquam, de vsur. libro 6. quos refert, & ex parte sequitur glo. fi. d. cap. quamquam, & in cap. decernimus. in verbo, & testificando, de sentent. excommunicat. libro 6. & Goffred. vt refert Ioan. de Lignan. in d. cap. quamquam. & Alberic. in 4. parte statut. quæst. 13. incipit. item quæro, columna fina. & Antou. Gabr. libro 4. communium opin. conclus. 1. existimant testamentum non valere, eo quod à communione hominum separatus sit, argumen. cap. penult. de sentent. excommunicat. & ca. Engeltrudim. 3. quæstio. 4. sed a communione hominum separato omne beneficium ex legibus defeendens denegatur, vt in Authen. de priuileg. dot. hæret. mulier. non præstan. in §. antepenult. Et hanc etiam sententiam sequutus est Iacob. Bel. quem refert, & sequi videtur Specul. in tit. de instrumen. edi. §. compendiose. versic. quid de excommunicato.

2 Alij tamen omnes verius affirmant excommunicatum denunciatum regulariter testari posse. & ita factum, tam iure ciuili, quam canonico validum, & ratum censeri. Sic Innocent. in cap. cum voluntate, de sentent. excommunicat. Archid. in cap. pia, de except. lib. 6. Ioan. Andr. in cap. decernimus, de sentent. excommunic. libro 6. licet aliter dixerit in glossa sua, sed illam renocauit in nouella. Feder. de Senis consil. suo sepiuagesimoprimo, secundum aliquas impressiones, secundum alias verò consil. 72. incipit. illa; fuit vetus querela, & quæstio. In quo consilio prosequitur tria. Primò, nunquid valeat testamentum: Secundò nunquid valeat testamentum scriptum per notarium excommunicatum, & an faciat fidem. Tertiò, qualiter quis dicatur publicè excommunicatus. Idem Federic. cons. 113. vel secundum alias impress. 114. quod incip. Factum tale est. Bart. in l. si quæramus. ff. de testamen. ad finem, & alij ibidem, vbi Franc. colum. penult. dicit hanc esse communem sententiam. Bald. in l. s. C. de sacrosanct. eccles. Panorm. in cap. ad probandum. num. 9. de sentent. & re iud. & ibi Felin. col. 2. & in capit. cum voluntate. de sentent. excomm. Zabar. in clemen. 1. de except. Gem. & Anchar. in d. ca. decernimus, vbi hanc quæstionem disputant. Marian. Socin. in capit. sacris. nu. 479. & 480. de sent. excomm. vbi latè rem hanc tractat, & argumenta in contrarium soluit. Matth. Nerutius repet. in rub. de testam. num. 31. Franciscus Niconitius, repet. in d. rubr. de testam. num. 270. Angelica, in verbo, testamentum, §. 1. & Tabiena verbo, testamentum, vers. primo & in verbo, excom. 1. vers. decimoquarto, Steph. Costa, in c. decernimus, num. 11. & seq. de sent. excomm. libro 6. Couar. in tom. 1. par. 2. in rubr. de testam. num. 18. versic. porro illud erit. vbi alios refert Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 21. & est communis DD. opinio. Ratio esse potest: quia edictum de testamentis est prohibitorium, hoc est, nemo intelligitur prohibitus testari, nisi aliquo iure expresse prohibeatur, per regulam traditam in l. ab ea parte. ff. de probat. & l. si queramus, ff. de testam. & §. fin. Institut. quibus non est permissum facere testamentum & l. 1. C. de sacrosanct. eccles. sed excommunicatus non inuenitur generaliter prohibitus testari, & proinde regulariter testari poterit.

3 Quia regulariter omnia agibilia intelliguntur permissa, nisi expresse prohibeantur, vt in l. necnon, §. quod eis, ff. ex quibus causis maiores. præcipuè, cum nil ma debeatur hominibus, quam vt defunctorum seruentur voluntates, vt in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & 13. quæst. 2. c. vltima voluntas defuncti modis omnibus conseruari debet. & auth. de nupt. §. disponat: immò verò, adeo volunt iura voluntatem defuncti pro lege seruari, vt non seruanter puniri velint, cap. si hæredes, de testam. & 11. q. 1. & ibi glo. in verbo, patris, capit. Syluester, & in authent. de hæred. & Falc. §. si quis autem non implens. Nec valet, quod respondet Hugolin. vbi supra, hoc excommunicato satis prohibitum esse, ex quo priuatus est hominum communione. Nam vt ipsemet respondet ad argumentum Hostiens. vbi supra, quamuis in hoc casu & ipsemet excommunicatus peccet in rogandis testibus, vt testamento intersint, & ipsimet testes similiter peccare conuincantur, dum testamento excommunicati denunciati præsentes sint; non tamen inde concluditur, testamentum factum non valere, nam & ille qui testamentum suum iuramento firmatum mutat sine causa, peccat, & tamen mutatio tenet, vt late traditur per Io. Andr. in Mercur. reg. quod semel placuit. de reg. iur. lib. 6. & actor excommunicatus in iudicio esse non potest & tamen gesta ab eo valent, si non excipiatur contra eum, arg. ca. pia, de excep. lib. 6. Firmum igitur testamentum excommunicati denunciati censeri debet regulariter ob rationem hanc, quam authores afferunt. Et etiam, quia (vt diximus) excõicatus validè agit in iudicio, si nõ opponatur, vt est casus in d. ca. pia. etenim in iudicijs, dicitur quasi contrahi. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu.

4 Vnde, multo magis testari poterit, quia actus testandi non solum est quidam contractus, sed etiam longe magis priuilegiatus, quam aliquis alius actus contrahendi, regul. in testamentis. ff. de regul. iur. & l. 1. C. de sacrosanct. eccl. Cum ergo excommunicatus secundum communem, & veram opinionem cap. si vere. vbi Innoc. & Marianus Soc. nu. 7. & in ca. sacris, num. 456. de sent. excom. valide contrahere possit, à fortiori valide testari poterit, argum. l. 1. C. de lege. Fusia Canin. tollen. & Institut. tit. eodem maximè, cum facilius aliquid concedatur per viam vltimæ voluntatis, quod tamen inter viuos non conceditur.

5 Nam minor dare non potest libertatem inter viuos, & tamen in vltima voluntate dare potest, Instit. qui manumitt. non poss. §. 1. Pro hoc denique facit, quia licet testamentum cum solennitatibus de iure positiuo sit, vt tradunt DD. in Rubr. de testam. vbi Ioan. Andr. Matthæus Nerutius, num. 21. & Franc. Niconitius, num. 323. & seq. Stephan. Costa, in cap. decernimus, num. 13. de sent. excom. lib. 6. testandi tamen voluntas de iure naturali est, quod quidem ius naturale non est prohibitum ipsi excommunicato, vt notatur per Canonistas, in ca. pastoralis, & ibi glo. fi. de appell. regulariter ergo excommunicatus validè testari potest, & consequenter codicillos facere, & hæredes instituere, & fideicommissa, & legata relinquere potest, & facta valebunt, vt latius Gemin. in cap. decernimus. nu. 7. & Anch. nu. 5. de sentent. excom. lib. 6. & Hugol. tab. 2. ca. 21. & alij communiter tradunt.

6 Dixi regulariter excommunicatum testari posse: Nam sunt quidam casus in iure expressi, quibus ob criminis enormitatem homines intestabiles efficiuntur, ex quibus colligitur a contrario alijs excommunicatis valide testamẽtum fieri posse. Hæretici enim, & eorum fautores, defensores, & receptatores, si in excommunicatione per annum permanserint, intestabiles redduntur, cap. excommunicamus. 1. §. credentes, de hæret. in antiq. & cap. cum secundum leges, eodem tit. lib. 6. & est text. in auth. credentes, C. de hæret. & etiam rei læsæ Maiestatis etiam principis sæcularis. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. intestabiles redduntur, qui etiam accusari possunt post mortem, vt eorum memoria damnetur, & bona publicentur, ca. 21. de præscript. lib. 6. & Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. & ita intelligitur d. §. fi. & antepen. in authent. de priuileg. dot. hæret. mulier. non præst. loquitur enim textus ille de hæretico, & non simpliciter de excommunicato.

7 Sic etiam vsurarij manifesti ipso iure intestabiles sunt, nisi caueant iuxta formam traditam in capit. quamquam, de vsur. libro 6. Socin. in regul. 533. incip. excommunicatus, num. 2. Matth. Nerutius. rep. in Rub. de testa. nu. 31. & Francis. Niconitius repet. in rubr. de testam. num. 233.

Marian. Socin. in cap. sacris, num. 479. de sententia excommunicat.

8 Sic etiam percussores Cardinalium, aut eos hostiliter insectantes efficiuntur intestabiles, vt habetur in capitulo Felicis, in princip. de pœnis, lib. 6. qua tamen pœna non puniuntur percussores Episcoporum, clemen. 1. de pœnis. Ex quo manifestè colligitur, quod propter maiorem prærogatiuam hoc specialiter disponitur, vt percussores Cardinalium intestabiles sint, quod non disponitur in percussoribus aliorum Clericorum, aut Episcoporum. Et de testamentis hactenus.

9 Hinc infertur, excommunicatum denunciatum hæredem institui validè posse, cum multi sint, qui licet testamentum facere non possint, ex testamento tamen capere possunt, vt est videre in minore quatuordecim annis, qui testari non potest, l. qua ætate, ff. de testam. & tamen capere potest ex testamento. Idem esset, si est filiusfamilias, quia non potest testamentum facere, & tamen hæres institui potest. Sic etiam furiosus, mente captus, mutus, surdus, & similes, testari non possunt, & tamen tales (vt loquuntur) testamenti factionem passiuam habent, quia possunt hæredes institui, & idipsum constat in toto titu. Instit. quibus non est permissum facere testamét. & in l. si quæramus, cum gl. iuncto §. testamenti autem factionem, Institu. de hæred. qualit. & differ. vbi multi testari actiuè prohibentur, qui tamen testabiles passiuè sunt, hoc est, quamuis testamentum facere non possint, ex testamento nihilominus hæredes institui possunt. Exceptis igitur eis, qui ob criminis grauitatem intestabiles non solum actiuè sed etiam passiuè redduntur, vt qui Cardinales insequuntur, cap. Felicis, de pœnis, lib. 6. aut hæretici sunt, vel hæreticorum fautores & defensores, & in excommunicatione sic per annum permanserunt, vt habetur in c. excommunicamus. 1. §. credentes, de hær. & in l. credentes, & l. Manichæos, C. de hæreticis. Alij omnes etiam excommunicati non solum post absolutionem, vt putat Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 17. sed etiam in excommunicatione manentes hæredes institui possunt, & institutio facta valebit; Quod idem dicendum est etiam de succedente ab intestato; poterit enim excommunicatus non solũ succedere, vt hæres ex testamento, sed etiam ex testato, & etiam legata et relicta retinere, ut pluribus tradunt Sum. Hostiensis, lib. 3. tit. de testam. §. quis sit effectus. Federic. cons. 113. aliàs 114. incip. Factum tale est. Ioan. And. in c. decernimus, & ibi Steph. Costa, num. 15. & seq. de senten. excommun. lib. 6. & ibid. Gem. Marian. Soc. in ca. sacris. num. 484. Bald. in l. 1. num. 17, C. de hæred. instit. Hugol. tab. 2. cap. 21. §. 1. Quicquid Ioann. Monach. & Stephan. quos refert Marian. Soc. vbi supra, Angelica, in verb. hæres, num. 24. & Sum. Astensis, vbi supra, & aliquot alij Sũmistæ sine textu, aut ratione generaliter affirment, excommunicatum nec actiuè, nec passiuè testabilem esse: peccabit tamen excommunicatus hæreditatem adeundo, sicut & possessionem accipiendo, quoties vtitur communione hominum, quæ ei interdicta est.

10 Secundus est, Excommunicatus notorius, aut denunciatus contrahere non potest, quippe quod in contrahendo communione hominum vtitur, argum. l. 1. §. conuẽtionis, ff. de pact. & Institu. in princ. de oblig. & ideo sic contrahendo peccat ipsemet excommunicatus non solum si notorius Clerici percussor, aut denũciatus sit, sed etiamsi occultus sit, cum ipse semper alios vitare teneatur: & alij etiam cum ipso communicando peccãt, si denunciatus, aut notorius fuerit, secus autem, si occultè sit excommunicatione aliqua innodatus, ob Extrauag. Martini V. ad euitanda scandala.

11 Valebit nihilominus contractus ab excommunicato denunciato factus, vt communiter tradunt DD. Innocen. in c. veritatis, & ibi Panorm. nu. 33. & seq. de dolo, & contumac. & idem Panorm. in ca. ad probandum. num. 8. & ibi Felin. de sent. & re iudic. Ioan. And. in c. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. Ioan. Calderin. in disputatio. quæ incip. excommunicatus maiori contraxit. Feder. in cons. 71. alias 72. incip. Illa fuit vetus querela. Franc. & Gem. in c. pia. de excep. lib. 6. Marian. Soc. in c. sacris, nu. 455. & seq. de sent. excom. & Rebuff. repe. in c. postulastis, nu. 15. de Cler. excom. minist. Ioan. de Silua, in tractat. de benefic. 3. par. q. 4. Alphõsus a Castro, lib. 3. de potestate legis pœnalis, cap. vlt. conclus. 2. ad finem. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 1. nu. 9. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 2. ca. 20. §. 1. qui omnes expressè affirmãt contractum ab huiusmodi excommunicato initum, non solum valere in fauorem alterius contrahentis non excõmunicati (vt falso existimant Hostien. in d. c. veritatis, de dolo, & contumac. & in cap. si verè, de sent. excommun. Cardin. in cap. pia, de excep. lib. 6. & in cap. quamquam. de vsur. lib. 6. Archid. in cap. 1. de iure patron. libro 6. vt refert Ioã. And. in d. c. pia. in Nouella, & Hugolin. & Lau. in 3. quæst. 9. in c. reuera. arg. cap. excommunicatos, 11. q. 3. & Tancr. & Barthol. Brixiens. in quæstione Veneta li, quæ incipit, quidam cum esset excommunicatus, vt refert Marian. Socin. vbi supra, in dicto capit. sacris, numero 458.) sed etiam ad ipsius excommunicati contrahentis cõmodum: ita vt excommunicatus ex huiusmodi contractu non solum efficaciter obligetur alteri, vt voluerunt Hostiensis, & alij, sed etiam alium sibi efficaciter obliget; Et ratio est: quia omnes ferè contractus sunt de iure gentiũ, & iure gentium inuenti, vt optime probat Panormitanus in dicto capitulo, veritatis, numero 35. prope finem. & colligitur ex §. ius autem gentium, Instit. de iure nat. gen. & ciuili, & in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, & non de iure Ecclesiæ; sed ista, quæ sunt de iure gentium, non prohibentur etiam deportatis, l. quidam, ff. de pœn. ergo multo minus debent prohiberi excommunicatis, cum longe deterioris conditionis sit deportatus, quam excommunicatus, iuxta notat. in cap. pastoralis, de appella. maximè cũ excommunicatio loco medicinæ feratur; capitulo cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. & durum nimis esset, si tollere ea diceremus, quæ a iure naturali gentium dependent, & obligationem naturalem interficere. Immo vero, si inualidatur contractus ex parte excommunicati, vt voluerunt Host. & alij, ex parte etiam non excõmunicati inualidari debet: cum contractus claudicare non debeat; & emens, & vendens, locans, & conducens, & similes contractus, sint correlatiui, & correlatiuorum idem sit iudicium, vt in l. fin. C. de iudic. Cum igitur contractus propriè, & directè ad ecclesiæ communionem non pertineant, nec de iure ecclesiæ (siquidem si de iure, & communione ecclesiæ essent; qui Christiani, & fideles nõ sunt, vere non contraherent) sint, sed de iure gentium per excommunicationem ecclesia contractus non tollit. Quamuis igitur ecclesia communionem cum excommunicatis prohibeat, & excommunicati denunciati contrahendo peccent, & qui cum eis contrahunt in excommunicationem minorem incidant, peccentque. arg. ca. illud, de cler. excommun. minist. & cap. 2. de except. & cap. sicut, cum tribus seqq. 11. q. 3. actus tamẽ remanet validus. Cum. n. lex aliquid sub pœna prohibet, valet actus licet
12 pœna incurratur, vt notatur per Cin. & alios, in l. non dubium, & ibi Bartol. C. de legib. Panor. in ca. 2. notab. vlt. de testibus. Quæ omnia exinde confirmari possunt, quia, vt superius expositum est, iudicium agitatum cum excommunicato quantumque notorio, valet antequam repellatur ab agendo, argum. cap. pia, de except. lib. 6. At verò in iudicio quasi contrahimus, l. 3. ff. de pecu. vnde, & contractus in eius fauorem agitatus valet, licet repelli possit ab agendo, donec fuerit absolutus, & valebit iudicium super tali contractu, si non repelletur ab agendo, vt ex d. c. pia, constat. Imò vero ratio Hostiensis contra se militat: si quidem ipse vult contractum ex parte non excõmunicati tenere, non autem ex parte excommunicati, quia sic contrahendo, & ingerendo se communioni, facit

contra

contra Canonis dispositionem, vt in cap. cum desideres, de sent. excom. & c. illud, de Cler. excom. ministr. Quare conueniens est, vt nec per canonem sibi subueniatur, arg. reg. quæ contra ius, de regu. iur. lib. 6. & in ca. vides, dist. 10. Quæ ratio contra ipsum militat; si quidem prohibitio communionis, vt plurimum dirigitur in non excommunicatum, vt communionem excommunicati deuitet, 11. q. 3. cap. excommunicatos, & cap. cum excommunicato, & de sent. excom. cap. nuper. Cum igitur ipse principaliter contra legem faciat, videretur potius non valere contractus in fauorem non excommunicati, cuius contrarium Hostiensis affirmat.

13 Regulariter igitur contractus cum excommunicato, vt a priuato, & proprio nomine eius contractus valet; secus autem, si illum vt persona publica, & ratione publici officij celebraret, quia tunc non videtur valere, argum. capit. veritatis. in fine, de dolo, & contum. Gabr. 4. dist. 18. q. 2. art. 3. Marian. Soc. in cap. sacris, num. 467. de sent. excom. saltem in præiudicium ecclesiæ vel similis personæ, puta, alienando, vel similia peragendo: nam ex quo Prælatus est excommunicatus, saltem quoad alienationem videtur eidem interdicta administratio rerum Ecclesiasticarum, vt docet Ioan. And. in cap. pia, de except. lib. 6. Et idem dicendum videtur in alienatione pupilli, vel minoris, quam faciunt curatores, tutores, & similes.

14 Dixi regulariter valere contractus ab excommunicato celebratos, siquidem, qui excommunicatus esset ob crimen hæresis, in eaque per annum perseueraret, inhabilis ad contrahendum esse videtur, cum bonis iure ipso priuatus sit, cap. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. & contrahere prohibitus, arg. cap. excommunicamus, 1. §. credentes, iuncta gloss. in verbo, sit etiam intestabilis, de hæretic. in antiq. Id, quod etiam Marian. Socin. in d. cap. sacris, numero 470. de sent. excom. non omnino improbabiliter sentit de cursarijs, & piratis capientibus, & spoliantibus transeuntes ad liberandum terram sanctam, & ab illa redeuntes per viam, cum fautoribus, & adiutoribus suis, qui sunt excommunicati; Nam cum ius expresse prohibeat, cum talibus aliquem venditionis contractum exercere, vt est text. in cap. ad liberandum, de Iudæis, merito contractus venditionis cum excommunicatis propter talem causam celebratus, non videtur valere, arg. l. cum lex. ff. de fideiuss. sicut nec valeret contractus, quo quis obligaretur ad communicãdum cum excommunicato, eo quod huic communioni, quæ est in substantia contractus, ius expresse resistit. arg. d. l. cum lex, & latius tradit Marian. Soc. sen. in cap. sacris, num. 469. de sent. excom.

15 Hinc præfati DD. inferunt, quod licet excommunicatus matrimonium contrahere non possit, & contrahendo peccet, contractum tamen per eum teneri, tanquam contractus de iure gentium, qui a solo partium consensu dependet, vt colligitur ex capit. significasti, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adul. Panorm. in cap. veritatis, num. 35. in fin. Felin. in rubr. de sponsal. tit. 8. in 12. priuilegio, Marian. Soc. in cap. sacris, nu. 460 & 461. de senten. excom. Petr. Rebuff. repet. in capit. postulastis, nu. 17. de Cler. excom. minist. Couar. in cap. alma mater 1. par. §. 1. num. 9. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. Eccles. tab. x. cap. 20. §. 1. circa medium, & S. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 76. vers. decimoquarto. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. decimosexto, qui duo vltimi, S. Anton. & Tabiena dicunt, quod talis reddere debitum etiam debet, nec peccare mortaliter si exigat.

16 Eadem ratione testamenti factio, quæ ab excommunicato fit, valida censeri debet, vt superius exposuimus, cum hæc ad Ecclesiæ communionem propriè non spectet, sed de iure gentium sit, vt de communi sententia testatur Ias. in repet. l. cunctos populos, num. 89. C. de sum. Trinit. & Ant. de But. & Sicul. in rubr. de testam.

17 Hac etiam ratione Innoc. in c. veritatis, quem Panorm. & alij sequuntur, de dolo, & contumac. ductus affirmat excommunicatum posse vendere, emere, locare, & similes contractus validè facere, arg. cap. quoniam multos, 11. quæst. 3. & cap. si verè, de sent. excommun. & donatio per excommunicatum facta valet, argum. cap. inter dilectos, de donat. & Ioan. de Silua tractat. de beneficio, in 3. par. quæst. 4. hac ratione motus docet finita excommunicatione posse quem agere pro contractibus initis tempore excommunicationis, & facit cap. Felicis. vers. cum autem fuerit, de pœnis, lib. 6. secundum Felin. in cap. si verè, col. 2. de sent. excommunic.

18 Pari ratione, votum ab excommunicato factum, valet cum votum contractus quidam sit, quo quis Deo obligatur, argum. eorum, quæ docet Panorm. in cap. literarum, de voto, quem refert Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 24. Immò, etiam licet votum solenne (quod vel ordinis sacri susceptione, vel professione alicuius religionis per Sedem Apostolicam approbatæ fit, cap. vnico, de voto lib. 6.) excommunicatus facere non debeat, factum tamen tenet, & ordinem suscipit, & professio valet, ex Innoc. & Panorm. in capit. cum illorum. num. 4. & Felin. num. 5. & Marian. Socin. num. 15. de sent. excommun. & idem Panor. in cap. veritatis, num. 35. in fin. de dolo, & contumacia, & idem Marian. Soc. in cap. sacris, num. 118. & num. 461. de sentent. excomm. Archid. in cap. excommunicatos. 11. quæst. 3. Gem. in cap. decernimus. num. 7. & Anchar. ibid. nu. 7. de sent. excomm. lib. 6. Petr. Rebuff. repet. in cap. postulastis. nu. 16. de Cler. excom. minist. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 76. vers. 7. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. nono. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 1. num. 9. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. Eccl. tab. 2. cap. 20. Henriquez lib. 13. de excom. c. 7. §. 7. Ratio est: quia est obligatio, & contractus, quo homo se tradit Deo, & prælatis religionis. Et hoc procedit, etiamsi tam recipiens, quam receptus noti-
19 tiam excommunicationis habeant: professio enim in hoc casu valet, quamuis recipiens peccet, si notitiam excommunicationis habeat, ex Archid. 19. quæst. 3. c. monasterijs, & Raimund. in sum. quem refert, & sequitur Marian. Soc. in cap. sacris, num. 122. de sentent. excom. Et idem tenet Henr. Bohic, in c. cum illorum, de sent. excom. sin verò inscius excommunicationis fuerit, non peccat. Addo tamen cum Gasparo Calderino. in cons. 4. sub tit. de rescrip. quem referunt, & sequuntur Gemin. in cap. 1. num. 18. de rescript. lib. 6. Fel. in c. cum illorum, nu. 5. de sent. excommun. & Marian. Soc. in d. c. sacris. nu. 174. de sen. excom. Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 17. de Cler. excom. minist. Hugol. vbi supra, num. 5. Hoc, quod diximus, professionem ab excommunicato factam validam esse procedere solum, quando recipitur via, & auctoritate ordinaria; secus autem si per viam rescripti; quia cum rescriptum non valeat per excommunicatum impetratum, cap. 1. de rescrip. lib. 6. ita nec valebit professio ratione illius rescripti facta. Fatetur tamen Calderinus, quod professio per talem emissa, licet non obliget illi monosterio in specie, obligare tamen in genere, quia quantum in se fuit, potuit se obligare religioni in genere, etiam nullo recipiente professionem, iuxta notata per Innocent. in cap. porrectum. de regular. & Dom. in cap. 1. de rescrip. lib. 6. & glos. in c. non solum, in verbo, vestro ordini, & ibi Arch. de regula. lib. 6. & idem Cald. in consi. 23. & 27. de regulat. Angelica, in verbo, religiosus, num. 25. & 26. & Siluest. verbo, religio 3. quæst. 5. Nauar. in commen. 2. de regula. super cap. non dicatis, 12. quæst. 1. num. 536. & tom. 1. consil. consi. 39. num. 2. de reg. de qua re latius in materia de Voto agendum est.

20 Hinc colligitur quid respondendum sit ad dubium illud, quo quæritur, An qui iurauit, aut promisit dare, vel soluere alicui centum intra talem terminum, interim verò is, cui promisit in excommunicationem incidit, teneatur, nec ne, sub pœna periurij promissum, seu iuramentum implere, eodem in excommunicatione manente? In qua re glo. in cap. nos Sanctorum, in verbo constricti sunt,

1 Tertius etiam effectus excommunicationis maioris hic annum erari solet, quod contentus de crimine siue ciuiliter, siue criminaliter, & ob contumaciam ea de causa excommunicatus, & in eadem excommunicatione per annum perseuerans, conuictus censetur de eo crimine, de quo accusatus fuit, vt colligitur ex capite rursus, 11. quæstione tertia, vbi habetur, excommunicatos ob crimen, intra annum excommunicationis innocentiam suam ostendere debere, alioquin tanquam conuicti de crimine censendi erunt. Dicitur enim, *Si verò intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur*. Loquitur autem hoc capitulo rursus, vbi notat glos. in verbo rursus, in fine, de negotio criminali tantum, & in capitulo quicunque, 11. quæstio. 3. dicitur: *Quicumque intra anni spatium ciuiliter, siue publicè causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi aditum audientiæ clausisse videantur*. & loquitur hoc cap. vt testatur gloss. in d. cap. rursus, & in hoc cap. quicunque, in verbo, publicè, tam de ciuili negotio, quam criminali. Ex quo igitur post annum in excommunicatione manens, audiri non possit, pro conuicto habetur. Et eadem gloss. in cap. cum contumacia, in verbo, hæreticus, & ibi Philippus Franc. & Petr. Anchar. de hæret. libro 6. & gloss. in capitulo excommunicamus, 1. §. qui autem, in verbo, condemnentur, et ibi Panor. numero 7. de hæret. in antiq. & Specul. in titu. de accusat. §. sequitur, versic. porro secundum canones, & Hugolin. in d. cap. Rursus. & Panormit. in capit. 1. num. 24. de iudic. ait, ex eo, quod cap. rursus, & cap. quicunque, 11. quæstio. 3. dicunt, quod nulla vox eorum in iudicijs penitus audiatur; apertè insinuatur, quod super criminibus non sunt audiendi, quasi iuris interpretatione habeantur pro confessis, & in cap. veritatis, num. 27. vbi etiam refert Ioan. An. de dolo, & contum. Marian. Soc. in c. per tuas, nu. 3. de sent. excommunic. Arnaldus Albertinus repet. in rubrica de hæret. numero 32. & Ant. Burgos, repet. in capit. de Quoduuldeo, num. 68. de iudic. Nauar. in Manual. c. 27. num. 23. versi. decimosexto. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 7. num. 10. versi. conuentus, de sent. excomm. lib. 6. Rebuff. repe. in cap. postulastis, num. 247. de cler. excom. ministr. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 5. Hugolin. de cens. eccl. tab. 1. cap. 14. §. 3. nu. 4. & tab. 2. c. 24. §. 3. Ratio est: quia ex quo iudicium subterfugit, præsumitur nocens, & confiteri; quæ præsumptio augetur, & vehemens efficitur, ex eo, quod tantum temporis in excommunicatione perseuerat, arg. cap. cum contumacia. & ibi glo. in verbo, vehementem, de hæret. lib. 6.

2 Quartus est, quod in excommunicatione manens per annum, secundum glos. in cap. rursus, & cap. cum contumacia, vbi supra, & alios DD. quos infra referemus, beneficijs ecclesiasticis, quę habet, aut iure ipso priuatus est, aut saltem priuari potest. Quia vero DD. confusè nimis materiam hanc exposuisse videntur, & aliqui, vt Specul. vbi supra, solum ait non priuari ipso iure, sed priuari posse beneficijs suis, aliqui vero, vt Innoc. in cap. cum bonæ, numero 2. de ætat. & qual. & Archid. in d. c. rursus, & Anton. de Butr. & Felin. ibi, numero 17. qui ait, hanc esse communem sententiam, Marian. Socin. in cap. per tuas. num. 18. de sent. excommunic. volunt ipso iure priuatum esse beneficijs suis. Alij vero solum priuari putant beneficijs, quando esset excommunicatus pro causa criminali, secus autem, si pro ciuili excommunicatus fuisset, in eaque per annum permanserit, vt Stephanus Costa in cap. cum medicinalis, nu. 9. de sent. excom. §. vlt. nu. 17. Tabiena, verbo, excom. 1. versi. octauo, in fine, & fauet Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 24. versic. decimosexto, ideo claritatis causa: quid probabiliter in hac re dici possit, sequentibus propositionibus breuiter exponam; Quarum

3 Prima est, perseuerans in excommunicatione per annum lata, ratione contumaciæ incursæ pro causa ciuili vtpote, pro debito, non est post annum ipso iure beneficijs priuatus, nec priuandus. Fauet glos. in cap. contingit. in verbo: non potest, de dolo, & contumac. Angelica, & Tabiena, & Steph. Costa, vbi supra, Rebuff. expressè, repet. in capi. postulastis, num. 242. de Cler. excommunicat. ministr. Hugolin. tabul. 1. capit. 14. §. 3. num. 5. versic. ego in hac. Et facit cap. cum bonæ, de ætat. & qualit. vbi perseuerans in suspensione per triennium, non est priuatus beneficio, sed solum mandatur, vt priuetur, & proinde idem de excommunicatione dicendum erit. Et facit capit. quoniam, in fine, vt lite non contestat. fauet Nauar. vbi supra. Ratio est; quia non est quis priuatus, nisi in casibus a iure expressis, glos. in capitulo, fin. in verbo, ex vi iuris patronatus, de iure patron. At verò, casus hic nullibi reperitur expressus, nam dicto capit. rursus, & capi. quicunque, 11. quæstio. 4. non id dicunt, vt rectè notat Panormitanus in capitulo, 1. numero 24. de iudic. etenim capita illa nullam faciunt de beneficijs mentionem, sed solum, vt post annū non audiantur in causa, pro qua conuenti erant. Vnde Rebuff. vbi supra, num. 243. hanc practicam esse in ita licatu, quod vbi per annum in excommunicatione permanserit, impetrari debeant literæ a Cancellaria, ratione quarum compellatur ad soluendum instante Episcopo, seu eius promotore, vel procuratore, si bona habuerit; si vero non habuerit, præstare debet cautionem saltem iuratoriam de soluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam, argumen. capit. Odoardus, de solution. vel vt alij volunt, postquam per annum in excommunicatione permanserit, citari debet instante procuratore Episcopi, responsurus super articulis, & negotio fidei, & si non comparet, & excommunicatus pro huiusmodi causa perseuerat et per annum, post annum priuatus esset beneficijs. Aufrer. in decis. capit. Tolos. q. 465. Henric. Bohic, in capit. excommunicamus, 1. §. qui autem, de hæret. Felin. in cap. Apostolicæ, colum. 2. de except. vbi ait, talem meritò suspectum esse de hæresi, postquam ita induratus permanet, vt infra dicemus.

4 Secunda est, Excommunicatus pro contumacia super crimine hæresis, vel alio, ipso iure priuante, perseuerans per annum in excommunicatione, est ipso iure beneficijs priuatus; sic Panorm. in cap. 1. num. 25. de iudic. Pet. Anchar. in consi. 293. Felin. cap. 2. col. 3. de rescript. Cardin. in cap. perpendimus, numero 26. versic. quæro igitur, de senten. excommun. Marian. Socin. in cap. per tuas. nume. 30. de sentent. excomm. & in cap. postulastis, nume. 12. & ibi Rebuff. num. 247. de cler. excom. minist. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 10. vers. primum hinc apparet de sent. excom. lib. 6. Hugolin. vbi supra, tab. 1. c. 14. §. 3. n. 5. vers. excipitur tamen. Et facit c. rursus. & cap. quicunque. 11. q. 3. & c. excommunicamus, 1. §. Qui autem, de hæret. in antiq. & cap. cum contumacia, tit. eod. lib. 6. Ratio est: quia, vt diximus, post annum habetur pro conuicto de crimine, & ita ex eo, quod ob crimen si probatum fuisset, beneficio foret priuatus, ipso iure, tanquam de crimine conuictus. post annum in excommunicatione permanens beneficio absque vlla sententia priuatus est.

5 Vbi aduertendum est requiri, vt annus completus sit, vt colligitur ex cap. cum contumacia, de hæret. lib. 6. ponderando dictionem *ex tunc*, quæ lapsum terminum designat, iuxta ea quæ not. gl. in cap. cupientes, §. cęterum. in verbo, ex tunc, de elect. libro 6. & clement. 1. in verbo, ex tunc, de iure patron. & l. 4. in fine, ff. de condit. & demonstrat. & præterea etiam requiritur, vt in ea per annum continuauerit: si enim in excommunicatione steterit per sex menses semel, & postea fuerit absolutus, si postea iterum excommunicetur, & resideat per octo menses, non continuabitur tempus sex mensium elapsum ante, ad hoc vt censeatur remansisse per annum, vt in simili dicit Barthol. per illum text. in l. finali, §. quoties, in ver-

 bo,

bo, anno continuo, ff. de public. & vectigal. Alexand. volum. quinto, consil. 54. incip. visis, & ponderatis. Petr. Anchar. in cap. 1. de regular. lib. 6. & ibi Philip. Franc. & Panorm. in c. ad Apostolicam, num. 9. de regular. Ioan. Lignan. in clem. Eos, de regular. Rebuff. repet. in cap. postulasti. nu. 235. de cler. excomm. minist. Nauar. tom. 1. cons. cons. 34. nu. 2. & consi. 36. nu. 1. & consi. 37. num. 2. de regul. qui dicunt, quod si quis ingressus religionem, stetit sex menses, & postea est egressus, & iterum est religionem ingressus & remansit in ea alios totos sex menses, tamen non censebitur fecisse professionem integram; quia illud duplex semestre non coniungitur, vt annum integrum efficiat; & ita in Sacro Pœnitentiariæ Prætorio iudicatum fuisse Nauat. in eod. consi. 37. testatur. Quicquid falso contrarium teneant glo. in regula, eum, qui certus est, de reg. iur. lib. 6. Specul. in tit. de statu monach. §. 1. versi. 38. Barthol. Brixien. in quæst. suis, in quæst. quæ incip. aliquis intrauit monasterium. est Venerealis 68. & Alex. sibi contrarius, vol. 4. consi. 54. viso puncto, col. vlt.

6 Deinde non satis est, vt per annum continuum permansetit in excommunicatione, nisi steterit in ea annum animo pertinaci, vt habetur in d. c. cum contumacia. de hæret. libro 6. & ita qui intra annum instaret pro habenda absolutione, & vel malitia Episcopi excommunicantis, aut partis appellantis, & tergiuersantis absolutionem intra annum non obtineret, non haberet locum pœna hæc priuationis, nec aliqua alia, iuxta not. in cap. pastoralis. §. vetum, de appell. & glo. in c. vnico. in verbo, in mora, ne sede vac. lib. 6. & Philip. Franc. in d. capit. cum contumacia. Rebuff. repet. in cap. postulastis, nume. 256. & 258. de cler. excom. ministr. Hugol. tab. 1. cap. 14. §. 3. nu. 5. sicut etiam si eam excommunicationem ignorauerit, cum non sit in pertinacia, non puniretur illa pœna.

7 Requiritur etiam post annum sententia declaratoria, arg. not. per Bartol. in l. eius, qui. ff. de iure fisci, per text. in cap. cum secundum leges. de hæret. libro 6. & Felin. in cap. Rodulphus. de rescrip. vers. sed declaratoria. & in c. cum non ab homine. columna 4. de iudic. ante tamen declarationem poterit beneficium impetrari, sicut dicimus, de simonia, & hæresi, in cap. a. de rescript. Et facit quod not. gloss. in cap. commissa. in verbo, iusto impedimento, de elect. lib. 6. & ita seruatur ex consuetudine, & Curia Romana seruat, vt testatur Petr. Rebuff. vbi supra, num. 259. de cler. excomm. ministr. Quod si alteri collatum fuerit, aut alius beneficium illud impetrauerit ante sententiam declarationis, non posset alter etiam post annum, probata sua innocentia, ad illud restitui in præiudicium eius, qui illud impetrauerit.

8 Tertia est, Perseuerans in excommunicatione per annum, quam incurrit ratione contumaciæ super crimine priuante beneficio per sententiam, vtpotè per homicidium non est post annum beneficio priuatus, sed habetur pro conuicto, vel confesso, & venit priuandus per sententiam. Hæc conclusio colligitur ex glo. in cap. rursus, 11. quæst. 3. Imola in cap. quærenti. colum. 2. de offic. deleg. Marian. Socin. in c. per tuas, num. 30. de sent. excommun. Rebuff. in cap. postulastis, nu. 260. de cleric. excommun. ministr. Couarr. in cap. alma mater, 1. par. §. 7. num. 10. versic. tertio, si quis. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. tabul. 1. capit. 14. §. 2. num. 5. versic. altera vero hæc est. & facit capit. inuentum. 16. quæst. 3. vbi quis pro graui culpa potest priuari beneficio, & cap. satis peruersum, distinct. 56. sed perseuerans in excommunicatione per annum est in graui culpa, arg. cap. rursus, 11. quæst. 3. & cap. cum contumacia, de hæret. libro 6. Vnde, ei denegatur audientia, & ius appellandi, d. cap. rursus, & Aret. in capit. nulli, colum. 2. de accusat. dicens hanc esse communem opinionem. Et facit quod not. gloss. in capit. in nomine Domini, in verbo, audientia, distinct. 23. & proinde beneficijs priuari potest.

9 Quarta est, Perseuerans in excommunicatione incursa ob contumaciam leuis criminis per annum non est priuatus beneficio, sed habetur pro confesso, iuxta not. per glo. in dicto cap. rursus, 11. quæstione 3. Nicol. Milis in repert. in verbo, excommunicatus, §. 11. Aufrer. in decis. Capel. Tolos. quæst. 365. Rebuff. repet. in cap. postulastis, numero 264. de cleric. excommunic. ministr. nec beneficio priuandus est, sed alia pœna arbitraria puniendus. Vnde, in quibusdam locis sunt statuta, vt excommunicatus soluat decem libras, aut aliam certam pecuniæ summam pro quolibet die, vel mense, quo steterit in excommunicatione, & vt refert Rebuff. in dict. repet. cap. postulastis, numero 264. de cler. excommunicat. ministr. in Hispania lata est lex à Rege Ioanne, puniens excommunicatum oneratum ea triginta dies, sexcentis nummis, sex vero menses oppressum excommunicatione, sex mille, & post, qualibet die sexaginta nummos pendere debet, & a domo sua expelli. Quæ statuta licita sunt, nec vllam simoniam continent, vt tradunt Hostiensis in capit. ad aures, & ibi Panormit. nu. quinto, de simonia, & ibi Felin. & idem Felin. in capit. irrefragabili, numero quarto, & numero quinto, de offic. ordin. Roman. in sing. suo 345. & decis. 37. quæ incip. sn iste qui in ecclesijs. Angelica, verbo, excommunicatio, vlt. numero 18. Hugolin. de censur. ecclesiast. tabul. 1. capitulo quinto, Ratio est, quia pecunia hęc pro contumacia imponitur, & pecuniaria pœna quandoque exigitur de iure Canonico, vt in capit. dilectus. de offic. ordin. & excommunicatus citius hac ratione absolutionem procurabit. Quam tamen pœnam non soluet is, qui quantum potuit vt absolueretur, curauit.

10 Quintus est, quacunque de causa criminali, vel ciuili excommunicatus, & in ea contumaciter per annum perseuerans, nec absolutionem procurans, præsumitur suspectus de hæresi, non solum secundum iura antiqua, sed etiam secundum Concil. Trident. sessione 25. capitulo tertio, de reformat. *& contra eum, tanquam de hæresi suspectum procedi potest.* Facit, quæ not. gloss. in capit. excommunicamus. primo, §. qui autem, in verbo, condemnentur, in fine, & ibi Panormit. in capitulo postulasti, numero quarto, de homicid. & facit capitulo fin. & ibi glos. in verbo, hæreticæ prauitatis, & Panormit. ibi, numero 7. de pœnis Marian. Socin. in capitulo per tuas, numero 30. de sentent. excommunicationis, & idem Panormitan. in capitulo primo, numero 21. de iudic. Ioan. de Lignan. de censur. ecclesiast. §. decimoquarto, numero primo, & secundo, Felin. in capitulo Apostolicæ, columna secunda, de exceptio. & clarè testatur glos. in capitulo ad Apostolicæ, §. de hæresi, in verbo, hæresi; de sentent. & re iudic. libro sexto, Philippus Francus, in capit. cum contumacia. de hæret. libro sexto, Gundisalnus de Villadiego in tractat. de hæretic. quæstione 9. & 12. Rebuff. repet. in cap. postulastis, numero 244. de cleric. excommunicat. ministr. Arnaldus Albertinus, repet. in rubric. de hæret. numero 34. Couarru. in capitulo alma mater, prima parte, §. 7. numero 10. versic. quarto est considerandum, de sentent. excommunicat. lib. 6. Simancha Episcopus Septimacensis, in Cathol. institut. capitulo 27. author Directorij Inquisitionis, 3. parte, 47. Hugol. de censur. ecclesiast. tabul. 1. capitulo 14. §. 3. numero 3. & tabul. 2. capit. 24. §. 3. Quæ suspitio probabilis est, & licet non sit sufficiens, vt de hæresi condemnetur, sufficit tamen, vt ei purgatio indicatur, in qua si defecerit, poterit vt conuictus de illo crimine, pro quo citatus fuit, puniri, iuxta capit. inter, de purgat. canon. & capit. excommunicamus, .. §. qui autem. de hæret. & latius à præfatis authoribus declaratur. Et quæ diximus in hoc casu de excommunicatione, eadem de suspensione, & interdicto dicta esse intelligimus, argumen. capit. cum bonæ. de ætat. & qualita. & Innocent. ibi, & satis manifeste docet Concil. Trident. Sessione 25. de reformat. capit. 3. in fine,

ne, illis verbis, *Sed, si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit*, & meritò: quia non solum in excommunicatione manens per annum, sed etiam in suspensione, & interdicto, & non petens, & procurans absolutionem, Ecclesiæ claues contemnere, & male de Sacramentis, & censuris Ecclesiæ sentire præsumitur.

21 Sextus est, Suspectus de hæresi, vel quia stetit in excommunicatione per annum, vel ex alia causa, & vt suspectus de hæresi citatus, & vocatus ab Inquisitoribus expressim vt ad iudicium accedat super rebus fidei, vel super crimine hæresis, de quo accusatus, aut suspectus est, responsurus, venire contemnēs, & propterea iterum ob contumaciam excommunicatus, in qua per annum perseuerat, tanquam de hæresi conuictus, velut hæretico elapso anno condennari potest, vt colligitur ex capit. cum contumacia, de hæretic. libro sexto, & ca. excommunicamus, 1. §. qui autem, & ibi gloss. in verbo condemnentur, de hæretic. in antiqu. & ibi Felin. & c. finali, de pęnis. in fine. Et quamuis hoc c. finali eloquatur de biennio, ibi fuit contingentia facti, idem tamen est de anno vt notat Panormitan. in cap. postulasti, numer. quarto, de homicid. & in cap. finali numero septimo, de pœnis. Ioan. Andr. & alij, in capit. primo de homicidio. libro sexto. & Panormit. in dicto capitulo excommunicamus, primo, numero vndecimo de hęreticis. & Hostiensis, vt ibi refert Panormitan. Marian. Socin. senior in capitulo per tuas, numero 30. de sententia excommunication. & facit auth. Gazaros. C. de hæretic. vt ait Panormitan. Calderin. in consil. quinto incip. Diaconus, in titulo de hæretic. Arnaldus Albertinus, repet. in rubrica. de hæretic. numero 34. Couarru. in capit. alma mater, prima parte, §. septimo numero vndecimo, versiculo quinto. de sentent. excommunication. libro sexto, Hugolin. tabul. prima, capitulo decimoquarto. §. tertio numero secundo. Ratio esse potest, quia sufficiens est præsumptio, & probatio eum esse hæreticum, tum ex ipsa suspicione hæresis, cuius causa expressim ab Inquisitoribus ad iudicium vocatus est; tum ex fuga, & declinatione iudicij, argumen. capit. nullus, de præsumpt. tum ex animo rebelli persistendi in excommunicatione per annum; in quo casu satis est, quod expressim vocatus erat, vt de suspicione hæresis, seu de rebus fidei responderet; & sufficit, quod in genere hæresis crimen in hoc edicto exponatur, nec requiritur in specie hæresim significari, ex Couar. vbi supra post Francis. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & Henric. in capit. excommunicamus, s. de hæret. in antiq.

22 Nota autem Albertinus, vbi supra, numero 35. hoc quod diximus, locum habere solum in excommunicato, qui fuit nominatim excommunicatus, seu declaratus, non autem in eo, qui solum incurrit excommunicationem à iure, vel ab homine latam sine declaratione, vt quia quis incidit in canonem capit. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. propter manuum iniectiuuem violentam in Clericum, vel quia contraxi matrimonium in gradu prohibito, contra clement. primam de consang. & affinit. & tamen non fuit declaratus a iudice illam incurrisse: vel si quis non reuelauit furtum ad mandatum iudicis iubentis generaliter non reuelantes incurrere excommunicationem à se latam, iuxta tradita in glo∫s. in l. in ciuile C. de furtis. Ratio huius est: quia licet ipsa excommunicatio à iure imposita affligat, & inhabiliter quoad omnes suas potentias illum, qui in eam incidit absque aliqua declaratione, vt in capit. pastoralis, in fine, de appellat. vbi trahit secum executionem, & in c. cum non ab homine, de sentent. excommunicatio. & sic respectu ipsius excommunicati statim excommunicatio operatur illum repellendo ab his, à quibus de iure probibetur vt habemr in simili in cap. fin. de cohab. cler. & mulier. & denunciatio, seu declaratio non addat vinculum aliquod excommunicationi, vt in dicto ca. pastoralis. §. verum, & DD. ibi, quia qui declarat, nihil addit, l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testamentis, quoad ecclesiam tamen, & alios denunciatio, seu declaratio illa videtur necessaria, maxime ad dictam hæresis suspicionem causandam; etenim contemptus ille clauium, de quibus videtur malè sentire, inducit illum ad illam suspicionem, quia non obedit ecclesiæ ipsum mandanti euitari, & ab ecclesia foras expelli quod mandatum ipse contemnit stando in excommunicatione per annum non obstante illa declaratione, quod non est ante declarationem; licet Deum grauiter offendat. Cum igitur non comparens infra annum postquam citatus, & declaratus sit, suam contumaciam, & contemptum ostendit, vt patet in cap. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & ex eo quod contemnere videtur claues, seu potestatem ecclesiæ, non caret scrupulo hæreticæ prauitatis, vt in cap. fin. de pœnis habetur, meritò requiritur, quod nedum incurrerit excommunicationem, sed etiam quod incurrisse eam declaretur. Si enim quoad alios, vt euitetur, & etiam si moriatur, vt ecclesiastica sepultura priuetur, sententia declaratoria necessaria est, vt in casu consuluit Pet. de Anch. in cons. 189. incip. Trib. de causis Dominus Episcupus. vbi pro hoc allegat cap. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. & per id quod dicit Io. And. in cap. 2. de præscript. lib. 6. quod in quibusdam pœnis afficientibus personam à iure requiritur confessio, aut sententia, iunctis his, quæ dicit in cap. Felicis, colum. 2. de pœnis. lib. 6. & sic ante declarationem Ecclesiastica sepultura priuari non debebat, vt ibi per eum, quanto minus sine excommunicationis declaratione contra aliquem præsumi debet de crimine hæresis, quod est tanti præiudicij, in quo omnia pęnarum genera concurrunt, de quibus tradit Oldrad. in consil. 210. incip. Regularis habet traditio, quæ omnia maxime confirmantur per extrauag. Ad euitanda scandala. vt infra, vnde constat annum hunc non a die incursus excommunicationis, sed a die declarationis incipere, hoc est, a die ex quo nominatim excommunicatus fuit, cum ex illo incipiat tumor contumaciæ seu cootemptus clauium, seu moræ, non autem à die, quo excommunicationem incurrit.

13 Aduertendum denique est, quod si citatus iusta habeat impedimenta, quo minus à Iudice citatus venire possit, non erit tanquam hæreticos, aut de hæresi suspectus condemnandus, quo tamen euentu procuratorem constituere debet, qui eius nomine iustas absentiæ causas, & impedimenta legitima alleget, vt exempli gratia, si fuerit in captiuitate, si locus non sit tutus, si inimicitiæ sint graues, &c. Quod si nec ipse personaliter comparere voluerit nec prucuratorem constituere, non est vt hæreticus ante annum damnandus, neque vt talis intra hoc tempus habendus; anno vero finito hæreticus iudicandus est, & bonorum confiscatio, seu publicatio a iure facta, & aliæ hæreticorum pœnæ vim, & effectum suum in illum obtinebunt vt latius tradunt Hostien. Anan. & Doctores, in cap. excommunicamus. 1. §. qui autem, de hęre. & Archid. Ioan. Andr. & Franc. in cap. cum contumacia, de hæret. lib. 6. quos refert, ac sequitur Couarr. in cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 11. de sentent. excommunicat. lib. 6. Sin autem anno elapso ante condemnationem contumax compareat in iudicio, velitque propriam innocentiam, & iustas absentiæ causas probare, si eius innocentia constiterit, quia deficit ratio, cap. cum contumacia, de hęret. lib. 6. ex eo quod verè contumax non fuerit, admitti debet etiam ad vitandam bonorum confiscationem, & pœnas corporis, & infamiæ; quod maxime verum est, si seipsum sponte carceri exhibuerit, vt definitum est in decreto quodam generalium Inquisitorum, cuius meminit Simancha in suis Catholicis institut. cap. 2. nu. 6. vt Couarru. vbi supra testatur.

14 Septimus est, Quando Dominus, aut Princeps, seu Rex aliquis excommunicatus est, subditi, & vasalli a iuramento fidelitatis illi præstito liberantur, donec absol-

uitur

de immunit. eccles. §. in quantum, ver. quid ergo, & tex. capit. inter alia, & ibi DD. de immunit. eccles. Anchar. in clemen. 1. & Guil. de Monte Laudono, numero 2. & 3. Imola, de poenit. & remiss. Syluest. in verbo immunitas, 3. numero secundo versiculo secundum, Tabiena, verbo, eod. ver. sexto. Nauar. in Manuali, ca. 25. num. 19. vers. Tertium. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. ca. 13. §. 15. numero 12. & est communis. Quia cum nullibi casus hic excipiatur inter alios casus, de quibus in cap. inter alia, de immunit. Eccles. nec nos excipere debemus, maximè, cum immunitas hæc concessa sit ob honorem Dei ecclesijs, vnde delictum alterius attendi non debet. Sed de his hactenus.

De obligatione vitandi excommunicatos, & peccato, quod ex participatione cum excommunicato committitur. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Præceptum de vitandis excommunicatis, antiquissimum est, & ab Apostolorum temporibus deductum.*

2 *Ioannes Apostolus præsente Cerintho hæretico balnea ingredi noluit.*

3 *An, & quale peccatum sit communicare cum excommunicatis.*

4 *In diuinis cum excommunicatis participare, peccatum mortale est.*

5 *Communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso peccat mortaliter.*

6 *Participans cum excommunicato in ipso crimine, vel ante crimen commissum, non censetur participare cum excommunicato.*

7 *Participans probabiliter ignorans alium esse excommunicatum, non excommunicatur.*

8 *Communicans cum excommunicato, sed non in crimine criminoso, peccat, sed non excommunicatur maiori excommunicatione.*

9 *Absolutio ab excommunicatione ob participationem incursa reseruatur ei, cui complicis excommunicatio est reseruata.*

10 *Glossæ opinio ab authore refellitur, eiusque ratio soluitur.*

11 *Excommunicator ipsemet communicando cum excommunicato à se in delicto; excommunicationem maiorem incurrit.*

12 *Communicans cum excommunicato in contemptum excommunicatoris peccat mortaliter.*

13 *Participans frequenter malitiose cum excommunicato an peccet mortaliter.*

14 *Malitia mortalis quanam censenda.*

15 *Communicans cum excommunicato contra speciale mandatum superioris, an & quando, peccet mortaliter.*

16 *Participans cum excommunicato, a Papa excommunicatione extendente se ad participantes peccat mortaliter.*

17 *Papa solus ferre potest excommunicationem se extendentem ad participantes.*

18 *Participans excommunicato in aliquo, peccat mortaliter.*

19 *Actum iudicialem à Ministro iustitiæ denunciato petens peccat mortaliter.*

20 *Communicans cum excommunicato regulariter non nisi peccatum veniale.*

21 *Christianorum, & fidelium participatio duplex est, & quænam vtraque sit.*

22 *Horas Canonicas cum excommunicato recitans, non peccat mortaliter.*

23 *Ecclesiam ingredi cum excommunicato denunciato tempore quo Diuina officia illic non celebrantur, non est peccatum mortale.*

24 *Communicare cum excommunicato in priuatis orationibus, aut salutationem Angelicam cum eo dicere, aut mensam cum eo benedicere peccatum mortale non est.*

25 *Excommunicatus denunciatus in vno loco, vbique excõmunicatus, & vitandus est.*

26 *Excommunicatum in vno loco vbique vitandum esse Apostolicum præceptum est.*

27 *Episcopus quo iure, excommunicando subditum suum eum suffragijs totius Ecclesiæ priuet.*

28 *Papa an dispensare, aut permittere possit, vt quis cum excommunicatis participet.*

29 *Papa, quamuis vi coactiua ad vitandos excommunicatos non obligetur, vi tamen directiua tenetur.*

30 *Episcopus communicando cum excommunicato à se, in excommunicationem minorem incidit.*

31 *Episcopus communicans cum excommunicato à se, non censetur illum absoluere.*

32 *Communio cum excommunicato tamdiu prohibita est, quousque realiter absolutus sit.*

33 *Priuilegiati à Papa, ne excommunicari possint, excommunicatos denunciatos vitare tenentur.*

34 *Excommunicatus ipse cum alijs communicare prohibetur.*

35 *Excommunicatus ex vi ipsius excommunicationis solos fideles vitare præcipitur.*

36 *Excommunicatus per leges alias particulares etiam infideles vitare tenetur.*

1 Ræceptum hoc de vitandis excommunicatis antiquissimum est, & ab ipsis Apostolorum temporibus deductum: vnde in capit. sicut Apostoli, 11. quæstione 3. vocatur præceptum Apostolicum; quod præceptum Apostolus Paulus satis manifestè expressit 1. Corinth. 5. cum quibusdam commemoratis criminibus Ecclesiastici iudicij formam ad omnia similia ex quibusdam patet, & post excommunicationem Corinthij incestuosi monet *ne illi commisceerentur, aut cibum cum eo caperent*. vt optimè San. Augustinus in hom. de poenitent. quæ est 50. capit. 12. exponit, & refertur in capit. multi, 2. quæst. prima. cui accedit & illud eiusdem ad Titum 3. *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita*. Et ad Thessalon. capit. 3. scribens, ait: *Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur*. Huic simile est, quod Sanct. Ioannes 2. Ioan. primo. scripsit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum; nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit illi Aue, communicat eius malignis operibus*. Hæc Ioannes de Schismaticis, siue hæreticis detestandis; quæ verbis docuit, etiam factis exhibuit.

2 Narrat enim de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus Smyrneorum antistes, quod tempo-

tempore quodam, cum apud Ephesum balnea, lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum: exilierit continuo, & discesserit non lotus, dicens; *Fugiamus hinc, ne balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauat inimicus veritatis*. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurisset: dicenti sibi, *agnoscis*? respondit *agnosco primogenitum Satanæ*. vt referunt Iren. libro 3. & 4. Euseb. libro 4. hist. Eccles. cap. 14. Beda in epist. Ioan. Epiph. Hæresi 30. Theodor. lib. 2. hæret. fabul. & habetur in ca. omnis, qui recedit, 24. q. 1. Palud. 4. dist. 18. q. 6. art. 1. Hoc ipsum postea Calixtus Papa & martyr epist. 2. cap. 2. ad omnes Galliarum Episcopus admonet, dicens: *Excommunicatos quoscunque à sacerdotibus nullus recipiat, ante vtriusque partis iustam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec Aue eis dicat: quia quicunque in his, vel alijs prohibitis scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit*. Hactenus Calixtus, cuius verba habentur in cap. excommunicatos, 11. q. 3. & similia habentur in c. cum excommunicato, &c. qui communicauerit, & c. ad mēsam, 11. q. 3. Quod sane Apostolicum præceptum, ex verbis illis Christi Saluatoris Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus* fundamentum habet solidissimum. De qua re nonnulla libro 1. capit. 4. diximus vbi excommunicationem omnem humano iure solum institutam esse ex varijs testimonijs, & auctoritatib. comprobauimus.

3 Quoad peccatum verò quod in communione cum excommunicatis committitur, non ita inter se conseniunt authores, quando scilicet mortale, aut veniale sit, cum huiusmodi excommunicatis participare; quam sane quæstionem plurimi scriptores varijs in locis examinarunt: San. Thom. in addit. 3. par. quæstio. 23. artic. 3. Alexand. de Ales, in 4. par. Sum. quæstio. 21. memb. 2. artic. 6. §. 2. Bonau. 4. distinct. 18. in vlt. part. distinct. quæstio. 5. Durand. 4. distinct. 18. quæstio. 5. num. 8. Rich. 4. distinct. 18. artic. 6. quæstio. 2. Palud. 4. distinct. 18. quæstio. 6. art. 3. Thom. Argentina, 4. distin. 19. quæst. 1. artic. 4. Gab. 4. distin. 18. quæst. 3. notab. 6. Adrian. in 4. sentent. tract. de clauibus, quæst. 3. vers. ex dictis oritur quæstio. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 3. Sotus in 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 4. vers sic. secunda conclusio. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 8. & 9. Ioann. Maior, 4. distin. 18. quæstio. 3. Ex Canonistis, & Summistis, Ioann. Andr. in cap. sacris, & ibi Panorm. nu. 8. de his, quę vi, met. cau. fiunt. Hostiens. in summa, lib. 5. tit. de sentent. excommunicat. §. necesse, versic. sed nunquid. Philip. Franc. in cap. statuimus, & ibi Gemin. num. 8. & Anchar. num. 1. & Steph. Costa, num. 1. & 2. de sent. nt. excommunicat. lib. 6. Summa Astensis, 3. part. lib. 7. tit. 11. artic. 1. S. Anton. 3. part. tit. 25. capit. 1. Angelica. in verbo, excommunicat. 8. num. 4. Marian. Socin. in capit. inter alia, num. 44. de sentent. excommunicat. Pisanella, verbo, excommunicat. 6. Tabiena verbo, excommunicat. 8. ver. decimo. Nauar. in Man. cap. 27. num. 28. & seq. Syluest. verbo excommunicat. 5. num. 6. Couarr. in cap. alma mater, 1. par. §. 3. nu. 7. d. sent. excommunicat. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. 2. cap. 23. §. 14. & alij? Qui omnes in quibusdam conueniunt, in alijs vero dissentiunt.

Et quidem tres casus sunt, in quibus est peccatum mortale, vt omnes affirmant.

4 Primus casus est, quando quis participat in Diuinis cum excōmunicato; nomine autem Diuinorum hæc tria præcipuè intelliguntur: *Primo Sacramenta. Secundo, officia qualibet Diuina: Tertio, sepultura Ecclesiastica*. Sacramentorum communio tam actiua, quam passiua prohibita est. Diuinorum etiam officiorum communio pari ratione prohibetur, vt non solum nōn celebremus illa cum excommunicato, sed neque vllo modo admittamus eum ad ea audienda; Quod si dum celebrantur Diuina excommunicatus intrat Ecclesiam, si ingrediatur solum vt transeat per illam, dissimulari potest, si autem sistat, monendus est, vt exeat: si exire nolit, expellendus est. Quod si nō possit expelli, statim cessandum est à Diuinis, etiam ab ipsa Missa inchoata, si nondum sit inchoatus Canon, *Qui pridie quam pateretur*. Si vero inchoatus sit Canon, solus Sacerdos qui celebrat cum vno Ministro in Ecclesia remanere potest, & Missam prosequi, ceteri omnes exire tenentur, vt latius hoc lib. cap. 2. docuimus, vbi materiam hanc ex proposito copiosius tractauimus, vbi Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de sentent. excommunicat. numero 17. versic. sed nunquid. & Sum. Astens. 2. part. libro 7. tit. 11. artic. 1. quæst. 1. & 2. Communicans igitur in Sacramentis suscipiendis, vel administrandis, in officijs Diuinis solenniter celebratis, & sepultura cum excommunicato maiore excommunicatione, peccat mortaliter. Ratio est ex S. Thom. in quodlib. 11. art. 9. Gab. 4. distin. 18. quæst. 3. art. 1. vers. ad tertium. Dionys. Cartus. 4. distinct. 18. quæst. 4. vers. ad secundum respondet. Couarr. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. numero 6. de sentent. excommunicat. lib. 6. Quia præceptum de vitandis excommunicatis directè respicit spiritualia; vnde, qui cum excommunicatis in Diuinis, id est, in Sacramentorum administratione, vel perceptione, in Ecclesiastica sepultura, & in publicis officijs Diuinis participat, (cum hæc omnia excommunicatis interdicta sint) contra præceptum Ecclesiæ, ac potissimam eius rationem directè facit in re graui, & proinde mortaliter peccat, argumen. eorum quæ habentur in c. significauit, de sentent. excommunicat. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 30.

5 Secundus casus est, quando scienter communicatur cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso, pro quo lata est excommunicatio, vt habetur in cap. nuper à nobis, de sentent. excommunicat. vbi dicitur: *Quod communicans scienter nominatim excommunicato in crimine, ei consilium impendendo, auxilium vel fauorem, ratione damnati criminis delinquere videtur in eum, qui damnauit, ab eo, vel eius superiore, merito delicti, tunc erit absolutio requirenda, cum facientem, & consentientem par pœna constringat* & clarius in capit. si concubinæ, de sentent. excomm. vbi dicitur: *Non est dubium sententia maioris excommunicationis inuolui, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminoso*, vbi aduertendum est, tunc proprie aliquem dici participare in crimine criminoso, quando post crimen commissum, & ob id incursam excommunicationem pro tali crimine inflictam, cum illo communicat in eodem delicto, in quo casu communicans eum excommunicato ipse etiam incurrit maiorem excommunicationem, vt habetur in d. cap. nuper. & cap. si concubinæ, & consequenter peccat mortaliter, vt Exempli gratia, si quis excommunicatus est, quia detinet vxorem alterius, quousque eam à se dimittat, quicunque illi consilium, fauorem, aut auxilium præstat, ne illam abijciat, in eandem excommunicationem maiorem incidit, quia peccat in eadem excommunicatione, & ita peccat mortaliter; Nisi enim sic participare esset mortale, non ligaretur homo maiori excommunicatione, vt notat Palud. 4. distinct. 18. quæst. 6. artic. 3.

Dixi post crimen commissum, quia, si quis participet in ipso crimine, vel antequam crimen committitur, vel quando actu committitur crimen, ob quod incurritur excommunicatio, non dicitur verè, & propriè communicare, & participare cum excommunicato, cum nondum alter sit excommunicatus: sed solum participare in crimine, vnde in hoc casu peccat mortaliter, aut venialiter pro natura ipsius participationis, & criminis, quia cooperatur illi in crimine; cooperari vero alicui in crimine mortali, aut veniali, peccatum mortale, aut veniale censetur; in hoc autem casu non incurrit excommunicationem ob participationem in crimine criminoso, sed solum excommunicatus erit, quando ius

do ius excommunicat tale quid facientem, aut consilium, auxilium, vel fauorem dantem, ad hoc, vt tale delictum perpetretur, vt optimè notauit Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 32. versi. 8. & num. 112. versic. declaratio prima, & eum sequitur Henriquez libro decimotertio de excommunic. capit. 9. §. primo in annot. litera E. contra Syluestr. in verbo excommunicat. quinto, num. 6. versic. sciendum est tertio. & Rosel. verbo excommun. prima, casu 23. §. fin. sed falsò citat Nauarrus Panormitanum, siquidem hic author in cap. nuper à nobis, numero octauo, de sentent. excommun. expresse docet textum illum loqui, quando post excommunicationem communicat illi in crimine damnato, & dat exemplum; si Titius excommunicatus sit, quia tenet vxorem alterius, & ego impendo sibi auxilium, consilium, seu fauorem circa detentionem illius mulieris, tunc, inquit, propriè communico excommunicato in crimine damnato, nec sufficeret communicatio in illo actu, per quem incurritur excommunicatio, sed oportet, quod ille prius incurrat excommunicationem. Hactenus Panorm. Hinc infert Henriquez, quod qui religioso consulit facere apostasiam, non incurrit excommunicationem, si tamen apostatæ suadeat, ne redeat ad monasterium aut religionem, quia iam consulit excommunicato, vel si excommunicato denunciato ob furtum, consulat ne restituat, incurrit, & peccat mortaliter, vt constat.

7 Dixi, si scienter communicet excommunicato: quia qui participaret ignorans probabiliter illum esse excommunicatum, in excommunicationem non incidit, vt latius tradit Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 112. & 141. & 142. post Hostiens. in Summa, libro quinto, titulo de sent. excommu. numero vndecimo §. & quæsit. argumen. capituli Apostolicæ, de cleric. excommunicat. ministrant. & capitulo significauit. de sententia excommunicat.

8 Dixi, in crimine criminoso, pro quo lata est excommunicato; quia si communicaret secum alio crimine, pro quo excommunicationis sententia non fuisset lata, licet peccaret, non tamen incideret in sententiam excommunicationis maioris, vt communis DD. sententia testatur, & expressè docet Gabr. 4. dist. 18. quæst. 3. artic. 3. concl. 3.

9 Quibus omnibus addendum est absolutionem ab excommunicatione sic participatis reseruari ei, cui alterius complicis excommunicatio reseruata fuit, vnde, si prior nulli reseruetur, neque hæc vlli reseruata erit, vt habetur in cap. nuper à nobis, ver. in primo quidem, & ibi glos. in verbo, tunc erit absolutio, & ibi Panorm. numero 1. & numero nono, de sentent. excommunic. Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, num. 112. Couar. in cap. alma mater. prima par. §. tertio, num. 5. versic. secundo loco. de sentent. excommun. libro sexto, Henriq. libro decimotertio de excommun. capit. nono, §. primo. Non tamen inde sequitur hanc maiorem excommunicationem, qua communicans in crimine afficitur, esse excommunicationem hominis, vt falsò putat gl. in dicto capitulo nuper a nobis, in verbo, tunc erit absolutio, de sentent. excommunic. sed canonis, & iuris, licet eius absolutio competat ei, qui ratione criminis principalem excommunicauit, vt notant Innocentius Io. And. Card. & alij communiter in dict. capit. nuper. & ibi Panorm. numero 9. dicens hanc esse communem opinionem. & Archid. in capitulo si is, qui præest, vndecima quæstio. tertia, vbi ait hoc ipsum tenere Raym. in Summa, de sentent. excommun. in §. quæ sit pœna, sub §. penultimo, & Alex. Halensis in 4. par. Summæ, quæstio. vigesimasecunda membr. 1. artic. sexto, §. tertio. Hugolin. de cens. ecclesi. capit. decimotertio §. octauo, numero tertio tab. prima, Gab. quarto dist. 18. quæstio. tertia, artic. tertio, dub. 3. & patet ex textu dicti capituli nuper. in versiculo. Quamuis enim. & tunc, dum per dictionem, *Quamuis*, & per dictionem *Et*, docet, quod ex sola participatione extra crimen contrahitur minor excommunicatio, quæ est iuris, & ptoinde etiam in præcedenti casu, scilicet in participatione criminis contrahitur excommunicatio iuris, & non hominis: nam si excommunicatio minor contrahitur a iure, a fortiori excommunicatio maior iuris erit, & non hominis; & hoc probant omnia argumenta, quæ formantur in glossa, in vltima parte: nam cum sententia excommunicationis lata esset contra certam personam, non ligaret aliam personam, de qua cogitatum non fuit, nisi ex iuris dispositione.

10 Nec valet ratio glossæ, quam etiam sequutus est Goffredus in Summa de sentent. excommun. §. item quid si tempus, quia scilicet absolutio ab hac excommunicatione non potest fieri nisi per excommunicatorem, aut superiorem, vt in dicto capitulo nuper a nobis, cum tamen si esset sententia iuris, & canonis, quilibet superior posset absoluere. Respondetur enim, quod ideo alius absoluere non potest, quia Papa Innocentius III. ibi reseruat hanc absolutionem excommunicatori, ea de causa ad hoc faciendum motus, quia communicans hic in crimine, directè in personam excommunicatoris fauendo, & consulendo a se damnatis, deliquisse videtur: & idem docent Hostiens. in Summa, libro 5. titu. de sentent. excommun. §. Quid si episcopus, numero 16. & Summa Astensis, secunda par. libro septimo, titulo vndecimo articulo secundo quæstio. tertia, & Steph. Costa repet. in c. statuimus, num. decimoquarto, de sent. excommun. & est communis DD.

11 Ex qua doctrina Panorm. in dicto cap. nuper a nobis, numero decimo infert duo: vnum est, quod excommunicator communicando ipsi excommunicato a se in delicto, incurrat etiam excommunicationem maiorem, vt exempli causa, si Petrum excommunicauit pro rapina Ioanni facta, quem forte odit, sed hoc fecit coactus per superiorem, & nihilominus latenter fauet Petro raptori, & cum eo participat; & eum receptat: vel pone, quod mulierem excommunicat propter concubinatum Clerici, cui tamen ipse fauet postea, & consulit, vt cum ea clericus fornicetur, in his casibus, excommunicans ipsemet sententia excommunicationis ligatur, vt docent Host. & Astensis vbi supra, quæst. 4. & rationem dat Panorm. quia ista sententia est iuris, secus autem diceretur, si esset sententia hominis, quia seipsum ligare non posset. Alterum est, quod communicans excommunicato in crimine, etiam extra territorium excommunicatoris, incidat in excommunicationem, quia est sententia iuris, cui totus orbis est territorium, quod sanè verum non esset, si hominis hæc, non iuris sententia esset.

12 Tertius casus est, quando quis cum excommunicato communicat in contemptum excommunicatoris, & in hoc etiam conueniunt omnes authores initio allati, & etiam Hostiens. in Sum. lib. quinto, titu. de senten. excommun. §. necesse, & S. Thom. Quodlib. vndecimo, artic. nono, Gabr. quarto, dist. 18. quæstio. 3. articulo secundo, conclus. 5. certum est enim tunc esse peccatum mortale. Ratio est euidens: quia qui non obedit superiori, morte dignus est, capit. 2. de maior. & obedient. & primo Reg. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere, & Luc. 10. Qui vos spernit. & Rom. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt. & facit pro hoc cap. si celebrat. de cler. excom. minist. Addit autem Gabr. vbi supra, hoc verum esse, præmissa canonica monitione; & ita intelligendum esse videtur, quod communicans post huiusmodi monitionem cum excommunicato ab homine, peccat mortaliter, quando communicat in contemptum clauium; *Quia qui ecclesiam contemnit, Christum contemnit*. *Luc.* 10. vt si quis diceret, non esse curandam excommunicationem, nec capitale de ea faciendum esse, vt fit aliquando

quando a temetarijs, hoc enim hæresim sapit, cum denegare tacitus videatur clauium potestatem. Et facit, cap. excommunicamus. 1, & 2. de hæret. & cap. sacris, quod met. cau. Item si quis diceret in despectum cleri, de excommunicatis, ut chatior mulieris, quam prius; hæc enim & similia contemptum, & inobedientiam arguunt. Addunt Dur. 7. dist. 1. quæst. 5. num. 8. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 4. Gab. 4. d. 18. quæst. 3. art. 1. notab. 5. ver. casus autem. Panorm. in capit. sacris, nu. 8. de his quæ vi met. causa fiunt. Steph. Costa. in c. statuimus, nu. 2. & 3. de sentent. excom. lib. 6. Angelica, in verbo, excom. 8. num. 8. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 30. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 8. & 9. alios casus esse, in quibus participatio cum excommunicato sit etiam mortale peccatum; quamuis enim authores omnes in his tribus casibus consentiant, & aliqui vt S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 23. art. 3. & quodlib. 11. art. 9. & fauet Duran. vbi supra Thom. Argen. 4. dist. 19. quest. vnic. art. 4. Gabr. 4. dist. 18. quest. 3. art... not. 5. ver. alia est opinio communis. Adria. in 4. senten. tract. de clauibus, q. 3. ver. pro huius solutione. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 3. num. 7. ver. peccat tamen communicans, de sent. excom. lib. 6. his tribus casibus exceptis, veniale tantum peccatum esse dicunt cum excommunicato participare; alij tamen, quos paulo ante commemorauimus, plures casus afferunt, in quibus etiam mortale esse censent cum excommunicatis denunciatis communicare, qui casus quatuor numero sunt, quos Nauarrus post Theologos aliquos, Canonistas, & Summistas in Man. c. 27. nu. 20. recensuit, qui a nobis examinandi sunt, vt si quid veritatis, aut falsitatis in se contineant, vnicuique rem ipsam paulo diligentius considetanti, manifestum esse possit.

13 Quartus casus, qui primus est eorum quatuor, quos affert Nauar. est, si frequenter cum eo communicet, seu participet, intelligendo, inquit, de illa frequentia, quæ secum coniunctam habet malitiam mortalem. At hic casus, qui etiam est Durandi, Paludani, & aliorum, non placet Soto 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. conclus. 3. ver. tertius casus, & Gab. 4. no. 18. quæst. 3. art. 2. conclus. 6. & merito: quia venialium frequentia, licet sit via quædam, & præparatio ad mortale, tamen secundum se non est circonstantia mutãs genus peccati venialis, vt docet S. Thom. 1. 2. q. 83. art. 4. & proinde si vna vice communicare veniale sit, etiam & sæpius communicare solum veniale censeri debet. Vnde, non ex frequentia sola, sed ex malitia, seu contemptu annexo peccatum mortale est.

14 Declarans autem Nauarrus, quænam sit ista malitia, subdit esse malitiam animandi illum ad delinquendum: vt si ex frequenti mea consuetudine cum excommunicato ille animetur ad peccatum, & ad persistendum in sua obstinatione, ego pecco mortaliter. Quod licet vere dictum sit, ego tamen his duo, aut tria adderem; vnum est: quod ista malitia sit nota illi excommunicato, cum quo communicat: vnde si ego participem simpliciter cum illo, bono zelo, quamuis ille ex hoc animetur ad malum ex sua malitia, ego non pecco mortaliter. Secundum est; si ego aduertam, aut res tam palam est, quod merito aduertere debeam, alterum ex mea cõmunione animari ad malum, & pertinaciam, aut per nostræ societatis abstractionem citius a malo velle desistere, aut quod alij a simili delicto deterrerentur, vel nostro exemplo agendi, claues Ecclesiæ nihili penderentur, tunc etiam si frequenter hoc non faciam, peccatum est mortale. Tertium est: quod licet frequentia sola non mutet genus peccati, quia tamen signum est, licet non infallibile contemptus, eo quod qui frequenter agit contra monitionem legis, interpretatiue claues Ecclesiæ, & obedientiam superioris contemnere videtur, huiusmodi frequentia communionis cum excommunicato ab authoribus allatis, inter casus illos annumeratur, quibus communicans peccat mortaliter, quod vt verum sit, intelligi debet cum inclusione contemptus, vt diximus, & latius tradunt Gabr. vbi supra, Adrianus in 4. sent. tract. de clauibus, quæst. 5. ver. secunda propositio. Henriquez. lib. 13. de excom. cap. 8. §. 1. post Summam Astensem. 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. quæstio. 1. & Bon. in 4. dist. 18. in vlt. par. distin. quæst. 5. in fine, qui duo vltimi notant, quod quia vix potest excommunicati societas sine contemptu frequentari, ideo sanum consilium est vnicuique, vt se a talibus ad vitandum periculum elonget: hoc ergo modo intellectus casus hic verus erit.

15 Quintus casus, qui secundus est eorum, quos addit Nauar. vbi supra, est quando quis communicat cum excommunicato contra speciale præceptum superioris, tunc enim est peccatum mortale, eo quod habet aliam malitiam inobedientiæ in re graui contractam, ex Nauar. in Man. cap. 27. num. 31. & num. 36. vers. ad quartum. Im. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 8. §. 1. in annot. litera C. art. duplex est peccatum, contra obedientiam iuris, & iudicis, arg. cap. 2. de maior. & obed. quia scilicet ad præceptum iuris sub excommunicatione latæ sententiæ, additur nouum præceptum Iudicis. & antea hoc ipsum docuerunt Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de sent. excom. num. 16. vers. quid si Episcopus. prope finem, & Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 2. quæst. 5. circa quem casum addo hanc inobedientiam, secluso contemptu, vt supra, frequenter non esse peccatum mortale, & forte, ex genere suo non est mortale. Si enim inobedientia iuris generalis, & communis non sit peccatum mortale, quando quis non ex contemptu, sed ex concupiscentia, vel ira, aut alia de causa aliquid facit contra statutum legis, aut superioris, secundum ea, quæ tradunt S. Thom. 2. 2. quæst. 105. art. 1. ad primum, & quæst. 136. art. 9. & Caiet. ibi, & Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. num. 6. de sent. excom. lib. 6. etiam in hac materia, vt communiter docent authores non video, cur inobedientia mandati specialis sit peccatum mortale, nisi forte mandatum speciale fieret in virtute sanctæ obedientiæ.

Sextus casus; qui est tertius ex illis, quos affert Nauar. vbi supra, est, cum quis participat cum excommunicato a Papa excommunicatione, quæ etiam extendat se ad participantes, tunc certum est participantes peccare mortaliter; quia etiam ipsi incurrunt excommunicationem maiorem, quæ incurri non potest nisi ob mortale peccatum, arg. cap. sacris, & cap. quod in dubijs, de sentent. excom. vbi Panor. nu. 3. & post eum Gabr. 4. dist. 18. quæst. 3. art. 2. conclus. 2. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 31. dicunt, nullum citra Papam posse hodie ferre hanc excommunicationem. *Excommunico te cum omnibus participantibus tibi* vt in cap. statuimus, de sent. excom. lib. 6. quod intelligitur tam in genere, quam in specie, sine canonica monitione præmissa, & sententia sic lata ab alio, quam a Papa, nulla erit. d. cap. statuimus, & ibi glo. in verbo, non teneat. Intelligo in genere, quando diceret in sententia, *Excommunico omnes participantes cum tali*. In specie, quando diceret, *Excommunico Petrum, quia communicat Martino excommunicato*. Vnde si alius à Papa diceret. *Præcipimus, sub pœna excommunicationis, vt nemo communicet excommunicatis huius, vel illius Ciuitatis, aut cum nominatim excommunicatis, aut cum manifestis percussoribus Clericorum*, nullum istorum excommunicatorum nominando, aut diceret, *Excommunico participantes cum Petro, aut Martino excommunicato*, sententia nulla esset, nisi monitionem canonicam præmisisset, scilicet trinam, vel vnam pro tribus, aliquorum dierum interuallis competentibus seruatis, nisi necessitas facti aliter ea suaserit moderanda, vt ex d. cap. statuimus, & cap. constitutionem, ver. sent. excom. lib. 6. constat: vbi Host. Io. Monach. & Steph. Costa, in d. cap. statuimus, nu. 5. in verbo, damnato, aduertunt, quod licet talis excommunicatio generalis ferri non possit in participantes sine canonica monitione, optime tamen ferri potest in eos, qui participant in crimine, talis excommunicatio generalis; in quo casu communicans in-

cri-

crimine duas sententias excommunicationis incurrit, vnā scilicet iuris, & aliam hominis, arg. cap. nuper, de sentent.
17 excom. Dixi alium à Papa ferre non posse talem excommunicationem in genere, vel in specie contra participantes; Papa enim cum sit supra ius, non ligatur hac lege, ca. statuimus, vnde in c. significauit, de sent. excomm. Papa clericos inuoluit maiori excommunicatione, qui excommunicati a Papa participant in diuinis. Imò Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 8. §. 2. ait, quod si Papa denunciat iudicialiter per sententiam publicè, & nominatim, quamuis non exprimat, extendi tamen ad participantes, & ita participantes mortaliter peccant, & in maiorem excommunicationem incidunt duobus concurrentibus, s. si participās clericus sit, & ad diuina sic denūciatū à Papa admittat: secus autem, si laicus sit, qui participat, aut si clericus sit, participet tamen in humanis, tunc enim solum venialiter peccare, & minorem excommunicationem tantum incurrere putat: additque hoc, quod diximus, locum habere in solo denunciato a Papa ob summam, & exactam obedientiam, quæ speciali mandato, & censuræ summi pastoris ab omnibus debetur. Et hanc suam opinionem ex cap. significauit, de sent. excomm. colligit, quia textus ille de solis clericis loquitur, & de admissione eorum ad Diuinā, vnde in annot. in littera E. ait clericum cum excommunicato à Papa horas canonicas recitantem, etiam extra Ecclesiam, excommunicationem maiorem incurrere, quia textus dicit, *vel participat*. Alij tamen plura requirunt, ad hoc, vt participans cum excommunicato à Papa, maiorem excommunicationem incurrat, vt in capit. 14. dicemus, iuxta quæ intelligenda erunt, quæ in hoc casu diximus, Interim de hoc casu hæc sufficiant.

18 Septimus casus, qui est quartus eorum, quos refert Nauar. vbi supra in Man. c. 27. num. 30. est, cum quis participat cum excommunicato in aliquo peccato mortali. Verum hic casus ad rem facit, quia tunc non peccat mortaliter ex eo, quod participet cum excommunicato, sed ex eo quod participet cum alio in eodem peccato mortali, cum consensus, & cooperatio ad peccatum mortale sit etiam peccatum mortale, vt enim ait Apostolus, Rom. 1. *Digni sunt morte, non solum qui peccant, mortaliter, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

19 Octauus casus additur ab Hēriquez lib. 13. de excom. c. 9. §. 3. quando quis à Ministro iustitiæ denunciato petat actum iudicialem, aut sententiam in re graui: tunc enim proculdubio peccat mortaliter inducens ad actum de se nullum, in præiudicium tertij, dum vt ex dictis manifestū est, sententia iudicis denunciati ob defectum iurisdictionis nulla omnino sit, & irrita.

Extra casus prædictos participatio cum excommunica-
20 to nunquam erit plus, quam veniale peccatum; sic Hostiensis in Summa, tit. de senten. excom. §. fi. Summa Astē sis, 2. par. lib. 7. tit. 11. art. 1. S. Tho. in addit. 3. par. q. 23. art. 3. & quodl. 11. art. 9. Duran. 4. d. 18. q. 5. nu. 8. Thom. Argen. 4. d. 19. q. vnica, artic. 4. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 3. conclu. 1. Ioan. Maior. 4. d. 18. q. 3. Gabr. 4. distin. 18. q. 3. art. 1. ver. alia est opinio. Bonau. 4. d. 18. in vlt. par. distin. q. 5. Alex. de Ales, in 4. par. sum. q. 22. memb. 1. art. 6. §. 2. Adrian. in 4. sent. in tract. de clauibus, q. 3. vers. secunda propositio. Martinus Ledesm. 2. 4. qu. 25. artic. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclu. 3. Rich. 4. dist. 18. art. 6. q. 2. Io. And. in c. sacris, & ibi Panor. num. 9. de his, quæ vi met. cau. fiunt. quamuis dubius sit Panorm. dicit tamen hanc esse communem opinionem, Archid. etiam 11. q. 3. in ca. quoniam multos, quem refert ibi Panorm. S. Anton. 3. p. tit. 25. c. 1. Angelica, in verbo, excom. 8. num. 4. Nauar. in Man. c. 27. nu. 30. Coua. in c. alma mater, 1. par. §. 4. nu. 7. ver. igitur regulam. de sent. excom. lib. 6. Henriquez libr. 13. de sent. excom. c. 8. & 9. & eam Gabr. vbi supra communem & Theologorum, & Canonistarum esse docet qui omnes communiter affirmant, communicantem cum excommunicato non peccare mortaliter, eo quod communicare cum excommunicato ex sui genere non sit peccatum mortale; & communiter asserunt participantem solum peccare mortaliter, quando vel in crimine, vel in contemptum Ecclesiæ, vel in Diuinis cum excommunicato participat, secus autem, quando in humanis, & temporalibus communicat, secluso contemptu, aut scandalo; Et alij vniuersaliter dicunt, participationem in Diuinis esse mortale, in humanis verò solum esse veniale. Ratio est:
21 quia cum duplex sit Christianorum, & fidelium participatio, vna quę Christianorum propria est, quatenus Christiani sunt, vt est participatio in Diuinis; alia, quæ communis est hominibus; quatenus homines, & conciues sunt, vt est communicatio in temporalibus, & actibus humanis; illam ecclesia directè prohibet, & proinde cum excommunicato in diuinis participans directè contra præceptum ecclesiæ faciens mortaliter peccat. Quia verò communionem cum excommunicatis in temporalibus prohibet tantum indirectè, & ex consequenti, qui in illis communicat, non contra præceptum ecclesiæ, sed præter præceptum facit, & ideo venialiter tantum peccat. Qui ergo in humanis non effrenatè participat, sed ex quadam verecundia salutantem resalutat, vel ex quadam reuerentia ad modicum tempus subsistit cum displicentia, non peccat mortaliter. Nimis enim graue, ac durum esset, si homo pro vno leui verbo cum excommunicato mortaliter peccaret; vnde depurandum nō est, quod ecclesia intendat tantum laqueum ponere pro tam leui participatione, quæ neque directè contra præceptum ecclesiæ, neque in contemptum iudicis, aut censuræ, neque in Diuinis fit, vt citati authores affirmant, quicquid nonnulli, vt Goffred. in Sum. Ray. & alij, quos refert Panorm. in cap. sacris, num. 8. de his, quæ vi met. cau. fiunt. & Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 23. §. 14. numero 2. eos etiam in hoc casu peccare mortaliter velint, sed falsò. Nam d. capitulo sacris. de his quę vi. quod ab istis affertur, in quo dicitur, *communicantem cum excommunicato peccare mortaliter*, non de communicante in temporalibus, sed in Diuinis officijs, quæ solenniter, & publice in ecclesia celebrantur, & in Sacramentis suscipiendis, vel ministrandis, & in ecclesiastica sepultura, debet intelligi; vel de communicatione in crimine, aut in contemptum iudicis; qui enim post canonicam monitionem, ne cum excommunicato participet, ab eius consortio non abstinet, peccat mortaliter, quia tunc ecclesiæ censuram contemnere censetur, & ideo excommunicatione maiori ligare poterit, arg. cap. statuimus, & cap. constitutionem, de sent. excom. lib. 6. & latius tradit Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 3. nu. 9. vers. tandem, de sent. excomm. lib. 6. post S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 23. artic. 3. ad primum.

22 Hinc infert Couar. vbi supra, §. 3. num. 8. versic. sic & excommunicatis, & recitantem priuatim horas canonicas cum excommunicato, non peccare mortaliter; quod etiam docet Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 2. vbi ait, excommunicatum etiam cum alio laico horas dicentem non peccare mortaliter; non tamen dicere debet, *Dominus vobiscum* quia hæc verba dicuntur propriè in persona ecclesiæ, cetera vero omnia quando priuatim dicuntur, tanquam à persona priuata recitantur; si quis tamen ex inaduertentia priuatim recitando illa verba diceret, non peccaret mortaliter.

23 Addit etiam idem Couar. non esse pèccatum mortale, si qui cum excommunicato ingrediatur ecclesiam eo tempore, quo Diuina officia ibi non celebrantur: & Henriquez vbi supra vult, denunciatum sine socio in ecclesia (quando non fiunt ibi officia) priuatas orationes, aut horas canonicas recitare posse sine peccato mortali, etiam si in eadem Ecclesia adsint alij suas horas priuatim recitantes, dummodo excommunicatus non audiat horas alterius, nec cum eo recitet

alternatiuè; erit tamen peccatum veniale priuatim horas, vt diximus, cum eo recitare, aut Ecclesiam ingredi cum eo, vt Couar. vbi supra, n. 8. testatur: quia cum excommunicatus his actibus interdictus, aut priuatus non sit, cum eo priuatim illis communicare veniale solum erit.

24 Addit tertio Nau. in man. capit. 27. numer. 36. nec esse peccatum mortale communicare cum excommunicato in priuatis orationibus, vt dicere simul cum illo salutationem Angelicam, quando ad illam pulsatur; aut simul cũ eo communicare benedicendo mensam, nec consequenter simul cum illo priuatim orare in cubiculo: immo, addit Nauarrus neq; esse hæc peccata venialia, quia excommunicato me salutanti respondere possum, ex Palud. 4. distin. 18. quæst. 6. art. 2. & S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 2. *Deus te conuertat*. Similiter si rationabili ex causa scribo litteram excommunicato, possum loco salutationis in tit. litteræ præfigere hæc verba, *Deus te conuertat, aut optare spiritum Consilij sanioris*, quæ sunt verba orationis. Item, cum excommunicato legere possum partem Euangelij, aut Psalmi. Item, cum eo interesse possumus concioni, cũ hæc ei non sit prohibita. capi. responso. de sent. excomm. sed initio concionis vbique præmitti solet Angelica salutatio, cum igitur orare possumus hoc modo cum illo in Ecclesia, multo magis extra ecclesiam cum illo hoc ipsum facere possumus sine peccato mortali, aut etiam veniali. Addit Henriquez libr. 13. de excom. c. 10. §. 4. quod si ad templi angulum adesset denunciatus non attendens ad officia, alij licite in Missa, aut officio permanere possunt; sicut etiam, si talis obiter per Ecclesiam transeat, & parũ persistit orando, non est, cur ab officijs Diuinis cessetur. Non igitur peccatum mortale est quomodocunque cum excommunicatis in Diuinis participare, sed solum quando solenniter, & publice in Ecclesijs celebrantur, vt Nauar. vbi supra, nu. 36. versi. ad quintum, & Couar. in d. c. alma mater, 1. par. §. 3. num. 8. ver. sic & excommunicatus, testantur.

25 Addi potest quarto excommunicatum denunciatum in vno loco, verbi gratia, Parisijs, vbiq; excommunicatum esse, & vbique vitandum, etiam Romæ, aut Bononiæ, etiamsi hoc ibi ignoretur: excommunicatio enim animá afficit, & sequitur excommunicatum, vt lepra leprosum, arg. c. cito turpem, 1. q. 1. gl. in c. si quis presbyter, in verbo alius Episcopus, 7. q. 1. & eadem gloss. in cap. pastoralis, §. vetum, in verbo, subtrahuntur de appellat. & facit quæ de suspenso docet in cap. quisquis, in verbo, communicet, 4. q. 5. & in cap. officij, in verbo, excommunicationis vinculo, de senten. excomm. Cardin. in clem. 2. §in verbo ipsius, de pœnis, Panor. in c. ad reprimendam, num. 2. de offic. ordin. & in c. 1. de raptor. Innoc. in cap. inquisitioni, num. 2. de senten. excom. idem Panor. in c. ad nostram, 3. nu. 6. de iureiur. & in c. cum & plantare, nu. 1. de priuileg. Maria. Soc. in ca. sacris, nu. 489. & in c. inter alia, nu. 117. de sent. excomm. Nauar. in c. inter verba, 11. q. 3. §corol. 67. Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 3. nu. 2. ver. quæritur tandem, de sent. excomm. Henriquez ca. 26. §. 3. & in ann. c. 24. §. 1. in littera E. Martin. Ledesm. 2. 4. qu. 15. art. 1. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. c. 13. §. 10. qui docent esse communem quicquid Palud. 4. dist. 18. q. 6. art. 1. & Duran. 4. dist. 18. q. 5. num. 14. Siluest. in verbo, excomm. 5. dub. 17. & alij nonnulli contrarium affirment, vt Henric. in cap. cum desideres, de sent. excom. & Cosmas in pragm. sanct. tit. de excommuni. non vitand. verbo, excommunicationis, qui existimat solum vitandum esse in prouincia, & Diœcesi, in qua denunciatus est; Aut quando is, qui excommunicatum vitare vult, probare potest eum esse alibi denunciatum, alioquin si hoc probare non possit, non tenetur eum vitare nisi in loco, aut diœcesi, vbi denunciatus sit.

26 Ceterum, non male Couar. vbi supra, post Panorm. in capit. cum non ab homine, num. 4. de sent. excomm. hanc Doctorum differentiam conciliat dicendo, quod cum vno loco denunciatus sit, & proinde minime ab Ecclesia toleretur, vbique vitandus sit; siquidem Pontifices à tempore Apostolorum ex Apostolorum Canonibus 13. & 16. adiecerunt hoc præceptum, vt fideles omnes excommunicatum vno in loco, & denunciatum vbiq; in diuinis, & humanis deuitarent. Deinde, quia non ita facilè infamandus quis est, vbi esse excommunicatus ignoratur; At si probari commodè possit denunciatio, & in publico, & in secreto eum vitare debemus: sin vero denunciatio probari commodè non possit, vitare eum in occulto, non autem in publico tenemur, ex Panorm. vbi suprà; in quam etiam sententiam inclinat Palud. 4. d. 18. q. 9. art. 1, attentè legatur, & expresse art. 2. circa medium. & Henriquez lib. 13. de excom. ca. 6. §. 1. & ita excommunicatus denunciatus Venetijs, etiam Bononiæ vitandus erit, si id sciant habitatores Bononiæ.

27 Difficultas sola est, quo iure Episcopus vnius diœcesis ita ligare possit ciues alterius Episcopatus, cum non habeat iurisdictionem in eos, vt tamen teneantur homines, alterius prouinciæ sic denunciatum vitare. Quæ etiam difficultas est de suffragijs Ecclesiæ, quo modo scilicet Episcopus vnius diœcesis priuare possit sibi subditum, quod non participet suffragijs communibus, quæ fiunt in alio Episcopatu, & etiam in toto orbe, vt verbi gratia cũ Petrus ante excommunicationem gaudebat suffragijs Neapolitanis, & Auerlanis; quo iure Episcopus Neapolitanus priuare poterit subditum suum suffragijs episcopatus Auersani, ac etiam totius ecclesiæ; Cui difficultati Ledes. in 2. 4. quæst. 24. art. 1. respondet excommunicatum ab vno episcopo vitandum esse ab alijs etiam sibi nõ subditis, & priuari suffragijs ecclesiæ communibus, non solum de iure humano positiuo, sed etiam Diuino, & ita etiam de iure Diuino alij omnes eum vitare tenentur, & eodem iure ecclesiæ suffragijs communibus priuatur, & fauet plurimum Couar. in capit. alma mater, prima part. §. 1. numer. 2. & 3. de sent. excomm. lib. 6. Ceterum, Scot. 4. dist. 19. q. vnica. art. 5. Ioan. Maior, 4. dist. 18. quæst. 4. Henriquez lib. 13. c. 24. §. 1. in annot. littera E. & c. 26. §. 3. rectius docent Episcopum vnius diœcesis non habere talem potestatem excommunicandi de iure Diuino, ita vt subditum suum priuet suffragijs totius ecclesiæ, aut vitari faciat vbique etiam à non subditis; quia de iure Diuino non habet potestatem nisi super subditos suos; & proinde Episcopus per suam excommunicationem solũ posset directè priuare suffragijs propriæ diœcesis, & prohibere subditis: ne cum illo denunciato participent. Et solum Papa iure communi adiecit, quasi naturam, proprietatem consequentem excommunicationem, quod excommunicatus priuetur communibus suffragijs totius ecclesiæ, & vt denunciatum ab vno Episcopo teneantur omnes in toto orbe vitare, ita, vt nec Episcopus ipse cum eo versari possit, vt infra dicemus. Vnde posset Papa statuere, ne episcopus priuaret subditum suum, nisi suffragijs, & beneficijs suæ Diœcesis, & ne denunciatum vitare tenerentur, nisi subditi eiusdem Episcopi. Iure igitur humano Pontificio factum est, vt vno loco denunciatus vbique tam in diuinis, quam in humanis vitandus sit, & communibus totius ecclesiæ suffragijs priuetur. Et ad hoc citari solet cap. quisquis. 4. quæs. 5. & c. si quis presbyter, 7. quæst. 1. & fauet Syluest. verbo, excom. 5. num. 10. dub. 1.

28 Hinc soluitur quæstio illa, quam nonnulli (inter quos est Panorm. in cap. 3. de priuileg. & in ca. nulli, nume. 2. & 3. de senten. excom. & eum sequutus Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 1. nu. 2. & 3. de senten. excom. lib. 6.) tractant, an Papa dispensare possit, aut permittere, vt quis cum excommunicatis participet? Cui respondent Panorm. & Couar. in Diuinis Papam hoc priuilegium nulli dare posse; Ratio est: quia hæc communicatio in Diuinis est prohibita iure Diuino, quam prohibitionem Papa tollere non potest; Vnde addunt etiam, Papam

com-

communicantem in Diuinis peccare, immo etiam, si inhumanis sine causa cum huiusmodi excommunicatis maiori excommunicatione participet, peccat, non tamen incurret excommunicationem minorem. Alij tamen omnes contrarium affirmant, & hoc verius est, vt enim diximus, præceptum hoc vitandi excommunicatos, humano, & Pontificio iure institutum est, vnde potest Papa, qui non est astrictus iuri communi; ex causa concedere participationem in Diuinis, & Sacramentis cum excommunicato; & de facto in extrauag. Ad euitanda scandala. Martinus V. dispensauit cum Concilio Constantiensi, ne vitare teneamur excommunicatos non denunciatos? Vnde, sicut limitauit effectus excommunicationis quoad non denunciatos, ita etiam ex causa concedere potuit, vt cum denunciatis versemur sine peccato, aut aliqua pœna, cum in iure humano dispensare possit, vt Henriquez vbi supra notauit, & idem docet Hugolin. tabul. secunda, c. 23. num. 3. post Syluest. in verbo, excomm. 5. nu. 10. dub. 1.

30 Quinto addi potest, quod licet nec Papa, sicut nec alius Summus Princeps vi coactiua ipsius legis teneatur, nec ratione præcepti a se lati, ad vitandos excommunicatos obligetur, tenetur tamē vi quadā directiua, & quæ principem ratione ad rectum, & æquitatem dirigit, humanæ constitutioni, etiam a seipso a seipsum submittere, eamque obseruare, argument. l. digna vox, C. de leg. & ca. iustum. distinct. 9. Ratio enim naturalis dictat, Principem legem illam seruare debere, quam ipse tulerit, argument. c. cum omnes, de constitut. & docet glo. in ca. nul li, in verbo, vitare, & ibi Panorm. nu. 3. de sent. excomm. Certum tamen est, quod Papa etiam cum certa scientia cum denunciato participans in Diuinis, aut humanis nullam iuris pœnam incurrit, quia est supra ius positiuū, & ita cum excōmunicato omnis iuris positiui sit, cum Papa ob participationem cum excommunicato denunciato non incurrit, glo. in capitulo, nulli, in verbo vitaret, & ibi Panormit. num. 4. & idem Panor. in cap. cum desideres, nu. 3. de sent. excom. glos. in c. si inimicus, in verbo expectare, dist. 93. Calder. in repet. cap. cum excommunicato, 11. q. 3. Io. And. in c. statuimus, de sentent. excommun. lib. 6. gloss. in Clem. si summus, in verbo, participet, & ibi Ioan. de Lignano, & Guil. de Monte Lau Juno. de sentēt. excom. vbi Guil. affirmat Papam vix scienter cum excommunicato participare, quia de stilo Curiæ tales si negocij, vel tractatus quidpiam habeant cum Papa, per ipsum vel per alios absoluuntur, durante tractatu ad cautelam, & eo finito reducuntur in eandem sententiam instar testium excommunicatorum, argumen. cap. veniens, de testibus. Palud. 4. dist. 17. q. 6. artic. 2. in fine. Couar. in cap. alma mater, §. 1. nu. 3. de sentent. excom. lib. 6. & Hugol. tab. 2. c. 23. n. 5. Qui omnes authores cum Martino Ledesmio. 2. 4. quę. 25. artic. 5. docent Papam non propterea absoluere sic excommunicatum, nisi expresse dixerit, & voluerit per talem excommunicationem illum pro absoluto haberi, arg. c. cum desideres, de sentent. excom. si tamē ei communicaret, intendendo eum de facto absoluere, etiamsi non verbo, habendus est pro absoluto, tanta enim est potestas Papæ circa ius positiuum, vt pro sola voluntate sua libertatem concedat, nec alia opus sit absolutione, glos. in cap. si inimicus, in verb. expectare, d. 93. & in cap. si aliquando, in verbo, salutationis, de sentent. excom. & glos. in Clem. 1. in verbo, pro infectis, de immunit. Eccles. Panorm. in d. c. nulli, nu. 4. de sent. excom. Palud. vbi supra, & communis DD.

Sexto infertur, Episcopum non posse communicare cum excommunicatis a seipso ante formalem absolutionem ab excommunicatione, & si communicet, incidit in excommunicationem minorem, sicut & alij ipso iure in communicantes latam, argum. cap. cum desideres, & Panormitanus numero secundo, & Doctores, communiter de sententia excommunic. & Innocentius in cap. quod in dubijs, tit. eod. Ioan. in c. cui licet, q. 4. num. 15. vbi dicit & Rayn. idem asserere, de Regul. iur. libro 6. Anchar. in cap. statuimus, nu. 4. Domin. Philipp. Franc. & Gemin. ibidem, de sent. excomm. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. in fine. Mart. Ledes. 2. 4. q. 25. artu. 1. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 2. nu. 2. vel. hinc profecto, de sentēt. excom. lib. 6. Hugolin. de censur. Eccl. tab. 1. cap. 13. §. 9. immo etiam & maiorem excommunicationem incurrit, si in crimine criminoso participet. Ratio est: quia pœna illa non ab excommunicatore per suam sententiam, sed a iure profertur, vt habetur in capite, nuper, & ibi, DD. de sent. excom. Cum ergo iis communiter, & indifferenter excommunicet participātes excommunicatis, cui omnes subijciuntur, arg. c. 1. de cōst. etiam Episcopus aut alius excommunicator cum excommunicatis a se, vel ab alio, ante absolutionem communicando excommunicationem minorem, haud secus ac alij incurrit.

31 Quibus addo, quod Episcopus communicans cum excommunicato etiam a seipso censurato non censetur propterea illum ab excommunicatione absoluere, sed neque potest, si velit, quia cum forma iuris, & consuetudinis vniuersalis Ecclesiæ sit, non absoluere, nec ligare, nisi verbis idipsum significantibus, Episcopus illam iuris formam obseruare tenetur; si tamen Episcopus illum excōmunicatum alijs verbis absoluat, peccat quidem, ille tamen verè absolutus est, & deinceps tam excommunicatus, quam alij cum eo libere, vt prius, communicare possunt.

32 Septimo infertur, communionem hanc cum excommunicato tamdiu prohibitam esse, quousq; realiter, & in effectu absoluatur; nec satis esse, si promiserit, quærere absolutionem, aut illam iam quæsierit, aut etiam si iurauerit stare mandatis Ecclesiæ, sed necessarium esse, vt realiter adsolutus sit, vt habetur in c. cum desideres, & ibi Panor. nu. 5. & DD. de sent. excom. & gl. in clem. 1. in verbo, donec, de Decimis, & Hugolin. tab. 2. cap. 23. nu. 7. Adeo enim personæ excommunicatio inhæret, eamque vim habet, vt neque morte ipsius excommunicantis, aut ipsius excommunicati tollatur, donec absoluatur, arg. c. pastoralis, §. 1. de offic. ordinar. vnde & excommunicatus etiam mortuus ante absolutionem (vt multi volunt etiamsi contritus in morte fuerat) Ecclesiæ suffragijs, aut Ecclesiastica sepultura caret, argumēt. ca. pit. a nobis, 2. & c. sacris, de sent. excom. Hugolin. vbi supra, nu. 8. Et semel excommunicatus esse præsumitur, donec absolutus probetur, arg. c. semel malus, de reg. iur. lib. 6. gl. in c. proposuit, in verbo, de absolutione. & ibi Panor. nu. 4. de cler. excommun. ministr. & idem Panorm. in cap. dilectis, nu. 10. de appellat. Marian. Soc. in ca p. de monialibus, num. 4. & in cap. sacro, num. 490. de sentent. excommun. Felin. in cap. scribam, nu. 3. de præsumptio. Anchar. ran. cons. 64. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 2. num. 6. versic. verum si constiterit, de sen. excom. lib. 6. Hugol. de censur. Eccles. tabu. 1. cap. 13. §. 12. num. 2. vbi Couar. post Panormit. in d. capitulo, proposuit, numero 5. docet, quod licet possimus ei communicare, qui communi opinione habetur pro absoluto, maximè vbi elapsum esset aliquod longum tempus a tempore communicationis, attenta qualitate personæ illius, qui fuit excommunicatus, cum enim vnusquisque curam suæ salutis habere censeatur, nec in facto alieno teneatur quis esse valde curiosus, arg. reg. præsumitur, de regu. iur. lib. 6. & notat Innoc. in cap. veniens, de verb. significa. lib. 6. poterit quis absque vllo criminis aut pœnæ periculo cum tali excommunicato communicare, qui communiter pro absoluto habetur, licet nihil de certo de absolutione non constet, vt expresse docent Panor. vbi supra, & Couar. & Hugol. & Henric. in c. cum desideres, de sent. excom. Syluest. ver bo, excom. 5. dub. 17.

33 . Et denique, etiam priuilegiati a Papa, ne excommunicari possint, excommunicatos denunciatos haud

secus ac alij vitare tenentur, vt habetur in cap. nulli. & ibi glo. & DD. de sentent. excom. & cap. cum & plantare. §. excommunicatos, & ibi glos. in verbo, excommunicatos, & Panor. nu. 1. de priuileg. Couar. in ca. alma mater. §. 2. nu. 2. de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de cens. Eccl. tab. 2. cap. 23. nu. 2.

34 Octauo, excommunicatus ipse cum alijs communicare prohibetur, non propter nos, sed propter se ipsos, immo multo magis ipsi alios vitare tenentur, tum in Diuinis, tum etiam in humanis, cum eorum causa prohibitio hæc facta sit, vnde, sicut alij ipsum, ita ipse alios multo magis vitare tenetur; quod enim de vno correlatiuorum statuitur, etiam de altero statutum esse censetur, argum. l. fi. ff. de acceptilat. & ita expresse Hostiensis in Summa. lib. 5. tit. de sentent. excommun. numero 11. ver. illud etiam notandum. & Io. de Lignano de censur. Eccles. §. vigesimusseptimus. numero 2. Panormit. in cap. illud nu. 6. de cler. excom. ministr. & idem Panorm. in ca. nulli, nu. 3. et ibi Fel. de sent. excom. Domin. in c. nullus, distin. 15. Marian. Soc. in c. illud, num. 11. de cler. excom. minist. Gabr. 4. dist. 18. q. 3. art. 3. dub. 5. Adrian. in 4. sent. in tractat. de clauibus, art. 3. prin. ver. pro huius solutione est præmittendum. Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 24. de pœnit. dist. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 11. §. 2. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 22. qui omnes docent sic excommunicatum teneri alios vitare, & peccare mortaliter non vitando alios: quia contemnere videtur excommunicationem, & vsurpare communionem sibi interdictam; id quod Panormitan. in d. capitulo nulli, hac ratione probat: quia si priuilegium sine causa non defendit, quo minus vitare teneatur excommunicatos, multo magis excommunicatio non defendet, quominus alios vitare teneatur; vnde etiam authores citati affirmant excommunicatum non solum vitare debere alios non excommunicatos, sed etiam alios excommunicatos: delictum enim nulli præstare debet immunitatem, & hanc communem esse sententiam DD. concludunt: id quod etiam in excommunicato occulto procedit, siquidem hinc stante etiam concessione Constantiensis Concilij alios vitare tenetur, cum Concilium ipsis excommunicatis non intendat in aliquo fauere: vnde, etiam qui per famam tantum excommunicatum se esse nouit, alios vitare tenetur, vt notat Panorm. in c. illud, nu. 4. de Cler. excommu. ministr. alias, inquit, peccat, & celebrando Diuina in irregularitatem incidit; adduntque quotidie contingere, quod Episcopi excommunicantur in curia, qui tamen notitiam excommunicationis non habent, nisi per famam tantum. Quod notandum ab omnibus esse cupit, non tamen ita grauiter delinquit, sicut si pro certo sciuisset; & idem cum Panorm. in hoc sentiunt Marian. Soc. in d. c. illud, nu. 7. & Hugolin. tab. 2. c. 22. num. 2.

35 Nono, quæ dicta sunt de vitando excommunicato, aut etiam de excõmunicato ipso, vt alios vitet; de fidelibus solum accipienda sunt, vt optime notat Duran. in 4. d. 18. quæstio. 8. numero 13. post S. Tho. in addit. 3. par. quæst. 23. art. 2. ad primum: etenim nec excommunicatus infidelium communione priuatur, nec alij non excommunicati a consortio infidelium arcentur vi ipsius excommunicationis, vt ex c. Engeltrudam. 3. quæst. 4. & ca. omnis Christianus, & c. nihil. 11. q. 3. & cap. præcipue, ead. causa, & quæst. vbi semper mentio fit de separatione a consortio Christianorum, & fidelium, seu ab Ecclesia & corpore Christi: infideles autem de Ecclesia, & corpore Christi non sunt. Cur autem Ecclesia communionem fidelium excommunicatis interdicat, non autem infidelium, ea ratio est: quia excommunicatus iam Christianus est, nec amplius aliorum consortio indiget, vt fidelis efficiatur, cum tamen infideles nunquam ad Christi fidem profitendam induci possent, si colloquium eorum fidelibus esset interdictum, vt habetur in c. infideles, 23. q. 4. vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit; in his vero, qui intus sunt id est, in fidelibus putredo resecanda est. Præterquam, quod infideles parum curarent, si eorum consortium vitaremus, cum tamen excommunicati erubescant, si non communicetur eis, vt latius tradunt glos. in ca. quam pio verbo, interuentu, 2. quæstio. 2. & eadem gloss. in cap. ad mensam, in verbo, permittimus. 11. q. 3. & Anchar. in clem. 1. ver. sexto quæro, de testib. quos refert, & sequitur Hugolin. de censur. Ecclesiast. tab. 2. c. 22. §. 1. num. 4. & cap. 23. num. 9.

36 Dixi ex vi ipsius excommunicationis, quia per alias leges prohibentur fideles, ne Iudæorum, & aliorum infidelium communione vtantur, siquidem in cap. nullus eorum, & capitulo, omnes. 28. quæst. 1. fideles cum Iudæis azima manducare, ad eorum conuiuia ire, aut eos conuiuio excipere, cum eis habitare, aut eorum aliquem in infirmitatib. suis vocare, aut medicinam ab eis percipere, aut cum eis in balneo lauare prohibentur. & cap. caue, & c. si quis Iudaicæ, 28. q. 1. fideles cum infidelibus matrimonia contrahere vetantur, & cap. multorum, & cap. Iudæi, & cap. ad hæc, de Iudæis, Christiani prohibentur seruire Iudæis, Saracenis, aut Paganis, & c. etsi Iudæis, Christianæ Iudæorum nutrices esse vetantur. Quando igitur peccatum mortale sit extra casus a iure concessos cum excommunicatis participare, ex hactenus dictis manifestum est.

Quem excommunicatum tam antiquo, quam nouo iure quis vitare teneatur. Cap. XII.

S V M M A.

1 *Antiquo iure vnusquisque non excommunicatus quemlibet excommunicatum publicum, & occultum vitare tenebatur.*

2 *Ex confessione solum sciens aliquem excommunicatum, nec olim, nec modo illum vitare tenetur, aut debet.*

4 *Excommunicatus ipsemet olim, & modo alios vitare tenetur.*

4 *Excommunicatus per famam habitus de iure antiquo vitandus, & quousque.*

5 *Excommunicatus occultus, an, & quando cum alijs, etiã in Diuinis participare poterit.*

6 *Extrauagans* (Ad euitanda scandala.) *nouum ius circa vitandos excommunicatos statuit.*

7 *Etrauagans* (Ad euitanda scandala) *an temporalis, vel perpetua censenda sit.*

8 *Dissensio magna inter Doctores est, circa substantiam extrauagantis prædicta,* (Ad euitanda scandala) *& authores pro vtraque parte afferuntur.*

9 *Authoris opinio de lectura, & intelligentia extrauagãtis;* (Ad euitanda scandala.)

10 *Extrauagans* (Ad euitanda scandala) *nullo modo sibi ipsi contrariatur.*

11 *Extrauagans* (Ad euitanda scandala) *nullo modo ipsismet excommunicatis fauet.*

12 *Excommunicatis generaliter ante denunciationem Sacramenta licitè conferri non possunt.*

13 *Excommunicat. an post extrauagantẽ.* (Ad euitanda scandala) *iurisdictionem ante denunciationem amittat.*

14 *Excommunicatus occultus hodie nec secreto vitandus est.*

15 *Excom-*

15 *Excommunicatus, cuius excommunicationis fama est, nec publicè, nec priuatim, ante denunciationem vitandus.*

16 *Excommunicatus specialiter, seu nominatim ante iudicis denunciationem vitandus non est.*

17 *Nominatim excommunicatus quis dicendus.*

18 *Excommunicatus notorius ob Clerici percussionem tum publicè, tum priuatim ante denunciationem vitandus.*

19 *Notorium dicitur, quod in maiori parte viciniæ, aut Collegij, aut opidi per testes oculatos notum est.*

20 *Missa presbyteri notoriè fornicarij, & concubinam habentis an audienda.*

21 *Sicut excommunicatum denunciatum; ita etiam & suspensum, & interdictũ denunciatum in eis, quæ per censuram illis prohibentur, vitare tenemur.*

22 *Ad excommunicatum vitandum requiritur denunciationis scientia, & quis scire censeatur.*

23 *Interdictum ecclesiasticum, ob solam famam obseruandum non est, & quare.*

24 *Prælato dicenti aliquem esse denunciatum credendum est.*

VT autem materia hæc quæ satis dubia, & difficilis est, manifesta, clara, & facilis reddatur, quid vtroque iure licitum, aut prohibitum sit breuiter ostendemus.

1 Primo igitur, de iure antiquo, vnusquisque non excommunicatus vitare tenebatur omnem, & quemcunque excommunicatum, nõ solum publicum, sed etiam occultum, licet non eodem modo: nam publicum tam in occulto, quam in publico; occultum verò solum in occulto vitare tenebatur, dummodo de excommunicatione ei constaret, vt habetur in capit. cum non ab homine, & ibi glo. in verbo, denunciatus non sit, & ibi Panormit. numero 2. 3. & 7. de sentent. excommunic. Ratio autem, cur occultus excommunicatus in secreto vitandus sit, hæc esse potest, quia talis verè excommunicatus est, cum excommunicatio executionem secum trahat capit. pastoralis, §. verum, de appellat. & proinde vitandus: nam denunciatio excommunicati non excommunicat eum, sed solum excommunicatum esse declarat, nec denunciatio fit nisi ob ignorantes.

2 Hoc autem intelligi debet de scientia, quæ habetur extra confessionem: si enim quis aut olim sciret in confessione Sacramentali aliquem fuisse excommunicatum, aut etiam modo aliquem esse denunciatum, neque tunc neque modo tenetur, aut debet talem vitare, & hoc propter maximam sigilli Sacramentalis obseruationem, vt docent Hostiens. in d. cap. cum non ab homine, de sentẽt. excom. & idem Hostiens. in cap. omnis vtriusque sexus, de pęnit. & remiss. Summa Astensis 2. parte, lib. 7. tit. 11. artic. 1. quæstio. 27. Rich. in 4. dist. 18. artic. 6. quæstio. 8. & 4. distinct. 21. artic. 4. quæst. 2. ad 4. Paiud. 4. distinctio. 18. q. 6. art. 2. & Syluest. verbo, excomm. 5. n. 28. dub. 19. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 10. ar. 5. dub. 6. Ioan. Medina Cõd. de confes. in q. 48. §. aliud dubium. vers. sequitur vltra. Sotus in relect. de ratione tegendi secretum, memb. 3. q. 4. dub. 3. post concl. 5. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 3. de sent. excommun. lib. 6. Henriq. lib. 13. de excõ. cap. 6. §. 1. imo etiam huius sententiæ est Scotus 4. d. 21. quæst. 2. §. ad argumenta, in fine, ver. respondeo sicut ad tertium, quicquid Medina, & Couar. vbi sup. contrarium illi ascribant, vnde Hag. & Rod. vt testatur Astensis vbi supra, in c. si tamen. 6. q. 3. & Adrian. in 4. tractat. de confess. post dub. 9. in q. quæ incipit: circa materiam confessionis. in fi. ver. ad argumenta principalia. §. ad sextum, non sunt audiendi, qui in hoc casu talem in occulto a confessore vitandum esset dicunt: sed falsò, quia confessor, etiam si scientiam hanc habeat, verè ignorans est huius excommunicationis, cum ea lata sit a lege humana exteriori, & per actum exteriorem debeat eius scientiam habere, vt excommunicatum talem etiam secreto vitare teneatur.

3 Secundo, Qui excõmunicatus est, eodem modo & nunc & de iure antiquo tenebatur alios vitare, & quidem si occultus excommunicatus est, tenetur alios tam excommunicatos, quam non excommunicatos in occulto vitare, si publicus, tam in occulto quam in publico.

4 Tertiò, Qui per famam excommunicatus habebatur, aut quem per duos testes excommunicatum esse probari poterat, de iure antiquo vitandus erat, quousque ad arbitrium Episcopi se purgaret, & ad cautelam absolueretur, vt de primo habetur in ca. cum desideres, §. secundæ quæstioni, de sent. excom. & de secundo tradunt Innocen. & Panorm. numero 6. Henric. & Felin. in dicto capitu. cum desideres.

5 Quarto quamuis Syluester in verbo, excommunicatio 3. versic. 5. & versic. 6. & Couar. in cap. alma mater, §. 2. nume. 11. versi. quamobrem, de sent. excom. lib. 6. putent occultum excommunicatum non posse participare cum alijs in Diuinis, nec in occulto, nec in publico, & si celebret, fieri irregularem, & incurrere alias pœnas latas contra violatores excommunicationis; mihi tamen videtur verior, vt est mitior contraria sententia, cum Soto, 4. distin. 22. quæst. 1. articul. 4. conclu. 1. versicul. at verò. Alphonso de Castro, lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. conclus. secunda. Martino Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. in fine. Nauarr. de pœnit. dictione 6. capit. primò, §. laboret, in fine, & alijs, quos citauimus hoc libro 2. capit. 2. in fine. Si hoc faciat ad vitandum scandalum, & ad necessariam suæ vitæ, aut famæ conseruationem, nec peccat mortaliter, nec irregularis erit, nec alias pęnas incurret; quia ius positiuum non solum humanum, sed etiam Diuinum cedit iuri naturali Diuino: at verò scandali vitatio, & famæ defensio, de iure naturali Diuino sunt, & proinde in hoc casu cessat omne ius humanum, præsertim, si per ipsum excommunicatum non stet quo minus absoluatur; id quod, tam de iure antiquo, quam de iure nouo procedit; de qua re latius loco proximè allato disseruimus.

6 De iure nouo alia dicenda, & obseruanda sunt; Primò quidem, auctoritate Concilij Constantiensis, & Martini V. condita fuit Extrauagans quædam, concedens participationem cum excommunicatis, quæ confirmata fuit postea per Concilium Basileense, antequam fieret scissura, & per Eugenium IIII. Quæ constitutio, quoniam ius vetus corrigit, & nouum constituit, & materiam censurarum explicat, ex cuius expositione innumeræ Doctorum antiquorum controuersiæ dissoluuntur, exemplum eius describemus, prout refertur, ab authoribus fide dignis qui huic Concilio interfuerunt, vt testantur Sanct. Anton. 3. parte, tit. 25. cap. 2. Ioan. Dried. de libert. Christiana, pag. 88. Adrian. in 4. sentent. tractat. de Confess. quæstio. 9. & tract. de clauibus, quæstio. 3. & tract. de Eucharistia, quæstio. vlt. versi. oritur quæstio. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 37. Tenor autem constitutionis est iste *Ad euitanda scandala, & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communione alicuius, Sacramentorum administratione, & vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis intus, & extra, prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ a iure, vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit illata contra personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiæ communitatem, aut locum certum, vel certam a Iudice publicata vel denunciata, specialiter, & expressè,*

constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Saluo si quem non sacrilega manuum iniectione in clericum in sententiam latam a Canone adeo notoriè constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam a communione illius licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri, iuxta Canonicas sanctiones. Et infra; *Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos aut prohibitos, non intendimus in aliquo reuelare, nec quomodolibet eis suffragari*. Hactenus Concilium Constantiense, vt authores referunt.

7 Circa quam constitutionem, nonnulla in sequentibus annotanda sunt.

Primus est. Quod initio cum condita fuerat hæc constitutio, sparsi fuerint rumores multorum, dicentium illam non fuisse perpetuam, sed solum ad quinquennium, & in Concilio propositam, sed non acceptatam, præcipuè ab Italis. Vnde, quidam Episcopus Busoniensis in Polonia, Andreas nomine, his rumoribus permotus, ab ipsomet Martino V. petijt, verumne hoc esset, ab eoque responsum accepit, eam esse perpetuam, & hanc suam intentionem fuisse vt ibi S. Antoninus testatur; vbi etiam scribit se hæc audiuisse a quodam Iuliano Cardinali, qui fuit Legatus Apostolicus in eodem Concilio, constitutionem hanc in Concilio promulgatam fuisse per dictum Pontificem, omnesque Concilij Patres eam laudasse, & approbasse, eamq; perpetuam esse de iure, & omnib. Christianis datam. Qui ambo, Andreas scilicet, & Iulianus, eidem Concilio interfuerunt.

Alterum est, in hac Constitutione tres partes sunt, in quarum prima vniuersaliter conceditur non excommunicatis participatio cum excommunicatis, etiam in Sacramentis actiuè, & passiuè, & de hac parte nulla est inter Doctores controuersia. In secunda parte duæ exceptiones continentur, ex generali regula tradita in parte præcedenti, vt in duobus casibus cum excommunicatis communicare non possimus; Primus casus est, si excommunicatus siue a iure, siue ab homine denunciatus, & publicatus sit excommunicatus. Secundus est, si sit excommunicatus ex percussione clerici adeo notoria, vt non possit vlla tergiuersatione celari, neque vllo iuris suffragio excusari. De primo casu etiam inter DD. constat, in quo omnes conueniunt; in secundo verò casu inter se dissentiunt. In tertia parte declaratur totum priuilegium huius Constitutionis esse in fauorem solum eorum, qui non sunt excommunicati, nullo autem modo in fauorem ipsorum excommunicatorum, de qua parte difficultas etiam est, eo quod primæ parti repugnare videtur, vt inferius dicetur.

8 De secundo casu partis secundæ, in quo cum excommunicatis participare vetamur, est magna dissensio inter DD. circa substantiam ipsius Constitutionis, quidnam in ea prohibeatur. Nam S. Anto. Driedo, Adrian. Nauar. locis cit. Gabr. 4. distinctione 28. quæstione 3. artic. 1. notab. 3. versi. huius autem Decretalis, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Caiet. 3. parte quæst. 64. artic. 6. Francisc. a Victoria in Summa, de excommunicatione, numero 17. Sotus 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. & Ioan. Medina, C. de Confess. quæst. 22. Ruard. Tapper. in explic. art. 1. §. 8. versic. nec tantum malorum. Petr. Sotus, lect. 3. de excommunic. in fine, & lect. 6. de ministro Confess. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 5. §. 1. affirmant, & referunt hunc casum, quod teneatur vitare illum solum ita notoriè excommunicatum, qui ex percussione Clerici excommunicatus est; quam relationem S. Antoninus vbi supra, testatur se accepisse a D. Nicolao de Dinchel Serbuhel, & D. Andrea Episcopo Busoniensi, qui inter fuerunt Constantiensi Concilio, & a D. Iuliano Cardinale; Alij vero, vt Nicolaus de Osmo, ordinis Minorum, in Supplemento Pisanellæ, in verbo, Clericus, 4. in fi. hunc casum aliter refert, scilicet in eo prohiberi communicationem cum omni ita notoriè excommunicato, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, & affirmat se hoc extraxisse de libro D. Cardi. Iuliani tituli Sanctæ Sabinæ, qui vulgariter dicitur Sancti Angeli, qui præfuit dicto Concilio, qui sibi constitutionem illam ostendit in camera, & studio suo Florentiæ, die secundo Decembris 1410. vnde Felinus, in capit. Rodulphus, col. antepen. de rescript. ait, in hac re hoc esse mirabile, quod duæ partes contrariæ se tueantur eodem authore, & hanc lecturam, quæ est in Concilio Basileensi, Sess. 20. in fine, sub titulo, de excommunicatis non vitandis, aliqui ex recentioribus sequuntur, vt Felinus vbi supra, qui tamen dubius est, quam sequi debeat, inclinat tamen in lecturam Concilij Basileensis, & Pragmatica Sanctio Gallicana ex Conc. Prouincialis Bituricensis decreto in tit. de non vitandis excommunicatis. Panorm. in Clem. 2. de sent. excom. Albertinus repet. in rubr. de hæret. num. 44. Syluester in verbo, excom. 5. num. 9. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 2. num. 7. versi. quidam vero, de sent. excom. lib. 6. quamuis dubius sit, quam lecturam sequi debeat, tandem tamen lecturam Concilij Basil. tanquam posteriorem, & a Nicolao V. & alijs cõfirmatam, sequendam esse putat, & Ioan. Baptist. Antonucius in Catechesi Neapolitana, lib. 5. c. 14. & Hugolin. de cens. eccl. t. h. 1. cap. 13. §. 7. nu. 8. ex Concilio igitur Constantiensi non omnis notoriè excommunicatus ante denunciationem vitandus erit, sed is solum, qui ex causa iniectionis manuum in clericum omnino notoriè excommunicatus est; ex Concilio autem Basileensi, etiam quilibet omninò notoriè excommunicatus, ante denunciationem vitari debet, secundum ea, quæ diximus.

Ceterum, in hac DD. controuersia mihi videtur non solum probabilior, sed simpliciter vera, & tuto practicanda prior opinio, secundum lecturam S. Antonini, & aliorum, quos retulimus, Primo quidem, quia est minor, ceteris autem paribus, semper adhærendum est sententiæ magis piæ. Secundo, quia est conformior praxi totius orbis, & etiam ipsius Vrbis, seu Curiæ Romanæ. Tertio, quia habet pro se authores numero, & authoritate pares, & fortè maiores; immo etiam authores secundæ sententiæ satis dubij sunt, & Syluester, quamuis eam tenuit in Summa, postea tamen in suo Consistorio eam reuocauit, in epistola quæ ibi habetur in vltimo folio ad Lectorem, vbi expresse dicit, standum esse sententiæ & extrauaganti Concilij Constantiensis, & non determinationi Concilij Basil. additque, quod quando scripsit Summam, putauit prædictam Constitutionem Concilij Basileensis fuisse editam, antequam Eugenius IIII. reuocaret illud Concilium, & quod postea legit Ioannem de Turrecremata, qui in Summa de Ecclesia, libro 2. capit. 110. ait, prædictam Extrauagantem non fuisse editam nisi post scissuram Concilij, vnde infert ibi Syluester, illam nullius esse momenti, ideo, nec illi esse standum, sed adhærendum esse Extrauaganti Concilij Constantiensis, prout Turrecremata vbi supra docet. Et Nauarrus; licet olim in Summa, capitulo nono, tenuerit, seruandum decretum Basileense, vt vitare teneantur omnes notoriè excommunicatos; in vltima tamen editione, anni 1584. ibidem, capitulo nono, numero octauo, versiculo, quinto deducitur, se corrigit, prius dicta retractando. Immo, Martin. Ledesmius, omnino standum esse vult Concilio Constantiensi, cum eius Constitutionem Martinus V. perpetuam esse voluerit. Quarto, quia aliàs vel difficile omninò, vel non ita facile erit excusare a multis peccatis omnes Catholicos in Germania, Gallia, Anglia, Polonia, & aliquot alijs Regnis, qui quotidie, & singulis fere horis, & momentis communicant cum hæreticis, quos constat notoriè hæreticos esse, & consequenter excommunicatos, argumen. cap. excommunicamus. primo de hæret. & per Bullam Cenæ Domini, quæ consuetudo, optima legum interpres est, arg. cap. cum dilectus, de

consuet.

consuetud. & l. minime, ff. de legib. Quinto, quia vt notat Henriquez vbi supra, falsum est Concilium Basileense à Nicolao V. confirmatum fuisse: siquidem, non confirmauit illud nisi in quibusdam factis, vt in beneficijs, dispensationibus, & absolutionibus a censuris, quas dictum Concilium concesserat, vt constat ex Bulla Nicolai V. ad finem vltimæ, id est, 45. Sessionis Conc. Basil. Sub Datum Spoleti, Anno Incarnationis Dominicæ 1439. Decimoquarto Kalendas Iulij, Pont. eiusdem Nic. V. anno tertio. In reliquis non est confirmatum, cum fuerit Concilium, acephalum; immo in Conc. Lateran. Sub Leone X. Sess. 11. dicitur, quod Concilium Basileense non fuit Concilium, sed Conciliabulum; & constat in multis errasse, & male Eugeniũ IIII. deposuit, vnde eius Decreta reuocauit idẽ Eugenius IIII. præter pauca, inter quæ non exprimitur hoc de vitandis notorie excommunicatis; Ob quæ omnia, & alia, multa, Decreto potius Concilij Constantiensis, quam Basileensis standum esse censemus.

10 Circa tertiã partem constitutionis duo maxime dubia sunt: vnum est, quod hæc tertia pars primæ partis eiusdem Constitutionis contraria esse videtur; Si enim excommunicatus in nullo per hanc constitutionem subleuatur, consequens est, vt mortaliter administrando mihi Sacramenta peccet; quod si ipse mortaliter peccat, ergo & ego etiam petendo ab eo Sacramenta mortaliter pecco, eo quod illum ad mortaliter peccandum induco, vt exempli gratia, si sciam Petrum esse excommunicatum, non tamen denunciatum, nonnulli id illicitum esse putant, ob rationem allatam; alij vero rectius docent, eo ipso quod conceditur non excommunicatis, quod participare possint cum excommunicatis in Sacramentis, necessario consequi, quod ipse met excommunicatus, quãdo ministrat Sacramenta requisitus à non excommunicato, non peccet, (dummodo contritus administret) maxime, si eius parochus, & proprius Sacerdos sit, cui ex officio illa administrare incumbit, vt optimè, & expresse docent Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 3. quæst. 5. & Nau. de orat. notab. 22. num. 7. versi. non obstant. Sotus 4. d. 1. quæst. 5. artic. 6. conclus. 6. & dist. 22. quæst. 1. artic. 4. Conclus. 1. versic. ait illic. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 6. §. 3. & cap. 10. §. 3. Ratio est: quia ex opposita sententia nulla gratia fidelibus in illa extrauag. Ad euitanda scandala, concederetur, cum non possent communicare cum excommunicatis generaliter, magis, quam ante talem concessionem. Cum igitur Concilium fidelibus concedat, vt communicent cum excommunicatis generaliter, consequens est Sacerdotes ipsos sic generaliter excommunicatos, etiam extra necessitatem a suis subditis licite inuitari posse, & in casu necessitatis compelli, vt eis Sacramenta ministrent, verbi gratia, vt confessiones eorum audiant, Eucharistiam tempore Paschæ, Iubilæi, aut in mortis articulo administrẽt, absque eo, quod hæc illis administrando peccent: alioquin enim non satis consultum fuisset conscientijs vtriusque, si subdito liceret Parochum inducere, & non etiam liceret Parocho sine peccato illa ei ministrare. Nam si Sacerdos peccaret, teneretur se aliorum communioni in hoc casu subtrahere, atque adeo neque possent subditi illus cõpellere, neque alij tuto illos inuitare. Quare, quod sic inuitatus administrando non peccet, non quidem fauore suo, sed non excommunicati petentis fauore subleuatur: sicut tempore interdicti quidam famuli fruuntur alieno priuilegio domini pro officijs Diuinis, & tempore prohibito vir fruitur priuilegio sponsæ pro benedictionibus nuptialibus. Et certe, ociosum aliàs esset Concilij Cõstantiensis priuilegium, si subditus iuste, & licite petere posset, & tamen Parochus excommunicatus iuste negaret. Hoc igitur euentu Sacerdos talis, non suo, sed alieno priuilegio, subditi nimirum iure petentis fruitur. Censetur autem tunc ad hunc effectum, ne peccet vel absolui per inuisibilem Sacerdotem Christum, vt putat Henriquez vbi suprà; vel potius Ecclesia in tali casu pro illo tẽpore limitat, & suspẽdit excommunicationem, in quam elapso tempore ministrationis Sacramentorum reincidit Sacerdos: vel certe, quia excommunicatus permanens in excommunicatione, tantum prohibetur administrare Sacramenta iure Ecclesiastico, in quo Ecclesia pro illo articulo dispensat.

11 Hinc sequitur primo. Quod cum per hanc constitutionem nullum ius, aut patrocinium ipsis excommunicatis concessum sit, si excommunicatus sponte se offerat ad Sacramenta ministranda, peccat mortaliter, quia ipse nullo modo subleuatur; quod autem fauore meo ea petentis subleuetur, non est ipsum subleuare, sed me, quia nisi ipse fauore meo subleuaretur, nec ego etiam ipse subleuatus essem; vnde ipsi excommunicati etiam ante denunciationem ab his, quæ excommunicatis interdicta sunt abstinere tenentur, eodem prorsus modo quo ante Constitutionem hanc tenebantur; & consequenter, alios vitare, à Sacramentis, & officijs Diuinis, & Missa audienda abstinere debent, quia in his, alij non excommunicati opera sua non indigent; id quod expresse testantur Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. dub. 2. in fine. Sotus 4. dist. 22. quæstio. 1. art. 4. concl. 1. versic. an vero illic. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. 11. de sent. excom. lib. 6. Henriquez libro 13. de excommunic. cap. 6. §. 3. in annot. litera A. post Syluest. in verbo, excommunicatio 3. versiculo quinto, & Panormit. in cap. illud, numero septimo, de Cleric. excommunicat. ministr. & in cap. nulli, nu. 3. de sentent. excommunic.

12 Sequitur secundo etiam post Concilium Constantiense licite conferri non posse Sacramenta generaliter, aut publice excommunicatis, etiam ante denunciationem, quamuis ipsi excommunicati vitandi non sint priusquam denuncientur; Ratio est: quia Concilium Constantiense nihil in fauorem ipsorum concessit, & ita ipsi virtute illius Sacramenta sumere non possunt; ex alia vero parte, iure Diuino, & Naturali prohibemur *Sanctum dare canibus*. Matth. septimo, & ipsi eodem iure ab eis abstinere tenentur, & proinde neque hoc illis aut Concilium concessit, aut concedere potuit, vt latius tradunt Ioann. Driedo, lib. 1. de libert. Chr. pag. 89. Adrian. tract. de clauibus, quæst. 3. versic. sed quoniam multis casibus. Martin. Ledes. 2. 4. quæst. 25. artic. 1. dub. 3. Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. conclus. 1. versic. vnum autem. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 11. vers. his accedit, de sent. excom. lib. 6. Hugolin. de cens. Ecclesiast. tab. 2. cap. 7. §. 1.

13 Alterum dubium circa hanc tertiam constitutionis partem est, an virtute huius constitutionis excommunicatus retineat iurisdictionem in vtroque foro, videtur enim non retinere: qua ipse in nullo subleuatur. Nihilominus tamen existimo certum, quod iurisdictionem fori interioris retineat; quia cum concessum sit mihi vt recipiam ab eo Sacramenta in generali; ergo etiam Sacramentum Pœnitentiæ; vnde valide a peccatis me absoluere poterit, vt latius in hoc ipso libro 2. cap. 1. in propositione quarta docuimus. Immo etiam valde probabile est, retinere etiam iurisdictionem fori exterioris, saltem in illis casibus, in quibus procedit in alterius fauorem; sic enim non suo, sed alterius fauore subleuari poterit: id quod non male fortassis ex illis verbis Constitutionis *Intus* &, *Extra* colligi poterit. Possumus enim interpretari *Intus* id est, in foro interiori: &, *Extra* idest, in foro exteriori. Quibus addo, probabilissimum esse etiam secundum ius antiquum excommunicatos iurisdictionem vtriusque fori retinere, quamdiu ab Ecclesia tolerantur in officio; idque ratione boni communis: cum aliàs quamplurima vtriusque fori gesta in dubium semper reuocari possent, vt pluribus docuimus lib. 1. cap. 5. non longe a fine, & expresse testantur Innoc. in cap. si vere, de sent. excom. & Felin. ibidem, nu. 7. & in cap. ad probandum, nu. 7. de

sent. &

sent.& re iud. Panorm. in ca. ab excommunicato, nu. 8. de rescript. & in cap. veritatis, num. 43. de dolo, & contum. & in d. cap. ad probandum, num. 15. in quibus omnibus locis hanc opinionem veriorem, & tutiorem esse affirmat Paludanus, 4. dist. 18. q. 2. art. 2. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 1. versic. dubium autem est. Nau. in Manuali, cap. 27. num. 7. Couar. in c. alma mater, 1. part. §. 7. num. 9. versic. quid autem respondendum, & §. 1. num. 4. versic. quinto par. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. Eccl. tab. 1. cap. 3. in principio.

14 Ex huiusmodi Constitutionis explicatione multa inferuntur, quæ quotidie ad praxim reduci possunt.

Primo quidem, Excommunicatus occultus, etiam fere to vitandus non est; & ita correctum est cap. cum non ab homine, de sent. excommunic.

15 Secundo, nec vitare etiam tenemur excommunicatum, cuius excommunicationem probare possumus duob. testibus, aut cuius excommunicationis fama publica est, dummodo non sit denunciatus, vnde neque priuatim, neque publicè, aut in Sacramentis, aut in officijs diuinis, & multo minus in profanis sic excommunicatum vitare tenemur, sed tutò coram illo, & officia diuina recitare, & sacrificium Missæ celebrare possumus; cum hæc in fauorem non excommunicatorum Concilium concesserit, vt ex initio constitutionis colligitur, & expressè docent Sot. 4. d stinctione 22. quæstione 1. art. 4. conclus. 1. versicul. at verò illic. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. 7. versic. ex omnibus his, de sentent. excom. lib. 6. Hugol. de cens. Ecclesiast. tab. 1. cap. 13. §. 7. num. 2. & ita tollitur responsio textus in cap. cum desideres. in secunda eius parte, & etiam corrigitur altercatio, et dissensio Panorm. in cap. illud. de Cler. excom. minist. & in d. c. cum desideres, vbi eum sequuntur alij DD.

16 Tertio infertur, quod nec vitare tenemur specialiter, id est, nominatim excommunicatum, licet mihi constet de excommunicatione eius, antequam publicè à Iudice denunciatus sit: ita expressè docent Cosinas in Pragm. Sanct. Gallicana, titu. de excommunicatis non vitandis, in verbo, generaliter, Nauar. in cap. 1. §. laboret, nu. 23. de pœnit. dist. 6. & in Manuali, cap. 27. num. 35. versi. nota primo, & num. 93. in fine. Caietan. verbo. absolutio, cap. 3. Syluest. verbo excommun. 3. §. 10. 11. & 23. Victoria tit. de excom. §. 4. & 15. Couar. in ca. alma mater, 1. p. §. 2. num. 7. versic. quarto, & §. 6. num. 7. post conclusionem quintam, versic. primum, de sent. excommun. libr. 6. Ioan. Medina, Cod. de Confess. q. 22. vers. corollariæ, ibi *Dixi notanter*, quamuis dubius refert se ad consuetudinē. Ioan. Baptista Antonucius in Catechesi Neapolitana, lib. 5. capit. 14. versic. sexto scias. Alphonsus de Vinaldo, in Candelabro, tit. de excommunicat. ca. 75. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 5. §. 1. Ratio est: quia Concilium requirit denunciationem excommunicationis, etiam si certa sit excommunicatio; vnde non satis erit, quod specialiter quis, & nominatim excommunicatus sit, putà, quādo citatus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ incurrit excommunicationem ob contumaciam non comparendi, aut nō parendi, antequam per Iudicem declaretur, & denūcietur, vt Nauar. affirmat, qui etiam id Vrbis & orbis vsu receptum esse testatur, quicquid contrarium Adrian. 4. sent. tract. de Sacram. Eucharistiæ, cap. viso de impedimentis, versic. quantum ad tertium, & tract. de sacram. Confess. dub. 9. versic. secunda propositio. Felin. in cap. Rodulphus, num. 73. vers. primum colligo, de rescr. & Hugol. de cens. Eccles. tab. 5. ca. 13. §. 7. num. 8. asserant existimantes speciatim, seu nominatim excommunicatum vitandum ab eo esse, qui scit excommunicationem, etiam ante denunciationem; Ceterum prior opinio & mitior, & communior, & vsu receptior est.

17 Quod verò Bernard. in cap. à nobis, 1. de sentent. excōmunicat. dicat eum esse excommunicatum nominatim, qui fecerit aliquid contra canonem sic excommunicationem decernentem: *Quisquis hoc, vel illud fecerit, excommunicatus sit*: adeo, si constiterit Petrū hunc actum prohibitum fecisse, erit nominatim excommunicatus; falsum est, & contra communem expositionem glos. in cap. cum & plantare, §. excommunicatos, in verbo, nominatim, de priuileg. & eadem glos. in capit. constitutionem, in verbo, nominatim, de sent. excommunic. lib. 6. & in clem. 1. in verbo, nominat. de vita, & honestate Clericor. & DD. ibi, & Panorm. in ca. In Lateranensi, num. 7. de præbend. Card. in d. clem. 1. quæst. 7. Summa Astensis, secunda parte, libro septimo, titulo nono, articulo primo, in principio. Stephan. Costa, in capit. constitutionem, numero 7. de sentent. excom. lib. 6. & Alnaldi Albertini in repet. in Rubr. de Hær. numero 44. Couar. in capit. alma mater, 1. parte. §. 2. num. 8. de sent. excommunic. lib. 6. qui docent illum nominatim excommunicatum esse, qui hac censura notatur, expresso nomine proprio, vel alijs indubitatis signis, & circūstantijs appositis, quæ certo, & absque vllo dubio eum, qui excommunicatur, significent, & demonstrent. Addit autem Henriquez vbi supra non satis esse, vt quis nominatim declaretur excommunicatus a Iudice in domo sua, ad hoc, vt eum vitare teneamur, sed requiritur vt publice denotetur in Ecclesia tempore Missæ, aut in publico loco coram multis, & vt literę declaratoriæ istius personæ affigantur in loco publico, pro consuetudine regionis, quæ dicuntur *Cedulones*, vt praxis Curiæ, & Orbis obseruat.

18 Quarto infertur, Quod solus excommunicatus notorius ob Clerici percussionem, ante denunciationem, tum priuatim, tum publicè vitandus est, duobus concurrentibus.

Primum est, si adeo manifestè constet aliquem in eam excōmunicationem incidisse, vt nullo modo celari possit.

Secundum est, vt notorium etiam sit percutientem nullo iuris remedio, aut ratione excusari se posse, quo minus in excommunicationem inciderit: vnde, licet notorium sit Petrum percussisse Clericum, si tamen notorium etiam non sit Petrum nullam excusationem pro se habere, vitari non debet, antequam citatus denuncietur excommunicatus. Quia verò hæc duo raro concurrunt (siquidem, vt ait Gabr. 4. dist. 18. quæst. 3. art. 1. notab. 3. vers. præterea, vix in aliquo casu tanta poterit esse facti euidentia) ideo rarò sic excommunicatum ante denunciationem vitare tenemur.

19 Notorium autem dicitur, quod in maiori parte vicinæ, aut collegij, aut oppiduli, per testes occulatos notum est, & vt notant Adrian. in 4. tract. de Sacram. Eucharistiæ, non longe a fine, §. oritur quæstio, & Nauar. in Manuali, cap. 25. numero 73. & cap. 27. num. 255. ad minus requiritur decem ad parochiam, argum. ca. vnic. 10. quæst. 3. vnde scientia paucorum quam sex, rem notoriam non reddit, sed neque sex, aut octo testes oculati sufficiunt, quando illi non sunt maior pars congregationis, neque enim sex, aut octo testes vidisse in ciuitate satis erit, vt factum dicatur notorium, vt ait Henriquez libro 13. de excomm. cap. 5. §. 2. & Adrianus vbi supra dicit, injicientem manus violentas in Clericum, non vitandum, nisi id confessus, vel conuictus fuerit egisse in iudicio, vel factū egerit ad minus decem videntibus. Ceterum, ex hoc nimis indulgeri videtur percussoribus: vnde rectè monent Panorm. in capit. vestra, nu. 16. & ibi Calder. vt ipse refert, de coha. Cler. & mulier. & Henriquez vbi supra, quod arbitrio, & prudentiæ discreti iudicis relinquendum est, vt ex varijs circumstantijs, & qualitate actus, loci, & temporis arbitretur, quod factum, aut crimen dicatur ita notorium, vt nulla possit tergiuersatione celari: communiter autem ex tribus causatur notorium, scilicet ex hominum scientia & loci, & temporis qualitate.

20 Quinto infertur, qualiter intelligendi sint textus iuris antiqui, qui docent non audiendas esse Missas presbyterorum notoriè fornicariorum, & cōcubinas habēntium vt cap.

vt cap. nullus cap. præter, dist. 32. & DD. ibi, & cap. vestra, & cap. vltimo, de cohabit. Cler. & mulier. & gloss. in cap. de homine, in verbo, peccet grauiter, de celebr. Missarum, quicquid enim sit de iure veteri, de iure nouo ex indulto Concilij Constantiensis quantumcunque fuerit notoria Sacerdotis fornicatio per facti euidentiam, non tenemur de iure humano ipsum in Sacramentis, aut officijs diuinis, vel extra vitare, nisi per sententiam iudicis suspensio fuerit contra eum specialiter, & nominatim publicata, & denunciata, etiamsi confessus fuerit in iure, vel contra eum probatum sit ex Ioanne Maior. 4. dist. 9. dub. vltimo. Gabriel. 4. dist. 13. artic. 3. dubio 4. Sanctus Antoninus secunda parte, titulo nono, capit. 10. §. vltimo. Syluester verbo, Missa, 2. quæst. 3. Adrian. 4. Sent. in tract. de Sacrament. Eucharistiæ, quæstio. vlt. §. oritur quæstio. Soto 4. dist. 2. quæst. 5. artic. 6. ad secundum, vers. in contrarium autem, & dist. 13. quæst. 1. art. 9. vers. veruntamen, & dist. 22. quæst. 1. artic. 4. conclusione prima, vers. ait verò illic. Couar. in cap. alma mater, 1. parte, §. secundo, numero 10. vers. sexto. Bartol. Medina, libro primo, instruct. confess. cap. 11. §. 8. Henriquez libro nono, de Sacr. Missæ, cap. 25. §. 13. & libro 13. de excommunicatione, cap. 5. §. 3. Simancha, de catholicis institutionibus, cap. 20. Franciscus Suarez, tertia parte de Sacrament. disputat. 72. sectione quarta, in fine, quicquid male id neget Nauar. in Manuali, cap. 25. numero 80. & in cap. primo, §. laboret, numero vigesimosecundo, & vigesimoquarto, de pœnitentia, distinctione 6. ratio est: quia ius antiquum quo talis suspensus erat non solum consuetudine, sed etiam constitutione hac Concilij Constantiensis abrogatum est, vbi solum excipitur notorius clerici percussor, vt diximus. Quod idem in alijs criminibus dicendum est, vnde, si feratur excommunicatio contra raptores, & publice constet Petrum rapuisse bona illa, non teneor ante denunciationem, aut in officijs diuinis, aut in sacrificijs eum vitare, immo ante illum celebrare possum, ex Soto 4. distin. 22. quæst. 1. articulo quarto, conclusio. prima, versic. ait verò. Henriquez, libro 13. de excommunicatione, cap. 5. §. 3. in fine. Sic etiam in alijs criminibus notorijs puta hæresi, simonia, & similibus, non enim istos, etiam hæreticos vitare tenemur in diuinis, aut extra, antequam specialiter, & nominatim denuncientur, vt ex d. Extrauag. ad euitanda scandala, colligi potest, & expresse tradunt Adr. 4. Sentent. tract. de Sacramento Eucharistiæ, quæst. vlt. §. oritur quæstio. Sotus 4. distinctione 22. quæstio. prima, articulo quarto, conclus. 1. vers. tenor autem. Nauar. de orat. notab. 22. numero 6. & numero decimo. Henriquez libro 13. de excommunicatione, capit. 5. §. 3. vbi Nauar. addit non satis esse ad hoc, vt teneamur vitare hæreticum, quod de hæresi damnatus sit: quamuis enim incurrat excommunicationem, quæ dicitur publica & notoria de iure, quia tamen non dicitur publica de facto, & nota singulis, cum multi sint rustici, qui ignorant hæreticos, aut simoniacos esse ipso iure excommunicatos, & quia varijs causis tergiuersari, & excusare se possit, non vitandum esse putat, antequam expresse denuncietur excommunicatus. Cuius opinio in hac re quamuis tutò defendi possit, securior tamen, & tutior est doctrina Soti, 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Conclusione prima, vers. tenor autem. (quem Nauarrus ibi refellit) & Fr. Bannes secunda secundæ, quæstio. duodecima, art. secundo, quos refert, & sequitur Henriquez vbi supra, qui volunt denunciatum in loco publico de hæresi, aut alio crimine, cui notorium est ipso iure excommmunicationem annexam esse, perinde vitandum esse, ac si nominatim excommunicatus denunciatus fuisset, id quod speciale esse docent in hæresi, tum ob nos, ne illorum consortio inficiamur; tum etiam ob hæreticos ipsos, vt sic confundantur facilius, & citius resipiscant, dum a fidelibus se, suumque consortium detestari vident.

21 Sextò infertur, ea, quæ de vitando excommunicato, aut non vitando dicta sunt, locum etiam habere in alijs censuris, & sententijs a iure, vel ab homine latis, vt scilicet

Primò, sicut tenemur vitare excommunicatum postquam denunciatus est, ita etiam, & suspensum, & interdictum vitare tenemur, in eis, quæ per censuram eis prohibita sunt, vbi is excommunicatus pro tali denunciatus fuerit, & talem non vitans in officijs diuinis, aut in actibus deputatis suis ordinibus, aut in Sacramentis, peccat mortaliter, si talis suspensus fuerit ab officijs diuinis, aut Sacramentorum administratione, vel perceptione, & sic suspensus denunciatus, ex Nauarr. in Manuali, capit. 27. numero 163. versic. nono infertur, & in cap. 1. §. laboret. num. 18. de pœnitent. distinctione sexta, vbi probat grauius peccatum esse non vitare interdictum, vel suspensum, in quibus rebus suspensus est, aut interdictus, quam non vitare excommunicatum. Quia non vitare excommunicatum, regulariter est solum veniale peccatum, vt Theologi, in quarto, distinct. decimaoctaua, & Canonistæ in capit. sacris, quod met. causa, communiter docent. non euitare autem interdictum, vel suspensum, in quibus est interdictus, vel suspensus, nemo dixit non esse mortale. Vnde, non placet, quod ait Henriquez libro decimotertio, de excommunicatione, capit. 5. §. quinto, secluso scandalo non peccare mortaliter eum, quia cum denunciato suspenso audit Missam, aut simul cum illo Missæ, & alijs diuinis officijs interest, si illum nullo modo induxerit, quia, inquit, nullo iure probatur præceptum; cuius opinionem, & rationem optimè mea sententia Nauarr. in dicto §. laboret, numero decimoseptimo, refellit, eo quod extrauagans, Ad euitanda scandala; illud eodem modo de excommunicatis, suspensis, & interdictis vitandis post denunciationem disposuisse videtur, vt verba ipsa satis manifestè ostendunt. Præter quã quod vt notant gloss. in cap. 1. in verbo, Italiæ, de temp. ordin. libro 6. & in cap. si postquam, in verbo, mente, de elect. lib. 6. & in Clemen. 1. in verbo, eligatur cum notatis ibi, de elect. Panorm. in cap. sacris, numero 6. quod met. causa. Constitutio pœnalis ex rationis vnitate ad similem casum extenditur: immò nonnulli nullam extensionem esse putant, quando eadem ratio, in casu a quo, & in casu ad quem extenditur, superest; cum sit tamen suspenso a diuinis licite participatur in humanis, cum humana illi non sint prohibita, immò etiam qui cum illo participat in diuinis, aliquem censuram non incurrit, quia id nullo iure exprimitur, nemo autem pęnam aliquam ipso iure incurrit, nisi expresso iure id caueatur, iuxta glossam solennem, in capitulo finali, in verbo, ex vi iuris patronatus, de iure patron. & Nauarr. tomo secundo, consilio quarto, de pœnis. Henriquez libro 13. de excommunicat. capit. 5. §. 5.

Secundo sicut excommunicatus vsu iurisdictionis caret; ita etiam suspensus ab administratione Sacramentorum, & denunciatus valide absoluere non potest, cum iurisdictionis vsu priuatus sit.

Tertiò sicut excommunicatus notorius (excepto Clerici percussore) non priuatur iurisdictione, nec in humanis, aut Diuinis vitandus est, ante denunciationem ab eo qui scit illum excommunicatum, ita neque suspensus aut interdictus etiam notorius in humanis, aut Diuinis, antequam denuncietur, vitandus est.

Quartò, Sicut excommunicatus etiam nominatim, & specialiter ante denunciationem parochiano petenti Sacramẽta ministrare potest, & valide absoluere, etiã absq; peccato dummodo conteratur: ita etiam suspensus, aut interdictus, si denunciatus publice, & nominatim non sit subditis petentibus Sacramenta licite, & valide ministrare poterit, nec ministrando peccat, aut irregularitatem incurrit, cum hæc omnia non in sui fauorem, sed in gratiam subditorum illi permissa esse censeantur.

Quintò, sicut ipsemet excommunicatus etiam non de-

nuncia-

nunciatus, peccat regulariter communicando alijs, qui ei absque peccato communicant; ita suspensus, aut interdictus ea faciendo, quæ ei prohibita sunt, peccat, nisi rogatus a subditis illa exerceat. Quæ omnia manifesta sunt ex dictis, & ex his quæ tradunt Nauar. in cap. 1. §. laboret, de pœnit. distinctione sexta, & Henriquez lib. 13. de excom. cap. 5. §. colligi possunt.

22 Septimò, ad vitandum excommunicatum requiritur denunciationis scientia, dicitur autem scire, qui sententiam denunciari audiuit: non tamen hoc semper necesse est, sufficit enim fama publica denunciationis, argumen. cap. illud, & ibi Panormitanus numero quarto, de cleric. excommunic. ministr. vbi consulitur excommunicato, vt a diuinis abstineat propter solam famam publicam excommunicationis, & argum. cap. cum desideres, vers. secundò quæstioni, de sentent. excommunicat. Hostiensis in Summa, libro 5. titulo de sent. excommunicat. §. res ignorata. Summa Astensis secunda parte, libro septimo, titu. 11. art. 1. quæst. 16. Paludanus 4. dist. 18. quæst. 6. art. 2. circa medium. Sanctus Antoninus tertia parte, tit. 25. cap. 1. Couar. in cap. alma mater, 1. parte, §. 2. num. 4. de sentent. excommunic. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 5. vbi Couarru. ait, quod quia in hoc casu agimus de animarum salute, ideo fama sufficiens testimonium est, vt interim vitemus eum, qui ex ea censetur denunciatus excommunicatus: maxime quia talis vitatio modicum infert præiudicium, & quia in dubijs, vbi de periculo animæ agitur, adhuc in exteriori iudicio via certior eligenda est, iuxta glossam, in cap. primo, de scrutin. & in cap. iuuenis, de sponsal. Si verò ageretur de pœna inferenda his qui communicarunt cum excommunicato, qui se diuinis officijs immiscuit, aut de aliquo graui præiudicio, sic non sufficeret excommunicationis probatio per famam publicam, vt exinde in foro exteriori ad pœnas iure latas contra participantes condemnetur, vt colligitur ex dicto cap. illud, & d. cap. cum desideres.

23 Quare, cum interdictum Ecclesiasticum populo Christiano maximum præiudicium inferat, erit id obseruandum propter solam famam, nisi alijs adminiculis coadiuuetur, argum. ca. 1. de postul. prælat. & Couar. d. §. 2. numero 5. versic. hæc profectò, de sententia excommunicat. lib. 6. eruditè declarat. Propter leuem tamen famam, aut si ab eius æmulo, aut etiam si ab vno, vel paucis illum denunciatum esse audiuit, credere non tenetur, nec consequenter eum vitare obligatur, ex Hostiensi, Astensi, Paludano, S. Anton. Henriquez, & alijs, quia, qui cito credit, leuis est corde, & c. non solum,....11. q. 3.

24 Quod tamen limitandum est, habita ratione qualitatis personæ, a qua denunciatum fuisse audiuit. Quando enim vel ipsemet excommunicatus, vel eius prælatus, scilicet Episcopus, aut pastor proprius, aut alius fide dignus talem denunciatum esse diceret, nisi alia rationabilis dubitandi causa obstet, credere, & sic denunciatum vitare tenebimur, vt præfati Doctores, & Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 27. Hugol. de censur. Eccles. tabul. 2. cap. 23. §. 10. num. 2. & alij communiter tradunt. Sed de hac re in sequentibus latius.

Quibus casibus excommunicatos denunciatos vitare teneamur. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Varij casus enumerantur, quibus participatio cum excommunicatis denunciatis iure communi prohibita est.*
2 *Oris nomine, quid intelligatur, latè ab Authore exponitur.*
3 *Famulus excommunicati denunciati aliquid nomine domini sui, aut ex parte vtriusque dans, peccat, & sic datum recipi nequit.*
4 *Nomine* Orare, *quid prohibitum censeatur.*
5 *Missa incœpta si intret excommunicatus, quid faciendum sit.*
6 *Nomine*, Vale, *quid prohibeatur.*
7 *Excommunicato denunciato an assurgere, aut illi caput aperire liceat.*
8 *Nomine*, Communionis, *quid vetitum, aut permissum censeatur.*
9 *Ioannes Apostolus balnea simul cum Cerintho hæretico ingredi noluit.*
10 *Contractus cum excommunicato denunciato initus quamuis fieri non debeat, factus tamen regulariter valet.*
11 *Sacerdos an, & quando valide operas suas alicui domino excommunicato locare possit.*
12 *Iter cum excommunicato denunciato quando licitè fieri, aut non fieri queat.*
13 *Nomine*, Mensæ, *quibus participatio prohibita censeatur.*
14 *Hospitatus in domo superueniente excommunicato quando exire teneatur.*
15 *Cum excommunicato quare in eodem cubiculo, non autem in eodem lecto dormire liceat.*
16 *Excommunicato nec domum suam, nec claues domus suæ, vt eam ingressus ibi comedat, dare licet.*
17 *Communicatio cum denunciato in actibus externis, regulariter peccatum mortale non est, sed solum veniale.*

1 Quamuis varij casus sint, quibus participatio cũ excommunicatis denunciatis prohibetur, possunt tamen omnes commodè ad quinque reuocari, de quibus est antiquissimus versus, ab authoribus tum Theologis, tum Canonistis, & Summistis celebratus.

Si pro delictis Anathema quis efficiatur.
Os, Orare, Vale, communio, mensa negatur.

Quorum versuum explicationem tradunt Sanctus Thomas in addit. 3. part. q. 21. artic. 1. Alexander de Ales, 4. par. Sum. q. 22. memb. 1. artic. 2. & artic. 6. §. 1. Bonau. 4. distin. 18. in vlt. parte, distinct. q. 1. Durand. 4. distinct. 18. quæstio. 5. numero 6. & 7. Palud. 4. d. 18. q. 6. artic. 1. Ioan. Bachon. 4. d. 18. q. 4. artic. 2. Gabr. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. notab. 1. Mart. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. artic. 1. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. in hoc ergo participio. Adrianus tract. de clauibus, quæst. 3. principali, vers. pro huius solutione. Henriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 7. & sequentibus. Hostiensis, in Summa, libro quinto, tit. de sentent. excommunicat. versic. & quæ sit. Summa Astensis. 2. par. lib. 7. tit. 11. ar. 1. Angelica, verbo, excom. 8. num. 4. Tabiena, verbo, excom. 8. vers. 2. & vers. 3. Sanctus Antoninus, tertia parte, tit. 25. cap. 2. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 20. Hugol. de censur. eccles. tab. 2. ca. 23. §. 1. & seq.

2 Per *Os*, intelligitur primo, *osculum*. cap. excommunicatos, 11. quæst. 3. Dicitur autem quis participare in osculo cum excommunicato, qui osculatur eum, vel recipit ab eo osculum. Si tamen aliquis excommunicatus osculetur Petrum non excommunicatum, & ego ante, vel post osculor eundem Petrum, non propterea participaui cum excommunicato in osculo, quamuis osculatus sim eundem Petrum, quem similiter ille excommunicatus fuerat osculatus, nisi ex conditione conuenissemus ego, & excommunicatus ad Petrum osculandum, vt Durand. vbi supra notat. Secundò, intelligitur, *oris locutio*, *& omnis sermo*, ex d. cap. excommunicatos, & cap. seq. & cap. si quis frater, 11. quæst.

quæstio. 3. adeo, vt nec palam, nec secreto cum excommunicato loqui liceat. capit. cum excommunicato, 11. quæstio. 4. immò quamuis ab ipso prouocemur ad loquendum, non tamen ei respondere licet, sicut etiam nec eum alloqui possumus, etiamsi ipsemet excommunicatus nihil respondeat, ex Syluest. in verbo excommunicat. 5. num. 2. versic. & tertio. & Armilla, eodem nume. 39. & Caietanus in Summa, verbo, communio, seu participatio cum excommunicato, quibus casibus omnino sit illicita. Et Hugolin. vbi supra, §. 1. num. 3. & 4. qui etiam num. 5. affirmat, excommunicato nos salutanti respondere non posse, Deus te illuminet, vel Deus te adiuuet, cum in dicto capit. excommunicatos, 11. quæst. 3. prohibitum sit, ne dicatur ei *Aue*. Alij tamen omnes id licere volunt. Tertiò, prohibetur etiam *locutio, & sermo per scripturam, & literas*, & huiusmodi, ita vt nec literas ad eum mittere, & scribere, nec suas legere, aut recipere possumus. glo. in capit. constitutionem, in verbo participationes, de sentent. excommunicationis, libro sexto; loqui enim videtur, qui literas scribit, & mittit, & facit ad hoc cap. vbi periculum, §. nulli, & ibi Gemin. & Anchar. de elect. lib. 6. & authores supra citati & Couar. in cap. alma mater, prima parte, §. 2. numero primo, de sentẽtia excõmunicationis, lib. sexto, qui alios multos in hanc sententiam refert, asserens paria esse, tractare aliquid verbo, & scripto, & Marianus Socin. in capit. inter alia, numero 42. de sentent. excommunicat. & facit l. 1. ff. de contrahen. empt. & communis est Doctorum sententia. Quarto, prohibetur, *locutio per nuncium* ex Hugolino, in capit.... quoniam multos, 11. quæstione tertia, gloss. in dicto capit. constitutionem, Couaruuias, & alij vbi supra, & facit dicto capit. vbi periculum, §. nulli, vbi pro eodem reputatur nuncium, vel literas mittere, & loqui, quia qui per nuncium, vel literas loquitur, ipse videtur loqui, l. qui autem, in fine ff. de constitut. pecun. Summa Astensis, secunda parte, libro septimo, titulo vndecimo, articulo primo, quæst. 17. gloss. in Clemen. vlt. in verbo literis, de sentent. excommunicat. Quinto prohibetur etiam *locutio per signa, & nutus*, ex Hugolin. vbi supra, §. 1. num. 9. etenim cum his modis animi nostri sensum aperire, & ostendere possimus, merito etiam hoc modo cum excommunicato agere vetamur. Sextò prohibemur etiam, *encenia, & munera ad eum mittere, vel ab eo missa recipere*: quia vt ait Hugolin. in d. ca... quoniam multos, 11. quæst. 3. quem referunt, & sequuntur Angelica, verbo excommunic. 8. num. 4. & Astensis vbi suprà, articulo primo, quæstione decimaoctaua, non minus per munera, quam per literas, aut nuncium communicamus alijs. Vnde, addit Astensis, quæstione decimanona, quod qui recipit munus ab eo, quem excommunicatum esse probabiliter ignorauit, non incurrit excommunicationem minorem, sin verò sciens eum excommunicatum recepit munus aliquod in casu non concesso, excommunicatus est propter receptionem, non propter retentionem. Non tamen tenetur illud restituere illi, qui dedit, sed inducendus erit in pœnitentiam illud in vsus pios erogare, si ad hoc induci possit. Si tamen remitteret ad illum, qui dedit in detestationem excommunicationis, & in ruborem excommunicati, bene faceret eo casu, maximè, quando munus illud acceperat nihil de excommunicatione sciens. Addunt etiam Syluest. verbo, excommunic. 5. num. 13. dubio 4. & Henriquez lib. 13. capit. 7. §. 5. nec licere a familia viri excommunicati, aut vtriusque, munus accipere, sicut nec ab ipsomet excommunicato. Dixi, nomine excõmunicati, aut vtriusque; quia vt notat summa Astensis, 2. parte, libro septimo, tit. 12. quæst. 22. de rebus paraphernalibus vxoris, si dederit eas nomine suo, licet accipere; sicut etiamsi nomine proprio tantum dederit de rebus communibus sibi, & viro, & concessum sit ei a viro tacitè, vel expresse dare de rebus communibus, cum voluerit, poterit accipi, quod ita dederit, aliter non licebit, non propter periculum excommunicationis, sed quia vir habet administrationem rerum vxoris, nisi quantum concedit vxori. Quod si dubitetur, an nomine suo, vel vtriusque, sine licentia, vel cum licentia det, tenendum est certum, & dimittendum incertum, ne recipiens discrimini se committat.

3 Eodem modo si quis de familia excommunicati, ex parte domini sui, aut ex parte vtriusque aliquid dat, recipi non potest; sin vero famulus aliquid nomine proprio dederit aliquid de portione contingente eum, sicut fit in Curijs Principum, & Nobilium, vbi coqui habent quasi de feudo certas portiones eorum, quæ parantur in coquina, licet tunc accipere. Idemque dicendum est, si concessum sit famulo alicui a domino, vel consuetum sit sciẽte domino, & non contradicente, quod famuli nomine proprio dent de huiusmodi victualib. dominorum suorum, ita tamen quod huiusmodi concessiones non fiant in fraudem canonis; vt quando excõmunicatus sciens, quod nihil reciperem ex parte eius, dat licentiam famulo suo, vt mihi det aliquid. Si autem sine licentia Domini dat famulus aliquid, non potest recipi, iuxta ea, quæ de vxore diximus. Denique vt testatur Astensis vbi supra, parte 2. lib. 7. titu. 14. quæstio. 23. Syluestr. verbo, excommunicat. 5. num. 27. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 7. §. 3. in annot. litera I. non licet accipere ex domo excommunicati, ipso absente sustentationem aliquam aut vinum ad celebrandam Missam (quod intelligitur extra necessitatem) nisi recipiam ab vxore, vel dispensatore eius, secundum distinctionem factam supra circa donationem.

4 Nomine, *Orare*, prohibetur cum excommunicato omnis oratio, & participatio in Sacramentis, & officijs diuinis, iuxta ea, quæ latius diximus hoc libro secundo, capite primo, & secundo, & capite decimo, vnde si excommunicatus intrat Ecclesiam, & ibi se firmat, alij exire tenentur, vel procurare, vt excommunicatus exeat; quod intelligitur, dummodo sit in Ecclesia causa orandi, vel etiam extra, causa audiendi sacrum, vel officium diuinum, vt enim notat Astensis in Summa, parte secunda, libro septimo, titulo nono, quæstione prima, si clerici sciant excommunicatum foris ad ostium stare Ecclesiæ, vt ibi Missam, vel officium Diuinum audiat, monere eum debent, vt recedat, alias cessare debent, & non cessantes, non solum peccant mortaliter, argumen. capit. si celebrat, de Cleric. excommunicat. ministr. sed etiam puniri debent, non minus, ac si intus Missam, vel officium Diuinum audiret, ex Hostiensi, & Innocent. in capitulo nuper, de sent. excommunicat. & alijs, & colligitur ex capit. quod in te, ibi: *voce ita demissa celebrentur, quod exterius audiri non possint*. de pœnit. & remiss. Astensis vbi supra, & titu. vndecimo, art. 1. quæst. 1. sin verò excommunicatus in Ecclesia sit, non causa orandi, sed pro alio negotio, non prohibetur quis in eadem Ecclesia orare, ex Innoc. in d. ca. nuper. de sentent. excomm. & Durand. 4. dist. 18. q. 5. nu. 7. & Summa Astensi, par. 2. tit. 11. artic. 1. q. 1. S. Antonino tertia par. tit. 25. cap. 3. versi. tertio prohibetur. Angelica, verbo excommun. 8. num. 4. Tabiena, verbo, excommun. 8. vers. tertio. Henriquez, lib. 13. de excommunic. capit. 7. §. 2. & cap. 10. §. 4. in fine. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 33. versiculo nono. Alphonso Viualdo in Candelabro aureo, parte secunda, tract. de excommun. numero 85. Ratio est: quia in hoc casu non communico ei in oratione, cum ipse non oret, nec orationis causa ibi sit. Vnde Paludan. 4. dist. 18. quæst. 6. art. 1. ait, quod si fugitiuus Clerici percussor sit in Ecclesia, potest Sacerdos coram eo celebrare, quia cum non sit ibi causa orandi, sed latitandi, & fugiendi, non est hoc cum eo participare in Diuinis, sicut si per Ecclesiam transitum faceret. Simili modo, si excommunicatus in vna capella Ecclesiæ, vel in vno angulo Ecclesiæ adsit, non attendens ad officia, aut obiter transeat per Ecclesiam, & etiam genuflectat, orando pri-

priuatim, immò, etiamsi in alia capella, aut distanti altari audiret non communico ei in diuinis, nec est cur cesset officiorũ cantus, aut Missæ celebratio, vt notant Palud. d. q. 6. art. 1. Tabiena, verbo, excomm. 8. versic. tertio. Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. nihilominus. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 33. & Alphonsus Viuald. in Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommun. nu. 84. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 7. §. 2. & c. 10. §. 4. in fine.

5 Et idem circa officium Missæ dicendum est: si enim nõdum incepta sit Missa, ipso in Ecclesia, manente, eam inchoare non debet: quod si incepta iam Missa intret, eum admonere debet vt exeat: Quod si non velit, potest eum eijcere etiamsi excommunicatus sit Clericus, dummodo id fieri possit sine sanguinis effusione, arg. cap. veniens, & ibi gloss. in verbo celebrationem, de sent. excommunicat. nec eijciendo excommunicatus erit; Etsi eijci nullo modo possit, & Sacerdos nondum Canonem *Qui pridie quam pateretur* inchoauerit, Missam dimittere debet; incepto autem Canone, procedere debet Sacerdos in Missa simul cum eo tantum, qui ei inseruit, alij vero omnes exire debent Ecclesiam si excommunicatus non exit, ita tamen quod finito Canone, & sumptis Christi corpore, & sanguine, antequam *Postcommunio* dicatur, eum moneat, vt exeat; quòd si nec tunc exire voluerit, in Sacristiam redeat, & dicat orationem, & Postcommunionem, quæ restabant ex Hostiensi in Summa, lib. 5. tit. de sent. excom. num. 17. vers. sed nunquid. Summa Astensis. par. 2. lib. 7. tit. 11. art. 1. quæst. 2. Angelica, in verbo, excomm. 8. num. 21. Tabiena, verbo, excom. 8. vers. tertio. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2.

6 Nomine, Vale, probibetur omnis salutatio, & hoc secundum præceptum Apostoli Ioannis in sua secunda Canonica epistola, & habetur c. omnis, qui, 24. q. 1. vbi dicitur, *Nec Aue ei dixeritis*. & c. excommunicatos, 11. q. 3. Et certum est non licere dicere ei *Aue*, *Salue*, & similia. Item nec licet eundem salutare per litteras; in casu autem, quo licet excommunicato scribere, non debet salutari, sed loco huius accusatiui, *Salutem*, ponere possumus hæc verba, *Spiritum consilij sanioris*, vt notant S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 11. ar. 1. quæstio. 8. Angelica, verbo, excomm. 8. num. 4. Syluestr. verbo, excom. 5. num. 3. vers. & tertio. Alphonsus Vualdus ein. nu. 86. Henriquez lib. 13. de excom. ca. 7. §. 3. in annot. litera H. Quicquid Hugolin. de cens. eccles. tab. 2. cap. 13. §. 1. num. 5. id neget. Dicere etiam ei possumus nos salutanti, *Dominus te emendet*; *Deus te conuertat*; *Deus te illuminet*. ex Astensi Sum. Angelica, & Syluestro, vbi supra, Soto 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. conclus. 2. versic. interdicitur. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 20. non enim ita strictè prohibetur salutare, vt ait Henriquez vbi supra, c. 7. §. 3. quia est solutio quædam debiti, quæ etiam respectu inimici obligat. & huiusmodi verba dicere, non est ipsum salutare, aut resalutare, sed potius ipsum de sua culpa arguere, & ad impetrandam suam absolutionem admonere, quod licitum est, ex Rhodonensi, & Astensi, vbi supra, q. 18. Notat autem Duran. 4. dist. 18. q. 5. nu. 6. Quod si excommunicatus salutat Titium non excommunicatum, & ego saluto, vel resaluto eundem Titium, non participo cum excommunicato in salutatione, sed solum cum Titio, nisi ex communi consensu conuenissemus ego, & excommunicatus ad salutandum Titium.

7 Addit autem Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 29. prohibitum esse assurgere excommunicato etiam prius salutanti nos, aut dare ei locum in sedili, aut aperire illi caput, aut mouere labia, aut alia similia inducia ostendero in signum resalutationis, quamuis vere non resalutemus, nec loquamur; quia hæc omnia saltem indicia, & signa sunt salutationis. Et huius etiam sententiæ sunt Syluest. verbo, excom. 5. nu. 3. vers. & tertio. Alphonsus Viualdus vbi supra, num. 86. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 2. ca. 23. §. 1. numero 10. vbi alios refert, & Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 3. & Sotus in 4. d. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. versi. interdicitur. dubius de hac re est. Alij tamen plerique DD. vt Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 1. quæst. 20. Guil. Durand. quem refert, ac sequitur S. Anton. 3. parte tit. 15. cap. 1. Rhodonensis relatus ab Astensi. Summa Angelica, verbo, excommun. 8. nu. 4. Ioan. Maior. 4. dist. 18. quæstio. 2. in principio; & in hanc potius inclinans Sotus. docent ex nullo prædictorum incurri culpam, aut excommunicationem minorem. Quam sententiam Nauarrus concedit posse habere locum in foro conscientiæ, quando talia signa fierent absque vlla intentione salutandi excõmunicatum.

Mihi tamen probabilior videtur secunda opinio; Primò, quia minor; Secundò, quia multos, & graues habet authores. Tertiò, quia nititur bono fundamento, pœnæ namque restringendæ sunt, non ampliandæ, argum. cap. odia, de reg. iur. lib. 6. nomine autem salutationis, vt fatetur Sotus, solum verbum, vel literæ in rigore intelliguntur. Quartò, quia licitum est secundum Nauar. ibidem, dicere excommunicato nos salutanti, *Deus te conuertat*: Ergo multo magis licitum erit sola motione oris sine vlla expressione verborum. Quibus omnibus addo, quando illi respondemus, *Deus te conuertat*, poterimus illi assurgere, & caput aperire, maximè si sit persona alicuius conditionis, ergo multo magis possumus assurgere, & caput aperire sine vlla expressione verborum. Imò ipsemet Henriquez libro 13. de excom. cap. 22. §. 4. fatetur filium etiam emancipatum aperire posse caput patri etiam denunciato, quia est caput familiæ; & etiam Prætori denunciato vice Regis innocentis, quem repræsentat, homines aperire caput, & assurgere licitè posse (præsertim si tacitè dicant; *Deus te conuertat*, vel *sit tecum*) qui actus exterior a culpa excusatur, eo quod, inquit, vtile est nobis habere iudicem beneuolum, cum facile sit incidere in manus suas; & quia huiusmodi externum factũ assurgendi, & detegendi caput, non est per se signum, sed res de se indifferens, & absque scandalo, quæ potest interna intentione auferri a ratione salutationis; præterquam quod verba iuris, vt diximus, quæ vetant salutationem, in sua proprietate, & strictè accipi debent, tanquam odium, & Nauarrus, & alij in eo sensu accipi possunt, vt solum velint illicitum ésse hæc facere cuicunque priuato, & cum animo verè salutandi.

Communio: Quamuis hoc nomine ab aliquibus, vt a S. Thoma, in addit. 3. par. quæst. 21. art. 1. Gabr. 4. distin. 18. q. 6. art. 1. Adriano in tract. de clauibus. quæst. 3. principali, vers. pro huius solutione. Soto 4. dist. 22. q. 1. art. 4. conclus. 2. vers. inhibetur. Alphonsus Viualdo vbi supra, num. 88. & alijs, participatio Sacramentorum intelligatur, quia tamen hæc commodius sub nomine *Orare* comprehenditur, ideo mihi melius videtur cum alijs DD. Duran. 4. d. 18. q. 5. num. 6. Syluest. verb. excom. 5. nu. 3. vers. & quarto. Sanctus Antoninus, 3. parte, tit. 25. cap. 2. Angel. in verbo, excom. 8. nu. 4. Tabie. verbo, excom. 8. versi. quinto. Henriquez, lib. 13. de excomm. c. 7. §. 3. Nauar. in Manuali, capite vigesimoseptimo, numero vigesimo, hoc solum intelligere de communicatione humana per cooperationẽ in eodem exercitio, per cohabitationem in eadem domo, & alios contractus emptionis, venditionis, locationis, mutui, donationis, & aliorum actuum legitimorum, hæc enim omnia prohibentur cum excommunicato. Et de cohabitatione habetur expressè in secunda epistola Canonica Sancti Ioannis, & refertur in capit. omnis, qui, 14. quæstione prima, de qua Nauarr. vbi supra ait, absolutè, & simpliciter non licere simul cum excommunicato habitare, neque in eadem domo, neque in eadem parte domus, secus tamen in diuersis partibus domus. Hoc autem ab Innocentio in cap. nuper. in verbo, *Alijs prohibitis*, de sententia excommunicationis, & ab Angelo in verbo, excommunicatio 8. numero quarto, *Syluestr.* vbi supra, & Alphonso Viualdo loco

proximè

proximè citato, & Henriquez libro 13. de excom. c. 7. §. 3. limitatur, quando exempli gratia, ego habitarem tanquam socius cum excommunicato pro eodem negocio; vnde infert Innoc. quod si cohabitarem propter aliud negotium, & ipse suis, ego autem meis solum intenderem negocijs, siue maneam in eadem domo, siue in eadem parte domus, non peccarem. Ratio est: quia quando cohabitamus pro eodem negocio, tunc videor illi communicare ratione negocij, quando autem pro diuersis negocijs, tunc ego solum vtor iure meo habitando in eadem domo, vel cubiculo, licitum enim est vnicuique vti iure suo, arg. cap. intelleximus, de iudic.

9 Ad illud verò, quod Policarpus discipulus Sancti Ioannis Apostoli narrat, Sanctum Ioannem, cum apud Ephesum Balnea lauandi gratia ingressus esset, & vidisset Cerinthum hæreticum inde exeuntem, exiluisse continuò, & discessisse, dicendo: *Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cerinthus lauit inimicus veritatis*, nec vllo modo ibi lauare se voluit, vt refertur in capit. omnis, qui, vigesimaquarta, quæstione prima, ex quo Apostoli facto videtur colligi posse nullo modo cohabitandum esse cum excommunicato; Respondetur idem Innocentius, hoc fecisse ex superabundanti iustitia, non ex præcepto, & bonum, & laudabile esse ad detestationem excommunicati renunciare delicijs, vt est lauare se in balneis, non tamen necessarium est, vt quis iuri suo renunciet, maximè cum quis non patiatur magnum damnum, aut incommodum, eo quod balneo, aut alijs delitijs priuatus sit, quale tamen sæpè sæpius pati deberet, si iure suo priuaretur, vt etiam sensit Hugolinus tabula secunda, capite vigesimotertio. §. tertio, numero quarto.

10 Circa contractus autem cum excommunicato celebratos, certum est ex communi opinione DD. Innocen. in capitulo veniatis, & ibi Panorm. num. 33. & sequen. de dolo, & cont. & eiusdem Panorm. in cap. ad probandum. numero 8. & ibi Felin. de senten. & re iudic. Ioan. Andr. in cap. decernimus, de sentent. excommunic. libro sexto. Franc. Gemin. & aliorum in capit. pia. de excep. libro 6. Marian. Soc. in capit. sacris, num. 455. de senten. excommun. Summæ Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 11. art. 3. quæst. 4. S. Antonin. 3. par. tit. 25. cap. 2. Rebuff. repet. in cap. postulastis, num. 14. de Cleric. excommun. ministr. Ioannis Siluæ in tract. de benefic. tertia parte, quæstione quarta. Tabienæ, verbo, excom. 8. vers. quinto. & Siluest. vbi supra. Alphonsi de Castro, libro 2. de potestate legis pœn. cap. finali, conclus. 2. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 1. num. 9. de sent. excommu. lib. 6. Hugol. de censur. Eccles. tabu. 2. cau. 20. §. 1. quod licet quis cum excommunicato contrahere non debeat, contractus tamen initus valet, & sic contrahens cum excommunicato ex vi contractus, contra excommunicatum agere potest, excommunicatus vero contra ipsum contrahentem agere non potest, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, vt Innocent. & Guilem. quos refert, & sequitur S. Antoninus, vbi supra, testantur.

11 Excipiunt tamen ibi Sanctus Antoninus, & post eum Siluest. vbi supra, vnum casum, in quo putant contractum esse nullum, scilicet, si presbyter locet operas suas alicui domino excommunicato. Quæ tamen exceptio mihi videtur limitanda, vt solum habeat locum, si locet suas operas pro tempore excommunicationis tantum. Cum enim iste non possit sine peccato mortali exequi contractum, consequenter nec alter ad aliquid ei soluendum obligatus videtur: sic enim probabile est contractum nullum, & irritum esse: sin verò operas suas locaret etiam vltra tempus excommunicationis, non apparet cur contractus iste futurus sit, siquidem & ipse locator post dominum absolutum illi rectè inseruire potest, & alter ei de pretio locationis tenetur, vt etiam Rhodonensis, quem refert, ac sequitur Astensis in Summa, par. 2. libro 7. titu. 11. artic. 5. quæstio. 4. testatur, qui etiam quæstio. 5. docet non licere aliquid vendere, aut emere a seruiente excommunicato nomine excommunicati; sin verò famulus nomine suo aliquid vendere velit, aut emere licitè cum eo contrahi posse, dummodo fraus non interueniat, vt aliud agatur, & aliud simuletur, quod etiam docet S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 1. in fine. Quibus omnibus addo cum Dur. in 4. distin. 18. quæstio. 5. numero 6. quod licet aliquid emendo, aut vendendo ab excommunicato participem cum eo, si tamen excommunicatus emat aliquid a Petro, & ego emo aliquid ab eodem Petro, non censeor cum excommunicato participare, sed solum cum Petro, a quo emo, nisi ego, & excommunicatus in communi mercatione socij essemus.

12 Pari ratione prohibemur cum excommunicato deambulare, aut iter facere, quod fit, aut ex eo, quod communi consilio iter, aut deambulationem ingrediamur, aut dum in inuere comites efficiamur, ex glo. in clem. fin. in verbo, quouis modo, de sent. excom. Innocent. in cap. nuper. vet. & alijs prohibitis. Marian. Soc. sen. in cap. inter alia, nu. 42. de sent. excom. Hugol. tab. 2. cap. 23. §. 2. num. 4. secus autem, quando per eandem viam iter facerent, & vnus alterum antecederet, aut consequeretur, sic enim nulla intercos communio est. Qua etiam de causa Innoc. vbi supra docet, quod si quis plures operarios conduxerit, vt eundem agrum colerent, & vnus eorum excommunicatus esset, reliqui ab opere cessare deberent, nisi excommunicatus ipse discedat; quamuis eodem tempore in eodem agro separatim operari possint, cum tunc operando non simul communicare censeantur.

13 Nomine mensæ, intelligitur participatio cibi, & potus, quæ videtur prohibita, 1. Corin. 5. & cap. excommunicatos, & cap. cum excommunicato, & cap. ad mensam, 11. q. 3. & cap. nuper, de sent. excommun. & gloss. in clem. fin. in verbo, quouis modo, de senten. excom. intelligitur autem primo, vt neque comedamus, neque bibamus cum excommunicato, simul, & eodem tempore in eadem mensa, vt satis constat. Secundo, vt neque cum eo bibamus, aut comedamus in diuersis mensis, quando omnes illæ mensæ spectant ad idem conuiuium, seu ad eandem festiuitatem, etiam si singulis separatim sua portio tribuatur, vt est refectorium monachorum, & etiam conuiuium, vbi multi inuitantur; tunc enim licet in diuersis mensis comedant, aut in diuersis cubiculis coniunctis, vna tamen mensa, seu vna refectio, & conuiuium censetur, vnde vna benedictio communiter ab eis fit, & a prandio communis gratiarum actio, ex Palud. 4. distin. 18. q. 6. art. 1. S. Anton. 3. par. tit. 25. c. 2. Syluest. verb. excom. 5. num. 3. ver. & quinto. Alphonso Viualdo in Candelabro suo aureo, par. 2. tract. de excom. nu. 89. Quo casu si vnus excommunicatus sit, qui vel initio nobiscum accubuerit, vel nobis comedentibus interuenit, nisi, qui excommunicatus sit, exeat, reliqui a mensa surgere debent, non obstante cuiuscunque scandalo, si forte aliqui exinde scandalizentur, quia

Scandala non vitant Doctor, Iudex, bene viuens.

Vt Innoc. in c. nuper. de sent. excom. Paludan. & S. Anto. vbi supra, Summa Astensis par. 2. lib. 7. ti. 11. art. 1. quest. 22. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 20. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 3. Hugol. tab. 2. cap. 23. §. 2. num. 5. testantur. Quicquid Dur. 4. dist. 18. quæst. 5. nu. 7. contrarium dicat, existimans in hoc casu, quod sit participatio solum cum non excommunicato, qui vtrumque inuitauit, non autem cum excommunicato, etiamsi comedant in eadem mensa, nisi, inquit, excommunicatus ille inuitatus fuisset de consensu meo; quod & contra omnes alios asseritur, & falsum est, quia sic participatur de eodem conuiuio, & sicut, qui inuitat sic excommunicatum, cum eo participat, ita etiam & ego ab eo inuitatus, & cum eo comedens, cū eodem participare censeor, est enim participatio in eodem conuiuio illius tertij, a quo vterque est inuita-

tus, vt constat. Poterit tamen opinio Durandi locum habere, quando mensę in conuiuio essent valde disiunctæ, & ob conuiuarum multitudinem in diuersis cubiculis vnius domus, aut in diuersis domibus inuitantis comederent, tunc enim nec simul communicare, nec in eodem conuiuio simul edere moraliter censentur, vt notat Henriquez, vbi supra in annot. in litera X.

14 Quod si hospitatus sim in domo aliqua, & supeueniat aliquis denunciatus, non teneor de domo exire, in qua receptus sum, dummodo tamen habere possim locum separatum, ita vt nō oporteat me in aliquo communicare cum eo. Et quamuis sciam aliquem publice excommunicatum in aliqua domo receptum esse, possum ibi hospitari, si locus sit tantæ capacitatis, vt possim eius communionem vitare, aliter non.

15 Immo vero, licet mihi cum excommunicato in eodem cubiculo comedere, modo in eadem mensa non sit, & in eodem cubiculo dormire, sed nōn in eodem lecto, quia hoc sine voluntaria communione illius esse nequit, in alio vero casu vtitur suo iure, vt latius tradunt Palud. 4. d. 18. quæst. 6. art. 1. Innoc. in cap. nuper. vers. & alijs prohibitis, de sent. excom. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 11. art. 1. quæstio. 22. & Rhodonensis ab eodem relatus. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. Marian. Socin. in cap. inter alia. num. 43. de sent. excom. Siluest. verbo, excom. 5. nu. 3. Tabiena, verbo, communicat. 8. vers. quarto. Caiet. in Summa, verbo, communicatio cum excommunicato quibus casibus sit omnino illicita. Hugol. tab. 2. cap. 13. §. 2. nu. 3. & §. 3. num. 2. & Sot. 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. conclus. secunda, in fine.

16 Tertio denique, non potest quis cum excommunicato amico venienti comedere, ad domum suam aut d mittere, cum, aut tradere ei claues domus suæ, vt eam ingressus ibi comedat, etiam separatim in domo sua, ex Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 12. quæst. 26. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. Tabiena, verbo, excom. 8. vers. quarto. Siluest. verbo, excom. 5. num. 3. vers. & quinto. Quod intelligendum, est nisi id faceret, quia probabiliter timet, ne excommunicatus ille vim inferat ei, aut rebus suis, si eum repellat a domo sua, aut eum non recipiat; aut nisi id faciat causa humanitatis, quia putat eum indigere hospitio, vel alimento, tunc enim potest eum reficere ad mensam separatam facta protestatione, quod eum propter causam necessitatis recipit, vt præfati authores, & Guil. & Rhodonensis ab eis citati aduertunt.

17 Excommunicationes in his omnibus casibus, & actibus externis peccata venialia sunt tantum regulariter, (excepta participatione in diuinis) & non mortalia, quia non fiunt in re graui, & ideo non censetur Ecclesia illas cum tanto rigore prohibere, vt Doctores communiter tradūt. S. Thom. 3. par. in addit. q. 21. art. 3. & quodlib. 11. art. 9. Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 4. concl. 2. in fine, Henriquez lib. 13. de excom. cap. 7. §. 3. & alij, quos capite decimo huius citauimus.

De causis, quæ a participatione cum excommunicatis excusant. Cap. XIIII.

S V M M A.

1 *Recensentur quidam casus, quibus participare licet cum excommunicatis sine vllo peccato, aut excommunicationis minoris incursione.*

2 *Vtilitas temporalis vera, & non ficta tam excommunicati, quam excommunicantis cum eo, a peccato excusat.*

3 *Vtilitas spiritualis ipsius excommunicati participantem a peccato excusat.*

4 *Lex, seu ius matrimonij excusat vxorem, quo minus participando cum marito excommunicato peccet.*

5 *Vxori cum marito excommunicato participare non licet, in ijs, pro quibus excommunicatur, & quare.*

6 *Maritus an cum vxore excommunicata denunciata participare possit.*

7 *Vxor, licet cum marito excommunicato possit, cum alio tertio tamen excommunicato in gratiam mariti participare nequit.*

8 *Sponsa cum sponso excommunicato participare non potest, & quæ huius sit ratio.*

9 *Humilitas subiectionis filium sub potestate patris existentem excusat, vt cum patre excommunicato participare valeat, & quare.*

10 *Filiorum nomine quinam intelligantur.*

11 *Filius emancipatus cum patre excommunicato an, & quando communicare licite queat.*

12 *Pater cum filio excommunicato denunciato licite participare potest.*

13 *Pater cum filio excommunicato, & è contra filius cum patre excommunicato quibus in casibus participare licite non poterit.*

14 *Serui, & ancillæ cum dominis excommunicatis participare possunt.*

15 *Famuli conductitij, & rustici seruientes cum dominis suis excommunicatis participare possunt, & quæ huius ratio sit.*

16 *Familia tota, nutricij, & consanguinei cum excommunicatis dominis communicare licite valent.*

17 *Clerici quando cum suo Episcopo excommunicato participare licite possint.*

18 *Monachi, & alij religiosi cum Abbate, & prælato suo excommunicato participando non peccant.*

19 *Milites cum Imperatore, & Duce suo excommunicato participare, eumque in bello iusto sequi, & defendere possunt.*

20 *Vasalli, quamdiu iuramento fidelitatis tenentur, dominis suis obedire, eisque tributa soluere debent.*

21 *Dominus, & quilibet alius superior, cum suis inferioribus, & seruis, quousque, & quibus in rebus communicare possint.*

22 *Ignorantia facti participantem cum excommunicato excusat, dummodo probabilis sit.*

23 *Ignorantia facti probabilis, seu inuincibilis quænam censenda sit.*

24 *Ignorantia probabilis non est, quando quis ignorat id, quod in parochia, aut a vicinis publice scitur.*

25 *Participans cum excommunicato, quem verisimile est absolutum esse, vtpote multum temporis abijt, ex quo excommunicatus fuit, an, & quando excusetur a peccato.*

26 *Sacerdos ex sola confessione sacramentali aliquem excommun. denunciatum esse sciens, illum vitare non tenetur.*

27 *Excommunicatum denunciatum aliquem esse sciens habitu, sed actu inaduertenter eum alloquens, an, & quando a peccato excusetur.*

28 *Ignorantia iuris inuincibilis participantem cum excommunicatis excusat.*

29 Neces-

29 *Necessitas tam ipsius excommunicati, quam eorum, qui cum eo participant, a peccato excusat.*

30 *Medicum excommunicatum quãdo ob morbum grauem licitè adire possimus.*

31 *Excommunicato licitè participatur, quoties aliorum paci vel ædificationi communio cum eo necessaria iudicatur.*

32 *Excommunicato consilium spirituale dare, & coram eo concionem facere licet.*

33 *Necessitas quarum rerum participantem cum excommunicato a peccato, & censura excusare censeatur.*

34 *Aggrauatio sententię impedire potest, quo minus personæ quædam cum excommunicatis denunciatis communicare valeant.*

35 *Papa sub excommunicationis pœna præcipere potest, ne quis bannitis excommunicatis subueniat.*

36 *Communicans cum excommunicato propter metum mortis, an a culpa, & pœnis iuris excusetur.*

37 *Communicans cum excommunicato metu mortis regulariter a peccato excusatur.*

38 *Peccatum mortale, aut veniale propter metum mortis committendum non est, & quæ sit huius rei ratio.*

39 *Lex humana Ecclesiastica ex vi suę potestatis ad aliquid agendum, aut vitandum sub pœna peccati mortalis, & cum periculo mortis obligare potest.*

40 *Lex Ecclesiastica communionem cum excommunicatis in temporalibus, & humanis instante metu mortis, aut metu cadente in virum constantem non prohibet.*

41 *Lex Ecclesiastica participationem cum excommunicatis, etiam in diuinis cum periculo mortis, non vetat.*

42 *Missam non dicere, vel non audire die festo ob metum mortis, quando licitum, vel illicitum sit.*

43 *Communicare cum excommunicato in diuinis, etiam ob metum mortis non licet, quoties in fidei Catholicæ præiudicium, aut in contemptum clauium vergit.*

44 *Violentia, participantem cum excommunicato denunciato, ab omni culpa, & pœna iuris excusat.*

1 Cclesia sicut in casibus istis cõmunicationem cum denunciatis prohibet, ita etiam tamquam pia, & indulgentissima mater concessit, vt in quibusdam casibus cum ijsdem sine peccato, aut excommunicationis minoris censura participare possimus, prout Gregor. VII. in Cõcilio Romæ habito decreuit, & refertur in cap. quoniam multos, 11. quæst. 3. qui omnes casus ad quinque reuocantur, & his versibus continentur.

Hæc Anathema quidem faciunt, ne possit obesse.
Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.

Qui versus, & casus explicantur a gloss. in cap. cum desideres, in verbo excommunicationis pœnam, de sentent. excommunicationis. S. Thom. in addit. tertiæ part. quæstione 23. artic. 2. Alex. de Ales, 4. par. Sum. quæstione 22. memb. 1. artic. sexto, §. 1. Hostiensis in Summa, titul. de sentent. excom. num. 11. §. & quæ sit pęna. Summa Astensi, 2. parte, libro septimo, tit. 12. & Bonau. 4. dist. 18. in vltima parte dist. q. 5. Rich. 4. dist. 18. art. 6. q. 1. Durand. 4. dist. 18. q. 5. num. 9. Palud. 4. dist. 18. quæst. 6. articulo secundo. Ioan. Bachon. 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 3. Gabr. 4. dist. 18. quæst. prima, art. 1. notab. 3. Thom. de Argent. 4. dist. 18. quæst. vnica, artic. 4. Adria. 4. sentent. tract. de clauibus, quæstione tertia principali, versic. sed quoniam. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione 25. art. 1. Soto, 4. dist. 22. quæst. prima artic. 4. conclus. 5. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 22. & cap. 23. S. Anton. 3. part. titulo. 25. c. primo, Angelica, in verbo, excommunic. 8. nu. 6. Pisanella, in verbo excommunicat. 6. versic. sed nunquid. Tabiena, verbo, excomm. 8. versic. sexto. Syluest. verbo, excommunicatio. 5. num. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 26. Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. primo, numero 8. de sententia excommunicatio. lib. sexto, Hugolin. de censi. Ecclesiast. tab. 2. cap. 23. §. 4. & sequentibus.

2 Primo igitur excusat *Vtile* hoc est, vtilitas vera, & non ficta tam eius, qui cum excommunicato participat, quam ipsius excommunicati? Primo vtilitas temporalis eius, qui participat cum excommunicato, ratione cuius possumus ab excommunicato petere debita, iura, actiones, & hæc tam in iudicio, quam extra; alioquin, excommunicatus ex suo delicto commodum reportaret, si debitum reddere compelli non posset in iudicio, vt habetur in c. intelleximus, de iudic. & facit cap. si verè, de sent. excommun. vnde quamuis societas tempore excomunicationis ineunda non sit, societatem tamen prius initam cum illo prosequi licet, & etiam in alijs contractibus cum eo celebratis persistere possum, ex gloss. in cap. si verè in ver. in excommunicatorum, & ibi Panorm. num. 9. de sent. excommun. & etiam decimas ab eo exigere possumus, ex Innocent. in capitulo, cum voluntate, de sententia excommunic. & debitum coniugale exigere licet, ex Henriquez vbi supra. Item ab aduocato consilium. & a medico auxilium licite peti potest, nisi aliunde æquè facile ab alijs eadem habere possimus, vt Palu. loco cit. no-
3 tauit. † Secundo excusat vtilitas spiritualis ipsius excommunicati, vnde possumus eum ad concionem admittere, cap. responso, de sent. excom. & confessionem eius audire eũ corrigere, & hortari ad petendam absolutionem, consilium circa salutem animæ suæ dare, instruere quomodo satisfacere possit, aut liberare animam suam à tali excommunicatione; in quibus præstandis licet alia quædam verba (vt apud eum magis proficiamus) interponamus, nullum inde nascitur periculum, nec excommunicationem minorem incurrimus. Qua etiam de causa pium aliquem librum legere, vel sacram scripturam repetere licet coram illo, vt melius instrui possit, & ad conuersionem facilius inducatur; secus tamen, si alia intentione hoc faceremus, tunc enim excommunicationem minorem incurreremus, vnde in hoc discrete agendum erit, nec multum laxandæ sunt habenæ, vt præfati authores suadent. Hinc excusantur, qui causa prædicationis, aut confessionis inter excommunicatos habitant, à quibus etiam licite possũt eleemosynas petere, & accipere, pręsertim, si aliter inter eos habitare, aut sustentationem commodam inuenire non possint, cap. cum voluntate, de sent. excommun. Recte tamen monet Adrian. hæc, quæ diximus, ad Sacramentorum administrationem, vel admissionem ad Diuina protendi non posse, quia illa excõmunicatus sine animæ damnatione accipere non potest. Tamdiu autem participare possumus pro salute animarum ipsorum excommunicatorum, quamdiu de correctione eorum sperare probabiliter possumus, & nõ amplius. Sic etiam qui communicet excommunicato, vt eum inducat ad satisfaciendum, excommunicationem minorem non incurrit; vnde, si Statuto cauetur, quod participans cum bannitis incurrat certam pœnam, qui cum eo participat, vt eum inducere possit ad satisfaciendum Reipublicę, non incurrit hanc pœnam, ex Panormit. in capit. cum voluntate, num. 4. de sent. excom. Pari ratione, sicut licet communicare excommunicato in ijs, quæ ad suam absolutionem, & animæ salutem pertinet, arg. c. cum voluntate, de sentent. excom. etiamsi nostra persuasio ad hoc omnino, & simpliciter non sit necessaria; ita etiam & eorum medio ad spiritualium animarum profectum, & vtilitatem vti licet, quamuis alio medio procurari posit, cum non magis videatur concessa cum eis cõmunio ad eorũ, quã aliorum spiritua-

lem voluntatem, siue salutem, vt Adrian. in d.q.3. vers. sed quid si excommunicatorum, subtiliter animaduertit.

4 Secundo excusat [Lex] Legis autem nomine intelligitur lex, seu ius Matrimonij inter virum, & vxorem, quæ idcirco per legem significatur, quia de vxore agitur, quæ sub viri lege est, arg. capit. 1. & 2. de secund. nupt. potest igitur vxor cum marito excommunicato participare, & ipsa ab eo debitum petere, & maritus ei debitum reddere tenetur, gloss. in cap. quoniam multos, in verbo, vxores, 11. q. 3. & Archid. ibi, Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. Tabiena, verbo excom. 8. vers. octauo, Alphonsus Viualdus, par. 2. Candelabri sui aurei, tract. de excom. numero 100. & Hugolin. tab. 2. cap. 23. §. 6. num. 2. & communis DD. sententia. Quia, vt ait Palud. hoc, quod est iuris diuini, Ecclesia tollere non potest, maximè illi, qui non peccauit; Cum igitur maritus petenti vxori debitum de iure Diuino reddere teneatur, ex superueniente excommunicatione non excusatur, quo minus illud reddere possit, & debeat, alioquin sine culpa sua vxor damnum pateretur, quod iniquũ est, arg. c. 2. de consti. & c. 2. de ijs quæ fiunt a ma. par. capit. Et è conuerso maritus excommunicatus ab vxore debitum petere, & illa petenti marito illud redere potest, & debet, arg. c. quoniam multos, 11. q. 3. ob periculum enim fornicationis permittitur, vt vxor cum viro excommunicato sit, & etiam ad alia debita obsequia ei præstanda, c. inter alia, de sent. excom. & ibi Mar. Soc. num. 66. quæ nullo modo cessant per excommunicationem, & consequenter durante viri excommunicatione, cum eo esse, debitum ei petenti reddere, & alia obsequia solita, sicut ante excommunicationem fecerat, præstare ipsa potest, & debet: lex enim vult, quod vxor obediens sit viro, a qua per viri excommunicationem non absoluitur.

5 Hoc tamen ita limitandum est, siquidem nec vxori licitum erit marito excommunicato participare in ijs, propter quæ excommunicatus est, cum hoc esset ei communicare in crimine, quod nunquam licet, c. inter alia, & ibi Marian. Soc. num. 69. & num. 124. de sent. excom. Sed nec quæ cum marito excommunicato ob hæresim participare licet, ob periculum infectionis, arg. c. decreuit, de hæret. lib. 6. Neque si excommunicatio lata sit, propterea quod matrimonium inter ipsos contractum illicitum sit, cum marito excommunicato vxor esse potest, & hoc ob periculum fornicationis, ex Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 1. notab. 3. Syluest. verbo, excom. 5. nu. 4. vers. secundo. Hugol. tab. 2. c. 23. §. 6. nu. 4. Sicut neque postquam diuortio separati essent, simul cum eo esse potest: quia tunc ab obsequijs mariti liberata est, vt proinde in ipsa locum non habeat dispositio cap. quoniam multos, 11. q. 3. & c. inter alia, de sent. excomm. cessante autem causa legis, & lex ipsa cessare debet, arg. c. cum cessante, de appel. & Mar. Soc. in d. c. inter alia, num. 68. Immò verò, si maritus excommunicatus cum alio excommunicato esset, nec in hoc casu marito excommunicato vxor esse potest, ne alterius excommunicati communione vtatur, cuius communio ei non est permissa, vt Hugolin. vbi supra post Syluestrum annotauit. Excommunicato igitur marito, quibus in casibus vxor cum eo participare possit, necne, ex dictis cõstat, nec vlla est inter authores dissensio.

6 Ceterum, an è contrario maritus cum vxore excommunicata participare possit, an non, plurimum inter Doctores controuertitur: & quæstio est supposito, quod inter eos legitimum sit matrimonium, vel etiamsi præsumptum sit solum, quia scilicet in facie Ecclesiæ ab ipsis contractum sit, ignorantibus probabiliter aliquod esse impedimentum, quo minus legitime contrahere possint, quo casu, & Matrimonij priuilegijs fruuntur, & filij ab ipsis nati legitimi sunt, vt habetur in cap. 2. cap. prolatum, ca. peruenit, & c. ex tenore, qui filij sint legitimi. Hoc ergo supposito, quod vxor ob aliquod aliud delictum excommunicata sit, nonnulli, vt gloss. in cap. quoniam multos, in verbo, vxores, 11. q. 3. dubitant: Goffred. & Raym. quos refert, & sequitur Hostiensis in Summa, libro 5. tit. de sentent. excom. nu. 12. vers. sic, & sic per pœna, §. lex excusat. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 12. quæst. 4. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 1. dicunt posse communicare vxori in reddendo debitum conjugale, non autem quantum ad alios actus, scilicet prouisiones, & seruitia humana: & fauet Syluest. in verbo, excom. 5. num. 4. versic. secundo, tum quia dicto ca. quoniam multos, 11. quæst. 3. excipitur vxor respectu habito ad maritum excommunicatum, vt cum ipso esse possit, non autem maritus, vt cum vxore excommunicata sit; tum quia Clericus pater prohibetur esse cum filia, quæ deuota sit, aut nupserit, cap. de filia. 27. quæst. 1. & ideo nec maritus cum vxore excommunicata esse poterit, tum quia vir, vtpote caput vxoris, capit. hæc imago, 33. quæstione quinta, cum facillime possit vxorem inducere, & compellere, vt absolutionem petat quod si non faciat, ei imputatur, nec excusatur communicando.

Alij tamen omnes, vt Sanctus Thomas in addit. 3. par. quæst. 23. artic. 1. Halensis 4. par. Summæ, quæst. 22. membro primo, artic. 6. §. 1. Paludan. 4. dist. 18. quæstione sexta, artic. 2. Angelica, in verbo, excom. 8. num. 8. Adrian. in 4. sentent. tract. de clauibus, quæstio. 3. principali, versi. si petas secundo. Ioan. Driedo, de liberi. Christiana, pagina 241. Couarruuias in capit. alma mater, 1. parte, §. 1. numero 8. de sententia excomm. libro sexto. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 25. artic. primo. Alphonsus Viualdus vbi supra, num. 100. Henriquez libro 14. capit. 22. §. 2. Hugolin. tab. 2. capit. 23. §. 6. numero sexto, absolutè docent posse etiam in omnibus cum vxore excommunicata participare, in quibus cum marito excommunicato vxor communicare queat. Ratio est: quia in correlatiuis qualia sunt vxor, & maritus, eadem est ratio, & dispositio, maximè in solutione debiti, & alijs mutuis obsequijs præstandis, & proinde, sicut ipsa marito, ita maritus vxori ad eadem præstanda non obstante excommunicatione tenetur. Deinde si licitum sit cum socio excommunicato participare, quo cum antea societas contracta fuit, arg. c. si verè, de sent. excom. & expressè docet gl. in c. 1. in verb. viuis, d. 41. a fortiori, maritus iure societatis coniugalis cum vxore excommunicata communicare potest. Quamuis etiam probabilius mihi videatur, ex alio cap. licitum esse marito cum vxore excommunicata participare, nimirum, ex ratione vtilitatis, aut necessitatis, siue suæ propriæ, siue vxoris, siue communis familiæ, & hoc præsertim ad breue tempus, quousque vxor commode absolui possit. Nec obstant, quæ ab authoribus in contrarium afferuntur siquidem vxores in d. capit. quoniam multos 11. quæstione tertia, idcirco excipiuntur, quoniam frequentius viri, quam vxores in excommunicationem incidunt, non tamen exinde casus similes minus frequentes excludi, sed potius includi censentur, ex gloss. in Clemen. 1. in verbo, præsidentes, de rescript. & certè, si excõmunicatis humanitatis gratia eleemosinam dare licet, quanto magis vxori, filijs, & huiusmodi personis coniunctis prouidere licebit. Ad cap. de filia, 27. q. 1. facile est respondere, quia illa iam emancipata erat, nec de familia patris, sed in religione, præterquam quod nihil ibi de participatione cum excommunicata dicitur. Nec denique obstat, quod in dicto cap. hæc imago, 34. quæst. 5. habetur; quamuis enim maritus grauiter peccaret, si neglexerit iure maritali corrigere, & ab illa contumacia diuertere, cuius causa excommunicatus fuerit, inde tamen non sequitur priuatum esse iure cõmunicandi cum vxore excõicata, aut in pœnas iuris incidere, si eidem communicauerit, Quibus omnibus hæc duo addi possunt.

7 Primum est, quod licet vxor cũ excõmunicato marito communicare possit, non potest tamen in gratiam mariti cum alio tertio excommunicato participare; vnde, si maritus inuitet excommunicatum ad cenam, non poterit vxor in eadem mensa comedere; vt Summa Astensis

sis parte secunda, lib.7.tit.12.q.5.& Angelica, verbo, excom.8.num.9. S. Anton.3.par.tit.25. cap.... Syluest. verbo, excom.5.nu.4.vers. secundo. Tabiena, verbo, excom. 8.vers.octauo, & Henriquez, lib.13. de excommunic. ca. 21.§.2. testatur.

8 Secundum est, hæc in sponsa cum sponso locum non habere: tum, quod sponsa adhuc vxor non est, nec vxoris nomine intelligitur, cum tamen soli concessum sit vt cum excommunicato marito esse possit, c. quoniam multos, 11. q. 3. tum quod sponsa cum sponso etiam non excommunicato habitare prohibetur in Conc. Trid. sess. 24. cap.1. de reform. Matrimonij.

9 Tertio excusat *Humile* idest, humilitas subiectionis. Primò igitur filius existens sub potestate patris communicare potest patri excommunicato, vt habetur in capit. quoniam multos, 11. quæst. 3. Sanctus Thomas in addit. 3.par.q.23.art.1. Alex.de Ales, in par.4.Sum.q.22.mēb. 1.ar.6.§.1. Paludan.4.dist.18.quæst.6.ar.2. Rich.4.dist. 18.art.11.q.3.ad 1. Hostien.in Summa, lib.5.tit. de sent. excommunic.num. 11. §. & quæ sit pœna, versic. humile. Summa Astensis, par.2.libro7.tit.12.quæst.5. Angelica, verbo, excomm.8.num.10.S. Anton.3.par.tit.25.c.1. Io. Bachon.4.dist.18.quest.4.art.3. Syluest.verbo, excom.5. num.4.versic.tertio. Tabiena, verbo, excommun.8.versi. octauo. Gabr.4.dist.18.quæst.3.art.1.notab.3. Adrian. 4.Sent.tract.de clauibus, quæst.3. principali. versic. sexta exceptio. Martin. Ledesm.2.4.quæstio.25.artic. 1. Sotus,4.distinct.22.quæstio.1.artic.4.conclus.5.& Nauar. in Manuali cap.25.numero 26. Henriquez libro decimotertio, de excommunic. capitulo 22.§.3. Hugolin.de censu. Ecclesiast.tabul.2.capit.23.§.7. Ratio est: quia vt ait Richar. filius est portio patris, & possessio, ex Aristot.5. Ethic.cap.9.

10 Nomine autem filiorum, vt latius ostendit Hugolin. vbi suprà, intelliguntur primò, naturales, & legitimi. Secundo legitimi tantum, argumen.l. adoptiuum, ff. de in ius vocan. Tertio legitimi facti. capit. tanta, qui filij sint legit. Quartò etiam filiæ, harum enim eadem quæ & filiorum ratio est, immo magis patribus subiectæ sunt. Quinto siue filij nati sint ante excommunicationem, siue post. Sextò, nomine patris intelliguntur etiam mater, auus, abauus, & auia, & deinceps; sicut etiam nomine filiorum veniunt nepotes, pronepotes, &c. vt dicitur in l. filij appellatione, & in l. liberorum.§.& Papyrius, ff. de verborum significat. Septimò etiam comprehenduntur, qui affinitatis ratione filiorum loco sunt, vt nurus, priuignus, priuigna, vt dicitur in §. affinitatis. Institutio. de nupt. Possunt igitur hi omnes cum parentibus excommunicatis esse, immò & debent & colligitur ex capit. inter alia, & ibi Innocent. de sentent. excommunicat. Adrian. vbi supra. Quæ omnia non solum procedunt, si parentes simpliciter excommunicati sint, sed etiamsi excommunicati sint cum ijs, qui secum communicarent, ex Mariano Socino, in dicto capit. inter alia, num.

11 125. de sentent. excommunicationis. Dixi, *filium existentem sub patris potestate communicare ei posse*, quia si emancipatus sit, non posset cum parente participare, vt præfati Authores affirmant, nisi commensalis eius sit, & sustentetur adhuc a patre, nec habeat, aliunde, vnde commodè sustentetur, quicquid Hugolin. vbi supra, contra communem aliorum omnium Doctorum sententiam, simpliciter filios emancipatos cum parentibus excommunicatis participare posse velit. Si quidem, eo ipso quod emancipati sunt, sub patria potestate non sunt amplius, nec ei ita sunt subiecti, vt contra Ecclesiæ prohibitionem, accedente communi Doctorum expositione, cum parentibus excommunicatis participare possint.

12 Pari ratione, sicut filij cum parentibus excommunicatis propter obsequia eis debita esse possunt; ita etiam è conuerso, cum filijs excommunicatis parentes esse possunt, cum & ipsi etiam ad obsequia quædam filijs præstanda obligati sint, scilicet vt eis necessaria prouideant & bonis operibus imbuant, ex Sancto Thom. in addit. 3 parte, quæstione 23. art. 1. Paludan.4.distin.18.quæstione sexta, articulo secundo. Angelica, verbo, excommunicat.8. numero decimo, Sanctus Antoninus, part.3. tit. 25. cap.3. Adrian.4. Sent. tractat. de clauibus, quæstione 1. tia, princ. versic. si petas secundo. Ioan. Driedo. de liber. Christ.pag.241. Martin. Ledesm.2.4.q.25.ar.1. Gabriel. 4.distin.18.quæst.3.artic.1.notab.3. Sotus, 4.distinct.22. quæst.1.artic.4.conclus.5. Armilla, verbo, excommunicat.num.46. Nauar. in Manuali, cap.27.num. 27. Henriquez lib.13.de excom.cap.22.§.3. Hugol.tab. 2. cap. 23. §.7.nume. 12. & est communis DD. peccabit tamen pater, nisi quod in se est, faciat, vt filius absolutionem procuret.

13 Exceptis igitur quibusdam casibus, & parentes cum filijs, & vicissim filij cum parentibus excommunicatis esse possunt, sicut ante excommunicationem incursum; scilicet dummodo non participet filius cum patre excommunicato in crimine criminoso, argum. capit. inter alia, in fine, & ibi glossa in verbo, in criminibus, & Panormit. num.1. de sententia excommunic. & è contrario, de filio excommunicato respectu patris dicendum est. Item, nisi excommunicatio ob hæresim incursa sit, tunc enim ob infectionis periculum, nec pater cum filio excommunicato, nec è contra, filius cum excommunicato patre poterit esse, argum. cap. fina. & ibi Panormit. num. 2. de hæret. Sicut neque permittitur, vt simul sint, quoties vno consilio, & auctoritate alterius filius in contumacia perseuerare censetur, arg. cap. quoniam multos. versic. vt eorum consilio 11. quæstione 3. Neque licet in diuinis inuicem communicare, ex Durand. 4. distinct. 18. quæst.5. num.8. Henriquez & Hugolino, locis proximè citatis, vnde ait, quod si filius patris parochus sit; non licebit ei Sacramenta ministrare, nec coram eo diuina facere, cum communio hæc ei non competat quatenus pater, aut filius sit; & facit quæ tradit Nauar. de orat. & horis canon capit.7.num.16. versic. vndecimo, vbi affirmat excommunicatum horas canonicas cum alio recitare non posse, & in particulari docet Abbatem excommunicatum cum monacho suo diuinum officium priuatim recitare non posse.

14 Secundo, serui, & ancillæ, qui propriè serui, & mancipia sunt, cum dominis excommunicatis participare possunt. vt habetur in cap. quoniam multos, 11.q. 3. & communiter tradunt authores supra citati, eo quod vt ait Richard.4.dist.18.art.11.quæstio.3.ad primum. ex Aristot. 5. Ethic.9. seruus est possessio domini sui. Et è conuerso, dominus cum huiusmodi seruis, & ancillis excommunicatis esse potest, sicut prius, ex Adrian. in d. versic. si petas, secundo. Nauar. in Manuali, ca.27.num.27. Hugol. tab.2.cap.23.§.8. vbi etiam docet, & fratres cum excommunicatis fratribus esse posse, dummodo simul habitent, & seruos cum conseruis communicare posse; vel ratione necessitatis, quia discedere non possunt, ex quo alterius dominio subiecti sunt, vel etiam vtilitate, si domino non subijciuntur, ex quo conditionem commodiorem non inueniant, vbi operas suas locent.

15 Tertio, omnes seruientes alicui, siue sint famuli domestici conductitij, siue rustici, siue quicunq; alij seruientes participare possunt cum suis dominis excommunicatis, vt colligitur ex ca. quoniam multos. 11. q. 3. vbi datur ratio; quia isti non sunt adeo curiales, vt à domino, eorum consilio huiusmodi facinora perpetrentur. Vbi aduertendum est hos famulos, si obligauerant se alicui domino ante excommunicationem, posse perfistere in eius seruitio, & cum illo cōuersare; non possunt tamen post incursam excōmunicatiōné illi se obligare scientes, & si se obligarunt, tenentur illum relinquere, ex S. Anton.3. par. tit. 25.c.1.& Summa Astensi, par.2.ti.12.lib.7.q.6. Anchar. in c. statuimus, nu.4. de sent. excommun. lib.6. Syluest. vbi

 supra.

supra, Armilla verbo, excommunicat. num. 46. Hugolin. cit. §. 9. num. 6. nisi necessitas eos compulisset, quod ei seruirent.

16 Quarto, eodem titulo subiectionis excusatur tota familia excommunicati, c. si vere, de sen. excom. maximè quia ante excõicationem facti essent de familia, & et post excõicationẽ, si vel dominus corũ opera indigeat, vtpote, quia fine illis terras, & agros suos colere, & arare, frumẽtum molere, panem coquere non possit, vt propterea ex eorũ carentia maximum damnum, & detrimentum pateretur, vel ipsimet famuli non ita commode opera sua alijs locare, aut honestam sustentationem sibi comparare possent. & idem de nutricijs, & consanguineis, & similibus intelligas, qui, vel quæ, si a domino recederent, non haberent vnde viuerent, arg. c. si vere. de sent. excom. & expresse Hostiensis, S. Anton. & Syluest. vbi supra, & Angelica, verbo, excom. 8. nu. 11.

17 Quinto clerici participare possunt cum suo Episcopo excommunicato, dummodo tales sint, qui eius seruitio cõductitio deputati sint; non autem, qui extra illius familiam sunt, cum hi non sint Episcopo tam strictè subiecti, ex Hostiensi in Summa, tit. de sent. excomm. numero 11. §. & quæ sit pœna, versic. Humile, in fine. Summa Astensi, part. 2. lib. 7. tit. 12. quæstione 12. S. Anton. 3. par. titulo 26. capit. 1. Paludan. 4. distinctione 18. quæstione 6. art. 1. ante medium. Adrian. 4. sent. tract. de clauibus. quæstione 3. princip. versic. petes fortassis tertio. Syluest. vbi supra, Tabiena verbo, excommunicatio. 8. versic. octauo. Ioan. Medina, Cod. de restit. quæstione 3. §. nona causa, versic. præterea. Ioan. Driedo, de libert. Christ. pag. 241. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 22. §. 3. Hugolin. tab. 2. ca. 23. §. 9. num. 7. quicquid Richar. 4. distinct. 18. artic. 11. quæstione 2. id absolute negare videatur, cuius opinio solum vera est in diuinis, & in rebus ad iurisdictionem pertinentibus, non enim in istis communicare possunt etiam famuli conductitij, vt communiter asserunt scriptores, cum per excommunicationem iurisdictione priuatus sit, & nemini licet in diuinis extra casum necessitatis cum denunciato participare.

18 Sexto, monachi participare possunt cũ Abbate suo excommunicato, & similiter alij religiosi, cum suo Prælato cum hi multo fortius, & magis in solubiliter familiæ Abbatis incorporati sint, quã Clerici suis Episcopis. Sic omnes DD. superius citati, exceptis Richard. 4. dist. 18. artic. 11. quæstio. 3. Palud. 4. d. 18. quæst. 6. art. 2. ante medium. Astensi in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 12. quæstione 13. qui id gratis negant, quorum opinio vera solum est, quod non tenentur ei obedire in diuinis, & in eis, quæ superioritatẽ dignitatis respiciunt, cum per excommunicationis denunciationem omni iurisdictione priuetur.

19 Septimo, familia etiam Metaphoricè accepta cum suo capite excommunicato participare potest, argumẽt. ca. si verè de sent. excommunic. Quo modo milites in exercitu cum Imperatore excommunicato participare possunt, eũque in bello iusto sequi, & defendere, & existens in manibus Ducis excommunicati cum eo communicare potest, ex Paludano 4. dist. 18. quæstione sexta, articulo secundo, ante medium. Gulielm. & Sanctus Antoninus, tertia parte, tit. 25. capite primo, versi. octauo. Syluestro, vbi supra, Adriano 3. sentent. tractat. de clauibus, quæstione tertia principali, versicu. sed quoniam, in fine, & patet ex capit. Iulianus. 11. quæstione tertia, vbi milites Christiani Iuliano Imperatori, qui fuit Apostata, obediebant. Quicquid Richardus 4. dist. 18. articulo vndecimo, quæstione prima. & Astensis in Summa, parte secunda, titulo 12. quæst. 7. in hac re dubij sint. at quæst. 9. concedit licitè posse. Immò tit. 11. q. concedit, quod in casu, vbi pagani, vel hæretici aut alij hostes iniusti venirent in magno numero, aut potentia ad deuastandum patriam, & excommunicatus dominus vellet ex aduerso pro patria pugnare, quod milites, & vasalli eum sequi tenerentur, argumẽ. dicti capitul. Iulianus, 11. quæst. 3. quod etiam Hostiensis antea in Summa, tit. de sentent. excomm. numero 16. versicul. quid, si tenetur, annotauit. Addo tamen cum Paludan. Sancto Antonino vbi supra, & Astensi in titul. 12. q. 9. quod licet excusentur milites in hoc, quod communicent cũ domino suo excõmunicato, non tamen excusentur communicando excommunicatis, quibus communicat dominus eorum: Quod etiam de alijs omnibus supra dictis intelligendum est. Ratio huius est: quia illi non sunt domini eorum, nec illi sunt familia eorum, vnde, vt superius diximus, & testatur Palud. in 4. dist. 18. quæst. 6. art. 2. ante medium, non poterit vxor aut filius communicare cum excommunicatis, quibus vir eius, aut pater suus communicat.

20 Octauo, vasalli quamdiu tenentur iuramento fidelitatis, licitè possunt cum illo participare, & consequenter, tributa, & pensiones ei soluere tenentur, & in propria persona eas ei soluere possunt, non enim eo ipso, quod excommunicatus est, solutum est iuramentum fidelitatis, donec per ecclesiam ab hoc iuramento fidelitatis absoluantur. Paludanus 4. distinct. 18. quæstio. 6. artic. secundo, Richard. 4. distinc. 17. artic. 11. quæstione prima. Sũma Astẽsis, parte 2. lib. 7. art. 12. quæst. 7. Sanctus Antoninus, tertia parte, tit. 25. cap. primo. Angelica, in verbo, excommu. 8. numero vndecimo. Henriquez libro decimotertio, capitulo, 22. §. 3. Notat autem Hugolin. super cap. nos Sãctorũ, 15. quæstione sexta, de huiusmodi vasallis, quod postquam ab eorum obsequio, & obligatione fidelitatis absoluti sunt, non solum ab eis, quam ab alijs denunciatis abstinere debent, ita vt nec eum vitiare, nec eum comitari, nec cum illo ire, equitare, comedere, bibere, aut conuersari possint, nec exercitum ei facere, nec ad bellum cum eo ire, aut etiam defendere, aut quouis modo auxilium ei dare poterunt.

21 Nono pater, dominus, & alij superiores participare possunt cũ suis filijs, & seruis excommunicatis, non quidem in omnibus simpliciter, sed tantum in ijs, in quibus superior tenetur inferiori prouidere; sicut enim inferior astringitur superiori, sic superior inferiori, vt post Sanctum Thomam in addit. 3. par. quæst. 23. art. 1. Durandus in quarto distinct. 18. quæstione quinta, numero nono. Henriquez, libro decimotertio, de excommunicat. capite vigesimosecundo, §. 3. & alij, quos superius annotauimus, communiter testantur, quicquid aliqui pauci hoc sine textu, aut ratione negent.

22 Quarto excusat *Res ignorata*, idest ignorantia. Quia vero de hac re copiosius dictum est, lib. 1. c. vlt. ideo nunc paucis materiam hanc absoluam.

Primo igitur certum est, ignorantiam facti excusare a participatione cum excommunicatis, vt habetur in capit. Apostolicæ, & ibi glos. in verbo, probabilis, de Cleric. excommunicat. ministr. & argumen. cap. cum desideres, & ibi glo. in verbo, excommunicationis pœnam, de sententia excommunicationis. Paludanus 4. distin. 18. quæstion. 9. art. 2. Ioan. Bach. 4. dist. 18. q. 4. artic. 3. Hostiensis in Summa, libro quinto, titulo de sent. excommun. §. & quæ sit pœna. verb. res ignorata. Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, titulo duodecimo, quæstio. 15. Sanctus Antoninus, tertia parte, tit. 25. capit. 1. Angelica, verbo, excommunicat. 8. numero decimoquarto. Syluest. verbo, excommunicat. 4. numero 4. §. 4. Tabiena, verbo, excommunicat. 8. versi. nono. Gabr. 4. distin. 18. quæst. 3. artic. 2. notab. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. articulo primo, Sotus 4. distinctione 22. quæstio. 1. artic. 4. conclus. 5. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero vigesimoseptimo, & Couarruuius in capit. alma mater, prima parte, §. 10. numero 13. de sententia excommunicationis, libro sexto, Henriquez lib. 13. de excommunic. capit. 23. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. cap. 23. §. 10. & colligitur ex capit. quoniam multos, 11. quæstione tertia. Qui tamen omnes authores addunt, quod ignorantia hæc, vt excuset, debet

debet esse probabilis, vt dicunt Canonistæ; seu vt loquun-
23 tur Theologi, inuincibilis. Est autem ignorantia facti inuincibilis, quando ignoro aliquem fecisse id, propter quod sit excommunicatus, seu ob quod fertur excommunicatio, vt exempli gratia: Quamuis sciam percussorem Clerici excommunicatum esse, si tamen ignorem probabiliter Petrum percussisse Clericum, ignorantiam facti probabilem habere censeor: tunc autem vt Paludan. & S. Anton. vbi supra notant, probabiliter factum ignoro, quando mihi non constat Petrum percussisse Clericum, vel quia ipsum non vidi, vel quia non est publica fama de eo, vel quia non audiui à fide dignis. Quando autem aliquis à fide dignis audiuit, vel est fama publica, tenetur inquirere de veritate, & interim abstinere, quod si postea inueniat falsam fuisse famam, potest participare, si veram, abstinere tenetur, ex S. Anton. vbi supra, & Summa Hostiensi libro quinto, titu. de sentent. excommunicat. §. & quæ sit pœna, versic. res ignorata. Summa Astensi. par. 2. libro 7. titulo 11. articulo 1. quæstione 33. & quæstio. 34. Sic etiam si Prælatus, vel Episcopus, vel alius diceret de suo subdito, quod esset excommunicatus denunciatus, teneor eum vitare, ex Siluest. verbo, excommunicatio, quinto, numero vigesimooctauo,
24 dub. decimonono versiculo quarto. Non est autem probabilis ignorantia, si ignoretur, quod à vicinis publicè scitur: aut cum sit in parochia in qua aliquis eo tempore est publicè denunciatus excommunicatus: aut si ignoret, quod publicè factum est in prouincia. duodecima quæst. secunda, capit. Qui & humanis, & dist. decimasexta cap. Quod dicitis, ex Palud. 4. dist. decimaoctaua, quæst. sexta articulo secundo, Astensi in Summa par. secunda, titulo duodecimo, quæst. decimasexta. Quamuis negare non possit, aliquem tam longè remotum esse posse à suo Episcopo vel à loco publicationis sententiæ, & tam recenté posse esse publicationem, quod probabilis esse possit ignorantia. Quibus addo, post constitutionem Concilij Constantiensis in Extrauag. Ad euitanda scandala. satis esse ignorantiam probabilem, qua quis ignorat aliquem esse denunciatum excommunicatum, aut ignoret publicè Clericum percussisse, ex Nauarro in Manuali, capitulo 27. numero 27.

26 Secundo, si mihi probabiliter constet aliquem fuisse denunciatum excommunicatum, vel esse publicum clerici percussorem, & post hanc scientiam per annum non vidi illum, si hic aliàs homo sit bonæ famæ, & boni nominis, præsertim, si initio seruabat excommunicationem & post annum video illum non seruantem eandem, possum, & debeo credere illum esse absolutum, ex Paludan. quarto, distin. 18. q. 6. articulo secundo. S. Anton. 3. parte tit. 25. cap. 1. & ex Guil. Durand. ab eodem relato. Henric. in cap. cum desiderer, de sentent. excom. & Panorm. in cap. proposuit, de Cleric. excom. ministr. Marian. Socin. in cap. inter alia, numero 116. de sent. excommunic. Couar. in cap. alma mater, prima par. §. secundo, numero 6. versic. verum si constiterit, de sentent. excommun. libro sexto. Siluester verbo, excommunic. quinto, dub. 17. Hugol. de censur. Eccl. tab. secunda, capitulo vigesimotertio §. 10. numero primo, præsertim: cum, vt ait Panorm. in alienis factis nimis curiosus quis esse non debet, argum. capit. præsumitur, de reg. iur. lib. 6. Sin autem è contra homo malæ famæ sit, & maximè si ab initio sententiam non seruabat, tunc & possum, & debeo credere illum, non esse adhuc excommunicatum, quousque aliquo modo mihi constet de absolutione eius, & consequenter eum vitare teneor.

26 Tertio, quantum ad obligationem vitandi excommunicatum, Sacerdos, qui solum ex confessione sacramentali nouit aliquem excommmunicatum denunciatum esse, illum vitare non tenetur, sed perinde ita se habere debet, ac si inuincibiliter ignoraret. Sic Hostiensis in capit. omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss. & idem Hostiensis, & Henric. in cap. cum non ab homine, de sentent. excommun. Summa Astensis par. secunda, libro septimo titulo vndecimo, articulo primo, quæstio. vigesimaseptima. Richard. quarto, dist. decimaoctaua, articulo sexto, quæstio. quinta, & distinct. vigesimaprima, art. 4. quæst. 2. ad quartum. Scot. 4. distinct. 21. q.... §. ad argumenta, in fine. Palud. quarto, dinctinctio. decimaoctaua, quæstio. sexta, articulo secundo. Martin. Ledesm. secundo, quarta quæst. decima, articulo quinto, dub. 6. Sotus in relect. de teg. secret. memb. 3. quæstio. quarta, dub. 3. post conclus. quintam. Ioan. Medin. Cod. de confessione, quęst. 48. §. aliud dubium. Couar. in cap. alma mater, prima par. §. secundo, numero tertio, de sententia excommun. libro sexto. Henriquez libro decimotertio, de excommun. cap. sexto, §. primo. Et ratio manifesta est: quia si ex sola confessione sacramentali illum euitaret, sigillum confessionis violaret; tenetur autem confessarius sigillum hoc non solum cum alijs, sed etiam cum ipsomet pœnitente seruare.

27 Quarto, quamuis quis sciat aliquem esse excommunicatum, & denunciatum, & talem habitum, si tamen in actu inaduertenter, & ignorans loquitur cum excommunicato, & statim ac aduertat, se retrahit, neque peccat, neque in excommunicationem minorem incidit, vt Palud. 4. distin. 18. quæst. sexta, articulo secundo, Summa Astensis, parte secunda, lib. septimo, tit. duodecimo, quęst. decimasexta, Sanctus Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto, cap. primo, & alij ab eis relati, testantur. Cuius rei hæc est ratio, eo quod verè in hoc casu ignorans inuincibiliter cum eo participat.

28 Quinto, circa iuris ignorantiam, an excuset a participatione cum excommunicatis; Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero vigesimoseptimo, ait ignorantiam inuincibilem iuris dubij excusare, & faciunt quæ notata sunt in cap. ignorantia, de reg. iur. libro sexto. At Palud. quarto, distin. 18. quæstione sexta, articulo secundo. S. Anton. secunda parte, titulo vigesimoquinto, capitulo primo, Astensis in Summa, par. secunda, libro septimo, titulo duodecimo, quæst. decimaquinta, & Siluester verbo, excommun. 5. numero quarto, dicunt, ignorantiam iuris excusare eos, quibus licet ius ignorare, vt sunt (inquiunt) pueri nondum capaces doli. Quia verò horum authorum doctrina in eo fundata videtur, quod ignorantia hæc inuincibilis sit, ideo in hac re breuiter, & simpliciter dicendum esse puto, omnem iuris ignorantiam inuincibilem pari modo excusare. Non est autem ignorantia iuris inuincibilis nisi in illis, quibus ius ignorare licet, isti autem esse possunt nō solum pueri, sed etiam adulti; immò etiam viri doctissimi sæpè inuincibiliter ignorant iura saltem noua, vt experientia quotidiana testatur: crassa verò & affectata tam facti quam iuris ignorantia, nullum excusat, vt latius lib. 5. cap. finali dictum est.

29 Quinto excusat *Necesse* hoc est necessitas, tam ipsius excommunicati, quam eorum, qui cum eo participant, vt habetur in capit. quoniam multos, 11. q. 3. & cap. inter alia. §. illud autem, de sentent. excommun. si enim, vt ex dictis constat, excusat vtilitas, à fortiori necessitas excusabit.

Primo igitur excusat necessitas eorum, qui cum excommunicato versari debent, & hoc tam in spiritualibus, quam in temporalibus. In spiritualibus enim licitè communicare possumus cum excommunicatis, scilicet, petendo ab eis consilium pro salute animæ nostræ, si occurrat occasio, nec alium ita idoneum inuenire commode possimus, vt docent Gab. 4. dist. 18. q. 3. artic. 1. notab. 3. versic. vtilitas duplex. Maria. Soc. in ca. inter alia. nu. 99. de sentent. excommunicationis. Caiet. verbo, excommunicat. in cap. participatio cum excommunicat. Hugol. tab. 2. capit. 23. §. 11. num. 2. vnde, tempore necessitatis ab excommunicatis Baptismum, & Pœnitentiam sumere possumus, vt c. 1. latius docuimus; immo etiam pro alterius salute con-

consilium, ab illis petere, & puerum baptizandum illis offerre possumus, quando non occureret alius non excommunicatus, a quo hæc eadem petere valeamus.

30 Eodem modo in corporalibus eadem necessitate vrgente, cum eis participare possumus; nam oppressi morbo, & graui infirmitate, licite medicum excommunicatum adire possumus, quando alterum æque peritum commode habere denegatur, ex Gabr. & Caietan. vbi supra; & auxilium excommunicati petere possumus ad famam tuendam, si non adsit alius, qui nobis opem ferre possit, aut velit. Sic etiam, si quis inter excommunicatos habitet, aut peregrinetur, potest cum eis communicare in emendo, aut petendo ab eis cibum, potum, vestes, & alia necessaria, pro quanto illa sunt necessaria, & aliter haberi non possunt; &c. hoc non solum pro nobis, sed etiam pro alijs, qui eadem necessitate laborant, vt colligitur ex cap. quoniam multos. 11. quæst. 3. & DD. communiter tradunt. Quæ omnia intelligenda sunt non solum de absoluta, seu extrema necessitate, sed etiam de necessitate magnæ & notabilis incommoditatis, ex Summa Astensi, par. 2. lib. 7. titu. 12. quæstio. 20. & 27. Adrian. 4. Senten. tract. de clauibus. quæst. 3. princ. versic. octaua exceptio. S. Anton. 3. par. tit. 25. capitulo primo in fine. Tabiena, verbo excommunic. 8. versic. nono. Siluest. verbo excommunic. 5. numero 5. §. quinto. & Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 27. vbi ait sufficere, quod homo vere indigeat, & aliunde commode habere non possit, vnde, in cap. si vere. de senten. excommunicat. dicitur in fine, quod excommunicatis communicari potest cum dolore cordis, in quibus eorum communicatio vitari non potest; supple, secundum gloss. vlt. commode: quia id dicimur posse, quod sine incommodo possumus, l. nepos. in fin. ff. de verb. signific. sic etiam Prædicatoribus, licet aliunde sibi prouidere possent, ius concedit vt eleemosinas petere possint ab excommunicatis, quia gerunt curam, & causam eorum, & pro spirituali ministerio debetur temporalis sustentatio, vt habetur in capitulo cum voluntate. §. prædicatores, & ibi gloss. Innoc. & Panorm. de sentent. excom. Addit autem Paludan. 4. dist. 18. quæstio. 6. artic. 2. quod etiamsi excommunicatus illi non daret nisi simul in eadem mensa comedat, cum excommunicato simul comedere poterit, cum tunc necessitas excuset: immo aliquando comedendo cum eis alliciuntur ad familiaritatem, & facilius reducuntur ad pœnitentiam.

Eadem de causa in itinere constituti propter debilitatem ab excommunicato equum licite conducere, & ab eodem hospitium petere, & accipere possumus. Item si res nostras aliter tueri commode non valeamus, ab excommunicato aduocato consilium petere licet, ex Marian. Soc. in cap. inter alia. num. 99. de sent. excom. Henriquez lib. 13. de excommunicat. capit. 22. §. 4. in annot. litera E. Hug. tab. 2. cap. 23. §. 11. num. 5. & etiam ab hostium incursibus eorum ope, fauore, & auxilio nosipsos defendere valemus.

31 DEINDE vt recte Adrian. in 4. Sent. tract. de clauibus quæst. 3. princip. §. sed quoniam, versic. quinta est, annotauit, cum excommunicatis licite participare possumus, quoties aliorum paci, vel ædificationi communio cum illis necessaria est, argumen. cap. Antecessor, & cap. quod prædecessor. 11. quæst. 3. vnde, sub Iuliano Apostata erãt Christiani milites, quos S. Ambrosius de obedientia commendat. *Qui cum iussi sunt pro defensione Reipublicæ arma producere, obediebant ei: cum vero iuberet in Christianos producere, tunc cognoscebant Imperatorem Cæli.* vt habetur in capit. Iulianus, vndecima quæstione tertia. causa vero, cur eis licuit communicare excommunicato Apostatæ, & hæretico, erat, ne videlicet ille prouocatus suscitaret scandalum in Christianos, & pax communis turbaretur. Quorum hæc potest esse ratio: quia præceptum minus maiori cedere debet, quando circa idem occurrunt; cui consequens est, quod cum præceptum communis pacis procurandæ, vel spiritualis vtilitatis proximorum, vel euitandi scandalum, fortius & maius sit præcepto vitandi excommunicatos, hoc illi cedere debet.

32 Secundò excusat necessitas ipsius excõmunicati, tã spiritualis, quam corporalis, vnde & excommunicato consilium spirituale dare, & coram eo concionem facere licet, vt habetur in capitulo responso, & capitulo cum voluntate, de sentent. excom. & illi sustentationis, & eleemosynæ causa aliquid dari potest, non solum si sit in necessitate extrema, sed etiam in necessitate communi: quandoquidem hoc ius Diuinum, & Naturale præcipit, vt ait Gabr. quarto, distin. 18. quæstio. tertia, articulo primo, notab. 3. versic. necesse. quod humana constitutione non tollitur, vt excommunicatus verbi gratia petens hospitium recipi potest, etiam non expectando, vt prius ab alijs omnibus excludatur, ex Anton. tertia par. titulo vigesimoquinto, capitulo primo, in fine. Summa Astensis secunda parte, libro septimo, titulo duodecimo, quæstione vigesima quinta, Tabiena, verbo, excommunic. 8. versic. nono. Henriquez libro 13. de excommunicatio. cap. vigesimotertio. §. quarto. Hugolin. tab. secunda, ca. vigesimotertio, §. vndecimo, numero octauo. & Palud. 4. distin. 18. quæstione sexta, articulo secundo, vbi ait dari posse eleemosynam ei, non solum quando eleemosyna est in præcepto, sed etiam, quando est in consilio. & Nauar. in Manuali, capit. 27. numero vigesimo septimo, ait satis esse, quod homo verè indigeat, & aliunde commode habere non possit.

33 Quibus addo ex DD. citatis, Astensi, Paludan. Henriquez necessitatem hanc intelligendam esse de necessarijs vitæ, vt sunt victus, vestitus, potus, habitatio, aut vt vitet temporale damnum magni momenti, vnde si essent necessaria excommunicato alia vtensilia, verbi gratia securis, fossorium, aut aliud vtensile quo indiget, non possent illi titulo necessitatis commodari, ex Siluest. verbo, commun. 5. numero 5. §. quinto, nisi eo casu, quo illa in vitæ necessitatem, aut grauis damni euitationem redundarent. Quamuis in hac re nimis scrupulosi esse non debeamus, quia in quo non excusat necessitas, vtilitas saltem excusabit. Sic Principi, ne iniusto bello regnum inuadant hostes, succurrere licet, argum. capit. Iulianus. 11. quæst. 3. & testatur Richar. quarto, dist. 18. art. 11. quæst. 1. ad secundum, & fauet Maria. Soc. in cap. Inter alia, nu. 91. de senten. excommunic. Et ne in iudicijs excommunicatus ius suum perdat, vbi reus est, eius procurator, & aduocatus esse possumus, vt habetur in cap. intelleximus, & ibi Panorm. numero septimo, de iudic. Marian. Soc. in d. cap. inter alia, numero 201. de sent. excomm. Et Adrian. 4. sentent. tract. de claub. quæstio. tertia principali. §. sed quoniam multis, ait excommunicato participari posse in ijs quæ damni euitationem concernunt. Quia opera misericordiæ, quæ aliàs in præcepto sunt, respectu alicuius personæ, accedente excommunicatione, adhuc in præcepto manere videntur.

34 His omnibus apponi potest regula, quam Paludan. 4. distinct. 18. quæst. sexta, artic. secundo, non longe à fine, & Gabr. quarto, distin. 18. quæst. tertia, articulo primo, notab. tertio, in fine, & Summa Astensis, par. secunda, lib. septimo, titulo duodecimo, quæstione 27. posuerunt, nimirum: Quæ dicta sunt de exceptione quintuplicium personarum, quæ cum denunciatis communicare possunt, intelligenda sunt, non ex causa sententiam aggrauando eis specialiter communio interdicatur, sicut habet consuetudo, quod quandoque patre, marito, vel domino indurato, aggrauatur excommunicatio; & monentur filij, vxor, & subditi, vt se eorum communione subtrahant; quia quamuis liceat dispensatiue communicare, non tamen iure communi; vnde talis dispensatio ex iusta causa subtrahi potest. Sicut enim potest homo mitti in exilium propter peccatum, ita etiam potest sibi subtrahi sola

bi sola

hi solarium suorum. Tales igitur personæ quamuis a communione eorum separati non possint ratione subiectionis, quæ consequitur aut præceptum Diuinum, aut Naturale, qualis est illa, qua vxor tenetur debitum viro petenti reddere, & filius vt patrem honoret, eique seruiat, & subueniat; à qua communione etiam per aggrauationem, & specialem monitionem arceri non debent; nec possunt, & si moniti post excommunicentur, sententia illa nulla esset, eo quod intolerabilem errorem expressum contineat prohibendo contra legem Diuinam, aut naturalem, communio tamen in alijs, in quibus non cadit obligatio legis Diuinæ, aut Naturalis, etiam in his quin que casibus exceptis, ex causa prohiberi potest, qua ratione, &c. vxor, & filius prohiberi possunt, necum marito, aut patre comedant, aut loquantur. Et sic intelligendi sunt communes modi tales: nam dicere quod vxor in nullo plus vitet maritum excommunicatum, quam non excommunicatum, esset eam inducere ad contemptum Clauium Ecclesiæ, & ideo super hoc cadere potest monitio, vt scilicet nec vxor aliter communicet viro, quam ratione legis matrimonij teneatur: nec filius patri communicet, aut e conuerso, nisi quantùm ex lege Diuina, aut naturali obligatur. Si vero maritus vxorem, aut filium pater verberibus ad communicandum sibi compelleret, in alijs actibus humanis, in hoc a necessitate excusarentur, intelligendo necessitatem, conseruandi vitam, & sanitatem, corporis, & integritatem, ad quam quilibet lege naturali tenetur.

35 Addit etiam Hugolin. tab. 2. c. 23. §. 11. nu. 11. & Antonio Cordub. in Commentario ad l. si quis à liberis, §. sed vtrum, ff. de li. agnoscend. alium casum, in quo nec filius patri, nec vxor marito in necessitate extrema subuenire possint, scilicet, quando a Romano Pontifice sub excommunicationis pœna præciperetur, ne quis bannitis excommunicatis subueniat. Ratio est: quia sicut damnatos ad mortem è manibus iudicis eripere non licet, vbi ad mortem ducuntur, ita pari ratione necistos a fame liberare licet, cum ad hoc mortis genus summus Princeps eos adindicauerit, quæ condemnatio legitima est ob publicam patriæ, & Reipublicæ vtilitatem, quæ parentibus anteponenda est, vt habetur in l. minimè, & ibi Bartol. & DD. notant. ff. de relig. & sump. funet. & no. Panorm. c. 2. de immunit. Eccles. vnde subueniendo excommunicationem incurrerent.

36 Difficultas sola restat examinanda, An scilicet communicans cum excommunicato propter metum mortis, excusetur ab omni culpa, & pœnis iuris. In qua re nonnulli vt Panor. in c. sacris, de his quæ vi met. cau. fiūt. Raym. vt testatur Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 11. q. 21. Adri. quodlib. 1. art. 3. ver. ad quintum, & in 4. sent. tract. de Clauibus q. 5. prin. exceptin. §. ver. quoad materiam, absolute docent, metum necá pœnis iuris excusare, & fauere videtur Palud. 4. distin. 18. quæst. 7. art. 3. conclus. 1. & Ocham id verum esse fatetur in suo dialogo, par. 1. libro 7. capit. 57. quem sequitur Gabr. 4. dist. 18. q. 3. artic. 3. dub. 4. & fundant se in textu d. cap. sacris. de his quę vi. met. cau. fiunt, vbi dicitur, quod *metus non excludit prorsus culpam, sed attenuat.* cuius ratio assignatur: *quia pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere*, Præsupponit igitur decretalis illa, quod communicans excommunicato peccet mortaliter. Quod si istis quis obijciat, licitum esse communicare cum excommunicato ad emendum, vel petendum, quæ sunt victui, & amictui necessaria, ne quis pereat, c. si vere, de sent. excom. & præterea, periculum mortis ratione famis, & inopiæ imminens à furti crimine excusare, cap. si quis propter necessitatem, de furt. proinde multo magis metu mortis licitum erit cum excõmunicato participare. Hinc duobus modis respondent; Primo quidem, communicantem cum excommunicato petendo necessaria victui, & amictui, nec peccare mortaliter, nec venialiter: sed neque excommunicationem minorem incurrere, quia talis non directe agit ad communionem cum excommunicatis, sed ad petendum necessaria, ne fame pereat: Qui vero metu mortis cum excommunicato participat, primo. & principali consensu consentit in peccatum, & consequenter peccat, & pœnas iuris incurrit: Non sic in primo casu. Secus respondent, quod participans cum excommunicato, metu mortis peccat, & pœnas iuris incurrit; quia talis consensus non potest esse absque malitia, quam habet communicatio cum excommunicato: sicut nec malitia actus fornicationis, vel adulterij tollitur, si quis metu grauissimo fornicationem, vel adulterium committat, quia semper consentit in actum prohibitum, qui adhuc malitiam habet, quam circumstantia metus non tollit, at vero, qui ab excommunicato alimenta sibi necessaria petit, rem debitam petit, potest autem res debita peti ab excommunicato, capitulo si vere. de sententia excommunicatio. quæ circumstantia tollit malitiam actus communicandi, ne aliàs excommunicatus ex peccato suo commodum reportet, vnde Machabæi 1. Machab. secundo, & secundo Machab. 7. Iudæi, metu coacti carnes porcinas comedere noluerunt, quas tamen fame coacti comederunt: eo quod in 1. casu circumstantia manus non abstulit malitiam actus lege Mosaica prohibiti: cum tamen in secundo casu fames imminens omnem ab eo actu excluserit, quam ex prohibitione habebat.

37 Ceteri tamen authores licitam esse putant metu mortis cum excommunicato participare, vt colligi poterit ex his quæ tradunt S. Thom. in addit. tertia parte quæstione 23. articulo tertio. & quodlib. 11. articulo 9. Summa Astensis, parte secunda libro 7. titulo 11. artic. 1. quæstio. 21. vbi ait hanc opinionem humaniorem, & veriorem esse, & citat etiam Hugolin. in capit. quoniam multos, 11. quæst. 3. Ioan. à Friburgo in Summa Confessorum, tit. de sentent. excommunicatio. quæst. 165. Angel. in verbo, excommunicatio. 8. num. 28. Io. Maior. 4. distin. 18. quæst. 4. Siluest. verbo, excommunicatio. Quinta. numero 23. dub. 14. Martin. Ledesm. secunda qoarta quæstione 25. articulo tertio, in fine, conclus. secunda. Sot. libro primo de iustit. & iure, quæstione 6. articulo quarto, & expresse, in quarto distin. 22. quæstione prima, articulo quarto post conclus. quintam, versic. Ad quæstionem ergo, Cordub. casu 142. Nauar. in cap. inter verba, 11. quæstione tertia, prælod. tertio, numero quarto, & in Manuali, cap. 27. nu. 36. & nu. 239. Et faciunt, quæ docet in Manuali, c. 25. numero 84. & tom. secundo consil. consi. 16. de hæretnumero 9. libro quinto, & in capitulo fraternitas, 12. quæstione secunda, numero 16. & sequ. Couar. in cap. alma mater, prima par. §. tertio, numero 9. versic. quarto, de sententia excommunicatio. libro 6. Batt. Medina, in prima secundę, quæstione 96. art. quarto. Alphonsus Viualdus, in Candelab. aureo, pat. secunda tractatu de excommunicatio. numero 101. Henriquez libro 13. de excommunicat. cap. 21. §. secundo & cap. 23. §. quarto, & alij recentiores: Ex quibus omnibus has quatuor propositiones in hac materia deducemus, quibus positis quid probabiliter tenendum sit, ostendemus.

38 Prima Propositio; Non est committendum peccatum mortale, aut veniale propter quemcunque metum, etiam mortis, vt clarè colligitur ex cap. primum, & cap. ne quis, 22. quæstione 2. & ibi glo. in verbo, non occiditur. vnde si peccatum etiam veniale fore communicare cum excommunicato, aut in temporalibus, & humanis, aut in Diuinis propter quemcumque metum, etiam mortis, illis communicare non licet, vt expresse docet S. Thom. in addit. 3. p. q. 23. art. 3. ad primum. & quodlib. 11. artic. 6. ad ternum. Durand. 4. distin. 18. quæstione quinta, ad 3. Ioan. à Friburgo, in Summa Confess. titu. de sentent. excommunica. quæstio. 165. Panorm. in d. cap. sacris, de his quæ vi met. cau. fiunt. & Couar. vbi supra, §. 1. num. 9. versi. tertio solet. Ratio est: quia peccatum inquantum pecca-

peccatum, nunquam est eligibile, si enim eligibile esset, non esset peccatum, & sic faciendo non peccaret.

39 Secunda propositio: Lex humana ecclesiastica ex vi suæ potestatis, & auctoritatis ad aliquid agendum, aut vitandum sub pœna peccati mortalis, & cum periculo mortis obligare potest. Quæ propositio certa est, ex Caiet. 1.2.quæst.96.art.quarto, & Medina ibidem. Martin. Ledesm.2.4.quæst.25.art.3. Soto 4. dist.22. quæst.1.art. quarto, post quintam conclus. Alphonso Vualdo vbi supra, Couar.d.§.3.num.9. vers. tertio solet. & est communis DD. & patet, quia si Rex temporalis, seu Respublica ob bonum commune exponere poterit vnum, vel plures ciues morti, ergo à fortiori Papa, seu Ecclesia fideles ligare poterit ad suæ legis obseruantiam sub peccato mortali, & cum periculo mortis. Deinde Deus ipse actum aliquem in genere virtutis, aut vitij per suum præceptum ponere potest; vt si Deus præciperet, quod nullus in quadragesima carnes comederet, intemperantia esset illas comedere etiam cum periculo mortis. Et de facto Deus obligat homines ad suæ legis obseruantiam, etiam cum circumstantia mortis, vt in hac lege; Non mentieris; Non enim mentiri licet ad mortem vitandam; & proinde Rex, aut Papa legem statuere possunt, quæ cum mortis periculo obliget. Siquidem *potestas omnis à Deo est, Rom.13.* tam laica, quam spiritualis, & vt ibidem habetur: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. & Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & Heb. 13.* dicitur, *Obedite præpositis vestris*, vnde rectè Caiet. vbi supra, notat, quod si lex aliqua humana ad sui obseruationem eum mortis periculo non obligat, id quidem non ex defectu potestatis in legislatore est, sed ex eius bonitate, & intentione, in qua re nulla est inter Catholicos controuersia; & ideo, si lex hæc vitandi excommunicatos cum tanto periculo obliget, mors potius subeunda erit, quam illis ob vitandum metum mortis incussum communicare.

40 Tertia propositio: Lex Ecclesiastica non prohibet communicare cum excommunicato in temporalibus, & humanis, instante metu mortis, aut metu cadente in virum constantem. ita Gab.4. dist.18.quæst.3.art.3.dub.4. Caiet. 1.2.q.96.art.4. Martin. Ledes.2.4.q.25.artic.3. Sotus, 4.d.22.q.1.art.4.post conclus.5. Couar. vbi supra, num.9. ad finem, ver. quarto, de senten. excom. lib.6. Id quod suaderi potest: quia ius Pontificium ex leuioribus causis permittit communicationem cum excommunicatis, scilicet iure patriæ potestatis, & cohabitationis coniugatis, & famuliaritatis, & causa vtilitatis, & necessitatis, vt habetur in cap. quoniam multos, 11.q.3. ergo pari ratione, immò à fortiori excusantur, qui metu mortis cum excommunicatis participant. Vnde, si Rex cogat aliquem comedere carnes in feria sexta, aut quadragesima, non in contemptum Ecclesiæ, sed quia ipse comedit carnes, & complacet ei, quod alius comedat, licebit cum eo comedere, vt mortis periculum euitet. Et quia cum ecclesia pia, & indulgens mater sit, non censetur quod intendat filios suos in tali casu, & periculo ligare, ne aut carnes comedant, aut cum excommunicatis participent.

41 Quarta propositio: Lex ecclesiastica non prohibet communicationem cum excommunicato etiam in Diuinis cum periculo mortis, sic Martin. Ledesm.2.4.q.25.art.3. Sotus 4.d.22.quæst.1.artic.4.post conclus. quintam. Couar. vbi supra.§.3.in fine. Nauar. in dicto præludio 3.nu. 4. Alphonsus Vuald. vbi supra, num. 101. Pie enim credendum est, nolle ecclesiam quempiam ad vitandum excommunicatum cum tam graui periculo mortis obligare. Hæc tamen conclusio procedit, nisi quando communicatio contingeret in crimine, vel in detrimentum fidei Catholicæ, aut in ecclesiasticæ censuræ contemptum. Si quis enim hæreticus censuras ecclesiæ contemnens in vilipendium ecclesiasticæ disciplinæ mortem alicui comminaretur, nisi cum eo in Diuinis communicet, tunc mortem potius pati debet is, quam cum eo communicare. Sed si quispiam Tyrannus metu cogeret sacerdotem, vt coram ipso Missam celebraret, non in contemptum religionis, nec in vilipendium fidei Catholicæ, & absque vlla hæreseos labe, & suspicione, sed tantum quia vult audire Missam, & iniuriam sibi fieri putat, si alter non celebrat in sua præsentia, talis celebrando nec peccaret, nec excõmunicationem minorem incurreret; ita præfati authores, & Summa Confess. tit. de sent. excom. quæst. 105. Siluest. verbo, excommu.5.dub.14. Maior.4. distin. 18.quæst.4.

42 Et pari ratione licebit metu mortis non dicere, vel non audire Missam in die festo, nisi iubeatur quis non audire, vel non dicere in contemptum Missæ; vel ad significandum per hoc Missam non esse faciendam, vel non continere consecrationem veri corporis Christi; hoc enim esset tacere, vel dicere aliquid cõtra legem diuinam. Quamuis enim præceptum de audiendo, vel dicendo Missam aliquibus sit humanum, & ideo à faciendo ea non solum metus mortis, sed etiam aliud impedimentum iustum excuset; præceptum tamen de non tacendo, vel dicendo aliquid ad significandum quod Missam celebrare non liceat, vel in ea non confici verum Sacramentum corporis Christi, Diuinum est, à cuius obseruatione nullus mortis metus excusat.

43 Ex quibus omnibus manifestum est, quid respondendum sit ad vltimam partem d.capituli, sacris, de his quę vi met. causa fiunt, quatenus significat, participantem cum excommunicato etiam metu mortis peccare mortaliter; intelligitur enim, quando communicatio in Diuinis contingit quoad præiudicium fidei Catholicę, vel in contemptum Clauium, & ecclesiasticę disciplinę, aut etiam, quando participatio in crimine fit, vt communiter tradunt authores. Imo etiam, vt ait Henriquez lib.13. de excom. capitulo 23.§.4. si inter multos sacrum in festo audientes adesset vnus denunciatus, cuius excommunicatio alijs occulta esset, non tenetur Sacerdos recedere, aut Missam omittere, sicut nec alius, cui nota esset excommunicatio, si necessitas simul præcepti, cum periculo alienę famę concurrat.

44 Et multo magis necessitas violentię excusat, vt si quis inuitus detineatur per vim, vt diuinis intersit coram excommunicato; in quo casu non oportet, vt oculos claudat, & aures obturet, vt scrupulosè putat Caiet. in Summa, in verbo, excom. in fine; sed deuotè & reuerenter mysteria diuina adorare debet, si exire, aut fugere commodè non possit. Et de quęstione hac satis sint hęc, quę ex probatis authoribus breuiter collecta sunt.

De Pœnis violantium excommunicationem; quo casu euitentur. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Violantes excommunicationis censuram varias pęnas incurrunt.*

2 *Excommunicatus maiori, & ordine sacro insignitus, actum ordinis sacri exercens, irregularis efficitur.*

3 *Episcopus excommunicatus Crisma conficiens, baptizatos confirmans, aut ordines conferens, irregularitatem incurrit.*

4 *Sacerdos non denunciatus quo casu Sacramenta sine irregularitate celebrare, & ministrare valeat.*

5 *Excommunicatus maiori, quamuis ipse non celebret, si tamen coram se celebrari faciat, fit irregularis.*

Non

6 *Non excommunicatus coram excommunicato maiori Missam celebrando, aut alia diuina officia faciendo, quamuis mortaliter peccet, irregularis tamen non efficitur.*

7 *Excommunicatus maiori censuram violans deponi ab officio, & beneficio perpetuò vt possit, quæ requirantur.*

8 *Excommunicatus maiori ineligibilis est, & voce actiua, & passiua priuatur.*

9 *Participans cum excommunicato maiori denunciato, minorem excommunicationem incurrit.*

10 *Episcopus cum excommunicato a se ante formalem absolutionem ab excommunicatione participans, excommunicationem minorem ipso iure incurrit.*

11 *Excommunicatio minor, quæ ob participationem cum excommunicato maiori incurritur, in tertiam personā non transit.*

12 *Excommunicato viuo, sicut ante absolutionem participare non licet, ita neque mortuo.*

13 *Papa, etiamsi cum excommunicato maiori participet, excommunicationem tamen minorem non incurrit, & quæ huius rei sit ratio.*

14 *Participans cum excommunicato maiori, aliquando etiā excommunicationem maiorem incurrit.*

15 *Communicans cum excommunicato maiori in crimine criminoso, excommunicationem maiorem incurrit.*

16 *Participans cum excommunicato in crimine criminoso, vt excommunicationem maiorem incurrat, quæ requirantur.*

17 *Concubinatus consuetudinem vitij significat, vnde vnus actus repetitus concubinatum non facit.*

18 *Ab excommunicatione ob participationem in crimine criminoso incursa, quis absoluat.*

19 *Episcopus aliquem ob crimen excommunicans, si cum sic excommunicato in crimine damnato participet, maiorem excommunicationem etiam incurrit, & quæ huius rei ratio sit.*

20 *Participans cum excommunicato nominatim a Papa, excommunicationem maiorem incurrit, & a solo Papa absoluitur.*

21 *Participans cum excommunicato nominatim a Papa, vt excommunicationem maiorem incurrat, quæ requirantur.*

22 *Participans cum excommunicato post sententiam latam in participantes, maiorem, incurrit excommunicationem.*

23 *Episcopus an excommunicare possit participantes cum suo subdito a se excommunicato, in alio episcopatu.*

24 *Ignorantia probabilis facti, non autem crassa, a pœnis violantibus censuras Ecclesiæ inflictis excusat.*

1 QVamuis variæ sint iure Canonico pœnæ statutæ contra eos, qui censuras ecclesiæ patui pendunt, temere violant, & contemnunt, eas tamen solum hoc in loco recensebimus, quæ contra violantes excommunicationis censuram à canonibus infliguntur; Quarum

2 Prima est, irregularitas, quæ incurritur statim, & ipso facto, ex eo quod excommunicatus maiori excommunicatione actum aliquem ordini sacro deputatum exercet; cum enim sic excommunicatus, & ordine sacro insignitus, ab eius ordinis executione quoad se, & quoad alios suspensus sit, ideo; si eius ordinis sacri ratione, actum eidem competentem celebrauerit, irregularis efficitur, vt colligitur ex capitulo primo, de sentent. & re iudic. libro 6. iuncta glu. ibidem, in verbo, irregularitatis, & capitulo cum medicinalis, & ibi glos. in verbo, irregularitatem. & Innocent. nu. 4. & Gemin. ibidem, in § si quis autem, nume. quarto, & Philip. Franc. eodem §. finali. Ancharan. numero secundo, Steph. Costa num. 92. de sent. excomm. libro sexto, & facit capitulum is cui, eod. tit. & lib. in quibus locis id expresse habetur de suspenso, & interdicto; & eadem ratione id colligunt, & concludunt DD. de excommunicato, qui id probant ex capit. si quis Episcopus in Concilio, vndecima quæst. 3. & cap. Apostolicæ, & ibi Felin. numero 17. de Cler. excommun. ministr. & cap. si celebrat, eodem titulo, & lib. quarto, Palud. distinct. 18. quæstio. quarta, versic. quintus effectus. Summa Astensis, par. secunda, libro septimo, titulo decimo, quæstio. prima, S. Anton. tertia part. titulo vigesimoquarto, capit. 76. versiculo sexto. Panorm. in ca. secundo, numero septimo, & ibi Marian. Socin. numero sexto, de Cler. excommun. ministr. Angelica, verbo, excommunic. 8. numero sexto, & verbo, irregularitas, numero 40. Tabiena, verbo, excommun. prima vers. septimo. Nauar. in Man. cap. vigesimoseptimo, numero vigesimo, versiculo sexto, & tom. secundo, consi. consi. 5. de Cleric. excommunic. ministr. & consi. 72. de sentent. excommun. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. sexto, numero nono, de sentent. excommun. libro sexto. Alphonsus Viualdus in Candelabro aureo, part. secunda, tract. de excommunicat. numero 34. Henriquez libro decimoquarto, de irreg. cap. septimo, §. prima, Simon Maiol. libro tertio, de irregu. cap. vigesimoprimo, num. quinto, Hugolin. de censur. eccles. tabul. prima, cap. decimoquarto, §. primo. Henric. Bohic. in cap. si celebrat, num. 9. de Cleric. excom. ministr.

3 Hinc Episcopus excommunicatus Chrisma conficiens, aut baptizatos confirmans, aut ordines conferens; Sacerdos excommunicatus Missam celebrans, Sacramentum Pœnitentiæ administrans, solenniter baptizans, extremam vnctionem ministrans, irregulares sunt; vt de Sacramento Pęnitentiæ tradit Palud. vbi supra; & de Sacramento extremæ vnctionis fatentur Rich. quarto, dist. 18. art. septimo, quæst. 5. in fine, vbi falsò, & male id negat de Pœnitentia, cum certum sit, hoc Sacramentum ita Ordinis actum esse, vt nisi Sacerdos quis sit, administrare illud nequeat. Eadem ratione Diaconus excommunicatus Euangelium solenniter recitans, irregularis fit. vt expressè testantur Panorm. in cap. fin. numero 4. de excess. prælat. & in cap. secundo, numero quarto, de Cleric. excommun. ministr. Summa Astensis, part. 2. libro septimo, titu. decimo, quæst. 1. Palud. quarto, d. 18. quæst. quarta, versi. quintus effectus. Richard. dist. 18. ar. 7. quæst. 5. versi. ille etiam irregularis, Gab. 4. dist. 18. q. 2. art.... in fine. Nau. in Manuali, c. 27. nu. 163. Et etiam Subdiaconus excommunicatus solenniter Epistolam cātans, irregularitatem incurrit, vt præfati authores testantur. Quibus addi potest, quod rectè monet Couar. in cap. alm. mater, 1. part. §. 2. num. 11. & §. 6. num. 9. de sentent. excom. excommunicatum actum aliquem ordinis sacri exercentem irregularem fieri, etiam si non fuerit denunciatus; Constitutio enim Ad euitanda scandala, nihil vtilitatis affert ipsis excommunicatis, nec quicquam in eorum fauorem statuit.

4 Vnus tamen casus est, in quo Sacerdos non denunciatus Sacramenta sine irregularitate celebrare, & ministrare possit. Quoties enim parochus petentibus suis ouibus Sacramenta ministrat (quando denunciatus non est, nec notorius Clerici percussor) toties vt excusatur à peccato ita etiam à pęna irregularitatis, cum irregularitas hæc ex delicto procedat; in quo casu excusatur parochus tam à peccato, quam ab irregularitatis pœna, priuilegio subditorum iure petētium, vt subtiliter notauit Henriquez lib.

15. de

13. de excom. cap. 6. §. 3. & ca. 10. §. 1. & lib. 14. de irregularitate capit. 7. §. 1. sicut etiam excommunicatus Sacerdos si propter vitandum mortis periculum celebret, aut in articulo mortis aliquem absoluat, nec peccat, nec irregularis existit.

5 Deinde vero excommunicatus maiori excommunicatione solum ipsemet celebrando irregularis est, vt diximus, sed etiam auctoritatem celebrationi præstans, hoc est, quando author est iubendo, vt alius coram se diuina faciat, vt si Episcopus excommunicatus faciat, & iubet coram se Missam, vt officia diuina celebrari, irregularitatem incurrit, vt communis DD. opinio affirmat. Sic gloss. in Clem. Archiepiscopo. in verbo, celebrari, de priuileg. & facit c. illud. de Cler. excom. ministr. quatenus probat Episcopum excommunicatum facientem celebrare auctoritatiue coram se fieri irregularem, vt annotauit Panorm. communiter recep. ibi, num. 8. Marian. Socin. sen. ibidem, num. 15. & Bonifac. Rotæ auditor clarissimus, generaliter colligit in prædicta glos. in Clemen. 2. de priuileg. & idem docet Anchar. ibidem, num. 4. & Cardin. ibidem, num. 6. Archid. in cap. 1. §. caueant. num. 5. & Gemin. ibidem, qui alios refert. & Philipp. Franc. ibidem, de sent. excommun. lib. 6. Hostiens. & DD. in ca. tanta. de excess. prælat. Marian. Soc. in cap. ad audientiam, nu. 25. de homicid. Nicolaus Dionysij de Perusio, in d. capit. 1. §. caueant, col. 2. de sent. excommun. lib. 6. vt refert, & sequitur Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 7. & ca. 21. num. 6. Villadiego, de irregul. cap. 2. col. 3. Angelica, in verbo, irregularitas, num. 40. Steph. Costa, in d. cap. 1. §. caueant. num. 85. & num. 90. de sent. excomm. lib. 6. Tabiena, verbo, irregularitas, quarto, versic. tertio. Syluestr. verbo eodem, nu. 15. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 244. & tom. 2. consil. cons. 17. num. 4. de sent. excom. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 6. num. 9. vers. qui verò, de sent. excommun. lib. 6. Alphons. Viuald. vbi supra, nu. 39. Henriquez lib. 14. de irreg. ca. 7. §. 3. Hugol. de censur. ecclesiast. tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 11.

6 Difficultas maior est de eo, qui licet excommunicatus non sit, coram excommunicato maiori excommunicatione Missam celebrat, aut alia officia diuina facit, an irregularis, necne sit? In qua re, quamuis nonnulli sic celebrantem coram excommunicatis, denunciatis, interdictis, aut suspensis, irregularem esse velint,

Verior tamen, & communior DD. sententia est, irregularitatem inde non contrahi, mortaliter tamen celebrando, aut alia diuina officia coram illis faciendo peccat, vt habetur in cap. is qui. & ibi glo. in verbo, nodatus, & Stepha. Costa, num. 6. de sent. excom. lib. 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 6. nu. 9. versic. qui verò, de sentent. excomm. lib. 6. Martin. Soc. in cap. sacris num. 128. de sent. excom. Nauar. in Manuali, cap. 25. nu. 93. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 21. nu. 17. Henriquez lib. 14. de irreg. c. 7. §. 3. Hugol. de cens. eccles. tab. 1. ca. 14. §. 1. numero 25. Quod tamen intelligi debet de prima celebratione, si enim quis, postquam coram excommunicato celebrauerit, iterum absq; aliqua dispensatione intra ecclesiam celebret, irregularis erit, quia eidem interdictus erat ecclesiæ ingressus propter celebrationem coram excommunicato, vt habetur in capit. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. Is verò, cui est ecclesiæ ingressus interdictus, si intra ecclesiam celebret, irregularis efficitur, vt habetur in cap. is qui. §. is verò, & ibi gl. de sent. excom. lib. 6. vnde glos. in d. cap. episcoporum, in verbo, ingressum, & in d. ca. is qui, in verbo, nodatis, ait, sic celebrantes proximos esse irregularitati. Eadem habent Ioan. Andr. Archid. & Franc. & Costa ibi, S. Anton. 3. par. tit. 26. c. 4. §. primo, Syl. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. versi. tertium. Nicol. Plouius, in tract. Sacerd. tit. de interdicto, reg. 49. Villadiego, tracta. de irregul. cap. 2. in fine. Couar. in d. §. 6. nu. 9. vbi ait se ita responsurum si interrogaretur, & hanc opinionem tuturum in vtroq; foro. & Henriquez & Hugol. vbi sup.

7 Secunda pœna est depositio perpetua ab officio, & beneficio, vt habetur in capitulo Clerici, de Cler. excommunicat. ministr. & capit. latores, & capit. illud, & capit. fraternitati, tit. eod. & glo. & DD. ibi, Summa Astensis, parte secunda, libro 7. tit. 10. in principio. Ad hanc autem pœnam incurrendam duo requiruntur, vnum ex necessitate; alterum ex quadam dispensatione, & benignitate ecclesiæ.

Primo enim ex necessitate requiritur, vt hæc pœna feratur à iudice, vt ex cap. latores, & d. capit. fraternitati, de Cleric. excommunic. ministr. constat, qui canones ab Innocentio III. editi sunt. Nec obstat, quod in cap. Clerici. de Cler. excomm. ministr. videatur lata sententia: Canon enim ille ab Alexandro III. editus fuit, qui ante Innocentium III. sedit, vnde cum Innocentius III. postea ferendam esse duxerit, illi standum erit.

Secundo ex benignitate, & dispensatione ecclesiæ requiritur, vt non feratur sententia hæc, nisi post contumaciam, vt in d. cap. Clerici, habetur, vbi dicitur, (*Nisi moniti fine dilatione redierint*) vnde requiritur, vt prius moneantur: in rigore tamen pœna hæc contra illos statim, sine monitione ferri posset, vt glos. in d. capit. Clerici, in verbo moniti, & Goffred. & Hostiensis, quos refert, ac sequitur Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 10. annotarunt. Excipitur tamen vnus casus, scilicet, quando tam magnus numerus Clericorum violaret excommunicationis sententiam, vt excederet quadraginta, hoc enim casu, depositis solum illis, qui principalis delicti causa fuerunt, ceteri ad tempus tantum suspendendi sunt, vt in capit. latores. de Cler. excomm. ministr. habetur.

8 Tertia pœna est ineligibilitas, seu priuatio vocis actiuæ & passiuæ: vbi tamen annotanda est differentia inter electionem actiuam, & passiuam; siquidem, vbi excommunicatus denunciatus est, aut notorius clerici percussor, nec eligere potest valide, nec eligi; sin autem occulte excommunicatus fuerit, tunc quidem eligere potest, & electio ab eo facta valebit, siue solus eligat, siue cum alijs eligat, & etiamsi qui cum eo eligunt, id sciuerint: quicquid contrarium sentiat Nicolaus Milis, in suo Repertorio, in verbo, excommunicatus potest aliquid speciale agere. q. 66. Quamuis enim non referat, an excommunicatus notorius sit, necne, quando aliquid facit ratione priuati officij, cuiusmodi electio est, vt Innoc. in capit. dilectus, num. 5. de consuetud. & Panormit. & DD. ibidem, & Felin. in cap. Rodulphus, numero 79. prope finem, de rescript. Angelica, verbo, excommunicat. vlt. §. 19. Petrus Rebuff. in reper. cap. pastoralis, numero 9. de Cler. excommunicat. ministr. annotarunt, illud tamen solum procedit, quando in excommunicati commodum in primis agitur, secus autem, vbi fit in commodum alterius, vt colligitur ex constitutione Martini V. Ad euitanda scandala. quod fit in electione, quæ in primis Ecclesiæ, propria electio sit, & electi commodum spectat, vt rectè Hugol. de censu. ecclesiast. tab. secunda, cap. 1. §. secundo, numero 12. declarauit.

At vero eligi nequit ad beneficium, aut dignitatem aliquam Ecclesiasticam, vt habetur in cap. constitutus. 1. & ibi gloss. in verbo, non obstante, & Panormit. ibidem, de appellat. capit. cum inter, & capit. illa. & ibi notat. de elect. capitulo cum dilectus. de consuetud. Petr. de Ancharano, per illum textum, in cap. si celebrat. de Cler. excommun. ministr. Rebuff. in capitulo postulastis, numero 85. nolo eodem vbi docet, iura loquentia de collatione habere locum etiam in electione. Syluest. verbo, electio, prima, versic. decimoquarto. Angelica eodem numero vigesimotertio, Nauarrus, in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero vigesimoprimo. Couar. in capit. alma mater. par. prima, §. septimo, numero primo, de sententia excommunicatio. libro sexto. Marian. Socin. in capitulo sacris, numero 106. de sententia excommunicat. Alphons. Viuald. in Candelabro aureo, par. secunda, trac.

de

de excom.nu.48,& nu.49. Quod adeo verum est, vt etiã si excommunicatus ignoraret se excommunicatum esse, adhuc tamen electio ipsius nulla esset, ex glos.in cap. Apostolicę, in verbo, ignorantia, de Cler.excommun.ministr. & Rebuffum repet.ca.postulastis,nu.62.tit.eo.licet contrarium teneat gl.& malè, secundum Panorm. Imolam, Philip.Fran.& alios ibi, in ca.pastoralis,§. verum,de appell.quam sequitur Summa Astensis,par.2.libro 7. tit.6. q.3.vbi putat vtramque opinionem æque probabilem esse,& satis dubiè eo in loco loquitur.

9 Quarta pœna violãtium excommunicationem per participationem cum excommunicato minori excommunicatione est, vt eo ipso incurrat excommunicationem minorem, vt colligitur ex cap.a nobis.de except. & cap. nuper,& ibi glos.in verbo, tunc erit absolutio. & ibi Panor. num.9.de sent.excomm.& cap.si celebrat. & ibi glos. & Panor.numer.1.de Cler.excom.ministr.& c. statuimus, & ibi glos.in verbo, alij,& cap.constitutionem, & ibi gl. in verbo.participatione,& c.statutum. de sen. excomm. lib.6.& DD.ibidem,& idem colligitur ex c.excommunicatos,cum duobus sequentibus,11.q.3. Innoc. in ca.2. de cleric.excom.ministr.& in ca.1.de sent. excommun. Hostiensis in Summa,lib.5.tit.de sent.excomm.§. & quæ sit pœna, Panorm.in cap.sacris,nu.3.de his quæ vi,met.cau. fiunt,& in cap. significauit,de sent.excomm. S. Thom.in addit.3.par.q.23.art.2. Mart. Ledesm.2.4.q.25. art.2.& 3.Couar.in ca.alma mater,par.1.§.3.num.3.de sent.excom.lib.6. Henriquez lib.13.de excom.c.7.§.7.& ca.23. §.5.Hug.de cens.eccles.tab.2.c.23.§.12.

10 Quod procedit, etiamsi participet excommunicato a seipso, vt communiter docent authores. Inn.in c.nuper,n. 4.& ibi Panor.nu.9.de sent.excom. Anch. in clem. fina. de sent.excom. Ioan.de Lignano,de censur.eccles.§.vigesimus septimus,nu.4. Couar.in c.alma mater.part.1.§.2. nu.2.de sent.excom. libr.6. vbi ait esse communem DD. vnde etiam Episcopus, & quilibet alius excommunicandi potestatem habens, cum excommunicato a se ante formalem absolutionem ab excommunicatione participans in excõicationem minorem ipso iure hac de causa inflictã incidit: textus & ibi Doct. in cap. cum desideres,de sent. excom. Hostien.& DD. in c. nuper. & ibi Panor.nu.10. de sent.excom. Fel.num.8.ibidem Anch. in c. statuimus. nu.4.& Gemin.nu.10.& Franc.ibi,de sent.excom. lib.6. Innoc.in capit.quod in dubijs.de sent.excommun. Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.1.art.2.q.2.& 3. Hostiensis, & Marian.Soc.in cap.inter alia,nu.52. de sent.excomm. Syln.verbo,excom.5.num.10.dub.1.Couar. vbi supra, §.2.nu.2.vbi asserit communẽ esse DD. sententiam. Ratio est: quia excommunicatio hæc a iure est, ex Panor.in c. nuper.num.9.& Fel.ibidem,& DD.ibi, de sent.excom. & Inn.Hostien.& Marian. Soc.sen.ibidem nu.21.& in c.inter alia,nu.52.de sent.excom. Alex. Alens.4.par.Summæ,q.22.memb.1.art.7.§.3.Hugol.tab.2. de censur. eccles.c.23.§.13.nu.4.& proinde in eam Episcopus, sicut & quilibet alius, incidet, cum iuri quilibet subiectus sit, ca.1. & c.fi.de constit. Nec obstat, quod nemo propria sentẽtia ligari possit, aut solui; quia talis non ligatur sua sentẽtia, sed occasione suæ sententiæ, quam participando cum excommunicato a se violauit, canonis, & iuris auctoritate in excommunicationem minorem incidit, vt colligitur ex d.cap.nuper,§.in secunda, de sent. excom. Ideoque (vt rectè notat Summa Astensis,par.secunda,lib.7.titu.11.art. secundo,q.2.& quæst.7.) non potest Episcopus alicui priuilegium dare, vt communicando cum excommunicato, etiam à se, excommunicationem minorem non incurrat, quia, vt diximus, excommunicatio hæc à iure est, & non ab homine, vt in hoc eodem casu testatur Hostiensis in Summa,lib.quinto,tit.de sent. excommunic. numero decimosexto,§.quid si Episcopus. Absolui autem potest Episcopus hic de eorundem authorum sententia a presbytero seu confessario proprio, vt colligunt Doctores ex dicto cap.nuper,§.in secundo.

11 Ceterum, vt communiter tradunt Doctores excommunicatio hæc minor, quæ participando cum excommunicato maiori excommunicatione incurritur, in tertiam personam non transit, idest, si quis excommunicatus sit minori excommunicatione pro eo, quod participauit excommunicato maiori, ego qui sum tertia persona respectu excommunicati, non prohibeor ei, qui minori excommunicatione ligatus est, participare, vt colligitur ex cap. quoniam,11.quæst.3.& notant Hostiensis in Summa,lib.5. tit.de sent.excom.§.& quæ sit pœna, citans cap. excellentissimus,& c.seq.11.q.3.& Panor.in cap.sacris, num.3. de his, quæ vi.

12 Et quod diximus non solum procedit in participatione cum excommunicatis viuis, sed etiam mortuis, adeo vt si quis mortuum excommunicatum contrectaret, scilicet, ipsum lauando, sepeliendo, aut alia quacunque ratione eius communione vtatur, in minorem itidem excommunicationem incidit. Quamuis enim mortuus sit, adhuc tamen excommunicatus est, argum.cap.a nobis, 2.& cap.sacris, de sententia excommunicationis, & expresse tradunt glos.in cap.ad hæc,in verbo, sepelierint,& ibi Panor.num.2.& DD.de priuileg.quoniam, quibus viuis nõ communicamus, nec eisdem mortuis communicare debemus, vt habetur in c.sacris,de sepult.& cap.1.cùm duobus seq. 24. quæst. 2. quamuis enim in mortuis cesset vna ratio, quare excommunicatos vitare debeamus, scilicet vt rubore perfusi a contumacia discedant, vt habetur cap. 1. de except.libro 6.restant tamen duæ aliæ rationes, quare vitandi sint excommunicati, nimirum, vt Ecclesiastica cẽsura magis timeatur,& vt alij eius exemplo perterriti Ecclesiæ obtemperent; quæ rationes adhuc in mortuis restant, vt proinde sub pœna minoris excommunicationis vitandi sint, vt expresse tradunt glos.in d.cap.ad hæc, in verbo, sepelierint, & ibi Panormit. numero secundo, de priuileg.& idem Panor.in cap.sacris, de sepultur. & in capitu.consuluisti,de consecrat. Ecclesiæ, vel altar. & in cap.mulieres, numero septimo, de sententia excommunicationis. Felin.in cap.a nobis,2.num.3. de sentent. excommunicationis, Ancha.in clem.1.numero sexto,& Zabar.versicul.decimoquinto, de sepult. & Syluestr. verbo, excommunicatio.5. numero 29. Hugolin. tab.2.capit.23.§.12.numero secundo,& communis sententia Doctorum. Excipitur tamen, vbi quis scit aliquem esse excommunicatum denunciatum, sed vbi communicat, excommunicationis non recordatur, nec id animaduertit, sed statim ac id animaduertit, se ab eius communione separat, talis enim in excommunicationem minorem non incidit, argumen.capit. Apostolicæ, de Clerico excommunic.ministr.c. Palud.4.distinct.18.quæst.6.art.2. Summa Astensis, par.2.lib.7.tit.12.q.6. S. Anton.3.p. tit.25. c.1.Hugol.de cens.Eccl.tab.2.c.23.§.12.nu.2. cum hoc casu, nullum omnino peccatum ex participatione committatur.

13 Excipitur etiam Papa, qui communicando cum excommunicato, minorem excommunicationem non incurrit, cum pœna hæc a iure positiuo sit, cui iuri Papa subiectus non est, capit.proposuit,de concess.præben.& hoc expresse docent glo.in c.nulli,in verbo, vitare,& ibi Panor. nu. 4. Fel.& alij,de sent.excomm.& eadem glo.in cap.si aliquando, in verbo, salutationis, in fi.de sent.excom.& eadem gl.in c.si inimicus, in verbo, expectare, dist.93.Ioan. Andr.in cap.statuimus.de sent.excomm.libr.6. Ioan. de Lignano,in clem.si summus, de sent. excommu. Panor. in cap.cum desideres,num.3. & in cap.si aliquando. nu. 5.de sent.excom.vbi ait Papam obseruare, quòd cum excommunicati Ambasciatores petunt audiẽtiam, facit eos prius absolui,& explicata ambasciata, reducit eos in pristinam excommunicationem. Summa Astensis, parte 2.libro 7.tit.11.artic.2.quæst.1.Marian.Socin.in d.cap cum desideres,nume.51.& in cap.inter alia,numero 80

de sent. excomm. Imola in clem. si summus, de senten. ex com. Siluest. in verbo excom. 5. num. 10. dubio. 1. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 1. num. 3. de sent. excom. lib. 6. Hugolin. vbi supra, tab. 2. capitulo 23. §. 12. numero 3. Qui etiam authores docent Papam nihilominus peccare, quando sine iusta causa in crimine, diuino, aut naturali iure prohibito, cum taliter excommunicans participat, cum contra ius diuinum faciat, vt ait Panorm. in d. capit. cum desideres, numero 3. cui & ipse subiectus est; secus tamen, si ex causa id faceret, quæ causa in dubio esse in principe existimatur, vt communiter tradunt DD. in capit. quæ in Ecclesiarum, de constitu. & Marian. Soc. in d. c. inter alia, num. 79. de sent. excom.

14 Quamuis, vt diximus, cum excommunicato participans eo ipso regulariter excommunicationem minorem incurrat; in aliquibus tamen casibus per huiusmodi participationem etiam excommunicatio maior incurritur, Quorum

15 Primus est, si communicet aliqui excommunicato in crimine criminoso, hoc est, in crimine, ob quod alter sit excommunicatus, capitulo nuper, cap. si concubinæ, de sen ten. excom. Panorm. in d. cap. nuper, num. 10. & in d. cap. si concubinæ, num. 2. & 3. & c. statuimus, & ibi Steph. Costa, num. 16. de sent. excom. lib. sexto, S. Thom. in addit. 3. par. q. 23. art. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Sotus. 4. d. 22. q. 1. art. 4. conclus. 4. Couar. in cap. alma mater, part. 1. §. 3. nu. 5. de sent. excomm. lib. 6. Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de sent. excommun. §. & quæ sit pœna. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 11. art. 1. q. 12. S. Anton. 3. part. tit. 25. c. 1. Angelica, verbo, excom. 8. nu. 1. Nauar. in Manuali, ca. 27. numero 32. & num. 112. versic. declaratio prima, Henriquez lib. 13. de excommun. c. 7. §. 7. & ca. 9. §. 1. cap. 23. §. 5. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. 1. capit. 23. §. 13. nume. 2. Qui authores varia requirunt, vt quis sic participando excommunicationem maiorem incurrat.

16 Primum est, vt scienter participet in crimine criminoso, ob quod alter excommunicatus sit; si enim communicet ei in crimine aliquo, sed non criminoso, non incurret eam: vt verbi grana. Petrus excommunicatus est propter adulterium, si Ioannes ei communicet in furto; aut quis excommunicatus est, quia celebrat cum tali, qui si cum alio celebret, sed non cum eo, non erit excommunicatus.

Secundum est, vt crimen illud sit damnatum quoad omnes, secus autem, si quoad certam personam, vt si quis excommunicatus sit, quia fornicatus est cum Berta; Nam si alius cum ea fornicetur, non erit excommunicatus. Item, si mulier excommunicata sit propter concubinatum Clerici; si laicus cum ea fornicetur, non erit excommunicatus: Aut si excommunicata sit ob concubinatum cum Petro Clerico solum, tunc solus Petrus, cum ea rem habens excommunicatus erit, non autem alij Clerici, vel laici etiamsi cum ea rem habeant; secus tamen, si generaliter excommunicata sit propter fornicationem; quia tunc quilibet laicus, aut Clericus eam carnaliter cognoscens excommunicationem maiorem incurreret, quia cōmunicaret in crimine damnato.

Tertium est, vt illa participatio sit in illo crimine post latam, & incursam excommunicationem; vt si quis concubinarius sit & excommunicatus fuit propter cōcubinam, si concubina post illam excommunicationem latam cum illo persistat, ipsa etiam excommunicata est maiori excommunicatione ipso iure.

Quartum est, vt scienter participet cum eo in crimine, ob quod alter denunciatus sit excommunicatus; participans enim ignorans eum iam excommunicatum denunciatum esse, aut cum eo, qui nondum denunciatus est, aut antequam ille sit excommunicatus, non incurrit excommunicationem ob participationem cum excommunicato, vt Nauar. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, nu. 32. & nu. 112. Henriquez, & Hugol. vbi supra, subtiliter post Angelicam & alios, annotarunt. Quam participantis communionem extendit ius non solum ad eum, qui cum illo crimen illud committit, sed etiam ad illum, qui ei in crimine consilium, fauorem, vel auxilium directè impendit; ob quod cum committitur in excommunicationem incurritur vt docent authores omnes allati, & colligitur ex capitulo nuper, §. In secunda verò quæstione, de sententia excommun. quod est verum, vt ait ibi glossa in verbo, consilium impendendo, quando ille alias crimen illud non esset commissurus. Dixi autem communionem hanc fieri debere ad crimē committendum, vel in crimine directè, vt notat Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Marian. Soc. in cap. inter alia, num. 54. de sent. excomm. quia si Petrus excommunicatus sit, eo quod bellum contra Ecclesiam moueat, & Ioannes ei opem ferat in bello, quod Petrus contra alium facit, non incurret excommunicationem maiorem ob huiusmodi participationem? aut si Petrus ob Clerici percussionem excommunicatus à Ioanne adiutus, & persuasus sit vt laicum verberet, & interim Petrus dum laicum verberat, Clericum etiam percutiat, Ioannes in excommunicationem non incidet ob tale consilium, & fauorem, eo quod Ioannes non consuluit Petro vt Clericum verberaret, quamobrem Petrus excommunicatus est, sed laicum, ob quem excommunicatio non incurritur, iuxta ea, quæ tradunt Rich. 4. distin. 18. art. 9. q. 2. & Marian. Soc. in cap. inter alia, num. 45. de sent. excom. & Hug. vbi supra, tab. 2. c. 23. §. 13. nu. 2.

17 Addit autem Henriquez vnum in hac materia notatu dignum. lib. 13 de excom. c. 9. §. 1. quod si quis excommunicatus denunciatus sit ob concubinatum, & semel redeat, aut redire consulat ad eandem fœminam, non videtur fœmina, aut ita consulens incurrere excommunicationem, qui concubinatus, consuetudinem vi o[illegible] significat, & vnus actus repetitus concubinatum non facit. Et faciunt quæ tradit Nauar. in Man. cap. 27. num. 250.

18 Ab hac autem excommunicatione ob participationem in crimine criminoso cum excommunicato incursa, (quamuis excommunicatio hæc canonis sit) ille solum absoluere potest, qui a principali excommunicatione absoluere potuit, vt in d. cap. nuper. §. in primo art. de sent. excomm. habetur, quia vt ibi docet Panorm. num. 9. Papa hanc excommunicationis absolutionem sibi reseruauit, ea motus ratione, quod communicans iste in crimine, directè deliquisse videtur in personam excommunicantis, eo ipso, quod consilium, auxilium, vel fauorem delicto à se damnatis dederit. Ideoque cui reseruata est absolutio principalis, eidem & hæc reseruata erit, & si illa nemini reseruata fuerit, neque hæc vlli reseruata erit, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 112. ver. declaratio prima. & Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 3. num. 5. de sent. excomm. lib. 6.

19 Quæri hic potest, An Episcopus, qui ob crimen aliquem excommunicauit, si cum sic excommunicato in crimine damnato participet, eandem sententiam maioris excommunicationis incurrat sicut vnus alius? Cui respondetur cum Hostiensi in Summa, lib. 5. tit. de sentent. excommunic. num. 16, versic. quid si Episcopus. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 11. art. 2. quæst. 3. & Raymundo, ab ijsdem citato. Innocent. in cap. quod in dubijs. de sent. excommun. Panorm. in cap. nuper, num. 10. tit. eod. eandem incurrere, & hoc auctoritate canonis, qui excommunicat participantes cum excommunicato in crimine damnato, cui Episcopus subiectus est: quo casu, quamuis Episcopus absoluere possit excommunicatum principalem, vt Alex. Halensis, in 4. par. Summæ, quæst. 22. memb. 1. art. 7. §. 3. & præfati authores docent, seipsum tamen absoluere non potest, sed à superiori suo absolutionem petere debet, vt præfati authores testantur, & colligitur ex c. nuper, §. in primo quidem articulo. de sent. excom.

20 Secundus casus est, quando quis excommunicatus nominatum à Papa, tunc enim communionem cum

taliter

taliter excommunicato in maiorem excommunicationem incidit, quinque concurrentibus, & a solo Papa absoluitur; vt habetur in c. significauit, de sent. excom.

21 Primum est, quod excommunicatus, cui communicatur, sit nominatim, & iudicialiter excommunicatus a Papa, secus si ab aliquo inferiori excommunicatus sit; sed neque satis est, quod sit excommunicatus a Papa sententia Canonis generalis, sed requiritur vt nominatim ab eo excommunicatus sit, & vt notat Nauar. loco inferius citando, vltra hoc requiritur hodie denunciato, per Extrau. Ad euitanda scandala.

Secundum est, quod communicans sit Clericus: si enim sit laicus, quamuis sic participando peccet mortaliter, solam tamen excommunicationem incurrit minorem, quia textus de solis Clericis loquitur.

Tertium est, vt scienter communicet cum excommunicato, hoc est, sciens illum esse excommunicatum a Papa.

Quartum est, quod communicatio hæc sponte fiat, nul lo metu, ne conditionali quidem præmisso.

Quintum est, quod sit communicatio in Diuinis, seu Ecclesiasticis officijs in Ecclesia, vel extra Ecclesiam, si mul recitando horas canonicas, aut aliàs simul orando, secus, si in humanis tantum participet, tunc enim non videtur peccare mortaliter, nisi frequens consuetudo arguat contemptum. His igitur quinque vna concurrentibus, communicans cum excommunicato, maiorem excommunicationem à solo Papa adimendam incurrit, vt communiter tradunt DD. Sic Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de sent. excom. §. quis possit excommunicare, versic. vigesimus septimus. Panorm. in capitulo significauit, numero 5. de sent. excom. Archid. in capit. Si quis Episcopus. 11. quæst. 3. glos. in capitulo statuimus, in verbo, constitutionibus, de sentent. excom. lib. 6. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. a. art. 1. quæst. 14. vers. trigesimus tertius casus. Angelica verbo, excommunicatio. 5. vers. casus quartus. Felin. in cap. excommunicamus, 1. colum. 3. de hæret. S. Anton. 3. par. titu. 24. cap. 3 a. Adrian. quodlib. 6. artic. a. non longe a fine. vers. ad secundam, & in 4. Sent. tract. de clauibus, q. 3. principali. vers. pro huius solutione præmitto. Siluest. verbo, excom. 7. casu 6. Tabiena, verbo, excom. 5. vers. octauus casus, & Caietanus, verbo, excom. casu 58. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 2. Sotus, 4. d. 22. q. 1. art. 4. conclusio. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 93. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 3. num. 4. de sent. excom. lib. 6. Marian. Socin. in e. inter alia, num. 57. de sententent. excom. Henriquez lib. 13. de excom. c. 8. §. 2. Hugolin. de censur. Eccles. tab. a. cap. 23. §. 13. num. 1. & communiter DD. in d. c. significauit, de sentent. excommunic.

22 Tertius casus est, si quis participat cum excommunicato post sententiam latam in participantes, tunc enim tales participantes incurrunt excommunicationem maiorem, vt habetur in cap. statuimus, & capitulo constitutionem, de sentent. excommunic. lib. 6. Hostiensis in Summa, lib. 5. titu. de sent. excommun. §. & quæ sit pœna, S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 23. artic. 3. Gabr. 4. distin. 18. quæstio. 3. artic. 2. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 2. Sotus, 4. distin. 18. quæstio. 1. artic. 4. conclus. 4. Couar. in capit. alma mater, par. 1. §. 3. num. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 7. §. 7. & cap. 23. §. 5. Hugolin. vbi supra, tab. 2. cap. 23. §. 13. num. 5. in fine. Et quamuis olim hic tertius casus fuerit plane, & simpliciter permissus, vt habetur in capit. quod in dubijs, de sent. excom. vt tamen ibi notat Panor. numero 3. & DD. communiter tradunt, hodie hæc sententia à solo Papa ferri potest, [*Excommunico te cum omnibus participantibus tibi*, vt habetur in d. capitulo statuimus,] Sed opus est, vt participantes prius canonice admoneantur, quam excommunicentur, alioquin excommunicatio nulla erit ipso iure, si non præmissa speciali monitione feratur; Quod tamen Abb. & Ioan. And. restringunt intelligendo quando quis excõicat participantem excommunicato a se, secus, si excommunicat participantes excommunicato ab alio, vt puta, fert Episcopus hanc sententiam; *Excommunico omnes participantes excommunicato ab Archiepiscopo, vel a Papa*. Qui vero post specialem monitionem sic excommunicatis participauerit, maiorem excommunicationem iudicis decreto incurrit. Dixi, post specialem admonitionem; quia licet Hostiẽsis in c. statuimus. de senten. excommun. libr. 6. & Panor. in ca. peruenit. 1. de appellat. velint sufficere generalem admonitionem, quoties in genere ferenda est excommunicatio aduersus communicantes cum excommunicato, (quorum opinionem Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 3. num. 6. de sent. excom. lib. 6. ait in praxi receptam esse) Alij tamen vt gl. in c. constitutionem, in verbo, nominatim, de sent. excom. libro 6. Martinus Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Gabr. vbi supra, & DD. communiter docent non posse eos excommunicari, nisi prius nominatim admoneantur; & euidenter colligi videtur ex d. cap. constitutionem. vbi Gregorius X. expresse statuit, *promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere*. vnde, literæ quæ dantur contra communicantes generaliter, non prius illos monẽdo, tales maiori excommunicatione non ligantur, iure sic disponente.

23 Dubium tamen est, An Episcopus verbi gratia Neapolitanus excommunicare possit participantes cum suo subdito, ab eodem Episcopo excommunicato, in alio episcopatu, verbi gratia, Auersano; quia certum est, quod excommunicare poterit participantes cum excommunicato in suo episcopatu. Cui Respondet Ledesm. vbi supra, arti. 2. in fine, non posse Episcopum excommunicare non sibi subditos excommunicatione maiori, eo quod cum excommunicato suo subdito participent; Quia vt diximus, sic excommunicandi prius nominatim admoneri debent; Episcopus autem vnius Diœcesis, alterius Episcopi subditos monere non potest, prohibentur tamen omnes fideles iure Pontificio, vt denunciatum ab vno episcopo, vbique in Diuinis, & humanis deuitent, adeo vt nec Episcopo liceat sine causa cum denunciatis ab ipso participare, vt latius tradit Henriquez lib. 13. c. 24. §. 2. in annotationibus, litera E. & cap. 26. §. 3.

24 His demum omnibus addendum est, quod licet pœnæ prædictæ per violationem censuræ excommunicationis communiter incurrantur; ab ijsdem tamen, & alijs quibuscunque ignorantia facti probabilis excusat, vt colligitur ex c. Apostolicæ, & glo. ibi, in verbo, probabilis, & DD. ibidem, de Cleric. excommunic. ministr. ignorantia verò crassa, vel supina non excusat. Quod si quis aliquo modo venit in suæ excõmunicationis cognitionem, quãuis probabiliter putet eam validam non esse abstinere tamen tenetur, non secus ac si valida esset, quousque sibi de valore, aut nullitate illius constet; etsi interim non abstinet, & postea excommunicatio deprehendatur valida, pœnas prædictas incurrit; sicut è contra si deprehendatur nulla, ab his, alijsque pœnis liber, & immunis erit. Ignorantia etiam probabilis, seu inuincibilis iuris ab omnibus prædictis pœnis excusat. de qua re, quia latius in lib. 1. cap. vlt. dictum est, hæc breuiter dix isse satis sit.

De forma absolutionis Excommunicationis maioris. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Absolutionis ab excommunicatione maiori nulla est iure diuino forma præscripta.*
2 *Absolutio ab excommunicatione quibus modis fieri possit.*
3 *Absolutio, an valeat, si dicatur,* Absoluo te, *non addito,* ab excommunicatione.

4 *Coditionis duę sunt species, una propria, altra impropria.*
5 *Absolatio ab excommunicatione sub conditione impropria valide fieri potest.*
6 *Absolutio ab excommunicatioue triplex esse potest, nimirum,* simplex; ad cautelam; & cum reincidētia.
7 *Absolutio simplex quidnam sit.*
8 *Absolntio cum reincidentia, quænam censenda sit.*
9 *Absolutio cum reincidētia, quibus casibus ab Episcopo, aut alio inferiori dari possit.*
10 *Absolutio cum reincidentia à quocunque Sacerdote in articulo mortis fieri potest.*
11 *Commodè Romam adire posse quis censendus.*
12 *Tempus, intra quod quam citò commodè potest quis se præsentare tenetur in foro exteriori, arbitrio iudicis relinquitur.*
13 *Impedimento durante, procuratorem ad iudicem ordinariam mittere pars non tenetur.*
14 *Absolutio ad cautelam ex Ecclesiæ benignitate in fauorem excommunicatorum introducta est.*
15 *Absolutio ad cautelam quare sic appellata.*
16 *Absolui petens ab excommunicatione ad cautelam, non ideo confitetur se excommunicatum esse, nec præsumi potest vere excommunicatus.*


Vamuis nulla certa, & determinata absolutionis forma iure diuino præscripta sit, sicut tamen in excommunicatione ferenda ea verba necessaria sunt, quib. illā ferri significatur, ita etiam in absolutione ea verba necessariò adhiberi debent, quæ excommunicationis remotionem, & ademptā excommunicato communionem restitui significant; cum absolutio sit quasi in integrum restitutio, & in statum pristinum positio, vnde id excommunicato restituere debet, quod excommunicatio illi abstulit, ex Rich. 4. d. 18. art. 10. q. 5. Hostiensi in summa, lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 14. §. & qualiter, ver. in maiori. Summa Astensi, par. 2. tit. 15. art. 3. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 77. §. 1. Syluestr. verbo, absolutio, 3. num. 2. & verbo, Absolutio 6. §. 2. Tabiena, verbo, Absolutio, 3. Angelica, verbo, Absolutio, 3. Martino Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 1. Nauar. in Man. ca. 26. num. 9. & c. 27. num. 2. & in ca. 1. in princip. de pœn. dist. 6, numer. 54. & seq. & in Com. de Iubilæo, notab. 30. nume. 8. Couar. in capit. alma mater, part. 1. §. 11. num. 6. & num. 7. de sentent. excommun. lib. sexto, Henriquez libr. 13. de excom. capit. 29. §. 1. Hugolin. de censl. Eccles. tab. 2. c. 30. §. 1. Potest autem absolutio his, alijsue similibus modis fieri, dicendo: *In Ecclesiæ, communionem te recipio,* vel *Ecclesiæ communicationem tibi restituo.* Item, *Remitto, vel relaxo tibi vinculum excommunicationis, quo constrictus teneris,* vel *Absoluo te à vinculo excommunicationis,* vel *Restituo te communionis hominum, & Sacramentorum.* Secus autem, si quis verbis illis vteretur, quibus nec amotio excōmunicationis; nec persona quæ absoluitur, rectè exprimitur; Vnde sicut excommunicatio non fertur per verbum *Maledico:* ita nec absolutio tributa intelligitur, per hoc verbum, *Rebenedico;* Neque Papa alicui scribendo, & præmittens illa verba: *Salutem, & Apostolicam Benedictionem,* ab excommunicatione censetur absoluere, vt habetur in cap. si aliquando, de sententia excommun. & Clemen. si summus, titulo eodem. Palud. quarto dist. 28. quæstione sexta, art. secundo, in fine. Summa Astensis, part. secunda, libro septimo, titulo decimoquinto, artic. tertio, quæst. decima, & 11. In hac re autem hæc regula poterit assignari, vt quoties absolutio facienda sit, ea verba adhibeantur, quæ personam ab excommunicatione absolui significent. Hæc autem communis est absolutionis forma, vt præfati authores tradunt; *Ego te absoluo à vinculo excommunicationis, in quam ob hanc, aut illam causam incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Quamuis si in rigore loquendum sit, non est necessarium addere ea verba, *In quam, ob hanc, aut illam causam incurristi* valet enim absolutio sine eo, quod exprimatur causa quamobrem] in excommunicationem inciderit. Neque etiam necessaria sunt verba hæc, *Et restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium;* quamuis negari non possit, cum verba hæc effectum absolutionis optime explicent. Neque necessaria sunt verba hæc: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* sed satis est dicere, *Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris;* reliqua solum de congruitate sunt. Neque necessum est vt in absolutione absoluens exprimatur, vtpotè, *Ego vel Nos,* siquidem is satis exprimitur in primi verbi persona, *Absoluo.*

3 An vero absolutio valeat, si dicatur; *Absoluo te,* non addito, *ab excommunicatione,* (& idem si non dicatur, *a suspensione, vel ab interdicto*) authores dubij sunt, & Silu. in verbo, absolutio, 6. numero 2. vers. quartum, non valere putat; ea ratione persuasus, quod verbum, *Absoluo,* ad diuersa significanda trahi possit, nimirum tam ad absolutionem a peccatis, quam a pœnis; & propterea exprimi debet, vt sciatur, a qua re fiat absolutio. E contrario autem, Hugol. de censur. eccl. tab. 1. c. 23. verius existimat validam esse absolutionem sic impensam; quia si in Sacramento Pœnitentiæ, vbi est forma præscripta, satis est dicere, *Absoluo te,* nulla facta peccatorum mentione, vt S. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 3. & Caiet. ibi, & communis Theologorum schola tradunt; à fortiori valebit in absolutione a censuris, vbi nulla certa forma præscripta est. Nec obstat Silnestri ratio: quia tractatio antecedens, & petitio absolutionis a censura, vt fieri solet, satis exprimit a qua re absolutio fiat. Non tamen prætermitti debet, quia sic clarius, a qua censura fiat absolutio, innotescit.

Quæ vero hactenus dicta sunt, non solum procedunt in absolutione simplici, & absoluta, sed etiam vbi absolutio sub conditione tribuitur: vt enim communiter tradunt au-
4 thores, duæ species sunt conditionis, vna propria, quæ in futurum confertur, quæ facit, vt actus pendeat, cui adiecta est, quousque conditio aduenerit, vt cum absolutio sub hac forma confertur, *Absoluo te, si satisfacies;* Altera impropria, quæ aut in præsens, aut in præteritum fertur, & statim actum, cui adiecta est, vel infirmat, vel non differt, vt cum dicitur, *Absoluo te, si satisfecisti;* in vtraque necesse est ea verba adhibere, quæ amotionē, ac liberationem ab excom. significant. Quamuis. n. nonnulli, vt S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. prope finem. Angelica, ver. absolutio, 3. in princ. Silu. verb. absolutio, 3. in princ. & Tabiena verb. absolutio, 3. in princ. & Nauar. in Man. cap. 26 nu. 12. vbi in hanc sententiam inclinat, velint absolutionem sub conditione propria conferri non posse: rectius tamen alij, vt idem Nauar. in cap. 1. in princ. num. 64. de pœnit. d. 6. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 3 t. num. 6. de sen. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 29. §. 2. Hugol. de censl. eccl. tab. 1. cap. 22. §. 1. & 2. docent, eo modo valide fieri, non tamen ante satisfactionē erit absolutus: cū. n. dispositum in vno ex correlatiuis, & in altero correlatiuo locū habeat, sicut excōicatio sub propria conditione ferri poterit, & lata valet, vt si iudex dicat, *excommunico te, nisi infra viginti dies Titio satisfeceris,* vt habetur in c. præterea, 2. & ibi glo. in ver. impedire, & DD. ibi, de appell. & in c. Romana. §. caueant. de sent. excom. li. 6. ita et & absolutio ab eadē sub propria condōne tribui pōt; dū ita suspenditur excōicato absolutio, dare operā debet, vt condōnem sub tēpore adimpleat. Imò vero quicquid Nau. in d. c. 26. nu. 12. & Henriq. vbi sup. c. 29. §. 4. existiment. sic absoluentē peccare, rectius tñ Hugol. vbi sup. docet, nullum committi peccatū, nisi adderet condōnem, qua nihil ad rē pertineret, vt si diceret *Absoluo te, si Titius Bononiā iuerit,* tunc. n. quia clauibus eccles. abuti vr̄, a peccato nō esset immunis.

5 De excommunicationis verò absolutione sub conditione impropria omnes conueniunt eam valide fieri posse, sic Nau. Couar. & alij. vbi supra, Tabiena verbo, absolutio. 3. in princ. Angelica, verbo, excom. 2. num. 5. quo ea sit adimpleta conditione, verè absolutus est, aliàs non. Sin autem dubium sit, an is, qui absoluitur, excommunicatus sit, vel an iudex, qui absoluit, iurisdictionem habeat, tunc absolutio non solum adiectis his conditionibus internis *Absoluo te, si excommunicatus es: Absoluo, si possum*. tribui potest, sed etiam debet; cum etiam baptismus, vbi de eo dubitatur, sub huiusmodi conditione ministretur. arg. cap. de quibus, & ibi Panorm. & DD. de baptismo, & eius effectu. Hinc Sacerdotes ante absolutionem peccatorum, præmittere solent absolutionem ab excommunicatione, dicendo; *Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, quantum possum, & indiges*: hoc est, si possum, & indiges, & ita sub conditione, vt docet Panorm. in capit. Apostolicæ. num. 10. de excep. Quæ absolutio communiter absolutio ad cautelam appellatur.

6 Sciendum enim est, triplicem esse excõmunicationis absolutionem, vna est, quæ dicitur absolutio simplex: Alia, quæ vocatur absolutio ad cautelam: Tertia verò dicitur absolutio cum reincidentia.

7 Absolutio simplex est illa, quæ datur simpliciter, & sine vlla restrictione homini excommunicato excommunicatione valida, id est, de cuius valore non est dubium, quamuis dubium esset de eius iustitia: vbi enim constat aliquem excommunicatum esse, non solum si sententia iusta sit, sed etiam si excommunicatus eam iniustam esse contendat, quia talis excommunicatio in foro saltem exteriori ligauit, non sub conditione, sed simpliciter absolutio & peti, & tribui debet; vnde interim ligatus manet, qui sic iustè, vel iniustè excommunicatus fuit, donec ab ea verè fit absolutus. Ea enim est vniuersalis ecclesiæ institutio, vt velit excommunicatum a suo iudice quamuis forsan iniustè, id est, absque eius culpa interim ligatum esse, ita vt canones de excommunicatis statutos sub pœnis ab eisdem indictis, antequam absolutionem obtineat, seruare teneatur, iuxta ea, quæ tradunt in cap. cum contingat, de offic. deleg. & notant Panorm. in cap. per tuas, num. 3. & 4. de sent. excom. Philip. Franc. in cap. solet, ver. quinto quæritur, & ibidem Gemin. §. in secunda, num. 12. de sent. excom. lib. 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 7. num. 7. versic. quarta conclusio, & §. 12. num 1. de sent. excom. lib. 6. Hugol. de censur. eccl. tab. 1. c. 23. §. 1. nu. 4. Secus autem, vbi constat sententiam esse nullam, tunc enim nec petitur absolutio, nec requiritur, quamuis nullam esse vt declaretur, peti debeat, vt præfati Doctores testantur.

8 Absolutio cum reincidentia est illa, qua etiam homo verè absoluitur ab excommunicatione valida, sed cum aliqua limitatione, nempe, vt nisi aliquid egerit infra certum tempus, reincidat prorsus in eandem censuram cum eisdem monitionibus, & solennitatibus, cum quibus prius erat excommunicatus, vt colligitur ex cap. veniens, 2. de testibus, & c. Apostolicæ, de except. & DD. ibi, & Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 11. nu. 6. vers. secundo, de sent.

9 excom. lib. 6. quæ absolutio datur ab Episcopo, aut ab alio inferiori in quibusdam casibus, Quorum

Primus est, quando quis in articulo mortis absoluitur ab eo, a quo de iure absolui aliàs non potuerat: tunc si conualescens cum primum commodè potest, superiorem illum, à quo iure ordinario absoluendus erat, (siue is Papa fuerit, siue Episcopus) adire contempserit, paratus ab eo recipere mandatum, & exequi, in eandem speciem censuram ipso iure incidit, vt habetur in c. eos qui, & ibi glo. & DD. de sent. excomm. lib. 6. & Henriquez libro 13. de excom. cap. 29. §. 2. Hugol. de cens. eccl. tab. 1. cap. 14. §. 5. Nauar. in Man. cap. 27. num. 46. & num. 113. Martian. Soc. sen. in cap. officij, num. 104. de sent. excom. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 1. num. 6. versic. secundo, de sent. excomm. lib. sexto. Quod procedit, siue excommunicatio illa ab homine, siue a iure lata fuerit. Et quod dicitur de absolutione ob periculum mortis, de absolutione etiam ob aliquod aliud impedimentum iustum, ob quod sic excommunicatus absolutus erat ab eo, à quo aliàs absolui non poterat, dicendum est: Si enim impedimento cessante, quàm citò commodè possit, ei, qui eum de iure ordinario absoluere poterat, non se præsentat, in eandem excommunicationem reincidit.

Secundus est, cum quis absoluitur a Sede Apostolica, aut eius Legato, Nuncio, aut fortè a Pœnitentiario Papæ, cum mandato, vt præsentet se vel ordinario suo, aut alteri pœnitentiam ab eis suscepturus, vel vt parti satisfaciat, cui obligatus erat; si hæc cum primum commodè poterit, adimplere contempserit, in eandem speciem excommunicationem reincidit, vt præfati authores scribunt. Qui duo casus in cap. eos qui. de sent. excomm. lib. 6. expressè habentur.

10 Circa quos casus notat Nauar. in Man. cap. 27. nu. 513. versic. declaratio prima. absolutionem in primo casu locum habere, a quocunque absolutio fiat; vt colligitur ex d. capit. eos, qui. in hoc autem casu secundo, solum procedit prædicta pœna, quando absolutio impensa est a Papa, vel eius legatis, seu Nuncijs, de his enim solum loquitur textus, vt patet, vnde Caiet. in summa in verbo, excommun. casu 69. subtiliter annotauit non habere locum in absolutio ab Episcopo, vel alio delegato, quod idem docet Hugolinus loco proximè citato. §. 5. num. 2. quamuis non malè a Nauarro, & Henriquez vbi supra, extendatur etiam ad absolutum a summo Pœnitentiario.

11 Ad hoc autem, vt quis commodè posse dicatur, tria concurrere debent, vnum est, quod mortis periculum, aut aliud impedimentum verè cessauerit.

Alterum est, vt nulla alia ex causa legitimè impediatur. Quamuis enim mortis periculum, aut impedimentum prius cessauerit, si tamen aliud impedimentum accesserit, excusabitur, vt verbi gratia si itinera a latronibus obsessa detinerentur, aut timeret inimicos, qui mortem eius machinarentur, & similia; quandoquidem in ius vocatus ob has, aut similes rationes impeditur si non veniat, excusatur, vt habetur in l. 2. §. in iudicio. ff. si quis caut.

Tertium est, vt commodè possit id facere, hoc est ex gloss. in cle. 1. §. fin. in verbo, quam citò, de pœnis, cessante impedimento, & aliquo modico tempore indulto, quo si-

12 bi de necessarijs valeat prouidere. Tempus autem, intra quod quam citò commodè potest, se præsentare teneatur, in foro exteriori arbitrio iudicis relinquitur, vt notat glo. vbi supra, in d. §. fin. in verbo, quam citò, quam sequuntur Anch. ibidem, num. 22. ver. decimooctauo, & Marian. Socin. in cap. officij, nu. 106. de sent. excom. Nauar. in Man. cap. 27. num. 113. Henriquez lib. 13. cap. 29. §. 2. Hugolin. vbi supra. §. 5. num. 3. In foro autem conscientiæ stabitur dicto ipsius absoluti, ex glo. Nauar. Hugol. vbi supra, & Caiet. in verbo, excom. casu 69. Anch. Maria. Soc. vbi supra, arg. cap. significasti. 2. de homicid. & c. tua. de sponsal. & c. si vero. 2. de sent. excom. cum in huiusmodi foro nemo suæ salutis immemor esse censeri debeat, quamuis si absolutus se id commodè non posse asserat, & tamen re vera posuit, in eandem censuram incidit. Dein-

13 de, sicut omnes fatentur, durante impedimento non tenetur mittere procuratorem ad iudicem ordinarium vice sui, ita (quicquid Caietan. in verbo, excomm. casu 69. & Nau. in Man. c. 27. num. 49. & Henriq. lib. 3. de pen. c. 9. §. 7. & lib. 13. de excom. c. 19. §. 3. dicant) sublato impedimento satis esset mittere procuratorem vice sui, quamuis per sonaliter ire posset, verior tamen mihi videtur sententia illa, quæ affirmat teneri in hoc casu personaliter se præsentare; quam etiam sententiam sequuntur Gemin. in c. eos qui, num. 6. & Steph. Costa ibidem, num. 16. de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de censur. Eccle. tab. 1. capit. 14. §. 5. num. 4. & videtur colligi ex cap. quod de his, de sent. excommun. vbi Clemens III. ait, *Ceterum ab his in forma*

Sacramenti exigi consueuit, vt resumptis viribus, & opportunitate concessa Romanam Ecclesiam in propria persona debeant visitare & ita capitulo eos, qui à Bonifacio VIII. editum, iuxta priorem constitutionem Clementis III. interpretari debet. Immo vero, si satis esset per procuratorem comparere, non opus esset, vt absolutus sanitatem recuperaret, & opportunitatem expectaret; prout habetur in capitulo de cetero, capitulo ea noscitur, capitulo quod de his, capitulo quamuis. de sent. excommun. & capitulo ex eo qui, eod. titu. lib. 6. Præterquam quod ideo cautum esse videtur, vt præsentent se personaliter, vt in posterum sic offendentes magis humiles reddantur, & minus contumaces contra ecclesiam sint, & denique cautiores efficiantur, ne ita facile peccent, quos omnes effectus operari videtur timor seu erubescentia comparendi personaliter coram superiori, qui tamen non consequenter, si per procuratorem solum iudex adeatur, vt optime Hugolinus vbi supra animaduertit. Quamuis etiam non male reconciliari possunt hæ duæ sententiæ, vt Gemin. & Steph. Costa locis citatis docent, quod opinio prima vera sit, si loquamur de absolutione, quæ fit in foro iudiciali, illa enim peti potest per procuratorem; secunda vero locum habebit in foro pœnitentiali, hæc enim absolutio personalis esse debet, cũ in ea requiratur introductio in Ecclesiam cum psalmo, & oratione Dominica, vt habetur in cap. cum aliquis, 11. q. 3. & inferius latius dicetur.

14 Absolutio ad cautelam est absolutio extraordinaria ex benignitate Ecclesiæ, in fauorem excommunicatorum introducta, & sub conditione impropria tributa, vbi de valore excommunicationis dubitatur. Cum. n. isti ex vna parte, quia sunt excommunicati, obtinere deberent de rigore iuris quousque absoluerentur; ex altera vero parte, quia allegant nullitatem sententiæ, videntur etiam ex rigore iuris ad illam seruandam non teneri: & quoniam maior ratio habenda est ecclesiæ, & prælatorum, quam ipsorum, qui excommunicati sunt; ideò ex benignitate ecclesiæ concessum est, vt tales absoluantur, non simpliciter, quasi vere essent excommunicati, sed ad cautelam, hoc est, ad maiorem animæ, & conscientiæ securitatem, & tranquilitatem, vt si forte sententia valida sit, interim habeantur pro absolutis, & omnia, sicut prius, sine peccato, aut irregularitatis nota, tam diuina, quam profana faciant, & agere in iudicio, & ad actus legitimos admitti possunt, ac demum, ne in diuinis ac profanis vitentur, sed tam ipsi diuina ministrare, quam ab eodem ipsa suscipere queant.

15 Ob quas causas absolutio hęc ad cautelam dicitur, quia scilicet per ipsam excommunicatus cauet, ne alijs impedimento sit, aut sibi ipsi diuina, vel humana tractando noceat, vt colligitur ex cap. per tuas, vers. nos igitur, de sent. excom. glos. in cap. solet. verbo opponat. Gemin. ibidem. §. in secunda. num. 9. & num. 15. Anchar. & Philip. Franc. ibi, de sent. excom. lib. 6. & cap. veniens. 2. de testibus. iuncta glo. vlt. cap. Apostolicæ, de excep. & Ioan. Andr. & Panorm. ibi, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 277. Couar. in capit. alma mater par. 1. §. 7. num. 7. & §. 12. num. 7. de sentent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 29. §. 5. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 22. §. 1. num. 16. & seq. Steph. Costa in d. cap. solet, nu. 46. de sent.

16 excom. lib. 6. Vnde fit, vt per hoc, quod quis petit absolui ad cautelam, nec videtur confiteri se esse excommunicatum, nec præsumi potest vere excõmunicatus; petens vero absolutionem simplicem ab excommunicatione, se excommunicatum esse fatetur, vt in leg. decem. & ibi Bart. mouet hanc qæstionem, ff. de verbot. oblig. faciunt etiam quæ notantur capitulo ad præsentiam, de appellat. & est optimus textus in capitulo venerabilem, & ibi Panorm. num. 22. de elect. Innoc. in cap. cum dilectus, colum. 3. de ordin. cognit. Steph. Costa, in c. solet, numero 1. de sent. excom. lib. 6. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 7. num. 7. versic. quarta conclusio. & §. 12. num. 1. 6. & 7. de sent. excomm. lib. 6. Ratio est: quia petens absolutionem istam, & humili corde ad cautelam, & tutiorem animæ salutem eam petijsse videtur propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicatus, nec ne; & ideo ex hoc assumi non debet eiusdem petitio ad probationem, & confessionem quod verè excommunicatus sit.

De Natura, origine, & alijs ad absolutionem ad cautelam pertinentibus. Cap. XVII.

S V M M A.

1 *Quæstiones varię circa absolutionem excommunicationis explicantur.*
2 *Absolutio ad cautelam quidnam sit.*
3 *Absolutio ad cautelam quare dicta sit.*
4 *Absolutio ad cautelam, quando, & à quo inuenta, & introducta sit.*
5 *Absolutio ad cautelam à quibus sententijs, & censuris peti, & dari possit.*
6 *Absolutio ad cautelam quare in generali interdicto loci concedi non debeat.*
7 *Absolutio ad cautelam dari debet ab omnibus censuris a iure, vel ab homine latis, quando est probabile dubium iuris, aut facti.*
8 *Absolutio ad cautelam peti potest, & dari debet, quotiescunque ex aliqua causa ipsius sententiæ nullitas allegatur.*
9 *Absolutio ad cautelam fieri debet vocata parte ad cuius instantiam excommunicatio lata fuit.*
10 *Pars opponens, nisi intra tempus octo dierum manifestam offensam probet, ad expensas factas condemnanda est.*
11 *Excommunicatus absolutionem ad cautelam petens causam nullitatis sententiæ explicare, eamque semiplenè saltem probare tenetur.*
12 *Absolutio ad cautelam quibus verbis facienda.*
13 *Absolutio ad cautelam ad quem effectum, & finem præstetur.*
14 *Absolutio ad cautelam à quo fieri potest, & debeat.*
15 *Absoluere ad cautelam an iudex delegatus possit.*
16 *Absolutio ad cautelam an per aduersarium, aut partem impediri poterit.*
17 *Absolutionem ad cautelam an iudex negare, aut impedire valeat.*
18 *Absolutio ad cautelam quare extra casum manifestæ offensæ nec ab aduersario nec ab excommunicatore impediri queat.*
19 *Absoluens ad cautelam quænam obseruare debeat.*

1 QVia verò materia hæc de absolutione ad cautelam latius patet, quam vt vno aut altero corollario solum explicari possit, & multa in se continet scitu necessaria, quæ quotidie ad praxim reduci possunt, ea omnia ad vndecim quæstiones reuocabo, vt ita summatim saltẽ materia hæc tota absolui possit.

Primo quidem explicando, Quid sit absolutio ad cautelam.

Secundo. Quare sic dicatur.

Tertio, Quando, aut à quo absolutio hęc inuenta, & introducta sit.

Quarto, A quibus sententijs absolutio ista petatur.

Quinto, Quando fiat huiusmodi absolutio.

Sexto, Quomodo fieri debeat.

Septimo, Per quæ verba fieri debeat.

Octauo, ad quid, seu ad quẽ effectũ absolutio hæc fiat.

Nono

Nono, A quo fieri debeat hæc absolutio.

Decimo, An per aduersarium, aut partem impediri possit ista absolutio.

Vndecimo, Quæ obseruanda sint in absolutione ad cautelam.

2 Circa primum, quamuis DD. communiter in capit. solet, de senten. excommuo. libro 6. vbi Anchar. numero 5. Gemin. §. in secunda, numero 8. Franc. & Ioan. Monach. & alij, ita definiant; quod absolutio ad cautelam sit vera, seu putatiua ab excommunicatione liberatio, eos, quos res tangit, prospiciens. Rectius tamen Ioan. And. in d. cap. solet, in Nouella, & Hugolin. de censi. Eccl. tab. 1. capit. 22. §. 1. numero 4. & Steph. Costa repet. in d. capitulo soler, numero 44. sic definiunt. Absolutio ad cautelam est ab Ecclesiastica censura absolutio sub conditione impropria tributa, vbi an censura valeat, ob periculum quod inesse potest, dubitatur. Qua definitione comprehenditur absolutio tam ab excommunicatione quam a suspensione, & interdicto, dummodo tamen tale interdictum sit particulare, & non generale, vt habetur in cap. præsenti, de sent. excom. lib. 6. & his, quæ inferius dicemus, manifestum erit. In eo autem, quod dari dicitur sub conditione, vbi, an censura valeat, dubitatur, distinguitur ab absolutione simplici, vbi enim certo constat sententiam valere, simplex absolutio datur; vbi verò censuram itidem certo constat nullam esse, absolutio nulla requiritur; vbi autem censura valeat, nec ne, dubitatur absolutio ad cautelam, & proinde sub conditione tribuitur.

3 Ad secundum verò dubium, quare nimirum absolutio ad cautelam appelletur, ex dictis constat, quia per eam cautum est, prouidere circa futura contingentia, tam respectu illius, qui eam petit; quia, si habet scrupulum conscientiæ, quod sit excommunicatus, prouidetur sibi per eam, ita vt sine peccato, aut irregularitate, diuina, & humana sicut prius pertractet; quam etiam respectu aliorum, quandoquidem absolutione hac obtenta, poterunt alij sine periculo tam in iudicio, quam extra iudicium, tam in profanis, quam in diuinis cum illo communicare.

4 Quoad tertium communiter affirmant DD. in d. cap. solet, nihil de hac re per antiquum ius dispositum fuisse, sed solum iure nouo introductam esse absolutionem hanc, quæ ad cautelam appellatur, de hac enim loquuntur Gregorius X. in cap. præsenti, de sent. excom. libro 6. & ante eum Innocentius IIII. in ca. venerabili. eod. tit. & libro, & ante hos Gregorius IX. in cap. Apostolicæ, de except. & ante illum Honorius III. in ca. venerabili. de sent. excomm. & ante hunc Innocentius III. in capit. veniens, 2. in fine, de testib. & attestat. & in ca. per tuas de sent. excom. & ante omnes Clemens III. qui vt ait Ioan. Andr. putatur esse primus, qui expressit hoc verbum, *Ad cautelam*, in cap. cum desideres, de sent. excomm. Quamuis forsan secundum eum haberi potuerit eius effectus tempore Alexandri III. vt colligi potest ex capit. ad præsentiam, de appellat. & not. ibi.

5 Circa quartum, Primò dicendum est dari posse in omnibus censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, excepto interdicto loci generali, vt docent Anchar. in c. solet, num. 5. Gemin. ibidem, §. in secunda, nume. 11. Philip. Franc. ibidem. vers. quarto, & Steph. Costa, num. 49. de sent. excom. lib. 6. & Doctores communiter. Et de excommunicatione habetur in d. capit. solet, & in capit. venerabilibus, de sent. excom. lib. 6. & in cap. per tuas, eod. titu. in antiq. & alibi sæpe. De suspensione item habetur in cap. venerabili, de sent. excomm. & in ca. Apostolicæ, de except. De interdicto colligitur ex capit. præsenti, de sent. excom. lib. 6. vbi Gregorius decimus solum prohibet, ne generale interdictum locorum, scilicet castrorum, ciuitatum, aut aliorum locorum, puta Regnorum, prouinciarum, comitatuum, baroniarum, &c. ad cautelam relaxetur; ergo secus, vbi in homines latum esset; vnde si in vniuersitatem, aut in collegium hominum interdictum latum sit, ad cautelam absolui poterit, vt tradunt gloss. in dicto cap. præsenti, in verbo, generaliter, cum annot. & addit. ibidem. Ioann. Andr. Ioannes Monach. Gemin. Anch. Franc. & Steph. Costa, numero 5. & 11. de sententia excommunicationis, libro sexto. Aliud enim est interdicere ciuitatem, vel locum, quam interdicere personas, puta vniuersitatem, vel collegium. Pari ratione, vbi interdictum esset speciale, vt puta, quia esset promulgatum cōtra aliquam Ecclesiam, vel aliquas Ecclesias particulares, (quicquid dicat Archid. in contrarium,) bene tamen in eo casu peti, & dari potest relaxatio ad cautelam, vt DD. communiter tradunt. Ioan. Andreas, & Ioan. Monach. Gemin. Anchar. Frāc. & Steph. Costa, in d. ca. præsenti, & ibi gloss. in verbo, generaliter, & Ioan. Calder. in suo tractatu, in secundo mēbro. versic. sed quæro secundum Petrum, Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capit. 22. §. 1. num. 11. & Rota decis. 452. in antiqu. quæ in nouis est, decisio. 9. incipit. Item fuit dubitatum virum interdictum positum, de sent. excommun. vbi dicitur ita seruari in palatio Apostolico. Rationes varias dat

6 gloss. in cap. præsenti, in verbo, declaramus, de sententia excommunicationis, libro sexto, quare relaxatio ad cautelam concedi non debet in generali interdicto loci, sicut in excommunicatione, aut interdicto particulari personæ, aut Ecclesiæ; quia scilicet non est tantum periculum in generali interdicto loci, ac in istis; siquidem tempore generalis interdicti, & diuina fieri possunt voce submissa, & Sacramenta magis necessaria ministrari, vt habetur in capitulo, alma mater, de sententia excommunicationis, libro sexto, quorum neutrum fieri potest, vbi quis in particulari interdicto subijcitur, arg. ca. si sententia, de sententia excommunicationis, libro sexto, aut vbi locus, aut Ecclesia particularis interdicitur, argum. capit. is, vero, eodem titulo, & libro, Hinc Ioan. Andr. & Stephanus Costa, in dicto capitulo, præsenti, de sententia excommunicationis, libro sexto, docent dictam Decretalem, capit. præsenti, locum habere in interdicto loci specialis, quando illud interdictum sit generale, vt si villa, vel ea Ecclesia, in qua stant interdicta, etiamsi vnica, vel nulla esset ibi Ecclesia, interdictum dicetur generale, vt in capitulo cum in partibus, de verb. signific. quo casu Innocentius III. ait locum esse pœnis interdicti generalis. E contra vero, si interdicta Ecclesiarum non sunt generalia quoad effectum generalis interdicti, etiamsi interdicerentur omnes Ecclesiæ ciuitatis, vel prouinciæ, vt puta si propter decimas non solutas, vel propter procurationes Legatorum, vel alias similes causas Ecclesiæ loci interdicerentur, non censentur effectum generalis interdicti sortiri, & consequenter, in illis tunc non erit locus dispositioni capit. alma mater, in §. adijcimus, de sententia excommunicationis, libro sexto, vt ibi notat gloss. in verbo, Ecclesijs: quia nec in diebus solennibus tunc posset celebrari; etiam submissa voce in talibus Ecclesijs interdictis. Ex quo infertur, quod extra illas Ecclesias, etiam in loco illo celebrari posset, etiam alta voce sub tentorio, vel aliqua alia Ecclesia non interdicta, nec tunc esset locus denegationis sepulturæ hominibus illius loci, saluo tamen eo, quod habetur in capitulo si ciuitas, de sententia excommunicationis, libro sexto. Item & tunc non esset locus denegationi aliorum Sacramentorum, & Diuinorum officiorum, quæ nisi permissa reperiantur, dicuntur prohibita tempore generalis interdicti, cap. alma mater, post principium, de sententia excommunicationis, libro 6.

7 Secundo dicendum est, absolutionem hanc ad cautelam peti posse, & dari debere ab omnibus censuris, eo modo, quo diximus, siue censuræ sint latæ ab homine, siue a iure, quando est probabile dubium iuris, aut facti. Dubium autem facti est, quando dubitatur, an id factum sit, quamobrem censura fertur, & hoc tam respectu eius, qui

qui fert censuram, quam eius, qui censura percellitur, vt si iudex comminatur Petro excommunicationem, nisi infra octo dies satisfaciat, & Petrus infra hoc tempus non satisfecerit, dubium est, an Petrum excommunicauerit; Aut si Clericum me aggredientem percussi, dubium esse potest, an defendendo me terminos inculpatæ tutelæ excesserim, & proinde excommunicationem incurrerim. Dubium vero iuris est, vbi certum est latam esse censuram, sed dubitatur, an iure valeat; vt si dubitetur, an excommunicatio lata sit post appellationem, nec ne; & excommunicatus post appellationem, excommunicans vero ante appellationem latam esse velint. Item dubium iuris est, quando pro certo nescitur in aliquo casu, quid ius voluerit, vt v.g. excommunicatur, qui excommunicatos manifestos sepelit, clemen. eos. de sepul. & tamen nescitur, an sepelire dicatur, qui mortuum fert ad sepulturam, aut eum ad sepulturam committatur, non tamen ipsum sepelit; de qua te glos. ibi, in verbo, sepelire. Item dubium iuris est, quando quis in legem commisit, quæ censuram infert, sed dubitat delinquens, an in eam inciderit, eo quod probabilem ignorantiam legis habuerit; in vtroque dubio tam iuris, quam facti absolutio ad cautelam peti, & dari potest, ex Ancha. in capitulo, solet, numero quinto, & Gemin. ibi, §. in secunda. numero 21. Fran. & Steph. Costa numero 27. & numero 49. de sententia excommunicatio. libro sexto. Nau. in Man. cap. 27. numero 277. & 278. Hugolin. de cens. Eccles. tab. prima, capitulo 22. §. primo, numer. 9. & est communis DD.

8 Quoad quintum, Quamuis nonnulli existimarint in duobus tantum casibus expressis in capitulo, solet, & in capitulo, venerabilibus, §. potest quoque, de sent. excommunication. libro sexto, absolutionem hanc tribuendam esse, scilicet, quando quis prætendit excommunicationem latam post appellationem: vel eum asserit sententiam illam errorem expressum continuisse: verior tamen, & cōmunior opinio est, absolutionem ad cautelam locum habere, non solum in illis duobus casibus nullitatis, sed etiā generaliter ex quacunque causa ipsius sententiæ nullitas allegetur, puta quia lata fuit a iudice incompetenti non habente iurisdictionem; vel quia lata fuit contra exemptum, dummodo fiat aliqua fides, & semiplena saltem probatio de exemptione; cum enim Ordinarius pro se habeat ius commune, nisi absolutionem petens se exemptum saltem semiplene probet, non audietur, ne iudici ordinario, eiusque Iurisdictioni illusio passim fiat. Semiplene autem probata nullitate sententiæ, absolui debet non solum in illis duobus casibus, sed etiam vbicunque, aut ex quacunque causa sententiæ ipsius nullitas allegetur. Sic Innocent. in cap. venerabili, numero quinto, de censib. & in capit. solet, numero secundo, in verbo, vllam, & numero tertio in verbo, pro manifesta, & in verbo, contradictionis, de sententia excommunication. libro sexto. Anchar. in d. cap. solet. numero primo, vers. secundo, not. Gemin. ibidem, in principio. numero sexto, & in §. in secunda, numero 12. & Franc. ibidem. in princip. & in versic. quinto quærit, & Stephan. Costa in princip. numero vigesimoprimo, & in §. in secunda, numero 31. & numero 50. de sententia excommunication. libro sexto, Panor. in capitulo Apostolicæ, numero 10. & ibi Felin. numero vigesimo secundo, de exception. Puteus libro secundo, de cis. 96. Couar. in cap. alma mater, par. prima, §. 12. numero septimo, vers. primum, de sententia excommunicationis, libro sexto, Hugolin. de censur. Ecclesiast. tab. prima capitulo vigesimo secundo. §. primo, numero 9. & numero 13. nam eadem est ratio, vbicunque prætenditur nullitas, quæ versatur in dictis duobus casibus, vnde, in d. cap. solet, & d. capit. venerabilibus, §. potest quoque, de sententia excommunicatio. libro sexto, & in cap. per tuas titulo eodem in antiq. & in cap. cum contingat, de officio. deleg. illi duo casus solum exempli gratia ponuntur: quæ vero exempli causa dicuntur, rem declarant, non tamen regulam restringunt, vt recte Panor. vbi supra, notauit. Positi autem sunt hi duo casus, vtpote, quia frequentius contingit nullitatem ex vna harum causarum allegari; quia vero eadem est ratio ex quacunque causa nullitas allegetur, idem etiam ius erit. Ratio enim, quare ab-solutio ad cautelam concedatur, est, vt qui illam petit, tuto, & cum bona conscientia, & sine aliquo scrupulo diuinis, & humanis immiscere se possit, quæ ratio cum æque militet, ex quacunque causa nullitas allegetur, in omnibus consequenter procedet.

9 Ad sextum vero dubium, quomodo fieri debeat huiusmodi absolutio: dicunt Doctores, quod debet fieri vocato illo, ad cuius instantiam excommunicatio ipsa lata fuit, vel vocatn ipso iudice proferente, si fuit lata ex officio ipsius iudicis, de quo in capitulo, venerabilibus, §. primo, & secundo, de sentētia excommunication. lib. sexto. Quod si iudex, aut is, cuius gratia excommunicatio lata est, pro manifesta offensa excommunicationem latam fuisse dicat, primo iurare debet, quod non opponit eam animo calumniandi, argumen. cap. 1. & 2. de iuramento calumniæ, libro sexto. Secundum Ioan. Andream. & Gemin. in cap. solet. numer. 14. & ibi Steph. Cost. numero 14. & §. in secunda, numero 52. de sententia excommunicatio. Secundo probare debet huiusmodi offensam non simpliciter, sed offensam manifestam fuisse, ex Innoc. in d. cap. solet, in verbo, octo dierum. Gemin. ibidem, numero 12. Anchar. numero quarto, Steph. Costa numero 14. Illa autem dicitur manifesta offensa. quæ constat per confessionem partis, vel euidentiam rei, arg. cap. ex parte, 1. de verbo. significa. iuncto cap. cum olim, tit. eodem, & cap. qua fronte, de appell. Innoc. in d. cap. solet, numero vndecimo, Anchar. ibidem, vers. de vndecimo, Gemin. §. in secunda, numero vigesimu. Steph. Costa, ibi, in princip. nu. 15. Tertio probare debet opponēs offensam manifestam inf. octo dierum spatium: ipsi autem octo dies currunt, & incipiunt die obiectionis manifestæ offensæ numerando ipsum a die obiectionis, & ita deinceps a momento ad momentum, ex Gem. in d. cap. solet. numer. 14. Stephano Costa ibi, numer. 14. Rota in nouiss. decis. 208. quæ incipit, Item quod terminus. Felin. in cap. Apostolicæ, numero 17. de exception. Couar. in capit. alma mater, par. prima, §. 12. numero 8. versiculo tertio considerandum est, de sententia excommunicat. libro sexto. Hugolin. de censur. Eccles. tab. prima. capit. vigesimosecundo §. primo. numero 13.

10 Quod si intra hoc tempus opponens manifestam offensam non probauerit, ad expensas factas præstandas condemnabitur, arg. cap. primi, de excep. libro sexto, & excommunicatus absoluetur; si vero eam probauerit, non absoluetur excommunicatus, nisi prius realem satisfactionem præmiserit. vt habetur in cap. solet, & ibi Anchar. numero quinto. Gemin. numero 16. & §. in secunda, numero 18. Steph. Cost. numero 15. de sententia excommunication. lib. sexto. Fel. in cap. Apostolicæ, numero nono, Couar. & Hugolin. locis proxime allatis. Et quæ diximus de manifesta offensa, etiam in manifesta contumacia locum habent; nam non prius absoluitur, quam impensas factas restituerit, & cautionem de stando iuri præstiterit, vt habetur in capitulo veneralibus, §. secus autem, de sententia excommunication. libro sexto. Sicut nec quando dubia est offensa, nisi præuia cautione absoluetur. Si vero non opponat de manifesta offensa, fiet absolutio, qua tamen non obstante postea plenius discutietur iuris ordine seruato, an iste fuerit legitime excommunicatus, nec ne, & sic tractabitur de veritate causæ ipsius excommunicationis.

11 Econtra vero ex parte ipsius excommunicati, qui absolutionem ad cautelam petit, requiritur, vt in specie exponat causam, propter quam nullitatem sententiæ alleget, & eam saltem semiplene probet; cum enim pro sententia censuræ præsumatur, argum. capituli ad reprimendā, de of-

de offic. ordin. & vt notant Innoc. in cap. bonæ. 1. in verbo, præsumitur, de elect. Rota eodem titulo, decis. 29. & Gemin. in cap. 1. numero nono, de appellat. libro 6. absolutio hæc ad cautelam temerè concedenda non est, sed præmitti omninò debet aliqua cognitio, & semiplena probatio causæ illius, quæ ab excommunicato allegatur, vt nulla sit excommunicatio: præsertim, vbi dicitur excommunicationem latam fuisse post legitimam appellationem; Nec sufficit ad effectum absolutionis ad cautelam, quod vnius testis testimonio probetur appellationem præcessisse ipsam excommunicationem, nec satis est iuramentum ipsius appellantis, nisi eo casu, quo iudex excommunicator dicat se non credere appellationem præcessisse excommunicationem, & tamen paratum esse dare absolutionem, si ita iur. quod post appellationem excommunicauerit, vt notant Felin. in cap. Apostolicæ, numero decimonono, de except. Aegid. à Bellamera, decis. 19. & 386. quos refert, ac sequitur Couarr. in cap. alma mater, parte prima, §. 11. numero septimo, versic. primum. de sententia excommunicationis, libro sexto. Imò vero cum absolutè verum non sit sententiam esse nullam ex eo, quod appellatio sententiam præcesserit, nisi etiam appellatio interposita sit ex legitima causa, & quod illa causa vera sit, ideo ad obtinendam absolutionem ad cautelam non solum probare debet appellasse se ante sententiam, sed etiam appellationem ex causa legitimam, & veram interpositam fuisse, qua semiplenè saltè probata, tunc absolutio fiet ad cautelam, cum cautione tamen de satisfaciendo, si in processu apparebit sententiam iustam fuisse, vt rectè Stephanus Costa, in dicto capitulo solet, numero vndecimo, de sententia excommunicationis, libro sexto, annotauit. Quæ omnia ea ratione confirmari possunt, quia si simpliciter nullitate proposita censuræ absolutio vnicuique petenti concederetur, & iudex, & censura Ecclesiastica, vt plurimum illuderentur, quod fieri non debet, capit. cum inter, de consuetud. & clem. 1. de sententia excommunicationis, omnes enim censura innodati statum sent ... nullitatem allegarent; & proinde meritò nullitatis causa vt ante absolutionem saltem semiplenè probetur statutum, & vsu obtentum, & conseruatum est. Vnde Innoc. in dicto capit. solet, in iudicijs non prodesse veritatem affirmauit, hoc est, non prodesse, vt ita sit, nisi talis veritas probetur, in capit. cum super, & cap. suborta, de sent. & re iud. quamuis secus sit in foro animæ, vt in capit. significasti, de homic. & capit. tua nos, de sponsal. nam in eo foro absoluitur, etiamsi veritatem probare nequeat, ex Innoc. in d. capit. solet, in verbo, contradictionis, num. 3. & Steph. Costa, ibidem, num. 12. de sent. excommun. libro 6. Hugolin. cit. numero 13.

12 Ad septimum dubium, respondetur iuxta capit. venerabili, de sententia excommunicationis vtendum esse hoc verbo, *Relaxo*, vt etiam verbo, *Absoluo*, nam ca. ad præsentiam, de appellat. & cap. veniens, 2. de testib. & capit. Apostolicæ, de except. vtuntur, hoc verbo, *Absoluo*. Cum ergo iura indifferenter loqui videantur, poterit iudex vti eo verbo, quo voluerit, vt testatur Stephanus Costa, in capit. solet, numero 57. de sententia excommunicationis, libro sexto.

13 Ad octauum, communiter dicunt authores, fieri ad maiorem animæ tranquillitatem, quia cum dubium sit, an vere sit excommunicatus, & proinde dubitetur, an a Sacramentorum perceptione, & fidelium communione abstinendum sit, nec ne, tali absolutione sine aliqua dubitatione, omnia tam diuina, quam humana, sicut prius libere exequi potest.

14 Ad nonum, dicendum est, quod vel dubium est, an in censuram iuris inciderit, & in hoc casu, qui simpliciter absoluere potest à censura iuris, vbi constaret incidisse in censuram, etiam absoluere potest ad cautelam, & ita ordinarius absoluere potest, argum. cap. nuper, de sententia excommunicationis. Vel dubium est, an in censuram ab homine latam inciderit, & tunc ipsemet excommunicator absoluet, si voluerit, vel superior excommunicatoris, quando causa per legitimam appellationem ad eum deducitur, ex gloss. in capitulo solet, in verbo, per superiorem, & ibi Gemin. numero decimosexto, & Steph. Costa, numero decimosexto, & numero 55. de sententia excommunicationis libro sexto. Hostiens. Ioan. Andr. & alijs, in capit. per tuas. de sententia excommunicationis, Couarruuias in capit. alma mater. parte prima, §. duodecimo, numero octauo, de sententia excommunicat. libro 6.

15 Quo ad delegatum vero iudicem dubium est inter Doctor. an absoluere possit ad cautelam. In qua re glo. in cap. solet, in verbo, per superiorem, & ibi Innoc. & Gemin. numero decimoquinto. Ioan. And. Dominic. Franc. Stephanus Costa, numero 55. de sententia excommunicationis, libro sexto, Decius in capit. præterea. de offic. deleg. num. 6. & ibi Felin. columna decima, de rescript. Oldrad. consil. 145. dicunt non posse, nisi in vno casu, scilicet ad effectum dicendum testimonium, argum. capit. veniens, 2. in fine, de testibus, maxime, vbi res non ita bene per alios testes probari posset, argum. text. in capit. præterea, de offic. delegat. & Ioan. Monach. in dicto capit. solet. de sententia excommunicationis, libro 6. vel nisi sit illi specialiter a iure concessum, vel ex speciali commissione superioris hoc obtinuerit, ad hoc, vt commodius partes causam tractare possint. Ratio est: quia hæc absolutio extraordinaria est, & ex gratia permissa; delegatus autem iudex id solum potest, quod ei specialiter permissum est. Contrariam verò sententiam tenet Archid. in dicto capit. solet, & Bernard. vt refert glo. vbi supra, & Anchar. ibi, & Panorm. in cap. ad præsentiam, num. 3. & ibidem Decius, de appellat. & Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 278. Couarruuias autem in cap. alma mater, p. 1. §. 12. nu. 8. vers. iudex vero, de sententia excommunicat. lib. 6. ait primam opinionem esse communem, & tandem vtramque opinionem concordans ait delegatos Apostolicos, qui delegantur ad cognoscendas causas extra Curiam, habere hanc facultatem absoluendi ad cautelam, & sic praxi recepta est hæc secunda opinio in istis; Delegatos vero ad causas cognoscendas in Curia, non habere hanc facultatem, nisi ex speciali commissione, vt vsus, & praxis habet, & tradit Rota decis. 810. in antiq. & sic vera est prior opinio.

16 Circa decimum, certum est aduersarium, seu partem impedire non posse, quo minus excommunicatus ad cautelam absoluatur, excepto vno casu, scilicet, vbi opponit eam pro manifesta offensa fuisse excommunicatum; in quo casu, si probare eam poterit intra octo dierum spatium, non absoluetur, nisi prius realem satisfactionem præmiserit, sin autem eam aduersarius intra octo dies numerandos ab ipso die, quo iudex recepit obiectionem manifestæ offensæ, non probauerit, absolui debet. Et quod diximus de parte, dicendum etiam est de excommunicatore, vt illam impedire non possit, nisi in casu manifestæ offensæ, & eo solum modo quo aduersarius, vt diximus, & colligitur euidenter ex d. capit. solet. §. in prima igitur dubitatione, & ibi Steph. Costa, num. 57. de sent. excom. libro 6.

17 De iudice verò superiore dissentiunt inter se DD. Siquidem Innoc. in dicto cap. solet, numero 7. Ioan. Andr. Philip. Franc. & Gemin. ibi, §. in secunda, & Ancharan. eodem numero secundo, & Stephan. Costa, nume. 18. & numero 56. de sententia excommunicationis, libro sexto affirmant in iudicis arbitrio, & potestate esse, an eam concedere, vel denegare velit ex aliquibus causis, vel coniecturis. Ratio est: quia de iure, antequam quis absoluatur, de causæ veritate constare deberet, argum. capit. cum contingat. de offic. deleg. cum ergo hæc gratia inducta sit contra iuris istius rationem, non erit extendenda, argum.

gum.l.quod non ratione, ff. de leg. Adde, quod in capit. venerabilibus, §. sed si ex causa, & §. potest quoque, de sent. excom. lib.6. vtitur Pontifex hoc verbo *Potest*, non verbo, *Debet*, significans absolutionem hanc fieri de gratia, & non de necessitate.

Alij tamen, vt Bernard. quem sequitur Hugol. de censuria Ecclesiast. tab.1. capit.22. §.1. numero 15. existimant iudicem eam negare non posse, id quod colligunt ex d. ca. solet, in consultatione iuncta responsione, dum quæritur, An sine contradictionis obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi. Cui consultationi, dum Papa respondet, pro regula ponere videtur, quod petenti absolutio non negetur. Et certè licet hæc secunda minor sit, verior tamen mihi videtur, vt est communior prior opinio, illique standum esse illa ratione: quia cum Innocentius, Quartus hanc constitutionem ediderit, & in glossa sua exprimat hanc fuisse intentionem suam, illi standum videtur. Nec obstat ratio in contrarium ex textu deducta, cum enim dicitur, quod absolutio non negetur, idest, negari non potest, hoc verum est ad instantiam excommunicatoris, vel aduersarij, quod ipsi impedire non possint, quo minus fiat, & ita probat litera ibi. in versic. *Quamuis in hoc excommunicator*: sin vero habeatur consideratio quoad superiorem, vel officium superioris, poterit ipse hanc absolutionem præstare, & si voluerit, poterit denegare ex iustis causis, & motiuis, vt diximus, argum. capituli, prætereà, & capit. in nostra. de testib. & attestat. & fauet glos. in cap. solet. in verbo, contradictionis, de sentent. excom. lib.6.

18 Ideo autem Pontifex optimo consilio, & ratione statuisse videtur, ne excommunicator, aut aduersarius absolutionem hanc, extra casum manifestæ offensæ, impedire possent, quia verisimile non est, qui excommunicauit, ne factum suum improbet, & nullum esse asseratat, absolutionem hanc tributurum esse, sed contra potius, ne ipsa tribuatur, elaboraturum, id quod etiam de aduersario iudicandum est, cum sua plurimum intersit, ne alter absoluatur, cum tamen longe dispar, & diuersa ratio in iudice sit, ex quo enim nihil sua interest, existimandum non erat ipsum eam denegaturum, nisi ex iustissima causa, vt qui æquitatem ob oculos semper habere debeat, & saluti animarum sempet consulere censetur.

19 Circa vndecimum, quæ scilicet seruanda sint in hac absolutione præstanda, habentur in capit. solet. de sententia excommunicationis, lib.6. vbi in foro exteriori cauetur, vt citetur prius aduersarius, & audiatur, quid opponere possit, quo minus absolui debeat excommunicatus. Si verò Sacerdos absoluturus sit aliquem ab excommunicatione ex commissione superioris, siue per literas fiat illi commissio, siue verbo, vt communiter fieri solent commissiones per literas Pœnitentiariæ, & sæpissimè etiam Prælati mittunt absoluendos ad Sacerdotes; & idem quã do committitur per Bullam, aut Iubilæum, si in his fiat cõmissio absoluendi solum in foro interiori, & conscientiæ, non debet vti forma cap. solet, quia huic foro non cõgruit citatio partis, sed satis est, vt absoluendus simpliciter promittat se satisfacturum debito, aut offensæ, si probabitur excommunicatus, & absoluere debeat absque testibus, notario, vel alia solennitate fori exterioris; si verò committatur ei a iudice fori exterioris, vt in vtroque foro ad cautelam absoluat, tunc quidem omissa partium citatione, & prætermissa exceptione aduersarij, præmissa tamen iuris cautione, coram notario, & testibus, vel saltem coram testibus absoluere debet: & tam litteræ commissoriæ, quam fides absolutionis factæ in acta publica a notario, aut testibus referri debent, vt sic absolutus a lijs suam, si opus fuerit, absolutionem probare possit: quæ non præsumitur, nisi probetur. ca. sicut nobis, de sentent. excommun. & glos. in c. proposuit, in verbo, de absolutione, de cler. excommunicat. ministr. Nauarr. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 278. & tomo secundo, consil. consil. 26. de sententia excommunicationis. Henriquez libro decimo tertio, de excommunicatione, capit. vigesimonono, §. quinto. Et de absolutione ad cautelam hæc sint satis.

Absolutio ab excommunicatione maiori qualiter legitime conferatur, & quibus præmissis. Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Absoluens ab excommunicatione maiori quanam seruare debeat.*
2 *Excommunicatus maiori ante absolutionem cautionem saltem iuratoriam de parendo mandatis Ecclesiæ dare debet.*
3 *Iuramentum a pueris propter ætatis infirmitatem exigi non debet.*
4 *Absoluendus an mandatis ecclesiæ, vel iudicis absoluentis parere teneatur.*
5 *Absolutio ab excommunicatione maiori, etiam non adhibito iuramento data, valet.*
6 *Excommunicatus ob manifestam offensam ante realem satisfactionem exhibitam absoluendus non est.*
7 *Excommunicatus pro manifesta offensa quis censendus.*
8 *Satisfactio quanam, & cui facienda est a percussore monachorum, & religiosorum,*
9 *Clericus sæcularem percutiens, eidem, non ecclesiæ satisfacere debet.*
10 *Satisfactio ab excommunicato absoluendo fieri debet, siue absolutio ab excommunicatore, siue a confessore petatur.*
11 *Absolutio ab excommunicatione maiori, quibus in casibus sine reali satisfactione præmissa fieri possit.*
12 *Articulo mortis vrgente, non præstita satisfactione reali excommunicatus absolui poterit.*
13 *Impedimento legitimo existente, quo minus quis satisfaciat, quando, & quibus in casibus non præmissa satisfactione reali absoluendus.*
14 *Excommunicatus ob contumaciam manifestam, non nisi satisfacta parte ob impensas absolui debet.*
15 *Contumacia quidnam sit.*
16 *Offensa, vel contumacia existente dubia quid agendum, vt absolutio præstetur.*
17 *Excommunicatum maiori, post iuramentum præstitum, & satisfactionem factam quis absoluet, & quibus cæremonijs adhibitis.*
18 *Episcopus solenniter excommunicatum absoluens, quibus vti soleat, & debeat cæremonijs.*
19 *Cæremoniæ solennes in absolutione ab excommunicatione maiori adhibendæ, quibus in casibus omitti debeant.*
20 *Excommunicatus denunciatus absolutus, vt talis denunciari debet.*
21 *Absolutio ab excommunicatione qualiter probari possit.*
22 *Excommunicatum denunciatum absoluens, mandata iusta, & rationabilia illi facere debeat.*
23 *Mandata rationabilia excommunicato absoluto imponens, quanam considerare debeat.*
24 *Episcopus, aut alius absoluens de iniectione manuum haben-*

habentem impedimentum temporale, ob quo Sedem Apostolicam adire nequeat, quid mandare debeat, aut possit.

25 *Mandatum suscipiens, & ipsum postea non adimplens in eandem sententiam reincidit.*

26 *Delegatus excommunicatum maiori absoluens, quid considerare, & obseruare debeat.*



N hac absolutione ab excommunicatione maiori a quocunque lata sit, siue a iure, siue ab homine, nonnulla ex communi Doctorum sententia, & iuris Pontificij decretis obseruanda sunt, de quibus latius agunt Hostiensis, in Summa, libro quinto, tit. de sententia excommunicationis, num. 14. §. & qualiter hæc absolutio fieri debeat, Summa Astensis, par. secunda, tit. 15. Sanctus Antoninus tertia parte, tit. 24. cap. 77. Angelica, verbo, absolutio, tertio, Siluest. verbo, absolutio, tertio, Tabiena, verbo, absolutio, tertio, Martin. Ledesm. secunda quarti, q. vigesimasexta, articulo primo, Nauar. in Manuali, capitulo vigesimo septimo, numero 47. & sequent. in capitulo primo, in princip. numero 53. de pœnit. distin. 6. Couar. in capit. alma mater, parte prima, §. 11. numero vndecimo, de sententia excommunicationis, libro 6. Henriquez, libro 13. de excommunicat. capitulo 28. Hugolin. de censur. Eccl. tab. 1. cap. 19.

2 Primum est, vt ante absolutionem det cautionem saltem iuratoriam de parendo mandatis Ecclesiæ, capit. ex tenore, capitulo de cetero, capitulo cum desideres, de sententia excommunicationis, S. Thom. in addit. 3. par. quæstio. 24. art. 1. ad 1. & authores citati id, quod procedit siue ab homine, siue a iure excommunicatio lata sit, & siue certo constaret sententiam iustam esse, siue de ea dubitetur, argu. capituli cum contingat, §. verum. ibi, iuxta formam Ecclesiæ, de offic. deleg. & capitulo ad reprimendam, de offic. ordin. & capitulo venerabili, de sent. excommunicationis, & proinde vbi ob cautelam absolutio petitur, secus autem vbi sententiam nullam esse manifesto constaret; ex quo enim absolutio in hoc casu necessaria non est, nec iusiurandum quod absolutionem antecedit, requiritur, sicut nec vbi manifestò sententiam iniustam esse sciretur, ex quo enim absque grauamine absolutio tribui debet, cap. sacro, §. caueat, & ibi gloss. in verb. absque grauamine, & ibidem Hostiensis, & Panormitanus numero duodecimo, & Felinus numero septimo, & Marianus Socinus sen. numero vigesimoquinto, & numero 202. de sententia excommunicationis, & facit pro hac re cap. venerabilibus, §. sane, versic. si verò, de sententia excommunicationis, libro sexto. Iuramentum autem oneris rationem habet, ad iuramentum præstandum compelli excommunicatus non potest.

3 Ab hæc tamen regula excipiuntur pueri, a quibus propter ætatis infirmitatem iusiurandum exigi non debet, sic Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, titu. 15. articulo primo, q. 3. Siluest. verbo, Absolutio, 3. numero 5. versic. sciendum est tertio. Tabiena verbo, absolutio, 3. in princ. Hugolin. vbi supra, cap. decimonono. §. quinto, numero 2. in fine, & facit c. 1. & c. fin. de sententia excommunicationis, vbi pueri excommunicati ob Clerici percussionem iubentur absolui simpliciter ab ordinarijs, nulla facta iuramenti mentione, id quod etiam tradit Henriquez, libro decimotertio, de excomm. cap. vigesimo nono, §. tertio. Quę tamen res arbitrio Episcopi relinquenda est, an nimirum tales sint, quod iurare debeant, nec ne; & communiter tradunt authores, ab impubere, qui minor est 14. annis, iuramenti onus exigi non debere, hoc est, qui ante pubertatem eam incurrit, licet postea petat absolutionem, iurare non tenetur. Mulieres autem iurare debent, vt notat Silu. vbi supra.

4 Ceterum, an excommunicatus cum absoluitur iurare debeat stare mandatis Ecclesiæ, vel iudicis absoluentis inter authores dubitatur. Aliqui enim mandatis Ecclesiæ standum esse dicunt, argum. capit. ad hæc, 2. de appellat. & capit. ad hæc cum inter, & capit. cum desideres, de sententia excommunicationis. Alij verò mandatis iudicis standum esse affirmant, argum. capitu. 1. de his, quæ vi metu. cau. fiunt. & cap. ex tenore, de sententia excommunicationis, vt Goffred. & hoc maximè, quando fuit excommunicatus ab homine, cuius mandatum contempsit, vt tamen rectè notant gloss. in dicto cap. de his, quæ vi. met. causa fiunt, in verbo, quod vestro, & Hostiensis in summa, libro quinto, titulo de sententia excommun. nu. 14. §. & qualiter hæc absolutio: ver. in maiori, in fi. Sum. Astensis, secunda par. libro 7. titu. 15. quæst. 7. & Siluest. verbo, absolutio 3. numero 3. Non est vis faciendа, an excommunicatus Ecclesiæ, vel iudicis mandatis stare iurauerit, in vtroque enim casu idem sensus est; quia licet iuret stare mandato iudicis, per illam formam non intelligitur aliud, quam per aliam, nec magis astringitur, quia mandatum suum debet esse secundum ius, nec ad aliud extenditur, quia nec de alio intendunt: ideoque iura nunc vnum, nunc alium modum ponunt. Notant tamen authores differentiam esse posse, quando quis iurat stare mandatis Ecclesiæ, & quando iurat stare mandatis iudicis, quia si iurem stare mandatis Episcopi, vel iudicis, non vt Episcopi, vel iudicis, sed vt personæ, tunc iuramentum personale esse intelligitur, & ideo personam eius, cui factum est, non egreditur, nec successorem respicit, arg. cap. ad hoc, de auctori. & vsu pallij, & arg. cap. venientes. & capit. Quintauallis, de iureiur. sin autem iuraui stare mandatis Episcopi, vel iudicis, vt iudicis, non astringor personæ, sed dignitati; quare ipso remoto, vel deposito, non maneo ei obligatus, argum. cap. per inquisitionem, de electi. & cap. alius, 15. quæst. sexta, & leg. cum quis. ff. de solut. Successori vero illius astrictus remaneo, argumento cap. veritatis, de iureiur. quando autem stare mandatis Ecclesiæ quis iurat, semper includitur successor. arg. capit. quoniam Abbas, de offic. iudic. deleg.

5 Et quamuis nonnulli, vt Hostiensis in Summa, lib. 5. titulo de sententia excommunicat. §. & qualiter hæc absolutio, versic. in maiori, velit iuramentum esse de substantia absolutionis, ita vt eo prætermisso absolutio nulla sit, communis tamen, & vera sententia est, quam tenent gloss. in capitulo cum desideres, in verbo, præstitum, & in verbo, nisi forma, & ibi Panorm. numero 8. & eadem glos. capitulo super eo, secunda, in verbo, cum promissione, & Panorm. ibi. numero secundo, de sententia excommunication. Summa Astensis, par. secunda libro septimo, titulo 15. articulo primo, quæstione 1. Sanct. Anton. tertia parte titulo 24. capitulo septuagesimoseptimo, §. primo. Hugolinus de cens. eccles. tab. prima capitulo 19. §. quinto, numero tertio, Siluest. verbo absolutio, tertio, numero tertio. Tabiena verbo, Absolutio tertio, numero primo. Caiet. verbo, absolutio, capitulo quarto, Couar. in capitulo alma mater, prima parte §. 11. numero septimo, de sententia excommunicationis libro sexto. Nauar. in cap. primo, in princip. numero 54. de pœnit. distin. sexta, Henriquez libro 13. de excommunic. capit. 28. §. quarto, vt scilicet absolutio tributa valeat, iuramento etiam non adhibito: eo quod iuramentum de substantia absolutionis non est, sed introductum potius, est de consuetudine, & ad cautelam, quam de iuris rigore, & ne de cetero talia præsumant timore iuramenti præstiti, vt colligitur ex dict. capitulo cum desideres, §. cui quæstioni, de sententia excommunication. argu. capituli pessimam, vigesimatertia quæstione octaua, præterquam quod aliqui absoluuntur sine iuramento, quod non fieret, si esset de substantia absolutionis, id quod colligitur ex capitulo super eo, 2. de sententia excommunicatio. vbi absoluuntur, qui iurare noluerunt; & capitulo a nobis, 2. in fine, vbi absoluitur mortuus,

de quo

la facta satisfactionis mentione, concedat, non nisi præmissa satisfactione absoluere potest, cum in hoc casu Papa ad solam formam iuris facultatem absoluendi concessisse censeatur; et denique etiamsi in articulo mortis quis constitutus fuerit, non nisi præmissa satisfactione absolui debet, vt notat gloss. in Clem. 1. §. penul. in verbo, & tunc, de hæret. Fel. in c. cum contingat. num. 1. de offic. deleg. Hugolin. vbi supra.

11 Dixi regulariter; quia in quibusdam casibus sine reali satisfactione absolui validè potest. Primo enim si iudex, & pars longe absessent, posset tunc confessarius per Bullam, & priuilegium ex causa absoluere impotentem, cum cautione pignoratitia, vel si malit fideiussoria, aut si hanc non habet, cum cautione iuratoria: quia in hoc casu rationabiliter confessarius præsumere debet intentionem iudicis, aut partis fore, si adesset, aut certe mentem Pontificis esse, ne impotens, qui totum, quod potest, facit, tam graui excommunicationis pœna frustra ligatus teneatur. Immo verò, vt præfati authores, maxime Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 48. & faciunt, quæ docet cap. 27. Nau. num. 56. & 57. Caiet. in Sum. verb. excommunicationis absolutio. Henrriquez lib. 11. de excomm. capit. 28. §. 1. docent, etiamsi præsentes essent pars, & iudex, si tamen excommunicatus moraliter impotens sit dare realem satisfactionem (aut non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua satisfaceret) satis est in vtroque foro dare satisfactionem iuris sibi possibilem (& compellitur iudex inuito etiam creditore reum absoluere) siquidem ad impossibile nemo tenetur. l. impossibilium. ff. de reg. iur. & facit cap. Odoardus. de solut. faciunt enim quod in se est, Ecclesia mater pia beneficium absolutionis negare non intendit.

12 Secundo in articulo mortis non præstita satisfactione reali excommunicatus absoluitur, si vel vrgente morte tempus satisfaciendi non detur, vt habetur in capit. vlt. de sepult. & Panorm. num. 3. & idem Panorm. in cap. quæstioni, num. 9. de appellat. & in capit. in litteris, in fine, de rapt. & glo. in Clem. 1. §. penult. in verbo, ex tunc, de hæret. vel ob facultatum suarum inopiam satisfacere non possit, nisi cum maximo suo damno, & ruina, argum. cap. Odoardus, de solut. gl. in Clem. 1. §. pen. vbi supra, & glo. in capit. ea noscitur, in verbo, iuxta facultates, de sentent. excommun. Nau. in Manuali, cap. 27. nu. 47. Henriquez, & Hugol. vbi supra, quo casu satis erit cautionem pignoratitiam, aut fideiussoriam, aut iuratoriam præstare, & hoc etiam inuito, & repugnante aduersario; cum ecclesia cupiat, ne in excõmunicatione detineatur, qui facit, quod potest, nec sinum ad se redeunti occludit, argum. capit. super eo, de hæret. lib. 6. & glo. in ca. ex parte, 1. in verbo, pro contumacia, in fine, de verb. signific. & hoc ne viuus ecclesiæ suffragijs, & mortuus ecclesiastica sepultura priuetur.

13 Alios duos casus ponit Hugolin. d. §. 6. in quibus non præmissa satisfactione reali absolui potest. Quorum primus est, vbi facere non possit, quod debet, ob aliquod impedimentum, quo prohibetur illud facere, vt si quis ea de causa excommunicatus sit, quod habens beneficium curatum, nõ suscipiat ordines, iuxta c. licet Canon. de elect. lib. 6. in quo casu, quoniam excommunicatus ordines suscipere non potest, argum. ca. cum illorum, de sentent. excommunic. ob eam rem primo absoluetur. & idem dicendum est, quoties satisfactio spiritualis est, vel eius conditionis, vt ab excommunicato præstari non possit, vt est collatio beneficij, receptio in canonicum, &c. tunc enim excommunicatus prius est cum sufficienti cautione absoluendus, quam realis satisfactio præstetur, ex gl. in capit. solet, in verbo, emenda, de sent. excommunic. lib. 6. Innoc. in c. pro illorum, nu. 5. Panorm. ibi, nu. 16. & Imola, n. 20. de præben. idem Panorm. in c. ex par. 1. nu. 2. de ver. signific. & Hostiensis ibi. Felin. in cap. cum contingat, nu. 3. de offic. deleg. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 11. num. 11. vec. Sed, & si excommunicatus, de sent. excom. lib. 6. Alter casus est, quando longius tempus requiritur, vt quis id faciat, pro quo excommunicatus est, vt si quis templum construere tenebatur, & non construxerit, & eam ob causam excommunicatus est, absoluetur, antequam constructum sit ædificium ob moræ periculum, cum cautione de templo quamprimum commode potest ædificando. argum. cap. quæstionis, & ibi Panorm. num. 9. & Præpos. num. 5. de appellat. Felin. in ca. cum contingat, num. 2. de offic. deleg.

14 Et quod hactenus dictum est de excommunicato ob offensam manifestam, pari ratione dicetur de eo, qui ob contumaciam manifestam excommunicatus est, vt scilicet non aliter absoluatur, quam aduersario de impẽsis prius satisfaciat, & sufficientem cautionem de stando iudicio præstiterit, capit. venerabilibus. § porro, versic. secus, de sent. excom. lib. 6. gl. in c. quoniam, in verbo, satisfactum, de immunit. Eccl. lib. 6. Hostiensis in summa lib. 5. tit. de sentent. excomm. nu. 14. §. & qualiter, ver. secundũ. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 15. art. 2. in prin. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 11. vers. verum ad absolutionem. de sent. excommun. lib. 6. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 1. ca. 19. §. 6. nume. 7. Id quod procedit non solum de expensis ob tertiam, aut secundam citationem factis, sed etiam ob primam, nam & sumptus omnes in quacunque citatione facti restitui debent, & alia, quæcunque passus est aduersarius, eo quod citatus non comparuit, aut postquam comparuerit ob eius contumaciam expenderit: ita gloss. in cap. querelam. in verbo rationabili causa, & ibi Panorm. num. 8. de procur. & in cap. quoniam contra. in verbo dilationes, & Fel. ibidem, num. 15. de probat. Panorm. in c. finem litibus. de dolo, & contumac. & idem docet Bart. in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscript. & in auth. qui semel, & facit cap. actor. de dolo. & contum. lib. 6. Est autem contumacia, cum quis iussus in iudicium venire, non venit, manifesta vero contumacia dicitur, cum ipsemet citatus fatetur in iudicio se contumacem, vel cum constat eum respondisse nolle ad iudicium, vel ad iudicem accedere, ca. venerabilibus. §. 1. ver. secus, de sent. excomm. lib. 6. Card. in Clem. vnica, de dolo, & contum. quæst. 8. Innoc. in ca. solet. in verbo manifesta, de sentent. excomm. lib. 6. quæ citati responsio probari debet per testes, vt communis DD. traditur opinio, nec sufficeret ipsius publici nuncij sola assertio, vt latius Couar. in capit. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 11. vers. est autem manifesta, de sententia excomm. lib. 6. annotauit.

16 Quod si offensa, vel contumacia dubia tantum fuerit, & non manifesta, tunc quidem licet non præmissa reali satisfactione absolui poterit, cautionem tamen idoneam & sufficientem ante absolutionem dare debet, vt habetur in c. ex par. 1. de verb. signifi. & in c. cum cõtingat. de offic. deleg. & in c. soler. de sent. excom. lib. 6. & in ca. venerabilibus. §. porro. eod. tit. & lib. ver. tunc protinus quod idem authores omnes superius allati testantur. Id quod etiam in foro pœnitentiæ locum habet; quæ cautio tunc sacerdoti facienda erit, ex Nau. in Man. ca. 27. num. 278. vers. sexto. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. c. 19. §. 7. nu. 1. sufficiens autem cautio erit pignoratitia, seu fideiussoria, arg. cap. Odoardus, de solut. c. ex parte, 1. vers. si prius, de verb. signifi. & c. qua fronte. de appellat. & glo. in cap. finali, in verbo, idoneè, de pœnis, lib. 6. & l. si mandato Titij. § finali, ff. mandat. & glos. in l. si debitori, ff. de iudic. Quod si nec pignora habeat excommunicatus, quæ det, aut fideiussorem, qui pro eo fidem præstet, se inuenire non posse iureiurando confirmet (hoc enim requiritur, vt ei in hac re fides adhibeatur) ex glo. in l. 1. & ibi Iason. num. 22. ff. qui satisdare cog. cautionem iuratoriam dare debet, ex gl. in c. fi. in verbo, idoneè. de pœn. lib. 6. & in ca. ex par. 1. & ibi Panorm. nu. 4. de verb. signifi. & idem Panor. in c. quæstione, nu. 9. de appell. Hostiensis in Summa lib. 5. tit. de sen. excom. nu. 14. §. & qualiter, ver. secundũ, in fine.

Q

in fine. Summa Astensis, parte secunda, libro 7. titulo 15. articulo secundo, quæstione 14. Nauar. in Man. capit. 26. numero 7. & capitulo 27. numero 47. & numero 278. versi. sexto. Couar. in capitulo alma mater, parte prima §. 11. numero 11. de sententia excommunic. libro sexto. Martin. Ledesm. 2.4. quæstione 46. articulo primo. & Henriquez libro 13. de excommunic. capit. 28. §. 1. Hugolin. de censur. tab. prima, capitulo 9. §. 6. numer. 3. & §.... numero primo. Quæ cautio qualiscunque fuerit, siue pignoratitia, siue iuratoria, fieri debet, ei cuius interest, si præsens sit; aut alteri, qui illi, obligationem absenti acquirat; & in articulo mortis etiam sacerdoti testibus præsentibus cautio hæc præstabitur, argumento capituli, quanquam, & ibi glossa in verbo parochiæ, & additio. ibi, de vsur. libro sexto. Si igitur pro manifesta offensa excommunicatus sit, iurabit se satisfacturum parti, quam primum commode poterit: si vero pro dubia offensa, quod satisfaciet, cum probabitur se iuste excommunicatum fuisse: si denique pro contumacia excommunicatur, iurabit se deinceps venturum, & impensas factas, si debebit, se restituturum, vt de 1. habetur in capit. Odoardus, de solutio. de secundo, in cap. solet. de sententia excommunicat. libro 6. & de tertio, in cap. ex parte, 1. de verbo. signific. versi. in 1. casu, & in cap. venerabilibus, §. porro, de sententia excommun. libro sexto.

17 Tertium est, quod postquam is, qui iurauit, & satisfecit, sicut debuit, per eum, qui potest, absoluatur, nimirum, aut per eum, qui tulit sententiam, vel per superiorem eius, vel alium, cui sit ab excommunicatore, vel superiore facta facultas, cap. pastoralis. §. præterea, de offic. ordinarij. In qua absolutione ab excommunicatione quando quis publicè excommunicatus publicè absoluitur, cæremoniæ quædam in foro exteriori adhibendæ sunt, quamuis sine ipsis absolutio valida sit.

Primo, igitur absoluendus flexis genibus prostratus ad pedes absoluentis stare debet.

Secundo, absoluens indutus superpelliceo, & stola vnum ex Septem Psalmis pœnitentialibus recitare debet, capitulo a nobis, 2. de sentent. excommun. nec refert quisnam illorum Septem sit ex S. Anton. 3. par. tit. 24. ca. 77. Tabiena, verbo, Absolutio, 3. versi. quartum, Henriquez lib. 13. de excom. c. 28. §. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 31.

Tertio, dum absoluitur excommunicatus, scapulæ excommunicati nudatæ flagello semel in quolibet versu percutiuntur, vel magis, vel minus, lenius, vel acrius, secundum quod causa contumaciæ maior, vel minor requirit. Hostiensis in Summa. lib. 5. titulo de sent. excom. num. 14. §. & qualiter, versic. tertium est de forma. Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 14. art. 3. quæst. 1. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. Tabiena, vbi supra Nauar. in Man. cap. 26. num. 7. & cap. 1. in princip. num. 54. de pœnit. distin. 6. Henriquez, & Hugolin. vbi supra. Quæ cęremonia non tam iure, quam consuetudine recepta est, & ideo non sine causa omittenda, cum hac ratione homines magis perterrefiunt, & magis erubescunt, & maiorem etiam ipsemet excommunicatus pœnæ remissionem patienter sumendo meretur. Quæ tamen verberatio, & scapularum nudatio debent omitti pro ratione personarum, semper quidem in mulieribus. & etiam aliquando etsi in viris fiat verberatio, non tamen denudatio, ex Nauar. in capitulo 1. numero 54. post psalmum autem dicitur *Gloria patri, &c. & Sicut erat &c.*

Quarto dicitur *Kyrie eleison; Christe eleison; Kyrie eleison, & Pater noster*, & cum his quatuor versiculis, & suis Responsorijs, scilicet, *Vers. Saluum fac seruum tuum, vel ancillam tuam, vel seruos, vel ancillas*, si plures sint. Respon. *Deus meus sperantem, vel sperantes in te. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea, vel in eis.* Resp. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei, vel eis. Vers. esto ei, vel eis Domine turris fortitudinis.* Respon. *A facie inimici. vers. Domine exaudi orationem meã.* Respon. *Et clamor meus ad te veniat.* Deinde dicitur, *Dominus vobiscum*, & Respondetur, *Et cum spiritu tuo*; Postea subiungitur hæc oratio: *Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum, quem, vel hos famulos tuos, quos excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat.* Qua recitata hæc verba, vel æquipollentia dicat; *Auctoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Ecclesiæ Sanctæ suæ, & nostra, vel mihi commissa, ego te absoluo ab omni vinculo maioris excommunicationis, quam ob hanc, vel illam causam incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.*

Quinto, Absolutum absoluens de dextra eius apprehensa in ecclesiam inducat, reddendo ei communionem Christianam, sic enim explicatur absolutionis effectus: reddit enim absolutio ea, quæ abstulit excommunicatio, & remouet impedimentum, quod intulit ligatio. Quas omnes cęremonias latius tradunt, & explicant Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de senten. excommun. num. 14. §. & qualiter, versic. tertium. Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 14. art.... S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. Angelica, verbo, absolutio, 3. Tabiena, verbo, absolutio, 3. Caiet. verbo, absolutio ab excommunicatione. Martin. Ledesm. 2.4. q. 26. art. 1. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. num. 11. de sent. excom. lib. 6. Nauar. in Man. cap. 26. num. 9. & in c. 1. in princip. num. 54. de pœnit. d. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 28. §. 4. Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. cap. 31. quæ cęremoniæ omnes ex c. a nobis, 2. & DD. ibi, de sent. excom. colliguntur: & adhibendæ sunt tam in priuatis, quam in publicis absolutionibus, vt monet Hugolinus vbi supra, excepta verberatione, hæc enim in locis publicis, quando fit confessio peccatorum, adhiberi non debet, ne exinde confessionis reuelatio fiat. Preces autem semper adhibentur siue priuatim, siue publice fiat absolutio, Immo vero, non solum cęremoniæ hæ in absolutione excommunicatorum, qui viuunt, adhiberi debent, sed etiam eorum, qui mortui sunt, ex d. c. a nobis, 2. & DD. verberabitur enim tunc cadauer mortuum, si non sit sepultum, nam eo iam humato verberabitur sepultura. ex Siluest. ver. absolutio, 3. nu. 15. dubio 11. & Nauar. in c. 1. nu. 55. de pęnit. dist. 6. Huiusmodi autem solennis absolutio a loci sacerdote fieri potest, ex Hostiensi & alijs vbi supra, arg. cap. quia sacerdotes, & c. bane consuetudinem. 10. q. 1. cum *solius sacerdotis sit*. vt ibi dicitur, *solemnes preces pro populo offerre*.

18 Quando autem episcopus solenniter aliquem absoluit, alias cęremonias adhibet, quæ ponuntur in capitulo, cum aliquis, 11. quæst. 3. debet enim Episcopus, qui ipsum excommunicauit, vel in persona propria, vel per alium Episcopum ante ianuas Ecclesiæ venire, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent; & si ille excommunicatus ad terram prostratus veniam postulet, & de futuris cautelam spondeat, tunc Episcopus apprehensa manu eius dextra, in Ecclesiam illum introducat & communioni Christianæ reddat, vt supra, dicendo septem Pęnitentiales Psalmos, cum precibus supradictis; quæ omnia satis colliguntur ex cap. cum desideres, §. fi. & cap. a nobis, 2. de sent. excommun. & c. cum aliquis, 11. q. 3. Qua forma qui non sunt episcopi, vti non possunt, talemque formam nec episcopus ipse adhibere debet, nisi quando solenniter absoluit.

19 Omittuntur autem in aliquibus casibus hæ cęremoniæ solenoes in absolutione excommunicationis maioris: Primo, quando quis absoluit ad tempus, vt testimonium ferat: tribuitur enim hæc absolutio ei, qui adhuc contumax est, cum tamen absolutio hęc solennis contumaci dari non possit, argum. capitulo a nobis, secundo in fine, & cap. sacris, de sentent. excom. Secundo: quando absolutio datur ab eo, qui licet iurisdictionem in foro exteriori habeat, non tamen est Sacerdos.

Ter-

Tertio, quando temporis angustia non patitur, quia scilicet breui moriturus est excommunicatus: tunc enim satis erit dicere: *Absoluo te a vinculo excommunicationis maioris*, vt authores præfati testantur. Quarto, quando iniustè lata fuit excommunicatio, talis enim statim absoluendus est, arg. c. venerabilibus. §. si certum est. de sententia excom municationis, libro 6. Ex quo enim iniustè excommunicatus est, vera in contumaciæ ei precari non possumus. Quinto, quando excommunicatio lata est non seruata forma, arg. cap. sacro, de sententia excommunicationis in antiq. capit. cum medicinalis, eod. tit. lib. 6. Sexto, quando absolutio petitur ad cautelam, ex Nauar. in Manuali, cap. 26. numero 9. Septimo, Quoties sine causa omittuntur, valet tamen absolutio, cum hæ de rei essentia non sint, vt latius tradunt Hostiensis, & Astensis vbi supra, S. Antoninus, tertia parte, tit. 24. cap. 77. §. 1. vers. terminii, Siluest. verbo, absolutio, 3. Angelica, verbo absolutio. 3. numero 2. Tabiena, verbo, absolutio, 4. num. 8. Caiet. verbo, absolutio ab excommunicatione, ver. quoad tertium. Nauar. in Man. c. 26. num. 9 & in c. 1. in prin. num. 56. de pœnit. dist. 6. Couar. in capit. alma mater. par. 1. §. 11. num. 7. de sent. excom. lib. 6. de communi hæc est omnium DD. sententia.

20 Post absolutionem huiusmodi factam ab excommunicatione denunciari ibi debet absolutus, vbi prius excommunicatus denunciatus erat. Sicut enim illa denunciatio facta fuit, vt ab omnibus euitaretur; ita, & hæc facienda est, vt ab omnibus recipiatur, quandoquidem alias semel excommunicatus, pro tali semper habendus est, quousque absolutus probetur, arg. clem. religiosi. de priuil. & latius tradit Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 2. num. 6. de sent. excom. libro 6. excommunicatio enim solo temporis interuallo non tollitur. Non est tamen facienda huiusmodi absolutionis denunciatio, quando quis pluribus excommunicationibus irretitus fuerit, & ab vna solum absolutus sit; tunc enim adhuc ob alias vitari debet, arg. c. officij. de sent. excom. neque etiam cum in solo pœnitentiæ foro absoluitur: imò neque cum extra pœnitentiæ forum absoluitur, si neque denunciatus, neque notorius clerici percussor fuerit, cum per extrau. Ad euitanda scandala, Martini V. aliàs vitandus non fuerat. Solum ergo denunciatio facienda est, quando publicè excommunicatus fuit, & cum in foro exteriori ab omni excommunicatione tali absolutus sit.

21 Probari autem potest absolutio, Primo, vel litteris, & instrumento authentico absolutionis. cap. sicut nobis. & ibi Panorm. Felin. & DD. de sent. excommunic. quas litteras absolutus apud se custodiat, vt per eas se absolutum probare possit, vnde & absoluens ei absolutionis litteras dare debet, vt docent glo. in cap. cum in iure, in verbo, super mandato, & ibi Panorm. in fine, de offic. deleg. & gl. in cap. proposuit, in verbo, de absolutione, & ibi Panor. de cler. excom. minist. Hugol. tab. 1. cap. 24. Vel secundo per testes, vt c. sicut nobis. & ibi Panorm. & Felin. de senten. excomun. Nauar. in Man. cap. 27. num. 278. vers. septimo, qui duo saltem esse debent, *in ore enim duorum, aut trium testium stat omne verbum*. Matth. 18 & gl. in d. cap. sicut nobis. in verbo, alio modo, *vox enim vnius, nullius esse dicitur*, arg. cap. veniens. in fine, & cap. cum a nobis. de testib. Hinc Nauarrus vbi supra, monet, quod vbi committitur Confessario specialis alicuius absolutio ad cautelam in vtroque foro, quod coram notario, & testib. vel testibus saltem, absoluere debet, vt absolutionem probare possit: quod tamen intelligi non debet, quando excommunicatus in foro solum pœnitentiæ absoluitur, tunc enim per ipsum sacerdotem solum, qui absoluit, probatur, & soli sacerdoti sine alio teste credendum erit. Vel tertio satis sufficienter probari videtur absolutio ab excommunicatione per denunciationem auctoritate superioris factam. Vel quarto, si causa cognita ad osculum, & communionem a superiore fuerit admissus, ex Innoc. in capitulo cum olim, & ibi Panorm. numero 7. de priuil. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 25. art. 5. quæst. 11.

22 Quartum est, vt postmodum absoluens faciat illi mandata iusta, & rationabilia, ex Hostiensi in Summa, lib. 5. tit. de sententia excommunicationis, num. 14. §. & qualiter. vers. quartum. Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 15. art. 4. S. Antonin. tertia parte, tit. 24. c. 77. §. 1. vers. quartum. Angelica, verbo, absolutio, 3. num. 1. Siluest. verbo, absolutio, 3. numero 3. §. quartum. Tabiena, verbo, absolutio, 3. vers. quinta est, Nauar. in cap. primo, in princ. numero 54. de pœnit. distin. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capitulo 19. §. 5. numero 2. posset enim ab iniustis, iniquis, & irrationabilibus appellare, argum. capitulo vt debitus, & appellat. & cap. fin. de pact. quod verum est in foro exteriori, vt Nauar. vbi supra, notauit, in foro enim interiori satis esse putat non acceptare illa, quia in eo foro non appellatur, quippe quod secretum est, cap. si sacerdos, de offic. ordinar.

23 Quod vt melius faciat, considerare debet, an a iudice, vel a canone ligatus sit: & quidem si a iudice ligatus sit, & offensam notoriam esse constiterit, non nisi præmissa satisfactione absolui debet, secundum ea, quæ superius dicta sunt: si verò dubia sit, absoluendus est talis non obstante cuiusquam contradictione, & post absolutionem merita causæ a partibus audienda sunt; & si apparuerit iustè excommunicatum fuisse, absolutus ad excommunicationem reijcietur, vt eius sententiæ, seu mandatis pareat: Quod si facere renuerit in eandem sententiam reducetur, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruandam; sin autem sententia iniusta apparuerit, nullum mandatum absoluto fiet. Quod si a canone excommunicatus fuerit, tunc mandatum iustum, & rationabile erit, si ei principaliter iniungatur, ne vnquam contra Canonem illum veniat, nisi forte in casibus a iure concessis, vnde incendiario iniungendum est; ne vnquam de cetero ignem apponat, 23. q. 8. c. pessimam. Quod intelligi debet, nisi forte ratione iusti belli. Non enim alicui iuris beneficium auferendum est: Et percussori Clerici iniungendum est, ne de cætero, monacho, vel alicuius religionis conuerso, aut Clerico manus iniiciat violentas, nisi se defendendo, aut de mandato prælatorum suorum; vel nisi super eum prælationis ministerium, aut magisterium habeat, aut cum ipso in eadem Ecclesia socius esse noscatur, vt habetur in c. ex tenore, de sentent. excommun. Richar. 5. dist. 18. artic. decimo, q. 2. ad secundum. Excipiendi sunt etiam omnes casus, in quibus iniiciens manus violentas in Clericum non incurrit excommunicationem. Ratio autem quare hic iuramentum, & mandatum non indicitur illis, qui in eadem Ecclesia socij esse noscuntur, id est, illis qui communiter viuunt, & sub vno tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, etiamsi sæculares sint, est propter periurij periculum, ex Richar. vbi supra, & glo. in d. c. ex tenore, in verbo socius: quia præsumitur, quod facilius veniunt ad verba, & sic ad factum, propter assiduam conuersationem: vnde Sum. Astensis par. 2. lib. 7. tit. 15. art. 4. q. 1. post Raym. docet, vt sub iuramento nihil alicui mandetur, vbi præsumitur, quod ipsum non sit seruaturus. Similiter ab hæretico reuertente requiritur iuramentum, quod de cetero non habeat, cap. quoties, 1. quæst. 7. & glo. in c. cum aliquis, in verbo cautelam, 11. q. 3.

24 Sed & quando Episcopus, aut alius absoluit detinentione manuum impedimentum habentem temporale, propter quod ad sedem Apostolicam accedere non posset, puta eum, qui est in articulo mortis, infirmum, pauperem, capitales inimicitias habentem, (excepto mandato hoc, vt sedi Apostolicæ quam primum commodè poterit cessante impedimento se præsentet, mandatum eius suscepturus, c. eos qui, de sentent. excom. lib. 6.) nihil præterea mandabit, quandoquidem alia mandata dare ad Papam pertinet. Quod idem dicendum est, quandocunque quis ab aliquo absoluitur, qui alias ab alio absoluen-

dus fuerat, vt cum quis à delegato absolutus est, cum esset ab ordinario excommunicatus, & ab eo absoluendus: sic absolutus ad eum mitti debet, mandata eius suscepturus, a quo aliàs absoluendus erat; excepto tamen casu, quo libera absoluendi facultas alicui conceditur, tunc enim nec ad excommunicatorem, nec ad eum, a quo aliàs absoluendus erat remittitur, sed ipsemet absoluens mandata iusta, & rationabilia dare debet, prout vbi per Bullas Pontificias absoluendi facultas tribuitur, obseruari constat.

25 Quod si qui mandatum suscepit, ipsum postea non adimpleat, in eandem sententiam reincidit, vt capit. eos, qui, de sententia excommunicationis libro 6. habetur, secundum ea, quæ in superioribus, in cap. decimosexto, latius explicata sunt, & vbi diximus absolutum ab eo, qui aliàs absoluendi potestatem non habuerat, ꝑpter imminens mortis periculum, vel aliud legitimum impedimentum, si huiusmodi cessante impedimento, se illi a quo absoluendus erat, quam citò commode poterit non præsentauerit, mandatum eius super his, pro quibus erat excommunicatus humiliter recepturus, & secundum iustitiæ exigentiam satisfacturus in eandem sententiam ipso iure reincidere. Quod intelligi debet de eo, qui absoluitur ab eo, qui aliàs absoluere eum non poterat, nā si quis simpliciter ab habente iurisdictionem ordinariam absoluatur ab excommunicatione præstita cautione de satisfaciendo, etiamsi non satisfecerit, nequaquam in priorem excommunicationem incidit, sed oportet quod iterum excommunicetur, tex. celebris in ca. ad reprimendam. de offic. ordin. & Panorm. & Fel. ibi, Decius in capitu. 1. de iudic. Hostiensis in summa, lib. quinto, tit. de sententia excōmunicationis, numero decimoquarto, §. & qualiter. versiculo quartum est, Summa Astensis, parte secunda libro 7. tit. 15. artic. 4. quæst. 2. Couar. in capitulo alma mater, parte 1. §. 11. numero sexto, de sententia excommunicationis, libro 6. & Bern. & Raym. ab iisdem citati. Marian. Socin. in cap. sacro. num. 17. de sententia excommu. Hugolin. de censu. Eccles. tab. 1. capit. 19. §. 9. numero 2. Libertas enim semel licite iniuste obtenta, non retractatur, C. Si aduer. libet. l. 1. & obligatio semel extincta non reuiuiscit, ff. de solutio. l. qui res. §. aream. ad idem 23. qu. 4. c. si illic.

26 Quando autem absoluitur a delegato, diligenter considerari debet auctoritas eius, si enim ordinarius absolute delegauit alteri facultatem absoluendi, non addens vllam conditionem, quamuis dicat, vt seruet iura; aut dum Papa committit ordinatio iuxta Conc. Trident. sess. 22. cap. 5. de reformat. vt absoluat, a e dispenset cum aliquo iuxta formam iuris, valet absolutio non præmissa iuris satisfactione, nec præuio iuramento de parendo mandatis Ecclesiæ. Sin autem exprimat, ne delegatus absoluat, nisi præmissa reali, & integra satisfactione, (nempe dum reus potest) absolutio secus data nulla erit, vt communiter tradunt authores, Panorm. in c. Pisanis. num. 3. de restit. spoliat. Felin. in capit. ex parte, num. 8. de constit. Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 3. conclu. 2. quem referunt & sequūtur Nau. in Manua. cap. 27. numero 37. & 48. Hugol. de cens. eccl. tab. 1. cap. 19. §. 6. numero 5. Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 28. §. 3. & facit d. cap. Pisanis, vbi data potestate relaxandi sententiam excommunicationis, restituta tamen prius possessione quadam plene ac liberè, quoniam conditio illa adimpleta omnino non fuit, absolutio non valuit. Quare, vt docet Nauar. d. numer. 37. si absolutio extra mortis articulum ab eo fiat, qui per Bullas, aut alia priuilegia post satisfactionem factam absoluendi potestatem tantum habet, absolutio aliter tributa non valebit, id quod Sotus vbi supra, Nauar. in d. capit. 27. numero 48. in fine, & Hugolin. verum esse volunt, etiamsi excommunicatus satisfacere non possit, inopia enim non sufficit, quo delegatus sic datus absoluat; quamuis Barthol. Medina, lib. 2. instruct. confes. capit. 12. contrariam opinionem piam, probabilem, & tuto practicari posse putet, quia Bulla intelligi debet, vt satisfiat parti, quando id fieri possit.

De causa efficiente absolutionis excommunicationis maioris, seu quis ab ea absoluere possit. Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Excommunicatio, alia iuris, alia hominis, & quid vtraque sit, explicatur.*

2 *Ab omni excommunicatione iure pontificio lata, quæ nemini reseruatur, & etiam ab excommunicatione hominis generaliter lata, quilibet proprius prælatus iurisdictionem fori exterioris habens absoluere potest.*

3 *Prælatus proprius a quacunque excommunicatione per statutum lata non reseruata absoluere potest, etiamsi non sit ordinarius, aut superior eius, qui statutum tulit.*

4 *Excommunicationem iuris reseruatam incurrentes, & aliquo studij, aut negocij causa proficiscentes a quibus absolui possint.*

5 *Excommunicatio generaliter ab homine lata, canoni, & statuto æquipollet.*

6 *Legislator superior, eiusque successor ab excommunicatione iuris absoluere potest.*

7 *Episcopo mortuo, & vacante sede Cathedrali, Capitulum ab excommunicatione iuris, a qua poterat Episcopus, absoluere valet,*

8 *Papa defuncto an Collegium Cardinalium in ijs, quæ iurisdictionis sunt, immiscere se debeat, aut possit.*

9 *Legatus sedis Apostolicæ ab excommunicatione iuris sibi subiectos absoluere potest.*

10 *Legatus sedis Apostolicæ an ab excommunicatione Papæ reseruata absoluere ualeat, & a qua.*

11 *Delegatus excommunicatos a iure, cuius legislatoris delegatus est, potest absoluere.*

12 *Sacerdos parochialis an ab excommunicatione iuris nulli reseruata possit absoluere.*

13 *Doctorum sententiæ diuersæ de facultate parochorum in absoluendo ab excommunicatione iuris, conciliantur.*

14 *Parochi ex consuetudine recepta, quæ vim legis obtinet, ab excommunicatione iuris, quæ nulli reseruatur, absoluere nequeunt.*

1 
Vm excōmunicatio † duplex sit alia iuris, alia hominis, de vtraque in sequentibus breuiter ostendendum est, quis ab ea possit absoluere. Excommunicatio autem iuris, non solum vocatur illa, quæ lata est per aliquod statutum perpetuum, per modum legis, siue hoc fiat a Papa, siue ab Episcopo in suis Constitut. Synodal. Omnis autem alia excommunicatio dicitur excommunicatio ab homine; vt si quis pro furto, vel pro alio delicto, & causa excommunicetur. Primo igitur, vt rem totam suo ordine explicemus, de absolutione à sententia iuris: Secundo, de sententia hominis: Tertio in generali, & in communi nonnulla de vtrisque dicemus. Quoad primum.

Prima

2 Prima propositio sit; Ab omni excommunicatione iure Pontificio, aut Synodico lata, quæ memini reseruatur, & etiam ab excommunicatione hominis generaliter lata absoluere potest in foro exteriori Episcopus proprius, & omnis prælatus proprius, habens iurisdictionem fori exterioris, vt colligitur ex cap. nuper, §. in secundo vero casu, & ibi glossa. in verbo non renuuit, & ibi Panorm. numero quinto, & Felin. numero 3. de sententia excommunic. S. Thom. in additio. tertiæ part. quæstione 24. articul. primo. S. Bonauent. in 4. distinct. 18. in vlt. part. distinct. quæstione 6. numero 84. Richard. 4. distinct. 18. artic. 9. quæstione prima. Durand. 4. distinct. 18. quæstione 4. numer. 7. Palud. 4. dist. 18. quæstio. 5. articul. 1. fauet Thom. de Argent. 4. distinct. 19. articulo 4. Gabr. 4. distinct. 18. quæstio. 3. articul. 3. dub. sexto. Martin. Ledesm. secunda quarta quæst. 26. artic. 1. Sotus 4. distinct. 22. quæstiono secunda, articul. 3. conclus. 3. Henriquez libro 13. capit. 27. §. tertio. Ex Canonistis Hostiensis in summa libro 5. tit. de sentent. excommun. num. 14. §. quis possit absoluere. Summa Astensis, part. 2. libr. 7. titul. 13. art. 1. S. Anton. 3. par. titul. 24. cap. 77. & Angelica, verbo absolutio. 3. num. 2. Pisanella, in verbo, absolutio. 1. Tabiena, verbo, absolutio, 2. num. 4. Syluest. verbo, absolutio, 1. nu. 4. Nau. in Man. capit. 27. num. 39. versic. quarto, Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 12. numero 4. de senten. excommunica. libro 6. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. prima, capitulo 10. §. 1. Rationem huius reddit Innocentius Papa III. in d. capitulo nuper, quia cum legislator eius absolutionem sibi specialiter non retinuerit, videtur tacite absolutionem suis similibus, & consequenter proprijs Episcopis, & proprijs prælatis concedere; Quod procedit in quacunque excommunicatione a iure lata; siue feratur à Papa, siue a Legato a latere, Nuncio, Patriarcha, Archiepiscopo, Episcopo in sua diœcesi, siue a Concilio Generali, Prouinciali, aut Synodo Diœcesana, cum fauores extendendi sint, & pœnæ restringendæ.

3 Et multo magis absoluere poterit ab excommunicatione lata per statutum, & constitutionem inferioris, cum canon inferioris maiorem vim habere nequeat quam canon Papę: & hoc etiamsi Episcopus proprius, seu prælatus proprius non sit ordinarius, aut superior eius qui statutum tulit; imò etiam, si statutum illud a Papa confirmatum esset, ex Couar. & Hugol. vbi supra, post Syluest. in verbo, absolutio, 2. nume. quarto: Si enim a canone ab ipsomet Summo Pontifice lato absoluere possit, vt in d. c. nuper. apparet, multo magis a sententia alterius canonis, quem idem confirmauit, absoluere poterit; quandoquidem Papæ confirmatio iurisdictionem ordinariam Episcoporum non tollit, arg. c. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Poterunt igitur Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, & quicunque alius proprius prælatus sibi subiectos in suis diœcesibus habitantes ab excommunicatione iuris non reseruata absoluere: quod intelligitur, siue sit subditus ratione domicilij, vel ratione delicti, nisi sit exemptus, nemo enim non subditum absoluere potest. Vnde extraneum etiam, qui alibi in excommunicationem iuris non reseruatam incidit, vbi per domicilij translationem ipsius subditus factus sit, Episcopus, seu quicunque alius prælatus proprius absoluere potest. Panorm. in cap. proposuisti, num. 12. de foro compet. Angelica, verbo absolutio, 1. nume. 7. Imò etiam sic excommunicatos, qui non proprio, sed alieno domicilio subditi sunt absoluet: vt sunt serui, filijfamilias, ac liberti, qui in patris, ac dominorum potestate sunt: hi enim parentum, & dominorum, ac patronorum domicilium sequuntur, argum. l. assumptio originis. §. fi. & l. filii libertorum, ff. ad municip. dummodo tamen in alterius diœcesim filiusfamilias, ac libertus domicilium non transtulerint. Et pari ratione vxorem sui subditi absoluet, vxor enim viri forum, ac domicilium sequitur, argument. leg. finalis. C. de incol. libro 10. & hoc etiamsi domum traducta non sit, ex gloss. in l. ea quæ desponsata, ff. ad municip. Sic etiam ab eadē excommunicatione iuris non reseruata vagabundos, qui nusquam domicilium habent, Episcopus loci, vbi sunt, absoluere potest. Nam & hi de delictis puniuntur, vbi inueniuntur; sicut etiam a peccatis a Sacerdotibus absoluuntur, apud quos reperiuntur, vt docent Caieta. in Summa, verbo absolutio pęnitentialis, verbo. libertas. Armilla eodem numero 17. Hugolin. vbi supra, §. 1. numero 7. Quod idem de exulibus dicendum est, nisi alicubi domicilium constitutum haberent, aut alicubi relegati essent; nam tunc ab Episcopo loci absoluentur, quandoquidem, & domiciliū ibi habere dicuntur, quamuis necessarium. Eodemque modo subditos ratione delicti Episcopus loci absoluit.

4 Ceterum difficultas esse potest de illis, qui incidunt in excommunicationem iuris non reseruatam, & aliquorsum proficiscentes studij, aut alterius negotii gratia, diu ibi commorantur, absque eo quod domicilium transferant: an Episcopus loci eos absoluere valeat, & supposito hoc vno, quod nec per centum annorum commotationē eo in loco domicilium trāstulisse censeantur, Panorm. in c. excommunicatis, num. 7. de offi. lega. ait. hunc ab Episcopo loci absolui non posse, quod etiam docet ibi Imola num. 14. In hoc tamen casu mihi placet doctrina Hugolini de censur. Eccles. tab. 1. capitul. 10. §. 1. num. 6. vbi tria docet: Primum est, quod si sic excommunicatus aliquo proficiscitur, statim inde reuersurus, ab Episcopo loci non potest absolui, & sic intelligitur d. c. excommunicatis, loquitur enim de eo, qui in prouinciam aliam proficiscebatur ad legatum, vt absolueretur ab excommunicatione ob Clerici percussionem, & Gregorius IX. ait, talem Legatum extra prouinciam sibi commissam absoluere nō posse. Secūdum est, si Episcopus vetuit, ne absolueretur, tunc certum est absolui ibi non posse. Vnde in his duobus casibus vera erit Panor. & Imolæ sententia. Tertium est, si ibi diu commoreretur, siue cum licentia Episcopi proprii profectus sit, siue non, ab Episcopo loci absolui potest. sic Richar. 4. dist. 18. art. 9. q. 5. Summa Astēsis, part. 2. libro 7. tit. 14. q. 5. verisimile est enim Episcopum proprium in hoc casu interrogatum id concessurum fuisse, arg. c. ex litteris. de cōstit. & ita praxi, & vsu obseruatum esse docet; quam etiam sententiam amplexus est Henriquez lib. 13. de excommu, cap. 27. §. 6.

5 Et hæc, quæ in hac propositione dicimus, non solum in excommunicatione iuris, sed etiam in excommunicatione lata per homines, & iudicis sententiam procedit, quæ generalis est; cum enim generalis sit, ęquipollet canoni, & statuto, vt notat Couar. in cap. alma mater, parte prima, §. 12. numero 4. vers. secundo. de sententia excommunicat. libro 6. citans ad hoc cap. a nobis, 1. de sentent. excommunic. & Panorm. in cap. graue. numer. 13. de prębend. & Imol. ibidem colum. 4. Henriquez libro 13. capit. 35. §. x. & hoc etiamsi sit sententia per Papam lata; sicut ergo a statuto Papę, ita etiam a generali sententia Papę non reseruata proprius pręlatus absoluere poterit, quid nonnulli, quos ibi recenset Couarr. contrarium dicant, vt Richard. 4. distinct. 18. artic. 5. quęstione quinta. Summa Astensis, parte secunda, libro 7. tit. 34. quęstione quinta. Caietan. verbo, absolutio ab excommunn. Summa Confess. lib. 2. tit. 33. quęst. 86. & fauet gloss. in capit. ex frequentibus, in verbo, confirmantes, de instit. qui tamen textus id non probat, ille enim solum loquitur, quando accedit confirmatio Papę ad sententiam specialem hominis, tunc enim probabile est Episcopum absoluere non posse, nec alium, prępterquam is, qui sententiam tulit.

6 Propositio secunda. Legislator, qui legem, aut statutū tulit, & superior, & successor eius ab excommunicatione iuris absoluere potest; Id, quod cōis DD. docet opinio, & hoc siue extraneus statutum offendens in excōicationem

incidat,par enim ligandi, & soluendi potestas est, argu. cap. verbum, de pœnit. dist. ... siue quis ex territorio offendens, & excommunicationem incurrens domicilium trasferat, antequam absoluatur, arg. cap. proposuisti, de foro compet.

Propositio tertia: Episcopo mortuo, & vacante Sede Cathedrali, Capitulum ab ea excommunicatione iuris absoluere potest, a qua poterat Episcopus, argum. c. vnic. & ibi glo. de maior. & obed. lib. 6. Angelica, verbo, absolutio, 2. §. 6. Syluest. verbo, absolutio, 1. num. 4. Tabiena, verbo, absolutio, 2. num. 17. §. quæritur duodecimo. Henriquez, libro decimotertio, de excommunic. cap. 28. §. 3. Hugolin. de censuris eccles. tab. 1. cap. 10. §. 2. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 39. Quę enim sunt iurisdictionis, & quæ ad Episcopum iure communi pertinent, ad Capitulum iure communi mortuo Episcopo transferuntur, ex Innocent. in cap. ad abolendam, de hæret. & in cap. his, quæ. de maior. & obed. in antiq. & facit ca. si Episcopus, & ibi glo. in verbo, sed Capitulum, de supplen. negligen. prælat. lib. 6. vnde, sicut Episcopus non solum ab excommunicatione per statutum diœcesanum lata, sed etiam si lata esset per statutum alterius Episcopi, aut Papæ, aut alicuius alterius sui inferioris, vt habetur in cap. cum ab Ecclesiarum. de offic. ordin. absoluere posset, ita etiam ab eadem Capitulum absoluet, quod non solum procedit de Capitulo ecclesiæ Cathedralis, sed etiam inferiorum ecclesiarum, poterit enim absoluere ab omni ea excommunicatione, a qua suos antistes, & prælatus absoluere poterat, argum. d. c. his quæ, & expresse tradunt Gemin. in c. vnico, & ibi Franc. de maior. & obed. lib. 6. & Hugol. vbi supra. Quæ omnia intelliguntur, quando excommunicationis absolutio nulli reseruata sit, tunc enim absoluere potest Capitulum ab ea, secus, vbi reseruata fuit, tūc enim sicut nec Episcopus absoluere potuit, ita nec capitulum absoluere poterit, argum. l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. sicut nec absoluet, vbi id Papa aut expresse, argu. cap. graue nimis, de præben. aut tacite, (quia scilicet visitatorem dedit) capitulo prohibuisset, argum. cap. is, cui, de elect. libr. 6. sicut nec absoluet, vbi ab Archiepiscopo propter negligentiam, aut malitiam capituli administrator semel datus esset, argum. cap. fi. de suppl. neglig. præla. lib. 6. & gloss. in cap. vnic. in verbo is, ad quem, de maior. & obed. libr. 6. & nuper tradidit Conc. Trident. sess. 24. cap. 16. de reform. Immo verò ex noua dicti Concilij Tridentini constitutione, vbi supra, Vicarius dari debet a capitulo Sede vacante, qui ab excommunicationibus iuris absoluat, & alia, quæ iurisdictionis sunt, exerceat; cuius Vicarij potestas non impedietur, aut suspensa erit, etiā si capituli iurisdictio aliqua de causa impedita fortassis fuerit, quandoquidem Vicarius auctoritatem suam non a capitulo, sed a Concilio accipit. Papa verò defuncto, collegium Cardinalium sine magna, & vrgenti causa in ijs, quæ iurisdictionis sunt se nec miscere debet, nec potest, vt pluribus tradit Hieronym. Albanus Cardinalis, libr. de Card. quæstion. 40. argum. clem. ne Romani, §. irritum, de elect. vnde sicut Sede vacante, non nisi ob maximam causam excommunicare, argumen. capitul. si quis pecunia, distinct. 79. ita nec absoluere ab excommunicatione potest.

9 Propositio quarta: Legati Sedis Apostolicæ ab excommunicatione iuris subiectos sibi absoluere possunt, quod procedit, siue sint Legati a latere, vt sunt ij Cardinales, qui a latere Papæ assistunt, & ad Respublicas regendas mittuntur; siue sint Legati missi tanquam Prouinciarum Præsides; siue sint Legati nati, vt sunt ij, qui statim ac dignitatem adepti sunt, vt Archiepiscopatum, vna legationem consequuntur, vt Cantuariensis, & Eboracensis in Anglia, cap. primo, & ibi Panormit. de offic. lega. glos. in cap. dilectus, in verbo, in concessione, in fine, libro eod. & glo. in capit. primo, in verbo, ecclesiarum, de offic. leg. libro 6. Rhemensis in Francia, & in Italia Archiepiscopus Pisanus, ex addit. ad Panormit. in capit. 1. de offi. leg. littera, A. Habent enim isti Episcopalem iurisdictionem, & cum quouis Antistite suæ Prouinciæ concurrunt, vt de Legato a latere expresse docet Panorm. in cap. 1. num. 7. & in cap. quod translationem. num. 9. de offi. legat. & ibi Innocent. & Gundissal. a Villadiego in tracta. de leg. q. 13. & de alijs Legatis id colligi potest ex capit. excommunicatis, de offic. legat. vbi habetur, Legatos istos absoluere posse suos subditos ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa, & proinde multo magis ab alijs absoluere possunt, quarum absolutio nulli reseruata est.

10 Illud verò obseruandum est, quòd nullus horum Legatorum absoluere potest ab excommunicatione, cuius absolutio Papæ reseruata est, nisi in absolutione excommunicationis ob clerici percussionem: cum enim regula generalis sit, vt nullus absoluat ab excommunicatione, quā legislator sibi reseruauit, argum. cap. nuper, §. in secundo verò casu. de sent. excommun. & solum exceptio sit de Legato a latere, quod absoluat ab excommunicatione ob clerici percussionem, cap. tua, de sentent. excomm. & c. quod translationem. & c. excommunicans. & ibi Panorm. nu. 4. id, quod etiam de alijs Legatis habetur in d. c. excommunicatis. de offic. leg. ab alijs excommunicationibus Papæ reseruatis non absoluent: concessio enim in vno casu facta, ad alium non extenditur, etiam si maior ratio sit, arg. c. in argumentum, de reg. iur. libro 6. vnde nec absoluent incendiarios publicatos, ex Panormit. in d. c. tua. S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 15. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 7. Et idem dicendum est de excommunicatione iuris reseruata per statuta aliorum inferiorum; etsi enim omnibus ordinarijs superior sit Legatus a latere, quia tamen eorum iurisdictionem impedire non potest, nec excommunicatos inferiorum, vbi absolutionem sibi reseruasunt, absoluere valet.

11 Propositio quinta: Delegatus excommunicatos a iure absoluere potest, si ab eius iuris latore delegatus sit, arg. c. nuper, §. in secundo, de sent. excom. Si enim Episcopi, & Legati excommunicatos a iure absoluere valent, eo quod cum legislator eius absolutionem sibi non reseruauerit, tacite alijs absoluendi facultatem concessisse censetur, multo magis id procedit, vbi delegatus sit ipsius Legislatoris. Quod idem de delegato a superiore, aut superiore ipsius legislatoris dicendum est. Eodem modo delegatus ab ijs, quibus ex officio excommunicatus a iure absoluere competit, absoluere potest. Illi autem dicuntur ex officio absoluere posse, qui id officii gerunt, quod qui habent absoluere possunt. Vnde Episcopus, & qui a principe nempe a Pontifice iurisdictionem habet delegatam, vt Legatus, cum statim, ac ea officia consecuti sint, absoluendi facultatem habeant, aut qui a Principe habet priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officii, vt sunt quidam Abbates sęculares, eam alteri delegare possunt. Sic etiam delegatus ad vniuersitatem causarum cum vi coactiua, & iurisdictione in vtroq; foro, vt Vicarius Episcopi Generalis, Prouincialis, & Prælatus immediatus Monasterij, vel Collegii, quamuis iam nunc temporaliter eligatur ad annum, vel triennium, vel quinquennium, & qui in absentia Prælati gerit vicem eius, vt patet ex communi praxi omnium, & visitator religionis eam alteri delegare potest. Qui vero delegatam tantum potestatem habent, pro foro conscientiæ, vt sunt confessarii expositi, etiam regulares, vel electi per Iubilæum, aut per Bullam cruciatæ, eam alteri delegare nō possunt; vnde, si Abbas, v. g. qui Petrum Monachum excommunicauit, eius absoluendi facultatem alicui Monacho confessario concedat, facultatem hanc confessarius ille delegare alteri nequit, vt manifeste colligitur ex c. fi. de offi. deleg. & ibi Panor. nu. 3. in fi. & Fel. nu. 8. & ibi gl. in verbo, commissum, Angelica, verbo confessio, 3. nu. 26. Henriq. li. 3. de pœn. c. 7. §. 4. & §. 6. & li. 13. de excom. c. 27. §. 5. Hug. de cēs. eccl.

tab.

tab.1.c.4.§.4.num.4. Et ratio est: quia facultas delegandi ad iurisdictionem pertinet.arg.l. Imperium, in fine.ff. de iurisd.omnium iudic. At vero huiusmodi confessarijs communiter conceditur tantum nudum ministerium exequendum, hoc est nuda absoluendi potestas, & consequenter cum ipsi Iurisdictione careant, vt dicitur in d. c. fina.§.fin.de offic. deleg. eam facultatem alteri delegare non possunt, vt latius probat Burg. de irreg. & dispen. par.6.cap. de deleg.absol. num.4. Cum igitur constet iurisdictionem necessariam esse, vt quis alteri absoluendi facultatem delegare possit, quæ iurisdictio ad huiusmodi confessarios nequaquam translata est, sed nudum tantum ministerium, merito nec alteri ab eisdē facultas hæc delegari poterit.

12 Difficultas autem non parua est inter authores, an Sacerdos parochialis, seu curam animarum habens extra mortis articulum, absoluere possit ab excommunicatione maiori lata a iure, cuius absolutio nemini sit reseruata. In qua quæstione duæ sunt DD. sententiæ.

Prima est asserentium, Sacerdotem parochialem subditos suos a quacunque iuris excommunicatione maiori nulli reseruata, absoluere posse, siue hæc a Synodo, aut cōstitutione alicuius inferioris, siue Episcopi, aut Summi Pontificis statuto lata fuerit. Sic Innocent. in cap. nuper, num.6. & Hostiensis ibi, de sentent.excomm. S. Thomas, in additio. terniæ par.q.23.artic.1. S. Bonau.4. distinctio. 18.in vlt. parte dist. quæst.6.nume.84. Thom. de Argent. 4.dist.29.quæst.vnica, art.4. fauet Io. Bachon.4. dist. 17. quæstione secunda, artic. primo. Gabr.4.dist.18.quæstione 3.art.2.dub.6. Summa Confess. lib.3.tit.33.quæstione 86. Ioan. Maior.4.d.18.quæst.2.dub.3. Martin. Ledesm. 2.4.quæst.29.art.1. Sotus 4.dist.22.quæstio.2.art.2.conclus.3. Angelica, verbo, absolutio.1.nume.2. vbi ait hanc opinionem de subtilitate iuris esse veriorem, & pro ea citat Monald. in Summa, tit.excommunicatio, & Ioan. de Saxonia, in Summa, tit. absolutio. Syluest. verbo, absolutio 1.num.4. Armilla, verbo, absolutio. numero 36. & in verbo, casus, nume.5. Nauar. in Man. capit.27. nume. 39. versic. quarto. & hanc communem opinionem esse testatur Couar. in capit. alma mater, quamuis ipse eam non sequatur, & Henriquez lib.13. de excom.cap.28.§.5. & c. 35.§.2. Ratio horum est: quia excommunicatio a iure infligitur ob peccatum mortale; vnde qui a peccato absoluere potest, etiam ab excommunicatione incursa absoluet; Cum igitur Sacerdos parochialis subditos suos à peccato absoluere possit, etiam ab excommunicatione eosdē absoluet.

Secunda vero sententia eorum est, qui negant Sacerdotem parochialem absoluere posse. Sic gloss. in cap. si episcopus. in verbo, reseruantur, de pœnit. & remiss. lib.6. & facit clemen.1. de priuileg. in princ. vbi id de religiosis habetur, cum tamen religiosi minorem quoad hoc, quam Sacerdotes parochiales, authoritatem habere non censeātur. Facit etiam extrau. 1. §. obseruent, eod. titu. de priuileg. Panorm. in cap.2.num.3. & in cap. nuper. nume. 6. de sent.excom. Feder. de Sen. cons. 14.num.4. et Palud.4. distin.18.quæst.5.articu.1.dub.us est; & tandem ait solum Episcopum absoluere posse a sententia lata per statutum Legati, aut Concilij Prouincialis, quando non est alicui reseruata; a sententia vero lata per Statutum Episcopi Synodale, vel Archiepiscopi, nisi sit reseruata, videtur quod quilibet proprius Sacerdos possit absoluere, quia videtur inferioribus concedere, quando sibi non retinet. Duran.4.d.28.quæst.4.num.7. expresse docet solum Episcopum, non autem alium inferiorem, absoluere posse subditos suos ab excommunicatione maiori lata à iure nulli reseruata: additque contrariam opinionem, quæ hanc facultatem parocho concedit, nec veram esse, nec aliquo iure, vel probabili ratione fulciri. Eidem Duran. vbi supra num.8. refert, quod Decimus Bitterensis in opere, quod fecit de sent. excommunicationis, & interdicti, & Dominus Ebredunensis, & Dominus Richardus de Senis, tunc Vicecancellarius Curiæ Romanæ, in compilatione sexti libri Decretalium, simul existentes coram Bonifacio Papa VIII. & conferentes de hac materia, consenserunt omnes, & Dominus Papa cum eis, quod inferior Episcopo ab aliqua sententia maioris excōmunicationis lata à iure absoluere non possit. idem docent Richard.4.distinct. 18.artic.9.quæst.5.in fine. Summa Astensis, par.2. lib.7. tit.53.art.1.quæst.1. Summa Pisanella, verbo, absolutio, 1. Tabiena, verbo absolutio, secundo.§. quæritur secundo, & in verbo, dispensatio, §.decimo quinto, num.17. versic. tertio notandum. Couar. in capit. alma mater, parte 1.§. duodecimo, nume.5. versic. tertio hæc regula, de sentent. excom. lib.6. qui etiam pro hac sententia refert Felin. in c. pastoralis, §. præterea, colum.3. Imola, in c. ab excommunicato, col.5. de rescript. & Felin. in c.2. & in c. nuper, de sent.exc. & Henr. Botæum tract. de Synodo.3. parte, art.5. & hanc etiam sententiam secutus est Caiet. in verbo, absolutio ab excommunicatione, & horum ratio est: quia pari iure censentur excommunicatio, & absolutio, arg.cap. verbum, de pœnit. dist.1. cum ergo absolutio excommunicationis ad iurisdictionem fori exterioris, & contentiosi pertineat, quam Sacerdos curam animarum habens exercere nequit, cum ea omnino careat, ab ea absoluere non poterit.

13 Has DD. opiniones inter se dissentientes nec malè, nec ineruditè hoc modo commodè conciliari posse Hugolin. de censur. Eccles. tab.1.cap.10.§.5.num 3. in fine tradit, vt prior opinio vera sit, si de iure delegato loquamur, id est, si absoluendi facultas ei delegetur: nam & ab homine delegari potest illis facultas absoluendi, prout sæpè Episcopi absolutionis huiusmodi potestatem parochis tribuunt; & Papa etiam omnibus ad Sacramentum Pœnitentiæ ministrandum admissis, eandem facultatem concedit, respectu ad eos habito, qui in aliquam societatē, verbi gratia aut Sanctissimi Corporis Christi, aut Beatæ Virginis Mariæ adscripti sunt; & etiam ipsomet iure communi eadem facultas parochis permissa est, vt in d. cap. nuper, §. in secundo vero casu, de sent. excommunic. vbi absolutè dicitur, Episcopum, aut proprium parochū absoluere posse ab excōmunicatione, quam Canonis cōditor sibi non reseruauit, & Henriquez lib.13. de excom. c.28.§.5. & cap.35.§.2. Ratio est: quia sibi non reseruando, alijs facultatem relaxandi eo ipso concessisse videtur; quæ sanè ratio tam in maiori, quam in minori excommunicatione locum habet. Sicut igitur parochus ex iuris permissione, ab excommunicatione minori, ita etiam à maiori iuris excommunicatione absoluet, argu.l. illud, ff. ad leg. Aquil. & c. cū dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. ex delegata proinde iuris facultate parochus subditos suos à minori, & maiori excommunicatione a iure lata absoluet, vbi legislator absolutionem sibi non reseruauit. E cōtrario autem secunda opinio vera erit, si vel de iure ordinario, & proprio ipsius parochi loquamur, vel etiam de consuetudine: etenim cum par potestas ligandi, & soluēdi sit, argum. c. verbum. de pœnit. dist. 1. & tam ad excommunicationem tollendam, quam ad eam ferendam contentiosi fori iurisdictio postuletur, qua Sacerdos parochialis omnino caret, vtique proprio, & ordinario iure ab excommunicatione maiori iuris, cuius absolutio nulli reseruatur, absoluere non poterit.

14 Adde, quod hodie iure alio, consuetudine scilicet, quæ vim legis habet, receptum est, vt parochi ab huiusmodi excommunicatione non absoluant, quæ consuetudo confirmata est per extrauag.1.§. obseruent ergo, versic. modo eodem excommunicatos. de priuileg. vbi excommunicationis absolutionem Episcopo reseruatā esse traditur; vnde dispositio, & permissio antiqui iuris d. capit. nuper, quoad maiorem excommunicationem contraria communi consuetudine, & approbata censetur esse abrogata. Qua de causa Couar. vbi supra, §.12.nu.5. affirmauit,

secun-

secundam hanc opinionem communi praxi, usu, & experientia receptam esse, quamuis in rigore disputationis opinio prior defendi possit. Et de absolutione iuris hactenus.

De Absolutione à Sententia hominis. Cap. XX.

SVMMA.

1 *Excommunicatum ab homine is absoluere potest, qui sententiam excommunicationis tulit.*
2 *Iudex ordinarius à se excommunicatum semper absoluere potest, cum semper iurisdictionem habeat.*
3 *Iudex ordinarius excommunicatum à se absoluere potest, etiamsi sic excommunicatus appellasset.*
4 *Iudex ordinarius à se excommunicatum absoluere potest, etiamsi sic excommunicatus domicilium suum in alterius diœcesim transtulerit.*
5 *Excommunicatus etiamsi mortuus sit, à suo indice ordinario absolui potest.*
6 *Excommunicatus, etiamsi ingrediatur religionem, ante professionem à solo ordinario excommunicante, & non à prælato religionis absoluitur.*
7 *Delegati, & subdelegati a se excommunicatos solum absoluere possunt.*
8 *Excommunicator à se excommunicatum absoluere nequit, ubi superior eius id sibi prohibuerit.*
9 *Delegatus Papæ, qui aliquem excommunicauit, eo quod sententiæ suæ obedire noluit, post annum elapsum sic excommunicatum absoluere non potest.*
10 *Ordinarius, qui incendiarum excommunicauit, & illum excommunicatum publicauit, eum amplius absoluere nequit, sed solus Papa.*
11 *Excommunicator à se excommunicatum absoluere non potest, si ipsemet postea iurisdictione priuetur.*
12 *Excommunicans à se excommunicatum non absoluet, quando sententiam illam Papa ex certa scientia confirmauit.*
13 *Excommunicatum à se non absoluet is, cui tantum simplex executio excommunicandi sine causæ cognitione committitur.*
14 *Superior eius, qui excommunicationem tulit, ab ea absoluere potest.*
15 *Superior in præsenti materia quis dicendus.*
16 *Episcopus ab Archidiacono excommunicatum absoluere potest.*
17 *Archiepiscopus ab Episcopis suis Suffraganeis, aut eorum Vicarijs excommunicatos quando absoluere valeat.*
18 *Patriarcha excommunicatum ab Archiepiscopo non potest absoluere, sicut nec Legatus a latere.*
19 *Successor in onere, & dignitate illius, qui excommunicationem tulit, ab ea absoluere valet.*
20 *Papa mortuo, Sede vacante Collegium Cardinalium absoluit, quos Papa absoluere potuit.*
21 *Appellationis iudex ab excommunicatione ab eo lata, a quo appelletur, absoluere valet.*
22 *Papa cum sit omnium iudex ordinarius, ad ipsum alijs intermissis semper appellari potest.*
23 *Iudex appellationis absoluendo ab excommunicatione quanam obseruare debeat.*
24 *Delegatus cum causæ cognitione quando excommunicatum a delegante absoluere valeat.*
25 *Delegatus à lege ab excommunicatione ab homine lata quibus in casibus absoluere possit.*
26 *Sacerdos omnis in articulo mortis etiam ab ea excommunicatione Papa reseruata absoluere poterit.*
27 *Articulo mortis urgente, si sit copia eius, ad quem de iure pertinet absolutio, is solus, & non quilibet Sacerdos, absoluet.*
28 *Articulus mortis quis dicendus sit.*
29 *Excommunicatus denunciatus a Papa, vel ab alio Ordinario, à confessario virtute confessionalis, seu Iubilæi, quo confertur potestas absoluendi à peccatis, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, & etiam in Bulla Cœnæ contentis, absolui potest.*
30 *Confessarius virtute Iubilæi absoluens, quanam obseruare teneatur.*
31 *Absolutio à confessario virtute Iubilæi data, in solo foro interiori, non autem in exteriori, prodest.*
32 *Absolutio ab excommunicatione, in solo foro interiori, quare introducta sit.*
33 *Confessarius virtute Iubilæi excommunicatum absoluere non debet, siue prævia satisfactione, quando offensa est manifesta.*
34 *Offensa, vel contumacia, quare in foro exteriori aliquando dubia censeatur.*
35 *Confessus Sacerdoti habenti facultatem absoluendi à reseruatis, si oblitus sit alicuius peccati reseruati, an absolutus censeri debeat.*
36 *Absolutus a peccato reseruato oblito ad quid postea teneatur.*


1 QVoad secundum, de absolutione à sententia hominis.

Prima propositio est. Omnis qui excommunicauit, ab eadem excommunicatione absoluere potest, & hoc siue sit homo singularis, qui sententiam tulit, siue Concilium generale, siue prouinciale, siue Synodus diœcesana, siue Collegium, aut Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. Sic Sanct. Thom. in add. t. 3. par. quæst. vigesimaquarta, articulo primo. Sanctus Bonauent. quarta distinct. decimaoctaua, in vltima part. distinctio. quæstio. sexta Richard. quarto distinct. decimaoctaua, articulo nono, quæstione prima. Durand. quarto distinct. decimaoctaua, quæstione quarta, numero octauo, Thom. de Argent. 4. distinctio. decimanona, quæstione vnica, articulo quarto. Palud. quarto distinct. decimaoctaua, quæstione quinta, articulo secundo Gabr. quarto distinctio. decimaoctaua, quæstione 3. artic. 3. dubio sexto Martin. Ledesm. secunda 4. quæstione vigesimasexta, articulo primo, Sotus quarto distinction. vigesimasecunda, quæstione secunda, artic. tertio conclus. secunda. Henriquez libro decimotertio de excommunic. capitulo vigesimoseptimo, §. primo Ex Canonistis Hostiensis in Summa libro quinto, titulo de sent. excom. num. duodecimo §. quis possit ab hac sententia absoluere, versic. si verò, Summa Astensis, 2. parte, libro 7, tit. 13. art. 6. quæst. 1. gl. in clemen. 1. verbo, a canone, de priuileg. & Imola ibi, numero 18. Anchar. in Clemen. vnica, numero 12. de rebus Eccles. non alien. & idem Anchar. in capit. eos, & ibi Gemin. de sententia excommunicationis, libro 6. Panormit. in capit. prudentiam, §. finali, & ibi Felin. nume. 19. de offic. deleg. Federic. de Senis. Consil. 16. num. 12. S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. Angelica, verbo, absolutio, 2. num. 1. Somma Pisanella, verbo absolutio, 1. Syluestr. verbo absolutio, secundo Tabie. verbo, absolutio secundo Na-

da Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, nu. 40. vers. Quinto. Couar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 12. numero 2. de sentent. excomm. libr. 6. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 1. cap. 4. & colligitur ex cap. prudentiam, §. Sexto, de offic. deleg. & ex cap. pastoralis, §. Præterea, & Panormit. ibi, numer. 1. & Felin. num. 9. de offic. ordin. Par enim potestas ligandi, & soluendi est, argum. cap. verbū, de pœnit. distinct. 1. & omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, capit. 1. de reg. iur. arg. l. Nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Quæ propositio æque de alijs censuris, ac de excommunicatione procedit, vbi enim hæ censuræ ab homine latæ sunt, ab eodem tolluntur. Hinc sequitur

2 Primo, Quod Iudex ordinarius a se excommunicatum semper absoluere possit, cum semper habeat iurisdictionem, ex Innoc. in c. quærenti, de offi. deleg. in fine, & hoc verum est vbi speciatim, & nominatim excommunicauerit aliquem, adeo vt alius eum absoluere nequeat, nisi ei ab excommunicatore demandatum fuerit, permissa facultas. Sic Rich. 4. distinct. 18. artic. 9. quæstione 4. Summa Astensis par. secunda libro 7. titulo 14. quæstione quinta. Dixi, vbi nominatim seu speciatim aliquem excommunicauerit, vbi enim generalem sententiam promulgauerit, absoluere potest illa, quia censura a iure lata, & nulli reseruata absoluit, ex Ioan. Imola, in capitulo graue, colum. 4. de præbend. & ante eum Ioa. Andr. & Card. in d. capitulo graue, & in capitulo ex frequentibus, de institut. & Henric. ibidem, & idem Henric. in cap. excommu. prima post Hostiens. & Ioan. Andr. ibi, de hæret. Gundissal. de Villadiego, in tract. de Legato, quæst. 13. So. quarto d. 22. quæst. secunda, artic. 3. concl. secunda, versiculo. Sed aliud Nauar. in Man. cap. 27. numero 44. vers. septimo, Couar. in capitulo alma mater, part. prima, §. 12. numero quarto. vers. secundo, de senten. excommun. libro 6. & Summa Astensi, par. secunda, lib. 6. tit. 13. art. 6. quæst. 1. Quicquid Felin. in capitulo pastoralis, §. præterea, numero 9. de offic. ordin. Richard. & Astens. vbi supra titulo 14. quæstione 5. & Hugolin. tab. prima capitulo quarto, in princip. numero 3. velint, etiam excommunicatum per generalem sententiam absolui ab eo tantum posse, a quo absoluitur speciatim excommunicatus, quorum nos opinionem superiori capite refutauimus, in fine propositionis primæ.

3 Secundo, quod Iudex ordinarius excommunicatum a se absoluere potest etiamsi sic excommunicatus appellasset; quod procedit, siue talis ordinarius appellationem admiserit, siue eam non admiserit, ex Panorm. in c. quæstioni, numero 7. & Præpos. ibidem, numero 8. & Imola nu. 5. de appel. potest enim Iudex, a quo appellatur, ea omnia facere, quæ exitum faciliorem causæ reddunt, argum. capituli cum teneamur, de appel. absolutio autem ab excommunicatione, etiam post appellationem à se admissam faciliorem causæ exitum reddit, quando quidem in hoc casu iudex ad quem appellatur, non absoluet eum, sicuti absoluisset, si prius a iudice, a quo sit appellatum, absolutus nō fuisset, & hoc multo magis verum erit, vbi appellans appellationem deseruit; tunc enim perinde est, ac si non appellasset, ex Panorm. in d. capitulo quæstioni, numero 7. & in c. quia fronte, num. 5. de appella. Dixi iudex ordinarius, quia secus est de iudice delegato; hic enim etsi absoluere possit excommunicatum, quando appellationem nō admisit, eo quod ad eum redire causa possit, argum. capituli, vt debitus, de app. non tamen quando appellationē admisit; nam eam admittendo, se iurisdictione priuauit, & ideo non absoluet, arg. cap. cum appellationibus, de appel. li. 6. & Panor. in d. c. quæstioni.

4 Tertio, Iudex ordinarius a se excommunicatam absoluet, etiamsi excommunicatus ille in alterius diœcesim domicilium transtulerit, argum. capituli, proposuisti. & ibi gloss. in verbo, citatus de foro compet. cum nullibi casus hic reperiatur exceptus; vnde extraneus delictum in aliena diœcesi committens, si propterea ab eius loci ordinario excommunicetur, à suo Episcopo absolui non poterit, ex Panorm. in capit. graue nimis, nume. 44. de præbend. & Hugol. tabul. 1. cap. 4. nu. 7. Angelica verbo, absolutio, 1. nu. 7.

5 Quarto, ampliatur dicta propositio, etiamsi sic excommunicatus mortuus sit; a solo enim iudice ordinario absoluitur, cap. a nobis, 2. in fine, §. vt autem, de sent. excommun. Burg. de irreg. & dispens. par. 6. de absolut. mort. Couar. in c. alma mater. par. prima, §. vndecimo, nume. octauo, vers. secundo, de sent. excommun. libro sexto, Nauarr. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero 272. Hugolin. cit. numero nono, cuius absolutionem excommunicati hæres procurare debet, vt præfati authores testantur.

6 Quinto, Procedit, etiamsi sic excommunicatus ingrediatur religionem in hoc enim casu saltem ante professionem a solo ordinario excommunicante, & non ab eius religionis prælato absoluitur, vt vult Hugolin. vbi supra, c. quarto, numero decimo, sicut enim mors naturalis excommunicatum non liberat quo minus ab excommunicatore absoluatur, vt dictum est supra, ita multo minus mors ciuilis eum liberabit, cum plus naturæ impedimentum, quam accidentale operetur, arg. l. qui habent, ff. de tutel. & hanc etiam sententiam tenent Innocen. in capit. cum illorum, §. qui si claustrales, de sentent. excomm. & Raym. vt refert Astensis loco inferius citando. Contrariam tamen sententiam, scilicet absolui hunc posse a Prælato etiam durante anno probationis, tenent Hostiensis in Summa lib. quinto, titu. de sent. excomm. numero decimotertio, §. sed quis absoluere regulares, versicu. quid si quis fugiēs, & numero decimoquarto, §. & qualiter, sub §. quartum, vers. quid igitur si quis ob fauorem, Summa Astensis, par. secunda, libro septimo, titulo decimotertio, artic. primo, quæstio decima, & quæst. vndecima, Lapus alleg. 47. numero sexto. S. Anton. tertia parte titulo vigesimoquarto, cap. 76. vers. septimo, Tabiena verbo, excommunicatio, primo, numero decimo, vers. nono. qui duo vltimi authores affirmant Fratres ordinis Prædicatorum posse eos absoluere ante ingressum eorum, ex speciali priuilegio, quale priuilegium habent omnes alij religiosi.

7 Sexto, Procedit hæc propositio non solum in iudice ordinario, sed etiam in delegato, & subdelegato, ita vt ipsi etiam solum a se excommunicatum absoluant, vt habetur in cap. prudentiam, §. sexta, de offic. deleg. & in ca. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. glo. in capit. cum inferior, in verbo, ligare, & ibi Felin. numero quinto. de maior. & obed. Est igitur hæc generalis regula inter authores, vt qui excommunicationis, aut alterius censuræ sententiam tulit, solus ipse absoluat, vt videre licet apud omnes, quos superius citauimus.

Hæc tamen regula, seu propositio sic vt plurimum ab authoribus approbata in nonnullis casibus limitanda est.

8 Primo enim, nec ipse absoluet, vbi superior eius id sibi omninò prohibuerit, capit. graue, & ibi Panorm. num. septimo, de præbend. vbi id habetur de suspensis per Concilium a beneficijs conferendis pro eo, quod indignis scienter post secundam monitionem non correcti contulerunt Ecclesiastica beneficia, hanc enim suspensionis sententiam nullus excepto Summo Pontifice, vel vno ex quatuor principalibus Patriarchis potetit relaxare, prout Innocentius III. ibi determinauit. & tradit Syluestr. verbo, absoluuo, primo, nu. 3. §. octauus. Vnde Episcopi Vicarius a se excommunicatum non absoluet, vbi Episcopus hoc ei vetuerit, sicut nec vllus alius iudex maior, aut minor, si id ipsi Papa prohibuerit.

9 Secundo, Delegatus Papæ, qui excōmunicauit aliquem, eo quod sententiæ suæ obedire contempserit, post lapsum annum a die latæ suæ sententiæ diffinitiuæ non potest eū amplius absoluere, sed remittere debet ad Sedem Apostolicam

stolicam.cap.quærenti,de offic. deleg. & ibi gloss. in verbo, ante litis contestationem, quia iurisdictio eius expirauit in totum, & quoad executionem omnino. Innocent. & Panorm. ibi. Hostiens. in Summa, lib.5. tit. de sent. excommun. num. 12. §. quis possit, vers. si vero. Angelica, verbo, absolutio, 2. in princip. Syluest. vbi supra, §. primus, Tabiena, verbo, absolutio, secundo, numero 12. vers. quæritur octauo. Felin. in cap. cum inferior, num. quinto, de maior. & obed. Nauar. in Man. cap. 27. numero 40. Henriquez libro 13. de excommun. cap. 28. §. 6. Hugolin. tab. 1. cap. quarto, numero 13. Sic etiam delegatus Episcopi si post latam sententiam diffinitiuam non absoluat intra annum, aut tempus sibi præscriptum, postea absoluere non potest; aut si causam sibi delegatam non diffinierit, neque absoluere intra annum poterit, ex Felino, Hugolino vbi supra, cuius tamen contrarium tenent gloss. & Innoc. & Angelica, vbi supra, & Panorm. num. 7. dicentes, quod si delegatus Papæ excommunicat ante sententiam diffinitiuam, semper vsque ad diffinitiuam, & etiam post vsque ad annum, absoluere poterit; quia iurisdictio durat vsque ad sententiam latam, & executioni mandatam, & infra annum post sententiam. Et idem dicendum de quolibet alio delegato habente facultatem exequendi suam sententiam, ex Panorm. in d. cap. quærenti, nu. 8. & Nauar. vbi supra.

10 Tertio, quando ordinarius excommunicauit aliquem incendiarium, & publicauit illum excommunicatum, iste non potest eum amplius absoluere, sed solus Papa, vt habetur in ca. tua nos. de sentent. excom. Syluest. verbo, absolutio, 1. numero 3. §. tertius. Circa quem canonem notandum est, quod licet quidam, vt glo. in d. ca. tua, in verbo, publicati, & ibi Panorm. num. 2. S. Anton. par. 3. tit. 24. capit. 11. Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu 7. velint incendiarium ecclesiæ, aut loci religiosi ipso iure excommunicatum esse, rectius tamen alij, vt Sotus 4. d. 22. quæst. 2. art. 3. conclus. 4. Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 22. Nauar. in Man. c. 27. nu. 94. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 28. §. 6. & alij dicunt nullum incendiarium, etiam ecclesiarum ipso facto excommunicatum esse; nam cap. tua nos, non excommunicat istos, nec iubet denunciari, sed solum ait, quod semel excommunicati, & denunciati, non nisi à Papa absolui possint.

11 Quarto, Non absoluet ipse, qui excõmunicauit, si postquam excommunicauit, ipsemet excommunicatur maiori excommunicatione, & denunciatus sit, aut aliquo alio modo iurisdictione priuatus: quia absoluere est iurisdictionis, qua talis priuatur, secus, si solum excommunicatione minori irretitus fuerit, arg. cap. si celebrat. de cler. excom. minist. & capit. duobus. & ibi gl. in verbo. non expirat, de sentent. excom. Angelica, verbo, absolutio, 2. in princip. Syluest. vbi supra, §. secundus. Tabiena, verbo, absolutio, nu. 12. vers. quæritur octauo. Vnde, si Episcopus, qui excommunicauit, vel Episcopatu se abdicauit arg. toto tit. de renunc. vel alio translatus sit, vel ob delictum depositus, ab hostibus, paganis, vel hæreticis detentus aut degradatus, non absoluet, cum iurisdictione priuatus sit. cap. 3. de supplen. neglig. prælat. & tot. tit. de translat. prælat. Sic nec Vicarius Episcopi, qui excommunicauit, & postea Vicarius esse desijt; Nec Legatus Papæ, aut Visitator, vbi ille Legatus, aut hic Visitator esse desijt, quia tunc iurisdictione, quæ ad absolutionem necessaria est, carent. Et idem dicendum, si aliquis iurisdictionis vsum quoad alios perdiderit, tunc enim a se excommunicatos non absoluet.

12 Quinto, Non absoluet, qui excommunicauit, quando sententiã illam Papa ex certa scientia confirmauit: quod intelligi debet de sententia, quæ est ab homine, ex gloss. & Ioan. Andr. in cap. ex frequentibus. in fine, in verbo, confirmantes, de instit. & Panorm. ibi, nu. 12. Summa Astẽsi, par. 2. lib. 7. tit. 13. artic. 6. q. 3. Angelica, verbo, absolutio, 1. in princip. versic. quartus. Tabien, verbo, absolutio, 2. numero 12. versic. quæritur octauo. Syluest. verbo, absolutio, 3. num. 3. §. quarto. & verbo, absolutio, 1. num. 3. §. quartus. Nauar. in Manuali, ca. 27. numero 40. Burgas. tract. de irregul. & dispens. cap. An excommunicatus a delegato, &c. part. 6. & c. de absolutio. maioris excommun. nu. 31. Ratio est: quia qui aliquid ex certa scientia confirmat, suum illud facere videtur, arg. c. 1. de confir. vtil. vel inutil. & c. si Apostolicæ, de præbend. lib. 6. Dixi, quando ex certa scientia eam confirmauit, hoc est, quando tota causa superiori explicatur, seu quando in ea inseritur totus tenor rei confirmatæ, vel quando Papa vtitur istis vel similibus verbis, scilicet: *ex certa scientia*, vel quando confirmat aliquid, quod vidit, secus autem, quando vel liquido constaret confirmationem illam esse per surreptionẽ obtentam, cap. 2. de confirm. vtil. vel inutil. vel quando in forma communi tantum, idest, sine causæ cognitione eam confirmauit; vel si sententia esset facta per statutum, tunc enim confirmatio hæc nihil quoad hoc operatur, sed qui excommunicauit etiam absoluere posset, ex Panorm. cap. 1. n. 6. de confir. vtil. vel inutil. Angelica, Tabiena, Naua. vbi supra, & Summa Astensi, dicta q. 3. Henriquez libro 13. de excom. ca. 28. §. 6. in annotationibus litera G. Hugol. tab. 1. cap. 4. nu. 11.

13 Sexto, Non absoluet is, cui tantum executio simplex excommunicandi sine causæ cognitione commissa est, vt contingit parochis, qui de mandato Episcopi aliquem excommunicant, & idem dicendum, si Papa iam diffiniuit negotium & mãdet alicui excommunicare rebellem, aut aliquem alium; hi enim sic excommunicatos absoluere non possunt, sed tantum excommunicare, sicut eis committitur, quia eis non iurisdictio, sed simplex executio, seu nudum ministerium tantum delegatur, glo. in cap. peruenit, in verbo, facere, 7. quæst. 1. & eadem gloss. in cap. si homo estes, in verbo, quousque, 27. quæst. prima, & facit cap. vlt. §. final. de offic. delega. Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, titu. decimotertio, articulo sexto, quæst. secunda, Angelica, verbo, absolutio, secundo, in princip. versic. sexto, & numero primo, Tabiena, verbo, absolutio secundo, numero duodecimo, versic. quæritur octauo, Syluest. verbo, absolutio, primo, numero tertio, §. sextus. Nauar. in Manuali capitulo 27. numero quadragesimo quarto. Henriquez libro decimotertio, de excommun. ca. 28. §. sexto. Hugolin. tab. prima, cap. quarto, in principio, numero decimotertio, & communis est DD. sententia. & idẽ docet Palud. quarto distinct. 18. q. quinta, articulo 2. fines enim mandati diligenter attendendi, & custodiendi sunt.

14 Propositio secunda; Superior eius qui censuram excommunicationis tulit (& idem de alijs censuris dicendum est) ab ea absoluere potest. Sic Panor. in ca. prudentiam, §. si. in fi. de offic. deleg. & in c. cum ab ecclesiarum. numero vndecimo, de offic. ordin. gloss. in clem. prima, in verbo, a canone, de priuileg. arg. cap. pastoralis. de offic. ordin. Gem. in c. venerabilibus, numero secundo, de sen. excommun. lib. 6. Ioan. de Lignano in tract. de censu. eccles. §. decimusoctauus. Sum. Astens. parte secunda, libro 7. tit. 13. artic. sexto, in princip. S. Anton. tertia parte, titulo vigesimoquarto, cap. 77. Syluest. verbo, absolutio, secundo, in princip. Nau. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, nume. 40. Couar. in capit. alma mater, parte prima, §. duodecimo, numero secundo, de sententia excom. libro 6. Hugol. de censur. eccles. tab. prima, cap. quarto, §. primo, numero primo, & Theologi omnes, vt S. Thom. in addit. tertiæ par. quæst. vigesimaquarta, artic. primo, S. Bonauent. 4. distin. 18, in vlt. par. distin. quæst. 6. numero 85. in fine. Rich. quarto d. 18. art. 9. q. 1. Duran. 4. dist. 18. q. 4. nu. 8. Palud. quarto d. 18. q. 5. art. 2. Thom. de Argentina, 4. distinct. 19. quæst. vnica, artic. quarto, Gabr. quarto distinct. 18. quæst. tertia, articulo 3. dub. 6. Sotus quarto dist. 22. quæst. secunda, art. tertio, concl. 2. Vnde, Papa, qui est superior omni alio, absoluere potest a sententia omnis

omnis hominis, vel cui ipse commiserit, nec in hoc alicui inferiori facit iniuriam, cum suo iure vtatur; propter quod Pœnitentiarij eius sæpè absoluunt à sententijs diuersorum iudicum, vt Paludan. vbi supra, & Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 26. artic. 1. conclus. 2. testantur, quæ res notior est, quam vt probatione indigeat.

15 Is autem in hoc loco superior tantum intelligitur, qui vel primo Iurisdictionem alterius omnino ad arbitrium suum ab eo auferre potest, qui excommunicationem tulit, arg. capituli, grauenimis, de præb. & capitulo pastoralis, §. porro, de offic. ordin. vel secundo, qui saltem vsum eius impedire potest, arg. capituli, cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. vnde Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & alij ecclesiæ prælati à vicarijs eorum excommunicatos absoluere possunt, cum ad arbitria sua huiusmodi vicarios reuocare queant, ex Gemin. in capit. primo, numero decimo, de offic. vic. libro sexto, & Panorman capit. Quoniam Abbas, numero decimo, de offic. deleg. Ioan. Andr. in capitulo tua nobis, de offic. vicar. & ibidem Panor. numero quinto, vbi docent, Episcopum qui constituit Vicarium, & iurauit eum non reuocare, nihilominus reuocare eum posse sine pœna periurij, maximè, quando subest iusta causa reuocandi: & idem docent de Vicario constituto a Capitulo Sede vacante, vt possit illum reuocare, etiamsi fuerit interpositum iuramentum in illius constitutione. Hoc autem secundum quod dicunt de reuocatione Vicarij a Capitulo constituti, non est verum, ex noua Concilij Tridentini, sess. 24. capitulo decimosexto, de refor. eo quod licet constituere debeat Capitulum Sede vacante talem Vicarium, quia tamen Vicarius sic constitutus authoritatem suam non a Capitulo, sed à Concilio accipit, non poterit a dicto Capitulo ad libitum reuocari. Pari ratione & delegans censuras a delegato latas tollere valet, sicut & delegatum ipsum reuocare ad libitum potest, capitulo pastoralis, §. porro, de offic. ordin. vbi mortuo delegato qui excommunicauit, delegans absoluit. Sic etiam hac de causa subdelegans excommunicatum a subdelegato absoluere valet, & subdelegatum ipsum (dummodo totam causam non subdelegauerit) reuocare potest. capit. quamuis, de offic. deleg. lib. 6. Hi igitur omnes, sicut iurisdictionem eorum tollere pro libito possunt, ita etiam ab eis excommunicatos absoluere poterunt, vt Palud. quarto distinct. 18. quæst. quinta, art. secundo, notauit.

16 Eodem modo Episcopus excommunicatum ab Archidiacono absoluere potest: etsi enim iurisdictionem illi Episcopus omnino tollere nequeat, (cum hanc non ab Episcopo, sed a iure habeat, a iure enim Vicarius Episcopi Archidiaconus appellatur. cap. primo, & ibi glo. in verbo, Vicarium, & Panorm. ibidem, numero primo, de offi. Archid.) eius tamen vsum impedire potest, & ab eo excommunicatum absoluere, etiam non præmissa satisfactione quia Ordinarius est totius diœcesis, vt ex capit. primo, de offic. ord. colligitur. Et quamuis Episcopus excommunicatos a suis inferioribus, verbi gratia ab Archidiaconis, & alijs iurisdictionem, & facultatem excommunicandi habentibus, absoluere non debeat, nisi illis requisitis, aliter peccet, absolutio tamen facta tenet, secundum glos. in cap. cum ab ecclesiarum, in verbo, non relaxes, & ibi Inn. & Panorm. num. 3. de offic. ordin. idem Panorm. in cap. officium, prope finem, & in cap. dilecto, numero septimo, vers. caueat ergo Episcopus. & ibi Innoc. nume. secundo, de offic. Archid. Angelica, verbo, absolutio, secundo, numero tertio, Siluest. verbo, absolutio, secundo, in principio. Tabiena, in verbo, absolutio, secundo, numero decimoquarto, vers. quæritur decimo. Couar. in capit. alma mater, par. prima, §. duodecimo, numero tertio, de senten. excom. libro sexto. Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, titulo decimotertio, articulo sexto, quæstio. quarta, Hostiensis in Summa, libro quinto, titulo de senten. excommunic. numero duodecimo, §. quis possit absoluere, vers. est & alia regula, Hugolin. tab. prima capit. quarto, §. primo, numero septimo, qui omnes expresse affirmant Episcopum absoluere posse excommunicatum ab Archidiacono suo, quamuis malè faciat illo prius non requisito, quia iurisdictionem non seruat subditis suis, arg. cap. secundi, de excess. prælat. Hæc tamen, quæ diximus, vera esse intelliguntur, nisi ex consuetudine Archidiaconi haberent, vt ab eis excommunicati nequaquam ab Episcopo absolui possent: aut nisi ex consuetudine parem cum eo iurisdictionem haberent, ita vt ab ipsis non appelletur ad eum, sed immediatè ad Archiepiscopum, vel Papam, quia tunc Episcopus ab illorum sententijs absoluere non poterit, argum. cap. dilecto, de offic. Archid. quia non est superior eorum in his casibus, ex Palud. quarto, distinct. 18. quæst. quinta, articulo secundo, Angelica, & Tabiena vbi supra.

17 Secus autem dicendum est de illis superioribus, qui hanc potestatem non habent: non enim potest Archiepiscopus ad suum arbitrium ab Episcopis suis Suffraganeis, aut eorum Vicarijs excommunicatos absoluere, nisi in casu, quo per appellationem causa excommunicationis ad eum delata fuerit, tunc enim potest, vocatis tamen partibus, & cognito de appellatione, aliàs non valet absolutio, capitulo Romana, & capitulo venerabilibus, de sentent. excommun. libro sexto; Et ratio est: quia non est iudex, aut ordinarius suorum Suffraganeorum, & proinde, nec eos excommunicare, nec ab excommunicatione absoluere valet, extra casum appellationis, vt in d. capitulo Romana, & dict. capitulo venerabilibus, §. excommunicatos vero, de sent. excommunicat. libro sexto. & in cap. ad reprimendam, de offic. ordin. & capitulo, per tuas, de senten. excommunic. in antiq. Hostiensis in Summa, libro quinto, tit. de sent. excommunicat. numero duodecimo, §. quis possit absoluere, vers. est & alia regula. Summa Astensis, par. secunda, libro septimo, titulo decimotertio, artic. sexto, quæst. quinta, Palud. 4. distinct. 18. quæst. quinta, articulo secundo. S. Anton. tertia par. tit. vigesimoquarto, ca. 77. Angelica, verbo, absolutio, secundo, numero secundo, Tabiena, absolutio, secundo, numero decimotertio. versiculo. Quæritur Nono. Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. cap. vigesimoquarto, §. 2. & capitulo vigesimoseptimo, & §. tertio. Hugolin. tab. prima, capitulo quarto, §. primo, numero 12. & quod de appellatione diximus scilicet, quod Archiepiscopus absoluere potest Suffraganeorum suorum subditos, quando ad eum appellatum sit, dicendum etiam est, quando iure concedente visitat diœcesim Suffraganei sui, tunc enim eos & excommunicare, & ab excommunicatione absoluere potest.

18 Eodem modo nec Patriarcha excommunicatos ab Archiepiscopis absoluere potest, vt ex dicto capitulo venerabilibus, de sentent. excommunicat. libro sexto, communiter colligunt DD. Nec Legatus a latere, quamuis & Episcopis, & Archiepiscopis, & singulis suæ prouinciæ præsit, & iudex sit, & superior, vt tradunt Panorm. & DD. in capitulo 1. de offic. deleg. & Gundissaluus de Villadiego, in tract. suo de Legato, quæstio. 8. ab eis excommunicatos absoluere valet. ex Felin. in cap. ad eminentiam. numero secundo, de senten. excom. Gundissaluo vbi supra, quæstio. 13. Hugolin. tab. prima, capitulo quarto, §. primo, numero secundo, sicut nec eorum Iurisdictionem tollere, aut eius vsum impedire poterit.

19 Propositio tertia. Successor in onere, & dignitate illius, qui censuram tulit, absoluere potest a censura, quam tulit ille, cui succedit, vt colligitur ex capitulo si Episcopus, 11. quæstio. 3. ita Palud. quarto, distin. 18. q. quinta, artic. secundo. Durand. quarto, distinct. 18. quæst. quarta, numero 8. & Tho. de Argentina. 4. distinct. 19. quæst. vnica, art. quarto, S. Anton. 3. par. tit. vigesimoquarto, capit. 77. Siluest. verbo, absolutio, secundo, in principio. Nauar. in Man. c. vigesimo, numero 40. Burgas. de irreg. & dispens.

par. 6.

par.6.de absol. ab excom. numero 15. Hugolin. de censur. Ecclesi.tab. 1.capitulo 4.§.3. numero 1. post Innoc.in cap.quærenti,in fine,de offic.deleg.& Panorm.in cap.pastoralis.§.preterea,num.1.de offic.ord.& Ioan.de Ligna no, de censur. Eccle.§.vigesimussextus,numero 11.quos refert & sequitur ibidem. Quod intelligitur non solum in excommunicatione,sed etiam in alijs censuris. Ratio est: quia successor eadem censetur persona cum eo, cui succedit,argum.cap.1.de solut.& Palud.vbi supra, testatur. Vnde,mortuo Abbate,Episcopo, Archiepiscopo,aut Papa,successor eorum in officio & dignitate absoluit. Quod procedit non solum in successore ob mortem alterius,sed etiam vbi ob aliam causam succedit,ex Durand.vbi supra scilicet, quia vel Episcopus Episcopatui renunciauit, aut ad alium locum translatus est, vel depositus, vel alia de causa iurisdictione sua priuatus, ex Siluest. verbo, absolutio, 2. numero sexto. Procedit etiam in successore iudicis delegati: poterit enim iste à sententia excommunicationis a delegato lata absoluere. Sic etiam successor subdelegati ab eo excommunicatũ absoluet. Item,qui est successor ad tempus solum, absoluere potest ab excommunicatione, & alijs censuris. quas tulit is cui succedit. Talis autem successor dicitur ille, qui iure communi exercet iurisdictionem, donec successor perpetuus constituetur; vnde mortuo Episcopo, Archiepiscopo, Patriarcha, successor eorum ad tempus, scilicet Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, absolueret,cap.3. de suppl.neglìgent. prælat.libro 6.& capitulo vnico,de maior. & obed.libro 6.a quo hodie eligi debet Vicarius; qui ea, quæ iurisdictionis sunt,exercere debet,iuxta decretum Concilij Trid.sess.24.capitulo 16.de reform. Et idem,si alio modo vacaret Ecclesia, scilicet per renunciationem, translationem,depositionem, aut iurisdictionem, amissionem,quacunque de causa: aut si Episcopus teneatur ab hostibus captiuus, capitulo 3. de suppl.neglig.prælat.libro 6.& ibi glosa.in verbo,si Episcopus,& verbo,a paganis,& verbo,mortem. Quamuis si a Papa detur visitator in Ecclesia Cathedrali,aut ob Capituli negligentiam ab Archiepiscopo datus sit administrator, talis visitator, aut administrator absoluet,non Capitulum,c. fin.de suppl.neglig. prælat.lib.6. & c. is cui,& ibi glos.in verbo,soli,de elect.lib.6.

Pari ratione mortuo Papa, sede vacante, Collegium Cardinalium absoluit, quos Papa absoluere potuit,argumen.cap.vnici,de schismat.libro sexto. Idem de successore Ecclesiarum inferiorum censendum est,successor.enim absoluet,vt latius Gem.in capit. vnico,de maior.& obed. libro 6.numero 8. in fine,testatur.

21 Propositio Quarta: Appellationis Iudex absoluit a censura ab eo lata,a quo appellatur,vt habetur in capitulo,ad reprim ndam,& ibi Panormitan.numero nono,de offic. ordin.& capitulo per tuas,de sent.excommunic.ut antiq. & in cap.venerabilibus,§.porro, & §. fin. de sent.excommunicat.libro sexto. cum causa per appellationem ad Iudicem appellatum deuoluta sit, vt probat Panormit.vbi supra,& facit cap. Romana,§. si verò,& cap.non solum, & cap.si a iudice, de appellat.lib.6.Iudex autem appellationis is dicitur,qui est proximus iudex eius,a quo appellatur. Sicut proximus iudex subditi Episcopi,est Episcopus, Episcopi verò Archiepiscopus, huius Patriarcha, Patriarchæ Papa. Item proximus iudex iudicis dati,est is,qui iudicem dedit, vt Legati a latere, Papa; Secus tamen in Vicarijs Episcoporum,& aliorum Antistitum, capi.secundo,de consuetud.libro sexto. Nam ab ipsis superior eius, qui eos Vicarios dedit,appellandus erit, capitulo Romana.de appell.libro sexto, eo,quod Episcopi,& Vicarij vnum forum esse cẽsentur. Sic etiam delegan proximus iudex est delegans, & subdelegati subdelegans, dummodò subdelegans iudex esse non desierit;nunc enim ad delegan

22 tem primum appellare debemus. Quia verò Papa omnium ordinarius iudex est, arg.c. cuncta per mundum,9. quæst.3. ideo alijs intermissis, ad ipsum semper appellari poterit,capitulo si quis vestrum,& seq.2. quæst.6. & cap. si duobus.de appell. Panor.in cap.dilecti,2.de appellat.id quod etiam locum habet in Legato a latere, quoad homines suæ prouinciæ,cap.1.de offic.Leg. & ibi glos. in verbo,legationis,& in verbo,vniuersas, Panorm.ibi,num.7. Et etiam Patriarcha,nam,& ad ipsum a suarum prouinciarum hominibus omissis medijs appellari potest,fuit glo. in cap. renouantes,in verbo,similia,distin.22.& expresse Panorm. in cap. antiqua,num.7. & 8. de priuil.qui etiam ad hoc citat Inn. Hostiens. & Specul.in tit.de appellat.§. nunc tractemus,vers. sed nunquid. Quæ omnia intelligenda sunt, dummodo proximus Iudex non sit iurisdictione sua priuatus aliqua de causa, aut aliquo impedimento detentus,aut vsu iurisdictionis spoliatus,tunc enim ad alium proximum superiorem appellandum erit, cap. si is cui,& c.si a subdelegato,de offic.deleg.lib.6.

23 Iudex autem, ad quem appellatur,in absoluendo hæc seruare debet: Si enim constet censuræ sententiam esse iniustam,statim absoluat,si dubitet,cautione præstita absoluet, sin autem ex ostensa, & contumacia constiterit, non nisi præmissa reali satisfactione absoluat. Quod si sententia nulla sit,statim nullã fuisse declaret,vt colligitur ex cap.venerabilibus, de senten.excommun.lib.6. & c.cum contingat, de offic. deleg. sin vero manifesto constet sententiam valere, tunc licet ipse absoluere possit, satius tamẽ erit eum ad absoluendum remittere ei, a quo est condemnatus,ex d.capitulo venerabilibus §. sanc,de sent.excom. libro 6.

24 Propositio Quinta: Delegatus cum causæ cognitione excommunicatum a te delegante absoluere potest,si tempore delegationis,delegans aut denunciatus, aut alia ratione iurisdictione,aut eius vsu non sit priuatus; secus autẽ si eo tempore delegans impeditus fuerit, aut iurisdictione priuatus,tunc enim cum delegati iurisdictio a delegante pendeat, sicut delegans nihil potuit,ita neque delegatus. Quod multo magis procedit, quando delegans nudum tantum ministerium delegauit, neque enim tunc aliquid delegatus poterit,ex Nauar. in Man.c.27.nu.40. Hugol. tab.1.cap.4.§.4.

25 Propositio Sexta; Delegatus a lege absoluere potest ab excommunicatione ab homine lata in duobus casibus.

Primus est, quando ob paupertatem, inimicitias, senectutem,& alia impedimenta impeditur excommunicatus, quo minus adeat eum, qui de iure communi ipsum absoluere debuit; de quibus impedimentis habetur in c. quod de his,& c.ea noscitur,& c.quamuis,de sent.excom.tunc enim ob Clerici percussionem,ca.si quis suadente diabolo,17. q. 4. aut ob participationem cum excommunicato in crimine,cap.nuper,de sent.excom.a proprio Episcopo, aut Sacerdote proprio absolui potest. Nau. in Manuali, cap.vigesimoseptimo,numero 89.& num.90.Hugol.tab. 1.c.4.§.5.no.12.& seq.

Secundus est,articulus mortis,quo quidem tempore, quando nec is,qui sententiam tulit, nec eius superior, aut successor, nec iudex ordinarius adiri potest, quilibet Sacerdos ab omnibus non solum peccatis, sed etiam excommunicationibus quibuscunque reseruatis absoluere poterit. Quod piè semper in Ecclesia Dei custoditum fuit, ne contingeret occasione cuiusquam reseruationis aliquem perire, vt testatur, & statuit Concilium Trident. sess. 14. cap.7.de reformat. Martin. Ledesm.2.4. quæst.26. art.1. dub.1.Nauar.in Manuali,cap.26 numero 26. & cap.27. nu.272.Cooar.in cap.alma mater,par.1.§.11.num. 6.de sent.excom.lib.6. Henriquez lib.13.excommun.capit.vigesimoseptimo,§.3.Hugol.t. b.1.cap.4.§.5.

26 In eo autem, quod Concilium affirmat omnem Sacerdotem in illo articulo posse absoluere, procedit etiamsi excommunicatio illa reseruata esset Papæ, ex communi DD. sententia, & etiamsi Sacerdos ille non esset parochus

chus eius, qui absoluendus est, ex Syluest. verbo, absolutio, 1. num. 8. Nauar. Martin. Ledesm. Couar. vbi supra, Soto, 4. dist. 18. q. 4. artic. 4. & etiamsi Sacerdos ille excommunicatus, depositus, degradatus, hæreticus, schismaticus, & cuiuscunque similis conditionis esset. Quia tamen hoc multi solum probabile esse putant, ideo poterit quis in articulo mortis talem absolutionem in detestationem hæresis, & alterius similis personæ, refutare; Immo vero, si sit periculum, ne talis Sacerdos huiusmodi ægrotum seducat, non solum potest, sed etiam absolutionem talem refutare debet.

27 Addo tamen, quod etiam in articulo mortis, si sit copia eius, ad quem de iure pertinet absolutio, ad illum recurrendum erit, nec posse quemlibet Sacerdotem eo in casu absoluere, in eius vero defectu quilibet Sacerdos absoluere potest. Probabile etiam est seruandum esse ordinem, ita vt deficiente illo, ad quem de iure pertinet absolutio, recurratur ad supremum illum superiorem, qui commodè haberi potest, adeo vt si sit excommunicatio Papalis, & non potest recurri ad Sedem Apostolicam, quia distat, recurrendum est ad Episcopum; sin autem non possit habere proprium Episcopum, ad parochum proprium recurrat; quod si commode vocari non potest proprius parochus sine detrimento, & periculo infirmi, ad quemcunque propinquum Sacerdotem recurrere poterit: in quo casu absoluitur a peccatis directè sine onere iterum confitendi; ab excommunicatione, vero reseruata vere quidem absoluitur, ita vt si deinceps moriatur, illa post mortem absolutio non est necessaria, etiamsi Papæ absolutio reseruata sit, vt de communi sententia testatur Couar. eod. §. 11. nume. 8. Sicut nec opus erit alia absolutione etiam si non moriatur, ex Soto in 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 4. ad secundum, Nauar. in Manuali, cap. 26. num. 26. Hugolin. d. §. 5. num. 8. quia tamen ab huiusmodi excommunicatione non directè, sed indirectè absoluitur, scilicet, cum hoc onere, vt si conualuerit, se personaliter præsentes illi, cui excommunicatio seruata fuit, mandatum eius, & nouam pœnitentiam, si iniungat, humiliter suscepturus, ideo si id non fecerit, iti eadem specie excommunicationem, iure sic disponente, reincidit, capitulo Eos, qui, de sententia excommunicatio. lib. 6.

28 Articulus vero mortis non solum intelligitur ille, in quo ægrotus iam agit animam, & moritur, sed etiam ille, in quo ita propinquus est mori, vt iudicio peritorum medicorum intra paucos dies moriturus existimetur; Ratio est: quia si expectetur vltimus articulus, periculum est ne sine absolutione moriatur. Præterea, articulus mortis præter ægritudinem putatur, vel quando quis breui infra paucos dies moriturus est ex senectute, vel ex infirmitate: vel quando ex alia causa imminet, propinqua mors valde probabiliter, ita, vt ratione præsentis periculi mors sit in fieri quodammodo, vt Philosophi loquuntur, vt si quis in mari sit, & orta tempestate graui, naufragium probabiliter immineat. Item, si miles in bello propinquus sit conflictui, & hostes fortes aggressurus est. Item, si quis damnatus vi est ad mortem, ita vt intra paucos dies sit prosequenda executio. Item si quis loca periculosa, vbi fures, & banniti commorantur, pertransire cogitur. Sic etiam, quando mulier partui proxima est, vbi difficile parere solet, vel vbi primo parturit; & idem de iis, qui se castrandos tribuunt; & denique quandocunque probabiliter arbitrio viri boni, & prudentis secutura est mors, siue ab extrinseco, siue ab intrinseco, dicitur articulus, seu periculum mortis, seu extremæ necessitatis, vt communiter scribunt authores, Sanctus Thomas in addit. tertiæ partis, quæstione octaua, articulo sexto, & quart. distinctione 20. quæstione prima, articulo primo; quæstiuncula secunda, Palud. quarto distinct. 17. quæstione tertia, & distinc. 10. quæst. 1. artic. 2. conclu. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 1. Sotus 4. distinc. 18. quæstione 4. articulo 4. Henriquez libro 14. de excommunic. capitulo 17. §. tertio, Ioan. Andr. in capitulo pastoralis. §. 1. de offic. ordin. & ibi Panor. numero 3. Nauar. in Manuali, capitulo 26. numero 31. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 11. num. 8. de senten. excommun. libro 6. Hugol. tab. 1. cap. 4. §. 5. numero 9. Siluest. verbo, absolutio, 1. num. 8. & num. 10.

29 Difficultas solum examinanda restat, an scilicet excommunicatus, & nominatim denunciatus siue a Papa, siue ab alio ordinario, siue ab executore Apostolico, absolui possit a confessario virtute confessionalis, seu Iubilæi, quo confertur potestas absoluendi ab eiusmodi peccatis, & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & etiam in Bulla Cenæ Domini contentis. In qua re author Compendij priuilegiorum Mendicantium, verbo, absolutio, quoad sæculares, secundo notab. 19. docet non posse: at sine textu, aut ratione aliqua efficaci hoc affirmauit.

Vnde & verior, & communior opinio Doctorum est, etiam nominatim excommunicatum, & denunciatum a quocunque absolui posse ab huiusmodi confessario approbato in foro interiori, & conscientiæ quoad suos effectus, impleris, & seruatis prius illis, quæ confessionale, seu Iubilæum præscribit, ita vt postea nec ecclesiæ Suffragijs, nec participatione Sacramentorum aut Indulgentiarum priuetur, sic Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. articulo 1. dub. 9. Sotus, 4. d. 22. q. 2. art. 3. concl. 2. Nauar. in Man. cap. 27. num. 278. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 12. & nu. 16. Henriquez li. 13. de excom. c. 27. §. 5. Hugol. tab. 1. c. 10. §. 4. nu. 4. & seq. Quorum opinio & equitate, & ratione probari facilè potest: Etenim æquitas, & pietas suadent eam esse & ecclesiæ, & Summi Pontificis intentionem, pœnitentes omnes ad se venientes recipere, omnesque saluos fieri ad mentem ipsius Christi: Cum ergo nec ex verbis Bullæ, nec speciatim contrarium in Iubilæo habeatur, dicendum erit intentionem Papæ hanc esse, vt etiam nominatim excommunicati, & denunciari absolui possint. Accedit etiam ratio non efficax: quia cum huiusmodi excommunicatio lata fuerit ob peccatum contumaciæ, & inobedientiæ, sicut confessarius hic vi illius Iubilæi ab illis peccatis absoluere poterit, etiam & a censuris ab eodem incursis in foro pœnitentiali absoluere valet; Si quidem alias absolutio illa a peccatis vana, & illusoria, imò nulla omnino foret, quandoquidem excommunicatus incapax omninò est Sacramentorum, & consequenter absolutionis Sacramentalis, nec absolui quis a peccatis validè potest, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, ex communi DD. sententia Richard. 4. d. 18. art. 9. q. 4. Palud. 4. dist. 17. quæst. 6. art. 1. concl. 2. Io. Maior. 4. d. 17. q. 4. Adrian. 4. Sent. q. 4. de confess. §. si petas circa dicta, versi. notat autem, Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 1. q. 8. Siluest. verbo, confessor, 3. nu. 12. dub. 8. vbi ait hanc esse communem opinionem omnium Theologorum, & Summistarum. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 1. dub. 9. Nauar. in Manuali, cap. 26. num. 7. & in cap. consideret. §. cautus. num. 24. de pœnit. dist. 5. Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 11. num. 12. de senten. excommun. lib. 6. Cum igitur absoluere non possit a peccatis, nisi absolutionem ab excommunicatione præmittat, consequenter dicendum erit confessario huic potestatem absoluendi ab excommunicatione concedi; id quod etiam regula illa communis confirmat, qua dicitur, cum aliquid committitur expediendum, reliqua omnia sine quibus illud expediri nequeat, commissa etiam censentur, l. 2. ff. de iurisdic. omn. iud. & cap. præterea. & ibi glo. in verbo, ex eo quod causa, & c. suspicionis. de offic. deleg.

30 Circa hanc autem absolutionem ab excommunicatione factam a confessario virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi, quatuor breuiter quantum ad præsens institutum spectat, notanda sunt.

31 Primum est, hanc absolutionem communiter tradunt authores in foro interiori, seu conscientiæ prodesse solum, in foro enim exteriori talis excommunicatus denunciatus sicut non absolutus habendus erit, ita vitandus, quousque a suo excommunicatore absolutus sit, vel ab alio, qui eum in foro exteriori causa cognita in forma iudicij absoluere possit, argum. cap. solet, de senten. excom. lib. 6. absolutio enim fori pœnitentialis non impedit processum in foro exteriori, ex glos. in cap. de his, in verbo, replicari, de accusat. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 278. vers. octauo. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 16. de sent. excommun. lib. sexto. Ludouic. Gomesio, in reg. Cancell. de non iudicando iuxta formam supplicationis, quæstio. 14. numero 3. vbi ait hunc esse vsum Sacræ Pœnitentiariæ apud Curiam Romanam. Paul. Paris. lib. 4. consilio 67. numero 22. Anton. Corduba, tract. de indulg. quæst. 40. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 1. dub. 9. Cusm. Philarch. Pistoriensi tract. de offic. Sacerd. parte tertia, lib. quarto, post cap. 16. in addit. de absolutione vigore Iubilæi. Hugolin. de censur. Ecclesiast. tab. 1. cap. 10. §. 4. numero quinto, Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 27. §. quinto. Id quod exinde confirmari potest, quia in aliquibus Bullis & litteris Apostolicis (vt Ledesm. & Couar. testantur) exprimitur absolutionem a confessario datam in foro item exteriori prodesse, & reum immunem effici. Vbi igitur non exprimitur, in foro tantum interiori proderit. Præterea, optima ratio est: quia si talis absolutio prodesset in foro exteriori, vt plurimum cederet in præiudicium, & contemptum iudicis excommunicantis, ad quem remitti debet excommunicatus, vt causa cognita absoluatur, argum. cap. prudentiam, §. sexta de offic. delegat. & cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. Deinde aliàs orirentur scandala, & ecclesiasticus ordo confunderetur, si vnicuique sua iurisdictio non seruaretur, argum. cap. peruenit, 11. quæstio. prima, vnde, præter absolutionem obtentam a confessario, remmitti debet ad suum iudicem, cui satisfieri debet. Vnde Henriquez vbi supra docet nec parochum ab excommunicatione, nec Episcopum a reseruatis Papæ pro foro exteriori, sed solum pro foro conscientiæ absoluere posse, & colligitur ex Triden. sess. vigesimaquarta, de reforma. cap. sexto. Si tamen iudex esset benignus, posset decenter eam Bullæ absolutionem pro foro etiam exteriori acceptare. Vnde Nauar. tomo secundo, Consil. Cons. 23. numero quarto, de pœnit. & remiss. docet, Episcopum qui per Breue Sacræ Pœnitentiariæ absoluit, aut dispensauit pro foro conscientiæ tantum, & ita scientem scientia priuata talem esse absolutum, vel dispensatum; non debere tanquam Iudicem in foro exteriori punire, aut inquietare reum, nisi pars petat, quia non interest Reipub. vt id faciat, cum verè talis absolutus non delinquat; eo quod Iudex non tenetur ad vtilitatem priuatam, nisi parte petente procedere, lege 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infec. nec vti debet scientia sua priuata, vt puniat in foro exteriori, cum necessaria omnino sit scientia publica, quæ per allegata, & probata habetur, ad hoc, vt tanquam iudex in foro exteriori delicta puniat, argumen. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsidis, capitulo pastoralis, §. quia verò, de officio delegati.

32 Est autem introducta absolotio hæc in foro interiori ab excommunicatione, præcipuè in fauorem excommunicatorum propter crimina occulta, ne homo seipsum in foro exteriori prodere cogeretur. Ne autem homines postea abuterentur huiusmodi absolutionibus fori interioris ad facilius peccandum; ideo sapientissimè etiam ab ecclesia institutum, & perpetuo obseruatum est, vt absolutio fori interioris nihil omnino prosit in foro exteriori, quin, quandocunque crimen detegetur in foro interiori, etiam pœnitentia peracta, in exteriori foro accusari, & puniri possit, ac si verè excommunicatus esset. vt notant glo. in d. capitulo, de his, de accusat. & Couar. & alij vbi supra, & idem Couar. libro 2. variar. resolut. cap. 10. num. 5.

33 Secundum est, quod etiam in foro interiori a confessario impendi non debet absolutio ex vi Iubilæi, vbi offensa est manifesta, sine præuia satisfactione, si verò fuerit dubia dari debet competens cautio, scilicet, pignoratitia, vel fideiussoria, cap. solet. & cap. venerabilibus. de sent. excommun. libro 6. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 1. dub. 9. Nauar. in Man. cap. 27. num. 278. vers. sexto. & in cap. 1. in princip. num. 53. de pœnit. dist. 6. Henriquez lib. 13. de excom. c. 28. §. 1. Quamuis enim in Bulla Iubilæi non fiat mentio de satisfactione præmittenda, sic tamen intelligi debet, & redigi ad ius commune, arg. cap. causam, quæ, de rescrip. & faciunt quæ tradit glo. in cap. paratus, in ver. si verba, 23. q. 1. Non enim intendit Pontifex Bullis suis quempiam lædere, arg. c. super eo, de offic. deleg. & cap. quamuis, de rescript. lib. 6. vnde absolutio impensa per confessarium in offensa manifesta, vel in dubia, non præmissa reali satisfactione, vel cautione cum pignoribus, vel cum fideiussoribus (dummodo id commodè ab absoluendo fieri possit) nulla, & irrita esset, vt Ledesm. Sot. Henriquez & alij vbi supra testantur.

34 Tertium est, quod in foro exteriori aliquando offensa, vel contumacia dici possit dubia, ob id, quod promptæ, & liquidæ probationes ad contumaciam conuincendam non offerantur; in foro tamen pœnitentiali, vbi pœnitens se excommunicatum, & ligatum, aut ad damnum illatum resarciendum teneri nouit, illud omnino confiteri tenetur; & tunc quidem Deo, cui cuncta sunt omnino manifesta, cuiusve oculis nuda, & aperta, c. erubescant, distin. 32. offensa illa pro manifesta habetur; ideoque confessio facta Sacerdoti offensam illam manifestam facit, sicut etiam probationes idipsum in foro exteriori præstant, arg. c. si. de cohab. cler. & mul. & cap. olim. de verb. sign. vnde tunc necessario satisfactio præmittenda erit, ex Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 1. dub. 9. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 278. vers. sexto.

35 Quartum est, qui sic confessario Sacerdoti confitetur, quem virtute Iubilæi, aut literarum Apostolicarum priuilegio eligere potest, vt absoluat ab excommunicatione, & casibus reseruatis Papæ, vel Episcopo, vel alteri, & ab omnibus censuris, is huiusmodi Sacerdoti confitetur, peccatum aliquod per obliuionem, vel inaduertentiam, seu inscitiam, qua nesciebat id esse peccatum, ei confiteri omiserit, cuius absolutio est reseruata, vel cui annexa est excommunicatio a superiori solo absoluenda, & absolutionem generalem a peccatis, & censuris obtinuerit, absolutus omnino censetur ab excommunicatione illa, & censura, & a peccato illo, quod per obliuionem confiteri omisit; & quamuis peccatum illud confiteri postea teneatur, cum ei in memoriam redierit, absolui tamen poterit a quocunque Sacerdote simplici, etiamsi potestatem absoluendi a peccatis, & censuris reseruatis non habeat, vt latius tradunt Gabr. quarto d. 17. q. 1. art. 3. dub. 2. in fi. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 14. quæst. 6. in fine. Adrian. 4. Sent. quæst. 4. de confessione. §. si petas circa dicta. vers. ex hoc sequitur. Angelica, verbo, confessio, 1. num. 12. Siluest. verbo, confessio, 1. q. 19. Tabiena, verbo, confessio, 2. num. 17. §. decimosexto. Nauar. in capit. consideret, §. cautus, num. 30. vers. illud vnum, de pœnit. dist. 5. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. num. 12. de senten. excommunic. lib. 6. qui ferè omnes pro hac recitant Palud. 4. qui tamen id non dicit, quamuis fortè colligi poterit ex illis, quæ docet 4. d. 8. q. 5. art. 3. conclus. 4. Et quidem de absolutione a peccato sic oblito, res est certissima: habet enim absolutio sacramentalis hanc vim, vt etiam peccata oblita tollat, hac tamen lege, vt sint, demū confitenda, cum in memoriam venerint.

36 Circa absolutionem itidem ab excommunicatione annexa peccato sic oblito, & ratione cuius absolutio erat reseruata, & tamen generalem absolutionem obtinuit,

ab eo

ab eo, qui absoluere ab excommunicatione potuit, dicendum est, vere absolui & a peccato illo, & ab excommunicatione, ea lege, vt id confiteatur, cum in memoriam inciderit, Sacerdoti ordinario, etiamsi is non possit ab excommunicatione hac aliàs absoluere. Cuius ratio est: quia ab illo peccato per obliuionem omisso, Sacramentalis absolutio absoluit, & denique Sacerdos ab excommunicatione, sine cuius absolutione minimè locum habere potuit absolutio Sacramentalis a peccatis exhibita, absoluit, vt Nauarr. & Couar. locis allatis in specie tradunt.

Explicantur dubia quædam circa absolutionem excommunicationis, tam a iure, quam ab homine latæ. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Excommunicatus, & iurisdictionem habens, an ab excommunicatione absoluere valeat, si Sacerdos non sit.*

2 *Potestas tam excommunicandi, quam absoluendi ab excommunicatione a Papa solo concedi laico potest.*

3 *Laico in articulo mortis an concessa sit facultas, vt deficiento alio, qui absoluere possit, ipse ab excommunicatio ne valide absoluat.*

4 *Laicus in articulo mortis quare ab excommunicatione non absoluere valeat.*

5 *Absolui an quis ab excommunicatione inuitus possit, & debeat, si in crimine perseuerat.*

6 *Excommunicatus regulariter absolutionem petere debet, & quæ huius sit ratio.*

7 *Absolui a culpa inuitus nemo potest, secus autem ab excommunicatione.*

8 *Absoluere ab excommunicatione inuitum iudex regulariter non tenetur.*

9 *Absoluere ab excommunicatione inuitum quibus casibus possit, & debeat iudex.*

10 *Excommunicatio, ut medicina ad corrigendum contumacem infligitur.*

11 *Absolutio ab excommunicatione inuito tributa, valet, sic tamen iudex sine causa absoluens, peccat.*

12 *Absolui an possit excommunicatus absens per litteras, aut per procuratorem.*

13 *Absolutio ab excommunicatione in foro pœnitentiali, aut cum solennitate per procuratorem nec peti, nec dari potest.*

15 *Absolui vt possit quis per procuratorem ab excommunicatione, quid requiratur.*

15 *Excommunicationibus varijs ligatus, ab omnibus an vna absolutione relaxari possit.*

16 *Absolui potest quis ab vna excommunicatione sine eo quod ab alia absoluatur.*

17 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice vnica tantum absolutione ab omnibus absolui potest.*

18 *Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice an ab vna absolutus, ab omnibus absolutus sit.*

19 *Excommunicatus pluries ab eodem iudice vnica absolutione quando absoluatur ab omnibus.*

20 *Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice, vt ab omnibus vnica absolutione liber sit, mens absoluentis attendi debet.*

21 *Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice ab ijsdem solùm absoluitur, a quibus iudex voluit, et potuit.*

22 *Excommunicatus si quis sit pluries a diuersis, vnius absolutio, vt ab omnibus liberetur, non sufficit.*

23 *Excommunicatus vnica tantum excommunicatione, pluribus tamen ex causis, vt absoluatur, causas omnes exprimere debet.*

24 *Excommunicatus vnica tantum sententia, sed ob plures causas, vnius tantum causæ mentionem faciens adhuc ligatus eadem ceteris de causis manet.*

25 *Absolutionem a censuris impetrans a Papa, aut ab alio virtute Bullæ, aut Iubilai, quid facere debeat.*

26 *Excommunicatus ob vnam causam, si dum absolutionem petat, aliam causam explicet, quamuis peccet, regulariter tamen absolutio valet.*

27 *Absolutionem ab excommunicatione expressio falsitatis quenam viciet.*

28. *Episcopus subditum suum ab excommunicatione a se latam an in alio episcopatu absoluere possit.*

29 *Legatus a latere excommunicatum a se in alterius prouincia, nisi de licentia diœcesani, in foro contentioso absoluere nequit.*

30 *Absolutio per vim obtenta an valida sit.*

31 *Absolutionem ab excommunicatione per vim, & metum extorquens, nouam excommunicationem sine alterius absolutione incurrit.*

32 *Metus cadens in virum constantem quis censendus.*

1



Irca tertium variæ difficultates moueri possunt, quas in sequentibus manicis, & facilioris intelligentiæ causa breuiter absoluemus. Quarum Prima est, An qui excommunicauit, & iurisdictionem habet, absoluere ab ea excommunicatione possit, si Sacerdos non sit; Cui cum communi DD. sententia respondetur, quod cum par potestas ligandi, & soluendi sit, arg. c. verbum de pœnit. dist. 1. & arg. l. qui condemnare, ff. de reg. iur. sicut non Sacerdos eam ferre, ita etiã ab eadem absoluere potest, cum hæc iurisdictionis sint. sic S. Tho. in addi. 3. par. q. 22. art. 2. Palud. 4. d. 18. q. 2. artic. 3. concl. 4. S. Anton. 3. par. tit. 4. cap. 77. vers. absolutio autẽ. Summa Astensis. 2. par. lib. 7. tit. 13. art. 1. q. 13. Angelica, verbo, absolutio, 3. num. 17. Tabiena, verbo, absolutio, 2. nu. 6. §. queritur quartò, Couar. in c. alma mater, par. 1 §. 11. nu. 10. de sent. excom. libr. 6. Henriquez lib. 13. capit. 27. §. 4. Hugolin. de cens. eccles. tab. 1. cap. 2. §. 10 qui omnes docent hanc potestatem excommunicandi, & ab ea absoluendi iurisdictionis esse, & non ordinis, & competere posse Clericis etiam nondum sacris ordinibus initiatis, dummodo Iurisdictionem in foro contentioso habeant, & satis est, quod sit tonsuratus, etenim absolutio ab excommunicatione non est absolutio Sacramentalis pœnitentiæ, quæ proprie pertinet ad absolutionem a culpa (huiusmodi enim absolutionem solus Sacerdos dare potest) sed est iurisdictionis, & fori exterioris. Quamuis igitur ad culpam tollendam ratione criminis, & contumaciæ contractæ requiratur absolutio Sacerdotis, adeò vt eam non nisi Sacerdos etiam ex commissione Papæ tollere possit, quantum tamen ad potestatem absoluendi ab excommunicatione, & ad restituendum communioni hominum, necnon ad reddendum habilem ad actus legitimos, etiam non Sacerdos, imò prima tantum tonsura initiatus sufficiens minister est, dũmodò iurisdõnem in foro contẽtioso hẽat ordinariam, aut delegatam. nisi absolutio hęc

facienda sit solemnibus precibus, alijsque ceremonijs, de quibus in c. cum aliquis, 11. q. 3. & cap. a nobis, 2. de sent. excom. habetur; tunc enim quicquid Couarr. vbi supra, vehit, etiam non Sacerdotem cum illa solennitate absoluere posse, alij tamen omnes verius tradunt, Sacerdotem esse debere.

2 Potest tamen laico facultas hæc tam excommunicandi quam ab excommunicatione absoluendi à Papa, (non autem ab alijs prælatis) tribui; cum vt iurisdictio Ecclesiastica à solis Clericis exerceatur, iure tantum Pontificio cautum sit, capit. decernimus, de iudic. cui iuri Papa præest, arg. caput propofuir, de concess. præben. ita gloss. in cap. bene quidem, in verbo, præter Romanum, dist. 96. & in cap. ad hoc verò, in verbo, ducibus, dist. 32. Palud. 2. dist. 18. q. 2. artic. 3. conclus. 5. Panorm. in cap. ab excommunicato, & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 5. de rescript. & in capit. Sacrosancta, num. secundo, de elect. & Panorm. & Felin. in cap. canonica, de sent. excom. Tabiena, verbo, absolutio, 2. nu. 8. §. quæritur quinto. Couar. in capit. alma mater, par. 1. §. 11. num. 3. versic. quarto, de sent. excom. lib. 6. Hugolin. tab. 1. cap. 2. §. 10. n. 4. & tab. 1. cap. 4. §. 5. numero sexto, vbi docet, etiā in articulo mortis non Sacerdotem absoluere posse ab omni excommunicatione, & hanc facultatem ei ab ecclesia concessam esse, dummodò non adsit, qui aliàs ab ea absoluere posset, & debet: sicut enim ecclesiā pro eo articulo concedit, vt quis à quocūque, Sacerdote absolui possit à casibus reseruatis, & censuris, ex Conc. Triden. sess. 14. cap. 7. de casuum reseruatione, ne hac occasione aqimæ pereant; ita etiam dubium non est, quin si pia mater ecclesia interrogata esset, an deficiente Sacerdote, qui aliàs posset, & debuit absoluere, ab ecclesiastico iudice alterius territorij absolutionem ab excommunicatione tribui posse vellet, etiamsi Sacerdos non esset? responsuram esse, se id velle, cum in vtroque casu eadem ratio, animarū scilicet fauor agatur; quā etiam sententiam sequuntur gloss. locis inferius citandis, Panorm. in cap. a nobis, 2. num. 10. de sent. excomm. Angelica & Tabiena, locis citandis, & expresse Henriquez lib. 13. de excom. cap. 27. §. 4. vbi fatetur, Vicarium Episcopi, etiam si Sacerdos non sit, absoluere posse ab excommunicatione. Quæ sanè opinio, & pia, & valde probabilis est, quia hac ratione consulitur saluti animarum, & prorogatur iurisdictio, vt in casu absoluendi à peccatis per quemcūque Sacerdotem in articulo mortis. Et quamuis Tridentinum solius Sacerdotis mentionem faciat, hoc tamen est, quia de absolutione Sacramentali loquebatur, ad quam necessarius est Sacerdos; & etiam, quia in eo articulo constitutus, confiteri tenetur habita copia Sacerdotis. Licet igitur in his casibus necessarius sit Sacerdos, si tamen talis haberi non possit, qui confessionem audiat, haberi autem possit Clericus, qui ab excommunicatione absoluat, is in hoc casu accersiri potest, qui ab excommunicatione absoluat, ita vt non teneatur post mortem ab ea amplius absolui, & in loco sacro sepeliri debet & pro eo quilibet orare potest, ex Syluest. in verbo, absolutio, 1. numero 8. Immò vero, etiamsi euadat periculum, verè absolutus est, nec amplius absoluendus, sed solum præsentare se debet illi, qui aliàs absoluere potuit, & debuit, ne de nouo excommunicationem incurrat, cap. eos qui, de senten. excom. lib. 6.

3 Ceterum, an in eo mortis articulo, concessa etiam censeatur facultas laico, vt deficiente alio, qui absoluere posset, ipse ab excommunicatione validè absoluere possit, inter se authores dissentiunt; Cuius partem affirmatiuam tenent glo. in cap. pastoralis, §. præterea, in verbo, præterquam in mortis articulo, & ibidem Panorm. nu. 2. de offic. ordin. & eadem glos. in cap. fures, in verbo, Diacono, de furtis, & eadem glos. in ca. a nobis, 2. in verbo, non poterit, & ibi Panorm. nu. 10 de sent. excom. Oldrad. consil. 94. Palud. 4. d. 17. q. 3. art. 3. concl. 7. vbi ait, quod priuatus non iudex nec Sacerdos possit absoluere ab omni excommunicatione in morte. S. Anton. 3. par. tit. 17. c. 4. §. septimus casus. Angelica, verbo, absolutio, 3. nu. 37. Tabiena, verbo, absolutio, 3. num. 8. versic. quæritur quinto. Ripa, tract. de peste, capit. de priuileg. iudic. causa pestis, num. 46. Syluest. verbo, absolutio, 1. num. 8. versic. immò, in dicto casu. Armilla, verbo absolutio, nu. 40. Opinio tamen negatiua verior est, quam sequuntur exprese Palu. 4. dist. 20. q. 1. artic. 2. vbi ait, quod licet Papa committat, etiam in casibus, quos reseruat, quod in mortis articulo quilibet Sacerdos absoluat quemlibet, scilicet a peccatis, non sic videtur de vinculo excommunicationis: & infra, cum Papa non possit committere non Sacerdoti absoluere, à peccatis, sicut nec celebrare, licet nō Sacerdoti potuisset committere absoluere ab excommunicatione, non tamen commisit pro tunc, quia necessarium non fuit. Sotus, 4. d. 18. q. 4. art. 4. vers. vtrum verò. Nauarr. in Manuali, cap. 26. num. 26. vers. dixi presbiter, & in cap. 1. in princip. nu. 84 de pœnit. dist. 6. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 9. de sent. excom. lib. sexto. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 7.

4 Rationes horū sunt, quia absolutio à censuris conceditur in art. mortis, vt quis a peccatis absolui possit, cum ergo laicus in articulo mortis a peccatis absoluere nequeat non videtur ei concessa potestas absoluendi ab excommunicatione. Sed hæc rō non videtur satis firma, nam in Cōcilio Triden. sess. 14. de refor. cap. 7. æque concessa videtur facultas absoluendi à peccatis, atque à censuris, ita hac Palud. ini, Soti & Nauarri ration, m tefellit Hugol. vbi suprà, sed non efficaciter. siquidem respōdere optime potetit, ibi quidem ab vtrisq; absoluendi facultatem tribui, sed nō æqualiter, quia n. peccatorum absolutio præcipuè, fuit necessario absolutionem ab excommunicatione, vt dictum est, ideo hanc propter illam, vbi opus fuerit, Concilium concessisse censetur, & faciunt ea verba Concilij, *Ne hac ipsa occasione aliquis pereat.* Melior igitur ratio est, quam afferunt gl. in c. fin. in verbo, perciperet, 14. q. 1. Panor. in c. quanto, nu. 2. de consuetud. & idem Panorm. in c. 2. num. 19. de iudic. & ibi Decius, nu. 23. Couar. & Hugol. vbi supra, quod in his, quæ ad Clericos spectant, illud solum licet laicis, quod concessum est à iure specificè reperitur, vbi n. ecclesia laicum aliquid ecclesiasticum facere posse voluit, in huiusmodi casu necessitatis id expressit, vt patet dè baptismo, in ca. in necessitate, de consecr. d. 4. & gl. in c. fi. in d. verbo, perciperet, 24. q. 1. Cum igitur in iure nunsquam concessa sit facultas laico absoluendi a censuris in articulo mortis, consequens erit laicum tunc temporis, ab excommunicatione absoluere non posse, vnde Imola, in l. 1. col. 3. ff. de publ. iud. ait, sic absolutum à laico non posse in loco sacro sepeliri. Non est tamen negandum primò quod si sic excommunicatus à laico absolutio nē peteret, ad hoc ei proderit absolutionis pentio, vt post mortem ab excommunicatione absolui possit, quādoquidē hac rōe signum contritionis dedisse censebitur, quod vt quis post mortem absoluatur, requiritur, ar. c. sacris, &c. a nobis, 2. de senten. excomm. & exprese docent Imola, in d. l. 1. Nauar. in cap. 1. in princ. num. 85. de pœnit. dist. 6. Couarr. d. §. 11. num. 9. Hugol. d. §. 5. nume. 7. Secundò negari etiam non debet, quin potestatem hanc Papa laicis concedere possit, vt ex his, quæ diximus, manifestum est.

5 Secunda est, An ab excommunicatione quis inuitus ab solui possit, & debeat, vbi excommunicatus in crimine perseuerat. Hanc quæstionem tractant S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 24. art. 2. Halensis in 4. parte Summæ, q. 22. memb. 1. art. 7. §. 1. S. Bonauen. in 4. d. 18. in vlt. par. dist. q. 6. Richar. 4. d. 18. art. 10. q. 1. Palud. 4. d. 18. q. 5. artic. 3. concl. 1. Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 3. dub. 7. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. conclus. 6. Hēriquez, lib. 13. de excom. capit. 29. §. 1. Ex Canonistis, gl. in cap. significasti, in verbo, si petierit, de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. Ioan. Cald. quem refert Pano. in cap. ab excommunicato, nu. 20. de rescrip. & idem

idem Panor. in d.cap.significasti.num.7. Summa Astensis par.2.lib.7.tit.14.q.1. Felin.in c. Apostolicę,num.2.de except. Marian. Soc.in cap.super eo,2.num.4.& 5.de senten.excom.& in cap.super dubijs.nu.17.tit.eod.& lib.5. Anton.3.par.tit.24.cap.77. Siluest.verbo,absolutio,3.dubio 6. Angelica,verbo,absolutio,3.num.7. Tabiena, verbo, absolutio,2.num.19.§. quæritur decimoquarto. Hugol.de cens.eccles.tab.1.cap.10.§.2. Ex quorum doctrina hęc colliguntur.

6 Primum est, quod excommunicatus absolutionem petere debet: quia cum excommunicatio ob contumaciam feratur, nisi absolutionem quis petat, an correctus sit necne, ignoratur, cum tamen excommunicationis finis sit, vt corrigatur.

7 Secundum est, quod licet a malo culpæ, eo quod non nisi propria voluntate committitur, nemo inuitus absolui possit, excommunicatio tamen cum malum culpę sit, sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita & inuitus ab ea absolui poterit, & absolutio impensa tenet, quando excommunicatio illa a iudice lata fuerat; si enim excommunicatus erat excommunicatione lata a iure, tunc Halensis, Bon. Rich. Gabr. & Astensis docent, quod inuitus absolui non potest, qui enim manere vult in crimine, cui annexa est excommunicatio, exempli gratia, in hæresi, ab ea absolui nequit, vt Hugol. post Gabr. vbi supra notat. & facit cap. damnationis sententiam, 24.q.2. vbi dicitur *Damnationis sententiam quicunque meretur accipere, si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.*

8 Tertium est, quod excommunicatus a iudice, aut iuste, aut iniustè est excommunicatus, si iniustè, tenetur iudex cognita iniustitia, etiam inuito excommunicato sententiam relaxare, & nolentem absoluere: si verò iustè excommunicatus est, tunc quidem regulariter absolui non debet inuitus, imò aggrauatione censuræ, & aliarum pœnarum adiectione coercendus erit, vt sic citius dolore, & molestia affectus resipiscat, & a contumacia discedat, arg.c. clericos, de cohab. cler. & mul. & c.veritatis, de dolo & contuma. & cap. præsenti, 5. q.2. & facit vsus ecclesiæ, vt habetur c.2.de sent.& re iud.lib 6.vbi Innoc.III. Fridericum imperatorem in contumacia perseuerantem, post inflictam excommunicationem, etiam Regno priuauit.

9 Dixi, regulariter, quia ex causa rationabili, quæ est, qñ iudex videt, quod absolutio illa esset magis medicinalis animæ contumacis, quam eius excommunicatio, & quod non esset præiudicialis saluti communitatis; item, vbi immineret vtilitas Ecclesiastica ex absolutione, seu impediretur ordinatio ecclesiæ, & plurimum obesset communitati propter participationem, si non absoluatur, in his, & similibus casibus, poterit iudex discretè excommunicationem iuste latam remittere, inuito illo, qui excommunicatus est, vt notant S. Tho.in addi.3.p.q.24.art.2.ad 2. Angelica, Siluester, Tabiena. Astensis, Panor.in c. Apostolicæ.nu.1.de except. & facit c.veniens.2.in fin. de testibus.

10 Secus autem, vbi talis aliqua causa rationabilis nõ adesset, quamuis enim excommunicatio infligatur, vt medicina, ad corrigendum contumacem, adeo vt S.Tho.in d.q.24.art.2.ad 2. & Io. And.in cap.1.de senten.excom. lib.6. & alij velint, quod si per excommunicationem quis efficiatur deterior, iudex eam tollere debeat, quia ex quo videt illam non proficere, vti debet alio remedio, quorum sententia, vt optimè notat Panorm.in cap. ab excommunicato.num.20. de rescrip. vera est, quando est spes de correctione ex alio remedio, sublata excommunicatione, quia siue plectendo, siue indulgendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominis corrigatur, cap.prodest.25.quæst. 5. Quia tamen infligitur etiam excommunicatio in terrorem aliorum, & ipsiusmet excommunicati iustam pœnam, ideo, si vel non sit spes de correctione eius, ex alio remedio, vel si alij per absolutionem inuiti redderentur ad contemnendum excommunicationem proni, tanquam ethnicus, & publicanus merito habendus, vel vlla ratione absoluendus esset, quia bonum commune præferendum est singulari, & Ecclesiasticæ disciplinæ rigor obseruandus est, vt ceteri eius exemplo peccare desistant, vt Io. Cald. quem refert & sequitur Panor. vbi supra, Halensis, Bon. Gabr. Hug. & alij, locis citatis monent.

11 Addo tamen, quod si Iudex sine causa absoluat, quamuis hoc faciendo, maximè vbi iniuria alteri infertur, peccet, absolutio tamen tenet, quia sicut in potestate Iudicis fuit excommunicare etiamsi inuitum, ita etiam & excommunicationem reuocare, cum par ius ligandi, & soluendi sit. arg.cap.verbum, de pœnit.distin.7. qua ratione authores inter se aliquantulum dissentientes conciliari posse censemus.

12 Tertia est, An excommunicatus absens per litteras, aut per procuratorem absolui possit?

Quoad primum, quod per litteras possit absolui, expressè docent gloss. in cap.de manifesta, in verbo, iudicaui, 2.q.1.& in capitulo quanto. in verbo, epistolam, 2.q.5. Summa Astensis, par.2. lib.7.tit.14. quæstio.3. Richard. d.18.artic.10.quæst.2. Angelica, verbo, absolutio, 3.num. 5. Siluest.verbo, absolutio, 3.numero 9.dubio 5. Tabiena, verbo, absolutio, 2. nume.19.§. quæritur decimoquarto, Sot.4.dist.18. q. ...art.6.ad 2. & dist.22.quæst.2.artic. 6.concl.6. Nauar.in Manuali, cap.26.numero 14. Henriquez lib.13.de excom.capitulo 29.§.1.qui omnes docent, quod licet a peccatis non nisi præsens per confessionem, & absolutionem Sacramentalem quis absolui possit, ab excommunicatione tamen, & ab alijs censuris possit homo per litteras absolutionem petere, & obtinere, tametsi in vsu iam sit absolutionem committere Sacerdoti, qui ab excommunicatione, & peccato absoluat, vt Sotus vbi supra, d.22. notauit. Quod si petas, quando sit absolutus; Respondet, quando recepit literas, nisi aliter de mẽte absoluẽtis constiterit; & hoc rationale esse dicunt Astensis, & Richardus vbi supra: sicut enim absens excommunicari potest, ita & absolui, & sicut ex tunc quod absens excommunicatur, non tenetur se gerere pro excommunicato, antequam possit excommunicationis sententia ad eius notitiã peruenire, talis enim error facti nocet, arg.cap.illud, & c. si celebrat. de Cler.exc.ministr. ita taliter excõmunicatus se gerere debet pro excommunicato, donec receptis literis de absolutione certus reddatur. Et si litteræ ad excommunicatum non peruenian nisi post mortem absoluentis, tamen absolutus est, vt Richard. & Astensis tradunt; econtra verò, si excommunicatus ipse moreretur, prius quam literæ ad ipsum peruenirent, tunc quidem gloss. in d.cap. quanto, 2.q.5. dicit, post mortem absoluendum esse, arg.cap.a nobis, 2. de sent. excom. habet enim sicut excommunicatio, ita & absolutio vim suam a voluntate, & intentione iudicis, mens autem iudicis, sicut & legis non est ligare, aut soluere nisi a tempore scientiæ, ex glo. vbi supra, arg.c.leges, dist.4.& c. proposuisti, d.82.& c. biduum, 2.q.6. Vnde immeritò Hugolinus de censur. Eccle.tab.1.c.19.§.1.nu.5.contra communem DD. sententiam docuit absolutionem per litteras fieri non posse, sed neque excommunicationem; cuius ratio ex his, quæ diximus, facilè dissolui poterit, & colligitur contrarium ex d. c.de manifesta, 2.q.1.& c.quanto.2.q.5.& c. quisquis, 2.q. 9.quamuis ipse hos textus aliter exponi posse censeat.

13 Quoad secundum, de Procuratore, an scilicet absens p procuratorem absolui possit; Quamuis nonnulli vt Inn.in c.cum desideres, in verbo, absolutus, de sent.excõ.& Hostiensis, quem refert & sequitur Panor.in d.c.cum desideres, nu.5. Anchar.in c.eos, in fine, de sent.excom.lib.6.velint absolutionem per procuratorẽ peti non posse, etiã ad Ecclesiam nolitantem, eo quod absolutio requirit cõfessionem, contritionẽ, & introductionem in Ecclesiam cũ cęremonijs quibusdã, c.a nobis, 2.de sent.exc. quæ per absentẽ, aut procuratorem fieri non possunt; communis tamen & vera sententia est, quam Ioan. Andr.in ca.qui ad agendum, de procur.lib.6. Archid.in cap. eos qui, & ibi Gem.

 & Steph.

& Stepb. Costa, num. 26. de sent. excom. Specul. in tit. de procur. §. item opponitur. Marian. Soc. sen. in cap. super eo, num. 7. & 8. de sen. excom. Angelica, verbo, absolutio 3. numero 6. Syluest. verbo, absolutio, 3. num. 9. dubio 5. Tabiena, verb. absolutio, 2. nume. 19. §. quæritur decimoquarto, Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 19. §. 1. numero 2. sequuntur absolutionem ab excommunicatione in foro pœnitentiali, aut etiam cum illa solennitate cap. à nobis, 2. de sentent. excomm. nec per procuratorem peti, nec dari posse, cum ad hanc necessaria sit præsentia eius, qui absoluendus sit; absolutionem verò in foro iudiciali, & exteriori, hoc est, vt excommunicatus ad absoluentem procuratorem mittat, qui ab eo petat, vt absentem ab excommunicatione absoluat, licet sine causa fieri non debere doceant, maximè vbi sic excommunicatus ipsum Iudicem commodè adire possit; ex causa tamen ista scilicet, quando non adest, cui commodè facultas hæc absoluendi in præsentia delegetur, (prout vsu receptum est) aut excómunicatus iudicem ipsum commode adire non possit, per procuratorem absolutio fieri potest, quando quidem & absens, & inuitus aliquando, vt diximus, absolui poterit, Immò verò, etiamsi sine causa sic absoluat, absolutio tamen tenet; Nam si valet excommunicatio, etiamsi non seruetur solennitas illa, de qua supra, multo magis absolutio valebit, vt Panorm. in capit. cum desideres, numero 7. de sent. excom. & idem Panorm. in cap. venerabilem, num. 23. de elect. & alij vbi supra, testantur.

14 Vt autem per procuratorem sic excommunicatus absoluatur, procurator sic datus speciale mandatum absolutionem petendi habere debet, vt docent gloss. in cap. qui ad agendum, in verbo, vel pacisci, de procur. li. 6. Spec. tit. de proc. §. item opponitur, versic. 6. Hugolin. d. capit. 19. §. 1. num. 3. vt sic constet excommunicatum a contumacia discessisse: debetque mandatum illud speciatim continere, a qua excommunicatione absolui petat excommunicatus, ex Marian. Socino, in cap. super eo, 2. numero 9. de sent. excom. nisi vbi quis peteret absolutionem a quacunque excommunicatione, etiamsi eius non recordetur, in hoc enim casu speciatim mentio non requiritur, ex quo fieri non possit, vt Hugolinus vbi supra, notauit. Et sicut excommunicatus ipse si præsens esset, non nisi cum iuramento præstito, & exhibita cautione, (vt ratio causæ postulat) absolueretur, argum. cap. cum desideres. & ca. ex tenore, cum seq. de sent. excom. in antiq. & cap. venerabilibus, §. porro, de senten. excomm. lib. 6. & cap. ex parte, 1. de verbor. signific. ita procurator hæc eadem præstare debet, etiamsi expressum mandatum ad iurandum, & cauendum nô haberet, argum. l. qui bona fide, §. si alieno, ff. de damn. infecto, quo modo Rex Portugalliæ excommunicatus absens per procuratorem à Nicolao III. absolutus fuit, vt testatur Specul. titu. de iuram. calum. §. a quibus situtandum. Simile iuramentum præstitum fuit ab Oratore Regis Galliarum, & Nauarræ, & procuratore eiusdem, D. de Perona, et D. de Sotio, anno Domini 1595. die Septembris 17. dum Rex ille excómunicatus, a Clemête Papa VIII. absolutus fuerat; cuius rei hęc ratio est; quia constituendo procuratorem, vt ipsi absolutionem impetret; & ea omnia, sine quibus absolutio haberi nequit, mandasse censetur, arg. cap. præterea, de offic. deleg. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. & l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.

15 Quarta est, quid dicendum sit, quando quis pluribus excommunicationibus ligatus est, & absoluitur ab eo, qui potest omnes tollere, nec expressit omnes nominatim, sed aliquas tantum; intelligitur quæstio hæc seclusa peccatorum absolutione, & solum agitur de absolutione ab excommunicatione, quæ in iudicio exteriori concedi solet. De qua re tractant S. Thom. in addit. 3. par. q. 24. art. 3. Alex. de Ales, in 4. par. Sum. q. 22. memb. 1. art. 7. §. 2. S. Bon. 4. dist. 18. in vlt. par. d. q. 4. Rich. 4. d. 18. art. 10. q. 3. Palud. 4. d. 18. q. 5. artic. 3. concl. 2. 3. 4. & 5. Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 3. dub. 6. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. concl. 6. Canonistæ, in c. cum pro causa. & ibi glo. in verbo tanquâ excommunicatum, & ibi Panor. num. 1. & num. 6. & eadem glo. in cap. officij, in verbo, excommunicationis vinculo; & ibi Panor. num. 1. & nu. 5. & DD. ibi, de sent. excomm. & eadem gloss. in cap. ex parte, in verbo, redire, & ibidem Panor. nu. 1. & nu. 5. de offic. ord. Summa Astensis, par. 2. li. 7. tit. 14. q. 5. Angelica, verbo, absolutio. 3. nu. 10. & seq. Syluest. verbo, absolutio, 3. nu. 11. dubio 7. Nauar. in cap. ita quorundam, gl. vlt. notab. 11. num. 12. ver. nono colligitur, de Iudæis, Couar. in capit. alma mater, par. 1. §. 11. num. 13. de sen. excommun. lib. 6. Hugolin. de censu. eccles. tab. 1. cap. 19. §. 3. num. 7. & seq. ex quorum doctrina hæ propositiones facilioris, & clarioris explicationis causa colligi possunt.

16 Prima propositio: Homo ab vna excommunicatione absolui potest, sine eo, quod absoluatur ab alia. Sed in hoc casu non censetur restitutus ad Sacramenta, nec ad communionem, quousque ab omnibus absolutus sit. Ratio huius est: quia excommunicationes non sunt ita connexæ, sicut omnia peccata inter se connexionem habent in auersione voluntatis à Deo; ideoq; alia est ratio absolutionis a peccatis in foro pœnitentiali, alia verò absolutionis ab excommunicationibus in foro iudiciali: absolutio enim a culpa, non fit sine contritione; & gratia gratû faciente, quæ nullam secum compatitur culpam mortalem, & proinde vnum peccatum mortale sine altero remitti non potest, excôicationes verò pœnæ sunt, nec talem inter se connexionem habent, nec propriæ voluntatis contrarietate impediuntur, nulli pñs separatim, ita, vt possibile sit, quod quis ab vna absoluatur, & in altera remaneat.

17 Secunda propositio: Excôicatus plurib. excôicationibus ab vno iudice, vnica tantum absolutione ab omnibus absolui potest, imò etiam & ab omnibus absoluitur, vbi sic excômunicatus absolui se ab omnibus postulat, & absoluens ab omnibus absoluit, & hoc apud omnes certû est.

18 Tertia propositio: Excommunicatos pluribus sententijs ab eodem iudice, si ab vna absoluitur, intelligitur ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimatur a iudice absoluente, sic S. Tho. vbi supra, & Astensis, d. q. 5. & Siluester.

19 Quarta propositio: Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice, vnica tantum absolutione ab omnibus absoluitur, si ille qui absoluit, potuit, & voluit ab omnibus absoluere, & omnes absoluenti expressæ, & significatæ fuerint, & côis omnium DD. etenim, sicut excommunicatio, ita & eiusdem absolutio a potestate, & voluntate iudicis vires suas sumit, ex Panor. in c. ex parte, nu. 6. de offic. ordin. his igitur duabus concurrentibus valet actus.

20 Quinta propositio; Excommunicatus pluribus excommunicationibus ab eodem iudice, non solum ab excommunicatione sibi expressa, sed etiam ab alijs omnibus vni solum absolutione relaxari censetur, vbi scienter habés omnium excommunicationum iudex, indefinite, & generaliter excommunicatum absoluit. sic S. Thom. Nauar. vbi supra. Couar. loco citato, & Henriquez in c. cum pro causa, de sent. excom. & Summa Confess. tit. 33. q. 120. quia sic de mente soluentis præsumitur.

21 Sexta propositio: Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice, ab ijsdem solum absoluitur, a quibus iudex voluit, & potuit, vnde si ille, qui absoluit, potuit ab omni sententia, & vt voluit absoluere, tunc sufficit; quod si noluit ab omni, sed a quibusdam tantum absoluere, tunc non valet absolutio quoad sententiam, de qua absoluens non cogitauit, nec absoluisset, si cogitasset; si autem absolutus credat probabiliter, quod si ille sciuisset, quod nesciuit, nihilominus absoluisset eum, ab omni se absolutum reputare debet. Sic Paludan. vbi sup. conclus. 4. & Couar. loco citato. concl. 6. Quorum omnium ratio est; quia vt pòte, & voluntate concurrentibus; valet actus, ita vtraque hoc non concurrente, non valet, arg. c. cum super, de offi. dele. l. multû interest, C. si quis alteri, vel sibi,

22 Septi-

22 Septima propositio: Excommunicato pluribus excommunicationibus a diuersis iudicibus, vnius absolutio non sufficit, sed necesse est, vt a quolibet absoluatur, nisi omnes alij ad petitionem eius absolutionem eius confirmauerint, vel nisi omnes demandent vni absolutionem, prout communis praxis habet, vt notant Panorm. in d. c. officij, nu. 5. de sent. excom. & Syluest. verbo, absolutio, num. 12. dubio 8. vel nisi alter superior fuerit vtriusque, quomodo Papa ab excommunicatione cuiuscunque iudicis absoluere potest, imò etiam & in Bullis alij eandem facultatem concedere solet. Addit etiam Palud. 4. distin. 18. quæst. 5. art. 5. concl. 3. quod quando sunt duo iudices vnius causæ, & quilibet in solidum iudicare potest, tunc vna est Iurisdictio in duob. numero, & eo casu vnus a sententia alterius absoluere potest, sicut patet in pluribus officialib. eiusdem Sedis Episcopalis. Quod verum est, nisi quando vno præoccupante, alius postea non habet se intromittere, ita, vt possit excommunicare, quia nemo, qui condemnare non potest, absoluere potest.

23 Octaua propositio: Excommunicatus vnica tantum excommunicationis sententia, pluribus tamen ex causis, absolutionem petens, causas omnes exprimere ei debet, a quo absoluendus est, & causam aliquam tacens absolutus non censetur. Sic glo. in cap. ex parte. in verbo, redire, & & ibi Panorm. nu. 3. de offic. ordin. & eadem gl. in c. cum pro causa, in verbo, tanquam excommunicatum, & ibi Panorm. nu. 6. de sentent. excom. S. Th. in addit. 3. par. q. 24. art. 3. versic. vel nisi cum quis. Rich. 4. d. 18. art. 10. q. 8. q. 5. Astensis vbi supra, par. 2. lib. 7. tit. 14. q. 5. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. num. 13. vers. prima conclusio. de senten. excom. lib. 6. Angelica, verbo, absolutio, 3. nume. 10. Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 30. & §. 2. Syluestr. in verbo, absolutio, 3. dubio 7. Qui omnes hanc conclusionem aut ita in vniuersum ponunt, aut cum Panorm. in d. cap. cum pro causa, Angelica, & Couar. ita limitant, vt veram eam esse velint solum, quando quælibet causa per se sufficiebat ad excommunicationem, & æquè principalis fuit ad excommunicandum, vt exempli gratia; qui facit rapinam cum effractione ecclesiæ, quo casu est excommunicatus statuto Episcopi, & Canonis: statuto quidem propter rapinam; Canone verò propter effractionem, cum quælibet videatur principaliter considerata, non tenet absolutio non expressis omnibus causis, argum. capit. ex parte. de offic. ordin. & ca. officij, de sentent. excomm. quia absoluens absolutionem sic indefinitè factam non nisi ad causam expressam referre intendebat; Si vero solum excommunicatus fuerat vna excommunicatione, sed propter plures causas, tunc vna causa per se sufficit ad excommunicandum, & sic vna causa sufficienter expressa, tenet absolutio, arg. c. super litteris. de rescrip. Aut omnes de per se non sufficiunt, sed simul iunctæ sic; & tunc, quia omnes causæ videntur pariter consideratæ, non tenet absolutio, omnibus non expressis. Quorum doctrina, licet vera sit, & facilè defendi possit, non tamen ipsius Conclusionis fundamentum, & rationem propriam assignasse censentur.

24 Ratio igitur, cur vna excommunicationis sententia ob plures causas irretitus, & quarum singulæ excommunicationem merentur, petens ab excommunicatione absolui, vnius tantum causæ mentionem faciens, ab ea solum, cuius causam expressit, non autem a reliquis non expressis absolutus sit, etiamsi indefinite fuerit ab excommunicatione absolutus, ea est, (prout colligi poterit ex ijs quæ latius a nobis lib. 1. capit. 10. dicta sunt) quia in hoc casu non vna tantum excommunicatione, sed tot excommunicationibus ligatus est, quot causæ sufficientes sunt, ob quas excommunicatus est, vnde, perinde se habet, ac si diuersis sententijs, diuersis temporibus, diuersas ob causas excommunicatus fuisset: vt enim in illo c. 10. lib. 1. diximus, & testatur glos. in c. cum pro causa, in verbo, tanquam excommunicatum, in fine, de sent. excommun. vna sententia pluribus excommunicationibus innodari quis potest, exempli gratia, si Petrus legitimè admonitus sit, vt concubinam dimittat, quam tamen ad diem præscriptam non dimisit: Item, si fuerit citatus, vt in iudicium veniat & non comparuit, & præterea admonitus sit, vt intra decem dies Ioanni debitũ soluat, quod tamen non soluit, & hæc omnia sub excommunicationis pœna ei præcepta fuerint, de cuius contumacia certior Iudex factus, tribus illis causis expressis eum excommunicauit, vnica hac sentẽtia, tres excommunicationes pro numero trium causarum incurrisse Petrum dicemus. Sicut igitur, qui diuersis sententijs varias ob causas excommunicatus est, ab ea solum absoluitur, cuius causam in petitione expressit, & non ab alijs, vt post gloss. in cap. ex parte. in verbo, redire, de offic. ordi. præfati authores tradiderunt: ita etiam varias ob causas, varijs excommunicationibus vna sententia irretitus, si absolutionem petens, vnam solum causam exprimat, eius excommunicationis tantum, cuius causam expressit, absolutionem consequitur, & hoc, etiamsi absolutio generalis fuerit, & ab eo facta, qui ab omnib. absoluere poterat; etenim ad excommunicationẽ illam, cuius causa expressa fuit, absolutionem suam iudex solum retulisse censetur. arg. cap. cum pro causa, & c. officij. de sent. excommunic. vt post alios subtiliter, & eruditè Hug. de cens. eccl. tab. 1. cap. 19. §. 3. nu. 20. & §. 4. nu. 4. annotauit. Quæ omnia vera sunt, quando is, qui absoluitur, excommunicationis suæ causas aliquas tacet fraudulenter, & alias exprimit, tunc enim absolutio sic accepta per surreptionem, & fraudem, ei quoad excommunicationes ob alias causas tacitas non proderit, quin adhuc etiam ob illas vitandus sit, & proinde, nec hominum consortio, nec Sacramentis restitutus, arg. d. cap. officij. secus autem, si eas taceret ignoranter: quia tunc non recolit, aut ignorat, eo enim casu si absoluens intentionem habuerat simpliciter relaxandi excommunicationem, quam tulit in eum, simpliciter absolutus est, vt Rich. 4. distin. 18. art. 10. q. 3. scriptum reliquit post Hostiensem in Summ. lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 14. §. & qualiter. vers. sin autem. vltrà medium, maximè, quando Iudex sic absoluens omnes causas, & omnes excommunicationes sciret; tunc enim licet excommunicatus ille omnes illas causas non exprimeret, absolutio tamen omnes excommunicationes tolleret, quia eum scienter ab omnibus absoluere censeretur, vt docet Sum. Astens. p. 2. lib. 7. tit. 14. q. 6. in fine. Qua distinctione facta, non malè authores præfati, qui inter se dissentire videntur, conciliari possunt.

25 Optimum autem consilium est, quod Raym. & Astensis vbi supra, Nau. in Man. c. 26. nu. 12. & in c. consideret, §. cautus, nu. 30. de pœn. d. 5. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 12. de sent. excom. lib. 6. Ioan. Baptista Antonucius, in Catechesi Neapolitana, lib. 5. c. 3. & Hug. de cens. Eccl. tab. 1. c. 10. §. 4. nu. 11. et tab. 1. c. 19. §. 3. n. 7. tradũt, vt qui absolutionem impetrat a Papa, vel eius Legato, aut ab alio virtute Bullæ, aut Iobilæi facultatem absoluendi habente, absolui se faciat ab omnibus excommunicationibus, & peccatis, de quibus etiam non meminit, quippe qui ea generali absolutione censetur ab omnib. absolutus, tunc enim, si postea de aliquibus recolat, non tenetur absolutionem iterum impetrare, sed solum necesse habebit peccatũ illud, ob quod excommunicatus erat, sicut & alia nondum in confessione detecta, confiteri.

26 Nona propositio: excõicatus ob vnam causam, si dum absolutionẽ postulat, aliam causam excõicationis explicet, & proinde ex falsa causa absolutionẽ obtineat, peccat quidẽ, absolutio tamen valida erit. Sic Host. in Sum. lib. 5. tit. de sent. exc. nu. 14. §. & qualiter, ver. sin autẽ, in fin. Sum. Astens. p. 2. lib. 7. ti. 14. q. 8. Panor. in c. ex par. nu. 6. de offic. ord. Card. in ca. ab excomun. de rescrip. & in d. c. ex parte, quẽ refert, & sequitur Nau. in Man. c. 27. n. 38. et Philip. Franc. in c. venerabilib. §. sane, quẽ etiã textum citat Pan. vbi supra, de sent. exc. lib. 6. S. Anton. 3. p. tit. 24.

cap. 77

cap.77.ver.absolutio.Siluest.verbo,absolutio,1.num.13. dub.5.& fauet ex parte,Couar.in c.alma mater.par.1.§. 11.num.14.ver.quib.equidem,de sent.excom.lib.6.& ex p(ste Hug.de cens.eccl.tab.1.c.19.§.4.num.4.Quæ propositio,vt vera sit,intelligi debet,vt quando absoluens intendebat omnino absoluere,etiam si causa expressa omnino esset falsa, vel iniusta. Nam sicut excõicatio ex falsa causa lata tenet,quam credebat esse veram,imò etiam quam credebat esse falsam, vbi excõicator intendebat omnino excõicare,(saltem in foro exteriori, dummodo non manifeste falsa sit, aut intolerabilem errorem contineat) ita absolutio ex falsa causa data valebit,vbi absoluens intendat omninò absoluere, etiam si causa expressa omnino esset falsa,vel iniusta, vt Panor.& Hugol.vbi supra ratiocinantur, & expresse tradit Henriquez, lib. 13. de excommun.ca.30.§.3. excommunicatio enim,& multo magis absolutio ab intentione iudicis vires suas sumit,maximè, cum iura ad absoluendum, quam ad ligandum promptiora sint,ex Innoc.in cap. ab excommunicato,in verbo, obtentis, de rescript.& facit l. Arianus. ff. de act.& oblig. Adde, quod absolutio iniusta valida est, arg.c.venerabilibus.§.fane,de sent.excom.lib.6.Absolutionem autem ex falsa causa datam constat esse iniustam. Et denique sicut absolutio valida est, etiamsi causa in petitione absolutionis non exprimatur, quando eam Iudex non expressa causa dare voluerit, ita etiam valida erit, etiamsi falsa causa exprimatur, dummodo Iudex non obstante tali causa, absoluere intendat, ignorantia enim concomitans non tollit, quin simpliciter absoluere velit,ne præsumatur deceptus,& inuitus. Secus autem censendum erit,si homo suppressa veritate,vel expressa falsitate, obtinuit absolutionem, quam aliàs non obtinuisset, si veram causam exposuisset, puta si absoluendus dicat se satisfecisse, vel iniuram remisisse, cum non fit verum; tunc enim absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa nulla est, nec excommunicato in foro conscientiæ, imò nec in foro exteriori cognita falsitate causæ prodest,& arg.capit.ex parte, de offic.ordin.& cap.officij de sent.excomm.vbi dicitur, quod supprimenti veritatem absolutio surrepta non prodest, & arg.capit.2. de filijs presbyt. libro 6. vbi habetur dispensationem per surreptionem obtentam nullius penitus esse momenti, quando verisimile est dispensantem cum eo dispensare noluisse,si defectus tacitus ei fuisset expressus;& hoc sensu vera est opinio gloss.in cap.ex parte, in verbo, tedire,de offic.ordin.& Paludan.4.dist.18.quæst.5.art.3.conclus. 5.Innoc. & Imola,in d.cap.ex parte,Angelica,verbo,absolutio,3. num.12. & S. Anton.3. par.tit.26.cap.77.ver. excommunicator.& Couar.in d.c.alma mater, par. 1. §. 11.nu.14.vers. septima conclusio, dicentium, absolutionem ex falsa causa latam non valere. Ratio est;quia,vt recte notat Henriquez ,lib.13.de excommun.cap. 30.§.4. Iudex sic deceptus non intendit verè absoluere,quia ignorantia antecedens,& fraus impedit voluntarium;absolutio autem ex voluntate iudicis pendet. Sicut à simili,qui allegat falsam causam, ob quam æquè principaliter obtinuit dispensationem super irregularitate,aut impedimento matrimonij, aut graui voto, non valet dispensatio, vt Henriquez vbi supra,§.4.& Nauar.in Manuali, cap.22. nu.86.tradunt.

28 Quinta est, An Episcopus subditum suum ab excommunicatione à se lata, in alio Episcopatu absoluere possit;Respondeo posse,Sic Martin.Ledes.24.q.26.artic.... Ratio est: quia fieri potest sine strepitu iudicij, & sine iniuria alterius Episcopi;quæ autem fieri possunt sine strepitu iudicij,fieri possunt à superiore circa suum subditum, etiam in alterius territorio, & prouincia, ex Innocent. & Panorm.in capit. nouit. num.3. de offic. legat. Oldrad. consi.88.Richard.4.d.18.artic.9.quæst.3.Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.13.artic.1.quæst.4. Angelica,in verbo, absolutio,2.numero 5.Siluest.verbo,absolutio,1.numero 11.dub.2. Tabiena, verbo, absolutio,2.numero 15.versiculo quæritur vndecimo,& faciunt quæ habentur,9.quæstio.2.quasi per totum,& l.2.ff.de offic.Proconsf.& l.fin. ff.de offic. præfecti Vrb.quæ tamen omnia, vt diximus,intelligenda sunt, dummodo non requiratur vocatio ad Iudicium,quia si opus esset vocari testes,vel alia id genus facere,non posset Episcopus subditum suum in alterius prouincia absoluere. In his enim, quæ causæ cognitionem requirunt, nihil in alterius diœcesi poterit, quia nec ibi pro tribunali sedere potest,ex gloss.in d.capitulo,nouit,in verbo,terminos,nisi habeat licentiam episcopi diœcesani,9.q. 2.cap. Episcopum. S. Anton.3.par.titu.24.cap.75. Fallit tamen hoc in Episcopo expulso, qui petita licentia, licet non obtenta ab Episcopo, in cuius diœcesi est, potest sedere pro tribunali, & exercere iurisdictionem supra suos subditos, dummodo non trahat eos vltra duas dietas à fine suæ diœcesis, qui fuerunt expulsores, seu fautores, aut consiliatores, prout latius in Clementina vnica, de foro compet.habetur.

29 Similiter Legatus à latere excommunicatum à se,quamuis in foro pœnitentiali, in alterius prouincia absoluere posset,non tamen in foro contentioso,nisi ex licentia Episcopi diœcesani, d.cap.nouit,& cap.excommunicatis.de offic.delegat. & ibi glo. quia vero Legati huiusmodi priuilegia multa habere solent, per quæ auctoritas eorum extenditur,ideo ex litteris suis, quid possint, aut non possint,exactius colligendum est.

30 Sexta est, An absolutio per vim obtenta valida sit? Cui difficultati ex communi DD. sententia respondeo: omnem absolutionem per vim, & metum in virum constantem cadentem obtentam, nullam esse, vt expresse habetur in cap.vnico,de his,quæ vi metusue causa fiunt, lib.6. & ibi notant Ioan. Monach. Ancharan. Gemin. Philip. Franc.& gl.per totum.Summa Astensis,par.2.li.7.tit.2. §.quadragesimus septimus.S.Anton.3.par.tit.24.cap.27. Tabiena,verbo,excommun.5.casu 32.Caietan.verbo excom.casu 41.Nauar.in Man.cap.27.num.125.versi.decimasquma. Henriquez libro 13.de excommun.cap.30.§. 1. Hugol.de censur.eccl.tab.1.cap.2.§.4.numero 2.& capitulo 4.in prin.num.14. Quod procedit primo, à quocunque vis, aut metus inferatur, etiam à muliere, vt notant Gemin.in d.cap.vnico,§.ne autem,num.2.& Hugol.vbi supra,numero 14. Secundo procedit,siue censura iuste,siue inique lata fuerit, cum lex non distinguat,an sententia iusta,vel iniqua fuerit,sic glo.in d.cap.vnico,in verbo,excommun.& quia censura etiam iniqua non illegitimis,sed probatis remedijs reuocanda est, argum.cap. sacro,§.caueat.de sent.excom.& cap.cum contingat,de offic.deleg. Tertio procedit, etiamsi sub conditione, aut ex die censura promulgata sit, & antequam conditio, vel dies aduenerit,vi, aut metu reuocata sit, talis enim reuocatio nulla erit,ex Gemin. Ancharan. & Franco vbi supra. Quarto procedit non solum in absolutione excommunicationis maioris,sed etiam minoris,ex Gemin.& Felino,in ca. si quem,numero 4.de senten.excommun. & ratio est;quia cum aliquid de excommunicatione dicitur, quod non solum ad maiorem, sed etiam ad minorem accommodari potest, etiam ad minorem trahitur, vt tradunt gloss. in cap.præsidentes,in verbo, excommunicationis, de hæret.lib.6.& similis gloss. habetur in clemen. 2. in verbo, sententijs,de priuileg.& Gemin.& Franc.in dicto capit. vnico,de his,quæ vi.met.causa fiunt. Cum igitur absolutio, de qua agitur in d.capitulo vnico, ad excommunicationem minorem pertineat, eiusdem capitis dispositio in excommunicationis minoris absolutione locum habebit.

31 Quibus addo, quod qui sic per metum, aut vim absolutionem extorquet, non solum à priori excommunicatione non soluitur, sed etiam nouam excommunicationem dicti cap.vnici,de his,quæ vi.lib.6.incurrit,vt docent Summa Astensis,& Henriquez vbi supra, & contra

tra huiusmodi extorquentes absolutionem, grauiter inuehitur Conc. Trident. Sess. 25, de reforma. cap. 3. in fine, vbi ait: *Nefas esse, ut Magistratus compellat iudicem Ecclesiasticum absoluere*. Metus autem cadens in constan-
32 tem virum is est, quando aut mors ipsa, aut corporis cruciatus grauis, aut vniuersorum bonorum, aut partis eorum amissio interminatur, nisi absoluat, argum. cap. 1. &c. & cap. ad audientiam, & c. cum dilectus. de his, quæ vi met. cau. fiunt, & l. propter litem, ff. de excus. tutor. Item subtractio magni lucri, vt docent Cinus, in l. interpositas, C. de transact. & Anchar. & Franc. in dicto cap. vnico. Sed de maiori excommunicatione, eiusque vinculo, effectibus, & absolutione, hactenus dicta sufficiant. In sequentibus de excommunicatione minori breuiter agendum erit.

De excommunicatione minori. De natura, & effectibus eius. Cap. XXII.

S V M M A.

1 *De Excommunicatione minori, quæ tractanda ab authore sint.*
2 *Excommunicationis minoris quot species tam a Theologis, quam a Canonistis assignentur.*
3 *Excommunicatio minor quidnam sit, & quare sic appellata sit.*
4 *Excommunicatio minor qualiter ab excommunicatione maiori differat.*
5 *Excommunicatio minor qualiter a peccato mortali distinguatur.*
6 *Excommunicatio minor communione passiua Sacramentorum priuat.*
7 *Excommunicatus minori nec confirmari, nec Eucharistiam sumere, nec matrimonium contrahere, nec ordinibus initiari potest.*
8 *Excommunicatus minori Missam audire, & etiam osculum pacis in Missa licite recipere valet.*
9 *Excommunicatus minori non solum ecclesiam intrare, sed etiam officia diuina cum alijs in choro recitare potest.*
10 *Excommunicatus minori actor esse potest in iudicio.*
11 *Excommunicatus minori procurator in iudicio pro alijs esse valet.*
12 *Excommunicatus minori in iudicio testis esse potest.*
13 *Excommunicatus minori an verum Sacramentum recipiat.*
14 *Excommunicatus minori, quoties non peccat recipiendo Sacramentum pœnitentiæ, toties verum Sacramentum recipit, ita vt confessionem reitrare non teneatur.*
15 *Excommunicatio minor hominem incapacem Sacramentorum non efficit, sed solum, ne licite ea recipiat.*
16 *Excommunicatus minori quare quoties peccat Sacramentum, & iteranda confessio.*
17 *Excommunicatio minor non actiua collatione, sed passiua solum Sacramentorum receptione priuat.*
18 *Excommunicatus minori administrando alijs Sacramenta non mortaliter, sed solum venialiter peccat.*
19 *Excommunicatus minori recipiendo Sacramenta regulariter peccat mortaliter, nec gratiam Sacramenti recipit.*
20 *Excommunicatus minori quo sensu a Gregorio Nono, dicatur grauiter peccare celebrando.*
21 *Excommunicatus minori licet peccet Sacramenta conferendo, valent tamen collata ab eo sacramenta.*
22 *Excommunicatus minori ad beneficium, seu dignitatem ecclesiasticam eligi nequit.*
23 *Excommunicati minori electio ad beneficium an ipso iure nulla, vel potius annullanda sit.*
24 *Excommunicati minori electio ab beneficium in foro exteriori irritanda est, quamuis sic electus excommunicationis ignarus fuerit.*
25 *Excommunicatio maior electionem ipso iure nullam reddit, non autem excommunicatio minor.*
26 *Peccatum mortale electionem ad beneficium non annullat.*
27 *Excommunicatus minori Missam celebrando mortaliter peccat, irregularitatem tamen non contrahit.*
28 *Excommunicatio maior quare celebrantem irregularem efficiat, non autem minor.*
29 *Communicans cum excommunicato minori in excommunicationem aliquam non incidit.*
30 *Excommunicatio minor neque a iudicio repellit, neque rescripta annullat.*

1 Voniam quæ ad excommunicationem minorem pertinent, magna ex parte in superioribus exposita sunt, hic solum ea adiungemus, quæ commodè ad hæc tria reuocari possunt. Primum est, vt natura, & effectus, quos parit, explicentur. Secundum est, vt, quis eam ferre possit, ostendatur. Tertium est, vt, quis ab illa possit absoluere, declaretur.

2 Quo ad primum. Antiquiores Scriptores tam Theologi, quam Canonistæ, duas excommunicationis minoris species assignarunt, quarum Vna, & præcipua est illa, quæ a participatione Sacramentorum tantum excludit, cap. fin. de Cler. excomm. ministr. Alia est illa, quæ separat a communione fidelium, non Sacramentorum, quod colligunt ex capit. præsenti, 5. quæst. 2. vbi accusatus, & citatus expectatur per dies septem sine aliqua pęna; & deinde per alios septem, hac apposita pęna, vt Ecclesiam non ingrediatur ad officia diuina audienda, & postea per duos dies interdicitur ei, ne cum alijs fratribus, vel in choro, vel in mensa, vel in dormitorio communicet, ex glossa, in dicto cap. præsenti. in verbo, communione, & in capit. in loco, 5. quæst. 4. Tumultum, & strepitum faciens tempore Synodi per triduum a communione fratrum, non autem Sacramentorum, ex glo. ibidem. in verbo excommunicat. separatur, & cap. placuit. 2. distinct. 18. vbi Episcopus impeditus, ne ad Synodum veniat, & literas excusatorias non mittens separatur ab aliorum Episcoporum communione, & similia habentur in c. quorundam, d. 34. & cap. si quis de alterius. d. 58. de quibus legi possunt Richard. 4. d. 18. art. 7. q. 4. Hostiens. in Summa, lib. 5. titulo de Cler. excomm. ministr. num. 1. § qualiter puniatur, & tit. de sententia excommunicationis, numero secundo, §. quot sunt species. Summa Astensis, parte 2. libro septimo, tit. 5. art. 1. & tit. 9. art. 2. q. 10 Ioan. de Lign. in tract. de cens. eccl. §. vndecimus. Felin. in cap. 1. num. 1. de treug. & pace, & in cap. a nobis, nume. 11. de except. Marian. Soc. sen. in cap. sacris, num. 508. de sententia excommunicationis. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 3. ca. 5. & capit. 7. Hi igitur omnes duas species minoris excommunicationis constituunt, quarum vna a Sacramentis tantum, altera vero a communione aliquorum hominum separat, ita vt nec ipse communione eorum in diuinis, aut humanis vti possit; sicut è contrario, nec hi, quorum consortio priuatur, eius communione vtentur,

aliorum

aliorum autem communione, a quibus separatus non est; licitè, & sine peccato vti poterit, sicut etiam & illi eius vti consortio in diuinis, aut humanis poterunt. Sed quia vt rectè notat Richar. in istis iuribus multum extenditur excommunicationis nomen, & hæc secunda species a recentioribus authoribus neglecta est, de prima tantum, cuius vsus frequentior est, in præsentiarum agemus.

3 Excommunicatio igitur minor (sic dicta respectu excommunicationis maioris, cuius pars quædam est, seu respectiue ad effectus maioris excommunicationis, aut quia propter minora peccata incurritur, vt notant Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. dub. 2. Henriquez, libro 13. de excomm. capitulo 3, §. 1. Hugolin. tab. 3. capit. 5. §. 1.) est censura Ecclesiastica hominem participatione passiua Sacramentorum priuans, prout DD. communiter definiunt, & colligi potest ex cap. si celebrat, de Cleric. excommunica. minist.

4 Ex qua definitione constat, qualiter non solum ab excommunicatione maiori, sed etiam a peccato mortali differat; excommunicatio enim maior tam actiua, quam passiua Sacramentorum perceptione priuat, hæc autem passiua tantum, illa publicis Ecclesiæ suffragijs priuat; hæc non item; illa multo plures habet effectus, quam minor habet, vt inferius dicemus. Et quamuis impropriè nonnulli, vt Panorm. in capitulo, si celebrat, numero 6. de Cler. excommun. ministr. & Gabr. 4. dist. 18. q. 2. artic. 1. notab. 1. & Coroll. ante notab. 2. & Siluest. verbo, excommunicat. 5. numero 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 5. artic. primo. Angelica, verbo, excommun. 4. & alij peccatum mortale adæquant excommunicationi minori, adeo vt velint omnem mortaliter peccantem in minorem excommunicationem incidere ex eo, quod peccatum mortale priuet digna perceptione Sacramentorum, sicut excommunicatio minor, ob quam sane causam peccator latè dicitur excommunicatus, 11. quæstione 3. capitulo, ad mensam, §. euidenter, in multis tamen a peccato mortali
5 differt; Primo quidem, quia peccatum est culpa, excommunicatio minor est pœna; peccatum mortale per contritionem ante absolutionem remittitur, excommunicatio minor non nisi absolutione, quantumuis attritus, aut contritus sit, remittitur, peccans etiam mortaliter post contritionem, excepta Eucharistia, Sacramentum aliud quodcunque dignè ante absolutionem recipit, non sic minori excommunicatione ligatus, ex Siluestr. verbo, excomm. 3. in fine, in peccato mortali existens conferendo Sacramenta peccat mortaliter, non sic minori excommunicatione constrictus alijsque modis inter se differunt, vt latius probat Henriquez. libro 13. de excommun. capitulo 2. §. 1. in annot. littera D. & capitulo 3. §. 2. Ex quibus manifestum est excommunicationem minorem longe diuersos effectus, quam peccatum mortale, & multò pauciores, & leuiores effectus, quam excommunicatio maior, habere, vt sequentia declarent.

6 Primo igitur excommunicatio minor Sacramentorum communione passiua nos priuat, hic enim principalis proprius eius effectus est, vt colligitur ex cap. si celebrat, de Cler. excommun. ministr. & c. penult. de sententia excommunicationis, & DD. ibi, Hostiensis in Summa, libro 5. tit. de Cleric. excomm. ministran. numero primo, § qualiter puniatur, & tit. de sentent. excommunicationis, numero 2. §. quot sunt species. Summa Astensis par. 2. libro 7. titulo 9. artic. 2. Panorm. in rubr. de sententia excomm. numero 3. & idem Panorm in cap. illa quondiana, numero 8. de elect. Felin. in rubr. de sententia excommunicationis, numero 6. Marianus Socinus, in capitulo sacris, numero 507. de sententia excommunicationis, S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 2. §. 1. Angelica, verbo, excom. 1. numero 1. Summa Pisanella, verbo, excom. 7. ver. quis est effectus. Tabiena, verbo, excomm. 8. numero 2. Siluest. verbo, excommun. 4. numero 3. Nauar. in Manuali capitulo 27. numero 1. & numero 24. Couar. in capitulo, alma mater, in princ. numero 4. & §. octauo, numero primo, de senten. commun. libro 6. Hugolin. de censur. eccles. tab. 3. capitulo 6. §. primo, ex Theologis S. Thom. in addit. tertiæ quæstio. vigesimaprima, artic. primo, Alexand. de Ales. par. Summæ, quæstio. vigesimasecunda, memb. 1. artic. sexto, §. primo, Bonau. 4. dist. 18. in vltima par. d. quæstio. quinta, Palud. quarto distinct. 18. quæstione sexta, articulo tertio, conclus. at Gabr. quarto distinct. 18. quæstione secunda, artic. primo, notab. primo, & quæstio. tertia, artic. tertio, dubio 1. Adrian. 4. Senten. quæst. tertia, de Clauibus. §. pro huius solutione. Martin. Ledesm. secunda 4. q. vigesimaquinta, art. secundo, Sotus quarto distinct. vigesimasecunda, quæstio. prima, artic. primo, dub. 2. vers. effectus autem. & quæst. secunda, artic. tertio, Henriquez lib. decimotertio, de excommun. cap. 3. §. tertio, Toletus libro primo. Institut. Sacerd. capitulo vndecimo. Vnde talis nec
7 confirmari, nec Pœnitentiæ Sacramentum suscipere, nec Eucharistiam sumere, nec Matrimonium contrahere, nec vt ait Gemm. in cap. primo, numero octauo, de temp. ordin. libro sexto, ordinibus initiari poterit. Hac igitur excepta participatione passiua Sacramentorum, in alijs omnibus occurrentibus in vita humana, sic excommunicatus communicare potest, tam in diuinis, quam in humanis cum alijs, sicut antea poterat; Vnde, primo Missam audire
8 potest, licitè etiam osculum pacis in Missa recipit, licet successerit communioni, ex Palud. 4. dist. 18. quæstio. 6. artic. 3. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. artic. 2. Henriquez, libro 13. de excommun. capitulo 5. §. 1. Gemm. in capitulo is, cui, numero 3. de sent. excommunicationis, libro 6. Summa Pisan. verbo, excommun. 7. Siluest. verbo, excommunic. 4. numero 5. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 24. vers. secundo. Couar. in cap. alma matre, §. 7. numero 2. Hugol. tab. 3. cap. 6. § 4. Alphonso Viualdo in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommunic. minori, num. 4. Quicquid Hostiens. Goffred. Rod. Raym. & alij, quos refert, & sequitur Summa Astensis, par. 2. tit. 9. art. 2. q. 2. id concedere timeant. Et multo magis Ecclesiam intrare potest, & etiam officia diuina cum alijs in choro recitare, vt præfati authores docent, & præter illos Innocent. in cap. duobus, de sententia excommunicat. Zabar. in clem. 1. de celebr. Missar. & ibidem Ancharan. numerò 3. qui pro hac recitat Specul. Couar. & Nauar. vbi supra. Summa Astensis. d. art. 2. quæst. 3. vbi etiam refert Hostiens. & Goffred. Gabr. 4. d. 18. quæstio. 2. art. 1. not. 1. in fine, & quæst. 3. art. 3. dub. 1. Henriquez, & Hugol. locis citatis, S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. §. 1. Siluest. verbo, excommun. 4. numero 6. dubio 3. in humanis etiam licitè aliorum vtitur communione, ex Gabr. vbi supra.
10 Petrus a Soto, lect. 4. de excommunicatione, vnde actor esse potest in iudicio ex glo. in capitulo appellanti, in verbo probandis, de appellat. Panorm. in capitulo intelleximus, numero 3. Felin. numero 22. de iudic. idem Panorm. in capitulo prudentiam, §. sexta, & ibi DD. de offic. deleg. Marian. Socin. in cap. sacris, numerò 283. de sententia ex-
11 communicationis. Item Procurator pro alio esse potest in iudicio, ex Mariano Socino, in dicto capitulo sacris, num. 414. & Nicol. Milio, in Repert. in verbo, excommunicatus minori excommunicatione. Sic etiam testis in iudicio
12 esse potest, ex Felino, in cap. veniens, 2. in fine, de testibus, Marianus Socinus in d. capit. sacris. numero 401. Multoque magis extra iudicium alios actus exercere valet, vt contractus inire, testamentum facere, ex Mariano Socino, in capitulo sacris, numero 474. de sententia excommunicationis, Gabr. 4. distinct. 18. quæst. 3. artic. 3. dub. 1. in fine, Hugolin. tab. 3. capitulo 6. §. 4. Quorum omnium hæc ratio est: quia vt diximus, excommunicatio minor, sola participatione passiua Sacramentorum priuat, è quorum numero non sunt hæc, quæ a nobis enumerata sunt.

13 Difficultas tamen esse potest; an cum excommunicatus minori excommunicatione participatione passiua

Sacra-

Sacramẽtorum priuatus sit, verum Sacramentum sit, necne, si illud recipiat; In qua re certum est, omnia Sacramenta, (excepta Pœnitentia) verè ab excommunicatio suscipi posse, vnde excommunicatus minori excommunicatione Eucharistiam verè recipit, & Ordinibus initiatur, verè confirmatur, Matrimonium verè contrahit, & Vnctionem extremam sumit, vt latius ca. 1. exposuimus.

14 De Pœnitentia verò, an, si Sacramentaliter absoluatur, verè absolutus sit, non parua est inter authores contentio. Etenim, Caiet. in verbo, Absolutio nonnullis circumstantijs, ver. verum autem, & in verbo confessio iteranda, semper valere putat: cum Caietano consentit Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 1. non longe a fine, ver. attamen quamuis, vbi sententiam Caietani quoad excommunicationem minorem admittit.

Alij vt Palud. 4. d. 18. q. 6. artic. 3. conclus. 2. ait ligatum minori excommunicatione non posse absolui in foro conscientiæ, sed debere iterum confiteri. & Syluestr. verbo, excommunicat. 4. §. 1. & verbo, confessor. 3. nume. 12. dubio octauo. Tabiena, verbo, absolutio. 1. nume. 24. §. decimo, Summa Corona, c. 31. de iteratione confessor. in fine, in 1. part. absolutè docent absolutionem Sacramentalem illi tributam non valere, quia priuatus est perceptione Sacramentorum.

Alij tertio, vt Nauar. in Man. cap. 9. nu. 3. versi. quarto, & in c. consideret, §. cautus, num. 30. de pœnit. dist. 5. & in ca. fratres, num. 45. vers. secunda principalis, cum seq. de pœn. distio. ead. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 6. num. 7. de sent. excomm. lib. 6. Mar. Ledes. 2. 4. quæst. 25. ar. 2. Io. Medina C. de confess. q. 18. §. dicendum igitur. & Barth. Medina in Summa, capit. 11. §. 3. lib. 1. Alphonsus Vivaldus in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommun. num. 31. & tract. de excommunicatione minori, nume. 6. post Petrum a Soto, lib. de institutione Sacerd. lectu. 4. de excommunicatione, hanc quam modo explicabimus sententiam probabilem, & in praxi tutam esse dixit. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 2. capit. 7. §. 2. num. 6. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 3. §. 5. qui omnes media via incedentes, docent quod aut talis excommunicatus absolutionem consequens non peccat, mortaliter scilicet quia vel iustè ignorat se excommunicatum esse, vel oblitus est excommunicationis, vel scit se excommunicatum esse, & id confitetur; sed tamen siue iustè, siue iuris, vel facti errore ductus, putat se posse a Confessario absolui, & in his casibus si ab eo prius a peccatis absoluatur, quam ab excommunicatione, verè absolutus est; nec ad confessionem iterandam obligatur, sed solum habita notitia excommunicationis, vt ab ea absoluatur, procurare tenetur, a qua sine iteratione confessionis absolui potest, vt docet ibi Nauarr. in cap. fratres, nume. 50. & sic vera est Caietani,
15 & Soti opinio. Ratio est: quia in his casibus adest materia debita, cum debita forma, debitaq; intẽtione, & non ponitur obex ex parte pœnitentis: res enim quæ culpa caret, in damnum cedere non debet, cap. 2. de constit. & ca. sine culpa, de reg. iur. lib. 6. iusta enim ignorantia talem ab omni culpa excusat. Est igitur vera absolutio Sacramentalis, quandoquidem per excommunicationem non redditur homo incapax Sacramenti, sed solum ei interdicitur, ne Sacramenta recipiat: Et quamuis factum sit contra huiusmodi prohibitionem, non sequitur secundo, quod non teneat, multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.

16 Vel sic excommunicatus absolutionem petens mortaliter peccat, quia scilicet nouit se excommunicatum, aut nosse deberet secundum qualitatem suam, a confessario se absolui non posse a peccatis, nisi præmissa absolutione ab excommunicatione, & tunc quidem verè Sacramentum non recipit, nec à peccatis absoluitur, non ea ratione, quod excommunicatio minor incapacem reddat absolutionis a peccatis, sed quia ponit obicem peccati mortalis scienter petens absolui a peccatis antequam absoluatur ab excommunicatione, contra præceptum Ecclesiæ. Vndè, aut confitetur hoc peccatum, & tamen vult absolui, & ita non habet propositum a peccatis futuris abstinendi, & id palam facit confessario, & sic indignum se reddit absolutione ex defectu contritionis; aut non confitetur illud peccatum, & peccat, volens absolui ab excommunicatione, & esse particeps tanti Sacramenti, cum maneat ab omnium Sacramentorum participatione exclusus, & tunc confessio eius non est integra, & ita reiteranda: & hoc sensu vera est Paludani, & aliorum sententia, quibus fauet Sotus, 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. §. postremum tandem dubium est.

17 Ex quibus omnibus manifestum est excommunicationem minorem participatione passiua Sacramentorum priuare, in qua re cum maiori conuenit, quamuis in alia differat, non enim minor hæc, sicut illa, collatione actiua Sacramentorum priuat. Etsi enim Innoc. in cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. & aliqui alij, vt Adria. 4. Sent. q. 3. de clauibus. §. pro huius solutione. Syluestr. verbo, excommunicatio, 4. §. 1. putent excommunicatum
18 minori, peccare mortaliter etiam ministrando alijs Sacramenta, & ideo illa ministrare non posse, alioquin non peccaret, quod enim quis agere potest, illud agendo non peccat, arg. c. qui peccat. 23. quæst. 4. communior tamen, & verior opinio docet, non peccare mortaliter (sed ad summum venialiter) ratione solius excommunicationis minoris. Sic Ioan. de Lign. apud S. Anto. 3. par. tit. 25. cap. 2. §. 1. quem ipse sequitur Marian. Soc. in c. si celebrat, nu. 15. de cler. excomm. minist. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 9. art. 2. quæst. 1. Marti. Ledesm. 2. 4. quæst. 25. art. 2. Sotus, 4. d. 22. q. 3. ar. 3. Nauar. in Manua. c. 27. nu. 24. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 8. nu. 2. ver. sed si minori. de sen. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. ca. 3. §. 1. Hugolin. de censur. eccles. tab. 3. c. 6. §. 2. Caiet. in verbo, excommunicatio minor. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommun. 46. Toletus libro primo, institu. Sacerd. cap. vndecimo, quorum aliqui vt Nauar. Henriquez & Hugolin. dicunt nec peccare venialiter, alij vero solum venialiter, non autem mortaliter peccare existimant, quorum mihi opinio ma-
19 gis placet. Probari potest ratione, quia excommunicatus minori, non peccat mortaliter administrando Sacramenta præcisè ratione ipsius excommunicationis, quia ex vi ipsius censuræ non est illi prohibita collatio Sacramentorum, sed participatio sola, vt habetur d. c. si celebrat. de cler. excom. minist. & c. pen. de sen. excom. & ca. a nobis. de except. & potest hanc censuram incurrisse sine peccato mortali, imò plerumque ob solum veniale incurritur, vt latius Imol. in capit. Sacris, de his quæ vi met. cau. fiunt. Nauar. in Man. c. 27. nu. 28. Couar. in ca. alma mater. p. 1. §. 3. nu. 7. & §. 8. nu. 8. de sent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 3. §. tradiderunt. Nulla ergo causa est, cur conferendo sacramenta peccare mortaliter existimetur ratione solius excommunicationis minoris. Licet igitur suscipiendo sacramenta excommunicatus minori mortaliter peccet, atque adeo gratiam sacramenti non suscipiat, cum susceptione sacramenti directè, & per se priuatus sit, quantumuis sibi attritus, aut contritus videatur, ex Ioan. Dried. lib. 2. de lib. Christian. c. 8. Franc. a Victoria tract. de excommun. nu. 16. & Syluest. verbo, excommunic. 4. num. 3. Caiet. in Summa, verbo, excommunicatio minor, & Alphonso Viualdo, in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommunicat. nu. 45. Soto, 4. distin. 22. quæst. 2. artic. 3. ver. materia hęc. Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 3. §. 2. Collatione tamen, quia solum priuatur consecutiuè, solum venialiter peccat, ex eo enim, quod ad sacramenta suscipienda accedere nequeat, venialem quandam irreuerentiam eisdem sacramentis irrogat conferendo, vt Ledesm. & Sotus vbi supra notarunt.

20 Quod si dicas, ex dicto capit. si celebrat, colligi, quod gra-

municati minori excommunicatione solum irritanda est.

26 A mortali vero peccato differt, quia existens in mortali ad beneficium Ecclesiasticum eligi potest, & eius collationem validè consequi, cap. sicut nostris, & ibi glos. in verbo, incauta, de iureiur. & faciunt, quæ docet eadem gloss. in cap. si celebrat. in verbo, nec eligere, in fine, de cler. excom. ministr. Felin. in cap. 2. colum. 2. de rescrip. & in cap. dilectæ. col. 2. de except. Ioan. Maior. 2. Sent. dist. 44. quæst. fi. & 4. dist. 18. quæst. 4. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 4. de sent. excommun. lib. 6. de qua re legendus est Nauar. in cap. si quando. de rescript. except. 27. excommunicatio autem minor inhabilem reddit, vt ex dictis manifestum est.

27 Tertiò, Excommunicatus minori excommunicatione Missam celebrando licet grauiter peccet, irregularis tamen non efficitur; vt habetur in cap. si celebrat. & ibi glo. in verbo, irregularitatis, & ibi Panorm. num. 2. de Cleric. excommunicat. ministr. Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de cler. excom. ministr. §. qualiter puniatur, num. 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 9. art. 2. q. 1. Palud. 4. d. 18. q. 6. artic. 3. concl. 1. in fi. Sotus 4. d. 22. quæst. 2. art. 3. versic. materia hæc. Summa Pisanella, verbo, excom. 7. §. quis est effectus. Tabiena, verb. excom. 8. nu. 1. in fi. Siluest. in verbo, excom. 4. num. 3. Nauar. in Manual. capit. 27. numero 244. Couar. in cap. alma mater. par. prima, §. 8. num. 1. de sentent. excommunic. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 3. §. 1. in fine. Hugolin. de censur. eccles. tab. 3. cap. 8. num. 5. Ratio est; quia vt quis irregularis efficiatur, necesse est, vt actum aliquem ordinis exerceat, a quo per censuram suspensus est, ex Henric. d. cap. si celebrat. & S. Anton. 3. par. tit. 26. capit. 4. §. 1. Couar. vbi supra, excommunicatus autem excommunicatione minori ab aliquo actu ordinis ecclesiastici suspensus non est, sed solum a perceptione Sacramentorum, quæ ad nullum ordinem pertinet: & Mariano Socino in dicto cap. si celebrat. numero tertio, & Panormitan. num. 2. de Cleric. excom. ministr. & ideo Sacramenta percipiendo, immo etiam Missam celebrando irregularis non est.

28 Ex quibus colligitur alia differentia inter maiorem, & minorem excommunicationem; excommunicatio. n. maior, quia suspensionem ordinum includit, qui celebrando officia sibi interdicta attentat, irregularis efficitur, secus in minori excommunicatione, vt diximus.

29 Quarto, Quamuis cum excommunicato minori excommunicatione communicans peccet, maxime vbi sic ex communicato administrat Sacramenta, a quorum perceptione remotus est, [quod procedit solum vbi excommunicatus sit denunciatus est, sic enim locum etiam habet, Extrauagan. ad euitanda scandala.] in minorem tamen excommunicationem sic communicando non incidit. Facit glo. in cap. excellentissimus. in verbo, Qui communicant. 11. q. 3. & expresse Hostiensis in Summa, libro 5. tit. de sent. excom. num. 15. §. & quæ sit pœna, versic. hæc autem excommunicatio. Innoc. in cap. si celebrat. de cler. excom. ministr. Zabar. in cap. cum desideres. num. 1. de sentent. excom. Angelica, verbo, excom. 8. num. 23. Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 2. conclus. 9. quo loco etiam non peccare ait, quod intelligi debet, vbi in non prohibitis communicatur. Mart. Ledesm. 2. 4. quæst. 15. art. 2. in fine. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. §. materia hæc. in fine, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 25. & Franc. a Victoria, tract. de excom. nu. 16. in fine. Alphonsus Viualdus in Candelabro aureo, p. 2. tract. de excommunicatione minori, numero 10. post S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 23. art. 2. ad secundum, Toletus, lib. primo, instit. Sacerd. cap. 11. Hugol. tab. 3. cap. 8. numero 5. qui omnes docent communicantes cum excommunicato minori excommunicatione, aliam minorem excommunicationem non incurrere: vnde commune dictum est excommunicationem non transire tertiam personam. Hoc est, si quis excommunicatus sit minori excommunicatione pro eo, quod participauit excommunicato maiori, ego qui sum tertia persona respectu excommunicati, non prohibeor ei, qui minori ligatus est, participare, vt præter ceteros tradit Adrian. in 4. q. 3. de clauibus, §. pro huius solutione. Ex quibus etiam constat, minorem excommunicationem a maiori differre.

30 Quinto, Excommunicatio minor non repellit a iudicio, nec annullat rescripta, cap. a nobis, de except. neque communibus Ecclesiæ suffragiis priuat, ex Henriquez, libro 13. de excom. cap. 3. §. 1. Hugol. tab. 3. cap. 6. §. 4. numero 2. cum ab eccl. præcisus non sit, neque a Christi fidelium consortio separatus, ex Panorm. in cap. intelleximus, numero 3. de iudic. Adrian. 4. sentent. quæst. 3. de clauibus, §. pro huius solutione. In quibus omnibus ab excommunicatione maiori differt. Et de natura, & effectibus eius hactenus.

Qui excommunicationem minorem ferre, & ab ea absoluere possit. Cap. XXIII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio minor non solum a iure, sed etiam ab homine ferri potest.*

2 *Excommunicationem maiorem, qui ferre potest, etiam & minorem ferre valet, quamuis hodie in vsu non sit vt ab homine feratur.*

3 *Excommunicatio minor, quando ab homine fertur, quibus verbis ferenda erit.*

4 *Excommunicatio minor quibus casibus a iure feratur.*

5 *Absoluere ab excommunicatione minori potest Sacerdos proprius ipsius excommunicati.*

6 *Proprius Sacerdos qui censendus sit.*

7 *Absoluere ab excommunicatione minori subditum alterius parochus alienus non potest, quoties illa ob participationem mortalem cum excommunicato maiori incurritur.*

8 *Absoluere ab excommunicatione minori ob participationem venialem cum excommunicato maiori incursa an quilibet Sacerdos simplex, sicut a peccatis venialibus possit.*

9 *Absolutio sacramentalis peccatorum venialium ab excommunicationis minoris absolutione qualiter differat.*

10 *Excommunicatio minor vera censura Ecclesiastica est iurisdictionem tam in ferente, quam in auferente requirens.*

11 *Religiosi, & alij ad Sacramentum pœnitentiæ ministrandum admissi virtute potestatis delegatæ ab excommunicatione minori absoluunt.*

12 *Absoluendi potestatem ab excommunicatione minori parochus proprius alij delegare potest.*

13 *Diaconus, aut alius clericus ex delegatione habentis iurisdictionem ordinariam a minori excommunicatione absoluere valet.*

14 *Excommunicatus minori pœnitentem a peccato absoluere potest, peccat tamen venialiter absoluendo, & quæ huius rei sit ratio.*

15 *Excommunicatus minori absoluendo ab excommunicatione minori, vel maiori non peccat.*

17 *Excommunicatus minori, vt absoluatur, quid facere teneatur.*

1 COmmunis omnium DD. & recepta sententia est excommunicationem minorem non solũ à iure, sed etiam ab homine ferri posse, vt colligitur ex glo. in c. si inimicus, 11. q. 3. Goffre. in Summa, de senten. excom. num. secundo, Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de Cler. excom. ministr. & clarius in tit. de sent. excom. num. secundo, §. quot sunt species, & num. 5. §. nedum autem ius, in fine. Summa Astensis par. 2. lib. 7. titulo 5. art. 1. titulo nono, artic. 2. q. 10. Rich. 4. d. 18. art. 7. quæst. 4. Panorm. in rubr. de sent. excom. num. 3. & in c. illa quotidiana, nu. 8. de elect. & in cap. si diligenti, nu. 22. Fel. ibidem in fine, de foro compet. idem Panor. in cap. si celebrat, nu. 4. de Cler. excom. ministr. & Zabar. ibi, nu. 4. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 507. de sent. excom. Angelica, in verbo, excom. 1. no 2. Tabiena, verbo, excomm. 2. nu. 7. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 25. Couar. in c. alma mater. part. 1. §. 8. num. 5. de sentẽt. excom. lib. 6. Petrus a Soto. lib. de institut. Sacerd. tracta. de excommunicatione, lect. 4. Henriquez lib. 13. de excõ. cap. 3. §. 4. Hugolin. tab. 3. cap. 1. nu. 2. qui omnes expresse docent, etiam ab homine excommunicationem hanc ferri posse quamuis id Sotus. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. ver. circa secundum, negare videatur; qui tamen intelligi potest
2 eo modo, quo inferius dicemus. Quisquis igitur excommunicationem maiorem ferre potest, etiam minorem infligere poterit; Ad quam etiam infligendam requiritur iurisdictio Ecclesiastica fori contentiosi, vt præfati authores tradunt; ob cuius defectum a simplici parocho ferri nequit, cum hic fori contentiosi iurisdictione careat, ex Panor. in capit. 2. nu. 10. de offic. ordin. & in cap. cum ab ecclesiarũ, nu. 1. tit. eo. Hugolin. vbi supra, c. 1. §. 1. nu. 2. & est communis opinio quicquid glo. in d. cap. si inimicus, 11. q. 3. & alij, quos refert Fel. in cap. si diligenti, in fi. de foro compet. etiam simplices parochos eam ferri posse senserint.

Antiquitus excommunicatio minor ab homine ferri solebat, hodie tamen in vsu non est, quo sensu Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. vers. circa secundum, post Syluest. in verbo, excom. 4. nu. 2. §. decimo, dixit, quod nunquam infligitur ab homine, nullus enim Iudex aliquid vnquam præcipit sub pœna excommun. minoris, vt patet experientia.

3 Quando autem contingeret excommunicationem minorem ab homine ferri, illis verbis ferenda erit, quibus effectus eius exprimitur; nimirum vt significetur separatio a communione horum, vel illorum hominum; vel a perceptione Sacramentorum, vt colligi potest ex cap. A nobis de except. & capit. fina. de Cler. excom. ministr. & capitulo, penult. de sent. excom. & Panor. in ca. si diligenti, nu. 22. de foro comp. & c. illa quotidiana, nu. 8. de electio. Quamuis si simpliciter feratur excommunicatio minor exempli gratia; *Excommunico te minori excommunicatione, seu Minorem excommunicationem in te fero.* intelligi debet excommunicatio illa, quæ Sacramentorum perceptione priuat, vt Panorm. in d. cap. si diligenti, numer. 22. annotauit, tum quia hæc vsitatior, & frequentior est, ar. d. cap. fina. de Cler. excom. ministr. & cap. a nobis, de excep. & cap. penult. de sent. excommu. tum quia secundum nominis interpretationem, & communem loquendi modum communio appellatur ratione recepti Sacramenti, ex And. Barbar. & addit. ad Panor. in d. capitu. si diligenti, nu. 22. in litera C. quo in loco Panor. ait, priuare quem Sacramentis, non esse aliud quam ferre excommunicationem minorem, & in ca. illa quotidiana, nu. 6. de elect. ait, excommunicationem minorem non repellere a communione hominum, sed solum a participatione Sacramentorum, & ibidem nu. 8. ait, idem esse, si Iudex excommunicaret aliquem minori excõmunicatione, seu suspenderet a Sacramentis tãtũ; tum quia si de altera specie intelligeretur, aut nulla, aut incerta semper esset talis sententia; quandoquidem ignoratur, a quorum communione priuet; non enim est ratio cur horum potius, quam illorum hominum communione careat; ab omnium autem hominum communione priuare, nulla ratione dicendum est; cum priuatio hæc vsitata non sit, nec vnquam in vsu antea fuisse legamus. Quare cum actum semper in eam partem interpretari debeamus, vt potius valeat, quam pereat, argum. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de verb. oblig. excommunicationem simpliciter latam, de ea, quæ Sacramentorum perceptione tantum nos priuat, accipimus.

4 Quoad excommunicationem minorem latam a iure Inn. in c. 1. de sen. excom. Angelica, in verbo, excommun. 4. Syluestr. verbo, excomm. 4. num. 2. ver. sciendum est secundo, & Nauar. in Manual. cap. 27. num. 25. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 3. §. 4. & Summa Pisanella, verbo, excomm. 7. referunt octo casus esse, in quibus excommunicatio hæc a iure antiquo lata fuit, quorum aliquos numerant etiam Sotus, 4. d. 22. q. 2. art. 3. vers. circa secundum, & Victoria tract. de excomm. & Alphonsus Viualdus, in suo Candelabro aureo, par. 1. tract. de excommunicatione minori num. 2. decem casus recenset. Alij verò, vt Hostiensis, in Summa, lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 12. §. quis possit ab hac sententia absoluere Raym. in Summa. Astẽsis in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 5. art. 1. duodecim & tredecim ponunt, quos tamen omnes quoniam nunc consuetudine abrogati sunt breuitatis causa prætermittendos esse censuimus. Quæ enim adhuc in vsu est, excommunicatio illa est, de qua in ca. excommunicatos, & cap. cum excommunicato, & seq. 11. q. 3. & ca. nuper. de sent. excom. habetur; nempe quando quis participat cum excommunicato maiori excommunicatione denunciato; aut cum notorio Clerici percussore, vt notat Franciscus a Victoria in tract. de excommun. numero 16. in aliquo illorum quinque, de quibus superius diximus, & continentur in illo versu.

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Aqua etiam excommunicatione minori, excusatur participans, quando occurrit aliquid ex contentis in eo versu,

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse,

vt in præcedentibus copiosius exposuimus.

De absolutionem verò ab excommunicatione minori, certum est ex communi DD. sententia Sacerdotem proprium ipsius excommunicati ab ea absoluere posse, vt habetur in c. nuper. §. in secundo vero casu, de sentẽ. excommun. & communiter tradunt Doctores, S. Thom. in addit. 3. par. q. 24. ar. 1. Bonau. 4. dist. 18. in 2. par. distin. q. 6. DD. ibi Martin. Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. vers. tertium ergo membrum Henriquez lib. 13. de excommu. c. 28. §. 5. Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de sent. excomm. nu. 2. §. quis possit ab hac sententia absoluere, versic. in supradictis casibus. Summa Astensis, parte secunda, lib. 7. tit. 11. art. 1. q. prima, Angel. verbo, absolutio, primò, num. 1. Summa Pisanella, verbo, absolutio, 1. in princip. Tabiena, verbo, absolutio, 2. num. 5. ver. quæritur tertio, Syluest. verbo, excomm. 4. nu. 2. §. nono. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 12. nu. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. 6. capit. 4. Per proprium autem Sacerdotem intelligitur ille, qui Iurisdictionem ordinariam habet in foro pœnitentiali, qualẽ habet Papa in toto Mundo, & Episcopus in sua diœcesi, arg. c. cum Episcopus, de offi. ord. li. 6. & Parochus in sua Parochia, ar. c. oĩs vtriusque sexus, de pœnit. et remis. Quod procedit, etsi parochus Sacerdos nõ sit; sicut. n. ad excõicationem ferendam non est necessarius ordo Sacerdotalis, ita neq; ad eam tollendã Sacerdotij ordo requiritur, vt Hugolin. loco proximè citato, §. 2. nu. 2. latius exposuit. Secus autẽ dicendum est de parocho alieno, hic enim alterius subditum a minori excommunicatione absoluere nequit, quandoquidẽ, Pontifex in d. c. nuper, §. in secundo vero casu, hanc absoluendi potestatem Episcopo solum proprio, & proprio Sacerdoti

do ipsius excommunicati concessit; vnde alieno potestatem hanc negasse censetur; inclusio enim vnius, alterius est exclusio, argum. capit. nonne, de præsumpt. & l. cum Prætor, ff. de iudic. & hoc certum est, quoties excommunicatio hæc minor, ob participationem mortalem cum excommunicato maiori excommunicatione incurritur, vt præfati authores docent, dum affirmant absoluere ab hac excommunicatione posse eos solum, qui a peccato participationis absoluere valent, vt S. Tho. & alij, vbi supra docet. Cũ igitur parochus alienus subditũ alterius a peccatis mortalibus absoluere non possit, nec ab excommunicatione minori ob participationem mortalem incursa absoluere valet.

8 Difficultas sola est, an, cum quis ob veniale peccatum incidat in excommunicationem minorem ex participatione cum excommunicato, absolui possit ab alieno parocho, seu a quocunque sacerdote simplici, sicut a venialibus absolui possit.

In qua re fuerunt olim nonnulli, vt refert Richard. 4. d. 18. art. 9. q. 3. qui dixerunt, quemlibet Sacerdotem Simplicem ab hac excommunicatione minori, sicut etiam a peccatis venialibus, absoluere posse, quia talis absolutio non requirit iurisdictionem. Quorum opinio in eo fundatur, quod excommunicatio minor ex communi sententia incurritur ex peccato veniali, vnde & eius absolutio spectabit ab omnes illos, qui a peccatis venialibus absoluere possunt, huiusmodi autem sunt ex communiori sententia quicunque Sacerdotes; & in hanc sententiam inclinat Tabiena, verbo, absolutio, 2. numero 5. versic. quæritur tertio, qui etiam existimat. S. Thom. vbi supra, huius esse sententiæ, eamque expresse tenent Toletus in Summa lib. 1. cap. 11. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 25. vers. quinto, & num. 39. vers. tertio, & latius in capit. placuit, num. 25. de pœnit. dist. 6. fauet S. Thom. in addit. p. 3. q. 23. art. 3. & expresse Alphonsus Viu ld. in suo Cand. parte 2. tract. de excommunicatione minori, numero duodecimo, qui falso citat pro se Cordubam in Summa, quæst. 179.

E contra vero alij, & verius docent, quod quamuis excommunicatio minor iure, vt plurimum indicta sit ob peccatum veniale, & quilibet Sacerdos absoluere possit Sacramentaliter a peccatis venialibus, solus tamen Episcopus proprius, vel curatus proprius, vel ab eis licentiam habens, vel a Papa ab huiusmodi excommunicatione minori, etiam ob veniale peccatum incursa valet absoluere, sic expresse Summa Hostiensis, lib. 5. de sent. excom. numero 22. §. quis possit ab hac sententia absoluere, versic. in supradictis casibus. Summa Confessorum, libro 13. de sent. excom. quæstio. 91. Astensis in summa, parte 2. lib. 7. titu. 13. artic. primo, quæst. 10. Angelica, verbo absolutio, primo numero primo. Francisc. a Victoria, tract. de excom. numero 17. Couar. in capit. alma mater, par. prima. §. 12. numero 6. de senten. excom. libro 6. Hugol. de cens. Eccl. tab. 3. capit. 4. §. 5. num. 2. Richar. 4. d. 18. art. 9. quæst. 3. vbi ait hanc opinionem magis sibi placere, & ex professo eam defendit Caiet. in Summa, ver. absolutio, in fine, & verbo excommunicatio minor, & tom. primo, opusc. tract. 7. qui est de ministro Sacramenti pœnitentiæ, quæst. vnica, ver. ad secundum, & post eum alij Thomistæ, Mart. Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Sotus. 4. d. 22. q. 1. artic. 3. vers. tertium ergo membrum, Bartol. Medina, lib. 1. capit. vndecimo, §. 6. & post hos Henriquez, libro 13. de excom. cap. 28. §. 5. Petrus a Soto, lib. de institut. Sacer. lect. 4. de excom. Iosephus Angles, in Florib. 4. Sent. tit. de excom. art. 4. difficul. 2. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis, lib. 3. cap. 20. & alij. Siquidem multum differt absolutio Sacramentalis peccatorum venialium ab excommunicationis minoris absolutione, quæ sacramentalis non est, & tollit distinctum vinculum a peccatorum, & venialium culpa, & nexu, sicut, & absolutio a

9 peccatis mortalibus multum differt ab absolutione excommunicationis minoris. Huius autem sententiæ ratio hæc est, quod excommunicatio minor vera est censura Ecclesiastica, quæ a iure incurritur, censura vero actus iuridicus est, ideoque ab ea absolutio fieri non potest, nisi per eum, qui iurisdictionem habeat, quam alienus parochus, aut quilibet Sacerdos simplex in hunc excommunicatum non habet. Quamuis igitur quilibet Sacerdos simplex a venialibus, quæ materia necessaria confessionis non sunt, vt communiter tradunt authores, absoluere valeat, ab excommunicatione tamen minori ob huiusmodi iurisdictionis defectum non potest absoluere, sed neque, vt ait Hugulinus vbi supra, à venialibus absoluere potest, vbi qui venialia confitetur, excommunicatione minori ligatus est, ex quo nec ab homine, nec a lege absoluendi potestas in hoc casu data probetur. Quæ opinio satis euidenter ex d. capit. nuper. §. in secundo vero casu. de sent. excom. colligitur, si interrogationem cum responsione conferamus. Rogatus enim ibi Papa Innocentius tertius, an sacerdos simplex absoluere possit ab excommunicatione incursa propter participationem cum excommunicato, respondet hunc a proprio Episcopo, vel a Sacerdote proprio absolui posse, non ergo ab alieno, aut a Sacerdote simplici: aliàs id dixisset Pontifex, non enim an alienus, aut Sacerdos simplex a venialibus ab-

11 soluat, ignorabat, arg. cap. 1. de constit. lib. 6. Iuris igitur communis beneficio solus habens iurisdictionem ordinariam ab excommunicatione minori absoluit, vt habetur in d. capitulo, nuper, §. in secundo vero casu, quamuis etiam alij, vt Religiosi, & alij ad Sacramentum pœnitentiæ administrandum admissi ab eadem absoluere possint, non quidem delegatione, ac beneficio dicti capit. nuper, sed vi delegationis, qua eis permittitur vt pœnitentiæ Sacramentum administrent, eo enim ipso tacitè potestas hæc eis mandata intelligitur, vt inueterata Ecclesiæ consuetudo, optima legum interpres declarat, arg. l. si de interpretatione. ff. de legib. & hoc sensu accipiendi sunt S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 24. art. 1. Angelica, verbo, absolu. 1. num. 1. Pisanella, verbo excom. 7. Siluest. verbo, excom. 7. num. 37. & verbo, absolutio, 1. num. 3. & alij dicentes absoluere ab excommunicatione minori posse eum, qui a peccatis absoluere possit. Immò etiam & alijs potestas hæc absoluendi ab excommunicatione minori a proprio parocho delegari potest, cum facultas hæc absol-

12 uendi in hoc casu ob officium, quod habet, quia scilicet proprius parochus est, illi concessa sit in d. capitulo nuper. quibus autem ob officium, & potestatem ordinariam permissum est, vt in certis casibus absoluere possint ab excommunicatione, & ipsi potestatem hanc alijs delegare possunt, vt colligitur ex cap. fin. & ibi glo. in verbo, casibus, de offic. ordin. quandoquidem in hoc casu parochis non nudum absolutionis ministerium, sed iurisdictio committitur, in d. capitulo nuper, vbi autem non certum ministerium, sed causæ cognitio, & consequenter iurisdictio committitur, delegans delegare potest, argum. d. cap. nuper. §. is autem, vers. qui vero. Vnde parochi capellanos accersentes, vt Sacramentum pœnitentiæ in sua parochia ministrent, ipsis facultatem hanc absoluendi ab excommunicatione tacitè concedere censentur, cum sic excommunicatis, antequam ab excommunicatione absoluantur, sacramenta ministrari non possint, arg. cap. si celebrat. de Clerico excommunicato ministr. concesso enim vno, & alterum etiam conceditur, sine quo illud vnum exerceri nequeat, arg. cap. præterea, de offic. deleg. & l. 2. & ibi DD. de iurisd. omn. iud.

13 Quibus addo ex Martino Ledesm. 2. 4. q. 25. artic. 2. quod ex delegatione habentis Iurisdictionem ordinariam non solum quilibet simplex Sacerdos, sed etiam Diaconus, aut alius Clericus à minori excommunicatione absoluere potest, cum excommunicatio minor, sicut & maior, pœna sit, & censura, non culpa, vt Franciscus à Victoria vbi supra notauit.

14 Vltimo dubitari potest, An existens in minori excommunicatione absoluere possit alium existentem in minori excommunicatione? Cui breuiter respondeo, quod licet ligatus excommunicatione minori absoluere possit confitentem a peccatis, si tamen absoluit, peccat vt plurimum venialiter, facit enim aliquam irreuerentiam Sacramento, qui sic ad Sacramentum conferendum, & tractandum accedit, ex rei enim natura nascitur quædam indecentia, & irreuerentia, ex eo, quod talis Sacramenta confert, ex Martino Ledesm. 2.4. quæst. 25. art. 2. Soto 4. d. 22. quæstione 2. artic. 3. Adriano, 4. Sent. tract. de Clauibus, quæst. 3. §. ex hoc nota. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 2. de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 3. §. 1. vnde, prius absolutionem ab excommunicatione capere debet, quam Sacramento ministrando se ingerat.

15 Addo nihilominus, non peccare absoluendo ab excommunicatione siue maiori, siue minori, cum in hoc nullum Sacramentum pertractet, secus autem, dum a peccatis absoluat, cum absolutio hæc sacramentalis sit. Deinde verò absolutio ab excommunicatione facta valida est, vt constat primo, quia etiam absolutio a peccatis, quæ sacramentalis est, valet, ergo & ab excommunicatione. Secundo quia excommunicatio minor non aufert ea, quæ sunt iurisd. ctionis, cap. si celebrat. de Cler. excom. ministr. absoluere eam ab excommunicatione ad iurisdictionem spectat; & denique hoc ipsum expresse habetur in cap. duobus, de sent. excommun. vbi dicitur, *quod duobus collata potestas, vt a minori excommunicatione se inuicem absoluant, si in eam incidant, vtroque vinculo excommunicationis minoris ligato, absoluendi potestas non expirat:* Quod (vt recte arguant Doctores) intelligi non potest, quod non expirat habitu, cum nec sic expiret per excommunicationem maiorem: Vt ergo speciale aliquid intelligatur dici de minori excommunicatione, necessum est, quod nec habitu, nec actu expiret: id quod expresse tradunt Adrian. & Ledesm. vbi supra, & Summa Astensis, par. 2. libro 7. tit. 13. art 1. q. 11. & Panorm. in dicto cap. duobus, num. 1. & Siluest. verbo, excommun. 4. nu. 2. §. nono, & verbo absolutio, 3. num. 5. §. sciendum est. Quarto Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommunicatione minori, numero 8. & Petrus Sotus, lect. 4. de excommunicatione, in fine, & communis est, & recepta Doct. sententia. Quia vero censura hæc
16 leuissima est, nec exinde excommunicatus alicui damnum infert, non requiritur, vt sic absoluendus aut satisfaciat alicui, aut cautionem præstet, sed satis est, vt proponat obedire ecclesiæ abstinendo a peccato, quod huiusmodi excommunicationem minorem annexam habet, ex Soto, 4. distinct. 22. quæst. 2. artic. 3. versic. tertium ergo membrum, in fine. Bartol. Medina, libro 1. Sum. cap. 11. §. 7. & Hugol. de cens. eccles. tab. 3. c. 12. post Siluestr. in verbo, absolutio, 3. numero 5. vers. sciendum est quarto.

Finis Libri Secundi.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS IN IVRE LATIS.

Alijsque Constitutionibus Pontificijs.

Liber Tertius.



PRAELVDIVM.

Authores Bullam Cenæ, eiusque, & alias iuris sententias, & Censuras, aut obiter, aut ex professo explicantes.

DE excõmunicationibus tam in Bulla Cenæ, quàm in iure contentis tractãt Palud.4.dist.18.q.3.per totum. Hostiensis in Summa lib.5.sub titulo de sententia excom. Innocentius Papa IIII. Panor. Marian. Soc. & alij communiter in explicatione eius tituli, Ioã. de Friburgo, in Summa Confessorum, lib.3.tit.33.a q.34.et deinceps. Summa Astensis par.2.lib.7.tit.3. Summa Pisanella in verbo excommunicatio.1. Summa Angelica verbo.eodem 5.6.& 7. S. Anton.p.3.tit.25. Siluester in Summa verbo. excommunic.6.7.8.& 9. Tabiena verbo.eo.5.6.& 7. Caietan. in Summa verb. excommunicatio, per totum. Martin. Ledes. in 24.q.26.art.2. Mart. Nauar. in Manuali, c.27.a nu.49.& deinceps. Gregorius Tolosanus in Syntagmate iuris, p.3.tit.31.c.9. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par.2. Iacobus de Graffijs p.1.decis. lib.4. Summa Corona p.3.c.10. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par.1.lib.4.c.30.31.& 32. Sebastianus Medices in sua Summa Capitaliũ peccatorum.q.78. Card. Toletus in Sum. instruct. Sacerd. in fine, & alij recentiores.

SVMMA.

1 *Excommunicationum numerus in iure quisnam sit.*
2 *Excommunicationum quædam reseruatæ sunt, & quædam non.*
3 *Diuisio huius libri tertij, & partes eius.*

1 CVm plurimæ sint, ac ferè innumerabiles excommunicationes in iure latæ, vt colligitur ex Hostiens. lib.5. tit. de sent. excomm. §. quis possit, qui enumerat triginta tres casus ex decreto, & Decretalibus vsque ad tempora sua, & ex gloss. in cap. eos qui, in verbo canonis, de sent. excommun. lib.6. vbi refert triginta duas latas per solos textus sexti, & glo. in Clemen.1. in verbo excommunicationis sententiæ, de sent. excom. vbi recenset quinquaginta latas ipso facto per solas Clementinas, & postea mirum in modum earum numerus auctus sit, ita vt vix certus aliquis numerus exprimi possit, quarum aliquæ Summo Pontifici reseruantur, aliquæ verò solis Episcopis, quædam verò nulli reseruatæ sunt. Nos ad omnem confusionem tollendam in eis recensendis, & explicandis hunc ordinem seruabimus.

3 Vt primo enumeremus illas, quæ in Bulla Cenæ Domini continentur, quæ ceteris omnibus sunt magis reseruatæ, & timendæ magis,
Secundo, quæ in iure expressæ sunt,
Tertio, quæ in Extrauagantibus iuri insertis,
Quarto, quæ in Extrauagantibus necdum in ius relatis reperiuntur,
Quinto, & postremo, quæ nulli reseruantur.

De origine, & Antiquitate Bullæ Cenæ Domini; Et an iuris, vel hominis sententiæ sint. Cap. I.

SVMMA.

1 *Bulla Cenæ Domini origo, & antiquitas ex Soti, & Cardinalis Toleti sententia.*
2 *Soti, & Toleti opinio de Bulla Cenæ antiquitate ab authore refellitur.*
3 *Processus solennes, quibus anni temporibus olim a summis Pontificibus fieri solebant.*
4 *Processus solennes contra quas personas antiquitus fieri consueuerunt.*
5 *Processus Cenæ Domini vnus ex tribus antiquissimis ter in anno fieri solitis.*

& Stepb. Costa,num.26.de feot.excom. Specul. in tit. de procur.§.item opponitur. Marian. Soc.sen. in cap. super eo,num.7.& 8.de sen.excom. Angelica, verbo,absolutio 3.numero 6.Syluest.verbo,absolutio,3.num.9. dubio 5. Tabiena,verb.absolutio,2.nume.19.§.quæritur decimoquarto, Hugolin.de censur.eccles.tab.1.cap.19.§.1. numero 2. sequuntur absolutionem ab excommunicatione in foro pœnitentiali,aut etiam cum illa solennitate cap.à nobis,2.de sentent. excomm.nec per procuratorem peti, nec dari posse,cum ad banc necessaria sit præsentia eius, qui absoluendus sit; absolutionem verò in foro iudiciali, & exteriori,hoc est,vt excommunicatus ad absoluentem procuratorem mittat,qui ab eo petat, vt absentem ab excommunicatiooe absoluat,licet sine causa fieri non debere doceant,maximè vbi sic excommunicatus ipsum Iudicem commodè adire possit; ex causa tamen ista scilicet, quando noo adest,cui commodè facultas hæc absoluendi in præsentia delegetur,(prout vsu receptum est) aut excōmunicatus iudicem ipsum commode adire non possit,per procuratorem absolutio fieri potest, quando quidem & absēos, & inuitus aliquando,vt diximus,absolui poterit; Immò verò,etiamsi sine causa sic absoluat, absolutio tamen tenet; Nam si valet excommunicatio,etiamsi non seruetur solennitas illa, de qua supra,multo magis absolutio valebit,vt Panorm.in capit.eum desideres,numero 7. de sent.excom.& idem Panorm.in cap.venerabilem, num. 23.de elect.& alij vbi supra,testantur.

14 Vt autem per procuratorem sic excommunicatus absoluatur,procurator sic datus speciale mandatum absolutionem petendi habere debet, vt docent gloss. in cap.qui ad agendum,in verbo,vel pacisci,de procur.li.6.Spec.tit. de proc.§.item opponitur,versic.6.Hugolin.d. capit.19. §.1.num.3. vt sic constet excommunicatum a contumacia discessisse:debetque mandatum illud speciatim continere,a qua excommunicatione absolui petat excommunicatus,ex Marian.Socino,in cap. super eo,2. numero 9.de sent.excom.nisi vbi quis peteret absolutionem a quacunque excommunicatione,etiamsi eius non recordetur,in hoc enim casu speciatim mentio non requiritur,ex quo fieri non possit,vt Hugolinus vbi supra,notauit. Et sicut excommunicatus ipse si præsens esset,non nisi cum iuraméto præstito,& exhibita cautione,(vt ratio causæ postulat) absolueretur,argum.cap.cum desideres.& ca.ex tenore, cum seq.de sent.excom.in antiq.& cap.venerabilibus, §. porro,de senteo.excomm.lib.6.& cap.ex parte,1.de verbor.signific.ita procurator hæc eadem præstare debet, etiamsi expressum mandatum ad iurandum, & cauendum nō haberet,argum.l.qui bona fide,§. si alieno,ff.de damn.infecto, quo modo Rex Portugalliæ excommunicatus absens per procuratorem à Nicolao III. absolutus fuit, vt testatur Specul.titu. de iuram. calum. §. a quibus sit iurandum. Simile iuramentum præstitum fuit ab Oratore Regis Galliarum,& Nauarræ,& procuratore eiusdem,D.de Perona, et D. de Sotio, anno Domini 1595. die Septembris 17.dum Rex ille excōmunicatus, a Clemēte Papa VIII. absolutus fuerat; cuius rei hęc ratio est: quia constituendo procuratorem, vt ipsi absolutionem impetret; & ea omnia, sine quibus absolutio haberi nequit,mandasse censetur,arg.cap.præterea,de offic.deleg. & l. ad rem mobilem,& l.ad legatum,ff.de procurat.& l.2.ff.de iurisd.omn.iudic.

15 Quarta est, quid dicendum sit, quando quis pluribus excommunicatiooibus ligatus est, & absoluitur ab eo,qui potest omnes tollere,nec expressit omnes nominatim, sed aliquas tantum; intelligitur quæstio hæc seclusa peccatorum absolutione, & solum agitur de absolutione ab excommunicatione, quæ in iudicio exteriori concedi solet. De qua re tractant S.Thom.in addit.3. par.q.24. art.3.Alex.de Ales,in 4.par.Sum.q.22.memb.1.art.7.§. 2. S.Bon.4.dist.18.in vlt.par.d.q.4.Rich.4.d.18.art.10. q.3.Palud.4.d.18.q.5.artic.3.concl.2.3.4.& 5. Gabr.4. d.18.q.3.art.3.dub.6. Sotus,4.dist.22.q.2.art.3.concl.6. Canonistæ,in c.eum pro causa.& ibi glo.in verbo tanquā excommunicatum,& ibi Panor. num.1.& num.6,& eadem glo.in cap.officij.in verbo,excommunicationis vinculo;& ibi Panor.num.1.& nu.5.& DD.ibi,de sent. excomm.& eadem gloss.in cap.ex parte.in verbo,redire,& ibidem Panor.nu.1.& nu.5.de offic.ord. Summa Astensis,par.2.li.7.tit.14.q.5. Angelica,verbo,absolutio.3.nu.10.& seq. Syluest.verbo,absolutio,3.nu.11.dubio 7.Nauar.in cap.ita quorundam,gl.vlt.notab.11.num.12.ver. nono colligitur,de Iudæis,Couar.in capit. alma mater, par.1.§.11.num.13.de sen. excommun. lib. 6. Hugolin. de censu.eccles.tab.1.cap.19.§.3.num.7. & seq. ex quorum doctrina hæ propositiooes facilioris,& clarioris explicationis causa colligi possunt.

16 Prima propositio: Homo ab vna excommunicatione absolui potest,sine eo, quod absoluatur ab alia. Sed in hoc casu non censetur restitutus ad Sacramenta, nec ad communionem,quousque ab omnibus absolutus sit. Ratio huius est: quia excommunicationes non sunt ita connexæ, sicut omnia peccata inter se connexionem habent in auersione voluntatis à Deo; ideoq; alia est ratio absolutionis a peccatis in foro pœnitentiali, alia verò absolutionis ab excommunicationibus in foro iudiciali: absolutio enim a culpa,non fit sine contritione, & gratia gratū faciente,quæ nullam secum compatitur culpam mortalem,& proinde vnum peccatum mortale sine altero remitti non potest,excōicationes verò pœnæ sunt,nec talem inter se connexionem habent,nec propriæ voluntatis contrarietate impediuntur,tolli pñt separatim,ita,vt possibile sit,quod quis ab vna absoluatur,& in altera remaneat.

17 Secunda propositio: Excōicatus plurib. excōicationibus ab vno iudice,vnica tantum absolutione ab omnibus absolui potest,imò etiam & ab omnibus absoluitur, vbi sic excōmunicatus absolui se ab omnibus postulat, & absoluens ab omnibus absoluit,& hoc apud omnes certū est.

18 Tertia propositio: Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice,si ab vna absoluitur, intelligitur ab omnibus absolui,nisi contrarium exprimatur a iudice absoluente,sic S.Tho.vbi supra,& Astensis,d.q.5.& Siluester.

19 Quarta propositio: Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice, vnica tantum absolutione ab omnibus absoluitur,si ille qui absoluit,potuit, & voluit ab omnibus absoluere, & omnes absoluenti expressæ, & significatæ fuerint,& cōis omnium DD.etenim,sicut excommunicatio,ita & eiusdem absolutio a potestate, & voluntate iudicis vires suas sumit,ex Panor.in c.ex parte,nu.6.de offic.ordin.his igitur duabus concurrentibus valet actus.

20 Quinta propositio; Excommunicatus pluribus excommunicationibus ab eodem iudice, non solum ab excommunicatione sibi expressa,sed etiam ab alijs omnibus vni solum absolutione relaxari censetur, vbi scientiam habēs omnium excommunicationum iudex,indefinite,& generaliter excommunicatum absoluit.sic S.Thom. Nauar.vbi supra. Couar.loco citato,& Henriquez in c.cum pro causa,de sent. excom. & Summa Confess. tit. 33.q.120. quia sic de mente soluentis præsumitur.

21 Sexta propositio: Excommunicatus pluribus sententijs ab eodem iudice,ab ijsdem solum absoluitur,a quibus iudex voluit, & potuit, vnde si ille,qui absoluit,potuit ab omni sententia, & vt voluit absoluere,tunc sufficit; quod si nolit ab omni,sed a quibusdam tantum absoluere, tunc non valet absolutio quoad sententiam, de qua absoluens non cogitauit, nec absoluisset, si cogitasset; si autem absolutus credat probabiliter, quod si ille sciuisset, quod nesciuit, nihilominus absoluisset eum, ab omni se absolutum reputare debet. Sic Paludan. vbi sup. conclus.4. & Couar. loco citato, concl.6. Quorum omnium ratio est; quia vt pōtate, & voluntate concurrentibus; valet actus, ita vtraque hoc non concurrente, non valet, arg. c. cum super, de offi.dele,l.multū interest,C. si quis alteri, vel sibi,

22 Septi-

22 Septima propositio: Excommunicato pluribus excommunicationibus a diuersis iudicibus, vnius absolutio non sufficit, sed necesse est, vt a quolibet absoluatur, nisi omnes alij ad petitionem eius absolutionem eius confirmauerint, vel nisi omnes demandent vni absolutionem, prout communis praxis habet, vt notant Panorm. in d.c. officij, nu. 5. de sent. excom. & Syluest. verbo, absolutio, num. 12. dubio 8. vel nisi alter superior fuerit vtriusque, quomodo Papa ab excommunicatione cuiuscunque iudicis absoluere potest, imò etiam & in Bullis alij eandem facultatem concedere solet. Addit etiam Palud. 4. distin. 18. quæst. 5. art. 5. concl. 3. quod quando sunt duo iudices vnius causæ, & quilibet in solidum iudicare potest, tunc vna est Iurisdictio in duob. numero, & eo casu vnus a sententia alterius absoluere potest, sicut patet in pluribus officialib. eiusdem Sedis Episcopalis. Quod verum est, nisi quando vno præoccupante, alius postea non habet se intromittere, ita, vt possit excommunicare, quia nemo, qui condemnare non potest, absoluere potest.

23 Octaua propositio: Excommunicatus vnica tantum excommunicationis sententia, pluribus tamen ex causis, absolutionem petens, causas omnes exprimere ei debet, a quo absoluendus est, & causam aliquam tacens absolutus non censetur. Sic glo. in cap. ex parte. in verbo, redire, & & ibi Panorm. nu. 3. de offic. ordin. & eadem gl. in c. cum pro causa, in verbo, tanquam excommunicatum, & ibi Panorm. nu. 6. de sentent. excom. S. Th. in addit. 3. par. q. 24. art. 3. versic. vel nisi cum quis. Rich. 4. d. 18. art. 10. q. 8. q. 5. Astensis vbi supra, par. 2. lib. 7. tit. 14. q. 5. Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. num. 13. vers. prima conclusio. de senten. excom. lib. 6. Angelica, verbo, absolutio, 3. nume. 10. Henriquez lib. 13. de excomm. ca. 30. & §. 2. Syluestr. in verbo, absolutio, 3. dubio 7. Qui omnes hanc conclusionem aut ita in vniuersum ponunt, aut cum Panorm. in d. cap. cum pro causa, Angelica, & Couar. ita limitant, vt veram eam esse velint solum, quando quælibet causa per se sufficiebat ad excommunicationem, & æquè principalis fuit ad excommunicandum, vt exempli gratia; qui facit rapinam cum effractione ecclesia, quo casu est excommunicatus statuto Episcopi, & Canonia: statuto quidem propter rapinam; Canone verò propter effractionem, cum quælibet videatur principaliter considerata, non tenet absolutio non expressis omnibus causis, argum. capit. ex parte. de offic. ordin. & ca. officij, de sentent. excomm. quia absoluens absolutionem sic indefinitè factam non nisi ad causam expressam referre intendebat; Si vero solum excommunicatus fuerat vna excommunicatione, sed propter plures causas, tunc vna causa per se sufficit ad excommunicandum, & sic vna causa sufficienter expressa, tenet absolutio, arg. c. super litteris. de rescrip. Aut omnes de per se non sufficiunt, sed simul iunctæ sic; & tunc, quia omnes causæ videntur pariter consideratæ, non tenet absolutio, omnibus non expressis. Quorum doctrina, licet vera sit, & facilè defendi possit, non tamen ipsius Conclusionis fundamentum, & rationem propriam assignasse censentur.

24 Ratio igitur, cur vna excommunicationis sententia ob plures causas irretitus, & quarum singulæ excommunicationem meretur, petens ab excommunicatione absolui, vnius tantum causæ mentionem faciens, ab ea solum, cuius causam expressit, non autem a reliquis non expressis absolutus sit, etiamsi indefinite fuerit ab excommunicatione absolutus, ea est, (prout colligi poterit ex ijs quæ latius a nobis lib. 1. capit. 10. dicta sunt) quia in hoc casu non vna tantum excommunicatione, sed tot excommunicationibus ligatus est, quot causæ sufficientes sunt, ob quas excommunicatus est, vnde, perinde se habet, ac si diuersis sententijs, diuersis temporibus, diuersas ob causas excommunicatus fuisset: vt enim in illo c. 10. lib. 1. diximus, & testatur glos. in c. cum pro causa, in verbo, tanquam excommunicatum, in fine, de sent. excommun. vna sententia pluribus excommunicationibus innodari quis potest, exempli gratia, si Petrus legitimè admonitus sit, vt concubinam dimittat, quam tamen ad diem præscriptam non dimisit: Item, si fuerit citatus, vt in iudicium veniat & non comparuit, & præterea admonitus sit, vt intra decem dies Ioanni debitū soluat, quod tamen non soluit, & hæc omnia sub excommunicationis pœna ei præcepta fuerint, de cuius contumacia certior Iudex factus, tribus illis causis expressis eum excommunicauit, vtica hac sententia, tres excommunicationes pro numero trium causarum incurrisse Petrum dicemus. Sicut igitur, qui diuersis sententijs varias ob causas excommunicatus est, ab ea solum absoluitur, cuius causam in petitione expressit, & non ab alijs, vt post gloss. in cap. ex parte. in verbo, redite, de offic. ordi. præfati authores tradiderunt: ita etiam varias ob causas, varijs excommunicationibus vna sententia irretitus, si absolutionem petens, vnam solum causam exprimat, eius excommunicationis tantum, cuius causam expressit, absolutionem consequitur, & hoc, etiamsi absolutio generalis fuerit, & ab eo facta, qui ab omnib. absoluere poterat; etenim ad excommunicationē illam, cuius causa expressa fuit, absolutionem suam iudex solum retulisse censetur. arg. cap. cum pro causa, & c. officij. de sent. excommunic. vt post alios subtiliter, & eruditè Hug. de cens. eccl. tab. 1. cap. 19. §. 3. nu. 20. & §. 4. nu. 4. annotauit. Quæ omnia vera sunt, quando is, qui absoluitur, excommunicationis suæ causas aliquas tacet fraudulenter, & alias exprimit, tunc enim absolutio sic accepta per surreptionem, & fraudem, ei quoad excommunicationes ob alias causas tacitas non proderit, quin adhuc etiam ob illas vitandus sit, & proinde, nec hominum consortio, nec Sacramentis restitutus, arg. d. cap. officij. secus autem, si eas taceret ignoranter: quia tunc non recolit, aut ignorat, eo enim casu si absoluens intentionem habuerat simpliciter relaxandi excommunicationem, quam tulit in eum, simpliciter absolutus est, vt Rich. 4. distin. 18. art. 10. q. 3. scriptum reliquit post Hostiensem in Summ. lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 14. §. & qualiter. vers. sin autem. vltrà medium, maximè, quando Iudex sic absoluens omnes causas, & omnes excommunicationes sciret; tunc enim licet excommunicatus ille omnes illas causas non exprimeret, absolutio tamen omnes excommunicationes tolleret, quia eum scienter ab omnibus absoluere censeretur, vt docet Sum. Astens. p. 2. lib. 7. tit. 14. q. 6. in fine. Qua distinctione facta, non malè authores præfati, qui inter se dissentire videntur, conciliari possunt.

25 Optimum autem consilium est, quod Raym. & Astensis vbi supra, Nau. in Man. c. 26. nu. 12. & in c. consideret, §. cautus, nu. 30. de pœn. d. 5. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 12. de sent. excom. lib. 6. Ioan. Baptista Antonii cius, in Catechesi Neapolitana, lib. 5. c. 3. & Hug. de cēs. Eccl. tab. 1. c. 10. §. 4. nu. 11. et tab. 1. c. 19. §. 3. n. 7. tradūt, vt qui absolutionem impetrat a Papa, vel eius Legato, aut ab alio virtute Bullæ, aut Iubilæi facultatem absoluendi habente, absolui se faciat ab omnibus excommunicationibus, & peccatis, de quibus etiam non meminit, quippe quia ea generali absolutione censetur ab omnib. absolutus, tunc enim, si postea de aliquibus recolat, non tenetur absolutionem iterum impetrare, sed solum necesse habebit peccatū illud, ob quod excommunicatus erat, sicut & alia nondum in confessione detecta, confiteri.

26 Nona propositio: excōicatus ob vnam causam, si dum absolutionē postulat, aliam causam excōicationis explicet, & proinde ex falsa causa absolutionē obtineat, peccat quidē, absolutio tamen valida erit. Sic Host. in Sum. lib. 5. tit. de sent. exc. nu. 14. §. & qualiter, ver. sin autē, in fin. Sum. Astens. p. 2. lib. 7. ti. 14. q. 8. Panor. in c. ex par. nu. 6. de offic. ord. Card. in ca. ab excomun. de rescrip. & in d. c. ex parte, quē refert, & sequitur Nau. in Man. c. 27. n. 38. et Philip. Franc. in c. venerabilib. §. sane, quē etiā textum citat Pan. vbi supra, de sent. exc. lib. 6. S. Anton. 3. p. tit. 24.

cap. 77

cap.77.ver.absolutio. Siluest.verbo,absolutio,1.num.13.dub.5.& fauet ex parte,Couar.in c.alma mater.par.1.§.11.num.14.ver.quib.equidem,de sent.excom.lib.6.& expresse Hug.de cens.eccl.tab.1.c.19.§.4.num.4. Quæ propositio,vt vera sit,intelligi debet,vt quando absoluens intendebat omnino absoluere, etiam si causa expressa omnino esset falsa, vel iniusta. Nam sicut excõicatio ex falsa causa lata tenet,quam credebat esse veram, imò etiam quam credebat esse falsam, vbi excõicator intendebat omnino excõicare,(saltem in foro exteriori, dummodo non manifeste falsa sit, aut intolerabilem errorem contineat)ita absolutio ex falsa causa data valebit,vbi absoluens intendat omninò absoluere, etiam si causa expressa omnino esset falsa,vel iniusta, vt Panor.& Hugol.vbi supra ratiocinantur, & expresse tradit Henriquez,lib.13.de excommun.ca.30.§.3. excommunicatio enim,& multo magis absolutio ab intentione Iudicis vires suas sumit,maximè; cum iura ad absoluendum, quam ad ligandum promptiora sint,ex Innoc.in cap. ab excommunicato,in verbo, obtentis, de rescript.& facit l. Arianus. ff. de act.& oblig. Adde, quod absolutio iniusta valida est, arg.c.venerabilibus.§.sane,de sent.excom.lib.6. Absolutionem autem ex falsa causa datam constat esse iniustam. Et denique sicut absolutio valida est, etiamsi causa in petitione absolutionis non exprimatur, quando eam Iudex non expressa causa dare voluerit, ita etiam valida erit, etiamsi falsa causa exprimatur, dummodo Iudex non obstante tali causa, absoluere intendat, ignorantia enim concomitans non tollit, quin simpliciter absoluere velit,ne præsumatur deceptus,& inuitus; Secus autem censendum erit,si homo suppressa veritate,vel expressa falsitate, obtinuit absolutionem; quam aliàs non obtinuisset, si veram causam exposuisset, puta si absoluendus dicat se satisfecisse, vel iniuriam remisisse, cum non sit verum; tunc enim absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa nulla est, nec excommunicato in foro conscientiæ, imò nec in foro exteriori cognita falsitate causæ proderit: arg. capit.ex parte, de offic.ordin. & cap.officij de sent.excomm.vbi dicitur, quod supprimenti veritatem absolutio surrepta non prodest, & arg.capit.2. de filijs presbyt. libro 6. vbi habetur dispensationem per surreptionem obtentam nullius penitus esse momenti, quando verisimile est dispensantem cum eo dispensare noluisse,si defectus tacitus ei fuisset expressus;& hoc sensu vera est opinio gloss.in cap. ex parte, in verbo, redire,de offic.ordin.& Paludan.4.dist.18.quæst.5.art.3.conclus.5.Innoc. & Imola,in d.cap.ex parte, Angelica,verbo,absolutio,3. num.12. & S.Anton.3. par.tit.26.cap.77.ver. excommunicator.& Couar.in d.c.alma mater, par.1. §.11.nu.14.vers. septima conclusio, dicentium, absolutionem ex falsa causa latam non valere. Ratio est: quia,vt recte notat Henriquez,lib.13. de excommun.cap. 30.§.4. iudex sic deceptus non intendit verè absoluere,quia ignorantia antecedens,& fraus impedit voluntarium; absolutio autem ex voluntate iudicis pendet. Sicut a simili,qui allegat falsam causam, ob quam æquè principaliter obtinuit dispensationem super irregularitate,aut impedimento matrimonij, aut graui voto, non valet dispensatio, vt Henriquez vbi supra,§.4.& Nauar.in Manuali, cap.22. nu.86.tradunt.

28 Quinta est, An Episcopus subditum suum ab excommunicatione a se lata, in alio Episcopatu absoluere possit; Respondeo posse; Sic Martin. Ledes.24.q.26.artic.... Ratio est: quia fieri potest sine strepitu iudicij, & sine iniuria alterius Episcopi; quæ autem fieri possunt sine strepitu iudicii,fieri possunt a superiore circa suum subditum, etiam in alterius territorio, & prouincia, ex Innocent. & Panorm.in capit. nouit. num.3. de offic. legat. Oldrad. consi.88. Richard.4.d.18.artic.9.quæst.3.Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.13.artic.1.quæst.4.Angelica,in verbo, absolutio,2.numero 5.Siluest.verbo,absolutio,1.numero 11.dub.2. Tabiena, verbo, absolutio,2.numero 15.versiculo quæritur vndecimo,& faciunt quæ habentur,9.quæstio.2.quasi per totum,& l.a.ff.de offic. Proconsul.& l.fin. ff.de offic.præfecti Vrb.quæ tamen omnia, vt diximus, intelligenda sunt, dummodo non requiratur vocatio ad Iudicium,quia si opus esset vocari testes,vel alia id genus facere,non posset Episcopus subditum suum in alterius prouincia absoluere. In his enim, quæ causæ cognitionem requirunt, nihil in alterius diœcesi poterit, quia nec ibi pro tribunali sedere potest,ex glos.in d.capitulo,nouit,in verbo,terminos,nisi habeat licentiam episcopi diœcesani,9.q.2.cap. Episcopum. S. Anton.3.par.titu.24.cap.75. Fallit tamen hoc in Episcopo expulso, qui petita licentia, licet non obtenta ab Episcopo, in cuius diœcesi est, potest sedere pro tribunali, & exercere Iurisdictionem supra suos subditos, dummodo non trahat eos vltra duas dietas a fine suæ diœcesis, qui fuerunt expulsores, seu fautores, aut consiliatores, prout latius in Clementina vnica, de foro compet.habetur.

29 Similiter Legatus a latere excommunicatum a se,quamuis in foro pœnitentiali, in alterius prouincia absoluere posset.non tamen in foro contentioso,nisi ex licentia Episcopi diœcesani, d.cap.nouit,& cap.excommunicatis. de offic.delegat. & ibi glo. quia vero Legati huiusmodi priuilegia multa habere solent, per quæ auctoritas eorum extenditur,ideo ex litteris suis, quid possint, aut non possint,exactius colligendum est....

30 Sexta est, An absolutio per vim obtenta valida sit? Cui difficultati ex communi DD. sententia respondeo: omnem absolutionem per vim, & metum in virum constantem cadentem obtentam, nullam esse, vt expresse habetur in cap.vnico,de his, quæ vi metusue causa fiunt, lib.6. & ibi notant Ioan. Monach. Ancharan. Gemin. Philip. Franc.& gl.per totum.Summa Astensis.par.2.li.7.tit.2.§.quadragesimus septimus.S.Anton.3.par.tit.24.cap.27. Tabiena,verbo,excommun.5.casu 32.Caietan.verbo excom.casu 41. Nauar.in Man.cap.27.num.125.versi.decimaseptima. Henriquez libro 13.de excommun.cap.30.§.1.Hugol.de censur.eccl.tab.1.cap.2.§.4. numero 2.& capitulo 4.in prin.num.14. Quod procedit primo,a quocunque vis, aut metus inferatur, etiam a muliere, vt notant Gemin.in d.cap.vnico,§.ne autem,num.2. & Hugol.vbi supra,numero 14. Secundo procedit,siue censura iuste,siue inique lata fuerit, cum lex non distinguat,an sententia iusta,vel iniqua fuerit,sic glo.in d.cap.vnico,in verbo,excommun.& quia censura etiam iniqua non illegitimis,sed probatis remedijs reuocanda est, argum.cap. sacro,§.caueat.de sent.excom.& cap.cum contingat,de offic.deleg. Tertio procedit, etiamsi sub conditione, aut ex die censura promulgata sit, & antequam conditio, vel dies aduenerit,vi, aut metu reuocata sit, talis enim reuocatio nulla erit,ex Gemin. Ancharan. & Franco vbi supra. Quarto procedit non solum in absolutione excommunicationis maioris,sed etiam minoris,ex Gemin.& Felino,in ca. si quem,numero 4.de senten.excommun. & ratio est: quia cum aliquid de excommunicatione dicitur, quod non solum ad maiorem, sed etiam ad minorem accommodari potest, etiam ad minorem trahitur, vt tradunt gloss. in cap. præsidentes,in verbo, excommunicationis, de hæret.lib.6. & similis gloss. habetur in clemen. 2. in verbo, sententijs, de priuileg.& Gemin. & Franc.in dicto capit. vnico,de his,quæ vi.met.causa fiunt. Cum igitur absolutio, de qua agitur in d.capitulo vnico, ad excommunicationem minorem pertineat, eiusdem capitis dispositio in excommunicationis minoris absolutione locum habebit.

31 Quibus addo, quod qui sic per metum, aut vim absolutionem extorquet, non solum a priori excommunicatione non soluitur, sed etiam nouam excommunicationem dicti cap. vnici,de his,quæ vi.lib.6. incurrit,vt docent Summa Astensis, & Henriquez vbi supra, & contra

tra huiusmodi extorquentes absolutionem, grauiter inuehitur Conc. Trident. Sess. 25, de reforma. cap. 3. in fine, vbi ait: *Nefas esse, vt Magistratus compellat iudicem Ecclesiasticum absoluere*. Metus autem cadens in constan-
32 tem virum is est, quando aut mors ipsa, aut corporis cruciatus grauis, aut vniuersorum bonorum, aut partis eorum amissio interminatur, nisi absoluat, argum. cap. 1. & 2. & cap. ad audientiam, & c. cum dilectus. de his, quæ vi met. cau. fiunt, & l. propter litem, ff. de excus. tutor. Item subtractio magni lucri, vt docent Cinus, in l. interpositas, C. de transact. & Anchar. & Franc. in dicto cap. vnico. Sed de maiori excommunicatione, eiusque vinculo, effectibus, & absolutione, hactenus dicta sufficiant. In sequentibus de excommunicatione minori breuiter agendum erit.

De excommunicatione minori. De natura, & effectibus eius. Cap. XXII.

S V M M A.

1 *De Excommunicatione minori, quæ tractanda ab authore sint.*
2 *Excommunicationis minoris quot species tam a Theologis, quam a Canonistis assignentur.*
3 *Excommunicatio minor quidnam sit, & quare sic appellata sit.*
4 *Excommunicatio minor qualiter ab excommunicatione maiori differat.*
5 *Excommunicatio minor qualiter a peccato mortali distinguatur.*
6 *Excommunicatio minor communione passiua Sacramentorum priuat.*
7 *Excommunicatus minori nec confirmari, nec Eucharistiam sumere, nec matrimonium contrahere, nec ordinibus initiari potest.*
8 *Excommunicatus minori Missam audire, & etiam osculum pacis in Missa licite recipere valet.*
9 *Excommunicatus minori non solum ecclesiam intrare, sed etiam officia diuina cum alijs in choro recitare potest.*
10 *Excommunicatus minori actor esse potest in iudicio.*
11 *Excommunicatus minori procurator in iudicio pro alijs esse valet.*
12 *Excommunicatus minori in iudicio testis esse potest.*
13 *Excommunicatus minori an verum Sacramentum recipiat.*
14 *Excommunicatus minori, quoties non peccat recipiendo Sacramentum pœnitentiæ, toties verum Sacramentum recipit, ita vt confessionem reiterare non teneatur.*
15 *Excommunicatio minor hominem incapacem Sacramentorum non efficit, sed solum, ne licite ea recipiat.*
16 *Excommunicatus minori quare quoties peccat Sacramentum, & iteranda confessio.*
17 *Excommunicatio minor non actiua collatione, sed passiua solum Sacramentorum receptione priuat.*
18 *Excommunicatus minori administrando alijs Sacramenta non mortaliter, sed solum venialiter peccat.*
19 *Excommunicatus minori recipiendo Sacramenta regulariter peccat mortaliter, nec gratiam Sacramenti recipit.*
20 *Excommunicatus minori quo sensu a Gregorio Nono dicatur grauiter peccare celebrando.*
21 *Excommunicatus minori licet peccet Sacramenta conferendo, valent tamen collata ab eo sacramenta.*
22 *Excommunicatus minori ad beneficium, seu dignitatem ecclesiasticam eligi nequit.*
23 *Excommunicati minori electio ad beneficium an ipso iure nulla, vel potius annullanda sit.*
24 *Excommunicati minori electio ab beneficium in foro exteriori irritanda est, quamuis sic electus excommunicationis ignarus fuerit.*
25 *Excommunicatio maior electionem ipso iure nullam reddit, non autem excommunicatio minor.*
26 *Peccatum mortale electionem ad beneficium non annullat.*
27 *Excommunicatus minori Missam celebrando mortaliter peccat, irregularitatem tamen non contrahit.*
28 *Excommunicatio maior quare celebrantem irregularem efficiat, non autem minor.*
29 *Communicans cum excommunicato minori in excommunicationem aliquam non incidit.*
30 *Excommunicatio minor neque a iudicio repellit, neque rescripta annullat.*

1 
Voniam quæ ad excommunicationem minorem pertinent, magna ex parte in superioribus exposita sunt, hic solum ea adiungemus, quæ commodè ad hæc tria reuocari possunt. Primum est, vt natura, & effectus, quos parit, explicentur. Secundum est, vt, quis eam ferre possit, ostendatur. Tertium est, vt, quis ab illa possit absoluere, declaretur.

2 Quo ad primum. Antiquiores Scriptores tam Theologi, quam Canonistæ, duas excommunicationis minoris species assignarunt, quarum Vna, & præcipua est illa, quæ a participatione Sacramentorum tantum excludit, cap. si. de Cler. excomm. ministr. Alia est illa, quæ separat a communione fidelium, non Sacramentorum, quod colligunt ex capit. præsenti, 5. quæst. 2. vbi accusatus, & citatus expectatur per dies septem sine aliqua pœna; & deinde per alios septem, hac apposita pœna, vt Ecclesiam non ingrediatur ad officia diuina audienda, & postea per duos dies interdicitur ei, ne cum alijs fratribus, vel in choro, vel in mensa, vel in dormitorio communicet, ex glossa, in dicto cap. præsenti. in verbo, communione, & in capit. in loco, 5. quæst. 4. Tumultum, & strepitum faciens tempore Synodi per triduum a communione fratrum, non autem Sacramentorum, ex glo. ibidem. in verbo excommunicat. separatur, & cap. placuit. 2. distinct. 18. vbi Episcopus impeditus, ne ad Synodum veniat, & literas excusatorias non mittens separatur ab aliorum Episcoporum communione, & similia habentur in c. quorundam, d. 34. & cap. si quis de alterius. d. 58. de quibus legi possunt Richard. 4. d. 18. art. 7. q. 4. Hostiens. in Summa, lib. 5. titulo de Cler. excomm. minist. num. 1. § qualiter puniatur, & tit. de sententia excommunicationis, numero secundo, §. quot sunt species. Summa Astensis, parte 2. libro septimo, tit. 5. art. 1. & tit. 9. art. 2. q. 10. Ioan. de Lign. in tract. de cens. eccl. §. vndecimus. Felin. in cap. 1. num. 1. de treug. & pace, & in cap. a nobis, nume. 11. de except. Marian. Soc. sen. in cap. sacris, num. 508. de sententia excommunicationis. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 3. ca. 5. & capit. 7. Hi igitur omnes duas species minoris excommunicationis constituunt, quarum vna a Sacramentis tantum, altera vero a communione aliquorum hominum separat, ita vt nec ipse communione eorum in diuinis, aut humanis vti possit; sicutè contrario, nec hi, quorum consortio priuatur, eius communione vtentur,

aliorum

aliorum autem communione, a quibus separatus non est; licitè,& sine peccato vti poterit, sicut etiam & illi eius vti consortio in diuinis, aut humanis poterunt. Sed quia vt rectè notat Richae.in istis iuribus multum extenditur excommunicationis nomen,& hæc secunda species a recentioribus authoribus neglecta est, de prima tantum, cuius vsus frequentior est, in præsentiarum agemus.

3 Excommunicatio igitur minor (sic dicta respectu excommunicationis maioris, cuius pars quædam est, seu respectiue ad effectus maioris excommunicationis, aut quia propter minora peccata incurritur, vt notant Sotus, 4.dist.22.quæst.1.art.1.dub.2. Henriquez, libro 13.de excomm.capitulo 3.§.1. Hugolin.tab.3.capit.5.§.1.)est censura Ecclesiastica hominem participatione passiua Sacramentorum priuans, prout DD.communiter definiunt,& colligi potest ex cap. si celebrat, de Cleric. excommunicat. ministr.

4 Ex qua definitione constat, qualiter non solum ab excommunicatione maiori, sed etiam a peccato mortali differat; excommunicatio enim maior tam actiua, quam passiua Sacramentorum perceptione priuat, hæc autem passiua tantum, illa publicis Ecclesiæ suffragijs priuat; hæc non item; illa multo plures habet effectus, quam minor habet, vt inferius dicemus. Et quamuis improprie nonnulli, vt Panorm. in capitulo, si celebrat, numero 6.de Cler. excommun.ministr.& Gabr.4. dist.18.q.2.artic.1. notab.1. & Coroll.ante notab.2.& Siluest.verbo, excommunicat.5.numero 2.Summa Astensis, par.2.lib.7.tit.5.artic.primo. Angelica, verbo, excommun.4. & alij peccatum mortale adæquant excommunicationi minori, adeo vt velint omnem mortaliter peccantem in minorem excommunicationem incidere ex eo, quod peccatum mortale priuet digna perceptione Sacramentorum, sicut excommunicatio minor, ob quam sane causam peccator latè dicitur excommunicatus, 11. quæstione 3. capitulo, ad mensam, §. euidenter, in multis tamen a peccato mortali

5 differt; Primo quidem, quia peccatum est culpa, excommunicatio minor est pœna; peccatum mortale per contritionem ante absolutionem remittitur, excommunicatio minor non nisi absolutione, quantumuis attritus, aut contritus sit, remittitur, peccans etiam mortaliter post contritionem, excepta Eucharistia, Sacramentum aliud quodcunque dignè ante absolutionem recipit, non sic minori excommunicatione ligatus, ex Siluestr. verbo, excomm.5. in fine, in peccato mortali existens conferendo Sacramenta peccat mortaliter, non sic minori excommunicatione constrictus, alijsque modis inter se differunt, vt latius probat Henriquez.libro 13. de excommun.capitulo 2. §. 1.in annot. littera D. & capitulo 3.§.2. Ex quibus manifestum est excommunicationem minorem longe diuersos effectus, quam peccatum mortale, & multo pauciores, & leuiores effectus, quam excommunicatio maior, habere, vt sequentia declarent.

6 Primo igitur excommunicatio minor Sacramentorum communione passiua nos priuat, hic enim principalis proprius eius effectus est, vt colligitur ex cap. si celebrat, de Cler.excommun.ministr.& c.penult.de sententia excommunicationis,& DD. ibi, Hostiensis in Summa, libro 5. tit.de Cleric.excomm.ministran.numero primo,§ qualiter puniatur,& tit.de sentent. excommunicationis, numero 2.§.quot sunt species. Summa Astensis par.2.libro 7.titulo 9.artic.2. Panorm.in rubr.de sententia excomm. numero 3.& idem Panorm in cap.illa quotidiana, numero 8.de elect. Felin.in rubr.de sententia excommunicationis, numero 6. Marianus Socinus, in capitulo sacris, numero 507. de sententia excommunicationis, S. Anton. 3. par.tit.25.capit.2.§.c. Angelica, verbo, excom.1.numero 1.Summa Pisanella, verbo, excom.7.ver. quis est effectus. Tabiena, verbo, excomm.8. numero 2. Siluest. verbo, excommun.4.numero 3. Nauar.in Manuali.capitulo 27.numero 1.& numero 24. Couar.in capitulo, alma mater, in prima.numero 4.& 5.octauo, numero primo, de senten.excommun.libro 6. Hugolin.de censur.ecclesi.tab.3.capitulo 6.5. primo, ex Theologis S.Thom.in addit. tertiæ par. quæstio.vigesima prima, artic.primo, Alexand. de Ales 4.par. Summæ, quæstio. vigesimasecunda, memb. 1. artic. sexto§.primo, Bonau.4.dist.18.in vltima par.d. quæstio. quinta, Palud.quarto distinct.18.quæstione sexta, articulo tertio, conclus.2. Gabr.quarto distinct. 18. quæstione secunda, artic.primo, notab.primo, & quæstio.tertia, artic. tertio, dubio 1. Adrian.4.Senten.quæst. tertia, de Clauibus.§.pro huius solutione. Martin. Ledesm.secunda 4.q. vigesimaquinta, art.secundo, Sotus quarto distinct. vigesimasecunda, quæstio.prima, artic.primo, dub.2. vers.effectus autem.& quæst.secunda, artic.tertiu, Henriquez lib. decimotertio, de excommun.cap.3.§.tertio, Toletus libro primo, Institut. Sacerd.capitulo vndecimo. Vnde talis nec

7 confitmari, nec Pœnitentiæ Sacramentum suscipere, nec Eucharistiam sumere, nec Matrimonium contrahere, nec vt ait Gemin. in cap. primo, numero octauo, de temp.ordio.libro sexto, ordinibus initiari potest. Hac igitur excepta participatione passiua Sacramentorum, in alijs omnibus occurrentibus in vita humana, sic excommunicatus communicare potest, tam in diuinis, quam in humanis cum alijs, sicut antea poterat; Vnde, primo Missam audire

8 potest, licitè etiam osculum pacis in Missa recipit, licet fuerit excommunioni, ex Palud.4.dist.18.quæstio.6.artic.3.conclus.2. Martin. Ledesm.2.4.quæst.25.artic.2. Henriquez, libro 13.de excommun.capitulo 3.§. 1. Gemin.in capitulo 15, cui, numero 3.de sent. excommunicationis, libro 6.Summa Pisan.verbo, excommun.7. Siluest.verbo, excommunic.4.numero 5. Nauar.in Manuali, cap.27.numero 24.vers.secundo.Couar.in cap.alma mater,§.7.numero 1. Hugol.tab.3.cap.6.§.4. Alphonso Viualdo in suo Candelabro aureo, par.2.tract. de excommunic.minori, num.4. Quicquid Hostiens. Goffred.Rod.Raym.& alij, quos refert,& sequitur Summa Astensis, par.2.tit.9. art.2. q.2. id concedere timeant. Et multo magis Ecclesiam intrare potest, & etiam officia diuina cum alijs in choro recitare, vt præfati authores docent, & præter illos Innocent. in cap.duobus, de sententia excommunicat. Zabar.in clem.1.de celebr.Missar.& ibidem Anchara. numero 3. qui pro hac recitat Specul.Couar. & Nauar. vbi supra. Summa Astensis.d.art.2.quæst.3.vbi etiam refert Hostiens.& Goffred. Gabr.4.d.18.quæstio.2.art.1. not.1.in fine,& quæst.3.art.3.dub.1. Henriquez,& Hugol.locis citatis, S. Anton.3.par.tit.25.cap.2.§.1. Siluest. verbo, excommun.4.numero 6.dubio 3.in humanis etiam licite aliorum vtitur communione, ex Gabr.vbi supra.

10 Petrus a Soto, lect.4.de excommunicatione, vnde actor esse potest in iudicio ex glo. in capitulo a ppellanti, in verbo probandis, de appellat. Panorm.in capitulo intelleximus, numero 3. Felin.numero 22.de iudic.idem Panorm. in capitulo pendentiam,§.lexta,& ibi DD.de offic.deleg. Martin. Socin.in cap.sacris, numero 283.de sententia ex-

11 communicationis. Item Procurator pro alio esse potest in iudicio, ex Mariano Socino, in dicto capitulo sacris, num. 474. & Nicol. Milio, in Repert.in verbo, excommunicatus minori excommunicatione. Sic etiam testis in iudicio

12 esse potest, ex Felino, in cap.veniens, 2.in fine, de testibus, Marianus Socinus in d.capit.sacris, numero 401. Multoque magis extra iudicium alios actus exercere valet, vt contractus inire, testamentum facere, ex Mariano Socino, in capitulo sacris, numero 474.de sententia excommunicationis, Gabr.4. distinct.18.quæst.3. artic.3.dub.1.in fine, Hugolin.tab. 3. capitulo 6.§. 4. Quorum omnium hæc ratio est; quia vt diximus, excommunicatio minor, sola participatione passiua Sacramentorum priuat, è quorum numero non sunt hæc, quæ a nobis enumerata sunt.

13 Difficultas tamen esse potest; an eum excommunicatus minori excommunicatione participatione passiua Sacra-

Sacramentorum priuatus sit, verum Sacramentum sit,nec ne, si illud recipiat; In qua re certum est, omnia Sacramenta,(excepta Pœnitentia) verè ab excommunicatio suscipi posse, vnde excommunicatus minori excommunicatione Eucharistiam verè recipit, & Ordinibus initiatur, verè confirmatur, Matrimonium verè contrahit, & Vnctionem extremam sumit,vt latius ca.1.exposuimus.

14 De Pœnitentia verò, an, si Sacramentaliter absoluatur,verè absolutus sit, non parua est inter authores contentio. Etenim,Caier. in verbo, Absolutio nonnullis circumstantijs, ver. vtrum autem,& in verbo confessio iteranda,semper valere putat: cum Caietano concordat Sot. 4.d.22.q.1.art.2.non longe a fine,ver. attamen quamuis, vbi sententiam Caietani quoad excommunicationem minorem admittit.

Alij vt Palud.4.d.18.q.6.artic.3.conclus.2.ait ligatum minori excommunicatione non posse absolui in foro conscientiæ,sed debere iterum confiteri. & Syluestr. verbo excommunicat.4.§.1.& verbo,confessor. 3,nume.12.dubio octauo. Tabiena,verbo,absolutio.1.nume.24.§.decimo,Summa Corona,c.31.de iteratione confessor.in fine, in 1. part. absolutè docent absolutionem Sacramentalem illi tributam non valere, quia priuatus est perceptione Sacramentorum.

Alij tertio,vt Nauar.in Man.cap.9.nu.3.versi,quarto, & in c.consideret,§.cautus,num.30.de pœnit.dist.5.& in ca.fratres,num.45.vers.secunda principalis, cum seq. de pœn.distin.ead. Couar.in c.alma mater,par.1.§.6.num.7. de sent.excomm. lib.6. Mar. Ledes.2.4.quæst.25.ar.2.1o. Medina C.de confess.q.18.§.dicendum igitur. & Barth. Medina in Summa,capit.11.§.3.lib.1. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo,par.2.tract.de excommun. num.31.& tract.de excommunicatione minori, nume.6. post Petrum a Soto,lib. de institutione Sacerd. lectu.4. de excommunicatione, hanc quam modo explicabimus sententiam probabilem,& in praxi tutam esse dixit. Hugolin.de censur. Eccles.tab.2.capit.7 §.2.num.6.Henriquez lib.13.de excom.cap.5.§.3. qui omnes media via incedentes, docent quod aut talis excommunicatus absolutionem consequens non peccat, mortaliter scilicet quia vel iustè ignorat se excommunicatum esse, vel oblitus est excommunicationis,vel scit se excommunicatum esse, & id confitetur, sed tamen siue iustè, siue iutis, vel facti errore ductus,putat se posse a Confessario absolui,& in his casibus si ab eo prius a peccatis absoluatur, quam ab excommunicatione, verè absolutus est;nec ad confessionem iterandam obligatur,sed solum habita notitia excommunicationis, vt ab ea absoluatur, procurare tenetur, a qua sine iteratione confessionis absolui potest, vt docet ibi Nauarr.in cap.fratres,nume.50.& sic vera est Caietani,

15 & Soti opinio. Ratio est:quia in his casibus adest materia debita,cum debita forma,debitaq; intétione,& non ponitur obex ex parte pœnitentis: res enim quæ culpa caret, in damnum cedere non debet,cap.2.de constit. & ca. fine culpa, de reg. iur. lib. 6. iusta enim ignorantia talem ab omni culpa excusat. Est igitur vera absolutio Sacramentalis, quandoquidem per excommunicationem non redditur homo incapax Sacramenti, sed solum ei interdicitur, ne Sacramenta recipiat: Et quamuis factum sit contra huiusmodi prohibitionem, non sequitur secundo,quod non teneat,multa enim fieri prohibentur,quæ tamen facta tenent.

16 Vel sic excommunicatus absolutionem petens mortaliter peccat,quia scilicet nouit se excommunicatum, aut nosse deberet secundum qualitatem suam, a confessario se absolui non posse a peccatis, nisi præmissa absolutione ab excommunicatione, & tunc quidem verè Sacramentum non recipit,nec à peccatis absoluitur,non ea ratione, quod excommunicatio minor incapacem reddat absolutionis a peccatis, sed quia ponit obicem peccati mortalis scienter petens absolui a peccatis antequam absoluatur ab excommunicatione, contra præceptum Ecclesiæ. Vndè,aut confiteatur hoc peccatum, & tamen vult absolui, & ita non habet propositum a peccatis futuris abstinendi, & id palam facit confessario, & sic indignum se reddit absolutione ex defectu contritionis; aut non confitetur illud peccatum, & peccat,volens absolui ab excommunicatione,& esse particeps tanti Sacramenti,cum maneat ab omnium Sacramentorum participatione exclusus,& tunc confessio eius non est integra, & ita reiteranda; & hoc sensu vera est Paludani,& aliorum sententia, quibus fauet Sotus,4.dist.22.quæst.1.art.1.§.postremum tandem dubium est.

17 Ex quibus omnibus manifestum est excommunicationem minorem participatione passiua Sacramentorum priuare, in qua re cum maiori conuenit, quamuis in alia differat, non enim minor hæc, sicut illa, collatione actiua Sacramentorum priuat. Etsi enim Innoc. in cap.si celebrat.de cler.excomm.minist.& aliqui alij,vt Adria. 4.Sent.q.3.de clauibus.§.pro huius solutione. Syluestr. verbo,excommunicatio,4.§.1. putent excommunicatum

18 minori,peccare mortaliter etiam ministrando alijs Sacramenta, & ideo illa ministrare non posse, alioquin non peccaret, quod enim quis agere potest, illud agendo non peccat,arg.c.qui peccat.23.quæst.4. communior tamen, & verior opinio docet,non peccare mortaliter(sed ad summum venialiter) ratione solius excommunicationis minoris. Sic Ioan.de Lign.apud S.Anto.3.par.tit.25.cap. 2.§.1.cum ipse sequitur Marian.Soc.in c.si celebrat,nu. 15.de cler.excom.minist.Summa Astensis,par.2.lib. 7.tit.9.art.2.quæst.1.Marti.Ledesm.2.4.quæst.25.art.2. Sotus,4.d.22.q.3.ar.3.Nauar.in Manua.c.27.nu.24.Couar.in c.alma mater,par.1.§.8.nu.2.ver.sed si minori.de sen.excommun.lib.6.Henriquez lib.13.de excommunic. ca.3.§.1.Hugolin.de censur.eccles.tab.3.c.6.§.2.Caier. in verbo, excommunicatio minor. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo,par.2.tract.de excommun.46. Toletus libro primo,in ititu.Sacerd.cap.vndecimo, quorum aliqui vt Nauar. Henriquez & Hugolin.dicunt nec peccare venialiter,alij vero solum venialiter,non autem mortaliter peccare existimant, quorum mihi opinio ma-

19 gis placet. Probari potest ratione, quia excommunicatus minori, non peccat mortaliter administrando Sacramenta præcisè ratione ipsius excommunicationis, quia ex vi ipsius censuræ non est illi prohibita collatio Sacramentorum, sed participatio sola, vt habetur d.c.si celebrat.de cler.excom.minist.& c.pen.de sen.excom. & ca. a nobis. de except. & potest hanc censuram incurrisse sine peccato mortali, imò plerumque ob solum veniale incurritur,vt latius Imol.in capit. Sacris,de his quæ vi met. cau.fiunt.Nauar.in Man.c.27.nu.28.Couar. in ca. alma mater.p.1.§.3.nu.7.& §.8.nu.8. de sent. excomm. lib.6. Henriquez lib.13.de excomm.ca.3.§.tradiderunt. Nulla ergo causa est, cur conferendo sacramenta peccare mortaliter existimetur ratione solius excommunicationis minoris. Licet igitur suscipiendo sacramenta excommunicatus minori mortaliter peccet, atque adeo gratiam sacramenti non suscipiat, cum susceptione sacramenti directè, & per se priuatus sit, quantumuis sibi attritus, aut contritus videatur,ex Ioan. Dried.lib.2. de lib. Christian.c.8.Franc.a Victoria tract.de excommun.nu.16.& Syluest.verbo,excommunic.4.num.3. Caiet. in Summa, verbo, excommunicatio minor, & Alphonso Viualdo, in suo Candelabro aureo,par.2.tract.de excommunicat. nu.45,Soto,4.distin.22.quæst.1.artic.3.ver.materia hęc. Henriquez lib.13.de excomm.cap.3.§.2. Collatione tamen,quia solum priuatur consecutiuè, solum venialiter peccat,ex eo enim, quod ad sacramenta suscipienda accedere nequeat, venialem quandam irreuerentiam eisdem sacramentis irrogat conferendo,vt Ledesm. & Sotus vbi supra notarunt.

20 Quod si dicas,ex dicto capit.si celebrat,colligi, quod gra-

municati minori excommunicatione solum irritanda est.

26 A mortali vero peccato differt, quia existens in mortali ad beneficium Ecclesiasticum eligi potest, & eius collationem validè consequi, cap. sicut nostris,& ibi glos. in verbo, incauta, de iureiur. & faciunt, quæ docet eadem gloss. in cap. si celebrat. in verbo, nec eligere, in fine, de cler. excom. minist. Felin. in cap. 2. colum. 2. de rescrip. & in cap. dilectæ. col. 2. de except. Ioan. Maior. 2. Sent. dist. 44. quæst. si. & 4. dist. 18. quæst. 4. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 4. de sent. excommun. lib. 6. de qua re legendus est Nauar. in cap. si quando. de rescript. except. 27. excommunicatio autem minor inhabilem reddit, vt ex dictis manifestum est.

27 Tertiò, Excommunicatus minori excommunicatione Missam celebrando licet grauiter peccet, irregularis tamen non efficitur; vt habetur in cap. si celebrat. & ibi glo. in verbo, irregularitatis, & ibi Panorm. num. 2. de Cleric. excommunicat. ministr. Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de cler. excom. ministr. §. qualiter puniatur, num. 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 9. art. 2. q. 1. Palud. 4. d. 18. q. 6. artic. 3. concl. 2. in fi. Sotus 4. d. 22. quæst. 2. art. 3. vers. sic. materia hæc. Summa Pisanella, verbo, excom. 7. §. quis est effectus. Tabiena, verb. excom. 8. nu. 1. in fi. Siluest. in verbo, excom. 4. num. 3. Nauar. in Manual. capit. 27. numero 244. Couar. in cap. alma mater. par. prima, §. 8. num. 1. de sentent. excommunic. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 3. §. 1. in fine. Hugolin. de censur. eccles. tab. 3. cap. 8. num. 3. Ratio est: quia vt quis irregularis efficiatur, necesse est, vt actum aliquem ordinis exerceat, a quo per censuram suspensus est, ex Henric. d. cap. si celebrat. & S. Anton. 3. par. tit. 26. capit. 4. §. 1. Conar. vbi supra, excommunicatus autem excommunicatione minori ab aliquo actu ordinis ecclesiastici suspensus non est, sed solum a perceptione Sacramentorum, quæ ad nullum ordinem pertinet: & Mariano Socino in dicto cap. si celebrat. numero tertio, & Panormitan. num. 2. de Cleric. excom. ministr. & ideo Sacramenta percipiendo, immo etiam Missam celebrando irregularis non est.

28 Ex quibus colligitur alia differentia inter maiorem, & minorem excommunicationem; excommunicatio. n. maior, quia suspensionem ordinum includit, qui celebrando officia sibi interdicta attentat, irregularis efficitur, secus in minori excommunicatione, vt diximus.

29 Quarto, Quamuis cum excommunicato minori excommunicatione communicans peccet, maxime vbi sie excommunicato administrat Sacramenta, a quorum perceptione remotus est, [quod procedit solum vbi excommunicatus hic denunciatus est, hic enim locum etiam habet, Extrauagan. ad euitanda scandala.] in minorem tamen excommunicationem sic communicando non incidit. Facit glo. in cap. excellentissimus. in verbo, Qui communicant. 11. q. 3. & expresse Hostiensis in Summa, libro 5. tit. de sent. excom. num. 15. §. & quæ sit pœna, versic. hæc autem excommunicatio. Innoc. in cap. si celebrat. de cler. excom. ministr. Zabar. in cap. cum desideres. num. 1. de sentent. excom. Angelica, verbo, excom. 8. num. 23. Gabr. 4. d. 18. q. 3. art. 2. conclus. 9. quo loco etiam non peccare ait, quod intelligi debet, vbi in non prohibitis communicatur. Mart. Ledesm. 2. 4. quæst. 15. art. 2. in fine. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. §. materia hæc. in fine, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 25. & Franc. a Victoria, tract. de excom. nu. 26. in fine. Alphonsus Viualdus in Candelabro aureo, p. 2. tract. de excommunicatione minori, numero 10. post S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 23. art. 2. ad secundum, Toletus, lib. primo, instit. Sacerd. cap. 21. Hugol. tab. 3. cap. 8. numero 5. qui omnes docent communicantes cum excommunicato minori excommunicatione, aliam minorem excommunicationem non incurrere: vnde commune dictum est excommunicationem non transire tertiam personam. Hoc est, si quis excommunicatus sit minori excommunicatione pro eo, quod participauit excommunicato maiori, ego qui sum tertia persona respectu excommunicati, non prohibeor ei, qui minori ligatus est, participare, vt præter ceteros tradit Adrian. in 4. q. 3. de clauibus, §. pro huius solutione. Ex quibus etiam constat, minorem excommunicationem a maiori differre.

30 Quinto, Excommunicatio minor non repellit a iudicio, nec annullat rescripta, cap. a nobis, de except. neque communibus Ecclesiæ suffragijs priuat, ex Henriquez, libro 13. de excom. cap. 3. §. 1. Hugol. tab. 3. cap. 6. §. 4. numero 2. cum ab eccl. præcisus non sit, neque a Christi fidelium consortio separatus, ex Panorm. in cap. intelleximus, numero 3. de iudic. Adrian. 4. sentent. quæst. 3. de clauibus, §. pro huius solutione. In quibus omnibus ab excommunicatione maiori differt. Et de natura, & effectibus eius hactenus.

Qui excommunicationem minorem ferre, & ab ea absoluere possit. Cap. XXIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatio minor non solum a iure, sed etiam ab homine ferri potest.*

2 *Excommunicationem maiorem, qui ferre potest, etiam & minorem ferre valet, quamuis hodie in vsu non sit vt ab homine feratur.*

3 *Excommunicatio minor, quando ab homine fertur, quibus verbis ferenda erit.*

4 *Excommunicatio minor quibus casibus a iure feratur.*

5 *Absoluere ab excommunicatione minori potest Sacerdos proprius ipsius excommunicati.*

6 *Proprius Sacerdos qui censendus sit.*

7 *Absoluere ab excommunicatione minori subditum alterius parochus alienus non potest, quoties illa ob participationem mortalem cum excommunicato maiori incurritur.*

8 *Absoluere ab excommunicatione minori ob participationem venialem cum excommunicato maiori incursa an quilibet Sacerdos simplex, sicut a peccatis venialibus possit.*

9 *Absolutio sacramentalis peccatorum venialium ab excommunicationis minoris absolutione qualiter differat.*

10 *Excommunicatio minor vera censura Ecclesiastica est iurisdictionem tam in ferente, quam in auferente requirens.*

11 *Religiosi, & alij ad Sacramentum pœnitentiæ ministrandum admissi virtute potestatis delegatæ ab excommunicatione minori absoluunt.*

12 *Absoluendi potestatem ab excommunicatione minori parochus proprius alij delegare potest.*

13 *Diaconus, aut alius clericus ex delegatione habentis iurisdictionem ordinariam a minori excommunicatione absoluere valet.*

14 *Excommunicatus minori pœnitentem a peccato absoluere potest, peccat tamen venialiter absoluendo, & quæ huius rei sit ratio.*

15 *Excommunicatus minori absoluendo ab excommunicatione minori, vel maiori non peccat.*

17 *Excommunicatus minori, vt absoluatur, quid facere teneatur.*

1 Ommunis omnium DD. & recepta sententia est excommunicationem minorem non solùm à iure, sed etiam ab homine ferri posse, vt colligitur ex glo. in c. si inimicus, 11. q. 3. Goffre. in Summa, de senten. excom. num. secundo, Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de Cler. excom. ministr. & clarius in tit. de sent. excom. num. secundo, §. quot sunt species, & num. 5. §. nedum autem ius, in fine. Summa Astensis par. 2. lib. 7. titulo 5. art. 1. titulo nono, artic. 2. q. 10. Rich. 4. d. 18. art. 7. quæst. 4. Panorm. in rubr. de sent. excom. num. 3. & in c. illa quotidiana, nu. 8. de elect. & in cap. si diligenti, nu. 22. Fel. ibidem in fine, de foro compet. idem Panor. in cap. si celebrat, nu. 4. de Cler. excom. ministr. & Zabar. ibi, nu. 4. Marian. Soc. in c. sacris. nu. 507. de sent. excom. Angelica, in verbo, excom. 1. no. 2. Tabiena, verbo, excomm. 2. nu. 7. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 25. Couar. in c. alma mater. part. 1. §. 8. num. 5. de sentēt. excom. lib. 6. Petrus a Soto. lib. de institut. Sacerd. tracta. de excommunicatione, lect. 4. Henriquez lib. 13. de excō. cap. 3. §. 4. Hugolin. tab. 3. cap. 1. nu. 2. qui omnes expresse docent, etiam ab homine excommunicationem hanc ferri posse quamuis id Sotus, in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. ver. circa secundum, negare videatur; qui tamen intelligi potest

2 eo modo, quo inferius dicemus. Quisquis igitur excommunicationem maiorem ferre potest, etiam minorem infligere poterit; Ad quam etiam infligendam requiritur iurisdictio Ecclesiastica fori contentiosi, vt præfati authores tradunt; ob cuius defectum a simplici parocho ferri nequit, cum hic fori contentiosi iurisdictione careat, ex Panor. in capit. 2. nu. 10. de offic. ordin. & in cap. cum ab ecclesiarū, nu. 1. tit. eo. Hugolin. vbi supra, c. 1. §. 1. nu. 2. & est communis opinio quicquid glo. in d. cap. si inimicus, 11. q. 3. & alij, quos refert Fel. in cap. si diligenti, in fi. de foro compet. etiam simplices parochos eam ferri posse senserint.

Antiquitus excommunicatio minor ab homine ferri solebat, hodie tamen in vsu non est, quo sensu Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. vers. circa secundum, post Syluest. in verbo, excom. 4. nu. 2. §. decimo, dixit, quod nunquam infligitur ab homine, nullus enim Iudex aliquid vnquam præcipit sub pœna excommun. minoris, vt patet experientia.

3 Quando autem contingeret excommunicationem minorem ab homine ferri, illis verbis ferenda erit, quibus effectus eius exprimitur; nimirum vt significetur separatio a communione horum, vel illorum hominum; vel a perceptione Sacramentorum, vt colligi potest ex cap. A nobis de except. & capit. fina. de Cler. excom. ministr. & capitulo, penult. de sent. excom. & Panor. in ca. si diligenti, nu. 22. de foro comp. & c. illa quotidiana, nu. 8. de electio. Quamuis si simpliciter feratur excommunicatio minor exempli gratia, *Excommunico te minori excommunicatione, seu Minorem excommunicationem in te fero.* intelligi debet excommunicatio illa, quæ Sacramentorum perceptione priuat, vt Panorm. in d. cap. si diligenti, numer. 22. annotauit, tum quia hæc vsitatior, & frequentior est, ar. d. cap. fina. de Cler. excom. ministr. & cap. a nobis, de except. & cap. penult. de sent. excommu. tum quia secundum nominis interpretationem, & communem loquendi modum communio appellatur ratione recepti Sacramenti, ex And. Barbat. & addit. ad Panor. in d. capitu. si diligenti, nu. 22. in litera C. quo in loco Panor. ait, priuare quem Sacramentis, non esse aliud quam ferre excommunicationem minorem, & in ca. illa quotidiana, nu. 6. de elect. ait, excommunicationem minorem non repellere a communione hominum, sed solum a participatione Sacramentorum, & ibidem nu. 8. ait, idem esse, si Iudex excommunicaret aliquem minori excōmunicatione, seu suspenderet a Sacramentis tantū; tum quia si de altera specie intelligeretur, aut nulla, aut incerta semper esset talis sententia; quandoquidem ignoratur, a quorum communione priuet; non enim est ratio cur horum potius, quam illorum hominum communione careat; ab omnium autem hominum communione priuare, nulla ratione dicendum est; cum priuatio hæc vsitata non sit, nec vnquam in vsu antea fuisse legamus. Quare cum actum semper in eam partem interpretari debeamus, vt potius valeat, quam pereat, argum. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de verb. oblig. excommunicationem simpliciter latam, de ea, quæ Sacramentorum perceptione tantum nos priuat, accipimus.

4 Quoad excommunicationem minorem latam a iure, Inn. in c. 1. de sen. excom. Angelica, in verbo, excommun. 4. Syluestr. verbo, excomm. 4. num. 2. ver. sciendum est secundo, & Nauar. in Manual. cap. 27. num. 25. & Henriquez lib. 13. de excom. c. 3. §. 4. & Summa Pisanella, verbo, excomm. 7. referunt octo casus esse, in quibus excommunicatio hæc a iure antiquo lata fuit, quorum aliquos numerant etiam Sotus, 4. d. 22. q. 2. art. 3. vers. circa secundum, & Victoria tract. de excomm. & Alphonsus Viualdus, in suo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommunicatione minori num. 2. decem casus recenset. Alij verò, vt Hostiensis, in Summa, lib. 5. tit. de sent. excom. nu. 12. §. quis possit ab hac sententia absoluere Raym. in Summa. Astēsis in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 5. art. 1. duodecim & tredecim ponunt, quos tamen omnes quoniam nunc consuetudine abrogati sunt breuitatis causa prætermittendos esse censuimus. Quæ enim adhuc in vsu est, excommunicatio illa est, de qua in ca. excommunicatos, & cap. cum excommunicato, & seq. 11. q. 3. & ca. nuper. de sent. excom. habetur; nempe quando quis participat cum excommunicato maiori excommunicatione denunciato, aut cum notorio Clerici percussore, vt notat Franciscus a Victoria in tract. de excommun. numero 16. in aliquo illorum quinque, de quibus superius diximus, & continentur in illo versu.

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

A qua etiam excommunicatione minori, excusatur participans, quando occurrit aliquid ex contentis in eo versu,

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse,

vt in præcedentibus copiosius exposuimus.

De absolutionem verò ab excommunicatione minori, certum est ex communi DD. sententia Sacerdotem proprium ipsius excommunicati ab ea absoluere posse, vt habetur in c. nuper. §. in secundo vero casu, de sentē. excommun. & communiter tradunt Doctores, S. Thom. in addit. 2. par. q. 24. ar. 1. Bonau. 4. dist. 18. in 2. par. distin. q. 6. DD. ibi Martin. Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. vers. tertium ergo membrum Henriquez lib. 13. de excōmmu. c. 28. §. 5. Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de sent. excomm. nu. 2. §. quia possit ab hac sententia absoluere, versic. in supradictis casibus. Summa Astensis, parte secunda, lib. 7. tit. 12. art. 1. q. prima, Angel. verbo, absolutio, primò, num. 1. Summa Pisanella, verbo, absolutio, 1. in princip. Tabiena, verbo, absolutio, 2. num. 5. ver. quæritur tertio, Syluest. verbo, excomm. 4. nu. 2. §. nono. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 12. nu. 6. Hugolin. de censur. Eccles. tabul. 6. capit. 4. Per proprium autem Sacerdotem intelligitur ille, qui iurisdictionem ordinariam habet in foro pœnitentiali, qualē habet Papa in toto Mundo, & Episcopus in sua diœcesi, arg. c. cum Episcopus, de offi. ord. li. 6. & Parochus in sua Parochia, ar. c. oīs vtriusque sexus, de pœnit. et remis. Quod procedit, etsi parochus Sacerdos nō sit; sicut. n. ad excōicationem ferendam non est necessarius ordo Sacerdotalis, ita neq; ad eam tollendā Sacerdotij ordo requiritur, vt Hugolin. loco proximē citato, §. 2. nu. 2. latius exposuit. Secus autē dicendum est de parocho alieno, hic enim alterius subditum a minori excommunicatione absoluere nequit, quandoquidē, Pontifex in d. c. nuper, §. in secundo vero casu, hanc absoluendi potestatem Episcopo solum proprio, & proprio Sacerdoti

doti ipsius excommunicati concessit; vnde alieno potestatem hanc negasse censetur; inclusio enim vnius, alterius est exclusio, aegum. capit. nonne, de praesumpt. & l. cum Praetor, ff. de iudic. & hoc certum est, quoties excommunicatio haec minor, ob participationem mortalem cum excommunicato maiori excommunicatione incurritur, vt praefati authores docent, dum affirmant absoluere ab hac excommunicatione posse eos solum, qui a peccato participationis absoluere valent, vt S. Tho. & alij, vbi supra docet. Cū igitur parochus alienus subditū alterius a peccatis mortalibus absoluere non possit, nec ab excommunicatione minori ob participationem mortalem incursa absoluere valet.

8 Difficultas sola est, an, cum quis ob veniale peccatum incidat in excommunicationem minorem ex participatione cum excommunicato, absolui possit ab alieno parocho, seu a quocunque sacerdote simplici, sicut a venialibus absolui possit.

In qua re fuerunt olim nonnulli, vt refert Richard. 4. d. 18. art. 9. q. 3. qui dixerunt, quemlibet Sacerdotem Simplicem ab hac excommunicatione minori, sicut etiam a peccatis venialibus, absoluere posse, quia talis absolutio
10 non requirit iurisdictionem. Quorum opinio in eo fundatur, quod excommunicatio minor ex communi sententia incurritur ex peccato veniali, vnde & eius absolutio spectabit ad omnes illos, qui a peccatis venialibus absoluere possunt, huiusmodi autem sunt ex communiori sententia quicunque Sacerdotes; & in hanc sententiam inclinat Tabiena, verbo, absolutio, 2. numero 5. versic. quaeritur tertio, qui etiam existimat. S. Thom. vbi supra, huius esse sententiae, eamque expresse tenent Toletus in Summa lib. 1. cap. 11. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 25. vers. quinto, & num. 39. vers. tertio, & latius in capit. placuit, num. 25. de poenit. dist. 6. fauet S. Thom. in addit. p. 3. q. 23. art. 3. & expresse Alphonsus Viuald. in suo Cand. parte 2. tract. de excommunicatione minori, numero duodecimo, qui falso citat pro se Cordubam in Summa, quaest. 179.

E contra vero alij, & verius docent, quod quamuis excommunicatio minor iure, vt plurimum indicta sit ob peccatum veniale, & quilibet Sacerdos absoluere possit Sacramentaliter a peccatis venialibus, solus tamen Episcopus proprius, vel curatus proprius, vel ab eis licentiam habens, vel a Papa ab huiusmodi excommunicatione minori, etiam ob veniale peccatum incursa valet absoluere, sic expresse Summa Hostiensis, lib. 5. de sent. excom. numero 12. §. quis possit ab hac sententia absoluere, versic. in supradictis casibus. Summa Confessorum, libro 13. de sent. excom. quaestio. 91. Astensis in summa, parte 2. lib. 7. titu. 13. artic. prim. 3, quaest. 10. Angelica, verbo absolutio, primo numero primo. Francisc. a Victoria, tract. de excom. numero 17. Couar. in capit. alma mater, par. prima. §. 12. numero 6. de senten. excom. libro 6. Hugol. de cens. Eccl. tab. 3. capit. 4. §. 5. num. 2. Richar. 4. d. 18. art. 9. quaest. 3. vbi ait hanc opinionem magis sibi placere, & ex professo eam defendit Caiet. in Summa, ver. absolutio, in fine, & verbo communicatio minot, & tom. primo, opusc. tract. 7. qui est de ministro Sacramenti poenitentiae, quaest. vnica, ver. ad secundum, & post eum alij Thomistae, Matt. Ledesm. 2. 4. q. 25. art. 2. Sotus. 4. d. 22. q. 2. artic. 3. vers. tertium ergo membrum, Bartol. Medina, lib. 1. capit. vndecimo, §. 6. & post hos Henriquez, libro 13. de excom. cap. 28. §. 5. Petrus a Soto, lib. de institut. Sacer. lect. 4. de excom. Iosephus Angles, in Florib. 4. Sent. tit. de excom. art. 4. difficul. 2. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis, lib. 3. cap. 20. & alij. Siquidem multum differt absolutio Sacramentalis peccatorum venialium ab excommunicationis minoris absolutione, quae sa-
9 cramentalis non est, & tollit distinctum vinculum a peccatorum, & venialium culpa, & nexu, sicut, & absolutio a peccatis mortalibus multum differt ab absolutione excommunicationis minoris. Huius autem sententiae ratio haec est, quod excommunicatio minor vera est censura Ecclesiastica, quae a iure incurritur, censura vero actus iuridicus est, ideoque ab ea absolutio fieri non potest, nisi per eum, qui iurisdictionem habeat, quam alienus parochus, aut quilibet Sacerdos simplex in hunc excommunicatum non habet. Quamuis igitur quilibet Sacerdos simplex a venialibus, quae materia necessaria confessionis non sunt, vt communiter tradunt authores, absoluere valeat, ab excommunicatione tamen minori ob huiusmodi iurisdictionis defectum non potest absoluere, sed neque, vt ait Hugolinus vbi supra, à venialibus absoluere potest, vbi qui venialia confitetur, excommunicatione minori ligatus est, ex quo nec ab homine, nec a lege absoluendi potestas in hoc casu data probetur. Quae opinio satis euidenter ex d. capit. nuper. §. in secundo vero ea lu. de sent. excom. colligitur, si interrogationem cum responsione conferamus. Rogatus enim ibi Papa Innocentius tertius, an sacerdos simplex absoluere possit ab excommunicatione incursa propter participationem cum excommunicato, respondet hunc a proprio Episcopo, vel a Sacerdote proprio absolui posse, non ergo ab alieno, aut a Sacerdote simplici; aliàs id dixisset Pontifex, non enim an alienus, aut Sacerdos simplex a venialibus ab-
11 soluat, ignorabat, arg. cap. 1. de constit. lib. 6. Iuris igitur communis beneficio solus habens iurisdictionem ordinariam ab excommunicatione minori absoluit, vt habetur in d. capitulo, nuper, §. in secundo vero casu, quamuis etiam alij, vt Religiosi, & alij ad Sacramentum poenitentiae administrandum admissi ab eadem absoluere possint, non quidem delegatione, ac beneficio dict. capit. nuper. sed vi delegationis, qua eis permittitur vt poenitentiae Sacramentum administrent, eo enim ipso tacitè potestas haec eis mandata intelligitur, vt inueterata Ecclesiae consuetudo, optima legum interpres declarat, arg. l. si de interpretatione. ff. de legib. & hoc sensu accipiendi sunt S. Thom. in addit. 3. par. quaest. 24. art. 1. Angelica, verbo, absolu. 1. num. 1. Pisanella, verbo excom. 7. Siluest. verbo, excom. 7. num. 37. & verbo, absolutio, 1. num. 3. & alij dicentes absoluere ab excommunicatione minori posse eum, qui a peccatis absoluere possit. Immò etiam & alijs potestas haec absoluendi ab excommunicatione minori a proprio parocho delegari potest, cum facultas haec absol-
12 uendi in hoc casu ob officium, quod habet, quia scilicet proprius parochus est, illi concessa sit in d. capitulo nuper. quibus autem ob officium, & potestatem ordinariam permissum est, vt in certis casibus absoluere possint ab excommunicatione, & ipsi potestatem hanc alijs delegare possunt, vt colligitur ex cap. fin. & ibi glo. in verbo, casibus, de offic. ordin. quandoquidem in hoc casu parochis non nudum absolutionis ministerium, sed iurisdictio committitur, in d. capitulo nuper, vbi autem non certum ministerium, sed causae cognitio, & consequenter iurisdictio committitur, delegatus delegare potest, argum. d. cap. nuper. §. is autem, vers. qui vero. Vnde parochi capellanos accersentes, vt Sacramentum poenitentiae in sua parochia ministrent, ipsis facultatem hanc absoluendi ab excommunicatione tacitè concedere censentur, cum sic excommunicatis, antequam ab excommunicatione absoluantur, sacramenta ministrari non possint, arg. cap. si celebrat. de Clerico excommunicato ministr. concesso enim vno, & alterum etiam conceditur, sine quo illud vnum exerceri nequeat, arg. cap. praeterea, de offic. deleg. & l. 2. & ibi DD. de iurisd. omn. iud.

13 Quibus addo ex Martino Ledesm. 2. 4. q. 25. artic. 2. quod ex delegatione habentis Iurisdictionem ordinariam non solum quilibet simplex Sacerdos, sed etiam Diaconus, aut alius Clericus à minori excommunicatione absoluere potest, cum excommunicatio minor, sicut & maior, poena sit, & censura, non culpa, vt Franciscus à Victoria vbi supra notauit.

S 2 Vltimo

14 Vltimo dubitari poteſt, An exiſtens in minori excommunicatione abſoluere poſſit alium exiſtentem in minori excommunicatione? Cui breuiter reſpondeo, quod licet ligatus excommunicatione minori abſoluere poſſit confitentem a peccatis, ſi tamen abſoluit, peccat vt plurimum venialiter, facit enim aliquam irreuerentiam Sacramento, qui ſic ad Sacramentum conferendum, & tractandum accedit, ex rei enim natura naſcitur quædam indecentia, & irreuerentia, ex eo, quod talis Sacramenta confert, ex Martino Ledeſm. 2. 4. quæſt. 25. art. 2. Soto 4. d. 22. quæſtione 2. artic. 3. Adriano, 4. Sent. tract. de Clauibus, quæſt. 3. §. ex hoc nota. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 2. de ſent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 3. §. 1. vnde, prius abſolutionem ab excommunicatione capere debet, quam Sacramento miniſtrando ſe ingerat.

15 Addo nihilominus, non peccare abſoluendo ab excommunicatione ſiue maiori, ſiue minori, cum in hoc nullum Sacramentum pertracter, ſecus autem, dum a peccatis abſoluat, cum abſolutio hæc ſacramentalis ſit. Deinde verò abſolutio ab excommunicatione facta valida est, vt conſtat primo, quia etiam abſolutio a peccatis, quæ ſacramentalis eſt, valet, ergo & ab excommunicatione. Secundo quia excommunicatio minor non aufert ea, quæ ſunt iuriſdictionis, cap. ſi celebrat. de Cler. excom. miniſt. abſoluere eam ab excommunicatione ad iuriſdictionem ſpectat; & denique hoc ipſum expreſſe habetur in cap. duobus, de ſent. excommun. vbi dicitur, *quod duobus collata poteſtas, vt a minori excommunicatione ſe mutuò abſoluant, ſi in eam incidant, vtroque vinculo excommunicationis minoris ligato, abſoluendi poteſtas non expirat:* Quod (vt recte arguunt Doctores) intelligi non poteſt, quod non expirat habitu, cum nec ſic expiret per excommunicationem maiorem: Vt ergo ſpeciale aliquid intelligatur dici de minori excommunicatione, neceſſum eſt, quod nec habitu, nec actu expiret: id quod expreſſe tradunt Adrian. & Ledeſm. vbi ſupra, & Summa Aſtenſis, par. 2. libro 7. tit. 13. art. 1. q. 11. & Panorm. in dicto cap. duobus, num. 1. & Silueſt. verbo, excommun. 4. nu. 2. §. nono, & verbo abſolutio, 3. num. 5. §. ſciendum eſt. Quarto Alphonſus Viualdus in ſuo Candelabro aureo, par. 2. tract. de excommunicatione minori, numero 8. & Petrus Sotus, lect. 4. de excommunicatione, in fine, & communis eſt, & recepta Doct. ſententia. Quia vero cenſura hæc
16 leuiſſima eſt, nec exinde excommunicatus alicui damnum infert, non requiritur, vt ſic abſoluendus aut ſatisfaciat alicui, aut cautionem præſtet, ſed ſatis eſt, vt proponat obedire eccleſiæ abſtinendo a peccato, quod huiuſmodi excommunicationem minorem annexam habet, ex Soto, 4. diſtinct. 22. quæſt. 2. artic. 1. verſic. tertium ergo membrum, in fine. Bartol. Medina, libro 1. Sum. cap. 11. §. 7. & Hugol. de cenſ. eccleſ. tab. 3. c. 12. poſt Silueſtr. in verbo, abſolutio, 3. numero 5. verſ. ſciendum eſt quarto.

Finis Libri Secundi.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS IN IVRE LATIS.
Alijsque Constitutionibus Pontificijs.
Liber Tertius.



PRAELVDIVM.

Authores Bullam Cenæ, eiusque, & alias iuris sententias, & Censuras, aut obiter, aut ex professo explicantes.



DE excõmunicationibus tam in Bulla Cenæ, quàm in iure contentis tractãt Palud.4.dist.18.q.3.per totum. Hostiensis in Summa lib.5.sub titulo de sententia excom. Innocentius Papa IIII. Panor. Marian. Soc. & alij communiter in explicatione eius tituli, Ioã. de Friburgo, in Summa Confessorum. lib.3.tit.33.a q.34. et deinceps. Summa Astensis par.2.lib.7.tit.3. Summa Pisanella in verbo excommunicatio.1. Summa Angelica verbo. eodem 5.6.& 7. S. Anton.p.3.tit.25. Siluester in Summa verbo. excommunic.6.7.8.& 9. Tabiena verbo. eo. 5.6.& 7. Caietan. in Summa verb. excommunicatio, per totum. Martin. Ledes. in 24.q. 26.art.2. Mart. Nauar. in Manuali, c.27.a nu.49. & deinceps. Gregorius Tolosanus in Syntagmate iuris, p.3.tit.31.c.9. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par.2. Iacobus de Graffijs p.1. decis. lib.4. Summa Corona p.3.c.10. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par.1.lib.4.c.30.31.& 32. Sebastianus Medices in sua Summa Capitalium peccatorum. q.78. Card. Toletus in Sum. instruct. Sacerd. in fine, & alij recentiores.

S V M M A.

1 *Excommunicationum numerus in iure quisnam sit.*
2 *Excommunicationum quædam reseruatæ sunt, & quædam non.*
3 *Diuisio huius libri tertij, & partes eius.*

1 CVm plurimæ sint, ac ferè innumerabiles excommunicationes in iure latæ, vt colligitur ex Hostiens. lib.5. tit. de sent. excomm. 5. §. quis possit, qui enumerat triginta tres casus ex decreto, & Decretalibus vsque ad tempora sua, & ex gloss. in cap. eos qui, in verbo canonis, de sent. excommun. lib. 6. vbi refert triginta duas latas per solos textus sexti, & glo. in Clemen. 1. in verbo excommunicationis sententiæ, de sent. excom. vbi recenset quinquaginta latas ipso facto per solas Clementinas, & postea mirum in modum earum numerus auctus sit, ita vt vix certus aliquis numerus exprimi possit, quarum aliquæ Summo Pontifici reseruantur, aliquæ verò solis Episcopis, quædam verò nulli reseruatæ sunt. Nos ad omnem confusionem tollendam in eis recensendis, & explicandis hunc ordinem seruabimus.

3 Vt primo enumeremus illas, quæ in Bulla Cenæ Domini continentur, quæ ceteris omnibus sunt magis reseruatæ, & timendæ magis,
Secundo, quæ in iure expressæ sunt,
Tertio, quæ in Extrauagantibus iuri insertis,
Quarto, quæ in Extrauagantibus necdum in ius relatis reperiuntur,
Quinto, & postremo, quæ nulli reseruantur.

De origine, & Antiquitate Bullæ Cenæ Domini; Et an iuris, vel hominis sententiæ sint. Cap. I.

S V M M A.

1 *Bulla Cenæ Domini origo, & antiquitas ex Soti, & Cardinalis Toleti sententia.*
2 *Soti, & Toleti opinio de Bulla Cenæ antiquitate ab authore refellitur.*
3 *Processus solennes, quibus anni temporibus olim a summis Pontificibus fieri solebant.*
4 *Processus solennes contra quas personas antiquitus fieri consueuerunt.*
5 *Processus Cenæ Domini vnus ex tribus antiquissimis ter in anno fieri solitis.*

6 *Processus Cenæ Domini omnia quinque in antiquis processibus inclusa continet.*
7 *Bulla Cenæ Domini non solum à Martino V. sed etiam Clemente V. antiquior est.*
8 *S. Thomas de Aquino, temporibus Urbani IIII. & Clementis IIII. floruit.*
9 *Regulæ Cancellariæ,* Canones Curiæ, *nunquam appellari solent.*
10 *Processus Bullæ Cenæ Domini a quinquaginta summis Pontificibus per trecentos annos summo iudicio renouatus quotannis est.*
11 *Hæretici falsò Ecclesiam, & Summos Pontifices seueritatis, & crudelitatis accusant.*
12 *Bulla Cenæ Domini an iuris, vel hominis sententias contineat.*
13 *Excommunicationes ab homine, vel a iure latæ, qualiter inter se differant.*
14 *Silvestri, & aliorum opinio de sententijs Bullæ Cenæ Domini.*
15 *Soti, & quorundam aliorum iudicium de sententijs in Bulla Cenæ Domini contentis.*
16 *Bullæ omnes Cenæ Domini ante Gregorium XIII. tam firmæ hominis sententiæ, ac sunt Regulæ Cancellariæ, non fuerunt.*
17 *Bullæ Cenæ Domini post Clausulam a Gregorio XIII. additam, mediæ inter iuris, & hominis sententias dici possunt.*
18 *Bulla Cenæ Domini absolutè, & simpliciter sententias hominis, & non iuris continet.*
19 *Bullæ Cenæ Domini sententias incurrens, etiam mortuo Papa, qui eas tulit, excommunicatus manet.*
20 *Titulus ille, Bullæ Cenæ Domini Martini V. præfixus,* Ad perpetuam rei memoriam *quid significet.*
21 Constitutionis *vox, in fine Bullæ Cenæ Domini Martini V. posita quid importet.*

1 
Neququam verò excommunicationes in Bulla Cenæ Domini contentas in particulari exponamus, nonnulla prius explicanda sunt, quæ non parum ad ipsius Bullæ notitiam, & cognitionem spectare videntur; Quorum hoc vnum, & primum sit de origine, & antiquitate eius. Nonnulli enim sunt, inter quos est Dominicus a Soto, quirn 4. distinct.22.quæst. 7.artic.3. conclus. quinta. Quem secutus est Card. Toletus in explicatione Bullæ Cenæ Domini, in principio, ver. Quoad secundum, existimantes Bullam Cenæ Domini non esse tam vsq; adeo antiquam, sed cœpisse tempore Martini Papæ Quinti circa annum Domini 1420. quo tempore Bohemorum hæreses in Concilio Constantiensi fuerunt damnatæ: id quod non alia ratione probant, quam quia S. Thomas, & alij Scholastici scriptores antiqui, nullam eius mentionem fecerint.
2 Ceterum dubium esse non potest, quin longe antiquior sit, cum Clemens Papa V. qui, vt historiæ tradunt, creatus fuit Pontifex anno domini 1305. mortuus autem est anno 1315. in Clem. 1. de iudicijs, aperte testatur consueuisse Romanos Pontifices, solennibus quibusdam annis diebus generales quosdam processus facere. Quo in loco glossa. in verbo Solennes, duo præcipue de his processibus notat.
3 Primum est, quibes in solennitatibus fieri consueuerint, nimirum ter in anno, In die Iouis septimanæ sanctæ, & in die Ascensionis Domini, & in die dedicationis Basilicarum Petri, & Pauli, quæ celebratur de mense Nouembris, in octaua Beati Martini Episcopi, cuius etiam trinæ solennis excommunicationis singulis annis meminit Panorm. in cap. excommunicationi. num. 1. de rapt. incend. violat. eccles.
4 Secundum est, in d. clem. 1. in verbo, Generales, contra quas personas consueuerint fieri huiusmodi processus: fiebant autem priscis illis temporibus contra quinque genera personarum. Primo, contra hæreticos, & eis credentes. Secundo, contra eos, qui Saracenis merces prohibitas portabant. Tertio contra Piratas. Quarto contra exigentes, vel imponentes noua pedagia. Quinto, contra falsarios litterarum Apostolicarum. Postea vero temporis processu, cum iam satis vbique diuulgatus esset rumor horum processuum, desierunt tam frequenter fieri, & cœpit in vsu esse processus semel tantum in anno id, quod Cardinalis, in cap. quod olim. de iudic. suo tempore obseruatum fuisse dicit, & idem fatetur S. Anto. 3. par. tit. 25. cap. 72. vbi refert hoc etiam in vsu fuisse tempore Martini Papæ V. cuius processum ibi referens, simul affert hunc titulum: *Processus annualis, qui fit annuatim in Curia in Cena Domini.*
5 Quod vero processus hic, quem dicimus fieri solitum semel in anno in Cena Domini, vnus ex illis antiquissimis sit, qui ter in anno fieri solebant, manifestum est, tum ex ipso nomine *Cenæ Domini*, tum etiam ex materia ipsa quæ in illo continetur; continet enim omnia illa
6 quinque, quæ antiquissimis illis processibus continebantur, vt constat, & colligitur ex annotationibus in d. clem. prima. de iudic. in margine additis, ad verb. *Generales*, ex Gregoriana editione: quibus postea crescente quotidie malitia hominum, aliæ etiam excommunicationes successiue per consequentes Romanos Pontifices, Martinum Quintum, & Paulum Secundum, Sixtum Quartum in Extrauag. Etsi Dominici gregis, Leonem Decimum, & Paulum Tertium, Iulium Tertium, Paulum Quartum, Pium Quintum, Gregorium XIII. & alios vsque ad Clementum VIII. cuius Bullam exponemus, additæ sunt.
7 Hinc constat antiquiorem esse Bullam hanc Martini V. immo etiam antiquiorem elt Clemente V. & facile probari poterit antiquiorem esse Vrbano IV. & Clemen. IV.
8 qui sederunt circa annum Domini 1261. sub quibus floruit S. Thom. Aquinas: siquidem Hostiensis, qui fuit contemporaneus S. Thomæ, & illo paulò antiquior, (floruit enim sub Innocentio IV. & Alexandro IV. Pontificibus, Anno Domini 1254.) in titulo de crimine falsi. libro 5. §. qualiter committatur. vers. porrò, expresse meminit huius processus, dum in versic. quinto dicit. (*Sed hodie*,) id est suo tempore (*præceptum est, quod in litteris Domini Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam litteram vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est commissum, alioquin manum apponens ex Canone lato in Curia ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ non potest per aliquem citra sedem Apostolicam relaxari*, Hactenus Hostiensis, vbi nomine *Canonis Curiæ*, nihil probabilius, aut verisimilius intelligi potest quam iste *Processus Curiæ*.
9 Nam si intelligamus *Regulas Cancellariæ*, illæ nunquam vocari solent *Canones Curiæ*, sed *Canon* simpliciter, vel *Canon Apostolicus*, Hic autem Processus semper, & propriè vocatur *Processus Curiæ*, Immò antiquitus, quando fiebat sæpius in anno, aliud nomen non habuit, quam *Processus Generalis Curiæ*, vnde & Canones in illo contenti, *Canones Curiæ* vocabantur, Tunc enim propriè Bulla Cenæ Domini vocari non poterat, cum non solum in die Cenæ Domini, sed in alijs etiam solennibus diebus promulgari solita fuerit, vt ex his, quæ diximus, manifestum est.
10 Hinc etiam constat, quantæ authoritatis sit Processus hic, qui cum a tam multis Romanis Pontificibus, nempe a quinquaginta, & per trecentos annos, tam seriò, tam quæ diligenter annis singulis renouatus, & tam maturo iudicio, & consilio auctus sit, & etiam a talibus Summis Ecclesiæ Pontificibus, & Pastoribus, inter quos multi fuerunt Sanctissimi, doctissimi, mansuetissimi, & omnibus parti-

partibus ad Apostolatum requisitis absolutissimi, necessario fatendum est, Processum ipsum, & æquum, iustum, & rationabilem esse, & ab omnibus Christi fidelibus honorandum simul, ac summopere formidandum, vt propterea immeritò nostri temporis hæretici contra Ecclesiam, & summos Pontifices conqueri soleant, quasi præ-
11 cipitanter tam graues censuras incucurrerint, cum, vt iam diximus, manifestum sit, Summos Pontifices, tanquam vigilantissimos & prudentissimos Ecclesiæ Pastores, non nisi serio, & maxima cum maturitate, & consilio hactenus processisse.

12 Hæc cum in confesso sint apud omnes Orthodoxos, controuersum tamen est inter eos, An sententiæ in Bulla Cenę Domini contentæ, iuris, an verò hominis sint, id est, an dicendæ sint esse a iure, vel ab homine. Nam vt latius in præcedentibus libris expositum a nobis est, excommunicationes & a iure, & ab homine ferri possunt, & solent; A iure sunt, quæ in canone, aut statuto aliquo Ecclesiastico continentur; Ab homine verò sunt, quæ ab homine, & Iudice Ecclesiastico fulminantur.

13 Est enim differentia inter huiusmodi excommunicationes, quod excommunicationes hominis cum suo authore pereunt, hoc est, mortuo illo, qui fulminauit excommunicationem, aut deposito ab officio, excommunicatio ab eo lata cessat: excommunicationes vero a iure latæ manent etiam mortuo conditore earum, & perpetuæ firmitatis robus conseruant, nec vnquam cessant, nisi vel contraria consuetudine præscripta sufficienti annorum tempore, quæ est tacita quædam reuocatio; vel expressam per reuocationem legislatoris, aut alterius supremi principis, potestatem reuocandi habentis. Cuius rei explicatio plurimum prodest; intelligamus, quidnam de præterita Bulla censendum sit, postquam noua fuerit promulgata, & quid etiam dicendum sit, quando Romanum Pontificem paulo post editam Bullam mori contingeret. Si enim a iure sunt, ligant incidentes in eas mortuo etiam conditore: sin autem ab homine sint, sede vacante non ligabunt.

14 In qua re Syluest. in verbo, excommunicatio, 7. numero septuagesimo sexto, versic. Trigesima prima, loquens de Bulla Cenæ Martini V. ait esse sententias iuris, id quod probat, tum ex titulo Bullæ præfixo, qui est, *Ad perpetuā rei memoriam*, ergo est perpetua, & vim iuris habet, tum ex fine eiusdem Bullæ, vbi Martinus V. suum Processum appellat *Constitutionem*, nomen autem *Constitutionis*, ius denotat. Hanc etiam sententiam amplexus est Nauar. in Manuali Latino, in explicatione Bullæ Cenæ Domini Gregorij XIII. eo quod in ea addita sit extensio quædam durationis earum, vt patet numero vigesimo primo, eiusdem Bullæ his verbis: *Volentes præsentes, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quousque alij huiusmodi processus a nobis, aut Rom. Pontif. pro tempore existente, fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.* quæ etiam verba in Bulla Clementis Papæ VIII. promulgata anno Domini 1598. habentur. Ex quibus patet Bullam hanc non finiri cum morte Papæ, sed durare vsque ad nouam Bullam successoris, & ideo est ius, quod cum morte conditoris non finitur. Eandem sententiam defendunt Barthol. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capit. 9. §. 4. numero quarto, & Summa Corona de excommun. part. 3. capit. 10. numero quarto, & Martinus Alphonsus de Vivaldo in Candelabro, de excommunic. numero 54. & in explicatione Bullæ Cenæ, numero 129. qui docent esse sententias iuris post Bullas Pij V. Gregorij XIII. & Sixti V. cum hi omnes, Bullæ sententias eo vsque valere voluerunt, quousque successor creatus alias tulisset.

15 Alij vero, vt Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. 4. art. 2. post conclus. 5. docent esse sententias hominis, & similes esse regulis Cancellariæ, quæ cum morte Pontificis expirant. & idem olim docuit Nauar. in Manuali Hispanico capit. 27. numero 74. vt ipsemet testatur in Man. Latino, cap. 27. numero septuagesimotertio, dum Bullam Iulij III. explicaret, quam etiam sententiam amplexus est Cardinalis Toletus in explicatione Bullę Cenę Domini, in fine procemij. In qua re hæc dicenda sunt.

16 Primū est, Bullas omnes Cenæ Domini ante Gregorium XIII. immo & priores ipsius Gregorij XIII. Bullas non solum non fuisse sententias iuris, sed etiam non fuisse tam firmas sententias hominis, vt sunt Regolæ Cancellariæ, & hoc etiam includendo Bullam Martini V. contra Syluestrum, & Bullam Pij V. contra Hugolinum. Et quidem non fuisse sententias iuris inde ostenditur, quia ius semel conditum non cessat obligare, nisi vel alio iure expresse reuocetur, vel contraria consuetudine; At verò obligatio Bullæ hoc ipso cessabat, quod Processus nouus fiebat, sine vlla veteris Bullæ reuocatione. vnde nulla ratione sententiæ iuris fuerunt. Sed neque fuerunt tam firmæ sententiæ hominis, ac sunt Regulæ Cancellariæ, quia hæ ex sua natura durant saltem per vitam Pontificis, Bullæ verò istæ ad summum per annum durabant, vt patet, primo ex ipsomet titulo earum, vocabantur enim *Processus annuales*, eò quòd singulis annis de nouo promulgabātur, & antiquæ obligare desinebant; Secundò, quia neque antiquitus Processus illi per annum durabant, cum ter in anno promulgari fuerant & si ante annum Pontifex expirasset, ipsi cessabant, vt ex eo constat, quia quod nunc obligent post mortem Pontificis, solum habent ex illa Clausula. 21. per Gregorium XIII. de nouo addita.

17 Secundum est, Per hanc Clausulam à recentioribus Pontificibus de nouo additam, sententiæ Bullæ aliquid iuris acceperunt, vnde dici potest medias esse Bullæ sententias inter iuris, & hominis sententias. Ex eo enim, quod durant post mortem Papæ vsque ad nouos Processus, vel eiusdem Pontificis, vel successoris, participant cum sententijs iuris, quæ durant post mortem authoris, quia tamen non durant simpliciter post mortem authoris, sed solum ad tempus determinatum, nimirum, vsque ad nouos processus, non sunt sententiæ iuris absolutè, vnde & nunc cessant absque vlla reuocatione Bullæ veteris sententiæ, quod Processus de nouo fiat. Quia verò parum participant de natura iuris, & multum de natura sententiarum hominis, dici possunt, quamuis minus propriè, sententiæ quædam mediæ inter iuris, & hominis sententias.

18 Tertium est, Sententię Bullę Cenę Domini absolutè, & simpliciter sententię hominis dicendæ sunt, & non iuris, etiam post hanc Clausulam 21. de nouo superadditam à recentioribus Pontificibus. Ratio est, Primo, quia etiam hæ nouissimæ Bullæ vocantur adhuc, & vere sunt Processus, sententię autem in Processu fulminatæ, non sunt iuris, sed hominis. Secundo, quia etiam hodie per nouæ Bullę promulgationem veteris Bullę obligatio cessat. Tertio, quia etiamsi in istis sententijs per hanc clausulam addita sit aliqua maior firmitas, & duratio: illa tamen tam modica est, & ita limitata, vt non mereatur nomen sententiæ iuris, nec talis est, qualis sententię iuris competit.

19 Quartum est, quamuis hominis sententię sint, qui tamen semel in has sententias inciderunt, etiam mortuo eo, qui eas tulit, excommunicati sunt, quousque ab habente potestatem absoluantur, vt DD. communiter tradunt.

20 Ex his facile diluuntur quę pro Syluestri sententia sunt allata: illa enim particula. *Ad perpetuam rei memoriam*, non est posita, ad dandam Bullę illi perpetuam firmitatem, sed solum ad dandam ei perpetuam memoriam apud homines, præsertim in detestationem schismatis Petri de Luna, qui cum suis fautoribus ibi excommunicatur. Quando autem Pontifex Bullis suis perpetuam firmitatem dare intendit, alio modo, solet illam explicare, dicendo,

dicendo, *Hac perpetua Constitutione*, seu *hac perpetuo valitura constitutione*, & similibus modis, Neque valet quod
21 ex fine eiusdem affert, ex vi nominis huius, *Constitutionis*. quæ vox ibi lata significatione sumitur; prout omnem siue iuris, siue hominis sententiam denotat, alioquin enim in eodem processu implicatio foret, cum in principio dicatur esse *Processus annualis*, attamen ratione processus, quam ratione temporis annualis veram constitutionem iuris esse repugnat. Illa verò Clausula 21. a recentioribus Pont. addita, qua Nauar. suam opinionem probat, solum ostendit sententias has aliquid iuris participare, quamuis simpliciter hominis sententiæ dicendæ sint, vt ex dictis manifestum est.

Notabilia quædam ad meliorem Bullæ Cęnæ Domini intelligentiam. Cap. II.

SVMMA.

1 *Bulla cenæ Domini multa a confessarijs consideranda continet.*

2 *Bulla cęnæ Domini excommunicationes omnes, quas complectitur, Papę reseruat.*

3 *Bulla cenæ domini varijs temporibus a diuersis summis Pontificibus mutata est.*

4 *Bulla cenæ Domini per additionem quot modis variari soleant.*

5 *Bullæ cenæ domini per subtractionem qualiter immutari soleant.*

6 *In omnis bullæ cenæ singulis Clausulis, & personæ, & actiones præcipue considerandæ sunt.*

7 *Confessarius, vt de casibus bullæ cenæ Domini rectè iudicet, quænam attendere debeat.*

8 *Confessarium ab ignoratione bullarum cenæ Domini, & casibus in eis contentis quid excusare possit.*

9 *Confessarius, an pænitens in bullam cenæ domini viuente Papa, vel sede vacante inciderit, considerare, & cognoscere debet, & quare.*

1 Quamuis multa sint in Bulla hac, quæ diligenter a confessarijs omnibus consideranda sunt: hæc tamen præ ceteris habentur, quæ sunt annotanda;

2 Primum est, Bullam hanc duo continere: vnum est. Quasdam excommunicationes particulares in ea latas esse in quibusdam casibus, & materijs particularibus, quorum casuum aliqui iam prius erant sub excommunicatione in iure, aliqui vero nullam antea excommunicationem sibi annexam habuerunt, sed de nouo sub pœna excommunicationis prohibentur. Alterum est, circa reseruationem earum, siquidem modo harum omnium excommunicationum absolutio Pontifici Romano, soli extra mortis articulum reseruata est, vt constat ex Clausula 21. §. ceterum. Est tamen differentia inter excommunicationem Papæ reseruatam, & excommunicationem in Bulla Cenæ Domini? Siquidem multæ excommunicationes Papæ reseruatæ sunt, quæ tamen non sunt in bulla Cenæ, Nam & percussio Clerici Papæ reseruatur, quæ tamen in Cena Domini non continetur, & aliæ multæ excommunicationes itidem extra bullam cenæ Papæ reseruatæ sunt, vt ex sequentibus manifestum erit: omnis autem excommunicatio, quæ in bulla Cenæ continetur Papę reseruatur. Vnde fit, quod cum in Iubilæis concedatur facultas absoluendi ab excommunicatione omni, exceptis ijs, quæ in Cena Domini continentur, quamuis confessarius virtute talis facultatis a quacumque papali excommunicatione in iure, vel alibi contenta absoluere possit, ab his tamen, quę in Bulla Cenę continētur, nequaquam absoluere poterit.

3 Secundum est, Bullas has varijs temporibus mutatas esse, tum per additionem alicuius nouę clausulę, tum per alicuius antiquę clausulę detractionem.

4 Et quidem per additionem variari solent. Primo, prohibendo aliquid de nouo, quod prius in iure prohibitum non erat, quę prohibitio durat, quamdiu bulla manet, & tamdiu pœnas Bullę inducit. Secundo, addendo aliquam clausulam de re aliqua, quę aliàs in iure statuta fuit, & tunc manet integra tota dispositio iuris, sicut prius, & preterea additur ei tota dispositio bullę, adeo vt si in iure propter eundem casum lata fuerat excommunicatio, superadditur ei excommunicatio hęc bullę, cum eius reseruatione. Tertio, innouando ius antiquum, & tunc ius illud, etiamsi prius, vel expresse reuocatum fuerat, vel tacite per contrariam cōsuetudinem, vel sua solum antiquitate absolutum esset, virtute tamen renouationis factę per bullam reuiuiscit eodem modo, ac si nouum ius, vel consuetudo, quę illud reuocauerat, alio nouo iure renouaretur. Hac ratione in claus. 17. & 18. huius bullę innouantur canones editi in Concilio Lateranensi super immunitate personarum Ecclesiasticarum, cuius innouationis virtute, duo iuris canones, qui habentur id capit. non minus, & cap. aduersus, de immuni. Eccles. pristinum robur accipiunt. Quarto etiam extendendo ius antiquum, ita vt non solum vim habeat in eo casu, in quo prius in iure habuit, sed etiam casum illum iuris ad alium casum bullę extendat, quamuis de eo nihil in iure dicatur: quo modo in clausula sexta Bullę cenę Gregor. xiij. sub anno 1584. extenditur constitutio, cap. Ad falsariorum, de crimine falsi, quę solum loquebatur de falsificatoribus litterarum Apostolicarum, vt complectatur etiam alium casum, nempe falsificatores Supplicationum Apostolicarum, Signaturę, &c. vt ibi dicetur, vnde falsificantes Supplicationes, & signaturas, pœnas omnes cap. ad falsariorum, de crimine falsi, & etiam pęnas bullę Cenæ Domini incurrebant.

Quinto denique reuocando aliqua iura, & priuilegia prius concessa, vt in clausula septima huius bullæ, vbi reuocantur priuilegia concessa quibusuis principibus, dominis, & priuatis personis super delatione armorum, & aliorum prohibitorum ad Sarracenos concessa. Sic etiā in clausula 19. reuocantur priuilegia concessa cuiuis etiā Monachæ super cognitione causarum capitalium Cleri corum. Et in clausula 21. in §. *ceterum*. reuocantur priuilegia concessa cuiuis ordini, etiam Mendicantium, &c. absoluendi ab omnibus censuris, &c. vt locum non habeant, quantum ad istas censuras Bullę Cenæ Domini. Et in clausula 21. §. *Non obstantibus*. Reuocantur priuilegia cuiuis concessa, ne possint excommunicari, vt locū non habeant, quantum attinet ad has sententias bullę Cenę. Quæ omnes reuocationes quamdiu in bulla manent, totam vim priuilegiorum istorum omnino annullant, vt de nemo illorum virtutem, stante bulla, se tueri, ac defendere potest.

5 Tertium est, Circa mutationem, & variationem iuriū, & priuilegiorum per subtractionem istorum de Bulla. In qua re hęc annotanda sunt; Primo enim, quoties aliquid tollitur de Bulla, de quo nihil in iure statutum est, tunc quidem illud reuocatur ad dispositionem iuris Diuini, aut naturalis. Secundo, quando tollitur de Bulla aliquid, de quo in iure statutum est, tunc illud redit omninò ad pristinam iuris dispositionem, non secus ac, si nunquam in Bulla positum fuisset. Tertio, quando tollitur de Bulla innouatio iuris alicuius antiqui, tunc quidem distinctione opus est; Si enim ius illud, quod in Bul-

la in-

la innouatū erat adhuc absq; Bullæ innouatione erat in vsu, licet forte non ita perfectè vsitatum, tunc quamuis tollatur innouatio iuris de Bulla, remanet tamen ius illud in illo suo primo vigore; quamdiu enim lex est in aliqua obseruantia, semper obligat: sin verò ius illud antiquum per aliquod ius nouum extra Bullam prius reuocatum erat, & per Bullam innouatum, contra reuocationem iuris noui, tunc probabile mihi est, ius illud iterum redire in suam reuocationem iuxta ius nouū; Cuius rō esse potest: quia tota eius vis erat ex obligatione Bullæ. Cū igitur obligatio cessat eo ipso quod tollitur ex Bulla, consequenter consurgit vis, & efficacia iuris noui, ita vt censeatur reuocatum ius illud antiquum, sicut prius. Sin autem ius, quod per Bullam innouatur, erat solummodo tacitè reuocatum per contrariam consuetudinem, tunc mihi probabilissimum est, remanere ius illud in vigore suo, quem per Bullam accepit. Ratio est: quia per vim Bullæ introductus est nouus vsus, & consequenter interrupta est antiqua consuetudo; Ergo necesse erit iterum de nouo contra ius illud præscribere. Quarto, quando tollitur de Bulla extensio iuris per eam facta, tunc ius illud non amplius extenditur ad casum illum in Bulla expressū, sed remanet intra limites illius casus, de quo in iure habetur. Quarto, quando tollitur de Bulla reuocatio aliqua Priuilegiorum, distinguendum est; vel enim reuocātur in Bulla priuilegia quædam ordinaria communia, & posita in iure, & tunc probabilissimum est, hoc ipso qđ tollitur reuocatio, priuilegia illa reuiuiscere; sicut enim reuiuiscit ipsum ius, ita etiam & iuris priuilegia reuiuiscūt per talem reuocationis illius absolutionem; cum enim reuocatio illa totam vim suam ex vi Bullæ accepit; ita etiam cessante Bulla cessabit illa reuocatio; vel reuocantur Priuilegia particularia concessa fauore priuato, & tunc probabile est, etiam cessante Bullæ reuocatione cessare. Ratio est: quia cum huiusmodi priuilegia non habeant firmitatem iuris, sed solum firmitatem arbitrariam ex voluntate Principis, probabile valde est, per reuocationem Principis, & sententiam hominis ita tolli, vt non redeant, & reuiuiscant postea. Dixi hoc esse probabile, quia non caret etiam probabilitate, priuilegia huiusmodi personalia, quæ ex sua natura vitam personæ respiciunt, reuiuiscere, dummodo personæ, cui concessa erant, superstites fuerint.

6 Quartum est, quod in omni clausula Bullæ diligenter consideranda sunt hæc duo, ex Caiet. in Summa, in verbo, excommunicatio, in princip. & Martino Ledesm. 2.4. quæst. 26. artic. 2. tract. de excom. pag. 354. col. secunda, nimirum personæ, contra quas feruntur, & actiones pro quibus latæ sunt. Nam quoad personas, si excommunicetur Clericus absolutè, non ligatur laicus illa excommunicatione, esto, faciat opus illud, propter quod excommunicatur Clericus: vt cum Papa excommunicat Clericum, qui recepit excommunicatum à Summo Pontifice ad officium diuinum, cap. significauit, de sent. excom. esto, laicus admittat illum ad officium diuinum, non est excommunicatus. Ratio est: quia pœna hæc solum lata fuit in Clericum, & non in laicum. Secundo attendenda est actio, vt si excommunicatio feratur contra agentes, non comprehendit mādantes, aut consulentes. Ratio est: quia pœnæ non sunt extendendæ; vnde fit, vt in aliquib. sententijs non solum excommunicentur agentes, seu facientes, sed etiam fauentes, mandantes, consulentes, & auxilium dantes; vbi igitur hæc in sententia non continentur, non est Ecclesiæ, & Summi Pontificis intentio, quod consulens, aut mandans pœnam illam incurrat.

7 Quintum est, ad rectè iudicandum de casibus Bullæ, hæc confessarius diligenter præter ea, quæ iam diximus, attendere debet; Primo enim attendere debet, an Bulla in vsu, & obseruantia fuerit, quando actio illa facta fuerat, si enim in vsu fuerat, tunc qui actum illum commisit, in censuram incidit, eaque obligatus manet, quousque absoluatur ab habente potestatem, etiamsi nunc casus ille in Bulla nō sit. Secundo attendere debet obligationem casuum, qui de nouo ponuntur in Bulla, qui solum ad futurum tempus se extendunt, non autem ad præteritum. Vnde fit, quando quis confitetur de suis peccatis, præsertim, cum quis confessionem facit multorum annorum, attendere debet diligenter confessarius, an aliquis ex illis casibus fuerit in Bulla Cenæ; & si inciderit fuisse in Bulla eo tempore, quo iste peccatum illud commisit, non poterit illum absoluere, ex quo apparet confessarium teneri inquirere de tempore criminis commissi.

Ex qua doctrina infertur, confessarios habere debere notitiam aliquam non solum Bullæ anni præsentis, sed etiam aliarum Bullarum annorum præteritorum, & tot annorum, quot pœnitens instituit facere confessionem; id quod maximè necessarium est Pœnitentiarijs Vrbis Romæ B. V. Lauretanæ, & aliorum insignium locorum, ad quos pœnitentes communiter concurrere solent, qui similibus censuris, aut alijs grauissimis criminibus sunt irretiti. Vnde in fine Bullæ monentur omnes quicunq; audiunt confessiones, *vt has litteras Bullæ, aut earum transumptum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.*

8 Vnum solum est, quod confessarios ab ignoratione Bullarum istarum excusare possit, quod difficile singulis annis haberi possint, ideo consulendum est, vt quando emittur Bullæ nouæ, veteres reseruentur, & annotentur, ea in quibus Bullæ inter se discrepent, & quænam ea sint, quæ vel de nouo adduntur, aut subtrahuntur.

9 Illud etiam annotare debent confessarij, an pęnitens inciderit in casum Bullæ Cenę Sede vacante, an verò viuente Papa; in qua re, quamuis nulla differentia sit in posterioribus Bullis Summorum Pontificum, cum, vt diximus, omnes vigorem suum obtineant vsque ad nouam Bullam, vel ipsius summi Pontificis, vel sui successoris, ante Bullam tamen Gregorij XIII. anno 1581. meræ hominis sententiæ fuerunt, adeò, vt qui actum aliquem in eis damnatum, viuente summo Pontifice commiserit, in censuram Bullæ inciderit, qui tamen Sede vacante aliquem actum in eis damnatum perpetrauit, in eius censuram non incidit, vnde consequenter attendere debet confessarius, qui confessionem alicuius audiret, qui per multos annos confessus non sit, (vt contingere potest in terris hæreticorum) in actum illum commiserit ante Bullam Gregorij XIII. sub anno 1581. & an viuente Papa, vel Sede vacante actum illum commiserit, cum in priori casu in Bullam Cenæ inciderit, non tamen in posteriori; quando quidem tunc sententiæ hæ hominis sententiæ fuerant, & ideo mortuo conditore, seu Sede vacante, non obligarunt, vt ex his, quæ superius docuimus, manifestum esse poterit.

De Bullæ diuisione, & Procemio illius.
Cap. III.

S V M M A.

1 *Bullæ Cenæ Domini in tres partes diuiditur, & quænam illa sint.*
2 *Proœmium Bullæ Cenæ Domini quid in se contineat.*
3 Litteræ *vox, in priori titulo Bullæ Cenæ Domini apposita, quid denotet.*
4 Processus *vox in titulo Bullæ Cenæ Domini posita quid significet, & quare Bullæ hæ* Processus *appellari soleant.*
5 *Nomen Summi Pontificis quare in titulo bullæ Cænæ Domini præfixum sit.*
6 *Verba illa,* Lectæ die Cœnæ Domini, *quare in titulo Bul-*

lo *Bullæ Cenæ Domini addantur*.

7 *Titulus secundus in proœmio Bullæ Cenæ Domini additus quisnam sit*.

8 *Tituli secundi quis sensus sit*.

9 *Proœmium Bullæ Cenæ Domini causas promulgandæ Bullæ complectitur*.

10 *Bullæ Cenæ Domini promulgandæ duæ causæ sunt, & quænam*.

1 POst hæc, quæ in communi de Bullæ antiquitate, & alijs ad eius intelligentiam pertinentibus, dicta sunt, ipsius Bullæ expositionem aggredimor, quæ in tres partes commodè distribui potest, quarum prima Proœmium: Secunda verò viginti excommunicationes, & sententias proprias in corpore Bullæ suis clausulis distinctas; Tertia denique nonnulla ad durationem, vim, & efficaciam, reseruationemque, & alia similia continet.

2 Proœmium autem duplicem titulum, & causas varias promulgationis Bullæ continet, quæ suo ordine declarandæ sunt. Prior autem Titulus est huiusmodi.

Littera Processus S. D. N. D. Clementis Papæ VIII. lecta die Cenæ Domini, anno 1598.

3 MErito quidem vox hæc (*Litteræ*) in litteris Apostolicis, tanquam quid genericum, & vniuersale ponitur, sed præcipuè duas litterarum species continet; quarum primæ sunt illæ, quæ a Bulla plombea illis appensa, *Bullæ* nomen acceperunt, quæ litteræ tunc dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ, adeo, vt ante appositum plumbum *Bullæ* dici non possint, vt Alex. in consil. 215. incip. visis probationibus. volom. 2. & Ludouic. Gomes. in reg. vtriusque signat. compend. circa medium testantur, de qua re plura legi possunt io fine lib. 6. super Data. Aliæ verò litteræ sunt, quæ ex ipsa forma scribendi, eo quod in forma Breoi scribi consueuerunt, *Breuia* vocantur. Et quia hæ litteræ prioris generis sunt, Bullæ Cenæ Domini solent appellari.

4 Deinde secundo loco ponitur vox illa *Processus* quæ vsitatior, & antiquior est, vt ex Clemen. 1. de iudic. colligi potest, necnon ex processu Martini V. apud S. Anto. 3. part. titu. 25. capit. 72. Sic autem appellantur, quia per modum Processus ab Apostolica Sede sententiæ istæ emanant. Solent autem Processus duobus modis formati, vel in particulari contra aliquam certam personam, siue de vno delicto, siue de multis, & de tota vita eius, in quo processu non potest ferri sententia sine præuia causæ cognitione, cum examine testium, & alijs iuris solennitatibus; & talis processus vocatur specialis, seu particularis, & propriè respicit vitam & actionem præteritam; vel secundo processus fieri solet in generali contra quascunque personas, quæ hoc, aut illud fecerint, & respicit tempus futurum, & talis est processus Bullæ Cenæ Domini.

5 Postea additur nomen Summi Pontificis, vt sciatur a quo processus ille emanarit.

6 Et tandem adduntur illa verba *Lecta die Cenæ Domini anno 1598.* eo quod in illa die publice, & solenniter voce alicuius S. R. E. Cardinalis, præsente Summo Pontifice, & astante infinita populi multitudine promulgentur.

Clemens Episcopus, Seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

8 HIc titulus ex se manifestus est, nec aliud continet, quam nomen Pontificis, & solitam præfationem ipsius; qui ex maxima humilitate, & charitate se seruum seruorum Dei nominat, & Bullam præsentem ad futurorum memoriam promulgat, vt ex dictis, & ipsius Bullæ verbis satis manifestum est.

9 Post hos titulos sequuntur causæ promulgationis Bullæ in hunc modum.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquilitate procuranda pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda & conseruanda, maxime elucet; nimirum, vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, sed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque se in huius vitæ societate, & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tanquam vnius corporis membra sub Christo capite, eiusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri successore, a quo totius Ecclesiæ vnitas dimanat, augeantur in ędificationem, atque ita diuina gratia adiutrice sic præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque Beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Romani Pontifices prædecessores nostri hodierna die, quæ anniuersaria Dominicę Cenæ commemoratione solennis est, spiritualem Ecclesiasticę disciplinę gladiū, & salutaria iustitiæ arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, et animarum salutem solenniter exercere consueuerunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam Deo auctore tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

In his Proœmij verbis enumerantur causæ, quæ tum Romanos Pōtifices prædecessores, tum etiam præsentem Pontificem, & vniuersalem Ecclesiæ pastorem, Christi in terris Vicarium, & S. Petri legitimum successorem, ad huiusmodi Processus, & sententias promulgandas merito inducere possint. Quarum vna & præcipua est, vt vnitas, puritas, & integritas fidei Catholicæ, & religionis Christianæ retineatur, & conseruetur; quem sanè finem respicit Canon primus, qui contra hæreticos, & eorum fautores, necnon contra schismaticos fertur. Nihil enim est, quod fidei puritatem ita maculat, aut contaminat, sicut hæresis, ac illi affinis superstitio. Nec aliquid ita eiusdem fidei Catholicæ vnitatem lacerat, & diuidit, ac rebellio, diuisio, & schisma. Cum enim vnitas fidei Catholicæ in mutua communicatione membrorum Ecclesiæ inter se, & debita subordinatione eorundem ad caput Ecclesiæ consistat, ita nihil est, quod tam manifestè vnitatem hanc scindat, ac schisma, quo quis se vel per apertam rebellionem ab obedientia capitis Ecclesiæ, hoc est,

Romani Pontificis separat vel saltem per velatam quandam, & adumbratam obedientiæ subtractionem se præceptis Summi Pastoris parere nolle declaret, dum à Summo Pontifice ad futurum generale Concilium appellet, contra quos tum in posteriori parte canonis primi, tum in Canone secundo grauissima anathematis pœna fulminatur.

Altera vero causa est publicæ pacis, & iustitiæ conseruatio, quæ cum varijs modis violari possit, ita etiam pro personarum varietate, quæ offendi possunt, varijs adhibitis remedijs, offensionem omnium, quæ communiter accidere solet, Summus Pastor in sequentibus decem, & octo canonibus tollere conatur, & intendit. Ad quæ omnia melius, & facilius præstanda Ecclesiasticis censuris vtitur, quas & *spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium*, *& salutaria iustitiæ arma* vocat, quia nimirum Ecclesiæ spiritualis gladius sunt, quo malos a consortio bonorum separat, eosque tanquam membra putrida a corpore Ecclesiæ abscindit, ne reliqua membra inficiant. Quæ etiam censuræ, recte *iustitiæ arma salutaria*, *& medicinalia* dicuntur tum a Pontifice in hoc loco, tum etiam in capit. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi, quia per illas ecclesia, vel illi ipsi, contra quem arma ista exercet, vel saltem bono communi prodesse intendit, vt latius in lib. 1. de excom. c. 3. docuimus. Et de Prœmio, ac prima parte Bullæ hæc sint satis. Nunc secundam Bullæ partem aggrediemur.

De excommunicatione Hæreticorum, & aliorum, qui in prima excommunicatione Bullæ continentur. Cap. IV.

SVMMA.

1 *Excommunicatio prima Bullæ Cenæ contra quos feratur.*
2 *Excommunicatio prima in Bulla Cenæ ad fidei catholicæ puritatem conseruandam lata est.*
3 *Prœmium primæ excommunicationis quid in se contineat.*
4 *Excommunicationes Bullæ Cenæ qua auctoritate a Summo Pontifice ferantur.*
5 *Auctoritas diuina fons, & origo est omnis auctoritatis Ecclesiasticæ.*
6 *Auctoritatis Apostolorum S. Petri, & Pauli quare mentio fit in ferendis Bullæ Cenæ sententijs.*
7 *Auctoritas Romani Pontificis in ferendis excommunicationibus Bullæ Cenæ qualis.*
8 *Excommunicatio contra hæreticos lata quantæ sit antiquitatis.*
9 *Hæresis definitio, quænam a DD. assignetur.*
10 *Hæreticus vt quis sit, tria requiruntur, & quænam illa sint.*
11 *Infidelis errans, aut Cathecumenus nondum baptizatus hæreticus non est dicendus.*
12 *Errorem circa fidem cum pertinacia coniunctum tempore baptismi recepti habens, an, & quando hæreticus, & excommunicatus sit.*
13 *Hæreticus non est, qui in opus aliquod externum infidelitatis consentit, absque aliquo errore intellectus.*
14 *Erroris nomen quid importet.*
15 *Hæreticus non est, qui absque pertinacia circa fidem ex ignorantia crassa errat.*
16 *Pertinax quis proprie dicendus sit.*
17 *Hæreticus an dicendus sit, qui ab Episcopo suo, aut Theologo admonitus de aliquo errore eis non credit.*
18 *Pertinacia plus ad hæresim, quam error facit.*
19 *Hæreticus omnis aut internus, aut externus est, & quis pro tali habendus.*
20 *Hæresis interna, an satis sit ad incurrendam excommunicationem.*
21 *Hæreticus pure mentalis, in excommunicationem Bullæ Cenæ contra hæreticos latam non incidit.*
22 *Ecclesia, licet non directè, indirectè tamen aliquid circa actus pure internos præcipere, aut prohibere potest.*
23 *Horas Canonicas sine attentione recitantes an satisfaciant, aut fructus beneficij percipere possint.*
24 *Ecclesia confessionem peccatorum quotannis faciendam fidelibus præcipiens consequenter etiam, vt illa recogitent, præcipit.*
25 *Hæreticus tantum exterior excommunicationem Bullæ Cenæ non incurrit.*
26 *Hæretici veri, qui actu aliquo externo erroris manifestatiuo, etiam occultissimo suam hæresim manifestant, in excommunicationem Bullæ Cenæ incidunt.*
27 *Hæresis omnis exterius manifestata regulariter excommunicationem inducit.*
28 *Hæresim suam solum in confessione Sacramentali confessario manifestans, excommunicationem Bullæ Cenæ non incurrit.*
29 *Hæresim suam consilij capiendi gratia amico reuelans, non est excommunicatus.*
30 *Hæreticus pure mentalis hæresim suam boni alicuius operis exercitio, aut mali operis omissione manifestans censuras contra hæreticos latas non incurrit.*
31 *Hæreticus pure mentalis, qui per locum se hæreticum esse vel fuisse narrat, an, & quando excommunicationem incurrat.*
32 *Hæreticus nominatim excommunicatus quis dicendus sit.*

1 PRima excommunicatio fertur in hunc modum:

Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscunque Hussitas, Vuiclefistas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes & singulos alios Hæreticos quocunque nomine censeantur, & cuiuscunque sectæ existant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quauis causa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore: necnon schismaticos, & eos, qui a nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt, vel recedunt.

2 Excommunicatio hæc prima, quæ ad fidei Catholicæ puritatem, & integritatem retinendam, & conseruandam pertinet, in duas partes distribui potest; Quarum

3 Prima Prooemium quoddam omnibus sequentib. excommunicationibus commune continet.

Secunda vero decem genera personarum comprehendit, quæ in hoc canone excommunicantur.

In Prooemio autem breuiter ostendit Pontifex, cuius auctoritate has sententias excommunicationis promulget, est enim excommunicatio Iurisdictionis Ecclesiasticæ actus, vt libro primo abundè satis ostensum est.

4 Triplici autem auctoritate, nimirum Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Deinde auctoritate Beatorum Apostolorum Petri & Pauli; Tertio auctoritate sua propria, quam vt Christi Vicarius in terris habet, in his sententijs ferendis vtitur. Qua in re Apostolum Paulum imitatur, qui 1. Corinth. 5. Dei, & auctoritatem suam in excommunicando incestuoso illo interponit, dicens *Ego absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi*. Auctoritas Dei fons, & origo est omnis auctoritatis Ecclesiasticæ, quæ per Christum in Ecclesiam deriuatur; & deinde ponitur auctoritas S. Petri tanquam prima a Christo communicata, & propter quam deriuata est omnis legitima auctoritas in eius legitimos successores Pontifices Romanos, a quibus in alios deinde Prælatos Ecclesiæ deriuatur. Additur etiam auctoritas S. Pauli, qui Ecclesiæ Romanæ, eiusque primatus cum S. Petro cooperator, & fundator fuit, vt ait S. Iren. lib. 3. ca. 1. Simul enim cum S. Petro Romæ prædicauit, & vna eademque die Mensis Iunij, tertio Calend. Iulij iussu Neronis, diuerso mortis genere anno 69. Christi gloriosum subijt martyrium, vt Euseb. in Chron. Epipha. Hæresi 27. Hieronym. de scrip. Eccles. Maxim. in serm. de S. Petro, Cassiod. in Chron. Metaphrastes in die 29. Iunij testantur. Et

7 denique adiecta est Romani Pontificis auctoritas, tanquam causa immediata, a qua sententiæ sequentes procedunt.

8 Quoad alteram vero canonis clausulam, quæ excommunicationem ipsam continet, duo certa sunt quantum ad hæreticos attinet, qui primo loco excommunicantur, vnum est, Excommunicationem hanc contra hæreticos latam antiquam esse, tum in Bulla Cenæ Domini, vt constat ex Bulla Martini V. & ex glo. in Clem. 1. in verb. generales, de iudic. tum in corpore iuris; antequam enim Bulla Cenæ prodierat, excommunicati erant in iure hæretici, credentes, &c. vt constat ex cap. Achatius, 24. q. 1. & a Lucio III. in capit. ad abolendam, & ab Innocentio III. in c. excommunicamus, t. de hæretic. & ab Honorio III. in ca. nouerit, de sent. exc. & ab Alexandro IIII. in cap. quicunque, de hæret. lib. 6. ante Bullam tamen Cenæ Domini sententia hæc Sedi Apostolicæ reseruata non fuit.

9 Alterum est de hæresis definitione, quæ definitur esse error fidei Catholicæ contrarius cum pertinacia in eo, qui est fidem Christi in Baptismo professus.

Ex qua definitione quæ a Turrecremata traditur libro 4. Summæ, part. 2. capit. 1. ex communi mente Doctorum in 4. distinctio. 13. & S. Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. 2. tria necessaria esse docent authores, vt quis hæreticus sit, & dicatur, atque adeo, vt in hanc excommunicationis pœnam, & alias iuris pœnas contra hæreticos latas incidat.

Primum est, vt subiectum sit capax criminis hæresis; est enim hæresis negatio fidei susceptæ per baptismum iuxta ea, quæ docet San. Thom. 2. 2. quæstio. 10. artic. 5. & quæstio. 11. artic. 1.

Secundum est, vt errorem habeat in intellectu circa fidem, quod aliqui vocant materiale ipsius hæresis, hoc est, vt dissentiat ab ijs quæ fides Catholica docet, vel assentiat contrarijs, ex S. Th. 2. 2. q. 11. art. 2.

Tertium est, vt sit pertinax in suo errore, quæ pertinacia videtur esse de ratione formali ipsius hæresis, iuxta ea, quæ docet S. Thom. 2. 2. quæst. 5. art. 4. & quæstio. 11. artic. 2. ad 3. iunctis ijs, quæ ibidem a Caiet. & alijs traduntur.

11 Ex defectu primi infidelis errans non est hæreticus, nec cathecumenus nondum baptizatus, quantumcunque baptismum petierit, & interius, & exterius fidem receperit, pertinaciter errans: nondum enim subijcitur potestati Ecclesiæ, sed liberè ante baptismum recedere potest. Nec qui fictè baptismũ suscepit, hoc est, sine intentione recipiendi verum Baptismum, & fidem, si error circa fidem, hæreticus dici potest quoad rei veritatem, & forum interius, quamuis ratione Baptismi exterius recepti Ecclesia eum pro hæretico accipiat, vnde verè excommunicatus non est. Nec qui baptizatur inualidè, hoc est, si baptismus ex aliqua cã, & defectu materiæ, formæ, vel intentionis inualidus fuerat, si erret circa fidem, verè hæreticus non erit, cum verè non sit baptizatus, licet Ecclesia præsumat eum hæreticum esse, donec de Baptismi nullitate constiterit, & probabile est, posse Ecclesiam cogere illum ad persistendum in fide, ex quo semel, quantum ex parte ipsius fuit, Baptismo se subiecerit.

12 Quod si quis tempore Baptismi recepti errorem habuerit circa fidem cum pertinacia, si sciat illum esse errorem ab Ecclesia damnatum, & post Baptismum errorem suũ signo aliquo sensibili manifestet, & hæreticus, & excommunicatus erit, si vero nesciat esse errorem, non erit hæreticus, sin autem dubitat, tenetur inquirere, & aliorum Doctorum instructioni se conformare, alioquin tanquam hæreticus, excommunicatus erit, iuxta capit. 1. de hæret. vbi Stephanus Papa ait, *Quod dubius in fide infidelis sit*.

13 Ex defectu secundi, qui consentit in aliquod opus externum infidelitatis sine vllo errore intellectus, non est hæreticus, nec excommunicatus, ex S. Anto. 2. part. tit. 12. capit. 16. Ang. verb. apostasia, num. 9. Syluest. verbo apostasia, num. 4. q. 1. vers. secundo, & in verbo hæresis, q. 6. vbi citat Halensem, & Tabiena, verb. apostasia, num. 6. §. tertio, & in verbo hæreticus, num. 3. §. secundo, & Nauar. in Manuali, cap. 11. nu. 27. vers. tertio. citans Halen. par. 2. tit. 53. mẽb. 2. & Card. Toleto, in explicatione Bullæ Cenæ, §. 1. conclus. 2. quicquid Caie. 2. 2. q. 12. art. 1. in fine, & quæst. 94. art. 1. cõtrarium dicat, talis tamen peccat mortaliter, & ita DD. communiter docẽt, nec. S. Petrum fuisse hæreticum, cum Christum negabat, nec Marcellinum Papã, quando thus idolis ex timore obtulit. Erroris

14 autem nomine in hoc loco intelligitur non solum verus error; sed etiam putatiuus, immo deliberatam habens dubitationem circa materiam fidei, hæreticus est, & excommunicatus, dummodo annexam habeat pertinaciam, vt diximus, Dico, *deliberatam*, quia primi motus infidelitatis non faciunt hominem hæreticum, vt authores communiter tradunt.

15 Ex defectu tertij, qui errat circa fidem ex ignorantia licet crassa, si tamẽ verè sit paratus se corrigere, & assentiri fidei per ecclesiam prædicatam, non est propriè hæreticus, nec censuras contra hæreticos latas incurrit, vt enim doctè tradunt Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis, capit. 9. & Domin. Bannes 2. 2. quæstio. vndecima. art. 1. & Gregorius de Valentia in 2. 2. quæst. 11. dispu. 1. puncto 1. & alij recentiores communiter, ad hæresim non sufficit ignorantia etiam crassa, seu vincibilis, quæ non excusat a peccato, quicquid Sotus in 4. distin. 22. q. 2. art. 3. post conclus. 5. cap. ad hæresim sufficere dicat; contra

rea communem Theologorum sententiam, cuius opinio vera solum esse potest, quando quis haberet ignorantiam crassam rei, quam facillimo negotio vincere, & cognoscere potuit, vt si verbi gratia, quod à mediocriter doctis in Sacra scriptura scitur esse ab ecclesia propositum, hoc aliquis Theologus ignoret, atque ita contrarium sentiret: nam cum ignorantia hæc nimis crassa sit, moraliter loquendo, parum distat à voluntate repugnandi directè.

16 Circa hoc tertium autem vnum animaduertendum est, pertinacem illum propriè dici, & esse, quando scit id, quod affirmat, esse contra Ecclesiam, vel contra Scripturam, vel contra Concilium, vel contra principium fidei, & adhuc perseuerat, ex Caiet. in 2.2. disput. 1. quæstione 11. puncto 1. & Melchiore Cano, libro 12. de locis Theologicis. capitulo sexto, circa quartum argumentum. vnde illi solum hæretici censentur, qui præsumunt aliquid sentire contra fidem Ecclesiæ catholicæ, vt constat ex capitulo vnico, de Summa Trinit. libro sexto, & in clementina vnica, de Summa Trinit. Illi autem dicuntur tantum præsumere, qui cum sciant aliquid ab Ecclesia Romana, & catholica doceri, nihilominus contrarium sentiunt, & credunt.

17 Hinc duo inferuntur, vnum est, si quis à Theologis, vel etiam ab Episcopo admoneretur, quod sentiat aliquid contra fidem Ecclesiæ Romanæ, & tamen ipse non sibi hoc persuadeat, non esse censendum hæreticum; etiam si res sit eiusmodi, vt non possit ille probabiliter iudicio Episcopi, & Theologorum repugnare: sic expresse Canus lib. 12. de Locis Theolog. capitulo 9. & Gregor. de Valentia vbi supra, & insinuat Caietan. 2.2. quæstio. 11. artic. 1. Ratio est: quia talis non est verè pertinax, donec aduertat se Ecclesiæ Romanæ repugnare; peccat tamen talis contra fidem obligantem ipsum, supposita tali monitione ad sententiam mutandam.

18 Alterum est. Pertinaciam plus facere ad hæresim, quā errorem, & esse necessario requisitam ad hæresim. Et quamuis ad fidem præter assensum veritatis requiratur etiam pia affectio voluntatis, sicut & hæresis præter errorem intellectus requirit pertinaciam; differentia tamen est: quia in fide principalior est actus intellectus, & magis in intellectu consistit fides, in hæresi autem principalior est pertinacia voluntatis, quam error intellectus, sine qua hæreticus quis censendus non est. Hinc S. Augustinus epist. 162. & refertur in cap. dixit Apostolus. 24. q. 3. ait: *Qui sententiam suam, quamuis falsam, atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi*, & glos. ibi, in verbo, pertinaci; Et in capit. qui in Ecclesia, 24. quæstio. 3. dicitur. *Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque sapiunt, si correpti, vt sanum, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici fiunt*. Et idem S. August. libro 4. contra Donatistas, capitulo 6. *Constituamus* (inquit) *aliquem sentire id de Christo, quod Photinus opinatus est, existimantem ipsam esse Catholicam fidem, nondum illum hæreticum dico, nisi manifestata sibi doctrina Ecclesiæ, maluerit quod tenebat, eligere*. vnde constat, pertinaciam omnino ad hæresim necessariam esse, pertinacia verò propriè, vt diximus, est, quando quis ita firmiter alicui opinioni assentitur, vt quamuis sciat contrarium ab Ecclesia Romana doceri, paratus tamen non est iudicium suum determinationi Ecclesiæ submittere. Hæc igitur apud omnes certa sunt.

19 Dubium autem est, An omnis hæreticus hanc excommunicationis pœnam incurrat. Pro cuius intelligentia sciendum est, hæreticum alium esse internum, alium verò externum. Internus seu purè mentalis est ille, qui licet internè in mente sua hæreticus sit, hæresim tamen suam nullo signo exteriori manifestat. Externus dicitur ille, qui hæresim suam quam mente tenet, aliquo externo signo manifestat. Rursus hæresis exterius manifestari potest varijs modis, vno modo manifestādo illum actu quodam, qui ex se indifferens est, tam fidem, quam hæresim exprimere; vt si quis cogitando de aliqua hæresi, & actu interiori illi assentiendo voce exterius illam exprimat, dicendo, v.g. ita est; vel annuendo capite, aut aliquem alium actum indifferentem exercendo. Alio modo manifestando illam actu aliquo exteriori, qui sufficiens est hæresim internam exprimere: quæ manifestatio adhuc duobus modis contingere potest, vno modo ita, vt in iudicio non possit probari, vt cum quis nullo audiente hæresim profert, & hanc Caiet. 2.2. quæst. 11. art. 3. vocat hæresim occultam per accidens, ad differentiam hæresis purè mentalis, quæ est occulta per se, eo quod hæresis purè mentalis non subsit cognitioni sensitiuæ, à qua incipit cognitio humana, secundum quam Ecclesia iudicat; hæresis autem signo externo expressa sensitiuæ cognitioni subest, quamuis per accidens, ex eo scilicet, quod testem, vel testes non habet, occulta sit. Alio modo, quando ita exprimitur exterius, vt in iudicio probari possit, & tunc dicitur hæresis publica, & manifesta. His ita positis.

20 Quidam volunt per solam hæresim internam, & purè mentalem, quæ est occulta per se, incurri excommunicationem hanc Bullæ Cenæ Domini; sic authores omnes, qui existimāt ab Ecclesia præcipi, aut prohiberi actus merè internos, vt glos. in Clem. 1. §. verum. in verbo, eo ipso incurrant. de hæret. & gloss. in cap. cogitationis, de pœnit. dist. 1. Goffred. & Raym. in Summa tit. de hæret. & Adrian. quodlib. 8. q. 1. litera G. & litera H. & in 6. de Confess. q. 2. versic. Alij probant. Quorum sententia falsa est, & contra cōem Doctorum opinionem, vnde pro difficultatis huius solutione, & materię præsentis declaratione, hęc mihi dicenda videntur.

21 Primò quidem, Hęreticus purè mentalis non incurrit excommunicationem, & proinde absolui potest à quocunque Sacerdote, qui à peccatis mortalibus non reseruatis absoluere poterit. Immo probabilior sentētia est, non posse per Ecclesiam contra talem sententiam excommunicationis ferri; sic S. Thom. 1.2. quęst. 91. art. 4. & quęst. 100. artic. 9. & Medina ibidem artic. 9. & idem S. Thom. 2.2. quęst. 104. art. 5. & 4. dist. 18. q. 2. art. 2. Durand. 4. d. 17. quęst. 8. numero 7. & expresse Palud. 4. d. 13. quęst. 2. art. 1. conclus. 8. Alma. in 4. distinct. 17. quęst. 1. S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 4. in princip. Hostiensis in cap. mulieres, de sen. excom. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. nu. 3. vers. secunda. Angelica, verbo, hęreticus. num. 2. Caiet. in 2.2. q. 11. art. 3. Sotus, 4. dist. 22. q. 2. art. 3. post conclus. 5. Michael de Palacio, in 4. d. 5. & 6. dispu. 1. in principio. Alphonsus Viuald. in suo Candelabro, par. 1. tit. de absolutione, nu. 10. Card. Toletus in explic. Bullę, §. 1. cōclus. 1. Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta hęret. punitione. ca. 18. & lib. 2. de potestate legis pęnalis, c. 15. conclus. 1. Nauar. in Manuali, c. 27. n. 56. ver. quinto. Gregorius de Valentia in 2.2. disp. 1. q. 11. puncto 3. Ioannes Cheapeauillus in par. 2. tract. de casibus reseruatis. cap. 1. q. 2. versic. quinto. Ratio est: quia nulla potestas aliquid pręcipere potest, de quo cognoscere, aut punire, vel iudicare nequeat; Ecclesia verò non cognoscit, nec iudicat de actibus purè internis, sed illos iudicio Dei relinquit, qui *Solus cordium, & renum scrutator est*, 1. Reg. 16. *Psalm.* 7. Cum igitur excommunicatio actus iurisdictionis sit, ob solos actus internos Ecclesia illam non potest ferre. Qua etiam ratione vtuntur communiter Doctores, vt probent contra Gentiles necessariam esse in mundo legem aliquam Diuinam, eo quod leges humanæ de actibus purè internis nihil pręcipere, aut prohibere possint, vt docte ostendit S. Thom. 1.2. quęst. 91. artic. 4. ex S. Augustino, lib. 1. de lib. arbitr. c. 6.

22 Secundò, Quamuis Ecclesia directè nihil de actibus

purè internis præcipere, aut prohibere possit, vt dictum
est, nihilominus tamen indirectè præcipere potest ali-
quid circa actus internos, quatenus scilicet actus illi in-
teriores sunt principia, & circumstantiæ actuum exte-
riorum, & consequenter pro illis pœnas, & censuras eo
ipso incurrendas in foro interiori ferre potest, sicut de fa-
cto fecit.
Primo, præcipiendo aliquod opus externum genere
suo bonum, quod cum bene fieri debeat, necessario re-
quirit opus aliquod internum, vt bene fiat. Ecclesia enim
quæ præcipit, vt horæ canonicæ, quæ de eius præcepto
recitandæ sunt, dicantur, præcipit subinde vt attente, &
deuote recitentur, capit. Dolentes, de celebr. Missarum.
Quod Ecclesiæ præceptum non solum de attentione, &
deuotione exteriori, sed etiam de interiori est intelli-
23 gendum. Vnde multorum opinio est recitantem horas
canonicas sine aliqua attentione actuali, aut virtuali, non
solum peccare mortaliter ex Sanct. Thom. 2. 2. quæstio.
83. articulo decimotertio. & Caiet. ibi, Palud. 4. distinct.
15. quæstio. 5. articulo secundo. conclus. 4. & S. Antoo. 3.
parte titulo decimotertio, capitulo 4. §. 8. Adrian. quod-
libeto 8. quæstio. 1. litera H. & litera L. Sed etiam non
satisfacere, nec sibi fructus beneficij acquirere, vt tradit
24 Nauar. de horis can. capitulo 13. Sic etiam Ecclesia, quæ
præcipit vt singulis annis peccata nostra confiteamur, ca.
omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. præcipit conse-
quenter, vt illa recogitemus.
Secundo, præcipit Ecclesia de actibus internis, dum
aliquid statuit de aliquo opere ex sua natura indifferen-
ti, prohibendo ne illud tali, aut tali intentione fiat; sic e-
nim excommunicat Monachos curias Principum adeun-
tes cum intentione inferendi damnum Prælatis suis, aut
Monasterijs. clemen. 1. §. quia vero, de statu Monacho-
rum. & in element. multorum, §. verum, de hæret. excom-
municantur Inquisitores qui inquirunt, aut inquirere
omittunt in causa hæresis, ex odio, vel amore, vel gratia,
vel lucro, quod intelligendum est etiam de odio interno,
in quam censuram non incidunt, nisi his affectibus delin-
quant.
25 Tertio, hæreticus exterior tantum, hoc est, qui actum
externum hæresis fecit, aut aliquid dixit contra fidem si-
ne hæresi interiori, hoc est, sine eo, quod errorem aliquem
in mente habeat, in foro interiori non incurrit excom-
municationem, vt patet ex dictis supra in explicatione
secundæ conditionis contra Caietanum. Vnde, qui me-
tu aliquo facit actum hæreticum, sed interius est Catho-
licus, vere in foro interiori non est hæreticus, & conse-
quenter nec excommunicatus est, quamuis in foro exte-
riori censebitur hæreticus: vndè, cum quis interrogatur
an sit Papista, & timore mortis, aut pœnarum respondet
se non sequi Papam, non est propriè, & verè, hæreticus,
non enim quis hæreticus est, qui non habet errorem cum
pertinacia, vt dictum est, & subinde non est excommuni-
catus. Quod diligenter notandum esse docent Io. Cha-
peauillus in trac. de casibus reseruatis, p. 2. cap. 1. quæst. 1.
quia hoc tempore in regionibus hæresi infectis maximum
vsum habet.
26 Quarto, hæretici, qui vere hæretici sunt, & aliquo a-
ctu externo erroris manifestatiuo, etiam occultissimo
hęresim suam manifestarunt, excommunicationem con-
tra hęreticos latam incurrunt, ex communi DD. consen-
su. Dixi, [erroris manifestatiuo] quia licet nonnulli eius
sententię sint, vt excommunicationem etiam per actus
merè indifferentes, vt superius exposuimus, induci ve-
lint; mihi tamen valde probabile est contrarium: quam
sententiam amplexus est Alphonsus Viualdus, in expo-
sitione Bullę Cenę, numero secundo, & tertio. vbi etiam
alios refert, tum quia hoc minus est, tum quia cum huius-
modi signum externum indifferens etiam deductum a-
pud Ecclesiam, nullam omnino hęresis suscipionem in-
ducat, consequenter nec excommunicationis pœnam in-
ducet; secus autem, si actus ille externus erroris manife-
statiuus sit, etiamsi occultissimus fuerit. Ratio est: quia
Ecclesia cognoscere potest de actibus ex sua natura exter-
nis, etiam occultis, vndè & homicida occultissimus irre-
gularis efficitur, & per accidens est, quod talis actus ex-
terior ab Ecclesia non cognoscatur, ex eo quod secreto
fiat; vnde talis cum verè hęreticus externus, & internus
sit, excommunicatus est, quamuis ex eo quod actus talis
occultus sit, Ecclesię de eo in foro exteriori, & in particu-
lari iudicare non poterit.
27 Quinto, etiamsi communiter hęresis exterius manifesta-
ta quantumuis secretissimè excommunicationem inducat
sunt tamen aliqui casus, in quibus ex communi Theolo-
gorum sententia ea non incurritur.
28 Primus casus est, si hęreticus purè mentalis solum in
confessione Sacramentali hęresim suam confessario ma-
nifestat, in hoc enim casu, vt eruditè tradit Simancha, in
libro de Catholicis institutionibus, titu. 24. numero 9. siue
hęreticus deseruerit suam hęresim, siue adhuc in ea persi-
stat, nec paratus sit eam relinquere, non incurrit excom-
municationem. Ratio est: quia actus hic, eo ipso quod
fiat in confessione Sacramentali, non solum ex sua natu-
ra bonus est, sed etiam quoddam alterius rationis, & ex-
tra iudicium humanum. Pręterea, quia aliàs non solum
odiosa redderetur confessio, sed etiam sequeretur nul-
lum confessarium absoluere posse ab hęresi pure menta-
li, cum certum sit confessarium ab hęresi mentali absol-
uere non posse, nisi eam pœnitens confiteatur, sin autem
ex hac confessione incurreretur excommunicatio, etiam
reseruatio Bullę Cenę Domini incurreretur, cui conse-
quens esset confessarium ab ea nulla ratione absoluere
posse, quod & absurdum, & a communi Theologorum
opinione alienum est.
29 Secundus casus est, quando hęreticus pure mentalis
suam hęresim recognoscens illam coram Inquisitoribus
confiteatur, vel illam alicui fido, & pio amico reuelat, vt
ab eo auxilium, vel consilium quęrat pro relinquenda
hęresi, talis enim, vt Simancha vbi supra docet, censuras
non incurrit; qui etiam refert Franciscum Victoriam de
hac re interrogatum idem respondisse. Ratio esse potest,
quia hic actus bonus est, & quia aliàs hęretico pure men-
tali, omnis via ad eius conuersionem pręcluderetur.
30 Tertius casus est, si hęreticus pure mentalis hęresim
suam bonorum operum exercitio, vel abstinentia, & omis-
sione operum malorum exprimat, & manifestet, verbi gra-
tia hęretici Caluinistę charitatem non solum in ore ha-
bent, sed etiam facto, & opere sunt officiosissimi erga ex-
ternos; similiter ijdem hęretici maxime abhorrent a bla-
sphemis, & iuramentis, prælertim publicè, si ergo hæreti-
cus Caluinista pure mentalis nullo alio actu externo suã
hæresim manifestat, nisi officijs exterioribus charitatis,
vel abstinentia a iuramentis, aut blasphemijs, non incur-
rit censuras contra hæreticos latas. Ratio est: quia hæc
opera ex sua natura non sunt hæresis manifestatiua, sed
potius veri, & boni Catholici signa, & indicia. Dixi autē
non incurri excommunicationem exercitio operum bono-
rum, aut omissione malorum, siquidem negandum non
est, quin aliquando bonorum operum omissione incurra-
tur excommunicatio hæc contra hęreticos lata, supposita
hęresi mentali in corde, vt verbi gratia, si quis ea opera bo-
na omitteret, quæ ex sua natura sapiunt hęresim, vt si quis
hęreticus purè mentalis, nunquam ingrederetur eccle-
siam ad audiendam Missam, vel si ad eleuationem San-
ctissimi Sacramenti non assurgeret, aut genuflecteret. Et
idem de alijs operib. similib. dicendū est, quę saltem rōne
tēporum, & hęresum, quę modo vigent, hominē de hęre-
si suspectum redderent: sunt. n. hęc signa hęresis manife-
statiua, & proinde ad excōicationē incurrendā sufficiunt;
Aliorum vero operum omissio, quę neque ex sua natura,
neque ratione temporis pręsentis hęresim sapit, censuras
contra hęreticos latas non inducit, iuxta quę intelligēda
sunt

sunt ea, quæ de omissione alicuius exterioris, quod debet facere, docet Cardin. Toletus in explicatione Bullæ Cenę §. 1. conclus. 3.

31 Quartus casus affertur à Victoria, de hæretico purè mentali, qui per iocum narrat se hæreticum esse, vel fuisse, talem enim excommunicationem non incurrere docet Victoria relatus apud Simancham vbi supra, quamuis ipsemet Simancha contrarium sentiat. Quorum opiniones conciliari possunt hac distinctione facta: si enim solum narrat se fuisse in aliqua hæresi de præterito, in quo modo non est, tunc vera erit opinio Victoriæ, non incurrere excommunicationem: quia nec aliquam hæresim manifestat exterius de præsenti, nec cum eam manifestat, hæreticus est; vnde nullo modo censuram hanc incurrit. Sin vero narrat se esse in præsenti in aliqua hæresi, in qua verè est, sic veram censeo Simanchæ sententiam, vt talis excommunicatus sit: quia tunc hæresim suam, licet ridendo, externis manifestat, & in tali narratione includitur ipsum credere hæresim, & verè hæreticum esse, nihilque obstat, quod ioco eam exprimat, cum ridentem sæpe verum dicere contingat, vnde excommunicatus erit, & contra eum, tanquam verè hæreticum ex tali narratione procedi poterit.

32 Denique quoad hæreticos in hoc Canone Bullæ Cenæ Domini excommunicatos hoc vnum annotandum est, quod licet exprimantur aliquæ sectæ hæreticorum, non tamen pro hæreticis nominatim excommunicatis habendi sunt, quousque tales ab Ecclesia declarentur, sed solum excommunicati sunt, inter quæ duo maximum discrimen est, si enim nominatim excommunicati essent, non liceret cum illis iuxta Concilii Constantiensis decretum loqui, & conuersari: nunc tamen non obstante hac Bullæ Cenæ Domini censura contra hæreticos sic in communi lata, cum illis loqui permittitur, quamuis quantum possibile est, eorum consortia vitare debeamus propter periculum seductionis, *quia sermo illorum vt cancer serpit, teste Apostolo, 2. Timot. 2.* & de primo genere personarum, quæ in hoc Canone continentur, scilicet, de hæreticis, hæc sufficiant: de reliquis nouem generibus eodem Canone comprehensis, in sequenti capite dicemus, ad tædium enim, & nimiam prolixitatem vitandam, placuit præsentem Canonem in duo capita diuidere.

De Nouem alijs generibus personarum in excommunicatione prima Bullæ Cenæ Domini contentarum. Cap. V.

SVMMA.

1 Credentes hæreticorum *excommunicationem Bullæ cenæ incurrunt, & quinam tales dicendi sint.*
2 Receptatores hæreticorum *in Bulla Cenæ excommunicantur.*
3 Receptatores *quinam proprie appellentur.*
4 Receptatores *an principaliter, vel accessorie tantum in Bulla cenæ, & in iure Canonico excommunicentur.*
5 Fautores hæreticorum *in Bulla cenæ excommunicantur, & quinam pro talibus habendi.*
6 *Fautor hæreticorum aliquis duobus modis esse potest.*
7 *Fautor hæreticorum* omissione *quis dicendus.*
8 *Fautor hæreticorum*, commissione, *quis habendus.*
9 Defensores hæreticorum, *Bullam cenæ incurrunt, & quinam tales sint.*
10 *Defendens hæreticum contra vim ei ab altero illatam, aut ne occidatur, non est hæretici defensor.*
11 Legentes libros hæreticorum *hæresim continentes, excommunicationem Bullæ cenæ incurrunt.*
12 *Legentes libros hæreticorum, vt Bullam cenæ incurrant, quæ requirantur.*
13 *Legentes in libris Catholicorum dicta, & sententias hæreticorum, excommunicationem non incurrunt.*
14 *Legentem libros hæreticorum audiens, an, & quando Bullæ cenæ excommunicationem incurrat.*
15 *Legentes libros prohibitos quam excommunicationem incurrant.*
16 Tenentes libros hæreticorum, *excommunicationem incurrunt, & quinam tales censendi sint.*
17 Imprimentes libros hæreticorum *in excommunicationem Bullæ cenæ incidunt, & quinam tales censeantur.*
18 Defendentes libros hæreticorum, *excommunicationem Bullæ cenæ incurrunt, & qui sint tales.*
19 Schismatici, *non solum in recentioribus cenæ Domini, sed etiam in antiquioribus sunt excommunicati.*
20 *Schismatici vnde dicti sint, & quid vox, schisma, importet.*
21 *Ecclesiæ vnitas in quibus consistat.*
22 *Schisma purum quodnam censeri debeat.*

1 Secundum personarum genus, quæ in Canone primo Bullæ Cenæ Domini continentur, sunt *Credentes hæreticorum*. Credentes autem hoc in loco dicuntur & intelliguntur illi, vt bene explicant Archid. in capitulo quicumque, de hæret. libro 6. Paludan. 4. distin. 13. quæstio. 3. artic. 1. con clul. 7. S. Anton. par. 3. titu. 25. capitulo 4. §. fin. Siluest. verbo hæresis, 1. numero 10. quæst. 7. Tabiena verbo, excommunicatio. 5. numero 12. vers. vndecimo, & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 55. vers. tertia. & Card. Tolet. in expositione Bullę Cenę, §. 1. qui nullum errorem, aut hæresim explicitè, & in particulari habent, sed implicitè assentiuntur erroribus hæreticorum, quorum sectam sequuntur: & tales propriè videntur esse homines rustici, rudes, & indocti, aut alij, qui cum totam hæreticorum doctrinam aut capere nequeant, aut nosse non curant explicite, solum implicite eorum errores amplectuntur, ad eum modum, quo multi catholici nullum ferè fidei articulum explicitè norunt, sed tamen implicitè assentiuntur omnibus, vel credendo id, quod Ecclesia catholica Romana credit, vel quod Prælati, aut Parochi eorum credunt. Dat Paludanus exemplum de duobus hæreticis comprehensis, quorum vnus erat hæreticus perfectus; multos habens & docens errores explicitè, alter verò rusticus, qui licet nullam hæresim explicite habuerat, interrogatus tamen dixit se velle mori in fide alterius: primus ergo verè, & explicitè hæreticus erat, alter vero credens dicitur habens hæresim, & perfidiam hæreticalem implicitam, non explicitam; vnde, quando credentes hanc eorum credulitatem exterius explicant, dicendo verbi gratia, Caluinus fuit vir bonus, & habuit veram fidem, excommunicationem hanc incurrunt, & de his credentibus hæreticorum habetur in capitulo excommunicamus, §. credentes, de sent. excom. & c. excommunicamus, 2. §. fin. tit. eod. quod vere sint hæretici iudicandi, & in Bulla cenæ continentur.

2 Tertium genus personarum sunt *Receptatores* quarum scilicet personarum excommunicatio antiqua est, vt constat tum ex iure antiquo, in cap. sicut ait, & capit. excommunicamus, 1. §. credentes. de hæret. & capit. nouerit. de sent. excom. tum ex iure nouo, in c. quicunque,

§. hæretici, de hæretic. lib. 6. tum etiam ex Bulla cenæ saltem a tempore Martini V. vt patet ex eius processu apud S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 72. qui, ex quo semel in Bulla positi sint, nunquam ab ea fuerunt ablati, & merito; quia sine his hæretici diu manere non possent, vt notauit gloss. in capit. excommunicamus, 1. §. credentes, in verbo, receptatores, de sent. excom. id quod etiam experientia docet.

3 Circa huiusmodi verò receptatores aduertendum est, quod licet a Grammaticis illi solum dicantur *Receptatores*, qui frequenter recipiunt, quia *Recepto*, est verbum frequentatiuum, vt tamen Archid. in cap. quicunque, de hæret. libro 6. & Palud. 4. distin. 13. quæst. 3. art. 1. conclus. 7. S. Anton. 3. par. tit. 25. c. 4. §. fin. Syluest. verbo Hæresis, 1. nume. 10. quæst. 7. Tabiena, in verbo, excommunicatio, 5. nume. 11. versic. nono. Alphonsus Viualdus in expositione Bullę cenæ numero 8. & numero 9. & Cardinal. Toletus, in explicatione Bullæ Cenæ; §. 1. & alij communiter tradunt. Receptatores etiam illi dicuntur, & censentur in hoc loco nō solum, qui frequenter, sed etiam qui semel eos, id est, hęreticos in domo, vel terris suis publicè, vel priuatè recipiant, si id faciant causa occultandi illos, vt ita conseruati è manibus iustitiæ euadant. ff. de receptatoribus, l. 1. & ff. de offic. pręsid. l. congruit, & C. de his qui latrones occultarunt, l. fina. & hoc est quod docet Caietan. in Summa, in verbo, excommunicatio, capit. 10. dicens illum solum receptatorem hæretici esse, & pœnas istas incurrere, qui recipit hæreticum, quatenus hæreticum, quoniam ex intentione, & proposito maleficia distinguuntur apud iura, & formaliter intelligendi sunt termini apud sapientes in qualibet facultate: vnde ad hanc pœnam incurrendam requiritur, vt scienter talem receptet, & vt hæreticum receptet; qui enim solum eos causa hospitij, aut alterius negocij causa inuitaret, ad domum suam etiam publice, communiter non incurreret excommunicationem. Dixi, *Communiter*, quia qui tempore suspecto, vt quando inquiritur à ministris iustitię talem quærentem hospitium ad se occultandum, etiam causa hospitij reciperet scienter; in foro exteriori omninò præsumetur receptator, immo etiam in foro interiori pro tali censendus erit, quandoquidem eo ipso, quod scienter talem tali tempore receptet, vix vnquam a crimine excusari poterit: quamuis enim prætendat se talem intentionem non habuisse, aut illam non habuerit explicite, illam tamen implicitè saltem habuisse conuincitur. Vnde Card. Toletus vbi supra docet, quod si consanguineus occultaret eum non propter hæresim expresse, sed propter infamiam vitandam, excommunicatus erit; quamuis enim consanguineus non recipiat hæreticum quia hęreticus est, sed quia consanguineus eius est, & exinde timet infamiam, quia tamen talis receptio est in fauorem hæresis, & talis occultans, censetur receptator.

4 Dubium autem est, an receptatores in hoc canone Bullæ, & in alijs iurib. allatis, principaliter, an verò accessoriè tantum contineantur? Siquidem, si principaliter contineantur, hoc ipso quod quis recipit hæreticum animo occultandi, quamuis realiter non occultet, incurrit excommunicationem; sin verò contineantur accessoriè tantum, non incurrit, nisi secuta reali occultatione, ita vt realiter non sit captus, hoc est, impeditus sit ex occultatione, ne captus sit. Et quidem de Canonibus iuris admodum probabile est receptatores excommunicari principaliter; id quod colligi videtur ex cap. sicut ait, de hæret. vbi dicitur: *Sub anathemate prohibemus ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere præsumat*; vnde hoc ipso, quod tenet, est receptator, etiam si aliud non sequatur; ergo principaliter excommunicantur receptatores. Idemque de canone Bullæ cenæ Domini censeo, præsertim in detestationem hæresis, & hæreticorum, maxime cum tam multa contra eos in hoc Canone prohibeantur, vt probabile omnino sit Ecclesiam eos etiam principaliter excommunicare uoluisse.

5 Quartum genus personarum sunt *Fautores* Tales autem sunt ex Palud. S. Anton. Syluest. & Archid. vbi supra, & Tabiena verbo, excommunicatio. 5. num. 9. versic. octauo. qui fauore, gratia, opibus, aut alio modo eis fauent, ne comprehendantur a ministris iustitiæ. Duobus

6 autem modis, vt prædicti authores tradunt, quis hæreticorum fautor est, & dici potest. Primo, omissione: Secundo, commissione.

7 Omissione autem dicitur quis fautor hæreticorum, qui cum possit, & ratione officij, & personæ, quam gerit, contra eos procedere tenetur, hoc facere omittit ipsius hæresis intuitu; vnde ministri iustitię secularis, qui requisiti ab Inquisitoribus, & Prelatis Ecclesiasticis vt opem ferant in apprehensione hæreticorum, hoc facere omittunt intuitu hæresis; aut hęreticos brachio seculari traditos, eodem intuitu punire omittunt, sicut debent, & pręcipitur in cap. ad abolendam, & c. excommunicamus, 1. de hęret. excōmunicati sunt; tales enim hęreticis fauere videntur, & suspicionem hęresis incurrunt, argumen. cap. qui alios, de hęret. & 2. q. 7. c. negligere, & capit. qui potest, 23. q. 3. dicitur: *Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quam eorum fauere impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare*. Vt disertis verbis tradit Alphonsus Viualdus, in expositione Bullę cenę, num. 4. & alios in hanc sententiam refert. Sic etiam testes, qui examinati contra aliquem in casu hęresis, iuridicè, & legitime, aut fauore hęreticorum tacent, aut veritatem negant, aut dissimulant, eis fauere censentur; quia ex quo legitime examinantur, veritatem dicere tenentur. Item qui tenetur hęreticum indicare, puta, quia sub iuramento ab Inquisitoribus rogatur, & non indicat, immo cęlat, censetur fautor hęreticorum, cum ad hoc ex debito teneatur, arg. capit. quisquis, 11. quęst. 3. Sic etiam aduocati, notarij, & alij similes, qui ex officio hereticos accusare, & denunciare tenentur, si negligenter se gerant in officio in casu hæresis, intuitu ipsius hęresis, excommunicationem incurrunt. Item Inquisitores, qui intuitu supradicto cōtra hęreticos procedere omittunt, necnon ministri Inquisitorum, qui ex officio eos capere, torquere, & punire tenentur, si hęc facere eodem intuitu negligunt, excommunicati sunt. Immo etiam Pręlati, aut Inquisitores, qui intuitu hęresis omittunt facere carceres tutos, & fidos custodes ponere, excommunicationem hanc incurrūt. Dixi semper, *si hæc omittant intuitu hæresis*, quia, vt docent Archid. in cap. quicunque, de heret. lib. 6. & Syluest. verbo, hęresis, 1. numero 10. quęstio. 7. si ex negligentia, vel auaritia, vel ex amore quodam carnali ipsius personę hęretici hęc, & alia similia ad eorū officia facere omittant, non sunt verè fautores, nec excommunicationē Bullę Cęnę incurrunt. Dixi etiam, *si ex officio teneantur*, quia, vt notat Syluester post alios, personę priuatę licet non capiant hęreticos, ex sola omissione, non dicuntur fautores; Neque etiam qui non indicant, si sint personę priuatę, dummodò non sint iuramento aliquo ad hoc astricti, isti namque nisi dolose indicare omittant, fautores non censentur, quicquid Tabiena vbi supra, contrarium insinuet.

8 Commissione etiam quis fauere potest duobus modis; verbis scilicet, & factis, & hoc, siue personę publicę sint, siue priuatę; verbis fauere dicitur, qui scienter excusat eos, dicendo, verbi gratia: Isti sunt boni homines, iniustè procedunt Inquisitores contra eos; iniustè condemnati sunt. Item excusando causam eorum. Item, dum ipsis hęreticis consilium dant, vt euadant, aut viam fugiendi docent; aut reuelant illis accusatores, denunciatores, testes, aut alia similia dicunt. Item, dum scienter pro eis intercedunt, ne puniantur. Factis etiam fauere censentur, si eos scienter as-

sociant, aut visitant, vel auxilium, aut fauorem præstant ad euadendum, puta, quia ministrant eis arma, vel pecuniá, quibus iuuentur ad sui liberationem: Item qui eis alimoniam ministrant; Item qui eis, quatenus hæretici sunt honores, & dignitates conferunt. Et denique, vt notat Nauar. in Manuali cap. 27. num. 55. versic. quarta, præsumuntur vt fautores omnes illi, qui hæretico cuiuis quemcũque honorem exhibent, aut munera ei dant, absque vlla exteriori honesta causa, propter quam excusantur; quod docet propter Catholicos, qui in regionibus hæresi infectis degunt, & cum hæreticis commercium, & conuersationem habent, qui iustis de causis excusantur etiam in foro exteriori, ne sic cum eis conuersando illis, vt hæreticis fauere præsumi dicantur, puta, ex timore, necessitate, cognatione, vel vtilitate, in pace, & bello eis fauendo, nó autem eo respectu, quod hæretici sint.

9 Quintum personarum genus sunt, *Defensores hæreticorum*, Tales autem propriè sunt ex Archid. Paludan. S. Anto. Syluest. locis citatis, & Alphonso Viualdo, in expositione Bullæ Cenæ, num. 7. qui vi, potentia, viribus, & armis tuentur hæreticos, vt tuto viuant, vel ne ad manus iudicis veniant puniendi, vel examinandi. Item, qui hæreticos captos iuuant, vt euadant, vel vt non fiat contra eos iustitiæ executio; Item ex Palud. 4. distin. 13. quæstione 3. articulo 1. conclus. 7. & Alphonso Viualdo, vbi supra, aduocati, qui scientes ipsos esse hæreticos, defendunt illos; & eorum patrocinium suscipiunt; Item notarij, seu tabelliones facientes instrumenta in causa, & defensione eorum.

10 Notandum tamen est ex Syluest. & Alphonso Viualdo, & Cardinali Toleto, vbi supra, quod defendens hæreticum contra vim ei illatam a priuato, scilicet a latrone, vel alio, ne lædatur ab eo, aut aduocatus defendens hæreticum de crimine extra hæresim, puta de homicidio, aut in causa ciuili, non censetur hæretici defensor, & consequenter in excommunicationem non incidit, quia in his casibus non defendit hæreticum, quatenus hæreticus est, sed quatenus homo, & proximus est.

11 Sextum genus personarum sunt *Legentes libros hæreticorum hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine debita licentia obtenta* circa quos notandum est, quod licet lectio librorum hæreticorum in iure antiquo sit prohibita, vt colligitur ex cap. nullus, 3. quæstione 4. cap. fraternitatis, & ibi glo. in verbo, Cęlestinus, de hæret. nulla tamen excommunicatio contra eos lata fuit; nunc autem duplex contra eos excommunicatio lata est, vna, quæ habetur in Indice librorum prohibitorum, in fine, iussu & auctoritate Pij IIII. edito, altera in Bulla Cenæ, quæ clausula, in Bulla Cenæ primo posita fuit in Bulla Iulij Papæ III. in qua excommunicantur legentes libros Martini Lutheri, aut quorumuis aliorum eiusdem sectæ, postea verò cum pleræque aliç hæreses pullularent, sequentes Pontifices vniuersalius legentes libros hęreticorum in Bulla Cenę excommunicarunt, vnde fit, vt diligenter & attente legenda sit censura iudicis, vt euitetur excommunicatio, cum in ea multi authores recenseantur, qui excommunicati sunt, & eorum libri, tanquam hæresim, & doctrinam pestiferam continentes, merito damnantur.

12 Ad hanc autem censuram excommunicationis incurrendam, tria sunt necessaria, vnum est, vt libri qui legũtur sint libri hominum hæreticorum. Alterum est, vt prędicti libri contineant hęresim; vel tractent de religione, & hęresi ex professo, & ex instituto; vnde si de alia re tractarent, quamuis obiter interponerent aliquam hęresim, non inducerent excommunicationem Bullę. Tertium est, vt scienter legantur huiusmodi libri: quæ tres conditiones ex ipsius Bullę tenore euidenter colliguntur, & quod dictum est de legentibus, dicendum etiam est de tenentibus, imprimentibus, & defendentibus hęreticorum libros, cum hęc quatuor personarum genera eodem tenore verborum excommunicentur. Addo tamen ab vtrisque censuris, tam Indicis librorum prohibitorum, quam excommunicationis Bullæ cenę excusari aliquem posse, & etiam a peccato mortali ex paruitate materiæ, scilicet, si modicum quid legerat. Quamuis enim admodum difficile sit assignare terminum quantitatis, infra quem quis incurrat excommunicationem, cum certum sit tam parum legi posse, vt nec in censuras vllas, nec in peccatum mortale inducat, & licet aliqui eius sententiæ sint, vt incidere putent in excommunicationem, etiamsi vnam tantum, vel alteram lineam legat, dummodo contineant integram, & perfectam hæresim, cuius sententiæ fuit Card. Toletus in scripto quodam super Bulla cenæ, ad id motus, quia in Bulla habetur particula, *Quomodolibet*, quæ applicatur quatuor illis personarum generibus illic commemoratis.

Alij tamen, quos refert, ac sequitur Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenę, numero vndecimo, & vt mihi videtur probabilius docent, non incidere in censuram legentem ex lectione tam modicæ quantitatis; Nam sicut in alijs rebus paruitas materiæ excusare potest a peccato mortali, ita etiam in hac materia excusare potest; excommunicationem verò maiorem, vt communiter tradunt Doctores, non nisi ob peccatum mortale aliquis incurrit: & hæc opinio videtur conformior verbis Bullę, quia in Bulla non dicitur, Qui legerit aliquid in libro hęretico, sed, *qui legerit librum hæreticum*; Qui vero duas, tres, quatuor, aut decem lineas legit, non dicitur legere librum hęreticum: nec particula illa, *Quomodolibet*, ad omnes quatuor personas, sed tantum ad defendentes refertur, & meritò: qui enim quomodolibet libros hęreticos defendit, peccat mortaliter, cum nulla sit causa, vel ratio, quę eos excuset: Vnde in libris Card. Toleti impressis Lugduni, & Mediolani 1599. meritò omissa est hæc opinio, & particula, quam idem author antea legendo, & Bullam cęnæ tempore Pij V. explicando defendebat. Ex hac tamen declaratione, & sententia, quę mitior est, non est de facili accipienda occasio legendi, sed ante factum timendum, & abstinendum omnino est a quacunque etiá minima lectione: quod si ex humana fragilitate, & curiositate aliquando contingeret alicui legisse quantitatem prędictam, non facile damnandus erit incurrisse excommunicationem, neque facile negenda erit illi absolutio.

13 Hęc autem, quę de lectione librorum hęreticorum dicta sunt, intelliguntur de illis, qui ipsosmet libros hęreticorum legunt: qui enim in libris catholicorum, dicta, & sententias hęreticorum de verbo ad verbum relatas legeret, etiamsi principaliter eas legeret, vt opiniones, & rationes hęreticorum sciret, non incurreret excommunicationem, quia, vt rectè, & subtiliter Nauarr. in Manuali capitulo vigesimoseptimo numero 56. versic. septima. & eum secutus Alphonsus Viualdus in expositione Bullę cenę, numero duodecimo. & Sebast. Medices, in Summa, parte secunda, titulo nono. questio. 78. numero octuagesimooctauo notant, talis non hęretici sed catholici librum legisse censetur, vnde antiquissima consuetudo Patrum fuit dicta, & sententias hęreticorum de verbo ad verbum referre, quando errores eorum refutarunt. Quare, qui librum hęretici memoriter recitaret, vel causa recreationis, dummodo in se blasphemias non contineret, vel aliquo bono fine, & respectu, nó mitum, vt sic memoriç librum hęreticum retineret, vt eos melius refellat, quod facile viris doctis accidere posset, nec excommunicatus esset, nec peccaret. 14 Quoad eos vero, qui alios legentes libros hęreticorum audiunt, hæc duo mihi videntur probabilia. Primum est, qui solum alicui libros eorum legenti aures, & attentionem prestat, incurrit excommunicationem, tum quia pœnę restringendæ potius sunt, quam ampliandæ, cap. odia, de regul. iur.

lib.6. excommunicatio autem hæc solum contra legentes fertur, tum quia talis, cum nullo modo sit causa lectionis, nec realiter, nec moraliter legere dicitur. Quod tamen dictum sanè intelligendum est, dummodò alter ex mea attentione ad legendum non moueatur.

Secundum est, qui sic audit, vt moraliter legere dici possit, verbi gratia, qui authorizando audit, qui præcipit sibi legi, qui consulit, qui rogat, aut alia similia faceret vnde alter moueretur ad legendum, verè excommunicationem incurreret.

15 Demum obseruandum est aliud esse legere libros prohibitos, aliud libros hæreticos, multi namque libri prohibiti sunt in Indice librorum prohibitorum, qui non sunt libri hæreticorum, vnde, qui tales legeret, quamuis in excommunicationem Indicis incideret, quia tamen excommunicatio illa reseruata nō est, a quolibet absolui potest, qui peccatis mortalibus absoluendi potestatem habet; qui vero libros hæreticorum legeret, excommunicationē Bullæ Cenæ incurrit, a qua per solum Summum Pontificem absolui potest.

16 Septimum genus personarum sunt *Tenentis libros hæreticorum*. Qui non solum in Bulla cenæ, sed etiam in Indice librorum prohibitorum, nec non in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. excommunicantur. Is autem libros hæreticorum tenere dicitur propriè, qui vel suo, vel alieno nomine in domo sua, vel aliena libros illos tenet. Quamuis, vt supra diximus, de legentibus huiusmodi libros, sic etiam & tenentes eos nonnunquam a peccato mortali, & consequenter a censura, excusari possint, propter temporis paruitatem, quo libros illos tenent: vnde licet is, qui librum aliquem hæreticum teneat, illum statim sine vlla mora ad eos, ad quos spectat, deferre obligetur, intelligendo, *statim*, hoc est, moraliter, quam primum commode poterit, si tamen vnum vel alterum diem apud se teneret, cum proposito eum deferendi quam primum commode poterit, dummodò absit fraus, & dolus, non incurreret excommunicationem.

17 Octauum personarum genus *Imprimentes libros hæreticorum*. Tales autem censentur, quicunque ad eorum impressionem propinque cooperantur, vt sunt dominus, seu patronus officinæ, cuius voluntate, & auctoritate imprimuntur; qui faciunt expensas pro impressione, qui typos ordinant, & componunt, qui typos sic compositos attingunt atramento; qui torcularia premūt, qui chartam madefaciunt, aut chartam madefactam torculari supponūt; qui exemplar impressum, aut typos corrigunt, & denique omnes, qui propinque ad eorum impressionem concurrunt.

18. Nonum genus personarum sunt *Defendentes libros hæreticorum*. Tales autem sunt, qui libros illos bonos esse dicunt, non esse comburendos affirmant, aut quouis modo defendunt, ne ab Inquisitoribus capiantur, aut comburantur.

19 Decimum genus personarum in hoc Canone comprehensarum, sunt *Schismatici*, Quæ excommunicatio in antiquioribus Bullis Martini V. aut Iulij III. apud S. Ant. 3. par. titulo 28. c. 72. & Mar. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. reperitur maxime in illa Martini V. qui excommunicauit Petrū de Luna, & sequaces eius. Imò Pan. in Rubrica de schismа. voluit schismaticos excommunicatos esse in iure, in capitul. licet, de elect. vbi dicitur, tam ipse, qui se gerit pro Papa, quam sibi adhærentes excommunicationi subiaceant; per quæ verba Panormitan. existimat excommunicationem ferri ipso iure, quòd tamen intelligit, vbi non cadit probabilis error; si enim quæstio esset dubia, tunc docet omnes euitare excommunicationem, & peccatum, argu. in leg. regula, & in lege secūda. ff. de iuris & fac. ignor. & in capit. vt Apostolicæ, de Cler. excommunica. minist. & capit. vt animarum, de constitut. libro sexto. Syluester etiam, in verbo, schisma, quæstione quinta. versic. primum, cum Archid. Hug. Innocen. & Ioan. And. quos citat, docet ipso iure excommunicatos esse in capitulo nulli. distinctione 19. At certe neuter horum Canonum videtur vniuersaliter loqui de schismaticis, vnde non videntur schismatici in iure vniuersaliter esse excommunicati.

20 Schismatici autem, si vocis etymologiam spectemus, a *Schismate* dicuntur, *Schisma* verò prout nomen Græcum sonat, scissuram significat. 24 quæstione prima, capitulo schisma, eo quod vnionem scindunt, quæ inter omnia membra, & caput Ecclesiæ esse debet, & tales a Patribus deteriores illis dicuntur, qui Christum crucifixerunt, cum isti nec tunicam Christi inconsutilem scindere, nec ossa eius frangere fuerint ausi, hi vero, id est Schismatici Ecclesiam eius in illa tunica, & ossibus figuratam, omnino lacerant, scindunt, & disrumpunt. Schisma vero vt docet Sanct. Thom. 2. 2. quæstione 37. articulo primo. propriè, directè opponitur Charitati, eo quod intendit se ab vnitate separare, quam charitas facit, quæ non solum alteram personam alteri vnit spirituali dilectionis vinculo, sed etiam totam Ecclesiam in vnitate spiritus; Et ideo propriè schismatici dicuntur, qui propria sponte & intentione se ab vnitate ecclesiæ separant, quę est vnitas principalis, & ad quam vnio membrorum ecclesiæ ordinatur.

21 Ecclesiæ autem vnitas in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum ecclesiæ ad inuicem, & in ordine omnium membrorum ecclesiæ ad vnum caput, quod caput est ipse Christus, cuius vicem in ecclesia gerit Summus Pontifex. Et ideo schismatici dicuntur, non solum qui subesse renuunt Summo Pontifici, sed etiam qui mēbris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant, vt optime Sanct. Thomas vbi supra declarat, vnde colligitur duo esse necessaria ad peccatum schismatis incurrendum.

Primū est, vt homo separetur a Summo Pastore, Christi in terris Vicario per inobedientiam, quia scilicet nolit illi parere.

Secūdum est, vt ei rebellis sit, hoc est, non recognoscat eum pro pastore, & Capite ecclesiæ, sed aliam sibi ecclesiam distinctam & independentem ab ecclesia Romana constituat, prout faciunt Græci, vt ait Panorm. in rubrica, de schismaticis, quos propterea vocat hæreticos; hæc enim duo hominem propriè schismaticum faciunt, siquidem multi obedire nolunt, qui tamen illum pro ecclesiæ capite recognoscunt, & tales etiamsi præcepta eius etiam in despectum ipsius transgrediantur, dummodo eum vt Caput ecclesiæ vice Christi recognoscant, in hunc canonem non incidunt, vt Caiet. in verbo, excommunicatio, ca. 7. docet. Sciendum enim est ex Panorm. vbi supra, aliquando schisma cum hæresi esse coniunctum, aliquando vero esse sine hæresi, tunc est cum hæresi coniunctum, quando concurrit vterque actus, intellectus scilicet, & voluntatis, vt cum quis non vult agnoscere Summum Pōtificem pro Vicario Christi, & ita credit, vt faciunt Græci, teste Panormit. vbi supra, & quales sunt vt plurimum Schismatici nostri temporis, hi enim aliam ecclesiam constituunt, omnino diuidendo se ab ecclesia Romana, & ita veniunt contra illum articulum fidei: *Vnam Sanctam ecclesiam*. & sic debet intelligi capitulum inter hæresim, 24. quæstione 3. vbi dicitur, *Schisma non esse sine hæresi*, siquidem schismatici vt plurimum hæretici etiam sunt, est enim hæresis pallium quoddam schismatis.

22 Tunc autem est purum schisma, quando quis non constituit sibi aliam ecclesiam, imò credit ecclesiam Romanam esse veram ecclesiam, & Summum Pastorem illius Caput esse, sed tamen per solum actum voluntatis, seu per actum externum executiuum actus voluntatis ex aliqua passione animi subtrahit se ab obediētia Sūmi Pontificis.

Item

Item quando duo, vel plures contendunt de Papatu, & se pro Summis Pontificibus gerunt; nam quisque eorum credit vnitatem Ecclesiæ, & illam esse apud se, nec impugnat ecclesiam Romanam. quo casu, qui non est electus legitimo numero Cardinalium, & qui illum sequuntur, sunt omnes schismatici pori; quamuis quando causa dubia sit, nec per Concilium Generale determinata, si probabiliter putent se legitimos Pontifices esse, tam ipsi quam eorum sequaces à peccato excusantur, dummodo parati sint ad determinationem Concilij Papatu se abdicare, & eiusdem Concilij determinatione, & decreto acquiescere. Qui igitur pure scismatici sunt, hoc Canone excommunicati sunt, si schisma eorum vel dictis, vel factis, vel signo aliquo exteriori manifestent. Et de prima excomunicatione Bullæ hæc sint satis.

Contra appellantes a sententijs, & mandatis Summi Pontificis ad futurum Concilium Generale. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Appellantes à sententijs Papæ ad futurum Concilium generale in Bullam cenæ incidunt.*

2 *Appellatio à mandatis Papæ ad futurum Concilium & palliata quædam rebellio, & speciem quandam schismatis continet.*

3 *Appellatio, quid propriè sit.*

4 *Appellans à sententijs Papæ ad futurum Concilium vt excommunicationem Bullæ cenæ incurrat, quæ requirantur.*

5 *Personæ principales in secunda excommunicatione Bullæ cenæ comprehensæ, & pariter accessoria quænam sint, & num. seq.*

1 Excommunicatio Secunda fertur in hæc verba.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint: Vniuersitates vero, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus; ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

2 Huius Canonis materia, vt rectè notat Caiet. in Summa, verbo, excommunicatio, cap. 25. est sacrilegium, contra Summi Pontificis Primatum. Est enim appellatio hæc à sententijs Romani Pontificis, palliata quædam rebellio, & speciem quandam schismatis continet; vnde Iulius Papa II. in extrauagan. Suscepti regiminis. Post Pium Papam II. præcepit, vt tales habeantur vt schismatici, & de fide male sentientes, vt Syluestr. in verbo, excommunicatio, 7. numero, 93. versic. quinquagesima septima, Tabiena, verbo excommunicatio, 7. circa medium, Caietan. verbo, excommunicatio. cap. 25. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 358. col. 2. & Sebastian. Medices, in Summa peccat. capit. l. titu. 9. quæstio. 78. num. 13.

3 Circa hanc autem appellationem aduertendum est, appellationem propriè esse de minori Iudice ad maiorem, prouocationem, vt notant Summistæ, Goffred. & alij, in tit. de appellatio. & expresse gloss. in capit. Non putamus, in verbo, officiali. de consuetud. libro 6. vnde cum Romanus Pontifex supremum caput sit, & Princeps supremus spiritualis, meritò prohibita est huiusmodi appellatio à sententijs, & mandatis Summi Ponficis, tanquam aliquid absonum, & substantia ipsius appellationis prorsus alienum. Hinc in iure ciuili prohibitum est, ne quis à principe, vel à Senatu in rebus sæcularibus appellet, l. prima. ff. à quibus appellare non licet. Idemq; à diuersis Summis Pontificibus prohibitum esse legimus, vt ab Innocentio in capitulo Nemo, & à Symacho Papa in cap. Aliorum, & ab Antero, in capit. Facta, & Gelasio Papa in capit. Ipsi sunt Canones, & capit. Cuncta per mundum, 9. quæstio. 3. Qui omnes Pontifices expresse docent illicitum esse à Romano Pontifice appellare. Sic etiam Pius Papa II. in quadam Congregatione Mantuana, de Consilio Cardinalium, & cunctorum Prælatorum, & omnium Diuini, & humani iuris interpretum Curiam Romanam tunc temporis sequentium, huiusmodi appellationes à sententijs Romani Pontificis efficacissimis, & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas, & detestabiles damnauit, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, & interdicti pœnis præcepit, ne qua persona cuiusuis dignitatis, siue etiam Vniuersitas, aut Collegium quouis quæsito colore ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis Summi Pontificis ad futurum Concilium prouocaret, vt habetur in Bulla incip. Execrabilis, quæ est 3. eiusdem in ordine, anno 1459. 16. Calend. Febr. Pontificatus sui anno 2. Quam Pij II. Constitutionem, Iulius Papa II. in extrauagan. Suscepti regiminis. circa Annum Domini Millesimum quingentesimumquartum cōfirmauit, & eam extendit contra Reges, & Cardinales, Communitates, & Parlamenta, & contra omnes ad hoc præstantes consilium, auxilium, vel fauorem, etiam indirectè, vt Syluestr. verbo, excommunicatio, 7. in fine, Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 25. & Martin. Ledesm. vbi supra, tradunt. Quæ constitutio licet in iure posita fuerat, (est enim constitutio decima eiusdem in ordine,) nostris tamen temporibus solum a tempore scilicet Pij V. in Bulla Cenæ, posita fuit, siquidem in Bulla Cenæ, quæ habetur apud Martinum Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. pagin. 356. non habetur, & fauet Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 58. vbi ait, tunc primum insertam esse Bullis Cenæ. Quo loquendi modo noluit significare a Gregorio XIII. cuius Bullam ipse exponit, primo omnium in Bulla Cenæ positam fuisse, cum habeatur etiam in Bullis Pij V. sed solum dicere voluit, nostra ætate Bullis Cenæ fuisse insertam. Vnde Cardinalis Toletus in explicatione Bullæ Cenæ, §. nono, in fine, docet, hāc excommunicationem Bullæ insertam fuisse à Pio V. tempore, quo ille Bullam Cenæ explicaret, & §. decimo, ait, excommunicationem hanc latam fuisse à Pio. II. & confirmatam à Iulio II. non tamen fuisse tunc reseruatam, tempore autem Pij. V. reseruatam fuisse occasione quarundam Monacharum in Hispania, quæ tunc temporis consilio cuiusdam aduocati ad Concilium appellarunt.

4 Vt autem in excommunicationem hanc quis incidat, necessariò requiritur hoc vnum, scilicet, vt appellatio hæc interponatur à sententijs Romani Pontificis; vnde non sufficit appellatio à Concilio ad Summum Pontificem, neq. appellatio ab alio aliquo Episcopo ad futurum Concilium. Addunt recentiores quidam hoc secundum, scilicet, vt appellatio fiat ad Concilium futurum Generale, ita vt non in eam incurrit, qui appellat ad aliquod Cōcilium Prouinciale futurum, aut præsens; sed nec qui appellat ad Concilium generale præsens, non futurum, id quod ex verbis Bullæ colligi putant, maxime cum pœnæ restringendæ sint, non ampliandæ, c. odia. de reg. iur. lib. 6. qui tamen authores non idcirco putant Concilium

Gene-

Generale præsens, aut Concil. prouinc. futurum, aut præsens supra Papam esse; aut licitum esse à sententijs Summi Pontificis ad Concilium Generale præsens, aut ad Concilium prouinciale tam præsens, quam futurum appellare, hoc enim non modo falsum, sed etiam minus tutum in fide esset, cum Romanus Pontifex totius Ecclesiæ pastor, caput, & iudex sit, hoc est supra vniuersam ecclesiam, & supra Concilium generale sit, ita vt nullum in terris supra se iudicium agnoscat, & vt Paschalis Papa docet, prout habetur in cap. significasti. de elect. *omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & facta sunt, & robur acceptunt.* Vnde cum appellatio fit semper a minore ad maiorem, vtique a Concilio non solum Prouinciali, sed etiam Generali ad Papam appellatur, non contra, vt ex Gelasio in epist. ad Episcopos Dardaniæ manifestum est. *Ad sedem*, inquit, *Apostolorum de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemini est appellare permissum.* Non igitur negant hi authores Papam supra quæcunque Concilia tam Prouincialia, quam Generalia esse, sed solum negare volunt ex vi verborum Bullæ incurrere excommunicationem, qui a Papa ad Concilium Generale præsens, aut ad Prouinciale præsens, vel futurum appellaret, cum verba Bullæ Cenæ de sola appellatione a sententijs Summi Pontificis ad futurum Generale Concilium mentionem faciant, in pœnis autem stricta interpretatio facienda est. Id quod a me dictum est, non vt sententiam eorum defendam, sed vt sensum eorum sano modo exponam, siquidem non desunt, qui sensum eorum alio modo interpretari conentur, & etiam opinionem eorum falsam esse arbitrentur, existimantes, quod si excommunicatus sit, qui a Papa ad Concilium generale futurum appellat, ita etiam qui ad Concilium generale præsens, & a fortiori, qui ad prouinciale præsens, vel futurum appellaret, quorum sententia, an vera sit, necne, (de qua re latius alio in loco disputabimus) ex Bullæ verbis non satis efficaciter colligitur, sicut nec contraria opinio ex ipsis Bullæ verbis refelli posse videtur. Ideo autem Summus Pontifex, ad futurum Concilium generale a suis sententijs appellantes excommunicat, qui tales quia schisma in Ecclesia inducere videntur, & quia hic casus frequentior in Praxi apud malos, & inobedientes esse solet.

5 Personarum autem, quæ in hoc Canone continentur quædam sunt principales quædam verò accessoriæ. Principales sunt omnes, & singulæ personæ particulares cuiuscunque gradus, dignitatis, status, & conditionis sint, & hæ omnes excommunicantur; Item, Vniuersitates, Collegia, Capitula, & Communitates, & istis imponitur interdictum.

6 Accessoriæ vero sunt dantes auxilium, & fauorem, quæ excommunicationem non incurrunt, nisi subsequatur appellatio, ex Nauar. in Manuali, in cap. 27. numero quinquagesimooctauo, & Sebastian. Medice, vbi supra. Quo loco existimat etiam consulentes prædictam appellationem in hoc Canone comprehendi, quia consilium est quoddam genus auxilij, & fauoris, argumen. l. quod fauore. C. de legibus. Alij tamen, inter quos est Alphonsus Viualdus, in expositione Bullæ cenæ, numero 18. & mea sententia verius docent, non comprehendi, tum quia pœnæ non sunt vltra proprios casus extendendæ, tum quia quando Pontifex vult comprehendere etiam dantes consilium, illos explicare solet, vt constat ex canonibus septimo, decimo, vndecimo, duodecimo, decimoquarto, decimosexto, decimooctauo, & vigesimo; tum quia nudum consilium proprie nec auxilium, nec fauor est, quia consilium iuuat aliquem ab intrinseco dirigendo rationem eius, vnde est opus quoddam spirituale pertinens ad directionem ipsius intellectus, fauor autem, & auxilium solum dirigunt ab extrinseco, & sunt actus exteriores proprie loquendo. in pœnis autem facienda est stricta interpretatio, argum. ca. odia. de reg. iur. lib. 6. sictamen consulens per extrauagan. prædictam Iulij Secundi excommunicatur, vt Alphons. Viualdus, vbi supra anotauit.

De Piratis, & eorum receptatoribus, & fautoribus, Cap. VII.

SVMMA.

1 *Piratæ, eorumque receptatores, & fautores in Bulla excommunicantur.*
2 *Piratæ tum in recentioribus, tum etiam in antiquioribus Bullis comprehenduntur.*
3 *Piratæ nomen quid significet.*
4 *Pirata quis proprie censendus sit.*
5 *Pirata, vt excommunicationem Bullæ cenæ incurrat, quas actiones exercere debeat.*
6 *Nauigans negociandi gratia, & aliquid furtim surripiens, aut in fluminibus prædas faciens, excommunicationem Bullæ cenæ non incurrit.*
7 *Personæ accessoriæ in tertia excommunicatione Bullæ cenæ contentæ, quæ, & quot sint.*
8 *Christiani ab infidelibus capti, & in nauibus piraticis infidelium contra fideles pugnantes, an censuras Bullæ cenæ incurrant.*
9 *Deprædantes infideles, aut hæreticos excommunicationem Bullæ Cenæ non incurrunt.*

1 Excommunicatio Tertia fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipue a Monte Argentario, vsque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

2 Canonis huius materia, vt notat Caiet. Summa verbo, excommunicatio, cap. 18. est latrocinium marinum. & est vna earum excommunicationum, quæ antiquitus in Bulla cenæ ante tempora Clementis Papæ V. ponebantur, vt docet glos. in Clemen. 1. in verbo, generales, & iudicijs, & habetur etiam in processu Bullæ Cenæ Martini V. apud S. Antonin. 3. parte, titul. 25. capit. 72. & antea etiam excommunicabatur in iure, vt habetur in capit. excommunicationi, de raptor. Tunc autem solum excommunicabantur piratæ, postea vero a recentioribus Romanis Pontificibus additi sunt cursarij, latrunculi maritimi, vt patet ex Bulla Iulij Papæ II. Gregorij XIII. & aliorum recentiorum Pontificum, & eorum receptatores, & eis scienter auxilium dantes, vel fauorem, & defensores eorum.

3 Quoad personas autem, vt notat Caiet. & sauent Syluestr. verbo, excommunicatio. 7. num. 55. in excommunicatione 20. versic. primo dubitatur, & Tabiena, verbo excommunicatio, 5. casu 25. versi. quarto, eorum genus nominatur diuersis nominibus, piratæ enim communiter dicuntur cursarij, & quamuis latrunculi maritimi dicantur parui piratæ, hoc tamen loco simpliciter significatur hoc nomine omnis latro marinus, vnde quicunque deprædatur in mari, siue semel, siue sæpius, bello non indicto, comprehenduntur sub hac excommunicatione, siue in verbo, piratæ, siue in verbo, latrunculi. vnde omne genus latrunculorum maritimorum in hoc Canone

none continetur, quocunque nomine apellentur.

4 Qui vero piratæ sint, non ita consentiunt Authores; nam Angelica, in verbo; pirata, docet omnes prædantes in mari, vel in flumine esse piratas, argumen. Authent. Nauigia; C. de furtis, cum hac tamen differentia, quod, qui deprædatur in mari sine bello insto, sit excommunicat. in Bulla cenæ, non autem qui deprædatur in fluminibus, quia dicitur in Bulla, [Maritimi] Alij vero vt Rosella, & Syluest. & Tabiena, vbi supra, & Cardinal. Toletus in explicatione Bullæ Cenæ, §. 2. docent non esse piratam simpliciter dicendum, qui deprædatur in mari, sed necessarias esse tres conditiones, vt quis proprie pirata dicatur, & sit.

Vna est, differentia in spoliando, vt scilicet non intendat spoliando, determinatæ nationis, sed omnium nationum indifferenter, vnde si Ianuenses haberent iniustum bellum contra Florentinos, & illos deprædarentur cum galeis, &c. non sunt piratæ, nisi ad alios se extendant indifferenter; & patet ex communi locutione, communiter enim dicuntur piratæ cursarij, qui vndique discurrunt per mare deprædando non aliquam nationem determinatam, sed modo hanc, modo illam.

Secunda est, vt habeat principalem intentionem deprædandi, vnde si aliqui nauigarent principaliter pro exercendis suis negocijs, & casu aliquo præter intentionem principalem spoliare vellent omnes Venetos, non dicentur piratæ.

Tertia est, vt non sit bellum indictum, si enim bellum indictum sit, quamuis iniustũ, non est pirata, sed quando absque titulo belli iusti, vel iniusti deprædatur, & hæc videtur communis sententia contra Angelicam, vbi supra, quia cum simus in pœnis, proprie, & stricte accipi debent.

5 Quoad actiones vero; licet nulla in particulari posita sit in Bulla Clementis VIII. vt constat, in illa tamen Gregorij XIII. quam explicat Nauar. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, numero quinquagesimonono, & in illa Iulij Papæ secundi apud Caietanum, in verbo, excomm. ca. decimooctauo, & Mart. Ledesm. 2. 4. quæstione vigesimasexta, art. 2. pag. 356. quatuor actiones numerantur, nimirum [deprædari, mutilare, interficere, & rebus, & bonis spoliare eos, qui in mari nauigant,] quæ actiones subintelliguntur etiam in hac Bulla. Debent tamen hæ actiones fieri ad hoc, vt locum habeat excommunicatio hæc; vnde si quis ingrederetur mare cũ intentione deprædandi, occidendi, &c. si tamen non exequatur aliquam illarum actionum, non incurrit excommunicationem: quia non excommunicantur hic piratæ, & cursarij absolutè, sed in ordine ad actiones illas, & ideo nulla secuta actione non incurrunt excommunicationem, quod ante Bullam Clementis VIII. erat certum, cum in illis expressæ fuerant actiones prædictæ. Nunc vero res magis dubia est, cum actionibus illis prætermissis, excommunicentur huiusmodi piratæ discurrentes per mare, nihilominus tamen probabilius est non incurrere, etiamsi intentione deprædandi, aut occidendi ingrediantur mare armatis, si re ipsa aliquam actionum prædictarum non exequantur cum excommunicatio non nisi ob actum externum commissum feratur, ex Caietano in verbo, excommunicatio, in principio, Martino Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. articulo secundo, pag. 354. colum. 3. & commun. DD. sententia.

6 Sed neque etiam in huius censuram Canonis incidit quisquam executione qualicunque harum actionum: si enim negociandi gratia aliquis nauigaret, prout faciunt communiter nautę, & exorta inter eos rixa aliquem occidant, etiamsi deliberate, & post aliquod tempus, aut qui in mari, in quo vehitur, aliquid furtim surriperet, non incurreret excõmmunicationem, quia hic non excommunicantur simplices fures, & homicidę simplices, sed piratę, & latrones, sed neque etiã, qui in fluminibus deprędaretur excommunicationem Bullę incurreret, dummodo principaliter in fluminibus deprędetur, vt colligi potest ex voce illa [Maritimi] qua voce significatur deprędationem, occisionem, aut aliquam aliarum actionum fieri debere in mari, ad hoc, vt excommunicatio hęc locum habeat, vt Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero quinquagesimonono, vers. Tertia, & Sebast. Medices, parte 2. Summę, tit. 9. quęst. septuagesimaoctaua, numero 151. annotarunt; quamuis negandum non sit, quin si quis principaliter ingrediatur mare, & dum nauigat per mare, ad breue aliquod tempus, vel aquandi causa, vel aliqua alia de causa ad litus appelleret, & ibi deprędaretur, mutilaret, vel occideret, &c. censuram hãc incurreret, quia talis vere, & proprie principaliter in mari nauigare censetur.

7 Personæ vero accessoriæ sunt tres, scilicet fautores, receptatores, & defensores huiusmodi piratarum, & latrũculorum maritimorum, quod intelligendum est, dummodo scienter hæc faciant. Et quamuis Nauarr. in Man. capite vigesimoseptimo, numero quinquagesimonono. Et Sebastian. Medices vbi supra, velint etiam comprehẽdi consulentes, nihilominus tamen probabilior opinio est, eos non contineri, iuxta ea, quæ in fine superioris capitis dicta sunt.

8 Duo tamẽ notãda sunt circa Canonis huius intelligentiam, vnum est, An Christiani, qui ab infidelibus capti sunt, excommunicationem hanc Bullæ cenæ incurrant, si in nauibus piraticis infidelium contra Christianos versentur. Alterum est. An deprædantes infideles censuram istam incurrant.

Quoad primũ dubiũ dicendũ est, si tales coacte remigãt, quamuis vt plurimũ peccent mortaliter ita remigando contra fideles, & cooperando ad huiusmodi deprædationem, mutilationem, & occisionem fidelium, ex Nauar. in capit. ita quorundam, notab. 11. nume. 19. & numero vndecimo, & numero decimoquarto, de Iudęis, & in Manuali, capite vigesimoseptimo, numero sexagesimotertio, versic. Septima, & Consil. 31. de sent. excommunication. adhuc tamen probabile mihi est, etiam tunc quando remigando peccant mortaliter, in excommunicationem hanc non incidere. Ratio quę me mouet, hęc est: quia peccati mortalis ratio ex iure naturę dependet, ratio vero censurę ex iure humano, desumitur; ius verò naturę obligat etiam cum euidenti, & certo periculo vitę, ius autem humanum ex sua natura cum tali mortis periculo, vt plurimum, & communiter non obligat, cui consequens est, quod licet hi remigando contra ius naturę, mortaliter peccent; excommunicationem tamen hanc, quę est iuris humani, non incurrunt. Non enim credendum est Ecclesiam, quę pia, & misericos mater est, paũperes istos captiuos cum tali periculo mortis excommunicare velle, cum ad solam vitę conseruationem remigare cẽseantur, alioquin ab infidelibus occidendi; & hoc tandem fatetur Nauar. in d. notab. 11. numero decimooctauo, versic. tertium, & in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero sexagesimotertio, versic. Septima, & consil. 31. de sentent. excommunicat. immo etiam Card. Toletus in explicatione Bullæ cenæ. §. quinto, in fine, in eandem sententiam inclinat. Sin verò tales sint, vt non coacti, sed tamquam spontanei hoc faciant, vt sunt ij, qui gubernationem in ipsis nauibus infidelium exercent, tunc quidem excommunicationem proculdubio incurrunt, cum gubernationis officium communiter voluntarium potius sit, quam coactum.

9 Quod vero ad posterius dubium attinet, dicendum est eos solos excommunicationem hanc incurrere, qui piraticam hanc artem contra Catholicos, & fideles exercent, & huic plurimum fauet capit. Excommunicationi. de raptor. vbi mentio fit Christianorum tantum, hoc est, eorum, qui Christianos deprædantur, rebusque suis spoliant. Vnde Piratæ Christiani deprædantes naues

infidelium,

infidelium, non excommunicatur, vt expressè docet Cardinal. Toletus, in expos. Bullæ Cenæ, §. 2. in fine, cum credibile non sit Ecclesiam, infideles sub tam graui censura protegere velle. Immò probabile omnino est neque hæreticos, eos maximè, qui Catholicis infesti sunt, quales sunt hoc tempore Angliæ, ac Flandriæ hæretici, hoc Canone protegi, æquum enim non est, vt qui Ecclesiam totis viribus oppugnant, Ecclesiæ spiritualibus armis defendantur, vt in simili tradit Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cenæ, num. 30.

De rapientibus bona Christianorum naufragantium. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Rapiens bona Christianorum naufragantium in Bullam cenæ incidunt.*
2 *Excommunicationem quartam Bullæ cenæ, vt quis incurrat, quas actiones exercere debeat.*
3 *Raptus actio est per se simpliciter mala, & prohibita.*
4 *Proiecta, aut in litore inuenta retinens, an, & quando excommunicationem incurrat.*
5 *Naufragantium bonis iure Ciuili prouisum est, & vbi.*
6 *Naufragantium bonis iure Canonico prouisum, et etiam Bulla cenæ.*
7 *Naufragantium infidelium bona auferens, excommunicationem Bullæ cenæ non incurrit.*
8 *Bona derelicta à quocunque licitè vsurpari possunt, & quæ pro talibus habenda sint.*
9 *Proiecta in mare vi tempestatis, quando pro derelictis habenda sint.*

1 EXcommunicatio Quarta fertur in hæc verba;

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate, seu in transuersum, vt dici solet, iactatis, vel quoquomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quam in ceteris cuiuscumque maris regionibus, & littoribus surripuerint. Ita vt nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

2 Materia huius Canonis, vt notat Caietanus, verbo excommunicatio, cap. 23. est latrocinium, furtum, seu rapina bonorum Christianorum naufragantium, & quoad personas vniuersalis est. Quoad actiones verò vnam ponit, scilicet, surripere huiusmodi bona, in Bulla vero Gregorij XIII. quam explicat Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 60. expressę sunt duæ actiones, scilicet, Rapere, & ab alijs rapta, scienter recipere.

3 Circa primam vero actionem, quæ est surripere, quamuis Caietan. vbi supra, & eum secutus Nauar. in Man. c. 27. numero 118. dicant ad excommunicationem hanc incurrendam non sufficere, quod quis rapiat illa bona, cum mora restituendi; mihi tamen verior videtur, immò & certa contraria sententia ex solo raptu huiusmodi bonorum incurri excommunicationem; si quidem rapere actio est per se simpliciter mala, vnde in hac Bulla Clement. VIII. simpliciter, & absolute per illam fertur excommunicatio, nulla facta mentione moræ retentionis, vnde eo ipso, quod quis huiusmodi bona rapit, excommunicationem incurrit.

4 An vero excommunicatus sit, qui non rapit ipsa bona, sed postquam proiecta sunt, aut in litore inuenta, retinet sibi? Respondeo, eum qui reciperet, ac retineret bona huiusmodi ad solum vsum ad tempus non incidere in censuram excommunicationis, duabus his conditionibus concurrentibus, quarum vna est, quando dominus rei acceptæ non scitur, aut si sciatur, absens sit; altera est; si is, qui rem illam accipit, probabiliter speret dominum rem illam non habere pro derelicta, sed illam repetiturum, & pro ea missurum habita notitia rei acceptæ, & ipse interim animum habeat rem illam restituendi vero domino sine vlla deterioratione, & satisfaciendi de deterioratione, si aliquam fecerit culpa sua. Ratio est: quia in hoc casu nullum damnum patitur dominus, nec vlla ei fit iniuria, sed potius vtilitatem, & commodum inde consequitur, dum res saluas recuperet; & si hoc solum voluerunt Caietan. & Nauarr. vbi supra, non male senserunt, sin vero res, & bona huiusmodi reciperat cum intentione retinendi ea, & in vsum, & commodum proprium conuertendi, vere excommunicationis censuram incurrit, quia retinere, aut recipere rem alienam solum ad proprium vsum inuito domino, etiamsi non intendat acquirere dominium ipsius rei, furtum est, l. 1. ff. de furtis, & ideo sufficiens materia excommunicationis, vt constat, & expressè tradit Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 31. & 32. & numero 33. vbi affirmat, quod licet olim per Bullam Gregor. XIII. similem excommunicationem incurrebat tertius accipiens talia bona ab ipso surripiente, de naui, vel litore, prout colligitur ex illis verbis in Bulla Gregor. XIII. contentis. *Qui scienter sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint*, per hanc tamen Bullam Clemen. VIII. vt constat, talis excommunicatio maior ad tertiam personam non extenditur; quamuis cognito domino nauis, vel rerum ablatarum, tertia illa persona rem a surripiente acceptam, vel emptam restituere teneatur, iuxta ea, quæ de restitutione rei bona, vel mala fide possessæ, latius in materia restitutionis dicemus.

5 Secundum autem est, tam iure Ciuili, quam iure Canonico prouisum esse bonis naufragantium: iure ciuili quidem l. 1. 2. & 3. ff. de incend. ruina, & naufrag. & lege in eum, & l. idem, & authent. naugia. C. de furt. vbi etiam abrogatur omnis contraria consuetudo; & constituitur simul publicano bonorum contra huiusmodi delinquentes, vbi in authen. citata excipiuntur duo casus. Primus est, si naues quæ naufragium passæ sunt, infidelium sint. Secundus est, si sint naues piraticæ, etiam fidelium.

6 Iure verò Canonico eisdē etiam bonis sufficienter prouisum est, tum in ea. excommunicationi. de raptor. tum in Bulla cenæ, vbi in vtrisque locis prouidetur duob. modis illis bonis, quę per mare vehuntur; primo quidem, quamdiu bona illa salua sunt in ipsis nauibus quoquomodo, prouidetur illis in d. capitulo excommunicanoni, de rapt. in prima parte illius capitis, & in canone Bullæ cenæ. Secundo, quando bona naufragium passa sunt, vel in nauibus, vel extra proiecta sint in mare, vel in litus, prouisum est illis bonis in secunda parte d. cap. excōcanoni. §. illi etiam, & in Bulla cenę, in hoc Canone 4. vbi excommunicantur tam spoliantes, quam rapientes bona naufragantium, sed excommunicatio d. capit. excommunica-

nicationi, de raptor. non est reseruata; in Bulla verò cenæ reseruata est a tempore Pij V. habetur enim in Bullis Pij V. Gregorij XIII. & Summorum Pontificum subsequentium. Quibus addo, quod primus ille casus, qui exceptus est in iure ciuili in authen. nauigia. de furtis, in Bullis etiam Cenæ Domini exceptus est, vt ex verbis ipsius Bullæ constat, vbi proteguntur solum bona Christianorum. Secundus casus etiam excipiebatur in Bulla Pij V. non tamen in Bullis Gregorij XIII. Sixti V. aut Clementis VIII. vnde dubium est, an hanc Bullam iuxta iura ciuilia intelligere debeamus, maxime cum hic nulla fiat iuris Ciuilis derogatio, & quamuis probabile sit ita intelligi posse, consulenda tamen est Sedis Apostolicæ declaratio.

8 Aduertendum etiam est illud, quod de nauibus Christianorum in hoc canone dicitur, sic intelligendum esse,
vt non solum ratio nauium, quibus res deferuntur habenda sit, an scilicet sint Christianorum, vel infidelium; sed
etiam ratio ipsorum bonorum habenda est, an fidelium
7 fuerint, vel infidelium, siquidem si naues sint fidelium,
bona verò infidelium, auferendo bona naufragantium,
non incurritur excommunicatio; econtra vero si naues sint infidelium, & bona Christianorum sint, auferendo bona incurritur excõmunicatio, id quod ex verbis Bullæ, & legislatoris intentione colligitur; solum enim mentio fit rapientium bona Christianorum; & Summi Pontificis intentio est, vt bonis fidelium prouideatur. Cuius sententiæ etiam est Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cenæ, num. 29. qui numero 30. eandem rationem esse docet hæreticorum baptizatorum, vel Christianorum, qui fidem Christi negantes facti sunt Turcæ, talium enim bona rapientes, non sunt excommunicati, ob identitatem mentis legislatoris.

Adeo autem huiusmodi bonis naufragantium in hoc Canone Summus Pontifex prouidere voluit, vt omnia Priuilegia, Leges, Consuetudines, possessiones etiam longissimi temporis, reuocet, & annullet. Vnde Principes, qui leges de confiscatione bonorum naufragnrum constituunt, nullo modo excusari possunt, cum tales leges corruptiones sint potius legum, & bonorum morum & contra omnem æquitatem latæ, quia afflictio non est addenda afflicto, vt rectè Palud. 4. distinct. 18. quæst. 3. ar. 4. §. sequitur de casibus, vers. sic. tertius. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 25. num. 4. §. tertio. Caiet. verbo, excommunicato, cap. 25. in fine, & Nau. in Man. cap. 27. num. 118. annotarunt; immo in capitulo excommunicationi, & ibi glos. in verbo, regulam fidei, de raptor. tales regulæ fidei aduersari dicuntur, cum secundum fidei regulam *proximum sicut nosipsos diligere teneamur*. Matth. 22. Vnde non excusantur Principes huiusmodi bona accipientes, nisi accipiant cum intentione reddendi ea veris dominis, quandocunque compareant, quibus non comparentibus in pios vsus distribuant, vel de consilio Episcopi fisco addere possunt ad defensionem potius, vt Paludan. & Tabiena tradunt. Nec valet excusatio, quod in naufragio merces proijciens eas pro derelictis habeat, & sic nullius hominis sint, & propter hoc occupanti concedantur; quia ille nunquam eas pro derelictis habuisset, si reinuenire se posse sperasset, vt præfati authores vbi supra, testantur.

8 Hæc autem, quæ diximus, vera sunt, dummodo bona illa verè pro derelictis non habeantur; siquidem bona derelicta, etiamsi ex tempestate proiecta, aut dilapsa sint, a quocunque licitè vsurpari possunt; talia verò censentur ea, quæ dominus ea mente abiecit, vt nolit illa esse in numero rerum suarum, vt habetur in §. fin. Institut. de rerum diuisione; vbi gloss. notat duobus modis posse dominum hac mente bona sua proijcere; primus est per actum propriæ voluntatis, quando scilicet ea intentione actuali bona sua abijcit, vt nolit amplius esse sua; secundus est interpretatione iuris, quomodo in l. vn. C. de lat. lib. toll. §. sed scimus. dicitur, quod is, *qui seruum ægritudine periclitantem è domo sua publice eiecit, nec ipse eum procurat, nec alteri commendat, &c.* talis, inquit, iuris interpretatione seruum abiecisse dicitur animo derelinquendi, vnde si casu aliquo seruus ille sanus euadat, liber efficitur.

9 Proiecta verò in mari vi tempestatis aliquando pro derelictis haberi certum est, quando autem habeantur, id valde difficile est iudicare. Potest tamen hoc ex quadruplici coniectura colligi; prima est ex ipsa re, eiusque natura, & conditione desumenda, si enim talis sit, quæ statim in mari peritura sit, pro derelicta haberi debet; vt verbi gratia si proijciat in mare vasa plena saccaro; Item si in altum mare proijciantur metalla, quæ propter grauitatẽ tendunt ad profundũ, accipi possunt pro derelictis, quia recuperari non possunt, l. falsus. ff. de furtis. Secunda desumitur ex modo proijciendi; qui enim proijcit librum apertum in mare, censetur illum animo derelinquendi proiecisse, secus si clausum, aut pannis inuolutum proiecisset, ex gloss. in d. capitulo falsus. §. fin. in verbo plerumque, & gloss. in l. qua ratione, ff. de acquir. rerum domin. & Panorm. in cap. cum dilecti, numero 11. de accus. Tertia est, si dominus rei post illam proiectam tacet, & neque per se, neque per alium illam quærit; sic Federic. consilio 17. & Angelica, in verbo, inuenta, in princ. & Siluest. in verbo, inuenta, quæst. 1. vers. tertium. & verbo, naufragium, in fine, & hoc colligitur ex l. qui alleuiandæ, ff. ad leg. Rod. de iactu, vbi lex illa imponit necessitatem statim perquirendi res amissas, alioquin præsumitur habitas pro derelictis. Quarta est, si res illa proijcitur in mare extra præsens periculum grauis tempestatis; cum enim in hoc casu necessitas non vrgeat ad proijciendum, præsumitur animo derelinquendi proiecisse. De qua re plura legi possunt apud authores citatos: hæc interim pro excommunicationis quartæ Bullæ Cenæ explicatione dicta sufficiant.

Contra imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes. Cap. IX.

S V M M A.

1 *Imponentes noua pedagia, vel gabellas, aut eas augentes excommunicantur.*

2 *Excommunicatio quinta Bullæ Cenæ contra imponentes noua pedagia lata, quas personas, & actiones contineat.*

3 *Excommunicatio contra gabellas nouas lata, quantæ antiquitatis sit.*

4 *Pedagium vnde sic dictum, & quid proprie sit?*

5 *Pedagia personis ecclesiasticis sine Summi Pontificis licentia licitè imponi non possunt.*

6 *Pedagia, vel gabellæ de rebus, quæ causa negociationis, vel mercaturæ deferuntur, imponi licitè possunt.*

7 *Pedagia noua, aut gabellas imponentes, vel augentes, quinam excommunicationem Bullæ Cenæ incurrant.*

8 *Exigentes quinam censeri debeant; & quid proprie sit exigere.*

9 *Inuitus pedagia, vel gabellas soluere quis dicatur.*

10 *Imponentes taxas, talias, præstantias, & alia similia onera, excommunicationem Bullæ Cenæ non incurrunt.*

11 *Pedagia licita à personis prohibitis exigens, in excommunicationem Bullæ Cenæ non incidit.*

Peda-

12 *Pedagia noua quæ propriè censenda.*
13 *Pedagia noua, vel gabellas imponere quinam potestatem habeant.*
14 *Imperator pedagia noua licitè imponere potest.*
15 *Reges omnes in suis regnis licitè pedagia noua imponere possunt.*
16 *Papa, & Concilium generale gabellas de nouo imponere possunt.*
17 *Consuetudo præscripta potestatem imponendi pedagia, & gabellas dare potest.*
18 *Pedagia noua quilibet supremus Princeps superiorem, ad quem de eius sententijs appelletur, non recognoscēs imponere licitè potest.*
19 *Respublica libera merum, & mixtum imperium habens, imponere potest gabellas, & pedagia noua.*
20 *Pedagia noua, & gabellas quinam Duces, & Barones sine Papæ Imperatoris aut Regis licentia imponere nequeant.*

1 EXcommunicatio Secunda fertur in hæc verba.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi a iure, seu ex speciali sedis Apostolicæ licentia permissis imponant, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

2 Canonis istius materia, ex Caiet. in Summa, verb. excommunicatio, cap. 71. est libertas humana ab oppressione illicitarum gabellarum; & quoad personas, est vniuersalis; quoad actiones, tres actiones ligat; prima est imponere noua pedagia, & gabellas, sine licentia, & auctoritate; secunda est, augere pedagia, & gabellas sine licentia; tertia est exigere pedagia prohibita, seu gabellas prohibitas imponi, vel augeri, & omnes tres sunt actiones principales.

3 Quæ excommunicatio antiquitus in Bulla cenæ posita fuit, vt colligitur ex glo. in clemen. 1. in verbo, generales, de iudicijs. & in Bulla Martini V. apud S. Anton. 3. par. tit. 23. cap. 72. & in Bulla Iulij II. apud Caiet. vbi supra, & Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 356. reperitur & in omnibus Bullis summorum Pontificum recentiorum, sed in Bulla Martini V. excommunicabantur solum imponentes noua pedagia, & in bulla Iulij II. excommunicati solum erant imponentes noua pedagia, & exigentes pedagia prohibita; postea verò in alijs bullis recentioribus additum est, vel augent ea pedagia, seu augeri prohibita exigunt; & merito, quia non solum iniustitia, & iniquitas est pedagia noua, & gabellas imponere, sed et ea augere, quia ratio huius prohibitionis est, ne domini exhauriant pecuniam subditorum, quod neque per augmentum antiqui pedagij, neque per impositionem noui æqualis dicto augmento fieri debet. ex Summa Angelica, in verbo, pedagium, numero sexto, Syluestr. varbo, excommunicatio septima, numero quinquagesimoquarto, excommunicatione 19. & Tabiena, in verbo, pedagia, numero septimo, §. sexto, & Card. Toleto, in explicatione Bullę Cenæ, §. 3. dubio 3. & Sebastiano Medice, in Summa, de peccat. capital. titulo nono, quæstione septuagemaocta ua num. 86.

4 Est autem pedagium a pede dictum, quia datur a transeuntibus in locis constitutis a Principe, vel ab eo, qui super hoc auctoritatem habet, ex gloss. in capit. super quibusdam, in verbo, pedagia, de verbor. signific. & Syluest. verbo, gabella, numero 3. versi. quarto, & Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 19. numero primo, & verbo, pedagia, in princip. Cardinali Toleto in explicatione Bullæ Cenæ, §. 3. dub. 1. Vocatur autem propriè tributum, quod accipitur pro transitu viarum, aut pro mercibus inuectis, & solui solet pro fabrica, seu conseruatione pontium, aut nauium ad transferendum, vel etiam pro aptatione viarum, & idem fere significat Gabella, seu Duana, & hoc in loco accipiuntur vtraque, prout significant quodcunque tributum, quod imponitur pro transitu viarum, aut pro mercibus inuectis.

Dubium autem est, quænam impositio, seu augmentatio pedagiorum, seu Gabellarum prohibita sit in hoc canone: pro cuius intelligentia sciendum est triplici ex capite pedagia posse esse iniusta.

Primo, ex parte personarum, quibus imponuntur, &
5 sic non licet personis Ecclesiasticis huiusmodi tributa imponere sine licentia Summi Pontificis, & imposita sunt iniusta, & sic certum est huiusmodi pedagia, quamuis illicite imponantur illis, non tamen hoc canone, sed excommunicatione 58. prohiberi.

6 Secundo ex parte materiæ, seu rei, propter quam imponuntur, & sic solum licet imponere de his rebus, quæ causa negociationis, vel mercaturæ deferuntur, l. omnium, C. de vectigal. vnde de his, quæ quis facit portare pro necessitate ad vsum suæ vitæ, & familiæ, non potest imponi, aut exigi pedagium, seu gabella, nec valet consuetudo in contrarium, secundum Hostiens. & Bernar. in dicto cap. super quibusdam, de verb. signific. Angelica verbo, pedagium, num. 3. Tabie. verb. eod. num. 4. §. tertio, & Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 71. Imò l. vniuersi, C. de vectig. vult, quod decapitetur, qui de reb. ad proprium vsum, vel gratia iuris colendi, vel ad se defendendum emptis, vel delatis exigit pedagium, vnde in his fraudantes non peccant ex Panorm. in c. innouamus, nu. 5. de censib. & S. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 13. §. vlt. Summa Angelica, & Tabiena supra, qui tamen omnes addunt, quod pedagium aliquando dicitur collecta, quæ imponi potest super huiusmodi in suos subditos, & sic tales non licitè fraudant, quādo ex legitima causa imponitur, extranei autem, & forenses licite defraudant, seu non soluunt, ex quo non legitimè fuit impositū respectu eorū. Et quamuis aliqui velint huiusmodi pedagiorum, aut gabellarum impositionem, vel augmentationem in hoc Canone prohiberi, alij tamen tectius docent, non excommunicari imponentes, vel augentes, & etiam exigentes ex hoc capite, prout manifeste satis ipsius Bullæ verbis colligitur.

7 Tertiò ex parte ipsius causæ efficiētis, hoc est, personæ imponentis, non enim cuicunque licitum est in terris suis noua pedagia, aut gabellas nouas imponere. Solum igitur illi, qui non habens auctoritatem imponendi noua pedagia, aut gabellas, aut illas augendi, & eas imponunt, aut augent, vel exigunt, in hoc Canone excommunicantur, vt ex verbis Bullæ manifestum est; ex quo capite comprehendit omnes, siue dominos singulares, siue communitates, vniuersitates, &c. Quamuis enim excommunicatio vniuersitatem collectiue sumptam non liget, singulos tamen de vniuersitate, vel communitate culpabiles ligat, iuxta ea, quæ diximus lib. 1. cap. 8. num. 18.

Nomine verò *exigentium*, comprehenduntur tam ipsimet domini, & alij, quorum auctoritate fit exactio, & etiā hæres illa imponentis, quam conductores gabellarū & illorum ministri, qui ad portam ciuitatis, aut alio in loco designatu illas exigunt, & recipiunt, ex Nauarr. in Manuali, cap. 27. numero 61. vers. quarta, & Sebast. Medice, part. 2. tit. 9. quæst. 78. numero 86. Est autem exigere ab inuito, seu a volente soluere extorquere, gloss. iuncto textu in l. soluendo, ff. de negoc. gest. Caietan. verbo, excommunicatio, capit. trigesimonono, & cap. 71. & Nauar. in Manuali, cap. vigesimumsexto, numero 61. versiculo quarta, vnde is, cui aliquis inuitus soluit, incidit in hunc canonem. Dicitur autem inuitus soluere, qui vel Impe-

rio,

tio, vel minis, vel arrestatione bonorum, aut personæ inductus soluit, vt quando iubetur sistere, aut apprehenduntur res, donec soluat; Item inuitus, & nolens soluere dicitur ille, qui soluit, rogatus, quando rogatur soluere tanquam ex debito: vt Caietan. & Nauarr. vbi supra docent; Et denique qui vel asperitate verborum, & vultus, & aspectus, vel alio quouis modo male tractatus soluit, inuitus soluere censetur, rarus enim est, aut nullus, qui teste Caietan. sponte soluit. Qui verò à laicis huiusmodi probibitas gabellas, aut pedagia sponte soluentibus exigit, excommunicationem hanc non incurrit. ex Syluestr. verbo, excommunicatio, 7. numero 54. excommunicatione 19. & citat Paul. in Clemen. quoniam, de immunit. Tabiena, excommunicatio. 5. casu 49. numero 3. §. secundo, & Caietan. in Summa, verbo, excommunicatio, capit. 39. & ca. 71. & Cardin. Toletus in expositione Bullæ cenæ, §. 3. in fine, sed neque exigentes gabellas à Clericis excommunicationem istam incurrunt, quando gabellæ impositæ sunt sine Summi Pontificis licentia, dummodo clerici eas sponte soluunt, cum in hoc canone solum prohibita sit exactio gabellarum a laicis, vt diximus, aliam tamen excommunicationem, scilicet, decimamoctauam incurrunt, vt ibi latius dicemus.

10 Dubium vero esse potest, an imponentes alia onera præter pedagia, & gabellas, incurrant hanc excommunicationem; verbi gratia imponentes taxas, talias, præstantias, & alia similia onera? Respondeo, quicquid nonnulli velint, etiam imponentes huiusmodi onera hanc censuram incurrere: verior tamen est contraria sententia, quam sequitur Caietan. verbo, excommunicatio. capit. septuagesimo primo, quod imponentes nouas collectas, taxas &c. non incurrunt hunc canonem punientem imponentes noua pedagia, vel gabellas, aut augentes, & exigentes eas prohibitas imponi, vel augeri. Ratio est: quia pœnæ non sunt extendendæ vltra proprios casus, argum. cap. odia, de reg. iur. lib. 6. Hæc autem onera & fine, & institutione differunt à gabellis, & pedagijs, vt constat; nam pedagium propriè dicitur vectigal, seu tributum, quod imponitur, & soluitur pro transitu viarum, imponi solet pro fabrica, & conseruatione pontium, & aptatione viarum: gabella verò est tributum, quod pro mercibus vehendis, aut inuectis soluitur: Talia verò, Præstantia, Collecta, Taxa, & Impositio sunt idem, id est pretium, vel Summa, quæ soluitur à singulis subditis proportionaliter ad totam substantiam cuiusque, vt latius tradunt Syluestr. in verbo, Gabella, numero 3. & 4. Tabiena, verb. pedagia, in princip. post Hostiens. lib. 3. tit. de censib. §. ex quibus causis, Alphōsus Viualdus in Expositione Bullæ cenæ, numero 37. & alij in verb. gabella, in verbo, Pedagium, in verbo vectigal. & Panorm. in cap. innouamus, de censibus.

11 Notandum præterea est ex Caiet. in Summa, verbo, excommunicatio, cap. 71. Nauar. in Man. capit. 27. numero 61. versic. quinta, & Viualdo, in expositione Bullæ cenæ, numero 39. & Sebastiano Medice, vbi supra, numero 86. differentiam esse inter exigere pedagia simpliciter prohibita, id est, quæ nec à laicis, nec à Clericis iustè exigi possunt, & exigere pedagia non prohibita simpliciter, sed à personis prohibitis; qui enim exigit pedagia licita, sed à personis prohibitis puta priuilegiatis, siue illi priuilegiati sint Clerici, siue laici non incurrit hunc canonem, sed canonem decimumoctauum, quia non exigit pedagia prohibita, sed licita, quamuis ab his, qui non tenentur; at verò qui exigit pedagia in seipsis prohibita simpliciter exigi, tam à laicis, quā a Clericis, qualia sunt ea, quæ sine debita licentia, & auctoritate imposita sunt, excommunicationem huius canonis incurrit, vt ex verbis Bullæ colligitur.

12 Quibus adde ex Syluestro verbo, gabella, 3. numero 5. & numero 6. quod sicut noua pedagia illicitè imponuntur ab eo, qui non habet facultatem, ita etiam exiguntur illicitè, vt etiam verba Bullæ significant, Dicuntur autem noua, si imposita sint a tempore, cuius initio extat memoria, alias dicuntur antiqua, & iusta sunt, quia præsumuntur iustè imposita, solum autem prohibetur in hoc canone pedagia noua imponere, augere, vel exigere; Deinde aliud est noua pedagia imponere, aliud antiquitus imposita nouiter exigere: hoc secundum licitum est, nec hoc canone prohibitum; illud verò primum; & illicitum est, & præsenti canone prohibetur.

Quia verò non omnes imponentes noua pedagia in hoc
canone excommunicantur, sed illi solum, qui sine aucto-
ritate legitima id faciunt, dubium est, quinam sint qui hu-
13 iusmodi potestatem imponendi nouas gabellas, & peda-
gia habere censeantur, adeo, vt imponendo gabellas, aut
pedagia de nouo excommunicationem huius Bullæ non
incurrant? Cui respondetur ex capit. innouamus, & glo.
ibi, & Panorm. nu. 6. de censib. & ex c. super quibusdam,
& glo. ibi, & Panorm. nu. 4. de verb. signific. & Syluestr.
verbo, gabella, num. 2. & Tabiena, verbo pedagia, nu. 2.
§. 1. & Angelica, verbo, pedagium, in princip. Alphonso
Viualdo in expositione Bullæ, nu. 36. & Card. Toleto, in
explicatione Bullæ cenæ, §. tertio. quatuor esse persona-
rum genera, quæ huiusmodi pedagia, & gabellas impo-
nere possunt.

Primo quidem Imperator, vt constat ex l. vectigalia,
14 C. de vectigal. & commiss. quasi per totum, & d. ca. super
quibusdam.

Secundo, Reges, vt ex d. c. innouamus, & capit. super
15 quibusdam, constat. & quamuis Hostiens. ibi, & in Summa sua, tit. de verb. signific. §. Ex quibus, versic. actiones autem, in fine, quod ibi dicitur de Regibus, exponat solū de Regibus Romanorum, & eum sequitur Angelica, vbi supra, & facit text. in l. vectigalia. ff. de publicanis, qui post electionem ante coronationem non appellantur Imperatores, sed Reges Romanorum; vt tamē Panorm. in d. c. innouamus, num. 6. de censib. & ibi Innocent. Syluest. & Tabiena vbi supra notant, omnes Reges communiter in suis Regnis iura Imperatoris præscripserunt, & proinde hæc exercere possunt sicut Imperator, vt in simili notat Innoc. in capit. cum P. de fide instrum. sicut hodie obseruari videmus.

16 Tertio, Concilium Generale, vt habetur in dicto capitulo, super quibusdam, de verborum significatione, & cap. innouamus, de censibus. Et consequēter Papa in terris suis; & hoc est in terris tēporali dominio sibi subiectis, cum in illis supremus Rex, & Imperator sit, immò cum Papa præsit Concilio Generali, si Concilium Generale hoc potest, ergo & Papa hanc potestatem habet, cum Cōcilium Generale robur suum, & potestatem à Papa habeat, vt notatur in capit. significasti, de elect. Item potest Concilium Generale, & Papa Domino alicui temporali potestatem imponendi Gabellas in suo territorio concedere, & hoc in casu, in quo id pro bono spirituali necessarium esset; Immo potest Papa, & Concilium Generale examinare Gabellas Regum, & Principum, & de earum iustitia, vel iniustitia cognoscere, & permittere, vt vel de nouo imponant, vel gabellas impositas prohibere.

17 Quarto, qui hoc habent ex consuetudine antiqua, de qua non extat memoria in contrarium, vt in d. cap. super quibusdam. de verb. signific. & ibi glo. in verbo, non extat memoria. Panorm. ibi, Angel. Syluest. & Tabiena, vbi supra, talis enim consuetudo præscripta dat etiam facultatem imponendi pedagia, & gabellas, quicquid Bar. in l. 1. ff. de aqua plu. ar. & in l. vectigalia, ff. de publicanis, & in l. infamem, ff. de pub. iud. contradicat.

18 Præter hæc quatuor genera personarum; quarum expressa fit mentio in cap. super quibusdam, de verb. signifi. sunt alij, qui hanc potestatem habent: nam etiam quilibet

supremus Princeps non recognoscens superiorem, ad quem de eius sententijs appelletur, eandem potestatem imponendi noua pedagia & gabellas habet, vt colligitur ex vsibus feudorum, tit. quæ sint regalia, & facit, capitulo innouamus, de censibus. Ratio est: quia, cum hic supremus princeps sit, habet regalia, & supremam potestatem in ijs omnibus, quæ ad Reipub. gubernationem, & regimen necessaria sunt.

19 Deinde quælibet Respublica libera habens merum, & mixtum imperium, vt sunt Veneta, Ianuensis, Lucensis, & quælibet ciuitas tale imperium habens, & Duces, vt Dux Florentiæ, & alij multi Duces, qui ex se imperium habent, gabellas nouas imponere possunt. Ratio est: quia tota potestas supremorum Principum illis à Repub. tradita est; ergo multo magis hoc potest Respublica, quæ nulli subest, cum de iure naturæ sit, vt omnis Respublica illa possit, quæ ad eius conseruationem,
20 & gubernationem sunt necessaria. Vnde solum Duces illi, Marchiones, Comites, Barones, Domini, & alij qui huiusmodi non habent imperium, sine Sedis Apostolicæ licentia, aut Imperatoris, aut Regis pedagia noua, aut gabellas imponentes, augentes, aut imponi, vel augeri prohibita exigentes, huius canonis excommunicationem incurrunt.

Contra Falsificantes litteras Apostolicas. Cap. X.

S V M M A.

1 *Falsificantes litteras Apostolicas in Bulla Cenæ excommunicatur.*

2 *Excommunicatio sexta Bullæ Cenæ contra falsificantes litteras Apostolicas lata, quas personas, & actiones comprehendat.*

3 *Bulla Cenæ an personas, & actiones in Capit.* Ad falsariorum. *de crimine falsi contentas, comprehendat.*

4 *Cap.* Ad falsariorum. *quinam excommunicentur.*

5 *Impetrans litteras à Papa tacita veritate, vel expressa falsitate, in d. cap.* Ad falsariorum. *non est excommunicatus.*

6 *Clerici per se, vel per alios litteras Apostolicas falsificantes quas pœnas incurrant.*

7 *Differentia inter d. cap.* Ad falsariorum, *& Bullam Cenæ quoad excommunicationem in eis contentam, quænam sit.*

8 *Excommunicatio contra falsarios lata antiquissima est, & simul cum ipsa Bulla cenæ nata.*

9 Litteræ Apostolicæ, *quænam propriè censeantur.*

10 Falsarij *nomine quinam comprehendantur.*

11 *Litteris Apostolicis aliquid addentes, aut quid modicum in eis mutantes, vel corrigentes, an Bulla Cenæ excommunicationem incurrant.*

12 *Litteras ampliores, ad sensum Minutæ Papæ oblatæ corrigens in Bullam Cenæ non incidit.*



1 Excommunicatio Sexta, fertur in hęc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac supplicationem, gratiam, vel iustitiam concernentium, per Roman. Pontificem, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Roman. Pontificis signatarum, necnon falso signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Roman. Pontificis; seu Vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum.

2 Canonis istius materia, vt bene notat Caietan. in Summa verbo, excommunicatio, capitulo vigesimosexto, est sacrilegium, quia offenditur Sedes Apostolica in falsitate suarum litterarum, & etiam falsitate supplicationum, prout in Bullis recentioribus habetur. Et quoad personas est vniuersalis; quoad actiones principales continet istas; Primò, Falsificationem litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis. Secundò, falsificationem supplicationum concernentium gratiam, vel iustitiam, quæ per Papam, aut Vicecancellarium eius, aut per alios vices eorũ gerentes, vel de mandato Papæ, aut Vicecancellarij eius, vel alterius gerentis vices eorum signatæ sunt. Tertio, signationes earundem supplicationum sub nomine Papæ, Vicecancellarij, vel alterius vices eorum gerentis. Quarto, fabricationes falsas litterarum Apostolicarum etiam in forma Breuis.

3 Circa hanc autem excommunicationem obseruandum est, quod licet in Bulla Cenæ Gregorij XIII. sub anno 1584. vt videre est apud Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo, numero sexagesimosecundo, facta fuerit extensio capit. ad Falsariorum, de crimine falsi, cum omnibus pœnis eius, primò ad falso fabricantes litteras Apostolicas. Secundo ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per Roman. Pontificem, vel de eius mandato signatas, & datatas, sine licentia ipsius Rom. Pontificis, aut Datarij. In hac tamen Bulla Clementis Papæ VIII. sub anno 1598. omissa est illius capit. Ad falsariorum, extensio: vnde caput illud, & casus ibi contenti intra limites antiqui iuris manent, sicut prius; & solum in hac Bulla continentur actiones expressæ cum reseruatione absolutionis, vt tradit Vualdus vbi supra in expositione Bullæ cenæ, numero quadragesimo-nono.

4 Ad faciliorem verò huius canonis intelligentiam, sciendum est, quid in dicto cap. Ad falsariorum, de crimine falsi, & quid in hac Bulla cenæ contineatur. In illo autem capit. Ad falsariorum. excommunicantur omnes isti.

Primo illi, qui per se, vel per alios falsificant litteras Apostolicas.

Secundo omnes fautores, vel defensores falsariorum.

Tertio vtentes scienter litteris Apostolicis falsis, si laici sint, ipso facto excommunicantur, non autem clerici, vt optimè notat ibi Panormitan. numero sexto, contra Hostiensem; siquidem Hostiensis existimauit, Clericos falsis litteris Apostolicis vtentes, & excommunicatos esse ipso facto, & etiam officijs, & beneficijs ecclesiasticis priuatos; econtra verò Panormitan. vult solos laicos ipso facto excommunicatos esse, Clericos verò non excommunicari, sed solum officijs, & beneficiis Ecclesiasticis priuari; Quæ expositio verior est, textus enim ille aperte distinguit inter Clericos, & laicos, & in pœnis facienda semper est benignior interpretatio, ex regul. in pœnis, de regulis iuris, libro sexto, nec quis duplici pœna coercendus est, vt in capit. at si Clerici, de iudiciis, & cum Panorm. sentiunt Angel. verbo, excommunicatio. quinto, casu 3. numero secundo, Syluest. verbo, excommun. 7. excommunicatione quarta versic. vtentes. & Tabiena verbo, excommun. 5. casu. 5. §. secundo, Ca-

act.

iet.verbo,excom.cap.26.& Nauar.in Man.c.27.nu. 61. versi.quarta.& Viualdus vbi supra,num.50. & Cardin. Toletus in explicatione Bullæ cenæ, §.4. dubio 2. Quarto,impetrantes falsas litteras Apostolicas etiam excom-

5 municantur,siue clerici,siue laici sint. Qui vero impetrat litteras a Papa tacita veritate, vel suggesta falsitate,siue hoc faciat impetrans scienter,siue ignoranter, etiam si in lis veritas supprimatur, vel talis falsitas suggeratur, qua, veritate manifestata, vel qua falsitate non suggesta, Papa litteras illas non concederet,non est excommunicatus in d.cap.ad falsariorum.vt rectè & subtiliter notant Richar.4.dist.18.art.12.q.3. S. Anton.3.par.titu.25.ca.13. Syluest.verbo,excommunicatio,9.nu.8. excommunicatione 4.versi.& secundò. Tabiena,in verbo,excommunicatio,5.casu 5.num.2.§.primo, in fine, Caiet.verbo,excommunicatio,c.26.Summa Astensis, par.2. lib.7.tit.2. casu 24.q.10. Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cenæ,nu.51.& Toletus vbi supra, nec etiam ille,qui litteris Apostolicis sub nomine alieno impetratis vtitur, vt præfati Doctores tradunt, licet vterque dignus sit magna pœna;quia quamuis sic impetrans, aut impetratis vtens falsarius sit,extendendo falsarij nomen,vt sumitur in ca. dicenti,25. q.2. verè tamen neuter falsarius est litterarum Domini Papæ, quia litteræ tales non sunt litteræ Apostolicæ falsæ,sed veræ, quamuis falsa suggestione, neuter excommunicatus est; Quia excommunicatio quæ fertur in d.c.ad falsariorum,solum fertur super falsarios, qui litteras Apostolicas falsas impetrant,aut falsificant, aut litteris Apostolicis falsis scienter vtuntur. Neque enim vt ibidem ait Richar. oportuit ius condere,quo tales essent excommunicati, quia talis fraus à parte aduersa,vel a iudice contra vtentes illis litteris,faciliter, & certitudinaliter probari,& percipi potest,vt v.g. si tales litteræ fuerint impetratæ sub nomine Petri clerici, vel orphani, vel Cruce signati,& sic de alijs,& non sit ita,faciliter, & certitudinaliter potest excipi contra vtentem talibus litteris,ostendendo quod non sit clericus,vel orphanus, vel Cruce signatus,& sic de alijs. Vnde solum illi excommunicantur, qui impetrant litteras Apostolicas falsas, aut eas falsificant, postquam de manu Pontificis emissæ sunt.

6 Præterea in d.c.ad falsariorum, apponitur alia pœna, nam falsificantes litteras Apostolicas, si sint clerici qui per se falsificauerint, præter pœnas prædictas, per iudicē Ecclesiasticum degradandi sunt, & iudici sæculari tradendi sunt,vt puniantur pœnā legali, & est casus valdè specialis,vt notat ibi Panor.nu.3.in quo statim de crimine conuictus quis traditur curiæ sęculari. Regulariter enim non traditur curiæ sęculari, nisi sit incorrigibilis; Clerici vero per alios litteras Apostolicas falsificantes sūnt officijs, & beneficijs priuandi. Idem dicendum de iis,qui impetrant, vel vtuntur litteris Apostolicis falsis.

7 Ex quibus constat differentia inter d.c.ad falsariorum, & Bullam cenæ. Primo enim excommunicatio d. cap. ad falsariorum,non erat reseruata,ex Processu tamen Bullæ excommunicatio incursa Papæ reseruatur. Secundo, Excommunicatio Bullæ ex parte, magis lata est,& quoad actiones,& quoad actionum materias,& ex parte magis stricta est,quam sit illa c.ad falsariorum. Est enim magis lata quoad actiones,quia caput illud solum comprehendit falsationem,Bulla verò comprehendit & falsationem, & signationem; quoad materias vero, quia ibi solum de litteris Apostolicis,hic verò de litteris Apostolicis, & de Supplicationibus gratiam, vel iustitiam concernentibus agitur. Est tamen Bulla ex parte magis stricta, quia excommunicatio Bullæ Cenæ,non comprehendit vtentes litteris falsis,aut falsificatis,neque etiam comprehendit fautores,vel defensores falsariorum, qui tamen omnes in d.c.ad falsariorum,comprehenduntur, ex Alphonso Viualdo vbi supra,nume.50. qui nume.48. docet, fal-

sificantes litteras Apostolicas per se,vel per alios, in Bullam cenæ incidere. Ratio esse potest; quia verè tales sunt falsarij litterarum Apostolicarum.

8 Quoad antiquitatem verò huius excommunicationis contra falsarios,patet esse antiquissimam,& simul cum ipsa Bulla cenę natam; nam in vsu fuit etiam in antiquissimis illis Bullis, seu processibus ante tempora Clementis V.vt colligitur ex gl.in clem.2.in verbo,generales,de iudicijs.Nec vnquam ablata fuit de Bulla,licet aliquæ factæ sint mutationes,&extensiones,& reuocationes circa eam, vt constat; nam habetur excommunicatio hæc in Bulla Martini V.apud S. Anton.3.par.tit.25. capitulo 72. & in Bulla Iulij II.apud Caietan.verbo,excommunicatio.cap. 26.& in Bulla Pauli III.apud Sotum.quarto,dist.22.quęstione secunda,art.tertio,post conclus.quintam,& in Bulla Iulij III. apud Martin. Ledesm.secunda, quarti, quæstione 26.artic. secundo.pag.356.colum.prima,& in Bulla Gregorij XIII.apud Nauar.in Manuali,capitulo vigesimoseptimo,numero sexagesimosecundo,& in Bulla Clementis Papæ VIII.sub anno 1598.

9 Litteræ vero Apostolicæ dicuntur illæ, quæ nomine Summi Pontificis expediuntur,sicut Bullæ plumbatæ, & etiam Breuia Apostolica,vt ex hoc canone constat, & tradunt Gomesius libro de Breuibus, pag. 3. & Nauar. in Man.capitulo decimoseptimo,numero 62.versic.tertia.

Supplicationes verò dicuntur litteræ, quibus aliquid petitur;& quidem si petitur aliquid ex iustitia, dicitur Supplicatio iustitiæ, si ex gratia, dicitur Supplicatio gratiæ. Et aliquæ signantur per Papam, aliquæ per Viceancellarium, qui habet potestatem signandi huiusmodi supplicationes. In hoc ergo canone non continentur quicunque falsarij, sed solum falsarij litterarum, & supplicationum Apostolicarum, vnde optimè tradunt Palud. quarto distinct.decimasecunda, quæstio.tertia,art.secundo, vers. tertius fallans, & Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 62.versic.tertia. Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 52.& Toletus vbi supra,§.4.dub.1.non incurrere hanc excommunicationem,qui falsificaret litteras Pœnitentiariæ, quia non sunt litteræ Apostolicæ, nec a Papa expediuntur,sed à Summo pœnitentiario eius commissario, viuæ vocis oraculo constituto, neque etiam qui falsificaret litteras cuiuscunque Legati etiam à Latere, aut Nuncij Apostolici,neque etiam qui falsificaret litteras quarumcunque Congregationum Cardinalium,quæ plures sunt in vrbe,vt congregationes Episcoporum, Inquisitionis, Declarationis Concilij Tridentini,& c.quia nullæ istarū sunt litteræ Apostolicæ, neque sub nomine Summi Pontificis scribuntur; & multo minus excommunicationem hanc incurrit,qui alicuius Episcopi litteras falsificat. Imò nec aliam excommunicationem Papæ non reseruatam in d.cap.ad falsariorum. de crimine falsi, incurrit,ex Nauar. & Viualdo vbi supra.

10 Notandum etiam est nomen, *falsificationis*, seu *falsarij* esse quoddam nomen genericum comprehendens sub se non solum falsitates istas omnes,quæ speciatim,& in particulari hic exprimuntur, vt sunt fabricationes falsæ litterarum Apostolicarum, & Supplicationum,necnon falsæ signationes Supplicationum,sed etiam mutationes qua scunque earundem, rasuras, correctiones,cancellationes, & huiusmodi, quæ omnes continebantur in Bullis antiquis solo nomine falsificationis. Sub nomine verò falsariorum comprehenduntur hi omnes. Primo, qui radunt veterem scripturam. Secundo, qui aliquid noui scribunt in litteris prædictis. Tertio, qui secant, lauant, radunt, aut conglutinant papyrum ad falsificationem earum. Quarto, qui Bullam plumbeam de veris litteris extrahunt, aut litteris falsis illam affigunt. Quinto, qui faciunt Bullas plumbeas falsas. Sexto, Artifices, seu fabri bullarum, qui illas alicui priuato donant, aut vendunt ad faciendas litteras falsas. Septimo, qui

falsificant annulum Piscatoris. Octauo denique omnes il li, qui similia faciunt, aut quorum auctoritate hæc fiunt.

11 Hinc sequitur solutio illius dubij, An s. in excommunicationem hanc incidant, in litteris Apostolicis aliquid modicum mutantes, vel corrigentes: In qua re quicquid olim Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de crimine falsi. §. qualiter committatur, vers. sed hodie, docuit excommunicatum esse excommunicatione lata in Curia (*scilicet in Bulla cenæ*) & Papæ reseruata, qui in litteris Domini Papæ in magno aut in modico audeant manum imponere, etiam litteram vnicam, vel punctum vnicum corrigendo (intellige corrigendo errorem in Grammatica, etiamsi sensum non mutaret) exceptis officialibus, quibus hoc est commissum; quod etiam docuerunt Panor. in c. ex litteris, de fid. instr. & Goffred. & Syluest. in verbo excommunicatio, 7. nu. 8. excommunicatione 4. vers. corrigentes, & Caiet. in verbo excommunicatio, cap. 26. in fine. Quæ intelligi debent ex Syluest. cit. postquam Bullata, vel signata est littera, & stante Bulla, vel littera; (quia si quis eam totam comburreret, aut laceraret, non diceretur eam corrigere, nec incideret in excommunicationem) quorum opinioni fauet id, quod in Priuilegijs summo Pœnitentiario concessis erat hoc, vt posset absoluere ab excommunicatione, quæ ex mutatione incurritur, litteræ sensu non mutato. Alij tamen Doctores vt Rich. 4. d. 18. art. 12. q. 4. Summa Astensis, par. 2, li. 7. tit. a. casu 24. q. 11. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 16. Summa Angelica, in verbo excómunicatio, 5. casu 3. nu. 3. Tabiena verbo excommunicatio, 5. casu 5. §. quarto, in fine, & Nau. in Man. cap. 27. num. 62. vers. 6. citans etiam Ioan. Gersonem 2. part. Alphab. 32. c. quidam. Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cenæ. nume. 54. Card. Toletus vbi supra, §. 4. dub. 3. & Sebast. Medices in Summa peccat. capital. tit. 9. q. 78. nu. 75. docent nó incidere in hanc excommunicationem, qui sic litteras corrigeret, aut mutaret, ita vt non mutaretur sensus, aut ex inualida, fiat valida, aut ex valida magis valida redderetur, secus autem si mutaret sensum, ita vt per mutationem appareat vtilior, quam erat, aut vtilis, cum ante non esset, vt v.g. si scriptum ibi fuerat, post triennium minimè valituris, & pro triennio poneretur quinquennium, sic fieret vtilis, quæ ante erat inutilis, si iam illud triennium expirasset, aut saltem magis vtilis efficitur si non expirasset, vnde sic mutans, excommunicationem incurreret. De litteris vero, quę per talem mutationem non apparerent vtiles, vtpote littera citatoria data a ducentis annis, vel trecentis, aliter esset iudicandum; talis enim, etiam si tota mutaretur, non posset apparere vtilis propter Bullam, quia in creatione cuiuslibet noui Papę aliquid circa Bullam immutatur, & nomen eius in Bulla ponitur, vnde talis non incurreret hanc excommunicationem, vt Rich. & Astensis vbi supra exemplificant. Opinio autem Hostien. tunc vera esse potuit, quia tunc in Bulla Cenæ Domini erant hæc verba: *Excommunicamus eos qui mutant punctũ, aut litteram*. &c. nunc autẽ verba hæc maxime in hac Bulla Clementis VIII. ablata sunt, vbi nulla mentio est mutationis Bullæ, aut litterarum Apostolicarum, aut Supplicationum: vnde merito tunc dabatur illa facultas summo Pœnitentiario, quæ tamen clausula modo non apponitur. Sed prætere a patet quamcumque mutationem, aut rasurã non inducere hanc censuram: quia in c. ex conscientia, de crimine falsi, habetur rasuram aliquam in loco non suspecto non haberi pro falsa scriptura.

12 Addo etiam, quod si scriptor in scribendis amplioribus litteris mutasset in ipsis litteris sensum, qui continebatur in minuta illa, quæ offerebatur Papæ, & ille, in cuius fauorem factæ sunt certus de veritate minutæ, mutaret litteras illas ampliores, & corrigeret iuxta verum sensum in minutis contentum, non incurreret in hanc censuram. Ratio est: quia hic verè non est falsarius, sed potius restitutor veri sensus, & mentis Pótificis. Et quamuis hoc communiter fieri non debeat propria auctoritate a quocunque, sed curandum sit corrigi per officiales Curiæ ad hoc deputatos, nihilominus tamen fortassis aliquando sine peccato id fieri poterit, maxime, quando non datur facilis recursus ad officiales Curiæ, quibus hoc ex officio competit. In qua tamen recautus vnusquisque esse debet, ne id faciat absque Doctorum, & prudentum consilio, & potius ad officiales Curiæ recurrat, quam id propria sua auctoritate faciat.

De deferentibus arma, & alia vsui bellico idonea ad infideles. Cap. XL

S V M M A.

1 *Deferentes arma & alia vsui bellico idonea ad infideles, & hæreticos in damnum Catholicæ Religionis, & certiores illos facientes de rebus ad Rempub. Christianam pertinentibus, &c. in Bullam Cenæ incidunt.*

2 *Excommunicationis septimæ Bullę cenæ ferendæ, quę materia, quisque scopus, & finis sit.*

3 *Excommunicatio septima Bullæ Cenæ quid in se contineat.*

4 *Prohibitio delationis armorum ad infideles in Bulla cenæ a prima eius institutione habetur.*

5 *Arma, & alia huiusmodi ad infideles deferre in damnum veræ fidei iure diuino prohibetur.*

6 *Iure ciuili, & Cæsareo arma bellica ad infideles deferre prohibitum est.*

7 *Iure Canonico cautum est, nè quis res bellica ad infideles in damnum Religionis Catholicæ deferat.*

8 *Cap.* Ita quorundam, *de Iudæis, quot genera personarũ excommunicentur.*

9 *Cap.* Quod olim. *de Iudæis, quinam excommunicentur.*

10 *Cap.* Ad liberandum: *de Iudæis, quinam excommunicati sint.*

11 *Extrauag.* Multa mentis. *de Iudæis, quid statutum sit.*

12 *Bulla cenæ Domini qualiter a constitutionibus summorum Pontificum deferentes arma ad infideles excommunicantibus differat.*

13 *Christiani omnes, & soli arma ad infideles deferentes, aut transmittentes in Bulla cenæ excommunicantur.*

14 Sarracenorum *&* Turcarum *nomine quinam intelligantur.*

15 *Iudęi, quamuis nec Sarraceni nec Turcæ sint, illis tamen maiores inimici nominis Christiani sunt.*

16 *Nomine* Hæreticorum *quinam comprehendantur.*

17 Deferentes, *seu* transmittentes *quinam censeri debeant, vt in Bullam cenæ incidant.*

18 *Arma bellica tradens Sarracenis, ad id vi contra voluntatem suam coactus, in Bullam cenæ non incidit.*

19 *Arma prohibita ex vna terra Sarracenorum, vel infidelium, aut hæreticorum ad aliam terram eorundem deferens, excommunicationem non incurrit.*

20 *Sarracenos, aut Turcas cum armis ipsorum de vna terra eorum ad aliam terram eorundem portans, non est excommunicatus.*

21 *Arma prohibita scienter deferens ad infideles, sed pœnitentia postea ductus ea illis non tradens, in Bullam cenæ non incidit.*

Legationem

22 *Legationem agens apud Principem infidelem, eique pugionem, aut arcum donans, an, & quando excommunicationem incurrat.*

23 *Arma bellica donans infidelibus à finibus Christianorum longè remotis, an, & quando excommunicatus censeatur.*

24 *Deferens arma ad loca fidelium, & vi tempestatis ad infidelium loca delatus in Bullam cenæ non incidit.*

25 *Arma prohibita deferri, seu transmitti mandans, an excommunicationem Bullæ cenæ incurrat.*

26 *Vendens arma prohibita infidelibus, absque eo, quod hoc illis deferat, aut transmittat, an excommunicatus censeatur.*

27 *Nomine* Equorum, *quinam intelligantur.*

28 Armorum *nomine veniunt non solum offensiua, sed etiam defensiua, ex quacunque materia sint.*

29 Ferri *nomine quid intelligatur.*

30 *Nomine* Bellici instrumenti *quid significetur.*

31 Lignaminum *nomine quid intelligatur.*

32 Funium *nomine quid denotetur.*

33 *Arma prohibita ad infideles deferentes, vt alios infideles impugnent, an excommunicati sint.*

34 *Arma prohibita ad infideles deferentes, an, & quando ab excommunicatione excusentur.*

35 *Nomine* status Reipubl. Christianæ *quid intelligatur.*

36 *Priuilegia omnia, quibus concessum olim fuit arma bellica, & similia infidelibus adferre, per Bullam cenæ reuocantur.*



1 EXcommunicatio septima fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel hæreticos, per nostras, siue huius sanctæ Sedis sententias expresse, vel nominatim declaratos deferunt, seu transmittũt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnãt, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos, necnon hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs quibusuis personis, Principibus, Rebuspublicis per nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

2 Canonis huius materia est sacrilegium contra Christianum principatum commissum ex Caietano, in verbo, excommunicatio. capitulo vigesimo. Scopus autem, finis, & intentio eam ferendi, vt ex Nauar. in capitulo, ita quorundam, notab. 1. numero decimo & decimoquarto, versic. sexto. de Iudeis colligi potest, est, quis inimicos Crucis Christi contra Christianum principatum, aut hæreticos cõtra catholicos iuuet, ne exinde potentia infidelium, aut hæreticorum contra Christianos, & Catholicos crescat.

3 Duo autem præcipue in hoc Canone continentur, vnũ est, excommunicantur sex genera personarum, Primo deferentes, seu transmittentes ad Sarracenus, Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vnam, vel plures ex rebus, hic deferri, seu transmitti prohibitis. Res autem hic prohibitæ sunt, Primo, equi, Secundo, arma, Tertio, ferrũ. Quarto, filum ferri, Quinto, stannum, Sexto calibs, Septimo, omnia genera metallorum, Octauo, instrumenta bellica, Nono, lignamina, Decimo, Canapis, Vndecimo, funes ex canapi, & ex quacunque alia materia, Duodecimo ipsa materia funium, & Decimotertio, omnia alia huiusmodi, quibus Christiani impugnantur. Secundo excommunicantur deferentes, seu transmittentes vnam, vel plures ex prædictis rebus ad hæreticos expresse, nominatimq; à sede Apostolica declaratos, quibus cathólici impugnantur. Tertio excommunicantur facientes prædictos certiores de rebus concernentibus statum Christianæ Reipub. in damnum Christianorum, & religionis Catholicæ, siue hoc faciant per se, siue per alios. Quarto excommunicantur dantes auxilium. Quinto, dantes consilium, Sexto, dantes fauorem quomodolibet infidelibus, & hæreticis ad damnum prædictum Christianorum, & Catholicorum.

Alterum est, Annullantur, & reuocantur priuilegia concessa quibuscunque Principibus, & Rebuspublicis, aut alijs personis super delatione prohibitorũ à sede Apostolica concessa.

4 Quoad prohibitionem autem delationis huiusmodi rerum, quibus hostes, & inimici Christianorum, & Catholicorum illos impugnare, & infestare possunt, prætetquam quod in Bulla cenæ à prima eius institutione hoc prohibitum sit, vt patet ex glos. in clement. prima, in verbo, generales, de iudicijs. & Bulla Martini V. apud S. Anton. par. tertia, titulo vigesimooctauo, capitulo. septuagesimosecundo, & alijs omnibus Bullis Pontificum modernorum, etiam tiplici iure id prohibitum esse censetur, vt optimè docet. Nauare. in capit. ita quorundam, notab. 1. numero octauo, de Iudæis.

5 Primo Iure Diuino saltem Naturali, saltem quoad tempus, & locum, iuxta quartum Decalogi præceptum, *De honore parentum*, quorum nomine etiam continetur patria. Sicut enim ius Diuinum Naturale secundum tempus, & locum præcipit pugnare pro parentibus, pro patria, pro religione, ita etiam consequenter prohibet ea impugnare, l. veluti, iuncta gloss. ff. de iustit. & iure. & DD. ibi. Immò nunquam pro religione, & patria, etiam contra patrem, & parentes pugnandum est, l. minime, ff. de religiof. & sumpt. fun. Deinde etiam hoc ipsum in quinto Decalogi præcepto, *De non occidendo*, prohibetur. Sicut enim ibi prohibitum est per se, vel per alios occidere, ita etiam multo magis prohibitum est per inimicos occidere, cum igitur Sarraceni, & Turcæ, necnon hæretici religionis Christianæ, & Catholicę inimici sint, & bellum iniustum ex hac parte contra Christianos, & Catholicos gerunt, consequens est, vt contra hoc præceptum diuinum agant, qui eos in bello aut alio modo ad iniuste occidendum Christianos, & Catholicos iuuant.

6 Secundo iure Ciuili, & Cæsareo de non deferendis rebus prædictis ad infideles & fidei hostes, cautum est, vt constat leg. prima C. quæ res exportari non deb. vbi prohibitum est, ne quis vinum, oleum, & omnia alia vt lignamina & ad eos deferat, & l. cotem, ff. de publie. prohibetur ferrum eis acuendum deferre. & leg. fin.

C. de pœnis, & l. 1. C. quæ res expor. non deb. omnia ad apparatum bellicum pertinentia vetantur, & iubentur capite puniri, & bonis priuari, qui talia Barbaris deferunt.

7 Tertia in iure Canonico sunt multæ Summorum Pontificum Constitutiones, & præcipue quatuor, quæ huic excommunicationi Bullæ Cenæ conformes sunt. Quatum

8 Prima est Alexandri Papæ III. in cap. ita quorundam. de Iudæis. vbi excommunicantur tria genera personarũ; Primo, deferentes arma, ferrum, & lignamina galearum Sarracenis. Secundo, subministrantes necessaria ad impugnandos Christianos. Tertio, Regimen, & curam gubernationis in galeis, & piraticis Sarracenorũ nauibus exercentes. Quæ tria circa Sarracenos & Mahometanos intelliguntur.

9 Secunda est Clementis Papę III. in cap. Quod olim, de Iudæis. vbi excommunicantur omnes illi, qui tempore Belli cum Sarracenis commercium aliquod habent, aut per se, vel per alios subsidia, vel consilia impendunt illis tempore belli inter illos, & fideles.

10 Tertia est Innocentij Papæ III. in cap. ad liberandam, de Iudæis. vbi excommunicat omnes illos, quos Alexander III. vbi supra excommunicauit, & insuper excommunicat eos, qui vendunt eis galeas, aut naues, & qui machinis, aut quibuslibet alijs, aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium, in dispendium terræ sanctæ, & additur pœna imponenda tempore absolutionis, scilicet vt tales excommunicati non absoluantur ab excommunicatione, nisi id totum, quod ex commercio damnato perceperint, & tantumdem de suo in subsidium terræ Sanctæ transmiserint, si tamen absoluantur non facta satisfactione, tenet absolutio, ex Aegid. Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. quos refert, ac sequitur S. Anton. 3. part. tit. 25. cap. 30. Et hæ excommunicationes non sunt reseruatæ.

11 Quarta est Clementis Papæ V. in extrauag. Malę mentis, de Iudæis. vbi renouat extrauag. Nicolai Papæ IIII. incip. olim iam in generali, & statuit, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quęcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terrę Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis aliud auxilium vel fauorem præstare quoquomodo præsumat, & contrafaciens excommunicationem Papæ reseruatam incurrit, præter alias pœnas illic appositas.

12 Hinc colligi potest differentia inter has constitutiones, & Bullam Cenæ: nam multi excommunicantur in his Cõstitutionibus, qui non excommunicantur in Bulla cenæ; his enim Constitutionibus excommunicantur, qui victualia ministrant Sarracenis tempore belli, non autem in Bulla cenæ iuxta ea, quæ tradit Nau. in cap. ita quorundam, notab. 10. numero 13. & 34. & 37. de Iudæis, post Caietan. in verbo, excommunicatio, cap. 20. Item in illis excommunicantur exercentes mercemonia tempore belli cum Sarracenis, & etiam deferentes mercimonia in Alexandriam, & alia loca Soldano subiecta etiam tempore pacis, qui tamẽ in Bulla cenę non excommunicantur. Vnde quoad hæc; constitutiones illæ Bullam cenę excedunt. Econtra verò Bulla cenę excedit illas in multis; Primo, quia in Bulla cenæ comprehenduntur non solum qui deferunt arma ad Sarracenos, & Turcas, sed etiam deferentes ea ad Iudęos, & Paganos, ex Nauarro, in cap. ita quorundam, notab. 4. numero 17. & numero 26. de Iudæis, quia isti etiam sunt inimici nominis Christi; immò etiam & deferentes ea ad hereticos a Sede Apostolica expresse, vel nominatim declaratos, vt patet ex Bulla Clemetis VIII. sub anno 1590. & 1598. & alijs annis intermedijs, quæ tamen clausula, quia non fuit apposita in Bulla Gregorij XIII. sub anno 1584. Nauarrus in capitulo, ita quorundam, notabili 4. numero 19. & 20. de Iudæis, & in Manuali capitulo 27. num. 63. versic. Sexta. Bullam cenę Gregorij XIII. explicans docuit, deferentes ista hereticis non incurrere excommunicationem Bullæ cenę. In illis verò constitutionibus solum cõprehenduntur deferentes ea ad Sarracenos ex Nauar. in d. capit. ita quorundam, notab. 4. numero primo, de Iudæis.

Secundo in Bulla cenę comprehenduntur, qui certiores faciunt infideles, aut hereticos de rebus pertinentibus ad statum Christianorum, & Catholicorum in eorum dãnum, & perniciem, qui tamen in illis constitutionibus non excommunicantur.

Tertio in Bulla cenæ prohibetur, ne vlla ratione prędicta arma ad huiusmodi infideles, aut hereticos deferantur, cum tamen olim ad nonnullos infideles, & Sarracenos liceret tempore pacis deferre illa, saltem ante constitutionem Clementis V.

His ita in vniuersum expositis, singulę dictiones huius Canonis explicandę sunt.

13 Primo igitur sub nomine illo *excommunicamus omnes illos, qui deferunt; aut transmittunt:* omnes Christiani, & soli Christiani intelliguntur, huius enim excommunicationis solus Christianus capax est, cap. omnis Christianus, 11. q. tertia, & capit. Romana, §. in vniuersitatem. vbi Domin. communiter receptus id annotauit, de sentent. excommunicat. lib. sexto. Immò Christianus iuuans Sarracenum in bello contra Christianos, plus peccat quam Sarracenus ipse, quia qualitas Christianismi delictum eius plurimum aggrauat; efficit enim, vt pugnare dicatur contra caput suum, quod est Christus, Ephes. 1. S. Thom. par. tertia, quę stio. 8. art. ... & contra suam matrem, quę est Ecclesia, & contra fratres membra eiusdem corporis cuius est ipse, 1. Corinth. 12. Vnde quamuis infideles subiecti Catholicis, & fidelibus qui hęc prohibita deferunt, puniri possint pœnis inductis in l. 1. C. quæ res expor. non deb. & alijs pœnis iuxta ea, quę tradunt Calderin. in consil. 2. de Iudęis. Felin. in cap. 1. limitat, 5. de constitu. & in c. Iudęi, 2. de Iudęis, huius tamen canonis censuram non incurrunt, ex Nauar. in cap. ita quorundam, notab. 8. numero octauo, de Iudęis.

14 Secundo, nomine *Sarracenorum, & Turcarum*, intelliguntur Mahometicæ perfidiæ sectatores omnes, & soli, qui Christianæ Ecclesiæ res occupant, vel impugnant actu, aut habitu: & fautores eorũ, quatenus tales sunt, hoc est quatenus Christianismum simul cum illis opugnant; Vnde non solum Sarraceni, qui Syriam incolunt, sed etiã Ægyptũ, Lybiam, Mauritaniam, & residuum maris nostri tractum vsque ad Oceanum in Africa occupant, item Assyriam, Arabiam, & Mesopotamiam in Asia, Græciã quoque & alia multa quæ Christianorum erant in Europa, tenent, hoc nomine comprehenduntur, vt latè ostendit Nau. in cap. ita quorundam, notab. 4. num. 7. de Iudæis.

15 Tertio, per *alios Christiani nominis inimicos*, intelliguntur primò Iudæi, qui licet nec Sarraceni sint, nec Turcæ, sunt tamen inimici nominis Christi, & adeo quidem, vt si pro voluntate nocendi nobis esset eis potentia, multo grauius, quam illi nomen illud infestarent. Secundo intelliguntur Pagani illi, qui non sunt Mahometicæ sectæ, sed tamen Christianos odio habent, eo quod sunt Christiani, constat enim tales Paganos Christiani nominis inimicos esse, & proinde sub prædicta clausula Bullæ cenæ Domini comprehenduntur, ex Nauar. cit. notab. 4. numero 17. & 22.

16 Quarto, nomine *Hæreticorum*, intelliguntur illi solum, qui expresse, & nominatim à Sede Apostolica declarantur: quamuis enim illi Christiani nominis inimici non sint, cum Christi nomen profiteantur, inimici tamen sunt Religionis Catholicæ, & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, quam ipsi maximè detestantur, & eorum infidelitas peior est quam Sarracenorum, & plus peccãt, quã Sarraceni, & Turcæ,

Turcæ,& a lij Pagani,ex S. Thom.2.2. quæst. 10. artic.6. ideoque merito appositi sunt in Bulla cenæ tum a Sixto V. sub annis 1586. & 1587. tum a Clemente Papa VIII. quamuis in illa Gregorij XIII. sub anno 1584. non fuerunt comprehensi: quæ causa est,quod Nauar. Manuali, capitulo 27.numero 63. versicu.sexta.& Cardin. Toletus in explicatione Bullæ cenæ, §. 1. dub. 4. contrarium doceant. Immo etiam comprehenduntur illi,qui semel Christi fidem susceperant in Baptismo, & postea Christianismum deserentes Athei, & Apostatæ fiunt, iuxta ea, quæ tradit Nauar.in capitulo ita quorundam,notab.4. numero 11.de Iudæis.

17 Quinto, Deferentes, seu transmittentes, intelliguntur illi, qui executiue deferunt, & transmittunt; Item sub deferentibus continetur, qui quoquo modo dant arma, & alia prohibita instrumenta prædictis personis,& Nauar. in capitulo,ita quorundam, notab.8.numero 22.vers.nono, de Iudæis. Vnde refert Christianos, medicos, chirurgos,legatos, & alios, qui sufficienti ad id facultate muniti adeunt Sarracenorum Principes suis armis ornati,& postea vel rogati, vel aliquo munere donati ab eis, ob gratitudinem ea ipsis donāt,excommunicatos esse,nisi rei paruitas,& temporis,loci, vel personarum circumstantia eos a peccato mortali excusaret.

Item deferentes censentur, qui permutant arma pro armis, & res prohibitas rebus, quando talis permutatio vergit in detrimentum Christianorum,& Catholicorum, quod contingit, quando ex parte Christianorum, & Catholicorum dantur meliora, & viliora pro peioribus, vel inutilibus ab infidelibus, & hæreticis accipiendis, vnde si contra fieret,non incurreretur hæc censura. Vnde Christiani inhabitantes terras Sarracenorum,& exinde equos indomitos,aut inualidos, aut macros agentes, eosque postea iam disciplinatos, aut pingues, & robustos cum Sarracenis permutantes pro alijs indisciplinatis, & inualidis censuram hanc incurrunt: quia mutant pro deterioribus,& inutilibus; vnde augetur potentia Sarracenorum, & hæreticorum. Nec eos excusat, quod prius equos illos ex terris Sarracenorum eduxerant,quia postea eos in terris Christianorum aptiores ad bellum reddiderint,& sensus huius canonis non patitur, vt res prohibita, etiamsi de terris infidelium, ad terras Christianorum delata sit, ad infideles iterum deferatur, aut cum peiori permutetur, cum hac ratione potentiores efficiantur infideles ad bellum contra Christianos gerendum, ex Nauar.in d.capitulo ita quorundam,notab.4.numero 25.vet. Decimoquarto,de Iudæis. E contra verò, si quis Christianus equum indisciplinatum pro disciplinato, neque aliqua ex parte suo peiori cum Sarraceno permutaret,aut arma parum apta pro armis Turcæ aptissimis,etiam soluta Turcæ pecunia pro maiori valore iusta commutaret, censuram hanc non incurreret,quia hoc non tam esset deferre, quam arma Turcis tollere, ex Nauar. vbi supra,notab.8.nu.23. vers.decimo.

Item deferentes sunt, & in hunc canonem incidunt etiam adiuuantes, & cooperantes ad deferendum, vel transmittendum hic prohibita infidelibus, aut hæreticis; tales enim deferentes sunt,& consequenter nautæ iuuantes ad agendum naues, in quibus hæc prohibita ad eos deferuntur, in hanc censuram incidunt, nisi ignorantia eos excuset; & hoc procedit, etiamsi non esset alia nauis, in qua nautæ illi mercedem lucrarentur,ex Nauar. vbi supra,notab.8.num.24.vers.11.

Sic etiam deferentes censentur, & incurrunt excommunicationem,qui deferunt arma ad sui defensionem tantum,& deinde occasione pecuniæ vendunt ea Sarracenis, ex Siluest. verbo,excommunicatio,7. numero 64. excommunicatione 21. versic.nono dubitatur. Angelica, verbo, excommunicatio 5. casu 21. num.6. & Nauar. in cap. ita quorundam,notab.8.numero 23.versi.octauo,de Iudæis, quia hic habet locum ratio huius canonis,cum non sit habita delatio, nisi gratia venditionis, aut donationis, cuiuscunque traditionis: vnde Angelica vbi supra, a quod etiamsi statim vendita recuperarent, nihilominus ligarentur, & idem de recuperante delata,aut permutata: ex Nauar.cit.numero 29.ver.decimoquinto,quia hoc casu delictum ob pœnitentiam non desinit esse perfectum, arg.cap.1. de præsump.& Alphonso Viualdo in expositione Bullæ cenæ,numero 64. Sic,qui aliqua hic prohibita in sui, suarumque nauium ornamentum, vel tutamen deferunt,& postes illa,vel eorum aliqua vendunt,vel donant, excommunicantur, ex Nauar. vbi supra,quia tales prohibita deferunt Sarracenis.

Item,qui portant prohibita,& vnam partem vendunt, & aliam non, incurrunt excommunicationem ex Siluest. vbi supra.

Item transfuga, qui cum suis armis ex exercitu Christianorum ad Sarracenicum transit, incidit in hunc Canonem.

Item qui Sarracenis speculam,arcem, vel opidum munitum armis tradit, vel traditionem consulit, vel promouet,vel iuuat,excommunicatus est,nisi mortis aut captiuitatis metus,vel cruciatus actoris ad id iustus eum excuset, ex Nauar. in capitulo,ita quorundam, notab.8. num.33. & 34.de Iudæis.

18 Non tamen deferentes censentur. Primo,qui fame, vel vi adacti contra voluntatem suam,ne perirent, huiusmodi prohibita tradunt Sarracenis, Sic Tabiena, verbo, excommunicatio,6. numero 12. vers. vndecimo.& Nauar. in capit.ita quorundam,notab.8.num.26. vers. decimotertio,quia tales non peccant præferendo legem naturæ de se conseruando legi humanæ de non deferendo arma Sarracenis, quatenus humana est, immò neque quatenus lex hæc humana consentit cum lege naturæ de non oppugnando patriam,aut deferendo arma,quibus patria oppugnari possit,tum quia lex de conseruādo immediatior, & propinquior est principijs naturæ, quam sit illa de non tradendo arma quibus patria impugnari poterit;tum quia licet tales peccarent mortaliter, (qui tamen in hoc casu non peccant)tamen pia mater Ecclesia non videtur eos in hoc casu excommunicare,arg.c. si vero, 1.de sent.exc. m.

19 Nec secundo, qui ex vna terra Sarracenorum, vel infidelium, aut hæreticorum huiusmodi prohibita defert ad aliam terram eorundem Sarracenorum: sic Summa Angelica,verbo,excommunicatio,5.casu 21.numero 11. Syluest. verbo,excommunicatio,7. numero 64. excommunicatione 21.versiculo, nono dubitatur, Tabiena,verbo,excommunicatio,6.numero 8.§. septimo, Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ,§. 5. dub.2. & dicunt Gregorium IX.in extrau. Postulastis,hoc ita declarasse. Hoc tamen eorum dictum limitat Nauar. in capitulo,ita quorundam, notab.6.numero 27.vers. decimoquarto, de Iudæis,vt procedat solum,quando talis translatio ita fit aduersus alios infideles,vel in tales fines alios,quod per eam translationem Sarraceni illi non fiant potentiores,& muniriores contra Christianos: alioquin secus,vt si deportarent arma ex vna ciuitate, quæ neque Christianos impugnat, neque ab eis imperitur bello, ad aliam, quæ vel impetit Christianos,vel ab eis impetitur,tunc enim licet non tanquam deferentes hęc prohibita, at saltem tanquam auxilium ferentes eam incurrunt.

20 Nec tertio eam incurrunt, qui portant ipsos Sarracenos cum armis suis, vt puta de Alexandria in Constantinopolim; Sic Angel. Syluest.& Tabiena,locis proxime allatis; quod etiam dictum eorum Nauar. cit. notab. 8. num.27.limitat vt supra.

21 Nec quarto deferentes dicuntur, qui arma scienter etiam detulerunt ad infideles, sed pœnitentia postea ducti ea illis non tradiderunt, immo reportarunt, ex Angelica, verbo,excommunicatio,5.casu 21.num.6. Tabiena verbo,

verbo, excommunicatio. sexta §. decimo, Syluestr. verbo, excommunicatio, septima, numero 64. excommunicatione vigesimoprima, vers. non dubitatur, in fine, & Nauar. in capit. ita quorundam. notab. octauo, numero 29. versic. 15. Quia verba cum effectu sunt accipienda.

22 Nec quinto incurrit hanc censuram, qui legationem agens apud Principem infidelem ob negocia bene transacta, donat ei vnum pugionem, vel arcum, aut aliud id genus aliquod armorum, nisi forte id probabiliter præsumeretur futurum in causa, vt alia id genus arma vel ibi fabricarentur, vel aliunde quærerentur, quibus Christiani impugnarentur, excusat enim paruitas rei, eum exinde sequi non soleat augmentum potentię infidelium, aut damnum Christianorum. Sic Nauar. in capit. ita quorundam. notab. 8. nu. 31. versic. decimoseptimo. de Iudæis. & Alphonsus Viualdus vbi supra, nu. 61.

23 Nec sexto incurrit Bullam cenæ, qui in finibus Æthiopiæ, aut alterius regionis a bellis Christianorum longè remotis daret ferrum paruæ quantitatis infideli, vt inde clauos fingi faceret ad struendam domum, quam cœptam habuit, dummodo habita ratione loci, temporis, & personæ probabiliter credat infidelem illum non vsurum pro illo ad arma fabricanda, sed ad formandos ex eo clauos domui perficiendę necessarios. ex Nauar. in capitulo, ita quorundam. notab. 10. numero 29. versiculo ex quibus, de Iudæis. Quamuis etiam Christiani ab huiusmodi cauere debeant ob periculum, quod exinde sequi posset.

24 Nec septimo excommunicationem incurrit fidelis, qui cum triremi, vel naui, lignis, aut armis plena soluit Genua, vt in Hispanias transfretare possit, & vi ventorũ aduersorum delatus fuerit Alexandriam, ibique naui, armis, & lignis spoliatus sit, ex Nauar. in e. ita quorundam. notab. 10. nu. 27. versic. vndecimo. de Iudæis. His positis, quædam emergunt dubia.

25 Dubium primum est, an qui mandant deferri, seu transmitti prohibita in hoc canone, dicantur deferentes, seu transmittentes, ita, vt incurrant excommunicationem Bullæ cenæ? Hoc dubium est generale, an quando aliqua actio prohibetur sub censura excommunicationis, incurrat illam non solum, qui facit, sed etiam, qui mandat. In qua re Panorm. in capit. mulieres. numero 5. 9. 10. 12. & 13. de sentent. excommunicat. & Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, numero vigesimoquarto, excommunicatione vndecima, versic. Secundo, & clarius verbo, excommunicatio decimo, numero quinto, quæst. quarta, versic. primum. & in verbo, mandatum. quæstio. quarta, partem affirmatiuam defendunt; vnde secundum eos, quotiescunque fulminatur excommunicatio contra facientes, incidunt etiam mandantes, & fauet dicto capit. mulieres, vbi habetur eum verè committere, cuius auctoritate, vel mãdato delictum committi probatur.

Contrarium tamen tenent Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto, 49. numero sexto. §. quinto. Caiet. verbo excommunicatio, in princip. Martin. Ledesm. secunda 4. quæst. vigesimasexta, artic. secundo, in princip. & Nauar. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, numero 31. versic. tertio, & ita dicendum est, iuxta ea, quæ dicta sunt ea. secundo, tum quia excommunicatio secundum omnes non debet extendi de vno casu ad alium, iuxta ea, quę tradit gl. in clemen. prima, in verbo, eos qui, de consanguin. eo quod pœnę potius restringendæ sint, quam ampliandę. capit. pœnę. de pœnit. distinct. prima, & capit. odia, & capit. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. mandans autem, non est verè faciens, cum mandatum præcedat factum. Tum, quia si sub ipso verbo, exequutiuo intelligerentur mandantes. non poneretur interdum, interdum non, cum tamen in hac Bulla aliquando ponantur mandantes, vt patet in excommunicatione 11. & decimatertia, aliquando autem non ponuntur, vt in pręsenti Canone, & in alijs multis, vnde signum est eos non comprehendi. Tum quia aliud est facere quantum ad rationem peccati, sic enim qui mandat, facere dicitur, vt notat Bart. in l. sed si vnus. ff. de iniur. quem refert Panormit. vbi supra, numero vndecimo, quia mandans peccat mortaliter, immo etiam non solum qui mandat, sed etiam qui consentit, & qui dat fauorem, aut consilium; aliud verò est facere respectu pœnæ Ecclesiasticæ, sic enim non incurrit, nisi qui verè facit ipsum opus; at qui mandat, non facit propriè, vt ipsemet Panorm. in dict. capit. mulieres. numero decimo. de sentent. excommunic. fatetur, alioquin omnes consentientes incurrerent excommunicationem, quamuis non exprimantur; & consentientes homicidio, cum hoc modo faciant, essent irregulares, quod tamen non solum absurdum est, sed etiam intolerabile. Et ad capit. mulieres. respondet Nauarr. vbi supra, non inde colligi opinionem Panormitani, scilicet, quod mandans percuti Clericum, verè percutiat illum: sed textus solum ait, committere delictum, quia mandare illud est verum delictum, vt notauit Bart. in d. l. sed si vnus, §. 1. de iniur. Deinde respondeti potest, quod sicut Papa excommunicare potuit & percutientem Clericum, & mandantem percuti, ita etiam declarare potuit non solum percutientem, sed etiam mandantem excommunicari, maximè, cum ex consuetudine, & ex alijs iuribus colligatur caput illud, Si quis suadente, 17. quæstio. 4. loquens de inijciente manus in Clericum, extendi ad mandantem, consulentem, & iuuantem, vt ex c. mulieres. & cap. quantæ, de sentent. excommun. & cap. sicut dignum, de homicid. quod tamen Papa hactenus in hoc casu non declarauit, nec id ex alijs iuribus, aut consuetudine Ecclesiæ colligitur; vnde & hanc opinionem amplexus est Cardin. Toletus in explicatione Bullæ Cenæ, §. 5. dub. 3.

26 Dubium secundum est, an qui non deferunt, aut transmittunt, sed vendunt, sint excommunicati; sicut qui in terris Christianorum venderent equos, ferrum, & reliqua prohibita Sarracenis & alijs infidelibus, excommunicationem hanc incurrerent? Respondeo, non excommunicari: sic Caiet. in verbo, excommunicatio, capit. 20. in fine. Nauar. in cap. ita quorundam. notab. 4. numero decimoquarto, vers. octauo, & notab. 10. numero 41. versic. decimoseptimo. de Iudeis, & Cardin. Toletus in explicatione Bullæ Cenę, §. quinto, dub. 1. Ratio est: quia in lege pœnali verba sunt præcisè, & strictè accipienda, & non debet fieri ampliatio, & extensio, maxime, quando non solum Christiani hæc vendunt in terris Christianorum, sed etiam illis infidelibus vendunt, qui in terris Christianorum sub potestate Regum, aut Principum degunt, etiamsi tales communiter prohibiti sint habere eiusmodi arma, & alia ad apparatum bellicum pertinentia; & quia in eis cessat ratio principalis huius prohibitionis, ergo & ipsa prohibitio. l. adigere, §. quamuis. ff. de iure patron. & cap. suggestum. & capitulo meminimus. de appellat.

27 Sexto, quoad res in particulari deferri, aut transmitti prohibitas in hoc canone.

Primo nomine *Equorum* intelliguntur omnes equi, siue sint apti ad præliandum, siue non, etiamsi debiles sint, claudi, & morbosi, quia est verbum generale, ex Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, num. 63. vers. tertia: & Sebastiano Medice, in Summa peccat. capital. tit. nono, quæst. 78. numero decimoquinto. Etsi enim aliqui ad præliandum apti non sint, possunt tamen esse apti ad ferendas sarcinas, ad trahendos currus, & alia similia. Idem verò Nauar. in cap. ita quorundam. notab. 5. numero 27. versiculo decimoquinto. de Iudæis, addit eos, qui deferunt mulos grandes, quibus Sarraceni egent ad portandum commeatum, non incidere in hanc censuram, nisi mala intentione eos deferant, ad bellum contra Christianos inferendum, at certè si incidant quando

do mala intentione eos deferunt, quod mihi valde probabile videtur, putarem incidere quacunque intentione eos deferant; quia in his rebus prohibitis non tam intentio attenditur, quam res quæ defertur; & licet non fiat mentio mulorum specificè, comprehenduntur tamen sub illis vltimis verbis, *Aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant*, cum experientia constet plurimum prodesse mulos ad portandum commeatum, & alia ad bellum necessaria.

28 Secundo nomine *Armorum* veniunt non solum offensiua, sed etiam defensiua, ex quacunque materia sint, l. armorum, ff. de verb. signific. & l. tertia §. armis, ff. de vi, & vi armata, vbi habetur arma non solum esse scuta, gladios, et galeas, sed etiam fustes, & lapides, glo. in capit. ita quorundam, in verbo, ferrum. de Iudæis, maximè lapides, & globuli illi apti ad bellum armorum appellatione veniunt, cum horum lapidum continuus vsus sit ad mœnia, & castella subuertenda. Et vt optimè notant Angelica, in verbo excommunicatio, quinto, casu vigesimoprimo, numero primo Syluest. verbo, excommunicatio septimo, numero 59. excommunicatione vigesimaprima. Tabiena, in verbo, excommunicatio, sexto §. primo, & Nauar. in cap. ita quorundam, notab. 5. numero decimo, versic. quinto, & in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 63. vers. quarta Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cœnæ, numero 77. Sebastianus Medices in Summa pecc. capit. tit. 9. quæstio. 78. numero decimoquinto Arma hoc in loco dicuntur omnia illa instrumenta, quæ principaliter, & ex communi vsu vel omnium nationum, vel aliquarum ad bellum, & conflictum assumi solent, huc sint offensiua, vt lanceæ, enses, pugiones, bombardæ, seu sclopi; siue defensiua, vt cassides, loricæ, scuta, peltæ, clypei, & id genus alia, argumen. l. 2. C. quæ res export. non deb. Item ligones, rastra, secures, mallei, & huiusmodi, vti ad impugnandos Christianos, vel se defendendum ab eis, faciendo fossam, vallum, murum, vel alia ad prælium, vel bellum opportuna. Item, vt diximus, lapides ad prælium arte parati, quales sunt pilæ lapideæ aptæ, vt à bombardis emittantur, vel quæ ad nocendum assumuntur, ex Nauar. in dicto cap. ita quorundam, notab. 5. numero 11. versic. secundo, & numero decimoquinto vers. quinto. Non tamen armorum appellatione veniunt, quæ casu, vel necessitate aliquando assumuntur ad prælium, vnde gladij, seu cultelli paruuli ad scindendum panem, vel ad calamos aptandos, quorum in bello non est vsus, non prohibentur deferri, ex Panor. in capitulo Clerici, t. de vita, & honest. Cleric. Angelica, Syluest. Tabiena, & Nauar. vbi supra, notab. 5. numero vigesimoquinto, versiculo decimotertio, & patet ex dicto capitulo Clerici, t. vbi dicitur quod Clerici arma portantes debent excommunicari, & consequenter mortaliter peccant, & tamen, vt constat, non prohibentur deferre cultellos ad panem scindendum, vel ad pennas aptandas, & casu omnino contingit quod quis aliquando his vtatur ad pugnam.

29 Tertio, nomine *Ferri* intelligitur ferrum tam factum, quam infectum, ex Angel. in verbo, excommunicatio, 5. casu, vigesimoprimo numero. Syluest. verbo excommunicatio. 7. numero 59. excommunicatione vigesimaprima. Tabiena, verbo, excommun. 6. numero tertio, §. secundo. & Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 63. uers. Quinta, & in cap. ita quorundam, Notab. 7. numero secundo, & numero quinto, de Iudæis. & Sebast. Medice, in Summa peccat. capital. tit. 9. quæst. 78. numero decimoquinto, per ferrum factum, intelligitur ferrum, ex quo aliquid fabricatum est, quo quis pugnare, aut munire se possit, quia ut ait Angelica, cit. & Nauar. in d. Notab. 6. numero duodecimo, brochetæ, seu clauiculi, scalpelli ad pennas aptandas, & cultelli & diuersi generis fibulæ ferreæ, & similia non uidentur sub ferro facto comprehensa, quia ut ait Nauar. etsi sint ferrum factum, non tamen sunt ferrum mediate, uel immediate uile bello: quia licet sua natura vtilia possint esse mediate ad bellum, non tamen talia communiter censentur secundum viri prudentis iudicium; nec probabile est infideles illis vti velle ad bellum, quod tamen bene limitat Nauar. nisi quis tantam eorum multitudinem deferret, vt vir prudens meritò dubitare posset, ne eis in vera arma conflatis in bello vterentur. Per ferrum autem infectum intelligitur non solum ipsa massa ferri iam redacta in formam ferri, &, in lamina extensum, vel conglobatum, sed etiam ipsa materia mineralis ferri, quamuis non sit per ignem liquata, & in formam ferri redacta, vt notare videtur Syluest. quamuis Nauar. contrarium senserit; cum alioquin frustratoria videri posset hæc prohibitio, si enim liceret materiam ipsam mineralem deferre, facile exinde posset ferrum ipsum confici, quo Christiani impugnarentur. Prohibentur etiam omnia genera metallorum, vt cuprum, aurichalcum, plumbum, stannum, & alia metalla, & consequenter aurum, & argentum, cum hæc metalla sint, vt Naua. vbi supra, in Manuali, ca. 27. insinuare videtur.

30 Quarto *Per bellica instrumenta* intelligi videntur tympana, tubæ, fistulæ, litui, cornua, & huiusmodi, ex Nauarr. in Manual. c. 27. his enim animantur milites, & instruuntur ad pugnandum.

31 Quinto nomine *Lignaminum* vt docent Angelica, verbo, excommunic. 5. casu, num. 3. Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, num. 59. excommunicatione 21. Tabiena, verbo, excommunicatio, sexto, §. tertio. Caietan. verbo, excommunicatio, cap. 20. & Nauar. in Manual. c. 27. num. 61. versic. sexta. & in capit. ita quorundam, notab. 7. numero 11. de Iudæis. propriè intelliguntur omnia illa ligna, quæ sunt apta ad faciendas naues, galeas, & alia nauigia, aut alias machinas bellicas, quæ deseruire possunt ad vsum belli, nempe ad faciendos currus, ad armandas bombardas, aliaque similia, ex quibus hastæ, aut etiam aggeres fieri possunt, his enim non parum iuuantur infideles in bello. Mihique placet, quod addit Nauar. in d. notab. 7. nume. 10. per lignamina etiam intelligi multo magis ipsas naues, & galeas factas; qui enim defert triremes, aut naues non solum defert lignamina qualiacunque, sed lignamina ligata, & compacta, quo modo vtiliora, & aptiora sunt ad bellum, quam soluta, & impacta: vnde, qui defert nauem ad infideles, excommunicationem hanc incurrit. Qui enim excommunicat deferentem materiam rei alicuius artificialis eo fine, ne res ipsa habeatur, aut fiat, à fortiori rem ipsam deferentem ex ea factam excommunicat, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis; id quod expresse sensit Petr. ab Anchar. in ca. ad liberandam, col. t. de Iudæis, ligna verò, quæ solum apta sunt ad comburendum non prohibentur, vt Angelica, Syluestr. Tabiena, & Nauarr. locis proximè allatis testantur.

32 Sexto nomine *Funium* intelliguntur quicunque funes non solum linei, & canapei, sed etiam ex lana, vel serico facti, qui possint vsui esse in bello; & non solum funes ipsi, sed etiam alia ex ipsis funibus confecta prohibentur, vt scalæ, &c.

33 Dubium esse potest, An qui deferunt ista ad infideles, vt impugnent alios infideles, incidant in hunc canonem? Respondeo, si ea, quæ deferunt, permanent, vt ijs postea Christianos impugnare possint, sine dubio excommunicationem hanc Bullæ cœnæ incurrunt; non autem si non permaneant, vt si quis pulueres deferat, iuxta ea, quæ tradunt Oldrad. consil. 71. & DD. communiter, in cap. ad liberandum, de Iudeis. & Nauar. in c. ita quorundam. notab. 4. numero 15. versic. nono, de Iudæis, & Cardin. Toletus, in expositione Bullę cenæ, §. quinto. dub. 8. Quia in hoc vltimo casu cessat causa finalis huius prohibitionis, saltem quoad ea, quæ post huiusmodi bellum expletum contra Christianos vsui esse non possunt. Quamuis vt rectè monet Nauar. semper quoad fieri

potest

potest, curare debet Princeps, qui talia mitteret, aut qui vsurus est Sarracenorum auxilio contra alios Sarracenos, & infideles, ne illis plura mittat, quam quæ necessaria sunt pro illo bello, neque quæ bello illo expleto contra Christianos vsui esse possunt, vt sunt arma, & tormenta bellica.

34 Dubium aliud est, An deferentes in hoc Canone prohibita, excusari possint ab hac censura? Respondeo, quod excusentur.

Primò qui ex ignorantia probabili facti, vt puta, qui huiusmodi res deferrēt clausas in arca, nesciētes eas in arca teneri, secus autem, si post quam scirēt, ea deferrent, aut mitterēt, Dixi, ex ignorantia facti, quia vix posset quis excusari ignorantia iuris, nisi forsan quis adeo simplex, & rusticus esset, qui non teneretur huius rei notitiam habere, argum. eorum, quæ habentur in cap. ignorantia, de regul. iur. lib. sexto, & l. secunda, l. cum quis, C. de iur. & facti ignor. & tradit Nauar. in capit. ita quorundam. notab. 8. numero vigesimoquinto, versic. nonò, de Iudæis, post Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, num. 64. excomunicatione vigesima prima, versic. Nono dubitatur, in fine.

Secundo excusari potest, quando hæc deferuntur cum vtilitate Christianorum, vt si quis deferret equum debilem, vt ab infidelibus reportet meliorem, hoc enim non tam est deferre, quam tollere arma Sarracenis, iuxta ea quæ tradunt Tabiena, verbo, excommunicatio. 6. nu. 5. §. quarto. & Nauar. in ca. ita quorundam, notab. 8. num. 23. vesic. decimo, de Iudæis.

Tertio excusatur quis ratione paruitatis materiæ, quia etiam à culpa mortali excusat imperfectio actus, & paruitas rei, secundum S. Thom. 1. 2. quæst. 88. artic. quinto, & sexto, vt paruitas rei furtim sublatæ, secundum eundem S. Thomam in 2. 2. quæst. 66. artic. sexto, ad 3. & paruitas vindictæ, secundum eundem, 2. 2. quęst. 158. art. tertio. excommunicatio verò maior non incurritur nisi ob peccatum mortale, ex Palud. 4. dist. 28. quæst. prima. art. 2. Cóclus. secunda. & Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 9. & in c. ita quorūdam, notab. 8. nu. 9. & nu. 30. de Iudæis. & communi DD. sententia, & colligi videtur ex ca. nemo episcoporum, 11. q. 3.

Quartò, si huiusmodi delatio pro necessaria defensione vitæ propriæ, aut propinquorum, & amicorum, vel pro conseruatione rerum, quæ sunt maximi momenti, & in graue damnum summ cederent, nisi eas res recuperaret, aut aliter captiuos redimere non posset, vt in hoc vltimo casu expresse docent Innocent. Ioan. Andr. Hostiens. & Anchar. in capitulo significauit. de Iudæis. & faciunt quę tradit Nauar. tom. 2. consil. 31. de sentent. excommunic. vt enim communiter tradunt DD. pręceptum Ecclesiæ non obligat cum tanto periculo, & cum tanto damno; In qua tamen re cautè agendum est, & consilio Doctorum, & prudentum vtendum, antequam res deferantur, ne in causa propria erretur, & excommunicatio incurratur. Excipitur vnus casus, scilicet, quando quis teneretur pro communi bono exponere se huiusmodi incommodis secundum ius naturæ; quo casu certum est esse peccatum mortale deferre; & probabile valde est inducere hanc censuram.

35 Septimo, *status Reipublicæ Christianæ*, de quo in hoc Canone infideles, & hæretici prohibentur fieri certiores, est status temporalis, non solum totius Christianitatis, & fidei Catholicę, & Ecclesię, sed etiam cuiuscunque particularis Regni, Prouincię, Ciuitatis, &c. Quo etiam modo intelligendum est, quod additur de consilio, fauore, & auxilio, quod cedit in damnum, & perniciem Christianitatis in communi, aut etiam alicuius Regni, & Prouincię, aut Ciuitatis, in particulari.

36 Octauò reuocantur Priuilegia concessa quibuscunque Dominis, Principibus, Rebuspublicis, aut alijs personis priuatis, vt enim notant Syluest. in verbo, excommunicatio, 7. numero 58. excommunicatione 21. & Tabiena, verbo, excommunicatio, sexto, §. sexto. & Cardinalis Toletus, in explicatione Bullę cenę. §. quinto, dubio primo, Genuenses olim habuerunt priuilegia à Nicolao Papa, & à Sixto IIII. & Veneti à Martino V. deferendi quędam prohibita ad Turcas, & Sarracenos, & simile priuilegiū concessit Iulius Papa II. Genuensibus vt possent portare stannum, ęs, plumbum, electrum, & similia, quę priuilegia per Bullam cenę Domini reuocata sunt.

De Impedientibus eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehunt. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria ad vsum Curiæ Romanæ conuehunt, in Bulla cenæ excommunicantur.*

2 *Excommunicatio octaua Bullæ cenæ quas personas comprehendat.*

3 Curiæ Romanæ *nomine quid intelligatur.*

4 *Maleficia ex voluntate, & proposito agentium distinguuntur.*

1 Excommunicatio octaua, fertur in hęc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt, per se, vel alios, cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

2 Canonis istius materia ex Caiet. verbo excommunicatio, cap. decimonono, est sacrilegium quo offenditur sedes Apostolica in suis victualibus, & in alijs ad vsum Curiæ Romanæ necessarijs. Personæ principales sunt hæ quinque. Primò, Impedientes eos qui victualia, & alia necessaria ad vsum Curiæ adducunt. Secundo, Inuadentes eosdem. Tertiò, Prohibentes ne prædicta ad Curiam adducantur. Quartò. Impedientes hæc adduci. Quintò, Perturbantes ne ad Curiam afferantur. Vnde, vt notatur Caiet. primò prouidetur hominibus adducentibus, Secundò, rebus adducendis. Personæ accessorię exprimuntur scilicet, defendentes per se, vel per alios, qui prædicta faciunt. Quæ omnes personæ huic censuræ subijciuntur, cuiuscunque gradus, status, dignitatis, & præeminentiæ Ecclesiasticæ, vel mundanæ fuerint. Canon autem iste in Bulla cenæ fuit saltem a temporibus Martini V. vt patet ex S. Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto cap. 72. & eius etiam mentionem faciunt Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, numero 68. excommunicatione vigesimasecunda, Tabiena, verbo, excommun. 6. §. Duodecimo, versic. sextus casus, Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 19. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. vigesimasexta, articulo secundo, pag. 356. in Bulla Iulij III. & Sotus quarto distin. vigesimasecunda. quæst. secunda, artic. tertio post conclus. quintā in Bulla Pauli Papæ IIII. Nau. in Manuali, c. 27. num.

numero 64. in Bulla Gregorij XIII. sub anno 1584. qui canon addidit aliud genus personarum, scilicet, exigentes, seu soluere facientes aliquid pro delatione prędictorum, quæ tamen personæ non continentur in hac Bulla Cenæ Clementis VIII. sub anno, 1598.

3 Circa hunc Canonem duo sunt obseruanda, vnum est nomine Curiæ, non solum intelligi solam familiam Papæ, sed etiam omnia quæ sunt eius sedis tribunalia, ita vt Curia significet locum, in quo geruntur negocia, & lites.

4 Alterum est, canonem hunc non comprehendere eos, qui faciunt actiones in eo expressas, nisi faciant animo impediendi, ne hæc ad Romanam Curiam adducantur, vt enim Caiet. & Nauar. vbi supra. & Alphonsus Vualdus in expositione Bullæ Cenæ, numero 71. eos secutus, & Card. Toletus, §. sexto in fine, & Sebast. Medices, par. secundæ summæ, titulo 9. quæst. 78. numero 206. notant, maleficia ex voluntate, & proposito distinguuntur, vnde, si Gubernator alicuius Ciuitatis consulens patriæ vtilitati, & abundantiæ, prohiberet, ne quis extrahat de Ciuitate, aut Prouincia fruges, & huiusmodi, quamuis inde sequatur, quod ad Curiam Romanam deferri non possint, non propterea incidit in hunc Canonem. Similiter, si quis tempore, quo pestis in Curia grassaretur, inhiberet suis, ne quis vadat Romam reuersurus, non incidit in hunc Canonem, quia in istis, & alijs similibus ex accidenti solum agitur contra curiam, & per se prouidetur vtilitati, & sanitati patriæ; censuræ verò intelligendæ sunt penes id, quod est per se, & non penes, id quod per accidens contingit. Sic Caiet. Nauar. & Alphonsus Vualdus locis allatis, vbi Vualdus rectè Doctorem quendam Salmaticensem secutus, docet non incurrere hanc censuram, qui expoliaret aliquem pecunijs tantum, sicut nec qui assassini officio vtens, vel ob particularem inimicitiam imperteret aliquem deferentem victualia, merces, & huiusmodi, alicui particulari personæ ratione venditionis, aut donationis, cum hæc non ad vsum curiæ Romanæ, sed illius priuatæ personæ deferantur.

Contra vexantes in Curia morantes, aut venientes ad eam, vel ab ea recedentes. Cap. XIII.

SVMMA.

1 Venientes ad Sedem Apostolicam, aut ab ea recedentes vexans, excommunicationem Bullæ Cenæ incurrit.

2 Excommunicatio nona Bullæ Cenæ quas personas, & actiones contineat.

3 Nomine Curiæ, quid significetur.

4 Morantem in curia vexans, vt in Bullam Cenæ incidat, quid secundum Caietanum facere debeat.

5 Canon Bullæ Cenæ, quo vexans ad Sedem Apostolicam venientes excommunicatur, quanta antiquitatis sit.

1 EXcommunicatio Nona fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam a nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

2 Canonis istius materia, vt notat Caietan. in verbo, excommunicatio, capitulo decimoquarto, est sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in ijs personis, quę sub sua protectione sunt. Continet autem tria genera personarum. Primo venientes ad Sedem Apostolicam. Secundò, recedentes ab eadem Sede. Tertiò, morantes in Curia Romana. Actiones sunt istæ; Primo, interficere per se, vel per alium. Secundo, mutilare. Tertio, spoliare. Quarto, capere. Quinto detinere huiusmodi personas, & omnes sunt principales.

Circa quem canonem hæc obseruanda sunt.

3 Primò, Nomine Curiæ, non intelligitur Roma, seu ciues Romani, sed Sedes, & curia Apostolica, adeo vt oporteat, vt personæ hic offensæ, veniant ad Sedem Apostolicam, aut ab illa recedant, aut in curia, hoc est in loco, in quo degit curia morentur, immo morari debent in curia, hoc est ratione, & intuitu negociorum in curia, ex Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo decimoquarto. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero sexagesimoquinto. Toleto, in expositione Bullæ Cenę, §. septimo, dub. primo, & Sebastian. Medice, in secunda parte Summæ, titu. nono, quæstione septuagesimaoctaua, numero 178. vnde, si non veniant, recedant, aut morentur ratione negociorum agendorum in curia, aut veniant Romam, aut ab ea recedant, vel in ea moram fecerint alio intuitu quam Sedis Apostolicæ, aut veniant Romam, aut ab ea recedant, & curia sit in alio loco extra Romam, non proteguntur hoc canone, nec prædictas actiones exercens contra illos excommunicationem huius canonis incurrunt.

4 Secundò, vt notat Caietan. vbi supra, alio modo se habent actiones prędictę circa venientes ad curiam, & ab ea recedentes, alio modo circa morantes in curia, quoad excommunicationem hanc incurrendam; circa venientes enim, vel recedentes satis est ad incurrendam excommunicationem interficere, mutilare, spoliare, capere, aut detinere; circa morantes vero in curia, non quicunque interficit, mutilat, spoliat, capit, aut detinet, est excommunicatus, sed qui auctoritatiuè hoc facit, hoc est, qui faciendo se iudicem, cum non sit, interficit, mutilat, spoliat, capit, aut detinet, quę Caietani doctrina satis subtilis est, quæ etiam Toleto placet vbi supra, dub. 4. & ex verbis Bullæ haud obscure colligi potest.

5 Tertiò, canon hic satis antiquus est, habetur enim in Bulla Cenæ Martini V. apud Sanctum Antoninum, tertia parte, titulo vigesimoquinto, capitulo septuagesimo secundò, & in Bullis subsequentium Pontificum, vt videre est apud Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, numero sexagesimooctauo, excommunicatione vigesimatertia, Tabienam, verbo, excommunicatio, sexto, numero decimotertio, §. duodecimo, versiculo, septimus. Caietan. vbi supra, capitulo decimoquarto, Martin. Ledesmam, secunda, 4. quæstione vigesimasexta, articulo secundo, pag. 356. colum. secunda, Sotum, in quarto, distinctione vigesimasecunda, quæstione secunda, articulo tertio, post conclusionem quintam, Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero sexagesimoquinto, Alphonsum Vualdum in expositione Bullæ Cenæ, numero 76. & sequentibus.

Contra vexantes Romipetas, seu peregrinos, in Vrbe morantes, vel ab ea recedentes. Cap. XIIII.

S V M M A.

1 *Romipetas, seu peregrinos quouis modo vexans, vel consilium, auxilium, aut fauorem præstans vexanti in censuram Bullæ Cenæ incurrit.*

2 *Excommunicatio decima Bullæ Cenæ quas personas, & actiones complectatur.*

3 *Canon Bullę Cenæ excommunicans vexantes Romipetas quam antiquus sit.*

4 *Romipetas vexans, etsi Papa cum curia Romæ non sit, in excommunicationem Bullæ Cenæ incidit.*

5 *Romipetæ, seu peregrini, ad hoc, vt eos offendentes excommunicentur, quas conditiones habere debeant.*

6 *Romipeta, an dici possit ciuis Romanus ad vrbem causa deuotionis accedens.*

7 *Deuotio, & peregrinatio qualiter inter se differant.*

8 *Offendens aliquem, qui nondum iter incepit, aut post reditum ab vrbe, excommunicationem Bullæ Cenæ non incurrit.*

1 Xcommunicatio octaua fertur in hæc verba.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

2 Canonis huius materia est sacrilegium, quo inuaduntur ad Sanctam Vrbem pergentes, ex Caietan. in Summa in verbo, excommunicatio, capitulo decimotertio, quoad personas inuadentes, est vniuersalis, quoad actiones comprehendit sex principales, & tres accessorias, principales sunt. Primo, interficere. Secundo, mutilare. Tertio, vulnerare. Quarto detinere. Quinto, capere. Sexto, deprædari. Accessoriæ sunt, Primò, auxiliari, Secundo, consulere, Tertio, fauere.

Circa hunc Canonem hæc breuiter annotanda sunt.

3 Primò, Canonem hunc antiquum esse, huius etenim mentio est in Bulla Martini V. apud S. Anton. par. tertia, titulo vigesimoquinto, capitulo septuagesimosecundo. Syluest. verbo, excommunicatio, septimo, numero septuagesimoquarto, excommunicatione vigesimanona, Tabienam, verbo, excommunicatio, sexto, §. duodecimo, versiculo, octauus, & in Bulla Iulij Papæ II. apud Caietan. in Summa, verbo, excommunicatio, capitulo decimotertio, & in Bulla Cenæ Iulij Papæ III. apud Martin. Ledesm. 2. 4. quęstio. vigesimasexta, articulo secundo, pag. 557. col. prima, & in Bulla Pauli Papa IIII. apud Sotum quatto distinct. vigesimasecunda, quæst. secunda, articulo tertio, post conclus. 3. versic. decimatertia, & in Bulla Gregorij XIII. apud Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero sexagesimoquinto, qui tamen canon mutatus est, siquidem in processu Cenæ Domini tempore Martini V. comprehendebantur etiam & peregrini ad Hierusalem, & bona offendentium contra hunc canonem erant confiscata.

4 Secundo, Canon iste non Papam, aut curiam respicit, sed vrbem Romam; vnde quamuis Papa cum curia alibi esset, nihilominus tamen ligaret offendentes euntes ad vrbem causa deuotionis.

5 Tertio, Personæ offensę tres habere debent conditiones, ad hoc, vt offendentes eas communicationem hanc incurrant.

6 Prima est, quod sint Romipetæ, seu peregrini; communius autem nomen est Romipeta, quam peregrinus, siquidem ciuis Romanus accedens ad vrbem causa deuotionis dici potest Romipeta, vt vox ipsa denotat, non autem peregrinus, vt constat, vnde qui talem ciuem Romanum ad vrbem causa deuotionis accedentem, aliqua actionum hic expressarum offenderet, excommunicationem hanc incurreret, cum tamen econtra, qui habitantem Romæ causa deuotionis offenderet aliqua vna ex actionibus prædictis, excommunicatus non esset, quia vt notat Caietan. habitator non est Romipeta, aut peregrinus morans in vrbe; cui autem verba canonis non competunt, nec ei pœna canonis conuenier, cum in pœnis stricta, & propria verborum interpretatio facienda sit.

Secunda est in causa, scilicet, vt causa deuotionis, vel peregrinationis Romam veniat, vnde si quis habitatorem Romæ, aut alio in loco euntem ex Gallia, aut alio loco Romam, vt in domum suam vadat, aut vt amicum suum visitet, offenderet, non incurrit hunc canonem;

7 Quia talis nec deuotionis, nec peregrinationis causa Romam vadit. Inter causam autem deuotionis, & peregrinationionis nihil interest, nisi quantum ad exteriorem manifestationem, deuotio enim interior est, peregrinatio autem exteriora signa habere est solita.

8 Tertia est, vt ad vrbem accedant, vel ab ea recedant, vel in ea morentur; vnde si quis talem offenderet, antequam sit in accessu, vel post reditum, excommunicationem hanc non incurrit, ex Sebast. Medice, in secunda par. Summæ, titu. nono, quæstione septuagesimaoctaua, numero 149. Immo si peregrinus, vel Romipeta Romæ, vel extra delinquat, poterit tam a iudice, quam ab alijs puniri, & percuti absque hoc, quod incurratur excommmunicatio, quia tunc non punitur peregrinus, sed vt malefactor, vt rectè Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ Cenæ, numero 82. annotauit.

De offendentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios Prælatos. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Cardinales Ecclesiæ Romanæ, & alios Prælatos offendentes excommunicationem Bullæ Cenæ incurrunt.*

2 *Excommunicatio vndecima Bullæ Cenæ quas personas, & actiones comprehendat,*

3 *Excommunicatio, qua offendentes Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinales, & alios prælatos excommunicantur, quando in Bulla Cenæ primo posita fuerit.*

4 Episcopi *nomine qui intelligendus,*

5 Percutientis *nomine quid significetur.*

6 Capere *is aliquem dicitur, qui cum effectu, seu captura realiter illum capit.*

Hosti-

7 *Hostiliter insequi quis dicendus, vt pœnam contra hostiliter aliquem insequentem latam incurrat.*

8 *Eijcientes quinam proprie dicendi sint.*

9 *Mandantium nomine regulariter intelliguntur mandantes secuto effectu.*

10 *Mandans quo casu ex solo mandato absque eo, quod sequatur effectus, excommunicationem incurrat.*

11 *Ratum habens is censetur, qui, quod eius nomine factum est, approbat.*

12 *Consilium nudum quodnam dicendum, & quibus modis consilium præstari possit.*

13 *Fauor simplex, & dolosus quidnam sint.*

Excommunicatio vndecima fertur in hæc verba:

1 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs eijcientes. Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel fauorem.

2 Canonis huius materia est sacrilegium, quo Sancta Ecclesia in membris suis principalibus offenditur, ex Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 11. & 12. Et quoad personas est vniuersalis. Quoad actiones principales continet nouem. Primò, interficere. Secundò, mutilare. Tertiò, vulnerare. Quartò, percutere. Quintò, capere. Sextò, carcerare. Septimò, detinere. Octauò, hostiliter insequi. Nonò, è locis suis eijcere. Quoad actiones accessorias, sunt quinque. Mandare, ratum habere, auxiliari, consulere, fauere. Personæ quæ prohibentur offendi actionibus prædictis sunt, Primò, Cardinales, Secundò, Patriarchę, Tertiò, Archiepiscopi, Quartò, Episcopi, Quintò, Sedis Apostolicæ Legati, Sextò, Nuncij eiusdem Sedis. Loca verò ex quibus personæ prædictæ eijci prohibentur, sunt Primò, è suis Diœcesibus, Secundò, è suis territorijs. Tertiò, è terris, Quartò, è dominijs.

3 Circa quem Canonem sciendum est

1. Primò, hunc Canonem non esse ita antiquum in Bulla cenæ, vt sunt præcedentes, nam in Bulla Martini V. apud S. Anton. non fit mentio huius, neque apud Syluestrum, aut Tabienam, nec vllus antiquior Caietano huius meminit, vndè probabile est, incępisse vel sub Leone X. vel sub Iulio II. vel paulo ante; Immo nec in Bulla Iulij III. apud Martinum Ledesm. 2.4. quæst. 26. artic. 2. pag. 356. col. a. fit mentio Cardinalium, aut Legatorum, & Nunciorum Sedis Apostolicæ, & in Bulla Pauli Papæ IIII. apud Sotum 4. distin. 22. q. 2. artic. 3. post concl. 5. Canon iste omninò prætermissus est, sed neque in Bulla Pij V. apud Toletum in expositione excommunicationis octauæ, & lib. 5. instruct. Sacerd. cap. 8. vers. quartum genus. Neque in prioribus Bullis Gregorij XIII. mentio est Cardinalium; in illa tamen vltima eiusdem Gregorij XIII. sub anno 1584. apud Nau. in Man. cap. 27. nu. 67. mentio facta est Cardinalium, & aliarum personarum, quæ in hac Bulla Clementis VIII. recensentur.

De hac autem materia habentur duo Canones in iure Canonico, quorum vnus est Bonifacij Papę VIII. in capit. Felicis. de pœnis. lib. 6. vbi id statuitur quoad Cardinales, & intelligitur hoc de Cardinali, siue habeat capellum, siue non, dummodò sit nominatus in Cardinalem, & assenserit, quia ex tunc verus Cardinalis est, vt notat Palud. 4. distin. 18. q. 3. art. 2. casu 26. Alter est Clemen. V. in Clem. si quis suadente, de pœnis, vbi id de Episcopis decretum est, cum alijs multis, & casus d. c. Felicis, celebratus fuit Papæ, sicut etiam casus d. clem. si quis suadente, horum etiam duorum canonum mentionem faciunt S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 2. & c. 3. Angelica, verbó, excommunicatio, 7. casu 9. & casu 13. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. num. 22. excommunicatione 15. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 2. & casu 3. & Caietan. verbo, excommunicatio c. 11. & 12. Similis constitutio habetur edita à Pio V. Anno 1569. quartodecimo Kalend. Ianuarij, & Pontificatus sui anno quarto, quæ incipit: Infelicis sæculi, & est constitutio 95. eiusdem, qui prædictam Bonifacij VIII. constitutionem editam contra offendentes S. R. E. Cardinales, etiam ad scientes, & non seuelantes extendit. Imò Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 86. citans Armillam, verbo, excommunicatio, ca. 2. & Episcopum Scalensem in suo Enchiridio in explicatione huius casus, addit, quod licet in hac clausula Bullæ cenæ tantum fiat mentio Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, &c. extendenda est tamen ad percutientes, vulnerantes &c. clericos, vel Religiosos familiæ Cardinalium, &c. Quod dictum tunc solum verum esse censeo, quando hæc faciant in prædictos familię eorum intuitu Cardinalium, & aliorum, de quorum familia sunt; tunc enim iniuria illa ipsis Cardinalibus inferri censetur; secus autem, si ex priuato odio, aut inimicitia aliquem ex eorum familia percusserint, aut vulnerauerint.

Secundo, nomine *Episcopi* intelligitur ille, qui est consecratus, non autem, qui est tantum electus, & non consecratus, quia electus, & non consecratus non est Episcopus, licet sit administrator, & Episcopus electus, ex communi canonistarum sententia gloss. in Clem. 2. in verbo, Pontificum, de celebrat. Miss. Arch. in c. illud. d. 23. Domin. cap. si. de sent. & re iudic. lib. 6. Bald. in l. si nondum, C. de furtis. Felin. in cap. cum te, de rescrip. Angelica verbo, excommunicatio, 5. casu 13. nume. 1. S. Anton. 3. par. titu. 25. cap. 3. & citat Paul. & Ioan. Andr. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. num. 44. excommunicatione 15. & Caietan. verbo, excommunicatio, cap. 12. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 77. vers. octaua. Alphons. Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 88. & Toletus in explicatione eiusdem Bullæ. §. 8. nntab. 2. & lib. 5. instruct. Sacerd. cap. 8. versic. tertium genus. Vnde electus tantum, & non consecratus, protectione canonis huius nō gaudet; & multò minus præsentatus tantum, confirmatus, institutus, aut prouisus, etiamsi possessionem adeptus sit: secus autem dicendum est de Episcopo consecrato, qui renunciauit Episcopatui, & non ordini, talis enim huius canonis protectione gaudet.

5 Tertiò, nomine *Percutientes* intelliguntur illi, qui non iure, sed iniustè hoc faciūt: quia si defendendó hoc fecerūt, non erunt excommunicati, tunc enim cessat pœna, arg. ca. significasti, 2. §. si verò, de homicid. nam vim vi repellere licet, scilicet, cum moderamine inculpatæ tutelæ, d. cap. significasti, 2. & l. vt vim. ff. de iust. & iure, & l. 2. C. vnde vi. & id expresse docent gl. in cap. Felicis, in verbo, percusserit, de pœnis, lib. 6. S. Ant. par. 3. tit. 25. c. 2. & c. 3. Syluc. verbo, excommunicatio, 7. nume. 21. excommunicatione 12. vers. primo. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 2. §. tertio. & Nauar. in Man. ca. 27. nu. 67. vers. Iota. Sic etiam, qui probabiliter ignorans perciteret aliquem istorum noctu, aut interdiu habitu alieno repertum, ex Nauar. & arg. cap. 2. de consti. excommunicationem hanc non incurrere.

6 Quarto *Capere* accipitur hoc loco cum effectu, id est, cum reali captura, vnde si non capiatur aliquis istorum, sed insultus ei fiat ad domum, vt ei fiat iniuria, vel si obsideatur in domo, vel in castro, non vt ibi custodiatur,

sed vt inferatur verecundia, non incurritur excommunicatio huius canonis, ex Innoc. in capit. nuper, de sent. excom. Archid. quem referunt Syluest. & Tabiena, vbi supra, eum sequentes, idemque docent S. Anton. 3. part. tit. 25. capitulo secundo, & Angelica, verbo, excommunicatio, casu 9.

Quinto *Hostiliter insequi* hic intelligitur ex S. Anton. 3.
7 part. tit. 25. capit. 2. & Syluest. verbo excommunicatio, 7. num. 23. excommunicatione vndecima, versic. primo, & alijs, insequi aliquem istorum tanquam hostem, & inimicum capitalem animo grauiter offendendi; Item secundum eosdem DD. insequi publice, & manifeste, quamuis animo non ita hostili; nam talis insecutio est valde iniuriosa.

8 Sexto *Eijcientes* censentur illi iudices sæculares, qui personas hic expressas e suis terris, & Regnis eijciunt; secus autem si solum eijciant e Curia Regis, vel ex alio loco, qui non esset diæcesum eorum: tunc enim, quamuis peccent, non tamen excommunicationem huius canonis incurrunt, ex Nauar. in Manuali, c. 27. num. 67. vers. quinta, quia nec verba canonis, nec ratio eius eis aptantur, vt constat.

9 Septimo nomine *Mandantium* intelliguntur mandantes, secuto effectu; quoniam cumque enim excommunicantur mandantes. (& hoc maxime quando actio hæc est accessoria, vt in præsenti canone) non incurrunt censuras, nisi secuto effectu illo, quem mandarunt, gloss. in cle. si quis suadente, in verbo, mandauerit, & ibi Paul. & Ioan. Andr. de pœnis. S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 3. Syluestr. verbo, excommunicatio, septimo, num. 44. excommunicatione decimaquinta, vers. primo, & Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 2. §. quarto, qui omnes requirunt factum perfectum, vt scilicet sequatur insecutio, vel percussio, vel captio, &c. ex tali mandato, ad hoc, vt mandans excommunicationem incurrat. Quod si ille, qui mandauit, reuocat mandatum suum, & reuocatio peruenerit ad mandatarium, etiã si mandatarius postea non obstante reuocatione exequatur, ille, qui mandauit, in censuram non incidit; quia, ex quo sufficienter reuocauit factum, non præsumitur ex vi mandati, sed ex culpa mandatarij commissum delictum.

10 Excipitur communiter vnus casus, in quo mandantes principaliter excommunicantur, eo ipso, quod mandarunt, etiamsi non sequatur effectus, vt habetur in capit. pro humani, de homicid. lib. 6. scilicet, si quis mandat Christianum interfici per assassinos. Alij alios casus addunt, de quibus non certò constat.

11 Octauo, *Ratum habentes* quod intelligitur, cum eius contemplatione, & nomine sit factum, aliàs ratum habere non posset. ca. ratum quis, de reg. iur. lib. 6. gloss. in cap. Felicis, in verbo, ratum habuerit, de pœnis, lib. 6. & gloss. in capitulo si quis suadente, in verbo, ratum habuerit, de pœnis. Paul. Ioan. And. in d. c. Felicis, S. Anton. 3. par. tit. 25. c. 2. & c. 3. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. nu. 23. excommunicatione 11. vers. primo, & Tabiena, verbo, excommunicatio, 4. casu 2. §. sexto. Quicquid Ioan. Monachus ex glo. in d. c. Felicis contradicat.

12 Nono *Consilium* intelligitur fraudulentum, non nudum; dicitur autem nudum, quod nihil adijcit ad peccandum, hoc est sine quo alter illud esset facturus. ex gloss. in cap. nuper. 2. in verbo, consilium impendendo. de sent. excom. Paul. & Ioan. Andr. & S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 2. & c. 3. Syluest. in verbo, excomunicatio, 7. num. 44. excommunicatione 15. versic. primo. & Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 2. §. quinto. Præstatur autem consilium suadendo, rogando, impellendo, instruendo, vel secuturam vtilitatem ostendendo, vt notatur in c. ad audientiam, de homicid. S. Anton. & Syluest. vbi supra.

13 Et similiter *Fauor* non intelligitur de nudo, & simplici, qui scilicet nihil adijcit ad peccandum, sed de doloso, qui aliquid operatur ad insecutionem, percussionem, eiectionem, &c. ex gl. in c. Felicis, in verbo, fauorem, de pœnis, lib. 6. S. Anton. & Syluest. locis proxime allatis, & Tabiena, verbo excommunicatio, 5. casu 3. num. 2. § primo. Dantes autem consilium, auxilium, vel fauorem, non incurrunt hanc censuram, nisi sequatur occisionis, verberationis, aut detentionis effectus, ex Alphonso Viualdo vbi supra, nu. 89.

De offendentibus recurrentes ad Curiam Romanam pro suis negocijs. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Offendentes ad Curiam Romanam recurrentes pro suis negocijs in Bullam cenæ incidunt.*
2 *Excommunicatio duodecima Bullæ cenæ quas personas & actiones comprehendat.*
3 *Excommunicatio, quam offendentes ad Curiam Romanam negotiorum gratia recurrentes incurrunt, quantæ sit antiquitatis.*
4 *Actiones in hac excommunicatione fieri prohibitæ, vt eas exercentes in Bullam cenæ incidant, quales esse debeant.*
5 Recurrere ad Curiam *quis intelligatur.*
6 Procurans, & Procurator *qualiter inter se differant.*

1 
Excommunicatio duodecima, fertur in hęc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios, personas Ecclesiasticas quascunque, vel sæculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negocijs recurrentes, ac illas in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negociorumque gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negocijs deputatos occasione causarum, vel negociorum huiusmodi, occidũt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

2 Canonis huius materia est Sacrilegium, quo ex certa speciali causa (scilicet litis, vel negocij) offenduntur, qui sub protectione sunt Sedis Apostolicæ, ex Caiet. verbo, excommunicatio, c. 15. Quoad personas quidem offendentes est vniuersalis, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint; quoad personas vero prohibitas offendi, continet nouem genera personarum; Primo, recurrentes ad Curiam Romanam super causis, & negocijs eorum: Secundo, prosequentes eadem in eadem Curia. Tertio, procurantes in ijsdem causis, & negocijs. Quarto, Gestores negociorum, Quinto, aduocatos. Sexto, procurantes. Septimò, agentes ipsorum, Octauo, Auditores deputatos super dictis causis, & negocijs. Nono, Iudices super eisdem deputatos, siue sint deputati particulari deputatione, siue incumbant officio. Actiones principales sunt tres; Primo, occidere; Secundo, percutere; Tertiò, spoliare

per

per se, vel per alios aliquem ex personis supradictis. Actiones verò accessoriæ sunt istæ, Primò, committere prædicta delicta. Secundò, ea exequi. Tertiò, procurare hæc fieri. Quartò, dare auxilium. Quintò, dare consilium. Sextò, dare fauorem.

3 Obseruanda sunt hæc quoad Canonis huius intelligentiam.

Primò, Canon iste antiquitus fuit in Bulla Cenæ saltem à tempore Martini V. vt patet ex S. Anton. 3. p. titu. 25. c. 72. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. nu. 70. excommunicatione vigesimaquinta, Tabiena, verbo, excómunicatio. 6. §. duodecimò, ver. vndecimus, & etiam ex Bulla Iulij ij. & Leonis x. apud Caiet. vbi supra, & in Bulla Iulij Papæ iij. apud Martio. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 356. col. 2. & in Bulla Pauli Papę iiii. apud Sotum 4. d. 22. q. 2. artic. 3. post concl. 5. ver. noua, & in Bulla Gregorii xiii. apud Nau. in Man. c. 27. nu. 68.

4 Secundo, duę conditiones ad hanc censuram incurrendam ex parte personarum prædictarum, & actionum necessariò requiruntur.

Vna est, vt actiones hic prohibitæ, aut aliqua vna illarum fiant contra dictas personas, non ex quacumque causa, & intuitu, sed occasione causarum, & negociorum, quæ in ipsa Curia geruntur, vt notant Caiet. verbo excommunicatio, c. 15. & Card. Toletus in explicatione Bullæ cenæ, §. 9. in principio.

Secunda est, vt per viam illicitam, & iniustam fiant eędem actiones contra easdem personas: vnde si quis intuitu negociorum, vt impediat aduersarium contra se agentem, vel aduocatum, vel Iudicem, vel alium aliquem ex personis supradictis, accuset criminaliter in iudicio de crimine vero, & causam prosequatur vsq; ad eius morté, non incidit in huius Canonis excommunicationem, vt expressis verbis affirmat Alphonsus Viualdus vbi supra, nu. 92. sin autem accusaret de crimine falso, aut probaret per falsos testes, sine dubio incideret.

5 Tertio, *Recurrere ad Curiam* in præsenti Canone, non solum intelligitur in propria persona venire ad Curiam sed etiam causam, vel negocium ad Curiam Romanam transferre, vt per eam cognoscatur. Vnde quicunque negocium aliquod ad Curiam Romanam transfert, vbicunque offendatur intuitu illius negocii, offensor eius in hanc excommunicationem incidit. Quid autem *Curiæ* nomine intelligatur, diximus supra, cap. 13. num. 3.

6 Quarto, Nomen *Procurantis* hic expressum à nomine Procuratoris differt; Nam ille solum Procurator est, qui authentice constituitur ad comparendum in iudicio; Procurans autem vocatur, quisquis ad expeditionem causæ, & negocii cooperatur. Reliqui termini ex supradictis clausulis manifesti sunt.

De appellantibus à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad potestatem laicam.

Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Appellantes à grauamine, seu futura executione litterarum Apostolicarum ad potestatem laicam in Bulla Cenæ excommunicantur.*

2 *Excommunicatio decimatertia Bullæ cenę quas personas & actiones contineat.*

3 *Partes, seu personæ in ea contentæ quænam sint.*

4 *Litteræ Apostolicæ, a quarum executione appellare prohibeatur, quænam sint.*

5 *Appellationes friuolæ, non autem iustæ in Bulla cenæ prohibentur.*

6 *Magistratus executionem litterarum Apostolicarum prohibentes quinam censendi sint.*

7 *Excommunicatio, quam appellantes ad laicam potestatem incurrunt, quam antiqua sit.*

8 *Impediens accedentem ad Curiam Romanam pro litteris impetrandis quando excommunicationem incurrat.*

1 
EXcommunicatio Decimaquarta, fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes; tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiã in forma Breuis, tam Gratiam, quam iustitiam concernentium; Necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum decretorum à nobis, & a Sede prædicta: seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tẽpore emanauerint, aut aliàs ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam Fisci procuratore, vel aduocato, appellationes huiusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt quiue illa simpliciter, sine eorum beneplacito, & consensu vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi litterarũ, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant, impediãt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, notarios, & executores, sub executores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eiiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios publicè, vel occultè; Quiue aliàs quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negociis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis ad Rom. Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas a dicta Sede impetrent, seu impetratis vtantur, directe, vel indirecte prohiberè, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.

2 Canonis huius materia est sacrilegium, quo offenditur auctoritas Sedis Apostolicæ, Primo friuola appellatione à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad potestatem laicam. Secundo, in suis cautionibus, & executionibus. Tertio, in suis notariis, executoribus, & subexecutoribus vt notat Caiet. verbo, excommunicatio, capitulo vigesimonono; Potest autem hic Canon in tres partes diuidi; Prima pars est contra eos qui offendunt iurisdictionem Sedis Apo-

stolicæ prætextu alicuius friuolæ appellationis recurrendo ad Curias sæculares, &c. potestatem laicam ad quam à grauaminibus, vel futura executione litterarum Apostolicarum appellant. Quæ pars, seu clausula recentet admodum in Bulla cenæ posita est in his vltimis Bullis, vt videre est apud Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 68. nulla enim mentio est huius partis apud vllum authorem antiquiorem.

3 Personæ Principales sunt istæ, Primo, qui pretendentes friuolam appellationem à grauaminibus, & futura executione litterarum Apostolicarum, de quibus infra, ad Curias laicas, & sæculares, recurrunt. Secundo, qui à potestate laica, etiam instante Fisci procuratore, vel aduocato huiusmodi appellationes admitti faciunt. Tertio, qui huiusmodi litteras Apostolicas per laicam potestatem capi faciunt. Quarto, qui litteras istas à laica potestate detineri faciunt. Et hæ omnes personæ, siue sint laicæ, siue Ecclesiasticæ sint, & denique cuiuscunque sint dignitatis.

4 Litteræ verò Apostolicæ, à quarum executione appellare prohibetur, sunt istæ, Primo litteræ Apostolicæ in forma Breuis. Secundo citationes. Tertio Inhibitiones. Quarto sequestra. Quinto Monitoria. Sexto Processus. Septimo executoriales. Octauo quæcunque alia decreta non solum ipsius Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ, sed etiam Legatorum, Nunciorum, Præsidentium, Cameræ Apostolicæ Auditorum. Cõmissariorum, Iudicum, & delegatorum Apostolicorum, ex ipsis verbis Bullæ constat.

5 Circa quas appellationes probabile mihi est, Papam solum loqui de appellationibus illis, quæ sunt friuolæ ex parte appellantis, & ex defectu sufficientis causæ, Id quod verba illa Bullæ *Prætexentes friuolam quandam appellationem* significare videntur; vnde probabile mihi est, quod si quis ad necessariam sui defensionem contra iniuriam, quam certo cognoscit sibi illatam, & quam alia via depellere nequeat, nisi ad Curias sæculares appellando, ad dictas Curias appellet, non incideret in huius Bullæ censuram. Ratio quæ me mouet, hæc est: quia non videtur esse Summi Pontificis intentio, vt aliquo modo inferenti tam grauem iniuriam, & calumniam manifestam, fauere velit. Dixi, *Et quam alia via depellere nequeant &c.* quia si aliquo alio modo huiusmodi grauameo, & iniuriam deuitare possint, vt verbi gratia supplicando Summo Pontifici, & exponendo ei causæ veritatem, & iustitiam, appellando ad Curias sæculares, in censuram istam inciderent.

6 Secunda pars Canonis lata est contra ipsos Magistratus prohibentes prædictas litteras Apostolicas executioni demandari, siue simpliciter prohibeant, siue prohibeant sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine; & comprehendit pars hæc multas personas, vt constat. Et quidem personæ principales sunt istæ; Primò, impedientes executionem prædictarum litterarum Apostolicarum. Secundò, prohibentes, eandem executionem, quocunque modo supradicto prohibeant, aut impediant. Tertiò, impedientes, seu prohibentes instrumenta, vel acta confici super executione earundem litterarum. Quartò, impedientes, seu prohibentes acta confecta tradi parti cuius interest. Quintò, capientes aliquam ex personis infra dicendis. Sextò, percutientes aliquam ex illis personis. Septimò, vulnerantes, Octauò, carcerantes. Nonò, detinentes. Decimò, eijcientes ex ciuitatibus, locis, aut regnis. Vndecimò, spoliantes bonis. Duodecimò, perterrefacientes. Decimotertiò, concutientes. Decimoquarto, comminantes, & hæc omnia siue per se, vel alium, seu alios, siue publice, siue occultè. Personæ verò, contra quas huiusmodi actiones fieri prohibentur, sunt istæ; Primò, partes actrices. Secundò, agentes ipsarum partium. Tertiò, notarij. Quartò, Executores. Quint. subexecutores litterarum Apostolicarum, de quibus supra dictum est. Quæ omnia ex eiusdem Bullæ verbis colliguntur.

7 Hæc pars antiquior est prima, refertur enim à Syluest. in verbo, excommunicatio, 7. numero 71. excommunicatione vigesimasexta, & Tabiena, verbo, excommunicatio, 6. §. duodecimo. versic. duodecimus. Caietano in verbo, excommunicatio, cap. 27. & capitulo vigesimonono, & a Martino Ledesm. secunda quarti, quæstione vigesimasexta, articulo secundo, pag. 356. columna tertia, & a Soto 4. distin. vigesimasecunda, quæstione secunda, artic. tertio, post conclus. 5. vers. nona, & à Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero sexagesimooctauo, & Sebastiano Medice, par. secunda, Summæ. tit. 9. quæst. 78. num. nonagesimo primo. Excommunicantur autem hic seorsim qui prohibent executionem litterarum Apostolicarum simpliciter, & etiam qui eadem prohibent sine eorum consensu, & examine: vnde quælibet prohibitio istarum, aut quodlibet impedimentum sufficit ad excommunicationem istam incurrendam.

8 Tertia pars, vt ex fine Canonis colligitur, lata est contra eos, qui accedentes ad Curiam Romanam pro negocijs eorum prosequendis, aut litteris, seu gratijs impetrandis prohibent; & continet has personas in quibus omnibus requiritur præsumptio, scilicet, vt præsumptuose agant. Primò, prohibere præsumentes, Secundò, statuere; Tertiò, mandare ne quis accedat, aut recursum habeat ad Curiam Romanam pro quibusuis negocijs prosequendis, vel pro Gratijs, vel literis impetrandis, vel ne gratias ipsas, vel litteras à dicta sede impetrer, & ne impetratis vtatur, & hæc omnia siue directè, siue indirectè. Quartò, præsumentes retinere apud se litteras ab aliquo impetratas. Quintò, præsumentes easdem retinere apud notarium, seu tabellionem, aut aliàs quomodolibet. Vbi obseruandum est, quod ex eo, quod expresse in singulis personis enumeratis requiritur præsumptio, necessario consequitur, vt si quis ex ignorantia etiam culpabili, & vel ex simplicitate, inaduertentia, vel alio simili modo prædicta faceret, in excommunicationem Bullæ non incideret. Et hæc pars non ita antiquius in Bulla cenæ reposita fuit, siquidem reperitur primo omnium in Bulla Cenę Iulij Papæ III. vt constat ex Martino Ledesm. 2. 4. quæstio. vigesimasexta, articulo secundo, pag. 356. colnm. 3. Nihil autem refert, an fiant hęc impedimenta authoritate publica, vel priuata, siue sęculari, ex Nauarro, & Sebastiano vbi supra. Quid autem *Curiæ Romanæ* nomine intelligatur, exposuimus cap. 13. num. 3.

De officialibus, & alijs, qui causas Ecclesiasticas auocant à iudicibus Apostolicis. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Officiales causas Ecclesiasticas à Iudicibus Apostolicis auocantes prætextu quarumcunque exemptionum, & gratiarum, in Bullam cenæ incidunt.*

2 *Excommunicatio decimaquarta Bullæ cenæ quas personas, & actiones comprehendat.*

3 *Excommunicatio decimaquarta Bullæ cenæ quousque extendatur.*

4 *Excommunicatio decimaquarta Bulæ Cenæ quantę antiquitatis sit.*

5 *Excommunicatio decimaquarta Bullę cenę an solum laicos, vel etiam Prælatos ecclesiasticos comprehendat.*

6 *Innocentem de iure naturæ defendere licet.*

7 *Reges Gallię, & Hispanię beneficia ecclesiastica titulo colorato possidentes, ne eis absque causę cognitione priuen-*

priuentur, an virtute suorum priuilegiorum defendere valeant.

8 *Doctores ex affectu quodam nationis, proprijs Regibus, & Magistratibus applaudere solent.*

9 *Potestas laica innocentem aliquem contra potestatem ecclesiasticam auctoritatiue defendere non potest.*

10 *Magistratus, ac alij priuati, se, causasque suas quomodo licitè contra ecclesiasticos defendere valeant.*



1 Xcommunicatio decimaquarta, fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se ad illarum cognitionem tāquam iudices interponunt. Quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui, per statutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, & decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam, donec ipsi ad nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii ordinarii, vel extraordinarii quorumcunque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant, dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarij fuerint.

2 Canonis huius materia est sacrilegium contra Sedis Apostolicæ auctoritatem in causarum spiritualium, & spiritualium annexarum cognitione. Personæ principales sunt istæ; Primo, Præsidentes cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum. Secundo, Cancellarij. Tertio Vicecancellarij. Quarto, Consiliarij tam ordinarii, quam extraordinarii quorumcumque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate. Quinto, Archiepiscopi. Sexto, Episcopi. Septimo, Abbates. Octauo, Commendatarii. Nono, Vicarij. & hi omnes siue ipsi per se, siue per alium actiones sequentes exerceant. Actiones principales, quæ hic exerceri prohibentur sunt istæ; Prima, auocare causas spirituales à personis infra dicendis. Secunda, impedire earumdem causarum cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, causas prędictas prosequi volentes. Tertia est, interponere se tanquam iudices de cognitione huiusmodi causarum. Quarta est, compellere partes actrices, quæ committi fecerunt huiusmodi causas ad reuocandum, vel reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in huiusmodi causis decretas. Quinta est, compellere easdem partes ad faciendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt absolui à censuris, & pœnis in illis contentis, aut ad consentiendum eosdem absolui. Sexta est, impedire executionem litterarum Apostolicarum, executorialium, processuum, & decretorum quomodolibet. Accessoriæ actiones sunt tres. Prima est præstare fauorem talia facientibus. Secunda est, præstare consilium. Tertia est, præstare assensum. Causæ verò in ordine, ad quas huiusmodi actiones probibentur, sunt istæ: Prima, causæ beneficiales. Secunda, decimarum. Tertio, aliæ causæ spirituales. Quarta, causæ spiritualibus annexæ. Personæ autem à quibus huiusmodi causæ auocari prohibentur sunt istæ: Primo, Auditores Curiæ Romæ. Secundo, Commissarij Apostolici. Tertio, alij iudices ecclesiastici. Postremo, prętextus, qui non excusant ab hac censura, sunt, Primo, prætextus quarumcunque exemptionum. Secundo, gratiarum, Tertio, litterarum Apostolicarum. Quarto, prætextus violentiæ prohibendę. Quinto, prætextus supplicandi ipsi Romano Pontifici. Ex quibus prætextibus quatuor priores nunquam excusant, cum simpliciter omnes excludantur, solus quintus in vno casu excusare potest, quando scilicet est verus, id est, quando aliquis verè supplicat Summo Pontifici, & supplicationem coram ipso legitime prosequitur.

3 Canon verò iste non absoluitur in hoc numero, seu clausula decimaquarta, sed protenditur inclusiuè vsque ad numerum, seu clausulam decimãoctauam, vt expressè colligitur ex sequentibus clausulis, in quibus non repetuntur hæc verba: *excommunicamus et anathematizamus*. initio pręfigi solita, sed sequentes clausulę vsq; ad 18. inclusiuè ab his verbis hic positis dependent.

4 Quoad Canonis huius antiquitatem sciendum est, non fuisse in Bulla cenę Martini V. & quidem in Bullis Pauli Papę II. & Sixti Papę IIII. nulla fuit expressa huius canonis mentio, sed solum in genere aliquid de hac materia dicebatur, cum in illis excommunicabantur violantes libertatem ecclesiasticam; postea verò Sixtus Papa IIII. Bullam cenę in antiquam illam formam Martini V. reduxit, & multas clausulas a Paulo II. additas, a prędicta Bulla Cenę abstulit, vt patet ex Summa Angelica, in verbo, excommunicatio. 5. casu 31. & Syluest. verbo, excommunicatio, 7. nu. 77. excommunicatione 32. & Tabiena, verbo, excommunicatio, sexto, §. duodecimo. versic. decimus quintus, vbi Syluest. refert Breue eiusdem Sixti IIII. ad Ducē Mediolani Galeacium sub anno Domini 1479. Nouemb. 19. In particulari autem canon iste habetur in Bulla Cenę Domini sub Adriano Papa VI. vt notat Caiet. in verbo, excommunicatio. capit. 30. & in Bulla Iulij Papę III. apud Martin. Ledesm. 2. 4. quęst. 26. art. 2. pag. 356. & pag. 357. & in Bulla Pauli Papę IIII. apud Sotum, in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. conclus. 5. versic. duodecima, & in Bulla Gregorij XIII. sub anno 1584. apud Nau. in Manuali. c. 27. num. 69. & in Bullis omnibus recentioribus.

5 Quoad illa verba, *Auctoritate propria*, mihi videtur probabile intelligi solum de auctoritate laica, prout Nauar. in Man. capit. 27. num. 70. versic. declaratio prima, & Sebastian. Medices, in Summa peccat. capital. tit. 9. q. 78. num. 18. sentiunt, cum presertim de illis in hoc canone sermo sit, qui causas spirituales auocant a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis. Quamuis non omnino improbabile sit, Prelatos etiam ecclesiasticos, si causas à Iudicibus, & Commissariis Apostolicis auocent,

etiam auctoritate Ecclesiastica, in hanc censuram incidere. Illud omnino certum est ad hanc censuram incurrendam requiri, vt actiones prædictæ auctoritatiuè fiant.

6 Verba verò illa *etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ* quæ primum (quod viderim) in Bulla Iulij Papæ III. quam refert Marin. Ledesm. vbi supra, reperiuntur: sicut exterius quandam iustitiæ speciem denotant, ita quidem communissimus esse solet prætextus iste apud huiusmodi Magistratus: existimant enim de iure naturæ licitum esse defendere innocentem, & hoc præcipuè Principibus, & Magistratibus incumbere dicunt. Et certe si alia via defendendi innocentem non relinqueretur, non esset omninò absurdum saltem dubitare, an sæcularis Magistratus contra potestatem Ecclesiasticam hoc facere posset. Ceterum, cum expresse per Summum Pontificem, in hoc ipso canone alia via, se defendendi concedatur, scilicet per *supplicationem*, nulla mihi relinqui videtur occasio non solum contra sentiendi, sed neque etiam dubitandi; adeo vt etiam post appellationem interpositam in tempore, & forma, non liceat personis prædictis executionem quarumcunque litterarum Apostolicarum sub prætextu violentiæ prohibendæ impedire: quia in hoc casu etiam per supplicationem prouideri potest.

7 Addit autem Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero septuagesimo, versic. secundo, pro re indubitata in Hispanijs, & Gallijs haberi posse regulariter Reges defendere possidentes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne absque iusta causæ cognitione deturbentur, vel spolientur virtute illarum litterarum etiam Apostolicarum; id quod (inquit) ita practicari solet communiter; additque multos hanc opinionem defendere; ipse tamen Nauar. nihil aliud dicit, nisi difficultèr eam posse probari iuri conformem esse. Quam materiam latè tractat Alphonsus Viualdus vbi supra, numero 101. & seq.

8 Ego autem tam de opinione ipsa, quam de praxi dicendum existimo, quod si hactenus personæ aliquæ bona fide id fecerint, in posterum tamen merito, & de illorum opinione dubitare, & ab huiusmodi prauitate abstinere debent, vt sic melius conscientijs suis prouideant. Primo enim magnopere verendum est, ne Doctores, qui hanc sententiam defendunt ex affectu quodam nationis, quam facile tanti peccati dannare nolunt, & ex quadam naturali hominum propensione ad gratificandum, & applaudendum Regibus, & Magistratibus impediantur, quo minus aliquando rectè sentiant, & iudicent. Secundo timendum est, ne ex generali quodam dominandi affectu Magistratus huiusmodi perturbentur, vt sententiam hãc quamuis veriorem non sequantur. Et demum nullum omninò, vel apparens video argumentum, quo sententia illorum defendi possit, vnde nec probabilem censeo; in quam opinionem moueor.

Primo quidem, quia potestas Ecclesiastica, & sæcularis duæ potestates supremæ sunt adinuicem quodam modo independentes, quamuis altera illarum in aliquo superior sit; spiritualis enim in pertinentibus ad fidem, & ad salutem animæ, necnon in eis rebus, quæ ad bonum vniuersale Ecclesiæ pertinent, de potestate sæculari iudicare potest; cui consequens est huiusmodi causis Ecclesiasticis potestatem laicam se nulla ratione interponere debere, aut posse.

9 Secundo, quamuis concedamus potestatem sæcularem de iure naturæ innocentem aliquem contra potestatem Ecclesiasticam defendere posse, illud tamen auctoritatiuè nullo modo poterit, cum non sit superior; solum igitur id poterit per viam supplicationis; sic enim inferior seipsum, aut alterum contra superiorem defendere potest, Cum igitur, vt ex præsenti canone colligitur, via licita innocenti à Summo Pontifice concessa sit, qua se, & causæ innocentiam, per viam scilicet supplicationis defendere possit; vtique innocentem aliquem laica potestas via, & modo illicito, contra potestatem Ecclesiasticam in causis Ecclesiasticis sine peccato defendere non valet, vt propterea tales ob huiusmodi insolentiam à Summo Pontifice excommunicationis vinculo in præsenti canone merito, ac iustè feriantur.

10 His omnibus addo, ut ex uerbis illis *Ad nos informandos* quæ quantum ex antiquis, & recentioribus Bullis cenæ constat, primo omnium à Pio V. in Bulla cenæ inserta sunt, colligitur, non solum ipsis Magistratibus, sed etiam personis priuatis via supplicationis libera relinquitur, se, causæque suę innocentiam defendendi; quæ sola via, vt diximus, licita est, & tam iuri naturali, quam iuri scripto maxime conformis, cum modus iste proprius sit, quo inferior contra superiorem, & iniurias illius, tutè, licitèque tueri, ac defendere queat; De materia huius Canonis plura legi possunt in iure canonico, & maximè in capitulo quoniam, de immunit. Eccles. libro sexto, ex quo capite confirmantur ea, quæ in priori parte huius canonis habentur: sicut etiam secunda eiusdem canonis particula conformis plane est illis, quæ in capitulo unico, de his quę ui met. causa fiunt, libro 6. & in capitulo quicunque, de senten. excommunic. lib. 6. habentur.

De Iudicibus sæcularibus, qui personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia trahunt. Cap. XIX.

S V M M A.

1 *Iudices sæculares personas Ecclesiasticas, Capitula, & Collegia sua tribunalia trahentes, in excommunicationem Bullæ incidunt.*

2 *Libertas Ecclesiastica quibus præcipue modis solet offendi.*

3 *Excommunicatio decimaquinta Bullæ cenæ, quas personas statuta facientes contra libertatem Ecclesiasticam complectatur.*

4 *Excommunicatio decima quinta Bullæ cenæ contra offendentes libertatem Ecclesiasticam lata, quam antiqua sit.*

5 *Potestas laica quibus in casibus personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia licitè trahere possit.*

6 *Iudex, aut Minister iustitiæ amicabiliter personam Ecclesiasticam ad suum tribunal trahens, in excommunicationem Bullæ cenæ non incidit.*

7 Personarum Ecclesiasticarum *nomine quinam intelligantur.*

8 *Statuta contra Ecclesiasticam libertatem facientes in iure Canonico excommunicantur.*

9 Libertatis Ecclesiasticæ *appellatione quid propriè intelligatur.*

10 *Statuto contra Ecclesiæ libertatem iam facto, aut consuetudine vtentes, in Bullam cenæ incidunt.*



Xcommunicatio decima quinta fertur in hæc verba:

Quiue ex eorum prętenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, Collegia Ecclesiarum, quarumcũque coram se ad

suum

suum tribunal, audientiam, Cancellariam, Consilium vel Parlamentum, præter iuris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito colore; Necnon qui Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quæuis alia Decreta, in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.

2 Canonis huius materia est duplex Sacrilegium, Vnum quo offenditur libertas Ecclesiastica quantum ad immunitatem fori, quod in prima parte canonis continetur: Alterum, quo eadem offenditur in quauis alia re per statuta, quod in vltima parte eiusdem canonis comprehenditur. Personæ contentæ in ordine ad priorem materiam sunt istæ. Primo, qui trahunt. Secundo, qui trahi faciunt. Tertio, qui trahi procurant directè, vel indirectè personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, & Collegia ad sua tribunalia, audientiam, Cancellariam, Consilium, & Parlamentum, sub quibus vocibus comprehenduntur, etiam quæcunque alia tribunalia. Modi trahendi, qui hic prohibentur, sunt duo, Primus, ex officio. Secundus, ad partis aut aliorum instantiam; & vterque modus solum prohibetur in illis casibus, in quibus est contra iuris Canonis dispositionem.

3 Personæ verò, quæ hic continentur, in ordine ad posteriorem materiam sunt istæ; Primò, qui faciunt. Secundò, qui ordinant. Tertiò, qui publicant Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, & alia quæuis Decreta in genere, vel in specie, quibus libertas Ecclesiastica tollitur, aut in aliquo læditur, vel deprimitur, aut restringitur; Item quibus Apostolicæ sedis iuribus præiudicatur: Item, quibus præiudicatur iuribus quarumcumque Ecclesiarum, in hoc directè, vel indirectè. Quartò, qui huiusmodi Statutis & Decretis factis, & ordinatis contra prædictam libertatem Ecclesiæ vtuntur.

4 Quoad canonis huius antiquitatem, prima eius pars addita videatur Bullæ cenæ tempore Iulij Papæ II. vel Leonis X. si quidem reperitur in Caietani Summa, verbo excommunicatio, capit. vigesimonono, apud antiquiores verò authores non habetur; secunda verò pars postea adiecta est Bullæ cenæ tempore Iulij Papæ III. vt habetur apud Mart. Ledesm. 2.4. quæst. vigesimasexta, artic. primo, pag. 357. colum. prima, Qui canon vt rectè notant Caietan. vbi supra, & Nau. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, numero 69. uers. quinta. in fine, quamuis editus esse uideatur contra Dominos, & Magistratus sæculares, qui seipsos cōstituunt iudices personarum Ecclesiasticarum, uerè tamen ligat personas etiam Ecclesiasticas, quæ præter iuris dispositionem hæc faciunt, scilicet auctoritate laica, ut quando sunt gubernatores ciuitatum, &c. Cuius canonis ratio est: quia in multis locis Prælati Ecclesiastici instituūtur a Regibus, & Principibus ad causas huiusmodi, ut quando instituuntur Proreges, aut gubernatores Regni, aut Prouinciæ, unde tales etiam sub hoc canone continentur.

5 Per illa verò uerba *Præter iuris Canonici dispositionem* quæ, ut notat Nauar. in Manuali, cap. uigesimoseptimo, numero 70. uersic. tertia, nouè addita sunt excluduntur ab hac censura, qui laica potestate personas Ecclesiasticas in casibus a iure permissis ad sua tribunalia trahunt. Casus autem in iure permissi sunt isti.

Primus est in causa feudi, & colligitur ex capitulo, ceterum. de iudic.

Secundus est, quando persona Ecclesiastica est incorrigibilis, capitulo nec licuit. distin. vigesima secunda, quod tamen intelligi debet solum, vel quando traditur brachio sæculari; vel quando non potest vllo modo per Ecclesiasticam potestatem cohiberi, accepta tamen prius licentia ab Ecclesiastico superiore, cuius est iudicare, an incorrigibilis, necne sit.

Tertius est in causa reconuentionis, de qua habetur in capitulo accusatores, versic. cuius in agendo, & ibi glo. in verbo, iudicem, 3. quæstio. 8. & cap. prudentiam, de mutuis petition.

Quartus est, quando vel laico delegatur per Summum Pontificem, arg. cap. illud, decimo, quæst. tertia, vel quando clericus secundum iura perdit priuilegium clericale.

6 Illa autem verba *Trahi faciunt, aut procurant* coniungi debent cum illis primis verbis canonis, *ex eorum prætenso officio*, vnde solum comprehendunt eos, qui auctoritatiuè faciunt trahi, aut trahunt, aut procurant trahi, adeò, vt ipsamet pars quæ hoc procuraret, non incideret in hanc censuram: immo etiam nec ipsimet iudices, nec ministri iustitiæ, si amicabiliter partes inducerent, vt iudicio laico se submittant, Pœnam huius canonis incurrerent, cum hoc nullo modo sit *trahere*, vt verba ipsa sonare videntur. Quamuis cum hoc in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis redundare videatur, cui præiudicare pars, seu persona particularis non debet, huiusmodi iudicio laico sine superioris consensu se submittere aut non potest, aut non debet; alias meritò puniendus est.

7 Nomine autem *Personarum Ecclesiasticarum* intelliguntur hoc loco illæ omnes, quæ ratione Ecclesiæ priuilegio fori gaudent, vt sunt clerici, Religiosi, Religiosæ, & reliquæ. Quod fori priuilegium cum non fauorem priuatum huius, aut illius respiciat, sed fauorem communem totius ordinis Ecclesiastici nullus priuilegio fori cedere poterit, & cedendo pœnas incurrit capitulo inolita, 11. quæstione prima, vbi actor trahens reum ad iudicem non suum, perdit causam, & excommunicatus est, & pœnas, cap. placuit. 2. ead. causa. & quæst. vbi reus trahens actorem ad iudicem non suum pro conuicto habetur. Quod si clericus coram iudice sęculari sponte se purgare velit, hoc casu Iudex talem purgationem admittendo pœnam huius Canonis non incurrit; cum hic solum excommunicētur ij, qui personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia per vim & coactionem trahunt: a qua coactione omnino iudices sęculares abstinere debent.

8 Circa secundum huius Canonis partem sciendum habetur in iure excommunicationem alia contra facientes statuta contra Ecclesiasticam libertatem, vt in ca. nouerint, & in ca. grauem, de senten. excommun. de qua re Panor. & Innocen. ibi, & S. Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto, cap. decimoseptimo, Angelica, verbo, excommunicatio, septimo, casu duodecimo, Syluestr. verbo, excommunicatio. 9. numero 31. excommunicatione decima, Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto, casu vigesimo, & Caietan. verbo, excommunica. capitulo 31. & alij. Illa verò iuris excommunicatio non est Papę reseruata in Bulla cenę, vt falsò docent Tabiena, vbi supra, & Nauar. in Manua. capitulo vigesimoseptimo, numero 120. in fine; quia multę personę continentur in dicto capitulo nouerit, quę tamen in hoc Canone Bullę cenę non comprehēduntur, vt constat; vnde solum reseruata est excommunicatio illa quoad personas hic expressas: & mirum est Tabienam in dicto casu, vigesimo, in princip. dixisse casum cap. nouerit, el Processu curię esse Papalem, cum tamen in verbo, excommunicatio, sexto, vbi refert casus Bullę cenę, nullam d. cap. nouerit, aut huius materię mentionem faciat.

Nomine

9 Nomine autem *libertatis Ecclesiasticæ*, intelligitur in hoc canone, sicut in dicto cap. nouerit.

Primo illa libertas, qua tota vniuersalis Ecclesia gaudet, ex Innocen. & Panorm. in cap. nouerit. numero 2. de sentent. excommunicat. S. Anton. tertia par. tit. 25. capit. decimoseptimo. Angelica, verbo, excommunicatio, septimo, casu duodecimo, numero primo, Syluestr. verbo, excommunicatio, nono, num. 31. excommunicatione decima, versic. primo. Tabiena, verbo, excommunic. quinto, casu vigesimo, §. primo, Caiet. verbo, excommunicatio, c. 31. versic. quinto nota. & Naust. in Manuali, cap. 27. numero 119. vers. quinta. & Bart. in Authen. cassa. C. de Sacrosanct. Eccles. Quæ libertas consistit in omnibus priuilegijs spiritualibus concessis a Deo, vel a Papa, & in priuilegijs concessis ab Imperatoribus, vt præfati authores tradunt, & etiam in Priuilegijs temporalibus a Papa, vel Imperatore concessis.

Hæc autem priuilegia sunt ex S. Anton. & Tabiena, cit. quod decimæ, & primitiæ ad clericos spectant, capit. reuertimini, decimosexta quæstione prima, Quod Ecclesia sola res ecclesiasticas administrat, capit. si Imperator. distinct. 69. Item quod Ecclesia de spiritualibus ius condere, & iudicare potest, cap. denique. cap. cum ad verum. distinct. 96. & cap. bene. quidem. ead. distin. & multa alia, similia priuilegia, quæ concessa sunt Ecclesiæ à Deo.

A Papa etiam concessa sunt priuilegia Clericis, vt qui inijcit manus violentas in Clericos, sit excommunicatus, 17. quæstione quarta, si quis suadente diabolo. Quod coram sæculari iudice nequeant conueniri, capit. si diligenti. de foro compet. & cap. secundo, de foro compet. lib. 6. & capit. vnico, de cler. coniug. in sexto. Item quod in legatis ad pias causas duo testes sufficiant, capit. relatum. de testam. & multa alia priuilegia, quæ in iure Canonico habentur.

Sic etiam ab Imperatoribus multa priuilegia concessa sunt, quæ sunt sparsa in iure ciuili, vt verbi grana. Quod nullus iudicet personas ecclesiasticas, vel Clericos nisi sui prælati; Item, quod quilibet libere donare potest ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis, l. 1. & l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Item, quod statuta contra libertatem ecclesiæ sint nulla, d. Auth. cassa. C. de Sacrosanct. Eccles. & similia. Vnde, qui statuta faciunt contra huiusmodi priuilegia concessa ecclesiæ vniuersali a Deo, vel a Papa, vel ab Imperatoribus, huius Canonis censuram incurrunt. Vnde Bart. in d. Auth. cassa. & Panorm. in dicto c. nouerit. numero secundo, & Bald. in Margarita sua, in verbo, ecclesia, quæ habetur in indice. Innocent. super Decretal. ponunt hanc regulam, quod vbicunque per statutum clerici efficiuntur timidiores, & laici audaciores ad nocendum, tunc dicuntur contra ecclesiasticam libertatem facta; exemplum est; Statutum laicorum, Quod quicumq; interfecerit laicum, grauiter puniatur, interficiens verò Clericum puniatur, puta in decem aureis, vel in alia minori pœna. Felinus in d. ca. nouerit. ait contrà libertatem ecclesiæ esse omnia illa statuta, quibus ecclesiasticis personis aliquid prohibetur, quod nec diuino, nec humano iure illis prohibitum est; Addi potest etiam, aut quibus aliquid iniungitur ecclesiæ, quod neutro prædictorum ab initio præceptum est. Caiet. autem in d. cap. 31. vers. quinto nota. ait libertatem ecclesiæ importare totum id, in quo ecclesia non subijcitur, aut arctatur, siue illud spectet ad esse naturale, vel spirituale, siue ad operari, aut recipere, siue ad quodcunque aliud, sicut ecclesia de iure communi ad illud non sit arctata, siue ex priuilegio a Deo, vel Papa, vel Imperatore concesso, ab eo libera sit. Et denique ex hoc canone Bullæ cenæ expresse habetur, contra ecclesiæ libertatem esse illud omne, quo libertas eius aut tollitur, aut minuitur, aut in aliquo læditur, deprimitur, aut quouis modo restringitur.

Secundo, cum in hoc Canone non solum mentio fit de libertate ecclesiastica simpliciter, seu de libertate vniuersalis Ecclesiæ, (prout intelligitur libertas in d. c. nouerit, vt authores citati tradunt) sed etiam mentio facta sit de quibuscunque iuribus, & priuilegijs quarumcunque Ecclesiarum, inde consequens est in censuram huius Canonis incidere, non solum qui libertatem Ecclesiæ vniuersalis violat, sed etiam qui libertatem cuiuscunq; Ecclesiæ particularis violauerit; vnde, qui aliquid statuit contra priuilegium proprium alicuius Collegij (puta Protonotariorum) aut alicuius Religionis, puta Monachorum, aut alicuius Ecclesiæ, puta Mediolanensis, quamuis non incurrat censuram cap. nouerit. de sentent. excommunic. hanc tamen Bullæ cenæ, censuram incurrit. Semper autem sermo est de illis, qui hanc ecclesiæ libertatem aliquo statuto violant.

10 Illud demum circa hunc Canonem obseruandum est, quod *vti Statuto contra Ecclesiæ libertatem facto, & ordinato*, est assumere statutum ad aliquem suum vsum, vnde qui ea vi alicuius statuti vel contra Ecclesiæ libertatem agunt, vel se contra eundem defendunt, vel etiam secundum huiusmodi statuta iudicant, in huius Canonis censuram incidunt; sicut etiam, qui seruari faciunt prædicta statuta, eandem excommunicationem incurrunt; Quibus addo, quod cum hic non solum statutorum, sed etiam consuetudinis mentio facta sit, si quis contra Ecclesiæ libertatem induceret consuetudinem, aut etiam consuetudine vteretur, non solum in dicto capit. nouerit. sed etiam in huius canonis excommunicationem incideret, vt manifeste satis ex ipsius Bullæ verbis colligitur. Et de hoc Canone hæc dicta sufficiant, plura enim ideo suis locis de libertate Ecclesiastica dicemus, maximè cum ad d. ca. nouerit. de sent. excommun. expositionem peruentum fuerit.

De impedientibus prælatos, ne iurisdictione sua Ecclesiastica vtantur. Cap. XX.

S V M M A.

1 *Impedientes Prælatos, ne iurisdictionem suam Ecclesiasticam exerceant, in excommunicationem Bullæ cenæ incidunt.*

2 *Excommunicatio decimasexta Bullę cenæ contra quas personas lata sit.*

3 *Excommunicatio decimasexta Bullæ cenæ quando primum in Bulla posita fuerit.*

4 *Potestatem ordinariam Episcopi impediens in Bullam cenæ incidit.*

5 *Episcopum quo casu coram tribunali laico conuenire liceat.*

1 Excommunicatio decimasexta fertur in hæc verba:

Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque iudices Ecclesiasticos ordinarios, quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica cōtra quoscunque vtantur, secundum quod Canones, Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Cōciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcūque senten-

sententias,& decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludentes,ad Cancellarias, & alias Curiæ sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs aut Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; Eos quoque qui hæc decernunt, & exequantur, seu dant auxilium, consilium,patrocinium, & fauorem in eisdem.

Canonis huius materia,est Sacrilegium, quo impeditur iurisdictio Ecclesiastica Prælatorum, aut contra eorum sententias recurritur, ad Curias, & Magistratus sæculares pro impetrandis prohibitionibus, & mandatis cōtra eosdem Prælatos. Personæ principales sunt istæ; Primò,impedientes Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos, & Ecclesiasticos iudices ordinarios,ne iurisdictione sua Ecclesiastica contra quoscumque vtantur. Secundò, recurrentes ad Curias sæculares, vel aliàs eludentes sententias iudicum Ecclesiasticorum tam Ordinariorum, quam Delegatorum. Tertiò, procurantes à Curijs sæcularibus prohibitiones, aut mandata etiam pœnalia contra sententias Ordinariorum, aut Delegatorum. Quartò,decernentes huiusmodi prohibitiones, aut mandata. Quintò,eadem mandata exequentes. Personæ accessoriæ sunt,Primò, dantes auxilium; Secundò, dantes consilium; Tertiò, dantes patrocinium; Quartò,dantes fauorem in prædictis.

Quoad canonis huius antiquitatem, vt docet Nauarr. in Manuali, capitulo 27.numero 70.versi. Quarta omnino recenter posita est in Bulla cœnæ tempore Gregorij XIII. Cuius prima pars in fauorem iurisdictionis ordinariæ addita est, pars verò posterior tàm ordinariæ, quam delegatæ fauet, sicut etiam Concilium Tridentinum, sess. 25. de reformat. capit. 20. vbi de hac materia tractat.

4 Circa huius canonis intelligentiam hæc duo annotanda sunt.

Primum est, quod cum in Concilio Tridentino varijs in locis concedatur Ordinario potestas procedendi tanquam Delegato Apostolico, vbi etiam in aliquibus potestas illa delegata Ordinario ex iore antiquo, tāquam ordinaria competebat; ideo mihi valde probabile est potestatem hanc prioris huius canonis partis protectione gaudere. Per hoc enim,quod Concilium concedit, vt tamquam delegatus Apostolicus procedat, potestas illorum ordinaria non tollitur, sed potius confirmatur, & corroboratur, vt sic euidentius omne impedimentum, quo minus iurisdictione sua ordinaria vtantur, auferatur.

Secundum est, quod si aliquibus in locis Episcopi ipsi ad tribunalia sæcularia pro sententiarum suarum, aut decretorum confirmatione recurrant,tunc quidem etiam si partes contra eosdem episcopos,ad eadem tribunalia recurrant pro decretis illis tollendis, aut infirmandis, huius canonis censuram non incurrent: quia tunc non pars est, quæ iurisdictionem Episcopi impedit, sed ipsemet episcopus, à quo pars ad tribunal sæculare deducta coram illo se legitimè defendit;cum etiam ex communi DD. sententia, à quouis etiam tyranno iustitiam accipere liceat, & hoc maximè, cum Episcopus ipse ad illud tribunal partem vocauerit, tunc enim absque dubio Episcopum ipsum coram eodem tribunali parti reconuenire licebit, argumen. capit. prudentiam,de mutuis petit, &c. Accusatores, §. cuius in agendo. tertia quæstione 8.

De vsurpatione iurisdictionis Sedis Apostolicæ, & aliarum Ecclesiarum,& fructuum sequestratione. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Iurisdictionem Ecclesiasticam vsurpans,aut fructus Ecclesiasticos sequestrans,in Bullam cenæ incidit.*
2 *Excommmunicationis decimæ septimæ materia quæ, & contra quas personas lata sit.*
3 *Excommunicatio decimaseptima quando primum in Bulla cenæ posita sit.*
4 *Excommunicationem decimam septimam Bullæ cenæ vt quis incurrat, quæ requirantur.*

1 Xcommunicatio decimaseptima fertur in hæc verba:

Quiue iurisdictiones, seu fructus,reditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam,& quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum,Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

2 Canonis huius materia, vt notat Caietan. in Summa, verb. excommunicatio,cap.27.est sacrilegium quo Sedes Apostolica, & aliæ personæ ecclesiasticæ offenduntur vsurpatione iurisdictionum, fructuum, prouentuum, & similium ad eas ratione beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentium, & eorundem sequestratione. Personæ principales sunt, Primò,vsurpantes; Secundò, sequestrantes.

3 Quoad canonis huius antiquitatem quantum apud authores legere potui, primo omnium posita est hæc Clausula in Bulla cenæ tempore Iulij Papæ II. vel Leonis X. cum huius mentio non habeatur in Bulla cenæ Martini V.apud S. Anton.par.3.tit.25.capit.73. eius tamen mentionem faciunt Syluest. verbo, excommunicatio. 7.num. 73.in excommunicatione 18.& Caiet.vbi supra,capit.27. & in Bulla Iulij Papæ III. apud Martin. Ledesm. 2. 4. q.26.art.1.pag.356.colum. 4. expressa eius mentio habetur,& in Bulla Pauli IIII. apud Sotum,4.distin.22.q.1. art.3.par.post concl.5.ver.vndecima,& in Bulla Gregorij XIII. apud Nauar.in Manuali,cap.27.nu.69.de qua etiam materia habetur lata alia excommunicatio in Concilio Trident.sess.22.de reform.capitulo 11. quo canone, vt rectè Nauar. vbi supra notat, indemnitati fructuum ecclesiasticorum prouisum est.

4 Ad hanc autem censuram incurrendam, Caiet. vbi supra, & Nauar.in Man.capit.27.nu.70.ver. Sexta.& Sebastianus Medices,in Summa peccat. capit. titu. 9. quæstio. 78.nu.18.& num. 83. docent quinque conditiones requiri; Prima est, ex parte rei acceptæ, scilicet quod sit Ecclesiæ,puta quod sit iurisdictio,fructus,prouentus,redditus, Ecclesiæ,non autem res profanæ,etiamsi ad personas ecclesiasticas pertineant, quæ conditio euidenter habetur in textu Canonis. Secunda est, quod res istæ ecclesiæ vsurpentur, aut sequestrentur non qualitercumque; sed vt res, prouentus, seu redditus ecclesiæ,quam conditionem inde colligit, & probat Caietan. quia canon iste non est factus contra fures,& latrones, qui res Ecclesiæ furantur,vt quasdam res,& non ea ratione, qua sunt fru-

ctus

ctus, & redditus Ecclesiæ, sed fictus est contra dominos temporales, qui bona ecclesiæ vsurpant, aut sequestrant, aut ecclesias illis spoliant, & in proprium vsum conuertunt. Quam conditionem esti Nau. admittat, mihi tamen suspect. & dubia videtur, quia non videtur necessarium, vt quis intendat vsurpare bona Ecclesiæ, quatenus bona sunt ecclesiæ, cum paucissimi domini temporales sint, qui hac intentione bona Ecclesiæ vsurpant, vnde satis esse crederem ad hanc censuram incurrendam, vt quis sciens illa bona esse ecclesię ea nihilominus vsurpet. Tertia est, vt huiusmodi res pertineat ad personam ecclesiasticam obtinentem illud beneficium; vnde infertur vsurpantem bona ecclesiarum vacantium in hanc censuram non incidere, eo quod bona illa tunc temporis ad nullam personam pertineant, sed solum ad ecclesiam. Hanc autem conditionem Nauarr. vbi supra, refellit, & rectè; tum quia etiam bona ecclesiarum vacantium pertinent ad ecclesiam, seu ad successorem; tum quia maius est periculum vsurpandi eiusmodi bona tempore vacationis, quam tempore vitæ ipsius beneficiarij; vnde apperiretur via mille fraudibus, si tempore vacationis sine pœna bona illa vsurpare liceret. Quarta est, vt huiusmodi vsurpatio fiat sine licentia Papæ; quę conditio vera fuit tempore Caietani, nunc autem Canon iste aliquantulum mutatus est, vnde satis est licentia Papæ, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium. Quinta est, quod ista fiant quasi auctoritatiue & potestate vsurpata, quomodo solent domini bona Ecclesiæ vsurpare, vel sequestrare; & satis conformis est verbis & sensui Bullę: quare latrones, & milites, qui ea capiunt, non excommunicantur, ex Nauarro, & Sebastiano Medice locis allatis.

De imponentibus Decimas, collectas, & alia onera personis Ecclesiasticis. Cap. XXII.

S V M M A.

1 *Collectas, Decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, eorumue bonis absque Summi Pontificis licentia imponens, excommunicationem Bullæ cenæ incurrit.*

2 *Excommunicatio decima octaua Bullæ cenæ quas personas, tam principales, quam accessorias contineat.*

3 *Excommunicatio decima octaua quo tempore in Bulla poni cęperit.*

4 *Collectæ qua ex causa imponantur.*

5 *Personæ Ecclesiasticæ tum in seipsis, tum in bonis suis à tributis, & vectigalibus persoluendis immunes sunt.*

6 *Sacerdotes, & Clerici noui testamenti à tributis, & alijs oneribus quare eximi debeant.*

7 *Clerici, & personæ Ecclesiasticæ cessant esse de corpore Reipub. ciuilis.*

8 *Clericis exemptionem à soluendis tributis tum Imperatores Catholici, tum Summi Pontifices concesserunt.*

9 *Clericorum bona Ecclesiastica, & patrimonialia à tributis persoluendis eximuntur.*

10 *Tributa ab Ecclesiasticis personis sponte soluentibus recipientes, an, & quando excommunicationem Bullæ cenæ incurrant.*

11 *Bulla cenæ quos iuris antiqui Canones circa immunitatem personarum Ecclesiasticarum innouet.*



Xcommunicatio decima fertur in hæc verba:

1 Quiue collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus, quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, & Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per Sacros Canones tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quam in alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

2 Canonis istius materia, vt colligi potest ex Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 40. est Sacrilegium, quo offenditur ecclesiastica libertas impositione onerum, à quibus tam personæ Clericorum, quam eorum bona sunt immunia. Personæ principales sunt, Primò, imponentes decimas, collectas, taleas, pręstantias, & alia onera similia, Secundò, exigentes. Tertiò, recipientes etiam à sponte dantibus, & soluentibus. Personæ accessoriæ sunt, Primò, qui prædicta facere; Secundò, qui prædicta exequi; Tertiò, qui prædicta procurare; Quartò, qui in eisdem auxilium; Quintò, qui consilium, Sextò, qui fauorem præstare in prædictis non verentur, & hæc vel per se, vel per alios, directè, vel indirectè; & hi omnes cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint. Personæ, & res, quibus hęc onera imponi prohibentur, sunt, Primò, Clericis; Secundò, Prælati; Tertio, alię personę ecclesiasticę; Quartò, bona earundem personarum; Quintò, bona ecclesiarum; Sextò, bona Monasteriorum; Septimò, bona aliorum beneficiorum ecclesiasticorum; Octauò, fructus; Nonò, redditus; Decimò, prouentus eorundem.

3 Quoad antiquitatem huius Canonis, primo omnium repetitur hęc Clausula Bullę cenę in serta tempore Iulij Papę II. vt habetur in Bulla cenę eiusdem apud Martin. Ledesm. 2. 4. quęstio. 26. artic. 1. pag. 356. column. 4. & in Bullis Pauli IIII. apud Sotum 4. dist. 22. quęstio. 2. art. 3. post conclu. 5. versi. vndecima, & Gregorij XIII. apud Nau. in Man. c. 27. nu. 69. in Bullis autē Iulij II. aut Leonis X. posita non fuit, vt patet ex Caiet. verbo, exc. ca. 40.

4 Huius autem constitutionis radix, & fundamentū est; quod cum in omni Reipub. ad subleuandas communes necessitates necessaria sint aliqua onera tam realia, quā personalia, in quorum distributione seruanda est ratio iustitiæ tam commutatiuæ, quam distributiuæ: Commutatiuæ quidem, vt non nisi ex causa vrgenti imponantur; distributiuæ verò, vt inter ciues pro vniuscuiusque viribus, & facultate distribuantur: admodum rationabi-

5 le, & etiam valdè conforme iuri Naturali, & Diuino fuit, vt ab huiusmodi onerib. personę Ecclesiasticæ tam

in

in seipsis, quam in bonis suis immunes essent, vt eleganter ostendit Sotus, 4. dist. vigesimaquinta, quæstione secunda, articulo secundo. In seipsis quidem: quia sicut iure diuino Ecclesiæ ministri sunt constituti, ita etiam eidem iuri conforme est, vt iudicibus sæcularibus non sint subiecti, a exinde maximum illis impedimentum obijceretur, idoneè ministerijs Ecclesiasticis vacare possent; nemo im duobus dominis seruire potest. In bonis autem: nia eum tributa, & vectigalia Regibus ad suam ipsorum, & Reipub. sustentationem pro laboribus, & necessitatibus suis in Reipub. administrationem, & conseruationem exoluatur, & clerici non minores operas, & labores rei Ecclesiasticæ impendant, æquum planè, & iuri Naturali, ac Diuino consonum fuit, vt a solutione tributorum clerici exempti essent. Hinc Ioseph, vt Gen. quadragesimoseptimo legitur, quamuis totam terram Aegypti Pharaoni subiecisset, & pro alimonijs, & frugibus populo administratis quintam partem, bonorum Regi persoluendam esse statuerit; terram nihilominus Sacerdotum ab huiusmodi conditione, & exactione liberam esse voluit: quod
6 idem in capitulo tributum, 23. quæstione octaua, habetur, quibus sane consequens est, & equitati naturali multo conformius, vt legis Euangelicæ Sacerdotes ab ijsdem oneribus eximantur, tum ob Sacerdotij nouæ legis dignitatem; tum etiam, quia Sacerdotes nostri in cultu Diuino magis occupati sunt, & in procuranda salute spirituali populo-
7 rum diligentiores esse solent; tum denique quia Ecclesiasticæ personæ cessant esse de corpore Reipub. ciuilis, Vnde communiter votum, & suffragium in Concilijs, Parlamentis sæcularibus non habent, neque de honoribus, & dignitatibus, aut officijs ciuilibus Regni, aut Reipub. participare solent, sed aliam quandam Rempub. sacram, & quasi diuinam efficiunt, vt propterea Sots Domini appellentur, cap. Cleros, d. 21.

8 Quibus addo, quod licet iuri Naturali, & Diuino conforme esset sic eximi Sacerdotes, hanc tamen exemptionem iure diuino non habent, sed solum iure humano; quam quidem exemptionem primo illis Imperatores catolici concesserunt, vt constat C. de sacrosanct. Ecclesijs, l. sancimus, 2. & ex multis alijs iuris ciuilis canonibus, quorum mentio habetur decimasexta quæstione prima, capitulo generaliter. & vigesimatertia, quæst. octaua, capitulo in qualibet, & capitulo secundum canonicam, & capitulo sancitum. Quas postea clericorum exemptiones Summi Pontifices suis decretis non solum confirmare, & stabilire, sed etiam augere cœperunt, vt habetur in cap. non minus. & c. aduersus, de immunit. eccles. & c. quamquam. de censib. lib. 6. & cap. 1. de immunit. eccles. lib. 6. & clem. præsenti, de decensib. Quod si in d. capit. quamquam, dicatur personas Ecclesiasticas cum suis bonis iure diuino exemptas esse, id intelligendum est ad modum expositum, scilicet, quod hæc exemptio sit iuri diuino conformis, vt Sotus in 4. d. 25. q. 2. art. 2. conclus. 6. annotauit. Et quamuis in hac clausula Bullæ cenæ, non sit expressa mentio nisi *Decimarum, collectarum &c.* sub eadem tamen continentur etiam *pedagia, gabella, portatoria, &c.* Nam & hæc, & similia sub illo verbo generali (*Et alia onera*) continentur.

9 Hac etiam Bullæ cenæ clausula proteguntur non solum bona Ecclesiarum, & beneficiorum, sed etiam bona patrimonialia clericorum. Id quod meo iudicio satis clare in verbis Bullæ exprimitur, vbi dicitur, *Imponentes decimas &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis.* vbi dictio illa *Eorum* contradistinguitur contra alteram dictionem sequentem, *Ecclesiarum* & ideo nisi de bonis patrimonialibus, & proprijs clericorum, & alijs, quæ ad Ecclesias non pertinent, intelligi potest, maxime, cum hoc ipsum in iure Canonico prius statutum fuerit, vt patet ex cap. quamquam. & ibi glos. in verbo. Ipsarum, de censib. lib. 6. vbi bona etiam sæcularia clericorum exempta sunt præter illa, quæ negociationis causa deferunt, & glo. in cap. fi. in verbo, suis facultatibus, de vita, & honest. cleric. Sebast. Medices, in Summa peccat. capital. tit. 9. q. 78. num. 85. & num. 188. Nam res clericorum eodem gaudent priuilegio, quo res Ecclesiarum, argum. cap. Ecclesiarum seruos, 12. q. 2. & c. similiter, & ibi gloss. in verbo, ecclesiæ, 16. q. 1. & hoc ipsum expresse docent Panorm. in par. 1. consil. 3. incip. Casus super quo. citans ad hoc cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. & Clem. præsenti. titu. eod. & ibi glo. in verbo non negociandi, cap. fin. de vita & honest. cleric. & l. placet, C. de sacrosanct. eccles. & l. 2. C. de Episcop. & cleric. Ioan. de Lignano in d. clemen. præsenti, & Hostiens. in Summa, tit. de immunit. Eccl. §. a quibus, ver. vere etiam personalia, & Bar. in l. rescripto, ff. de muner. & honorib. & in d. l. placet. C. de sacros. Eccle. Syluest. ver. excommunicatio, 9. num. 13. excommunicatione 3. versic. secundo. Tabiena verb. excommunicatio, 5. casu 18. & Sot. 4. d. 25. q. 2, art. 2. conclus. 5. in fine, qui omnes authores tradunt clericos, & personas ecclesiasticas tam quoad bona eorum, quam quoad ecclesias ab omnibus collectis, gabellis, exactionib. & similib. esse exemptas.

10 Quoad illa verba, *aut imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt* sciendum est, non omnes recipientes a sponte dantibus in hanc censuram incidere, sed eos solum, qui sic recipiunt, quando onera imposita sunt ipsis personis Ecclesiasticis, vt post alios Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 117. annotauit. Ratio est: quia tunc ipsa datio spontanea verè fit aut fieri præsumitur ratione oneris impositi ipsis clericis. Vnde sequitur, quod si in impositione onerum expressum sit clericos ad id non teneri, tunc si clerici sponte soluât, recipientes ab eis in hunc canonem non inciderent, prout colligi potest ex verbis Bullæ; loquens enim de sponte dantibus, ait: *Sic imposita, etiam a sponte dantibus recipiunt*, vbi sensus illorum verborum *Sic imposita*, est, quod qui exigunt, aut recipiunt tributa sic imposita clericis, hoc est, ita, vt clericos impositione comprehendant, excommunicati sint tam imponentes clericis talia tributa, quam ab eis exigentes, aut etiam ab eis sic imposita sponte soluentibus recipientes, vt subtiliter Cardin. Toletus in expositione Bullæ cenæ, §. 3. dub. 5. & §. 8. in fine annotauit.

11 Demum hac Bullæ clausula innouantur canones editi in Concilio Lateranensi sub Alexandro Papa III. capitulo quarto, & capitulo decimonono & in Conc. Lateranensi sub Leone X. sess. nona, super immunitate personarum Ecclesiasticarum, cuius innouationis virtute duo illi canones iuris, capitulo non minus, & cap. aduersus, de immunit. Eccles. pristinum suum robur, ac vires accipiunt.

De iudicibus sæcularibus, qui se in causis capitalibus Clericorum interponunt. Cap. XXIII.

S V M M A.

1 *Iudices sæculares, & alij ministri se interponentes in causis criminalibus Clericorum, excommunicationem Bullæ cenæ incurrunt.*

2 *Excommunicatio decimanona Bullæ cenæ quas personas, & actiones comprehendat.*

3 *Excommunicatio decimanona Bullæ cenæ, quæ personas Ecclesiasticas a violentia laicorum in causis criminalibus protegit, quando primum in Bulla cenæ poni cœperit.*

4 *Iudices sæculares quibus in casibus Clericos pro crimine capitali licite capere possint.*

Excom-

1 Xcommunicatio decimanona fertur in hæc verba:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet se interponentes, in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa huius sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut alio quouis nomine nuncupati.

2 Canonis huius materia est Sacrilegium, quo offenditur immunitas, & libertas Ecclesiastica in cognitione causarum capitalium, seu criminalium clericorum. Personæ in hoc canone contentæ, sunt, Primò, quicunque Magistratus; Secundò, Iudices; Tertiò, Notarij; Quartò, Scribæ; Quintò, Executores; Sextò, Subexecutores; Septimò, Conciliarij; Octauò, Senatores; Nonò, Præsidentes; Decimò, Cancellarij, Vndecimò, Vicecancellarij facientes, & committentes aliquam ex infrascriptis actionibus: Prima actio est, quomodolibet se interponere in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, vbi vox illa *Quomodolibet* intelligenda est, iuridicè, vel auctoritatiuè. Secunda est, illas processare. Tertia est, illas bannire. Quarta est, illas capere. Quinta est, sententias contra illas personas proferre. Sexta est, exequi illas sententias. Et hæc omnia sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, vt ex verbis ipsius Bullæ colligitur.

3 Circa hunc canonem Nauarrus in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero septuagesimoprimo, obseruat, quod sicut canon præcedens ad iurisdictionem Ecclesiasticam in causis ciuilibus tuendam ferebatur, ita præsens ad eandem iurisdictionem tuendam in criminalibus fertur. Qui canon nec in Bullis cenæ Iulij III. apud Martin Ledesm. secunda quarti, quæstione vigesimasexta, articulo secundo, nec Pauli IIII. apud Sotum in quarto, distinct. vigesimasecunda, quæstione secunda, articulo tertio, reperitur: vnde primo omnium in Bullis Pij V. & Gregorij XIII. inuenitur. De qua materia etiam habetur constitutio Federici Imperatoris, in tit. de statutis, & consuetud. §. item statuimus. immediatè post libros feudorum, & refertur in authentica, statuimus. C. de Episcopis, & cleric. & etiam in iure Canonico habentur multi Canones de hac re, & præcipuè, in capitulo si diligenti, de foro compet.

Solent tamen Doctores excipere duos casus, in quibus iudices sæculares Clericos pro crimine capitali capere possunt, absque eo quod sententiam excommunicationis incurrant. Primus est, quandocunque, & quacunque ex causa Clericus fori priuilegium perdidit. Secundus est, quando Clericus in flagranti delicto comprehenditur, tunc enim a ministris iustitiæ sæcularis capi poterit, non quidem vt per eos causa cognoscatur, sed vt sic captus Ecclesiastico iudici præsentetur, & pro ratione delicti ab eodem puniatur, de qua re legi potest Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, numero 124.

De occupantibus bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, & supremam iurisdictionem in illis vsurpantibus.

Cap. XVIIII.

S V M M A.

1 *Occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, aut Iurisdictionem supremam eius vsurpantes, & consilium auxilium, aut fauorem præstantes in Bullam cenæ incidunt.*

2 *Excommunicatio vigesima Bullæ cenæ contra quas personas feratur.*

3 *Terræ, & loca Ecclesiæ Romanæ subiecta quænam sint.*

4 *Excommunicationis vigesimæ Bullæ quanta sit antiquitas.*

5 *Iura Ecclesiæ Romanæ quænam in Bulla cenæ protegantur.*

Xcommunicatio vigesima fertur in hæc verba:

1 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, detinere præsumpserint in totum, vel in parte, Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venusinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarumque terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Clomachium, & alias Ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictasque Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta, necnon supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

2 Canonis huius materia est sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in suis locis, & terris, & suprema iurisdictio in illis, ex Caietan. in Summa, verbo, excommunicatio, capitulo 17. & Sebastian. Medice, in Summa peccat. capital. titulo 9. quæstione 78. numero 26. Personæ principales sunt istæ, Primò, præsumentes inuadere per se, seu alios, directè, vel indirectè, in totum, vel in partem terras Ecclesiæ Romanæ infra enumerandas. Secundò, destruentes. Tertiò, occupare præsumentes easdem. Quartò, detinentes easdem. Quintò, de facto vsurpantes easdem terras, & loca. Sextò, perturbantes. Septimò, retinentes. Octauò, præsumentes vexare dictas terras, loca, & supremam iurisdictionem temporalem in eisdem terris

ris

ris, quæ ad Romanum Pontificem mediatè, vel immediatè spectant. Personæ accessoriæ sunt. Primò, adhærentes. Secundò, fautores. Tertiò, defensores. Quartò, dantes auxilium. Quintò, dantes consilium. Sextò dantes quomodolibet fauorem circa aliquid prædictorum.

3 Terræ verò, loca & ciuitates quæ in hoc canone proteguntur, sunt istæ; Primò, Alma Vrbs. Secundò, Regnum Siciliæ. Tertiò, Insula Sardiniæ. Quartò, Insula Corsicæ. Quintò. Terræ citrà Pharum. Sextò, Patrimonium Beati Petri in Thuscia. Septimò, Ducatus Spoletanus. Octauò, Comitatus Venusinus. Nonò, Comitatus Sabinensis. Decimò, Marchia Anconitana. Vndecimo, Massa Trebariæ. Duodecimo, Romandiola. Decimotertiò, Campania. Decimoquartò, Maritimæ Prouinciæ, illarumque terræ, & loca. Decimoquintò, Terræ specialis Commissionis Arnulphorum. Decimosextò, Bononia. Decimoseptimò, Cæsena. Decimmooctauò, Ariminum. Decimonò, Beneuentum. Vigesimo, Perusium, Vigesimoprimò, Auenio. Vigesimosecundò, Ciuitas Castelli. Vigesimotertiò. Tudertum, Vigesimoquartò, Ferraria. Vigesimoquinto Clomacum, quæ duæ hoc anno 1598. ad dominium Sedis Apostolicæ redierunt. Vigesimosexto, Aliæ terræ, Ciuitates, & loca Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta. Vigesimoseptimo, Iura eiusdem Ecclesiæ Romanæ. Vigemooctauò, suprema iurisdictio Romanæ Ecclesiæ in prædictis Ciuitatibus terris, ac locis.

Continet autem hic canon, vt ex verbis ipsis colligi-
4 potest, tres partes. Quarum prima est contra eos, qui terras, loca, & Ciuitates; Secunda contra eos, qui iura; Tertia est contra eos, qui supremam Iurisdictionem ad Romanam Ecclesiam pertinentem modis supradictis offendunt. Ex quibus duæ priores antiquissimæ sunt à temporibus saltem Martini V. vt in Bulla cenæ eiusdem habetur apud Sanct. Antonin. parte, 3. titulo 25. capit. 72. & Syluest. verbo, excommunicatio, 7. numero 75. excommunicatione trigesima, Tabiena, verbo, excommunicatio, 6. §. duodecimo, versic. nonus. & has tum etiam meminit Caiet. in verbo, excommunicat. cap. 17. Tertia vero recens est in Bulla cenæ, nec videre potui antiquiorem auctorem Iulio Papa III. in cuius Bulla hęc etiam habetur, vt videre est apud Martin. Ledesm. 2. 4. quęst. 26. artic. 2. pag. 557. col. 2.

5 Iura verò Romanę Ecclesię hoc loco intelliguntur iura temporalia, non autem spiritualia; nam spiritualibus sufficienter superius prouisum est. Similiter etiam Suprema iurisdictio de temporali intelligitur. Et excommmunicantur non solum, qui inuadunt prędictas terras, vel iura, vel occupant supremam Iurisdictionem, sed etiam qui perturbant, & hoc siue domestici sint ciues, & incolę, siue externi. Solet autem huiusmodi inuasio, aut occupano accidere in quibusdam capitalibus inimicitijs (quantum attinet ad ciues domesticos) pręsertim iquando Ciuitates in duas partes sunt diuisę, & vna intus, altera verò extra Ciuitatem degit, & illa pars quę foris manet armata manu irruit in Ciuitatem. Idem etiam contingere solet in bannitis, quando collecta aliqua magna manu in loca, terras, & Ciuitates irruunt. Quibus addo perturbationem fieri posse non solum potentia, & armis, sed etiam fraude, & dolo, unde probabile est etiam eos, qui dolo, & fraude perturbant, in hanc censuram incidere. Et de secunda parte Bullę cenę hactenus dictum sit.

TERTIA PARS BVLLÆ.

De Duratione, & Absolutione à sententijs Bullæ cenæ. Cap. XXV.

SVMMA.

1 *Bulla cenæ Domini quousque durare censetur.*
2 *Bulla cenę, ne cum vita Pontificis expiret, quis primò instituerit.*
3 *Absoluere ab excommunicationibus in Bulla cenę contentis nemo (excepto mortis articulo) nisi Summus Pontifex potest.*
4 *Absolutus in articulo mortis à censuris Bullæ cenę quam cautionem præstare debeat.*
5 *Priuilegia Religiosorum, quantum ad absolutionem excommunicationum, quę in Bulla cenę Domini continentur, reuocata sunt.*
6 *Absoluere ab excommunicationibus in Bulla cenę contentis præsumentes excommunicationem incurrunt.*
7 *Excommunicatio, quam absoluentes à censuris Bullę cenę incurrunt, summo Pontifici non est reseruata.*
8 *Absoluens à censuris in Bulla cenę contentis vt excommunicationem incurrat, quid requiratur.*
9 *Absolutio generalis alicui à Summo Pontifice data, ei, qui in sententias Bullæ cenę incidit, non prodest.*
10 *Priuilegia quibuscunque, & quomodocunque concessa, ne per Sedem Apostolicam excommunicari possint, quoad effectum sententiarum Bullæ cenæ reuocantur.*
11 *Priuilegia quæcunque, quatenus contraria sunt eis, quæ in Bulla cenæ continentur, reuocata sunt non minus ac si tenores eorum omnium de verbo ad verbum exprimerentur.*
12 *Prælati omnes Bullam cenæ sub pœna peccati mortalis publicare tenentur.*
13 *Confessarij omnes transumptum litterarum Bullæ cenæ peges se habere debent.*



Ertia Bullæ Pars varias Clausulas continet, Quarum Prima est:

1 Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Romano Pontifice, pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

2 Addita est hæc particula à recentioribus Pontificibus, non enim reperitur in Bullis antiquis ante Pium V. Per quam particulam licet non perpetuetur Bulla hæc ad modum iuris, prouide tamen statuitur, ne expiret cum vita Pontificis, aut etiam ne expiret, si fortè aliquando Pontifex aliqua causa vrgenti, vel negocio aliquo ita impeditus sit, ut processum nouum condere nequeat.

Secunda Clausula his verbis continetur:

3 Ceterum à prędictis sententijs, nullus per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorū quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuētibus,

& Domibus ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalib. & Locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressi comprehendantur.

5 Clausula hæc antiquissima est in Bullæ cenæ à temporibus Martini V. vt constat ex Bulla cenæ eiusdem apud S. Anton. 3. par. titu. 25. cap. 72. & Syluest. in verbo, excommunicatio, 7. numero 56. excommunicatione 31. Cautio autem requisita ab obtinendam absolutionem à censuris Bullæ cenæ in articulo mortis, debet esse de satisfaciendo scilicet parti læsæ, & offensæ; & de stando mandatis Ecclesiæ, quod respicit ipsam ædificationem, & obedientiam debitam ipsimet Ecclesiæ, cuius mandata violauit. Cautio autem hæc debet esse sufficiēs, id est, cum pignore, vel fideiussore, si eam dare potest: sin minus, dare debet eam, quam potest saltem iuratoriam, iuxta notata per glo. penul. in clemen. 1. §. verum, de hæret. & Cardin. ibidem. quæst. 4. & Felin. in c. pastoralis. §. præterea, de offic. ord. & Nau. in Man. cap. 27. num. 48. & num. 72. vers. declaratio prima. & Alphonsum Vivaldum, in expositione Bullæ cenæ num. 133. cum ad impossibile nemo teneatur, l. impossibilium, ff. de reg. iur. Quo etiam in loco addit Nauar. eum, qui potest satisfacere ante mortem, sed non commodè, id est, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si possit differri absque magno damno alieno, non teneri nisi ad dandam cautionem sufficientem, quod satisfaciet primo quoque tempore: & faciunt, quæ idem Nau. in Man. cap. 17. num. 56. & num. 57. tradit, & est communis DD. in materia restitutionis. Quibus addo, quod si aliquando accedat confessarius ad absoluendum ægrotum & ægrotus esset in extremis, ita vt non possit istam cautionem præstare, nec etiam iuratoriam, eo casu, non solum pœnitentem illum sine vllo scrupulo absoluere potest, sed etiam debet, quia talis cautio solum requiritur, quatenus possibilis est, & non aliter.

5 Illud demum circa hanc Clausulam obseruandum est per eam reuocari quæcunque priuilegia concessa cuiuis ordini etiam Mendicantium &c. absoluendi ab omnibus censuris, ita, vt locum non habeant quantum ad istas censuras Bullæ cenæ, sicut nec quæcunque indulta, vel priuilegia etiam per viam contractus, vel remunerationis quibuscunque laicis etiam Imperiali, vel Regali Excellentia fulgentibus concessa, quoad hæc illis prodesse possunt, vt rectè Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 72. in fin. annotauit.

Tertia Clausula est huiusmodi.

6 Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, pro vt expedire nouerimus, processuri.

Hæc etiam Clausula antiquissimis temporibus in Bulla cenæ fuit, vt patet in Bulla cenæ Martini V. apud S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 72. in cuius processu, sicut etiam in Bulla cenæ Iulij Papæ III. apud Martin. Ledesm. 2.4. q.26. ar. 2. pag. 357. col. 3. præter sententiam excommunicationis, etiam aliæ pœnæ contra confessores ab istis censuris absoluentes statutæ erant: Si quidem illis prædicationis, administrationis sacramentorum, & audiendæ confessionis officia interdicta erant, quæ pœnæ in Bullis recentioribus omissæ sunt, & solum excommunicationis pœna apposita est, vt constat.

7 Circa hanc autem excommunicationem, quæ incurritur absoluendo à prædictis in Bulla cenæ contentis, quamuis Caiet. in verbo, excommunicatio, c. 77. in fi. dicat, eam etiam Sedi Apostolicæ reseruatam esse: tum ex vi extrauag. Sixti IIII. quæ incip. & si Dominici. de pœni. & remiss. in communibus: tum ex vi Bullæ cenæ, ex qua secundum Caiet. eodem modo reseruata est, quo ceteræ sententiæ, ipsius Bullæ cenæ, Quæ sententia fuit aliquando vera. nam de Extrauag. Sixti IIII. Et si Domini, patet; Et de Bulla cenæ Felin. in cap. pastoralis, §. præterea, col. 2. de offic. ord. refert hanc excommunicationem ex absolutione incursam, reseruatam fuisse in Bulla cenæ per Paulum II. cuius etiam sententiæ olim fuit Syluest. in verbo, absolutio, 1. num. 10. & eam inter recentiores tenent Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, num. 140. & Toletus in expositione eiusdem Bullæ. §. vltimo. Nihilominus tamen in antiquioribus Bullis cenę reseruata non fuit, vt patet ex Processu cenæ Martini V. apud S. Ant. 3. par. tit. 25. cap. 72. sed neque in Bullis cenæ nostri temporis reseruata est, vt patet ex Bulla cenæ Iulij Papæ III. apud Martin. Ledesm. 2.4. q. 26. art. 2. pag. 357. col. 3. & ex Bulla Gregorij XIII. apud Nauar. in Man. cap. 27. num. 73. neque in hac Bulla Clemen. VIII. vt constat. Et probari potest: quia hæc sententia additur ad hanc Bullam post reseruationem iam factam in clausula præcedenti, vnde reseruatio illa solum ad casus præcedentes, non autem ad sequentes extenditur, cum hoc non exprimatur. Neque obstat extrauag. Sixti IIII. quia reseruatio illa Sixti IIII. facta fuit solum ad confessionalia prædicti Sixti IIII. quæ iam diu expirarunt, vt tradunt Syluest. verbo, excommunicatio. 7. nu. 77. excommunicatione 32. & Tabiena, verbo excommunicatio. 6. §. tertiodecimo, & hanc sententiam amplexus est Nau. in Man. c. 27. nu. 37. vers. secunda, & illum secutus est Sebast. Medices, in Summa capital. peccatorum, tit. 9. q. 78. nu. 1. vnde, ab excommunicatione, in absoluendo a reseruatis in Bulla cenæ contentis incurra ordinarius absoluere potest, qui ab excommunicationibus à iure, vel ab homine latis, & nō reseruatis absoluere valet.

8 Obseruandum etiam est, ad hanc censuram incurrendam requiri, vt ex præsumptione, & temeritate quis absoluat ab his casibus Bullæ cenæ, vt patet ex textu; Vndè, si quis confessarius ex ignorantia non crassa, obliuione, inaduertentia, vel alia simili de causa absolueret ab istis casibus, in censuram hanc non incideret, vt rectè notat Nau. vbi supra, num. 73. ver. declaratio prima, & faciunt, quæ in simili docet Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 81. §. Circa hos septem, & expresse Alphonsus Viualdus in expositione Bullæ cenæ, num. 138. & Sebastianus Medices, vbi supra tradunt.

Quarta Clausula talis est:

9 Declarātes, ac protestantes quamcunque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prędictos excōmunicatos sub pręsentibus cōprehensos, nisi prius à præmissis cum vero proposito vlterius similia non committendi destiterint; Ac quoad eos qui contra Eccl. libertatem, vt præmittitur Statuta fecerint, nisi prius Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, & Decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, seu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiūtur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem

nem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. vndecunque, & quandocunque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicare posse, aut debere.

Continet hæc Clausula duplicem declarationem, seu protestationem; vna est, vt nulla generalis absolutio prosit iis, qui in sententias Bullæ incurrunt, nisi prius cum vero proposito vlterius similia non committendi ab his omnibus delictis destiterint. Altera est, vt neque per vllam absolutionem etiam Sedis Apostolicæ, neque per quoscunque actus contrarios tacitos, vel expressos, neque per tolerantiam, aut patientiam eiusdem sedis quantocunque tempore continuatam, præiudicetur vllatenus iuribus Sedis Apostolicæ. Quoad eos verò, qui Statuta contra libertatem Ecclesiasticam fecerint, dicatur eos nullatenus absolui posse, nisi huiusmodi Statuta contra Ecclesiasticam libertatem facta publice reuocauerint, & de suis Capitularibus, idest, de libris, vbi hæc scripta sunt, ea deleuerint, & de tali reuocatione Summum Pontificem fecerint certiorem; & simile decretum habetur in capit. nouerit, de senten. excommun. ab Honorio Papa III. editum, de quo Caietan. in uerbo, excommunicatio, capitulo trigesimoprimo.

Quinta Clausula his verbis continetur.

10 Non obstantibus priuilegiis, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, præeminentiæ fuerint, etiam si, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate; vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis Clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinis, etiam immemorabilis, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & aliis quibuslibet obseruantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quo minus includantur in eis se iuuare valeant, vel tueri.

Per hanc Clausulam reuocantur, ut constat, omnia priuilegia quæcunque cōcessa quocūque modo etiā per uiam contractus, aut remunerationis, ne possint excommunicari etiam per Sedem Apostolicam, nisi facta expressa mētio prædicti priuilegij; quæ priuilegia nō reuocantur simpliciter, sed solum ad effectum sententiarum huius Bullæ, ita scilicet, ut prædicta priuilegia illis non prosint, quo minus si aliquid fecerint in Bulla cenæ prohibitum, in sententiam eiusdem Bullæ incidant.

Hinc patet sine causa dubitasse Nauar. in Manual. ca. 28. num. 71. uersic. secunda. An Iudices Galliarum, qui cognoscere, & iudicare solēt Clericos super armorum delatione, & aliis quibusdam casibus, in censuram Bullæ incidant; vbi has dubitādi rationes affert; Prima est, quia huiusmodi priuilegia per viam remunerationis concessa esse dicuntur. Secunda est, quia priuilegia hæc sunt immemorabilia. Tertia est, quia non sunt nisi super causis, & criminibus leuioribus: vnde rem quasi dubiam, iudicio Summi Pontificis relinquit. In qua re, si quidem dubitandum esset de Summi Pontificis intentione, recurrendum esse censerem ad iudicium summi Pontificis; quia tamen legislatoris mens, & intentio ex verbis eius colligenda est, non opus esse puto, vt quis pro huius rei, ac dubij solutione ad Summum Pontificem recurrat, quandoquidem his verbis omnia huiusmodi priuilegia se reuocasse summus Pontifex satis manifestè declarauit. Sed neque rationes Nauarri multum vrgent, siquidem, vt communiter tradunt DD. in cap. nouit, de iudiciis, & in cap. 1. de probation. priuilegia etiam per viam contractus, aut remunerationis concessa à supremo principe, ex absoluta sua potestate reuocari possunt, quamuis grauiorem reuocandi causam requirunt, & dari potest aliquid aliud in recompensationem, & remunerationem iis, cui huiusmodi priuilegia sunt concessa, hoc à summo Pontifice requirat; Immo verò, summus Pontifex non solum priuilegia hæc reuocare potest, sed etiam debet, si causa vrgens id exposiuit.

7. Huiusmodi vero causæ sunt, Primo, si processu temporis aduertatur vel ex amplitudine concessionis, vel ex malitia vtentis, priuilegium illud esse contra bonum commune. Secundo, quando esset in præiudicium alicuius tertij. Tertio, quando esset in damnum præsertim spirituale ipsius priuilegiati. Quarto, in quibuscunque casibus potest supremus Princeps licitè contractus inter duos priuatos rescindere, immo & priuilegium a se concessum per viam contractus reuocare; vt constat, quia supremus Princeps tenetur in conscientia prouidere bono communi, & proinde potestatem habet ad ea omnia facienda, quæ vel bono communi necessaria sunt, vel quæ eidem bono aduersantur. Est autem hæc Clausula in Bulla cenæ à temporibus Martini V. licet in eius processu apud San. Anton. parte 3. tit. 25. capitulo 72. expressa mentio non fiat priuilegiorum concessorum per viam contractus, aut remunerationis: sicut nec eadem verba habentur in Bulla Iulij Papæ III. apud Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. pag. 357. quæ tamen apposita erant ad Bullam cenæ Gregorij XIII. vt videre est apud Martin. Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 74. vt mirum sit eundem Nauarrum num. 72. versic. secunda. de hac re dubitasse.

Sexta Clausula sic se habet.

11 Quæ omnia quoad hoc eorum omnium tenores, ac si ad verbum nihil penitus omisso insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Circa hanc clausulam nihil aliud annotandum est, nisi quod eiusdem antiquitatis sit cum priori, & communiter in omnibus Bullis Apostolicis apponi soleat.

12 Vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas, processus ipsos continentes, valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranens. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe appendi faciemus, vt ij, quos processus huiusmodi concernunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. In super,

super, vt Processus ipsi, & præsentes litteræ, ac omnia, & singula in eis contenta, eò fiant notiora, quo in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicēt, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Prior pars huius Clausulę solum continet publicationē huius Bullæ per summum Pontificem faciendam, ita vt ad omnium notitiam perueniat; In secunda verò parte in virtute sanctæ obedientiæ Prælatis mandatur, vt in Ecclesijs suis semel saltem in anno eandem Bullam publicari faciant: Hoc tamen præcepto non obligantur Prælati illi, qui potestate laica impediuntur, quo minus eam publicent, cum non solum frustra id attentarent, sed etiam non sine maxima perturbatione, & tumultu sæpenumero id facere possent; quo casu non censentur ad illud obligari: siquidem mens pia Summi Pontificis ad rem vel impossibilem, vel inutilem obligare non intēdit.

Octaua Clausula talis est:

13 Ceterum, Patriarchæ, Archiepiscopi Episcopi, alijque locorum Ordinarij, & Ecclesiarum Prælati, necnon Rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac presbyteri sæculares, & quorumuis ordinum Regulares ad audiendas peccatorum cōfessiones, quauis auctoritate deputati, trāsumptum litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant. Volentes earundem præsentium transumptis, etiam impressis Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo XIIII. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno septimo.

Hæc Clausula tres partes continet, in quarum prima habetur, vt quicunque audiunt confessiones apud se has litteras habeant. In secunda agitur de fide adhibenda exemplaribus Bullæ, dummodo adsint duæ conditiones: vna est, vt manu alicuius Notarij publici subscriptæ sint; Altera est, vt signatæ sint sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ: Tertia verò solum continet recapitulationem quandam omnium actuum per summum Pontificem in hac Bulla cenæ expressorum, verbi gratia, excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis, & eorundem confirmationem; cum adiectione indignationis Dei, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli incurrendæ ab illis omnibus, qui cuiuis prædictorum ausu temerario contraire præsumpserint. Et de excommunicationibus in Bulla cenæ reseruatis hæc dicta sufficiant. Superest nobis in sequentib. de Excommunicationibus Summo Pontifici in iure reseruatis tractare.

De Excommunicatione ex percussione Clerici incursa. Cap. XXVI.

S V M M A.

1 *Clericum, aut Monachum percutiens excommunicationem incurrit, à qua non nisi à Papa absolui potest.*
2 *Excommunicatio in Can.* Si quis suadente, 17. q. 4. *contenta quas personas, & quas actiones tam principales quam accessorias comprehendat.*
3 *Excommunicatio maior non nisi ob peccatum mortale incurritur.*
4 *Nomine* Clericorum *quinam intelligantur quoad priuilegium Canonis.*
5 *Nomine* Monachi *quinam comprehendantur quoad hoc, vt eos percutiens excommunicationem incurrat.*
6 *Priuilegia* Canonis, *&* Fori, *quas ob causas Clericis concessa sint.*
7 *Clericum excommunicatum percutiens excommunicationem Papæ reseruatam incurrit.*
8 *Clericus solum verbaliter depositus vtroque priuilegio, scilicet tam* Canonis, *quam* Fori *gaudet.*
9 *Degradatus realiter priuilegium* Canonis, *&* Fori *amittit.*
10 *Ordinatus non baptizatus priuilegio* Canonis *non gaudet, & quæ huius sit ratio.*
11 *Nomine* Manus, *etiam cetera corporis membra intelliguntur, & quare.*
12 *Clericum baculo, aut medio aliquo alio instrumento percutiens, excommunicationem incurrit.*
13 *Clericum in custodia publica, vel priuata, aut etiam in domo detinens, excommunicationem incurrit.*
14 *Clericum puluere aspergens, aut aqua, vel illum conspuens, excommunicatus est.*
15 *Clerici de manibus aliquid vi auferens, in excommunicationem incidit.*
16 *Clerici cingulum, quo cingitur, furtiue tollens, aut nummos eius furto auferens, excommunicationem non incurrit, & quare.*
17 *Monialis abortum potione, vel phlebotomia procurans in excommunicationem non incidit.*
18 *Clericum verberans iniuriose, quamuis consentientem excommunicationem incurrit.*
19 *Clericus priuilegio ordini Clericali, & non personæ concesso renunciare nequit.*
20 *Clericus seipsum animo irato, & iniuriose percutiens, excommunicatus est.*
21 *Clerico metum incutiens, an, & quando in excommunicatio-*

tationem incidat.

22 *Clericum capi, aut quouis modo iniuriose percuti mandans, secuto effectu, excommunicatus est.*

23 *Clericum percuti mandans, aut consulens, si postea ipsum pœniteat, an, & quando excommunicationem incurrat.*

24 *Clerici percussioni non obstans, cum commodè possit, quando excommunicatus censeatur.*

25 *Clerici percussionem nomine suo factam ratam habens, in excommunicationem incidit.*

Rima in ordine ex reseruatis Summo Pontifici est ea, quæ fertur in percussores Clericorum, quæ habetur in cap. Si quis suadente diabolo, 17. q. 4. sub his verbis:

1 Si quis suadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.

2 Primo, Materia huius Canonis est sacrilegium, quo manus violenta in Clericum iniicitur. Et quoad personas est vniuersalis; quoad actiones verò, vna est principalis, nimirum, manus violentas in Clericum suadente diabolo iniicere. Accessoriæ sunt, mandare, dare consilium, auxilium, vel fauorem ad huiusmodi violentam manuum iniectionem, vt ex alijs Canonibus habetur, ca. sicut dignum, de homicid. cap. Mulieres, & cap. quantæ. de sent. excom. & Caietan. verbo, excommunicatio, capit. 10. Nauar. in Manuali, capitulo 27. num. 51. ver. tertio, & communi sententia DD. vnde tam viri, quam feminæ, tam senes, quam iuuenes, & denique omnes habentes iudicium ad peccatum mortale committendum aliquem actuum prædictorum committentes hanc censuram incurrunt, ex glo. in d. cap. si quis suadente. in verbo, si quis, 17. quæstio. 4. & facit cap. 1. & cap. mulieres, & cap. de monialibus, & cap. cum illorum. de senten. excom. Sebastian. Medices, par. 2. Summæ, titu. 9. quæstio. 78. num. 39. Dixi, *Habentes iudi-*
3 *cium ad peccatum mortale committendum*, quia excommunicatio maior non nisi ob peccatum mortale incurritur, arg. capit. nemo, 11. quæstio. 3. Palud. 4. distin. 18. quæst. 1. art. 2. conclus. 2. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 9. & 76. Sebast. Medices vbi supra, & hoc significat dicto illa, *suadente Diabolo*, vt latius infra dicetur.

4 Secundò, appellatione *Clericorum*, intelliguntur omnes constituti in alicuius ordinis gradu etiam in prima tonsura, arg. cap. cleros, dist. vigesimaprima, & capit. cum contingat, de ætat. & qualita. & communis DD. & Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerdotis, c. 35. & Ioseph. Angles, in florib. 4. Senten. in quæstio. de excommunicatione, articu. quinto, difficult. 1. Sebast. Medices vbi supra. Immo etiam & Clericus coniugatus cum vna & virgine, non bigamus, incedens in habitu clericali, & tonsura, argumen. capituli vnic. de Cleric. coniug. lib. 6. talis enim vtroque priuilegio, & fori, & Canonis gaudet, modo ijs qualitatibus affectus sit, eaque obseruet quæ diximus, & quæ Conc. Trident. sess. vigesima tertia de reform. cap. 6. requirit, scilicet, vt *seruitio alicuius Ecclesiæ deputatus sit ab Episcopo, & eidem Ecclesiæ inseruiat, vel ministret, & Clericali habitu, & tonsura vtatur.* Item Clericus coniugatus non bigamus, dimittens habitum, & tonsuram, & postea reassumens eam, isto gaudet priuilegio, quia iusta pœnitentia nemini est auferenda. sic S. Anton. tertia parte, titu. vigesimoquinto, capitulo primo, & Syluest. verbo, excommunicatio, sexto, num. quarto, & citant alios.

Item Per *Monachum*, intelliguntur omnes professi, vel professæ in religione approbata, etiam nouitij, etiam conuersi, & conuersæ religionis approbatæ, capitulo monachi, cap. parochianos, cap. de Monialibus, cap. cum illorum, de senten. excom. in antiqu. & cap. religioso, §. fin. & ibi glo. in verbo, non possit, de sent. excommun. lib. 6. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titu. 3. art. 2. quæstio. 3. S. Anton. 3. par. titu. 25. cap. 1. Angelica, verbo, excommunicatio, 5. num. 27. Syluest. verbo, excom. 6. nume. 3. Tabiena, verbo, excom. 5. §. nunc tertio, num. 18. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 79. versic. octaua. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. capit. 13. §. 15. num. 8. Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerd. cap. 33. Ioseph. Angles & Sebast. Medices vbi supra, & de conuersis id colligunt ex cap. non dubium, de senten. excom. Hoc tamen, vt præfati authores docent, quoad conuersos, & conuersas restringendum est ad Regulares, qui proprijs renunciauerunt, vel religionem ingressi sunt habitu religionis assumpto, non autem ad eos qui remanent in domibus suis viuentes, vt laici. Tales igitur Clerici, & Religiosi hoc priuilegio gaudent, etiamsi Clerici illi per saltum ordinati sint, vt ijdem authores tradunt: item, quamuis excommunicati sint, ex Innocen. in cap. si verò, num. 3. de sen. excom. & ibi Felin. num. 2. Cardin. in clemen. 2. §. ceterum, de elect. Ioan. Andr. in capit. delictum, de regu. iur. lib. 6. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 3. art. 2. q. 6. S. Anton. 3. par. titu. 25. cap. 1. Summa Angelica, verbo excõmunicatio, 5. nu. 24. qui citat Goffr. Vincent. Innoc. & alios. Syluest. verbo, excommunicatio, 6. nu. 4. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu. 1. numero 30. §. septima. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 79. ver. septima. Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerd. cap. 33. Ioseph. Angles in floribus 4. sent. in q. de excommunicatione, artic. 5. difficult. 2. Hugolin. de censur. Eccles. Tab. 1.
6 cap. 13. §. 15. num. 8. Ratio est: quia hoc priuilegium Canonis, sicut & illud Fori, Clericis concessum est ob duo; tum ad coercendam violentiam laicorum; tum in tutelam Clericorum, argum. cap. contingit, 2. in fine, & ibi Marian. Socin. senior. num. 7. Clericus autem excommunicatus non amittit priuilegium se tuendi, vt habetur in cap. intelleximus, de iudic. & c. cum inter, & c. fin. de except. Deinde
7 quamuis Ecclesia aliquos casus exprimat, in quibus Clericus excommunicatus hoc priuilegio priuetur, vt c. si uero, c. ex tenore, cap. ueniens, cap. in audientia, & c. cum uoluntate, §. fin. de sent. excom. & c. 2. de pœnis, lib. 6. nullibi tamen exprimitur hic casus, & satis colligitur ex c. 2. & c. de monialibus, de sent. excom. ubi in d. c. 2. habetur, duos Monachos se percutientes incidisse in excommunicationem, & egere absolutione. Et à fortiori percutiens Clericum
8 suspensum, uel interdictum, excommunicatus erit. ex Panorm. in cap. penult. num. 1. de immunit. Eccles. Item, Clericus etiamsi uerbo depositus sit, adhuc tamen priuilegio utroq; tam Canonis, quam Fori gaudet, ex gl. in c. ad abolendam, in uerbo, prærogatiua, de hæret. & ibi Panor. nu. 10. Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 2. art. 2. q. 6. glo. in cap. degradatio, in uerbo, priuilegio clericali, de pœnis, lib. 6. S. Anton. 3. par. titu. 25. c. 1. Angelica, uerbo, degradatio, nu. 1. Syluest. uerbo, degradatio, nu. 2. §. 1. & uerbo, excommunicatio, 5. casu 1. nu. 29. §. sextus. Nauar. in Manuali, & Ioseph. Angles ubi supra difficult. 2. & Hug. de censur. eccl. tabula 1. c. 13. §. 15. num. 8. & Anchar. in c. degradatio, nu. 5. & ibi Philip. Franc. in fine, de pœnis. lib. 6. Ma-
9 rian. Socin. in c. peruenit, nu. 138. de senten. excom. Dixi, *verbo depositum*, gaudere hoc priuilegio: nam degradatus actualiter, & realiter, huiusmodi priuilegia tam Canonis, quam Fori perdit, vt præfati authores tradunt.

10 De ordinato autem non baptizato, Syluest. in uerbo, excommunicatio, 6. num. 4. & Tabiena, uerbo, excommunicatio, 5. casu. 1. num. 30. §. septimus, & Anton. 3. par. tit. 25. capit. 1. docent non gaudere priuilegio canonis, quia

non recipit characterem; & idem de ordinato coacte coactione absoluta tradunt; similiter, nec ordinatus coacte coactione conditionali, nisi postea expressè, vel tacitè ratificet, secundum Ioan. de Lignan. quem Anton. & Syluest. vbi supra, referunt, ac sequuntur.

11 Tertio, nomine, *Manus*, hoc loco intelliguntur etiam pedes, brachia, & alia membra corporis. Nominatur autem Manus, ex Caietan. verbo, excommunicatio, cap. 10. notab. 1. & Nauar. in Manuali, capitulo 27. num. 77. ver. quarta, & Cosmo Philiarcho libro 3. de officio Sacerd. capitulo 33: & Sebastian. Medice vbi supra, & communi DD. sententia: quia est organum organorum, & aptius membrum ad percutiendum. Appellatione verò manus violentæ, venit non solum quæcunque percussio immediata, sed etiam quæ fit medio instrumento eum tangente; vnde percutiens clericum baculo, aut alia re, excommuni-
12 catus est. Quia vero, vt notant Panorm. in capitulo nuper,
13 de sent. excommun. & Angelica, verbo, excommunicatio, 5. numero 28. caput illud, *Si quis suadente diabolo*, ponderat potius affectum violentiæ, quam ipsum modum inferendi violentiam, vt colligi potest ex d. capit. nuper. ideo etiamsi sine iniectione manuum aliquando incurritur excommunicatio, vt detinens clericum in custodia publica, vel priuata, vel in domo aliqua, vel ponens custodes, vt capiant eum, si de domo exierit, etiamsi non injiciat in eum manus, excommunicatus est, ex quo libere exire non potest, aut exire non potest sine strepitu, & sine erubescentia. Sic Summa Astensis par. 2. libro 7. titu. 3. artic. 2. in prin. Angelica, verbo, excommunicatio, 5. numero 28. Syluest. verbo excommunicatio, 6. numero 5. vers. secundo, Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 1. §. tertio notandum. Caietan. verbo excommunicatio, capitulo 10. versic. primo, & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 77. versic. quinta. Cosmus Philiarchus, lib. 2. de officio Sacerd. capitulo 33. & Iosephus Angles vbi supra, artic. 6. difficult. 3. conclus. 1. & 9. in his enim casibus fit iniuria personæ, id quod intelligitur solum ex Iosepho Angles, in dicta conclusione 9. quando fit à iudicibus sęcularibus, non autem quando fieret ab Ecclesiasticis, etiamsi detinerent clericos alienæ Diœcesis, & iurisdictionis: quia cum dictum capitulo nuper, constitutio pœnalis sit, & de iudicibus, & personis tantum laicis loquatur, non erit ad ecclesiasticos iudices extendenda. Si quis verò obsideret Castrum, aut domum, propter illud castrum obtinendum, & non ad violentiam, aut iniuriam inferendam clerico ibi existente, non incideret in excommunicationem; ex Anton. & Syluest. vbi sup.

14 Similiter, qui clericum puluere aspergeret, aut aqua, aut illum conspueret, aut violentiam rebus sibi adhærentibus faceret, puta, manus ad frænum equi, cui insidet, apponeret, aut per vestes laceraret, quas habet indutas, aut equum, cui insidet clericus, occideret, aut vulneraret, aut frenum frangeret, excommunicatus est, Quia fit iniuria personæ, etiam mediantibus rebus adhærentibus personæ, ex Cosmo Philiarcho, Iosepho Angles vbi supra, concl. 8. & alijs: secus autem si vestes, aut res illæ separatæ essent à persona, & equo cui insidet: sic etiam ex-
15 communicatus est, si auferat vi res aliquas de manibus clerici, etiamsi forte dominus, aut possessor eci sit is, qui eam aufert; sed commodauerat clerico vsque ad certum tempus, quia ante finitum vsum non potest vi tollere ab eo, ex Anton. vbi supra, §. tertio notandum, ante finem. Item qui persequitur clericum furiose, & clericus fugiens cadit, & læditur, aut fugiens quasi coactus præcipitet se in aquam, vel alio periculo se objiciat, vt euadat, excommunicationem incurrit, etiam si persequens talem non percusserit, ex Anto. cit. in fine, & Angelica verbo, excommunicatio, quinto, numero trigesimo, Cosmo Philiarcho, vbi supra, post Palud. 4. dist. 18. quæst. 3. art. 3. idemque tenet Ioseph. Angles vbi supra, art. quinto, difficultate tertia, conclus. sexta.

16 Quia verò violentia distinguitur ab actibus subdolis, fraudulentis, & huiusmodi, ideo, qui furto tolleret numos ex loculo gestato à clerico; aut si quis cingulum, quo actualiter cingeretur, furtiue tolleret, etiam si præcisio interueniat, cum præcisio illa non violenta, sed furtiua sit, non erit excommunicatus, ex Summa Astensi, par. 2. libro 7. titu. 3. artic. 2. quæst. 20. Angelica, verbo, excommunicatio, 5. numero 29. Caiet. verbo, excommunicatio, capitulo 10. ver. nota secundo. quicquid contrarium sentiat S. Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 1. §. tertio notandum, ante finem, sicut neque præcipiens exilium, aut confinia, intra quæ se contineat, excommunicatus est, vt notat Caiet. verbo, excom. cap. 10. §. primo: quia hic nulla violentia exterioris manus (quæ sola prohiberi videtur in cap. si quis suadente, 17. q. 4) sed sola vis præcepti interuenit.

17 Neque Monialis procurans abortum potione, vel phlebotomia, excommunicationem incurrit; quia manua hæc, licet sit violentia naturæ, non tamen est violenta personæ consentienti, nec iniuriosa statui ecclesiastico, ex Caiet. verbo, excommunicatio, capitulo 10. notab. 3. & Iosepho Angles vbi supra, art. 5. diffic. 3. conclus. 7. qui inquit, non sibi, sed fętui iniuriam irrogat.

18 E contra verò cum non solum violenta manuum iniectio in clericum, sed etiam iniuriosa hic prohibita sit, inde fit, quod licet clericus consentiat, vt verberetur, si iniuriosa sit verberatio, excommunicatus est verberans, vt verbi gratia, si quis clericum volentem verberari iniuriose, & animo vlciscendi in satisfactionem delicti, vel iniuriæ, quam clericus contra ipsum commisit, sicut laici alicubi facere consueuerunt pro pace habenda, excommunicatus est verberans, c. contingit, 1. de sent. excommun. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 3. art.... in princ. Ant. 3. p. tit. 25. capitulo primo, §. tertio notandum. Angelica, verbo, excommunicatio. 5. numero 28. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 1. numero 32. §. quarto, Caiet. verbo, excommunicatio, capitulo 10. notab. 3. & gloss. in d. capitulo contingit, prima, in verbo, iniuriosa, & in verbo, prohibeas attentari, de senten. excommunicatio. Ioseph. Angles vbi supra, art. quinto, diffi. 3. conclu. 2. Dixi, iniuriose: quia secus si iocosè clericum percuteret. Nec obstat, quod volenti non fiat iniuria. l. nemo videtur. ff. de reg. iur. & ita clerico illi non videtur fieri iniuria: quia, vt notat Summa Astensis vbi suprà, iniuria dicitur fieri ecclesiæ, quia ea, quæ in nos delinquuntur, remittere possumus, quantum ad nos pertinet, sed non quantum ad Ecclesiam.
19 Ratio est: quia clericus non potest in id consentire, cum priuilegium hoc ordini clericali concessum sit, cui ipse renunciare nequit, ex Tabiena, vbi suprà; & clericus ille consentiens se percuti excommunicandus est, d. cap. contingit. 1. & communis DD. Ex quo infert Caiet. verbo, excom. cap. 10. notab. 3. post Tabienam, verbo, excom. 5. casu 1. num. 32. §. quarto, & Angelicam, verbo, excom. 5. nu.
20 28. & Panorm. in cap. contingit, 1. num. 7. quod clericus etiam percutiens seipsum, excõicatus est, si id faciat animo irato, & iniuriose, sicut sæpe faciunt illi, qui tædio vitæ, vel alia desperatione ducti seipsos interficiunt, aut vulnerant, & idem tenent Nauar. in Man. cap. 15. num. 11. & cap. 27. num. 78. versic. 6. Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerd. c. 33. & Ioseph. Angles vbi supra, art. 5. diffic. 3. conclus. 7. etsi Toletus lib. 5. instruct. Sacer. c. 8. contradicat.

21 Item, si quis infert metum clerico, iniuriose scilicet, non iocose, per tactum aliquem non violentum, vt exeat de fundo, hoc fine, vt ipse ingrediatur, vel aliquid inde accipiat; excommunicationem incurrit, secundum Io. de Ligna. & Archid. quos sequitur Syluest. verbo, excom. 6. nu. 5. ver. 8. secus autem, si metus esset verbalis tantum, aut si realis, tamen sine tactu, etiamsi adesset intentio percutiendi; vnde si quis citra manuum iniectionem, uel detentionem corporalem clericum cogat, quod se redimat, uel aliquid ei tribuat, uel domum exeat, uel uibret hastam, baculum, aut gladium, uolens percutere eum, & non tamen percutiat, non erit excommunicatus, ex Host. in Summa. lib. 5. tit. de

tit. de sent. excom. §. in primis, num. 9. Palud. quarto, distinct. decimaoctaua, quæst. tertia, art. tertio, Summa Astensi, part. 2. lib. septimo, tit. 3. artic. secundo, quæst. 7. & 19. Angelica, verbo, excommunicatio, 5. num. vigesimonono, Syluest. verbo, excommunicat. 6. num. 5. versiculo octauo. Tabiena, verbo, excommunica. quinto, casu primo, numero 41. versiculo quid de eo: quia in his casibus non est intentio manus in personam clerici, vel in res sibi adhærentes; & exceptis quibusdam casibus supra expressis, in aliis verba sunt cum effectu accipienda, arg. c. relatum, de cleric. non resid. nec obest conatus sine effectu, vt DD. præfati docent.

Quarto, manus violentas iniicere censetur non solum
22 qui proprias manus in clericum iniicit, sed etiam qui mandat clericum capi, aut cædi, in quo casu si sequatur effectus, vterque, scilicet, tam mandator, quam mandatarius, excommunicatus est. c. mulieres, § vlt. de senten. excommun. Hostiens. in Summa, libro quinto, tit. de sent. excommun. numero 9. vers. Secūdo quæro. Summa Astens. part. secunda, libro septimo, tit. tertio, art. secundo, quæst. vndecima. Palud. quarto, dist. 18. quæst. tertia, art. tertio, Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto, cap. primo, versic. tertio notandum, Angelica, verbo, excommunicatio. quinto, num. 31. Syluest. verbo, excommunicatio sexto. numero quinto, versic. tertio. Tabiena verbo, excommunicatio quinto, casu primo, numero 35. vers. sed contra Caiet. verbo, excommunicatio, cap. decimo, versi. primò, Nauar. in Manuali cap. vigesimoseptimo, numer. 78. vers. sexta. Dixi, si sequatur effectus, quia cum canon iste principaliter loquatur solum de percutiente, & secundariò de mandante, & consulente, consulens, aut mandans non incurrit hanc pœnam, nisi sequatur percussio, vt rectè notat Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo numero quinquagesimo primo vers. adde.

Quod si mandantes vel consulentes clericum percuti
23 postea pœnituit, tunc opus est distinctióne; nam si mandatarius ante reuocationis notitiam percusserat, vterque excommunicatus est, si verò mandans, aut consulens re integra, hoc est, antequam mandatarius percusserat, mandatum, aut consilium reuocauerat, tunc quidem si reuocatio illa peruenerat ad notitiam mandatarii, etiamsi mãdatarius clericum postea percusserit, mandans, aut consulens excommunicatus non erit; sicut nec excommunicationem incurret mandans, aut consulens, si antequam mandatarius percutiat, moriatur; quod intelligitur si mandans in morte, vel antea pœnituit, & mandatarius de morte eius certificatus fuerat, quia morte mandatoris soluitur mandatum, glos. in cap. mulieres, in verbo, auctoritate, & ibi Panor. de sententia excommun. Hostien. in Summa, libro quinto, tit. de senten. excommun. versic. secundo quæro, nume. 9. Palud. 4. distin. 18. quæst. tertia, artic. tertio. Summa Astens. part. secunda, lib. septimo, tit. tertio, art. secundo quæst. vndecima, & duodecima, S. Anton. 3. part. tit. 25. capit. 1. §. tertio notandum, Angelica, verbo, excommunicatio, quinto, nume. 31. & 32. Syluest. verbo, excommunic. 6. numero quinto, versic. tertio, Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu primo, num. 35. versic. sed contra Caiet. verbo, excommun. cap. decimo, vers. primo, Cosmus Philiarchus lib. tertio, de officio Sacerdotis, cap. 24. & Ioseph. Angles in Floribus 4. Sententia. in quæst. de excommunicatione, artic. quinto, difficul. 3. conclus. tertia: Sic etiam excommunicatus erit, qui licet non mandet percuti, dicit tamen amicis suis, aut famulo suo, quod vellet de clerico tali, vel tali vindicari, secuta percussione, ex Summa Astensi vbi supra, artic. secundo. quæst. decimatertia, Angelica, verbo, excõmunicatio, 5. numero 34. Syluest. verbo, excommunic. 6. numero quinto, vers. quarto. Tabiena, verbo, excommunic. quinto, Casu primo, num. 36. versi. sed quid. Nauar. in Manuali, ca. vigesimoseptimo, num. 78. vers. sexta. & Cosmo Philiarcho vbi supra, satis enim est, quod credidit, aut credere debuit, quod ex hoc illi facturi essent: Immo ex Syluest. & Nauar. cit. etiamsi verba illa non dixerit eo animo, quia prouidere debuit, ne illi hoc modo intelligerent, argum. capit. fin. de homicid. libro sexto. Et quod de mandante dictum est, etiam de eo, qui consulit, auxilium, fauorem, aut consensum præstat, intelligendum est.

24 Quibus addo, quod non solum cooperans auxilio, vel consilio, excommunicatus est, sed etiam prohibere debẽs & valens, si non obuiat, & protegit, ne verberetur, capit. quantæ, de sent. excommunicationis, & hoc certum est quoad eos, qui tenentur ex officio, vt sunt officiales, superiores, eorum ministri, patres, tutores, curatores, heri, pædagogi, parochi, & similes, & è contrario, filii pupilli subditi, inferiores, famuli, mancipia, & parochiani, ex Cosmo Philiarcho vbi supra. In aliis autem, qui non habent ex officio, si non prohibent dolosè, hoc est, quando ex intentione nolunt obuiare, & cognoscentes se absque periculo, ac damno posse obuiare, etiam excommunicati sunt; sin verò hoc non faciunt dolose, sed quia nolunt se immiscere rumoribus, vel ex timore, etiam irrationabili, vel ex negligentia non prohibent, tenent communiter Doctores, quod non sint excommunicati, arg. dicti cap. quantæ, vbi Ioan. Andr. in nouella, docet neminem in hunc, aut alium canonem incidere, nisi sit in dolo. Idem tenent Ioan. de Lignan. quem refert, ac sequitur Angelica, verbo, excommun. 5. nume. 35. Palud. quarto distinct. decimaoctaua, quæst. tertia, articu. tertio, Anton. tertia, part. tit. 25. cap. primo, §. tertio notandum. Syluest. verbo, excommunic. 6. numero quinto, vers. quinto. Tabiena, verbo, excommunicatio, quinta, casu primo, num. 38. Caiet. verbo, excommun. cap. 10. versicul. primo, & Nauar. in Manuali capit. 27. num. 78. versic. sexta. Cosmus Philiarchus vbi supra.

25 Demum, qui nec percutit, nec mandat, sed ratam habet percussionem nomine suo factam, puta, cum eius contemplatione famulus, aut amicus Clericum inimicum suum percusserit, & ille postea ratam percussionem illam habeat, excommunicatus est, quia ratihabitio mandato comparatur. reg. ratihabitio. de regul. iur. libro 6. debet tamen ratihabitio esse illius, in cuius gratiam percussio est facta, & qui mandare potuit, vt rectè Ioseph Angles annotauit, loco inferius citando. secus, si non sit facta percussio nomine eius; tunc enim, licet eam ratam habeat, non tamen est excommunicatus, quamuis peccet mortaliter. cap. cum quis. & ibi gloss. in verbo, tuo nomine, de sententia excommunicationis. Palud. quarto distinct. decimaoctaua, quæst. tertia, artic. tertio, Rich. 4. distinct. decimaoctaua, art. vndecimo, quæst. quinta, Hostien. in Summa, libro quinto, titulo de sententia excommunicationis, numero nono, versic. secundo quæro, in fine. Summa Astensis, part. secunda, libro septimo, tit. tertio, art. secundo, quæst. decimaquinta, Anton. tertia par. titulo vigesimoquinto, cap. primo, versic. tertio notandum. Angelica, verbo, excommunicatio, quinto, numero trigesimoseptimo. Syluest. verbo, excommunicatio, sexto, numero quinto, vers. tertio, in fine. Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto, casu primo, num. quadragesimoseptimo, vers. sed quid dicendum. Caietan. verbo, excommunicatio, cap. decimo, versiculo primo. & Nauarr. in Manuali. cap. vigesimoseptimo, numero 78. versic. sexta. Ioseph. Angles, in Floribus, quarto Sentent. in quæstione de excommunicatione, articulo quinto, difficultate tertia, conclus. 4. Cosmus Philiarchus libro 3. de offic. Sacerdotis capit. trigesimotertio.

Decar-

De casibus, in quibus percutiens Clericum, vel Monachum excommunicationem non incurrit. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Clericum percutiens in aliquibus casibus excommunicationem non incurrit.*
2 *Clericum percutiens in laicali habitu incedentem, quem probabiliter Clericum esse ignorat, excommunicatus non est.*
3 *Clericum habitu Clericali incedentem percutiens, quem talem esse ignorabat, in excommunicationem non incidit.*
4 *Ignorantia probabilis quando a pœna excuset.*
5 *Clericum percutiens, quem ex ignorantia probabili laicum esse credidit, quando excommunicationem incurrat.*
6 *Percutere volens laicum, sed errans in persona Clericum percutit, an, & quando excommunicatus sit.*
7 *Clericum percutiens, nihil de Clericatu in tonsura, vestimentis, aut in qualitate negociorum ostendentem, postquam a diœcesano ter monitus non se emendauerit, in excommunicationem non incidit.*
8 *Clericum percutiens arma ferentem, nec tertio monitum se emendantem, excommunicationem non incurrit.*
9 *Clericum percutiens negotia secularia exercentem post prælati sui admonitionem excommunicatus non est.*
10 *Clericum coniugatum, nec habitum, nec tonsuram deferentem percutiens, in excommunicationem non incidit.*
11 *Clericum causa correctionis percutiẽs excommunicatus non est.*
12 *Episcopus Clericos sibi subditos per alium Clericum, & non per seipsum verberare potest.*
13 *Prælati Episcopo inferiores subditos sibi Clericos, aut religiosos per seipsos verberare, & per quoscumque capere, & detinere possunt.*
14 *Magister discipulos suos Clericos disciplinæ, & correctionis causa licite verberare potest.*
15 *Presbyter, vel alius officialis Ecclesiæ Clericos diuinum officium perturbantes, absque incursu excommunicationis percutere potest.*
16 *Paterfamilias Clericos suos domesticos percutiens, an, & quando excommunicatus censeri debeat.*
17 *Clericum percutiens, vt vim vi repellat cum moderamine inculpatæ tutelæ, excommunicatus non est, & quæ huius rei sit ratio.*
18 *Moderamen inculpatæ tutelæ quando censendum.*
19 *Clericum e domo sua violenter repellens non potens aliter domus suæ possessionem recuperare excommunicationem non incurrit.*
20 *Clericum verberans causa defensionis, licet aliqualiter excedat modum inculpatæ tutelæ, excommunicatus nõ est, dummodo dolus absit.*
21 *Clericum inuasorem sui percutiens, quem fugiendo euadere possit, nec tamen fugit, excommunicationem non incurrit.*
22 *Laicus duellum a Clerico illum prouocante acceptare non debet.*
23 *Clericum cum vxore, matre, sorore, filia, vel cum alia persona sibi propinqua inueniens, eumq; percutiens excommunicatus non est.*
24 *Mulier impetita a Clerico de turpitudine, qui eam inuitam tangit, si eum cum moderamine inculpatæ tutelæ percutiat, excommunicationem non incurrit.*
25 *Manus violentas in Clericum de mandato sui Prælati iniiciens eum capiendo, vel detinendo, excommunicatus non est.*
26 *Clericum Prælatus per laicum torquens, aut verberans, etsi excommunicatus non sit, peccat tamen.*
27 *Clericus in malo perseuerans, si aliter compesci nequit, a quouis laico capi, & ligari potest, vt suo prælato præsentetur.*
28 *Familia potestatis, seu officialis Clericum de nocte reperiens, si illum capiat, vt prælato suo, vel superiori præsentet, excommunicationem non incurrit.*
29 *Clericus in delicto deprehensus per vigintiquatuor horas detineri potest, vt vocentur testes, ne sit locus inficiationi.*
30 *Clericum realiter degradatum percutiens, excommunicatus non est, secus autem est, si verbaliter tantum degradatum percutiat.*
31 *Clericum bigamum in minoribus existentem percutiens, excommunicatus non est, quamuis secus si cum secunda in sacris contraxerit, & quæ huius rei sit ratio.*
32 *Religiosus, quamuis bigamus, priuilegio canonis gaudet, ideoque eum percutiens, excommunicationem incurrit.*
33 *Clericum percutiens, quoties percussio illa mortale peccatum non est, excommunicationem non incurrit.*
34 *Clericum non ex odio, vel inuidia, sed iocosa leuitate percutiens, excommunicatus non est.*
35 *Officiales Principum turbam arcentes & Clericos percutientes, ab excommunicatione excusantur, & quare.*
36 *Clericum ex equo deponens, & equum tollens, vt sic per sequentem se fugiat, excommunicatus non est.*
37 *Clericum violenter includens, ne ab inimicis suis lædatur, excommunicationem non incurrit, & quare.*

1 Quamuis percutiens Clericum regulariter excommunicatus sit, excipiuntur tamen quidam casus, in quibus percutiens Clericum in canonem capit. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. non incidit; & hoc ideo, quia non fit suadente diabolo, vt dicit textus, vel quia non est manus violenta, vel iniuriosa, vt communiter tradunt DD. Casus autem sunt isti.

2 Primus est, percutiens Clericum incedentem in habitu laicali, quem ignorabat probabiliter esse clericum, puta quia nutriebat comam, nec tonsuram deferebat, nec aliquid de clericatu ostendebat, cap. si verò, 2. & ibi glossa in verbo, ignorauerit, de sentent. excommunicat. S. Tho. in addit. tertiæ, par. quæst. vigesima quarta, art. primo. Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de sent. excommunic. num. 4. §. super

§.super illo canone. vers. primo, Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 3. art. 1. q. 2. Rich. 4. distin. 18. art. 11. q. 5. S. Anton. 3. par. tit. 27. c. 1. §. quarto notandum, versic. primus, Syluest. verbo, excom. 6. num. 6. §. secundo, Caiet. verbo, excommun. cap. 10. §. nota sexto, versic. quintus. Sotus, 4. distin. 22. q. 2. artic. 3. conclus. 5. Nauar. in Manuali, c. 27. num. 80. Ioseph. Angles in Floribus, 4. Sent. in quæst. de excommunicatione, artic. 5. difficul. 2. conclus. 2. Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerd. cap. 33. Sebast. Medices part. 2. Summæ, tit. 9. q. 78. num. 39. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 10. num. 15. vers. septimo, de sent. excommun. lib. 6. qui addit etiam hoc procedere, etiamsi malo animo talem percusserit. Dixi, *si ignorabat probabiliter*, quia secus esset, si ignorantia erat crassa, puta, si vidit tonsuram, & tamen non putabat esse Clericum; quod si dubitetur proprio iuramento se purgare potest; quod si iurare noluerit, quod ipsum esse Clericum ignorabat, tunc præsumitur contra eum, ex quo iurare timuit, & ideo tanquam excommunicatus vitandus est, donec per sedem Apostolicam absoluatur, d. c. si vero, 2. & DD. citati; vbi autem ignorabat probabiliter; etiamsi Clericũ occideret, non erit excommunicatus, ex Innocent. & Ioã. Andr. in d. capit. si vero, 2. Hostiens. & Innoc. in ca. cum non ab homine, de iudic. & Syluest. vbi supra. Immo etiamsi Clericus ille habuit habitum clericalem, sed tamen percutiens eum non videbat, quia erat de nocte, & hoc non solum quando percutiens dabat operam rei licitæ, puta defensioni rerum suarum, vt putat Syluest. sed etiamsi rebus illicitis operam daret, vt Nauarr. vbi suprà, contra Sylnestr. annotauit, & rectè, quia ignorantia contingens in eo, cuius causa excommunicationis pœna iure inducta est, omnino ab ea pœna excusat, quippe facit actum quoad illam qualitatem inuoluntarium; vnde cum pœna hæc non nisi ex peccato mortali incurratur, & peccatum esse nequit, nisi sit voluntarium, id qđ procedit ex ignorantia probabili, voluntarium esse non potest, iuxta doctrinam Philosophi, 3. Ethicor. capit. 1. & 5. & S. Thomæ, 1. 2. q. 76. consequenter, & ignorantia probabilis qualitatis illius, ob quam pœna illa iure imposita est, ab huiusmodi pœna excusat, vt latius tradit Couar. d. §. 10.
4 numero 12. 13. 14. & 15. Qua de causa Ioan. de Lignano tract. de censur. Eccles. ait, ad hoc vt quis in canonem incidat, oportet, vt intẽdat actualiter, vel virtualiter percutere Clericum. Vnde, si quis volens percutere Titium Clericum, sciens ipsum esse clericum percusserit Petrum Clericum existimans esse Titium, percutiens iste canonis censuram incurrit; cum hic nulla contingat ignorantia, quæ percussorem constituat inuoluntarium quoad Clerici percussionem, & iniuriam. Sic etiam percutiens Cleri-
5 cum, etiamsi probabili ignorantia crediderit esse laicum, in cẽsuram huius canonis incidit, quoties is eum animum habuerit, vt nihilominus percuteret illum si sciret illum Clericum esse; nam ignorantia ista non est causa actus inuoluntarij in hoc casu, imò virtualiter censetur velle percutere Clericum, & ideo nequaquã excusatur a pœna canonis, vt erudite, & subtiliter colligit Couar. in ca. alma mater, par. 1. §. 10. nu. 15. vers. 10. de sentent. excommunicatio. lib. 6. ex doctrina S. Thomæ 1. 2. quæst. 76. art. 1.

6 Hinc concordari possunt Doctores, quorum aliqui, vt Alan. quem refert, & sequitur glo. in ca. si vero, 2. in versic. ignorauerit. in fine, de sen. excommun. & Hostiens. ibidẽ, & Syluest. verbo, excommunicatio, 6. num. 6. §. sciendum est quarto, versic. secundo, dicunt, quod qui vult percutere Petrum laicum, errans in persona, Andream Clericum percusserit, existimans illum esse Petrum Laicum, excommunicatus sit; Alij vero, vt Tancred. Ioã. Andr. Bernard. Ioan. de Lignano, Raymon. in d. ca. si vero, 2. Astensis in Summa par. 2. lib. 7. tit. 3. art. 2. quæstio. 31. Anton. 3. par. tit. 27. ca. 1. §. quarto notandum. & Couar. d. §. 10. num. 15. versic. nono dicunt non esse excommunicatum, qui percutit clericum, quem credit laicum. Qui DD. facile reconciliari possunt, dicendo veram esse Alani, & ceterorum opinionem, quoties ille percussor ita erat affectus animo, vt nihilominus percuteret illum Clericum si nouisset eum Clericum fuisse. E contra vero sententia Tancredi, & aliorum vera erit, quoties percussor ita animo affectus erat, vt Clericum illum non percussisset, si Clericum, & non laicum illum fuisse credidisset, quo modo, & sensu intelligi debet hic casus primus a nobis positus. At vero intendens percutere Clericum, si laicum tantum percutiat, etiamsi laicus ille tonsuram deferebat, vere tamen Clericus non erat, excommunicatus non est percussor, quamuis Clericum percutere intendebat, ex Ioan. de Lignano, Hostiens. in Summa, Bernar. & Raymon. quos referunt, & sequuntur Summa Astensis, parte 2. libr. 7. tit. 3. artic. 2. quæst. 30. & 32. Antonin. 3. par. tit. 25. ca. 1. §. quarto notandum, & Syluest. verbo, excommunicatio, 6. nume. 6. notab. 4. versic. secundo. Quia non debet quis iudicari secundum quod intendit, sed secundum quod facit, & idem docent Federic. consil. 13. & Panorm. in cap. si vero, 2. num. 7. de sentent. excommun.

7 Secundus est, percutiens Clericum in habitu laicali incedentem, nec aliquid de clericatu ostendentem in modo tonsuræ, vel in forma vestimentorum, vel in qualitate negociorum, & ter monitum per diœcesanum, se non corrigentem, non est excommunicatus, capit. contingit. 2. de sentent. excommun. Richard. 4. distin. 18. art. 11. quæst. 5. Hostiens. in Summa, lib. 5. de sent. excommun. nu. 4. §. super illo, versic. tertio. Summa, Astensis par. 2. lib. 7. tit. 3. artic. 1. quæst. 1. versic. tertio. S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 1. §. quarto notandum, vers. secundus. Syluest. verbo, excommunic. 6. numero 6. notab. 3. versic. tertio. Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu, 1. num. 24. versic. primus, & Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 80. vers. tertia. Ioseph Angles in Florib. 4. Sentent. in quæstione de excommunicatione articulo 5. difficultat. 2. concl. 3. & Cosmus Philarchus lib. 3. de officio Sacerdotis, cap. 33. & hoc procedit, etiamsi sciat esse Clericum, & sufficit, quod sit admonitus ab Episcopo, vel a proprio prælato, nec potest fieri ista monitio per iudicem, aut quemcunque alium, vt notant Panorm. in d. cap. contingit. 2. num. 5. de sentent. excommun. & Syluest. vbi supra, & colligitur ex dict. capit. contingit. 2. in illis verbis, *in Diœcesi tua.* & in illis verbis, *A te commoniti*, hoc est, ab Episcopo Diœcesano, vel alio prælato suo proprio, habente iurisdictionem Episcopalem in Clericum illum: & facit capit. in audientia, in illis verbis: *A prælatis proprijs*, de sentent. excommun. Non tamen sufficit vna monitio pro tribus, quia ius requirit, vt tertio moneatur, in dicto capit. in audientia. & cap. contingit, 2. de sentent. excommun. vbi autem ius requirit trinam monitionem, non satis est vna, iuxta ea, quę tradunt gloss. in Clement. prima, in verbo tertio. de vita & honest. cleric. & Ioan. Andr. in capit. ex tuæ. de clericis non resid. & Sylnest. vbi supra. Sufficit autem monitio generalis, puta, quod Episcopus promulget edictum, vt omnes Clerici reassumant habitum intra mensem, nec requiritur specialis, sic Rosella in verbo, excommunicatio, 2. §. 3. & Syluest. verbo, excommunicatio, 6. numero 6. notab. 4. versic. tertio, quia textus in cap. in audientia, & cap. contingit. 2. de sentent. excommunicat. non requirunt specialem, vt putat Tabiena, vbi supra, verbo, excommunicatio, 6 casu 1 numero 24. versic. primus, in fine, & vbi iura volunt fieri specialem, exprimunt illam, vt in clem. 1. de vita & honest. cler. & cap. Constitutionem. de sent. excom. lib. 6.

8 Tertius est, percutiens Clericum, qui contempto habitu clericali fert arma, & tertio monitus non emendatur, capit. in audientia. de sentent. excommun. non excommunicatur. Panorm. in dicto cap. in audientia. nume. 3. & Hostiens. in Summa, libro 5. tit. de sentent. excommunicat. numero 4. §. super illo, versic. secundo. Summa Astensis, parte secunda, libro 7. tit. 3. artic. 5. quæstio. 5.

versic.

versic. secundo. Syluest. verbo, excommunicatio, 6. numero sexto, notab. 4. versic. quarta, Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto, casu primo, numero 25. versiculo, secundus. Richard. 4. distinct. 18. art. 11. quæst. 5. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 80. versi. quarta, vbi ait non sufficere vnam, sed trinam monitionem requiri; qui verò percuteret talem, antequam esset admonitus, excommunicationem incurreret, ex Panormit. in dicto capit. in audientia, numero secundo, de sentent. excommunic. Cosmus Philiarchus tamen libro 3. de officio Sacerd. capitulo 33. ait non requiri admonitionem, sed intelligendus est in eo qui in casu, quo turpibus, & enormibus se miscet, vt dicemus. Quinimò si non sit monitus tertiò, sed immisceat se tyrannidi, & crudelitati, seditiones, & guerras excitando, vel publicè atrociter delinquat, talem percutiens, non esset excommunicatus, siue Clericus ille habitum portet, siue non, argum. cap. cum non ab homine, & ibi gloss. in verbo minimè, de sent. excommun. & capitulo non dubium. & capitulo perpendimus. eod. tit. & lib. Richard. 4. distinct. 18. art. 11. quæstione 5. Summa Astens. par. 2. libro 7. tit. 3. artic. 1. quæstione 2. vers. sexto. Summa Pisanella, verbo excommunicatio, 2. in principio; S. Anton. 3. parte, tit. 25. cap. 1. § quarto notandū. Syluest. verbo, excommunic. 6. nume. 6. §. sciendum quarto. versic. quarto. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 81. vers. sexta illa vero, cap. in audientia. & cap. contingit. 2. de sentent. excommuni. quæ requirunt admonitionem, vt quis percutiendo Clericum excommunicationem incurrat, intelliguntur de Clericis, qui taliter non excedunt, licet arma deferant, ex glo. in d. cap. cum non ab homine, in verbo, minimè coercentur, & Astens. vbi supra.

9 Quartus est, percutiens Clericum exercentem negotia sæcularia, seu procurationes, & administrationes personarum sæcularium post inhibitionem diœcesani sui, seu Prælati sui, excommunicationem non incurrit, quia Clericus ille, si tertio monitus non desistat, priuilegio Clericali priuatur; immo si Episcopus in Synodo publicè mandasset sub pœna priuilegij Clericalis, quod quicunque tales procurationes exerce[r]et, per ipsum non defenderetur, & postea deprehensus fuerit in hoc delinquere, cum hæc inhibitio loco trinæ monitionis succedat, eum percutiens non erit excommunicatus; est enim indignum vt eis Ecclesia subueniat, per quos contra eam Ecclesia scandalum generari. Colliguntur hæc ex capit. fina. de vita, & honest. cleric. & cap. Sacerdotibus. ne clerici, vel Monachi. Richard. 4. distinct. 18. articul. 1. quæstione 5. Hostiensis in Summa. lib. 5. tit. de sentent. excommunicat. numero 4. §. super illo. versi. quarto: Summa Astensi. parte secunda, lib. septimo; tit. tertio, articulo primo, quæstione secunda, vers. septimo. Summa Confess. libro tertio. tit. trigesimotertio, quæstione 36. Summa Pisanella, verbo, excommunicatio, secundo, §. fuit talis. versicul. quarto. Syluest. verbo, excommunicatio. sexto, numero sexto, notab. 4. versic. quinto. Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto, casu primo, numero vigesimosexto, vbi etiam id docet de Sacerdotibus, seu Clericis ioculatoribus, & buffonibus, si artem illam ignominiosam per annum exerceant, & tertio moniti non resipiscant, carent enim omni priuilegio Clericali, capitulo vnico, de vita & honest. Cler. libro sexto, Iosepho Angles, in Floribus, 4. Sentent. in quæstione de excommunicatione, artic. 5. difficul. 2. conclus. 4. Cosmo Philiarcho vbi supra, capitulo 33. notab. 3. casu 10.

10 Quintus est, percutient clericum coniugatum non deferentem habitum, nec tonsuram, excommunicatus non est. Archid. in cap. Ioannes. & ibi Ioan. Andr. de Cleric. coniug. Angelica, verbo excommunicatio, quinto, num. 22. & est textus in cap. vnico, de cleric. coniug. libro sexto, Cosmus Philiarchus libro tertio, cap. 32. de officio Sacerdotis, notab. 3. casu septimo: Gregorius Tolosanus, par. secunda, in Syntag. iuris, libro 9. capit. 26. numero decimosexto, talis enim sine aliqua monitione perdit priuilegium.

11 Sextus est, percutiens Clericum causa correctionis
non est excommunicatus, capitulo cum voluntate, de sententia excommunication. quod intelligitur, quando percutiens ad id legitimam habet facultatem, & iurisdi-
12 ctionem. sic Episcopus per alium Clericum subditos
sibi Clericos verberare potest, non autem per seipsum, argumento capituli, non licet. distinctione 86. nisi quando deesset alius Clericus, per quem Clericum suum verberare posset, ex gloss. in dicto capitulo non licet, in verbo, non licet, distinctione octuagesima sexta, & Nauar. in Ma-
13 nuali, capitulo 27. numero 86. versic. vigesimaquarta.
Alij verò Prælati inferiores per seipsos, Clericos, vel Religiosos suos verberare possunt, detinere autem, & capere per quoscunque possunt. Eodem modo naturalis pater filios Clericos in minoribus existentes, corrigere potest, argum. capituli cum voluntate, & ibi Panormit. numero 8. & gloss. in verbo, inferiorum graduum, de sentent. excommunic. Summa Confess. libro tertio, tit. trigesimotertio, quæst. 35. Syluest. verbo excommun. 6. numero 6. notab.
14 4. versic. octauo. Angelica, verbo, excommun. 5. num. 10.
Sic etiam magister discipulos suos intuitu disciplinæ, & correctionis verberare potest; dicto cap. cum voluntate. §. fin. & cap. ex tenore, de sentent. excommun. Item maiores, & seniores Ecclesiæ Clericos iuniores in minoribus existentes verberare licitè possunt causa correctionis. Et presby-
15 byter, vel alius officialis in Ecclesia percutere potest Clericos perturbantes officium diuinum. Innoc. & Hostiens. in c. veniens. de senten. excommunication. Summa Angelica, verbo excommunicatio, 5. numero 18. Summa Astensis, par. secunda, libro 7. titulo tertio, articulo primo, quæst. 14. Richard. 4. distinct. 18. artic. 11. quæst. 5. Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 10. §. nota sexto. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu primo, numero 9. versic. quartum de obmittentibus, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 86. versic. vigesimaquinta: Cosmus Philiarchus vbi supra, Ioseph. Angles, vbi supra, artic. 5. difficul. 4. conclus. secunda; quia in his casibus non fit iniuria, sed correctio. Qua de causa excommunicatus non est, qui excommunicatum aliàs, nolentem exire ex Ecclesia, dum celebrantur diuina, percutit, ex eodem Cosmo, vbi supra, notab. 3. casu 16. Idem de quolibet regente familiam, potest enim domesticos suos clericos corrigere. Hæc autem omnia,
16 vt præfati authores docent, intelligenda sunt de leui percussione, attamen si parum excederent modum, non essent excommunicati, nisi ex odio, & iniquitate prædictos Clericos verberarent, tunc enim essent excommunicati, ex gloss. in dicto cap. ex voluntate, in verbo, inferiorum graduum, de sent. excommun. & Caiet. & DD. vbi supra.

7 Septimus est, cum quis vim vi incontinenti repellit cum moderamine inculpatæ tutelæ, cap. si verò. 1. de sentent. excommun. & procedit, etiamsi scienter, & deliberatè id faciat. Ratio est: quia iure naturali indultum est, se defendere. S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 24. art. 4. Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. 5. de sentent. excommun. num. 4. §. super illo; versic. decimo. Summa Confessorum libro 3. tit. 33. quæstione 55. Summa Astens. parte secunda, lib. 7. tit. 3. articulo primo, quæstione 8. versic. decimo, Summa Pisanella, verbo, excommunicatio, 2. §. fuit talis, versiculo nono. Angelica, verbo, excommunicatio, quinto, numero 13. Syluest. verbo excommunicat. sexto, numero 6. notab. 4. versiculo nono. Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto casu primo, numero 50. versic. quartum de repercutientibus. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 10. §. nota sexto. versiculo secundus, Sanct. Anton. 3. parte tit. 25. capit. 1. §. quarto notandum, versiculo sextus. Sotus 4. distinct. 22. quæstione secunda, articulo 3. post conclus. 5. & Nauar. in Manuali cap. 27. num. 82. versiculo in quinta. Ioseph. Angles, in Floribus, 4. sententia, in quæstione de

excom-

excommunication.articulo 5.difficultat.4.conclus.vlt.&
Cosmus Philiarchus lib.3.de officio Sacerd.cap.33.no-
tab.3.casu 12. Addit etiam Innocent. in dicto capitulo si
vero, 1. posse quem verberare Clericum, non solum
pro sua, sed etiam pro illarum personarum defensione,
per quas ei fit iniuria, vt sunt vxor, filij, serui & huiusmo-
di; nam & socij iniuria propulsanda est, argumen. capit.
non inferenda, 23. quæstione 3. & etiam pro defensione
patris, vel matris, vel familiæ, vt docent Panormit. in
capitulo olim, 1. de restitution. spoliat. Summa Astensis
par.2.lib.7. tit.3. artic.1. quæstione 9. Sanct. Antonin.
Angelica, Syluest. & Tabiena, Caiet. & alij, vbi supra.
Qui etiam hoc ipsum extendunt ad percussionem pro
defensione rerum suarum ablatarum. Hæc tamen om-
18 nia fieri debent, cum moderamine inculpatæ tutelæ: di-
citur autem moderamine inculpatæ tutelæ, quando quis
facit illud, sine quo aliter se, vel alios, vel res suas defen-
dere non potest. ex Bart. in l.1. C. vnde vi, & in l. furem, ff.
ad leg. Corneliam de sicarijs. & Panorm. in d. cap. olim,
1. de restit. spoliat. quod considerari debet, ad arbitrium
boni viri consideratis circumstantijs, scilicet, causa, vt fiat
ad defensionem, & non ad vindictam, considerato etiam
modo, qui enim inuaditur sine armis, non debet cum ar-
mis resistere, quod verum est regulariter; considerato
etiam tempore, debet enim incontinenti fieri, id est, dum
actu impugnatur, quia si iniuria facta iam sit personæ,
non est licitum percutere, etiam incontinenti; & Tabie-
na, verbo, excommunicat. 5. casu 1. numero 10. quia non
esset defensio, sed vindicta, quæ non est permissa singu-
lis, sed iudici, ex glos. in l. si ex pedagio, §. tabernarius. ff.
ad leg. Aquil. Innocent. in d. cap. olim, 1. nisi forte time-
retur geminata percussio, vnde non debet insequi percus-
sus suum percussorem, ex quo non vult amplius percu-
tere; aut postquam fur peruenit ad locum destinatum, &
adeptus est possessionem perfectam rerum suarum, non
licebit domum illius adire, & illum percutere; si tamen
19 quis violenter expelleret Clericum de domo sua, quam
occupauerat, non valens eam aliter recuperare, non in-
curreret huius canonis censuram, ex Innocent. in dicto
capitulo olim. 1. de restitut. spoliat. & Syluest. vbi supra,
§. nono, in fine. Addunt etiam Angelica, verbo, excommu
nicatio, 5. numero decimoquarto, Syluest. dicto §. nono.
& Tabiena supra, numero 10. post Panormitan. in d. ca.
20 olim. de restit. spoliat. Quod licet verberans Clericum
causa defensionis aliqualiter excederet modum inculpa-
tæ tutelę non ex propositio, & ex deliberatione, sed inad-
uertentur, & ex surreptione non, incidit in excommuni-
cationem, quia ad eam incurrendam requiritur dolus, vt
communiter tradunt Doctores, & glos. in capit. signifi-
casti, 2. in verbo moderamine, de homicid. & capit. cum
voluntate, in verbo voluntate, de sentent. excommuni-
cationis.
21. Quod si quæras, an si quis fugiendo euadere posset,
non tamen fugit, & sic percutit inuasorem sui, aut rerum
suarum, censuram huius canonis incurrat? Respondetur
cum Bart. in l. prima, C. vnde vi, quem referunt, ac sequun
tur Panormit. in capit. olim causam, numero 18. de restit.
spoliat, & Angelica, verbo excomunicatio, 5. numero 15.
licite posse percutere, quia fuga est quædam iniuria, l. item
apud Labeonem, ff. de iniur. vnde Cynus in l. si ex pla-
gijs, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. ait, qd fuga reddit ho
minem viliorem; quod sane dictum tunc est verum, quan-
do ex tali fuga esset fugienti confusio; vt enim tradunt
Syluest. verbo, excommunicatio, 6. numero 6. notab. 4.
§. nono. in fine. Caietan. verbo, excommunicatio, capitu-
lo 10. §. nota sexto, versicul. secundos, & Nauarr. in Ma-
nuali, capitulo 27. numero 82. versic. decimaquinta, post
Panormit. in dicto capit. olim causam, num. 17. de restit.
& Cepol. consil. 29. & Bald. consil. 11. Cosmus Philiar-
chos lib. 3. de officio Sacerd. capit. 33. notab. 3. casu 12.
non arctatur licita hæc defensio ad casum, quo inuasus
non potest aliter se, aut sua, aut alios salutare, sed rationa
biliter etiam extenditur ad casum, in quo vituperabiliter
fugiendo posset se saluare; vnde si spoliandus a Clerico
euadere posset a Clerico inuasore per fugam, scilicet tur-
pem & ignominiosam, in qua honor eius læderetur, &
tamen non vult, sed stat, & percutit Clericum inuasorem,
non erit excommunicatus, quia non tenetur ignominio-
sam fugam pati laicus a Clerico inuasore, sed potest suum
saluãdo honorem, sicut & res suas, vim vi repellere. Ad-
dit tamen Caietan. & bene, nõ inde sequi, licere laico ac-
22 ceptare duellum a Clerico prouocante illum; quia aliud
est velle pugnare, & aliud se, & sua tuendo, contra Cleri-
cum non minis, sed facto inuadentem pugnare.
23 Octauus est, quando quis inuenit Clericum cum vxo-
re, matre, sorore, aut filia, & huiusmodi personis, scilicet
sponsa, aut affini, si talis inueniens illum percutiat, non
erit excommunicatus, secus si cum alia persona, quæ non
est ei propinqua, vt colligitur ex capitul. si verò, 1. & ibi
glossa in verbo, matre, & verbo turpiter, de senten. ex-
communicat. & Hostensis, ibi & in Summa lib.5. tit. de
sentent. excommun. num.4. §. super illo, versi. vndecimo,
Summa Confess. libro 3. tit. 33. quæstione 35. Astensis in
Summa part. 2. lib.7. tit.3. articulo 1. §. vndecimo, Sum-
ma Pisanella. verbo, excommunicatio, 2. §. sunt casus,
vers. decimo. Angelica, verbo, excommunicatio 5. nume.
16. Antonin. 3. parte, tit. 25. capit. 1. §. quarto notandum,
versic. septimus. Syluest. verbo, excommunicat. 6. notab.
4. versic. decimo, Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. ca-
su 1. numero 31. versiculo octauus. S. Thom. in additio.
parte, 3. quæstio. 24. artic. 1. Caiet. verbo, excommunica-
tio, capit. 10, §. nota sexto, vers. secundus. Soto, 4. distinct.
22. quæst. 2. art. 3. post conclus. 5. & Nauar. in Manuali,
capit. 27. num. 84. vers. vigesima. Iosepho Angles in Flor.
4. Sent. in quæst. de excommun. artic. 5. difficult. 4. con-
clus. 3. Cosmo Philiarcho lib. 3. de officio Sacerd. capit.
33. notab. 3. casu 14. Ad vitandam autem hanc excom-
municationem requiritur, vt hæc percussio fiat in ipso
actu inuentionis, & non ex interuallo, postquam ad alia
diuertit, vel a loco discessit, secundum DD. in d. cap. si ve-
ro, 1. tunc enim cessat ratio, cur canon excuset percutien-
tem in actu inuentionis, quia scilicet vix possibile est, vt
quis tam iustum dolorem compescat, cum inueniat in
actu delinquentem, vnde & lex ciuilis sic inuentum per-
mittit occidere, ff. de adul. l. quod ait lex, §. quod ait, Im-
mo addunt præfati Doctores, quod etiamsi non inueniat
in actu nefario luxuriæ, sed etiam in tactibus impudicis,
& signis propinquis actui, & in loco suspecto, talis ver-
berans non excommunicatur; secus vero, si inueniat Cle-
ricum osculantem in loco publico, secundum morem pa-
triæ. Item, secundum Hostiensem. in tit. de diuortijs,
& Astensem vbi supra, si vir vxorem deprehenderit, aut
frater sororem vel filius matrem, vel pater filiam in adul-
terio cum Clerico, tenere potest vtrumque inuitum, sine
excommunicatione per viginti horas continuas, donec
vocet testes, per quos probet adulterium, eosque tradat
iudici puniendos, quod idem docent Syluest. & Cos-
mus Philiarchus vbi suprà, capitulo trigesimotertio,
notab. tertio, casu 19. Non tamen creditur testibus, nisi
viderint Clericum in adulterio, ex Summa Astensi, vbi
supra. Quod si forte maritus procurauerit, vt Clericus
vocaretur ab vxore sua ad turpem illam actionem, &
sic eum verberaret, excommunicatus erit vterque, scili-
cet tam vxor, quam maritus percutiens, quia sunt in do-
lo, & non potest aliquid imputari Clerico, cum prouo-
cauerit, vt vocaretur ad turpitudinem. Sic Summa Con-
fessorum lib. 3. tit. 33. quæstio. 35. Summa Astensis, par. 2.
lib.7. tit.3. artic. 1. q. 11. Summa Pisanella, verbo, excom-
municatio, 2. §. quid de illo, Angelica, verbo, excommu-
nicatio, 5. numero 20. Tabiena, uerbo, excommunicat. 5.
casu 1. num. 31. in fine, §. octauus, & Caietan. verbo, ex-
communicatio, capit. decimo, §. nota quinto, & rectè,
quia

quia huiusmodi dolus interueniens compassionem legis tollit.

24 Nonus est, quando mulier impetita est a clerico de turpitudine, qui eam inuitam tangebat, si eum percutiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, zelo castitatis, non erit excommunicata, quia defensio talis iusta est, & quamuis aliquis excessus interueniret, excusatur, si enim licet mihi impune percutere iniurium mihi in turpitudine meorum, vt in casu octauo dictum est, multo magis id licebit impunè iniuriaræ in propria persona; & sicut sufficit ibi inchoando actus, ita hic; qui enim attentat violare, iam turpem actum inchoat. sic Summa confessorum libro tertio, tit. 33. quæstione 35. & Monald. quem citant, & sequuntur Summa Pisanella verbo, excommunicatio, 2. §. quid de muliere, & Angelica, verbo excommunicatio, 5. numero 21. & Rodonens. quem refert, & sequitur Summa Astensis. part. secunda, libro septimo, tit. tertio, artic. primo, quæstione duodecima, & idem tradit Caiet. verbo, excommunicatio, cap. decimo, §. nota sexto. versic. secundus. Sin verò eam non tangebat, nec vim corporalem inferebat, sed tentabat eam tantum verbis, illum verberando excommunicata erit, ex Summa Confessorum, Monaldo, Astensi, & Pisanel. cit. quod tamen benè limitat Angelica, vbi supra, quando aliter eum repellere non poterat, puta, quia nec fugere potuit, nec clamare licuit, aut infamiam putabat clamare; & fauet Caiet. vbi supra, tunc enim licitè eum percutere potest, & expressè Ioseph. Angles in Floribus quarto Sententiarum in quæstione de excommunicatione, articulo quinto, difficult. quarta conclusio. quarta, & Cosmus Philiarchus libro tertio, de officio Sacerdotis capitulo trigesimotertio. notab. 3. casu 15.

25 Decimus est, mittens manus violentas in clericum de mandato sui Prælati eum capiendo, non incurrit huius canonis censuram, capit. vt famæ, de sentent. excommunicat. Rich. 4. distinctione decimaoctaua, articulo vndecimo, quæstione quinta. Hostiens. in Summa, lib. 5. tit. de sententia excommunicat. numero quarto, §. super illo, versicul. duodecimo, Summa Confessorum lib. 3. tit. 33. quæstione 35. Astensis in Summa, libro septimo, par. secunda, titulo tertio, articulo primo, versiculo. Duodecimo, Summa Pisanella, verbo excommunicatio, secundo, §. sunt casus, versic. vndecimo, Anton. tertia part. tit. 25. ca. primo, §. quarto notandum, versic. octauus, Tabiena, verbo excommunicatio, quinto, casu primo, numero septimo, vers. quæritur de prælatis. Ioseph. Angles in Floribus 4. Sentent. in quæstione de excommunicat. articulo quinto, difficul. 4. conclus. secunda, Cosmus Philiarchus lib. tertio, de officio Sacerd. cap. 33. notab. 3. casu vigesimo, & casu vigesimosecundo. Quod intelligitur, dummodo non excedat modum ex proposito; quia secundum Io. Andr. in cap. si clericos, de sentent. excommunica. libro sexto, Astensem, & Pisanel. & alios vbi supra, si clericus quiete se permittit capi, & duci, & capiens, & ducens eũ non resistentem calce, vel pugno, vel alio modo percusserit, excommunicatur. Immo, & quando clericus cautionem fideiussoriam daret Episcopo de parendo iuri, capi, aut detineri non debet, nisi excessus enormitas, vel alia causa rationabilis aliud suaderet. vt in dicto capitulo, si clericos, de sentent. excommunicatio. libro 6. habetur. Per laicum verò clericus etiam de mandato prælati verberari, aut torqueri non potest, sed uerberans clericus esse debet, uel conuersus alicuius religionis ex causa rationabili, capitulo uniuersitatis, de sententia excommunicationis. Astensis ubi supra. Tabiena, uerbo, excommunicatio, quinto, casu 1. numero septimo Sanct. Anton. 3. part. citat. Caietan. uerbo, excommunicatio, capit. 10. §. nota quarto, & Nauar. in Manuali capitulo uigesimoseptimo, numero 86. uersicul. uigesima quarta, & Cosmus Phi

26 liarchus vbi supra, notab. 3. casu uigesimotertio, qui etiã docent Ecclesiasticos torquentes clericos per laicos excommunicari, nisi consuetudine contraria excusentur, & addit Nauarr. quod qui consuetudinem sequutus clericum per laicum torquet, aut verberat, quamuis excommunicatus non sit, peccat tamen. Hoc autem mandatum debet esse speciale, & non sufficit generale, vt capiens ex mandato prælati ab excommunicatione excusetur, vt docet Astensis vbi supra, part. secunda, lib. 7. tit. 3. artic. 1. quæstio. 13.

27 Vndecimus est, clericus perseuerans in malo, qui aliter compesci nequit, a quouis etiam laico capi potest, & ligari, vt præsentetur quam primum suo Prælato; qua ratione excusantur officiales capientes, & detinentes clericos, quos inueniunt in crimine patrato, vel patrando, vt eos suis prælatis præsentent, ex Innocent. in capit. si verò, primo, de senten. excommun. Angelica, verbo, excommunicatio, quinto, nume. 12. & Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 10. §. nota quarto, & Nauar. in Manuali cap. 27. nume. 82. versicul. decimasexta, Cosmo Philiarcho vbi supra, casu 22. & Ioseph Angles eit. conc. 6. Item vt ait Panor. in d. capit. si vero, 1. nume. 6. de sentent. excommunicat. quem refert, ac sequitur Angelica, vbi supra. Et familia

28 potestatis reperiens clericum de nocte, quia verisimiliter timere potest delictum committendum, non incurrit excommunicationem, si clericum capiat, & præsentet Prælato, quia non potest hic notari diabolica persuasio, cum hoc fiat ad obuiandum delicto, & præsumptio mala sit contra incedentes de nocte, *Qui enim male agit, odit lucem.* Ioan. 3. & refertur in cap. consuluit, de offic. deleg. & idem Panorm. in capit. cum non ab homine, de iudic. vbi idem docet de eo, qui capit clericum propter malum, quod fecit, vt ducat ad prælatum suum, & dubitatur de fuga eius, & consentit Angelica, vbi supra. Qui ambo idem dicunt fieri posse, si creditor timet de fuga clerici de-

29 bitoris; sic etiam detineri potest per 24. horas, si fecit aliquod delictum, vt vocentur testes, ne fit locus infitiationi, facit l. vocandos, §.... ff. de adult. Angel. vbi supra.

30 Duodecimus est, percutiens degradatum realiter, quod fit, quando clericus indutus vestibus, sicut si in officio esset, degradatur, & dispoliatur cũ verbis ad hoc congruis, vt habemr in capitul. degradatio, de pœnis, libro sexto. Doctores in capitulo at si clerici, de iudic. excommunicatus non est, secus autem si degradatum verbaliter percutiat, capitulo cum non ab homine, de iudic. & ibi Doctores, & Panormitan. ibi, & in capitulo, ex parte, numero tertio, de cleric. coniuga. & capitulo, ad abolendam, numero decimo, de hæreticis, & in capitulo contingit, primo, num. duodecimo, de sententia excommunicationis, & capitulo nouimus, nume. 2. de verborum significatione, Richard. quarto, distinctione decimaoctaua, articulo vndecimo, quæstione quinta, Hostiens. in Summa, libro quinto, tit. de sentent. excommunicat. numero quarto, §. super illo, versiculo decimonono. Summa Astens. par. 2. libro septimo, tit. tertio, articulo secundo, quæstione sexta. Summa Pisanella, verbo excommunicatio, secundo, §. sunt casus, versicul. decimotertio, & Sanct. Anton. tertia part. tit. vigesimoquinto, capitulo 1. §. Secundo notandum, Angelica, verbo excommunicatio 5. numero 24. Syluest. verbo excommunicatio, 6. numero 4. versicul. de clerico, & numero sexto versiculo decimotertio, Tabiena verbo excommunicatio, sexto, nume. 29. §. sextus. Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo, numero 81. versic. nona, & Hugolin. de censur. Ecclesiast. tabul. 1. capitul. 13. §. 15. num. 8. Cosmus Philiarchus libro tertio de officio Sacerdotis capitul. trigesimotertio, notab. 3. casu 8. & casu 9. Qui omnes docent percutientem clericum degradatum realiter, non incurrere excommunicationem, quia talis perdidit priuilegium clericale, vt patet ex capitulo degradatio, de pœnis, libro sexto, immo nec qui percutit clericum degradatum verbaliter, dummodò incorrigibilis sit, argumento capituli cum non ab homi-

ab homine, iunctis ijs, quæ Doctores & Panorm. ibi tradunt, de iudic. & idem Panormit. in cap. ex parte. in fine de Cler. coniug. secus autem, si corrigibilis fuerit, vt supcrius dictum est.

31 Decimus tertius est, percutiens clericum bigamum excommunicatus non est, argumen. capit. quisquis, & ibi glo. in verbo duxerit, distinct. 84. bigamus enim exutus est omni priuilegio clericali. cap. vnico, de bigamis, lib. 6. vbi Ioan. And. ait, id intelligi de illis, qui contraxerunt bigamiam in minoribus; & idem docet Gemin. ibi. Ratio eorum est: quia taliter contrahens in minoribus, potest viuere, & debet vt laicus, secus vero si contraxit cum secunda in sacris: talis enim non perdit priuilegium Clericale, licet sit priuatus habilitate ordinum; quia dispositio in casu vero, non se extendit ad casum fictum, maxime in pœnis, & quando est corrigibilis, & quia talis redire non potest ad sæculum, cap. tuæ. & ibi gloss. fina. de apostat. Itē religiosus licet bigamus, gaudet priuilegio Canonis, &

32 ideo eum percutiens excommunicatur, ex Ioan. Andr. in q. Mercuriali, quia textus ille non priuat eum priuilegio monachali, vel religionis. Eadem docent Archid. in d. ca. quisquis, dist. 84. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 1. §. quarto notandum. versi. decimoquarto. Angelica, verbo, excommunicatio, 5, num. 22. Syluest. verbo, excommun. 6. nume. 6. versi. decimoquarto. Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu 2. num. 37. versic. quartus. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 81. versic. septima. & est communis Doct. Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacer. cap. 33. notab. 3. casu 6. de qua te lib. 6. cap. 5. versi. prima est, agemus.

33 Decimus quartus est, quando percussio illa non est peccatum mortale ex actus imperfectione, ex Palud. 4. distin. 18. q. 1. artic. 2. conclus. 2. Richar. 4. distinct. 18. artic. 11, quæstio. 5. Qui duo dant hanc regulam, scilicet, quod nullus excommunicatur a iure, nisi propter peccatum mortale. Cum enim iura præcipiunt vt a iudice non infligatur excommunicatio, nisi propter peccatum mortale, videtur, quod conditor iuris non voluerit, vt excommunicatio a iure incurreretur, nisi propter peccatum mortale, quod idem docent Syluestr. verbo, excommunicatio, 6. num. 2. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu 1. num. 4. §. primo. Caietan. verbo, excommunicatio, capit. 10. §. nota sexto. & Nauar. in Manuali cap. 27. num. 9. & colligitur ex cap. si quis suadente diabolo. 17. quæstione 4. & Angelica, verbo. excommunicatio, 5. numero 26. Iosepho Augles vbi supra, articulo 5. difficultat. 4. conclus. 1. Cosmo Philiarcho vbi supra, notab. 3. casu 1. & casu 24. Qua ratione Richard. Angelica, Tabiena, & Caietanus vbi supra, versic. quartus, & Sanct. Thom. in addit. 3. part. quæst. 24. artic. 1. & Sotus, 4. dist. 22. q. 2. artic. 3. post conclus. 5. & Astensis in Summa, par. 2. libro 7. tit. 3. artic. 1. vers. octauo. docent percutientem Clericum non ex odio,

34 uel inuidia, aut indignatione, sed iocosa leuitate non esse excommunicatum, argum. cap. 1. de sent. excommun. ubi puer, qui non est capax doli, excusatur ab excommunicatione, si Clericum percutiat. Sic etiam ex Richar. Tabiena, Angelica, Caiet. & aliis, si quis non ex deliberatione, sed ex surreptione, & subita passione socium suum clericum leuiter percutit, quamuis sit turbatus, ut contingere solet in ludente cum clericis, maxime si prius a Clerico se eum ludente percussus sit, non erit excommunicatus, inconsultus enim calor calumniæ uitio caret, & mortale peccatum non committitur, nisi ex deliberatione, uel post tempus sufficiens humanæ fragilitati ad deliberandum, cum factum est tale, quòd homo non obstante humana infirmitate tenetur de necessitate deliberare, ut per deliberationem ab illo opere illicito perpetrando retrahatur. Et hac ratione excusari possunt percussiones tam defensiuæ, quam correctiuæ, quando modicum excessi-

35 uæ sunt, quia non ex deliberatione fit ille excessus, sed quasi ex inpercepta passione impellente. Sic etiam excusantur officiales Principum arcentes turbam, in qua sunt Clerici, quia talis percussio violenta est solum manus violenta materialiter in Clericum, & non formaliter, quia vel non intenditur violentia, vel non intenditur, quod sit in Clericum. Eodem modo, si quis fugiens persequentes Clericum ex equo deponat, & equum tollat, vt velociter se saluet, excommunicatus non erit; sicut enim reus non est rapinæ equi, ita nec violentiæ sacrilegæ, quia non animo iniuriandi, sed necessitate seipsum saluandi, alioquin probabiliter occidendus, aut grauiter vulnerandus id facere censetur. Sic Petrus de Perusio in cap. nuper. de sent. excom. Cuius ratio est: quia nemo in hoc casu dicere tenetur peccare mortaliter, & cum nemo excommunicationem huius Canonis incurrat, nisi ob peccatum mortale, argum. capituli nemo Episcoporum, vndecima, quæstione tertia, consequens est hunc excommunicatum non esse; & cum eo consentiunt Angelica, verbo, excommunicatio, quinto, numero vigesimosexto. Syluest. verbo, excommunicatio, 6. numero decimotertio, & S. Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto, capitulo primo, §. tertio notandum. vers. fugiens. In hanc potius sententiam inclinat, & expresse Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu primo, numero quadragesimo, & Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo decimo, notab. sexto, in fine; Et simile est, si in casu necessariæ defensionis gladium de latere clerici occurrentis tolleret, quo se ab inimicis tueri posset, ex Angelica, & Caietan. vbi supra. Neque excommunicatus erit, qui violenter includit Clericum, ne lædatur an inimicis, quia licet faciat ei violentiam, non tamen est ibi dolus, ex Innoc. in capitulo, nuper. de sent. excommunic. Angelica, in verbo, excommunicatio, quinto, numero vigesimosexto, & Syluest. verbo, excommunicatio, sexto, numero quinto, uersic. secundo: quia ei non irrogatur iniuria, sed salus procuratur, quod idem tradit Cosmus Philiarchus libro tertio, de officio Sacerdotis, capitulo 33. notab. 3. casu 13.

De Absolutione ab excommunicatione ob Clerici percussionem incursa. Cap. XXVIII.

SVMMA.

1 *Excommunicatum ob clerici percussionem regulariter solus Papa absoluit.*
2 *Excommunicatum ob leuem clerici percussionem Episcopus iure suo absoluere potest.*
3 *Prælati Episcopo inferiores filij non fratres appellari solent.*
4 *Percussionem leuem, mediocrem, vel enormem esse quis discernat.*
5 *Percussio leuis quænam sit, & cur sic dicta.*
6 *Percussio enormis vnde, & ex quibus iudicari debeat.*
7 *Percussio mediocris quænam, & vnde iudicanda.*
8 *Percussio grauis, leuis, aut mediocris ex quibus signis, et circumstantijs metienda.*
9 *Absolui ab excommunicatione ob mediocrem, aut enormem clerici percussionem incursa, quanam personæ citra sedem Apostolicam possint.*
10 *Regularis alium eiusdem monasterij, percutiens, a suo prælato proprio absolui potest.*
11 *Regularis alium regularem alterius monasterij percutiens a quo absoluendus sit.*
12 *Clerici sub eodem tecto darmientes, & in eadem domo vescentes, ab Episcopo suo absolui possunt.*
13 *Prælatus in excommunicationem ob clerici percussionem incidens, a quo absoluendus.*

14 *Nouitius ab excommunicatione ob Clerici percussionem incursa intra annum probationis a prælato monasterij absolui potest.*

15 *Nouitius ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa absolutus, si intra annum religionem egrediatur, in eandem sententiam reincidit.*

16 *Absoluere excommunicatum in articulo mortis quilibet potest.*

17 *Excommunicatus, si morte præuentus absolutus non sit, quando, & a quo post mortem absolui poterit, & ad quid absolutio talis valeat.*

18 *Mulieres ob Clerici percussionem excommunicatæ, cuiuscunque conditionis sint, ab Episcopo absolui possunt, & quæ huius sit ratio.*

19 *Excommunicatus ob clerici percussionem, si inimicitias capitales, aut alias iustas excusationes habeat, ab alio, quam a Papa potest absolui.*

20 *Impuberes doli capaces ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa Episcopus absoluere potest.*

21 *Officialis ob clerici percussionem excommunicatus quando a Papa, aut ab Episcopo absoluendus.*

22 *Nobiles ob clerici percussionem excommunicationem incurrentes, ab Episcopo qua ratione, & modo absolui possint.*

23 *Pauperes, & mendicantes ob clerici percussionem excommunicati quando ab Episcopo absoluendi sint.*

24 *Infirmi seu valetudinarij ob clerici percussionem excommunicati ab Episcopis suis absolui possunt.*

25 *Senes ab excommunicatione ob percussionem clerici incursa ab Episcopis suis absolui possunt, & quæ huius ratio sit.*

26 *Clerici simul cohabitantes quando ab excommunicatione ob percussionem clerici incursa a Tnpa, aut ab Episcopo sint absoluendi.*

27 *Ostiarius, qui prætextu officij sui clericum non enormiter percussit, ab Episcopo suo absolui potest.*

28 *Famuli, & alij, qui aliorum potestati subditi sunt, ab Episcopis ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa, quibus in casibus absoluendi.*

Dubius, an ob clerici percussionem excommunicationem incurrerit, ad cautelam ab Episcopo suo potest absolui.

30 *Excommunicatus ob clerici percussionem, sed causam iustam habens non adeundi Papam, vel Legatum eius a latere, ab Episcopo qua ratione absolui possit.*

31 *Clericum leuiter percutiens ab excommunicatione illa de iure communi ab Episcopo absolui potest.*

32 *Debilis, ac membris destitutus ab excommunicatioae ob clerici percussionem incursa ab Episcopo suo absolui valet.*

34 *Absolui ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa, quare personæ quædam citra Papam possint.*

35 *Impuberes excommunicati post ætatis maioris superuenientiam quare Papam adire non teneantur.*

36 *Absolutus ab excommunicatione, si cessante legitimo impedimento, sedi Apostolicæ non se præsentet, in eandem censuram reincidit.*

37 *Impeditus ita, vt Papam adire nequeat, si Legatum, vel alium priuilegio munitum adire queat, ab Episcopo absolui non potest.*

38 *Iustum impedimentum quodnam censendum, vt quis Papam pro absolutione excommunicationis adire non teneatur.*

39 *Excommunicatus quacunque de causa quando ab Episcopo absolui possit.*

40 *Impedimentum, vt legitimum sit, quamdiu durare debeat.*

1 QVamuis excommunicationis huius absolutio
regulariter ad solum summum Pontificem
spectet, vt in d.c. si quis suadēte diabolo, 17.q.
4. habetur, sunt tamen nonnulli casus, in qui-
bus percutiens clericum citra Sedem Apostolicam absol-
ui possit. Antequam verò casus in particulari afferamus,
sciendum est tres esse species iniuriæ, leuem scilicet, me-
diocrem, & enormem, vt notant Ioan. Andr. & Panor. &
in c. peruenit, de senten. excommun. Summa Astensis par.
2. lib. 7. tit. 13. art. 4. Anton. 3. par. tit. 25. c. 1. §. quinto no-
tandum, Syluest. verbo, absolutio, 4. in princip. Caiet. ver-
bo, excommunicatio, c. 10. in fine, & Nauar. in Manual.
2 cap. 27. num. 88. Et quidem si iniuria leuis sit, potest Epi-
scopus absoluere omnes iure suo, vt colligunt ex d.c. per-
uenit, de sen. excom. Syluest. vbi supra, Angelica, verbo,
excommunicatio, 5. num. 38. & alij citati; secus autem di-
cendum est de alijs prælatis inferioribus Episcopo quam-
uis habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, quia vt Pa
norm. & Angelica vbi supra. nume. 39. notant, ca. perue-
nit, loquitur solum de Episcopo, & non de inferiori, quia
dicit textus, *Fratermtati tuæ*. Prælati verò inferiores, non
dicuntur *fratres*, sed *filij*. c. quam graui, de crimin. falsi. Ad
dunt tamen præfati authores, quod qui habent auctorita-
tem Episcopalem a Papa, sicut Episcopi, absoluere pos-
sunt sicut illi; & idem de Prælatis Religiosorum circa
suos religiosos, poterit tamen Episcopus hanc suam absol
uendi potestatem committere inferiori, vt notatur in cap.
fina. de offic. ordin. & similiter prælati Religiosorum cū
illud competat eis ex priuilegio ratione dignitatis, iuxta
not. in c. eis quibus, de offic. ordin. in tex. & in gloss. & ca.
fina. de offic. deleg. loquitur, quando commissio fit ratio-
ne personæ. Pro percussione verò enormi solus Papa ab-
soluit regulariter, vt in d. cap. si quis suadente diabolo, 17.
q. 4. habetur, & Legatus a latere. Pro mediocri etiam re-
gulariter solus Papa, & Legatus a latere absoluunt, non
autem Episcopus: nisi sint personæ priuilegiatæ, de quibus
infra. At verò discernere inter leuem, mediocrem, vel
enormem iniuriam; arbitrio iudicis, scilicet, Episcopi, vel
Abbatis, quoad suos Religiosos relinquitur, ex Panorm.
in c. illorum, de sen. excom. Syluest. vbi supra, & Caiet. in
d. cap. 10. ante finem.
3 Quoad iniuriam leuem sciendum est ex Nau. in Man.
ca. 27. nu. 91. & Cosmo Philiarcho lib. 3. de officio Sacer
dotis, ca. 33. notab. 7. non intelligi in hac materia per leuē
percussionem illam, quæ non peruenit ad peccatum mor-
tale, cum ob eam, quæ non est mortifera, non incurritur
hæc excommunicatio, vt superius expositum est, sed ea le-
uis in hac materia censetur, quæ licet mortifera sit, respe-
ctu tamen aliarum percussionum mortiferarum, nec
enormis est, nec mediocris. Et quamuis Nauar. vbi supra,
insinuet leuem percussionem esse illam, quæ fit pugno, id
est palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum
absciditur, aut dens euellitur, nec multum sanguinis
emittitur; Et Astensis vbi supra artic. quarto, quæstion. 2.
& Syluest. cit. dicant leuem esse illam, quando quis le-
uiter malo animo manum ponat super Clerico, vel ac-
cipiat eum per vestes, vel per habenas, aut eum trahat, quod intelligi tamen debet, si is, qui talia infert,
sit superior, aut par, aut quasi par, in mundana repu-
tatione; nihilominus hoc semper verum non est, nec
certa

certa regula in hac re dari potest, sed, vt rectè notant Host. eod. in capitulo peruenit. de senteut. excommunic. &c. ibi Panorm. & in capit. cum illorum, eodem tit. leuis iniuria iudicanda est arbitrio boni viri, seu iudicis, idest, Episcopi, ex circumstantijs personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis: si enim Clerico solemniter ministranti in altari quis leuiter alapam iniecerit, non erit iniuria leuis, quæ alias leuis esset. Sicut econtra quædam est leuis illata puero, vel in dorso, aut manu, vel baculo, aut in occulto, quæ non esset leuis illata seni, vel in facie, pugno, aut ense, vel in publico. Et communiter percussio, quæ fit a magistro, Prælato, patre, domino io discipulum, Clericum, filium, aut seruum, leuis censetur.

6 Enormis autem ex multis iudicari potest. Primo ex magnitudine facti, vt si peruentum sit ad occisionem, aut mutilationem membri, effusionem oculi, aut alicuius læsionis excessum, quo quis inutilis redditur ad munus suum obeundum, aut si multum sanguinis effundatur, ita, vt vulnus notabile illatum sit, quod desiderat remedium chirurgiæ, aut aliorum medicinalium, non tamen, vbi sanguis è naribus solum effluxet. Secundo, ex persona læsa, vt si in Episcopum, vel Abbatem, vel etiam in Priorem manus iniecta sit, quod intelligitur, quando Prior ille sit caput Monasterij; aut si in locum Abbatis tenentem quis manus violentas iniecerit: item si in Sacerdotem Sacris vestibus indutum manus inferantur. Tertio, ex persona lædente, vt si laicus officialis auctoritatiue percutiat Clericum. Quarto, ex scandalo, vt si Monachos percutiat Clericum sæcularem, si tamen inde scandalum sequatur; item si inferior aliquem suum superiorem percutiat, si exinde oriatur scandalum. Quinto, ex irreuerentia, vt si in conspectu Prælati, aut Iudicis percutiatur, Instit. de iniur. §. atrox. Sexto, ex loco, vt si in Ecclesia, cæmiterio, vel dormitorio verberetur, vel in platea, argum. capituli pro causa. de sentent. excommunic. & capitulo quisquis, decimoseptimo, quæstione 4. Septimo, ex loco vulneris, puta si sit vulneratus in oculo, aut facie. Octauo, ex facti notorietate, & specialiter in tempore magnæ festiuitatis, ex Summa Asteosi. par. secunda, libro septimo, titu. 15. artic. quarto, quæstio. 2. Anton. tertia par. tit. 25. capitulo primo, §. quinto notandum. Syluest. verbo, absolutio, quarto in princip. & Caietan. in uerbo, excommunicatio, capitulo decimo, ante finem, & Innoc. in capitulo cum illorum, de sentent. excommu. & Nau. in Manual. capitulo 27. numero 92. Qui tamen limitat hæc, quæ diximus, ita scilicet, ut non semper iudicanda sit enormis percussio illa, quæ fit in foro, aut loco publico, aut præsentia Iudicis, aut quæ fit in oculo, vel facie aut in Ecclesia, vel dormitorio, nisi quando percussio est in se notabilis, & scandalum magnum pariat: cuius Nauarri opinio quamuis satis probabilis sit, contraria tamen est communior, & in conscientia tutior, cum vt ipse paulo ante docuerat ex Innocentio IIII. in dubijs iudicandas esse potius percussiones graues, & enormes, quam declarando leues esse, præbeatur occasio lædendi statum Ecclesiasticum. Vnde tes hæc viri boni, & prudentis iudicio determinanda est.

7 Mediocris est illa, quæ media est inter leuem, & enormem, & quæ ex varijs etiam circumstantijs pensanda est, de qua cognoscit is, qui de extremis, vt diximus, iudicare debet. Vnde hanc regulam tradit Panorm. in cap. cum illorum. num. 11. de senten. excommun. quod in arbitranda qualitate, & quantitate iniuriæ læsionis non est necesse recurrere ad Papam, sed Episcopus, vel Abbas arbitrari potest; quia, ex quo is conceditur certis casibus absolutio, cognoscere possunt, an eorū sit iurisdictio. arg. c. super litteris. de rescript. & in l. si quis ex alteta. ff. de iud. sed tñ sibi in hac re cauere debēt, ne leuē dicant, vbi est enormis.

8 Hæc autem omnia, quæ de percussione enormi, leui, & mediocri diximus, ex quadam extrauag. quæ incipit, Per lectis. relata a Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 91. & Cosmo Philiarcho in libro tertio, de officio Sacerdotis capitulo trigesimo tertio, notab. quarto, in hæc verba: *Respondemus percussionem leuem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, aut sigillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut unguis, fiat atrox, ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen, quæ læsio sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi non solum factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi, cum omnibus suis circumstantijs loci, personæ, & alijs: Personæ, si est Magister, Iudex, Prælatus, Pater, Patronus, aut dignitas, percussus inuitè a subdito, aut ab alio se viliori, quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quam declarando leuem esse, occasionem prabeas lædendi statum ecclesiasticum.* Hæc ibi.

9 Enumerantur autem varij casus a Panorm. in c. cum illorum. numero 1. de sent. excom. Host. in Summa libro 5. tit. de sent. excom. numero 4. §. secunda regula. Summa Astensi par. 2. libro 7. tit. 13. art. 3. S. Tho. in addit. 3. par. quæst. 24. artic. 1. Summa Pisanella, verbo absolutio. 2. Summa Angelica, verbo, excommunicatio. 5. numero 49. S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 1. §. quinto notandum. Syluest. verbo, absolutio. 4. num. 3. notab. 1. Tabiena, verbo excommunicatio. 5. casu. 1. num. 46. & 47. & Caiet. in verbo, excommunicatio, c. 10. in fin. Soto. 4. d. 22. q. 2. art. 3. post concl. 5. Nauar. in Man. c. 27. nu. 88. & Rich. 4. dist. 18. artic. 13. & alijs, in quibus quædam personæ dicuntur priuilegiatæ, ita vt a mediocri, immo etiam in aliquibus ab enormi etiam percussione clerici citra Sedem Apostolicam ab Episcopo absolui possint, qui casus, & personæ in his versibus continentur:

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis,
Deliciosus, inops, æger, senesque, sodalis,
Ianitor, astrictus, dubius, causa, leuis ictus,
Debilis, absolui sine Summa Sede merentur.

10 Primus casus continetur in verbo *Regula* hoc est, si regularis verberet regularem eiusdem Monasterij, absolui potest a suo Prælato. cap. monachi. & cap. cum illorum de sentent. excommun. si verò percusserit Clericum sæcularem, absoluetur ab Episcopo. cap. religioso. de sent. ex-

11 com. lib. 6. Quod si percusserit regularem alterius claustri, absoluetur per prælatum proprium, & prælatum eius, qui passus est iniuriam. c. cum illorum. de sent. excō. Quod secundum DD. allatos ita debet intelligi, nimirum, quod Prælatus illius, qui percussit, iuramentum recipiet, & absoluet, & saltem semel perçutiet, vt seruetur forma consueta. Prælatus verò percussi ipsum percussorem verberabit, quia prælato percussi satisfieri debet de iniuria suo subdito irrogata, & Monasterium percussoris pro percussore satisfacere non tenetur, quia delictum personæ non debet in detrimentum Monasterij redundare, arg. c. cum venerabilis, §. intelleximus, de except. si tamen vnus illorum prælatorum vicem suam alij committere vellet, hoc nō solum facere posset, sed etiam congruentius esset, arg.

12 c. si. de offi. ord. Item clerici communiter viuētes, & sub vno tecto dormientes & in eadem domo viuentes ab Episcopo suo absolui possunt capit. quoniam, de vita & honest. Cleric. si etiam Moniales percutientes se inuicem, vel conuersas suas, aut Clericos, ab Episcopo absolui possunt. c. de monialibus. de sent. excō. Item Fratres S. Ioannis Hierosolymitani absolui possunt a suo Priore Sacerdote, c. canonica. de sent. excommun. Et hæc omnia intelligi debēt de percussione nō enormi, quia si esset enormis tunc nec Abbas suos Monachos, nec Episcopus prædictos absoluere posset, nisi in casibus, in quibus Papā adi-

re nequeunt,sed tantum absolui possunt a Papa ,capitulo
cum illorum de sent.excommun. verum hodie religiosi se
re omnes priuilegia habent , vt etiam ab enormi absolui
possint à Prælatis suis,ne alioquin,si ad Papam mittendi
13 essent,occasio vagandi illis tribueretur . Et quod de Mo-
nachis diximus,etiam de Prælato incidente in hunc Ca-
nonem dicendum est,quantum ad absolutionem,quia ca-
put non debet esse minus fauorabile membris;& appella-
tione Monachorum venit Abbas in materia fauorabili,
cap.fina.de verb.signific.vt notat Syluest.verbo,absolu-
14 tio.5.nu.4.§.quintum,qui etiam in §.nonum.addit,quod
quamuis nouitius,qui ante nouitiatum incidit in hunc ca-
nonem,recipi non deberet ad religionem,nisi prius absol-
uatur:si tamen ingreditur,tenet ingressus,& professio,&
absolui poterit a Prælato monasterij etiam intra annum
probationis,quia etiam iste est persona ecclesiastica , ex
gloss.in cap.religioso,in verbo , non possit,de sentent.ex-
communic.lib.6. & gaudet priuilegio Canonis , vt ex d.
ca.religioso.colligitur;& consequenter,videtur etiam, vt
gaudeat priuilegio contento in ca.monachi.de senten.ex-
commun. Quia ratio illius capitis est,ne monachi vagen-
tur,quod in nouitio tanto periculosius est , quanto est in-
firmior,& minus expertus:& idem docet Astensis ,part.
2.li.7.tit.13.art.5.q.10.quod si religionem intra annum
egrediatur,reincidit in eandem sententiam ; nam propter
15 fauorem religionis,& sic propter temporale impedimen-
tū absolutus fuit,vnde & præsentare se debet ei , qui aliàs
eum absoluere posset,arg.c.eos qui.de sent.excom. lib.6.
ex Summa Astensi,vbi supra,art.5.q.11.& Syluest. in d.
§.nonum.

16 Secundus casus continetur in verbo *Mors*, Quando sci-
licet est in periculo mortis.c.si quis suadente diabolo,17.
q.4.ca.non dubium.cap.ea noscitur,§.fina.cap.quod.de
his,de sent.excommunic. Et tale periculum mortis intelli
gimus non solum propter infirmitatem,sed etiam si quis sit
in quocunque periculo vicino morti,vt v.g. si timeat ho-
stes,prædonem,vel crudelitatem potentis , vel si sit naui-
gaturus,scilicet,periculose,aut per loca periculosa transi
turus,vel senio confectus,vel obsessus in loco,vbi machi-
næ iaciuntur,vel balillæ,ex Hostiensi,in Summa,libro 5.
tit.de sent.excom.num.4.§.super illo.versic. secunda re-
gula.& Summa Astensi,par.2.lib.7.tit.13.art.3. Anton.
3.par.tit.25.c.1.§.quinto notandum. & communi Doct.
quo casu a quocunque Sacerdote absolui potest secūdum
Innoc.in cap.a nobis.2.& ca.sacris.de sent. excom. si ta-
men haberi possit præsentia Episcopi , aut proprij Sacer-
17 dotis,ab eo absoluendus erit : quod si morte præuentus ,
absolutus non erit , si apparuerint in eo signa contritio-
nis,nec per eum steterit , quo minus absolueretur, absolui
poterit post mortem , sed tamen non nisi ab eo,qui pote-
rat absoluere eum viuum, c.a nobis, 2. de sent. excomm.
Quæ absolutio valet ad hoc,vt in loco sacto sepeliatur,&
specialiter pro eo oretur,& Missa , & suffragia pro eo ce-
lebrentur,vt docent DD.

18 Tertius casus cōtinetur in verbo,*Sexus*, Mulieres enim
cuiuscunque conditionis sint , absolui possunt ab Episco-
po,cap.mulieres,cap. quamuis. & cap.ea noscitur,de sen-
tent.excommun. Non distinguendo secundum Doctores
allatos,quales sint,fortes scilicet , an debiles , viduæ,aut
maritatæ,diuites,aut pauperes,& huiusmodi,neque qua-
liter percusserint , leuiter, mediocriter , vel enormiter .
Et hoc non solum , quia aliquando tales non sunt sui iu-
ris,sed etiam quia sunt mulieres , quibus vagari non ex-
pedit.

19 Quartus casus continetur in verbo,*Hostis*, Quando sci-
licet,quis inimicitias habet capitales,vel alias iustas excu-
sationes,propter quas non potest se Sedi Apostolicæ sine
periculo vitæ repræsentare.c.de cetero.cap.quod de his ,
de sent.excom. & hoc etiamsi eas haberet ex culpa sua.l.
nec timore.ff.quod met.cau.& capit.veniens,de sponsal.
sed de ista excusatione,& impedimento,an scilicet , sine
periculo possit Papam adire , stabitur boni , & prudentis
viri arbitrio,ff.de verbor. oblig.l. continuus,§. cum ita.
& c.quod super his,de voto.& ca.de causis,de offi. deleg.

20 Quintus casus continetur,in verbo,*Puer*, Pueri enim
impuberes.c.1.& c.quamuis, & c.fina.de sent. excomm.
qui doli capaces sunt,absolui possunt ab Episcopo, &
hoc siue ante,siue post pubertatem absolui postulent, nec
tenentur se Sedi Apostolicæ postea præsentare : nam,
vt ait Panor. in d.c.fin. beneficium semel,indultum mi-
nori,ex quo cœpit habere locum, non extinguitur per su-
peruenientiam maioris ætatis:istos enim excusat ætas a la
bore itineris,vt locis allatis habetur. Dixi,si sint doli ca-
paces,quia si non sint doli capaces,non incidunt in hunc
Canonem,vt patet ex dictis,& communi DD.sententia :
cum non incurratur excommunicatio Canonis huius abs-
que dolo,& peccato mortali.

21 Sextus casus continetur in verbo , *Officialis* , officialis
enim,puta Iudex , vel apparitor alicuius Potestatis, vel
Principis,qui prætextu officii arcendo turbam, non ani-
mo,& proposito lædendi,sed casu fortuito , ex aliqua ta-
men culpa , & negligentia percussit Clericum,si læsio sit
leuis,aut mediocris , absolui poterit ab Episcopo,capit. si
vero.1.de sent.excommun.si tamen grauiter læserit , à so
lo Papa absoluitur . Si autem vt recte notat Angelica,
verbo,excommunicatio,5. nu.57. officialis laicus aliter ,
quam arcendo turbam inijcit manum in Clericum , non
absoluitur nisi a Papa,cum iniuria sit grauis,secus tamē,
si leuiter percusserit,tunc enim ab Episcopo absolui pote-
rit,arg.cap.peruenit.de sent.excomm.

22 Septimus casus continetur in verbo,*Deliciosus*, Nobiles
enim,& magnæ potentiæ viri,qui non possunt terras suas
sine maximo periculo relinquere,& viri delicati,qui labo
rem eundi ad curiam sustinere nequeunt,absolui possunt
ab Episcopo . Ad arbitrium autem Episcopi pertinet di-
scernere,quis sit ita delicatus,vt non possit ad Curiam
ire;sed tamen,antequam tales absoluantur, intimari de-
bet eorum status,& conditio Sedi Apostolicæ , & tunc se
cundum consilium eius facienda est absolutio, nisi sit pe-
riculum mortis in mora;quo casu,cautio ab eo sufficiens
est recipienda,quod Papæ consilio , vel responso parebit.
cap.mulieres.de sent.excommu. & cap.de cetero.tit.eod.
& capit.ne pro dilatione.de pœnit.& remiss.

23 Octauus casus continetur in verbo *Inops*, Pauper siqui-
dem arte,quia iter agendo vti nequit viuens ab Episcopo
suo absolui potest.cap.quod quamuis,& c.ea noscitur.de
sent.excom. Non enim tenetur quis mendicare,vt ad Cu-
riam pro absolutione vadat,nisi aliàs mendicus esset, tūc
enim volunt DD.etiam mendicando ad Curiam ire opor
tere,vt absoluatur,si robustus corpore sit ad eundum,
nisi mendicando soleret sibi , & vxori prouidere , & iter
agendo id præstare nequeat,secus autem,si poterit ire, &
nihilominus mendicando sibi,& suis prouidere , sicut in
loco mansionis;sed tamen,vt recte notat Syluest. verbo,
absolutio,4.num.3.§.octauus,in hac re vir bonus , &
prudens arbitrabitur.

24 Nonus casus habetur in verbo Aeger. Infirmi namq;
seu valetudinarij,seu quacunque corporis impotentia im-
pediti,etiam ab Episcopis suis absolui possunt,& hoc , si-
ue infirmitas incurabilis sit , vel periculosa , vel longus
morbus sit,siue sit temporalis , & ex itinere timeatur ac-
celeratio mortis.cap.quod de his , de sent.excom. Immò
secundum Doctores,etiamsi non immineat periculum
mortis,puta in febre tertiana, quartana , vel podagra,se-
cundum notata in c.ea noscitur.de sent.excom. Astens. in
Summa,par.2.lib.7.tit.13.art.3.§.octauus.Syluest.ver-
bo,absolutio,4.nu.3.§.nonus. Nauar.in Man.c.2.nu.88.

25 Decimus casus continetur in verbo, *Senex*, Senes enim
quamuis fortes sint ad ambulandum , absolui possunt ab
Episcopis suis,capit.ea noscitur , & capit. quamuis , de
sent.

sent.excomm.& dicitur senex maior 70. annis l. 1. C. qui ætate, vbi dicitur, quod talis gaudet priuilegijs veteranis concessis. Ceterum, in præposito senex dicitur, qui ratione ætatis iudicio boni viri maximè Episcopi, periculosè tale iter aggreditur. Et quamuis fortis videtur, tamen secundum Inno. quem refert, ac sequitur Syluest. vbi supra, §. decimus, absoluendus erit: quia periculosum est senem proficisci, vt etiam Hostiens. in d. c. quamuis, & Angelica, verbo, excommunicatio, 5. nu. 15. testantur: & quia senectutis impedimentum nunquam cessat, non opus est vt illis iniungatur, quod cessante impedimento Sedi Apostolicæ se repræsentent.

26 Vndecimus casus habetur in verbo, *Sodalis*, Clerici namque simul viuentes, & sub eodem tecto dormientes, & in eadem domo habitantes, scilicet, collegialiter, dummodo tamen percussio non sit enormis (tunc enim ad Papam mittendi erunt, vt communiter tradunt DD.) ab Episcopis suis absolui possunt a leui, vel mediocri parcussione, c. quoniam, de vita, & honest. Cleric. Nam commonio facile parit discordiam, l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de leg. 2. ideo meritò casus iste excipitur.

27 Duodecimus casus continetur in verbo, *Ianitor*, ianitor enim, seu ostiarius, qui prætextu officij sui Clericum non enormiter percurit, absolui potest ab Episcopo suo, cap. si verò, 1. de sent. excom. qui casus distinguitur a casu sexto, de officiali, vt notat Syluest. vbi supra, & duodecimus, quia ibi percussio est casualis, hic verò intenta, & animo iniuriandi, vt dicit gl. in dicto cap. si verò, 1. in verbo, absolui, & colligitur ex textu, in verbo, Malignatus. sio verò non fecisset hoc animo iniuriandi, non esset excommunicatus, vt dicitur ibidem in gl. quia Canon ligat tantum dolosos, & violentos, arg. ca. 1. de sent. excommuniceat.

28 Decimus tertius casus habetur in verbo *Astrictus*, Astricti etiam alterius potestati, ita vt sui iuris non sint, (quales sunt serui, & filijfamilias, & huiusmodi) absolui possunt ab episcopis, in duobus casibus, vt colligitur ex cap. mulieres, & cap. relatum, de sent. excom. primus est, si deliquerint in fraudem, hoc est, vt subtrahant se obsequio debito dominis veniendo ad Sedem Apostolicam. Secundus est, si ipsi domini sine culpa sua graue damnum propter eorum absentiam incurrent, nisi tamen excessus esset tam grauis, & enormis, vel propter scandalum vitádum, & tollendum exemplum aliorum ad Sedem Apostolicam destinari debeant. Iniungi tamen debet eis satisfactio alia in recompensationem laboris itineris, quando ab Episcopo suo absoluuntur; quæ satisfactio secundum Hostiens. in d. ca. relatum, & Astensem in Summa. par. secunda, libro septimo, titul. vigesimotertio, arg. 3. §. vndecimus, nõ intelligitur de eleemosyna, cum tales proprie careant, sed de oratione, ieiunio, vel disciplinis. Et idem dicendum est de viro, qui in fraudem vxoris, & de liberto, qui in fraudem patroni sui Clericum percuterent; cum istæ etiam personæ non sint iuris sui, quod verum esse docent Hostiens. & Astensis vbi supra, & Angelica, verbo, excommunicatio, 5. nume. 55. quando patronus, vel vxor graue damnum pateretur propter eorum absentiam, arg. d. c. relatum, cum autem efficiuntur prædicti sui iuris, vel liberi, Apostolicæ Sedi se præsentare tenentur.

29 Decimus quartus casus continetur in verbo, *Dubius*, Is enim, de quo fama publica est, quod Clericum percusserit, etiam vitandus est, arg. cap. cum desideres, de sen. excom. nisi ad arbitrium Episcopi se purgauerit; vel nisi ad cautelam absolutionis beneficium consequatur, scilicet, ab Episcopo suo, a quo in tali dubio absolui potest.

30 Decimus quintus casus habetur in verbo *Causæ*, quicũque enim habet iustam aliquam causam non eundi ad Sedem Apostolicam, vel eius Legatum a latere, absolui possunt ab Episcopis, seruata duplici moderatione: Prima est, vt satisfiat Clericis iniuriã passis. Secũda est, vt iurent, quòd cessante temporali impedimento, præsentabunt se Apostolicæ Sedi illius mandato parituri. Quod autem sit huiusmodi legitimum impedimentum, arbitrio boni, & prudentis viri determinandum erit, arg. c. de causis, de offic. deleg.

31 Decimus sextus casus continetur in verbo, *Leuis ictus*, Qui enim leuiter Clericum percussit, ab Episcopo absolui potest, vt dicimus, & colligitur ex cap. peruenit, de sent. excom. quæ Decretalis non continet dispensationem, vt quidam dixerunt, sed ius commune, vnde tales Episcopus iure suo absoluit, vt docent Summa Astensis, par. 2. lib. 7. ti. 13. art. 4. in princip. Pisanella, verbo excõmunicatio, 2. §. sunt casus, versic. decimus septimus, Anton. 3. par. tit. 25. c. 1. §. quinto notandum, versi. vltimus, & Sylue. verbo, absolutio, 4. nu. 3. §. sextusdecimus.

32 Decimus septimus casus habetur in verbo, *Debilis*, Mẽbris enim destitutus; ita vt Sedem Apostolicam adire non possit, absolui potest etiam ab Episcopo, vt habetur in ca. ea noscitur, de sent. excommun. vbi Panormit. ait, quod membris destituti dicuntur hic cæci, claudi, & alij multifariam membris impediti. Hi sunt casus, in quibus authores initio allati tradunt excommunicatos ob Clerici percussionem citra Sedem Apostolicam absolui ab Episcopo posse. Pro clariori verò horum omnium casuum, & totius capitis intelligentia, hæc breuiter annotanda sunt.

33 Primo, quoad leuem Clerici percussionem omnes Christiani cẽsentur psonæ priuilegiatæ, id est exceptæ ab illa regula, qua Papæ reseruatur absolutio Clerici percussoris, vt communiter tradunt DD. & patet in c. peruenit, de sent. excommun. vnde sine causa, & ratione addiderũt Doctores casum decimumsextum, prædictis versibus.

34 Quoad percussionem verò mediocrem, personæ priuilegiatæ censentur reliqui omnes in illis versibus contenti; sed cum hac differentia: nam aliqui etiã priuilegiati sunt, vt non solum absolui possint a percussione mediocri, sed etiam ab enormi, vt omnes habentes impedimentum perpetuum, sicut senes, mulieres, valetudinarij, membris destituti, impuberes, qui doli capaces percusserunt, siue ante pubertatem, siue post absolutionem petant, qui omnes (vt diximus) etiam ab enormi percussione absolui possunt ab Episcopo iure suo, ita vt non sit iniungendum eis mandatum de præsentando se Apostolicæ Sedi; & quidem de omnibus, præterquã de impuberi, patet hac ratione; quia cum tales ob perpetuum impedimentum, quod habent, nunquam possint Papam adire, in talibus ista iniunctio esset vana, & ridiculosa. Et quamuis glossa in cap. ea noscitur, in verbo, valetudinarij, de sent. excommun. velit, valetudinarijs imponendum esse, vt si conualescant, se Apostolicæ Sedi præsentent. id tamen ut uerum sit, intelligendum est, vt notat Syluestr. verbo, absolutio, 4. notab. 3. quando dubium est an sit morbus, an verò sit valetudo, quia si certum sit, quod sit valetudo, puta quia laborat morbo incurabili, aut diruptus sit enormiter, & incurabiliter, absoluetur absolute, nec ei imponetur præsentatio, vnde si miraculosè liberaretur, postea nõ teneretur se præ
35 sentare. De impubere patet ex capitulo primo, de sententia excommunicationis, & capit. fin. titulo eod. beneficium enim semel indultum minoribus, ex quo cœpit habere locum, non extinguitur per ætatis maioris superuenientiam, ut notat Panormit. in dicto capitulo fin. quem refert, ac sequitur Tabiena, uerbo, excommunicatio, quinto, casu primo, numero 47. quicquid Syluest. ubi supra, in hoc ultimo dicto de impubere contrarium sentiat. Aliqui etiam non habentes impedimentum perpetuum, etiam, ab enormi percussione absolui possunt, ut existens in articulo mortis, habens inimicitias capitales, æger, inops, existens in alterius potestate, quando ipse, in cuius potestate est, non fuit in dolo, & multum offenderentur ex absentia eius; item iuuenes, cum horum

itineratio periculosa sit, vt notant Panorm. in cap. ea noscitur, de sent. excommun. Angelica, verbo, excommunicatio. 5. num. 59. & Tabiena, ect. num. 47. & alij habentes legitimum impedimentum, qui omnes absolui possunt non solum à percussione mediocri, sed etiam ab enormi; tenentur tamen isti se præsentare cessante impedimento, arg. c. relatum, & c. quamuis, de sent. excommun. Aliqui, vt ostiarius, seu janitor, & officialis arcens turbam, Clerici viuentes in communi; absolui possunt à mediocri percussione, non tamen enormi; & isti is non est iniungendum, vt se Apostolicæ Sedi præsentent pro mediocri cessante impedimento. Idem dicendum est de religiosis, secundum ius commune, ceterum isti iam priuilegia obtinent, vt à quacunque percussione absolui possint à Prælatis suis. De delicioso, dicit glo. in cap. mulieres, in verbo, labore, de sent. excomm. quod si videbitur Episcopo, quod non possit assumere laborem, absolui poterit cum cautione, quod parebit consilio, seu responso Papæ, & idem de nobilibus, qui terras suas sine periculo deserere nequeunt.

36 Secundo, si illi quibus iniungitur, vt cessante impedimento legitimo, se Apostolicæ Sedi repræsentent, non se præsentauerint, incidunt in eandem excommunicationem, Et similiter illi, qui absoluti erant a Sede Apostolica, vel a Legatis, quando mandatur eis, vt aliquibus se præsentent, vel quod iniuriæ illatæ satisfaciant, capiuntur, qui. de sentent. excommun. lib. 6. & facit capit. porro, tit. eod. in antiq. finis autem, qui eis imponitur, vt se præsentent, est, vt mandatum Papæ, vel alterius, cui se præsentare debent, accipiant; & satisfaciant iuxta suas facultates, quas ad vsum non necessarias habent, de iniuria facta, non autem, vt ab eis absoluantur, cum iam prius absoluti fuerint.

37 Tertio, impeditus, ita vt Papam adire nequeat, ab Episcopo absolui non potest, quando potest adire Legatum, vel alium eius officialem ad id priuilegio munitum. Sed neque, excepto mortis articulo, sic impeditus, a Sacerdote absolui potest, si eum Legatus, Nuncius, vel Episcopus absoluere recusant, ex Nauar. in Man. c. 27. num. 90. vers. ad quartam, & vers. ad septimam.

38 Quarto, iustum impedimentum quoad hoc censetur habere, qui habet curam animarum, si timet ex sua absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum vicarium constituere possit, ex Nauar. vbi supra, nume. 90. vers. ad tertiam. Qui etiam iu vers. ad quintam, ait iustum habere impedimentum eum, qui ire non potest, licet mittere possit pro absolutione, quia ius eum ad hoc obligare non videtur, sed solum vult, vt si possit, vadat: Sicut etiam iustum impedimentum habere dicitur, qui ad Papam pro absolutione proficisci nequit, nisi vxorem, & filios, in extrema, vel magna necessitate relinquat, vt idem Nauar. vbi supra, vers. ad sextam, docet.

39 Quinto, non solum excommunicatus ob Clerici percussionem, sed etiam ob quamlibet aliam causam, cuius absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur, absolui potest ab Episcopo, quando ob impedimentum legitimum Papam, vel Legatum eius adire nequeat, ex Felino, in cap. quamuis. de sent. excom: & Syluest. verbo, absolutio, 4. num. 7. dub. 4. & Nauar. in Man. c. 27. num. 88. vers. ad primam. est enim eadem ratio in omnibus, vnde & idem ius erit. Sufficit autem, vt impedimentum hoc tanto tempore duret, quantum est necessarium a discessu loci, in quo absoluendus manet, ad appullum loci, in quo manet Papa, vel Legatus, ex Nauar. in d. capitulo 27. numero 90. vers. Ad secundam. falso autem existente impedimento nulla est absolutio, & si, vt diximus, cessante impedimento non vadat ad eum, à quo aliàs absoluendus erat, quam primũ commodè poterit, in eandem incidit excommunicationem. c. eos qui. de sent. excom. lib. 6. vnde, quando est in mora culpabili, incurrit excommunicationem, ex Ioan. Andr. in clem. si quis suadente. de pœnis, in glo. penult. vbi ait, quod Iudex eum in hoc casu non denunciabit, nisi prius eo vocato, vt sciat summarie de negligentia in mora. Addit autem Archid. quem refert, ac sequitur Tabiena verbo, excommunicatio, 5. casu 40. nume. 5. §. quarto, quod Iudex arbitrabitur consideratis omnibus circumstantijs, dando etiam vnam diem pro septimana pro quiete: & mensis dabitur ad præparandum se, & viginti dies ad expectandum. A certa regula in hac re dari non potest; sed Iudex benigne arbitrari debet, & sufficit, quod nõ sit in negligentia, & fraude. Et de excommunicatione ob Clerici percussionem incursa, & Pontifici Summo reseruata, hæc dicta sufficiant.

De alijs excommunicationibus Summo Pontifici in iure reseruatis. Cap. XXIX.

S V M M A.

1 *Excommunicatus a delegato Papæ post annum a solo Papa absolui potest.*

2 *Excommunicatus à Diœcesano ob falsas litteras Papæ post lapsum viginti dierum non nisi à Papa absolui valet.*

3 *Litteras falsas Papæ habens excommunicatus non est, nisi contra eum ordinarius specifice excommunicationis sententiam ferat.*

4 *Dies viginti, post quos non nisi a Papa quis ab excommunicatione absolui potest, quando currere incipiant.*

5 *Clerici scienter, & sponte communicantes cum excommunicatis a Papa, eos ad diuina recipientes, excommunicationem incurrunt.*

6 *Clerici, vt participantes cum excommunicato a Papa, in excommunicationem incidant, quæ requirantur.*

7 *Incendiarij a prælatis semel excommunicati a solo Papa possunt absolui.*

8 *Incendiarij Ecclesiarum an ipso iure excommunicati sint.*

9 *Mulier incendiaria semel denunciata excommunicata à solo Papa absolui potest.*

10 *Incendiarij Ecclesiarum denunciati, a legato a latere regulariter absolui nequeunt.*

11 *Incendiarius quis censendus, vt excommunicari, & a solo Papa absolui queat.*

12 *Incendiarij, vt a solo Papa absoluantur, in speciali, nomine expresso, denunciari debent, nec sufficit denunciatio generalis.*

13 *Excommunicatos ob Ecclesiæ fractionem tum spoliationem post denunciationem solus Papa absoluit.*

14 *Ecclesiam frangentes, & spoliantes ipso iure excommunicationem incurrunt.*

15 *Ecclesiam frangentes & spoliantes ante denunciationẽ, Episcopus absoluere valet, dummodo satisfacere velint iniuriam passis.*

16 *Ecclesiam aperiens, vt spoliet, vel frangens, sed non expolians, in excommunicationem non incidit.*

17 *Effractor Ecclesiæ quis dicendus.*

18 *Ecclesiarum nomine veniunt etiam Monasteria, hospitalia, & alia loca pia.*

19 *Nominationi, aut electioni alicuius in Senatorem,* aut

aut in Rectorem urbis Romæ sine Papæ licentia aßentiens, excommunicationem incurrit.

20 *Romani ex ipsa Urbe naturaliter oriundi, vel ibi incolæ in Senatores, aut Rectores Vrbis Romæ quando eligi, vel non eligi poßint absque Papæ licentia.*

21 *Facultatem dantes alicui interficiendi, capiēdi, aut vexandi eos, qui Reges, Principes, & alios similes excommunicant, & ea facultate vtentes, excommunicationem incurrunt.*

22 *Capit. quicumque, de sentent. excommunicationis, libro sexto, quas personas excommunicet, & ob quas actiones.*

23 *Nomine* Suorum, *in ca. quicumque, de sent. excommunicat. lib. 6. quinam intelligantur.*

24 *Inquisitores ex odij, gratiæ, lucri, aut amoris prætextu contra hæreticos procedere omittentes, excommunicationem incurrunt, & a solo Papa absolui possunt.*

25 *Inquisitores ex timore, ignorantia, aut ad scandalum vitandum super hæretica prauitate, procedere omittentes, excommunicati non sunt.*

26 *Religiosi, qui Clericis, aut laicis Sacramenta Vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, aut Matrimonij solemnizare sine parochi licentia præsumentes, in excommunicationem incidunt.*

27 *Religiosi, etiam Ecclesiæ parochiali præfecti, si alijs, quā suis parochianis, extremam Vnctionem, aut Eucharistiam ministrent sine parochorum licentia, excommunicationem incurrunt.*

28 *Religiosi alijs religiosis, sui vel alterius ordinis Eucharistiam, vel vnctionem extremam sine licentia ministrantes, excommunicati non sunt.*

29 *Religiosus ex ignorantia, aut ex parochi ratihabitione, Eucharistiam, vel extremam Vnctionem ministrando, excommunicationem non incurrit.*

30 *Religiosus, viaticum in articulo mortis sine parochi licētia ministrans, excommunicatus est.*

31 *Religiosi fere omnes ex priuilegio eis concesso, Eucharistiam quouis die anni, excepto die paschatis, sæcularibus ministrare possunt.*

32 *Solennizationes Matrimonij quænam intelligi solent.*

33 *Religiosis, vt laicis sibi subditis extremam Vnctionem ministrent, parochus etiamsi Sacerdos non sit, licentiam dare potest.*

34 *Sacerdos, dans religioso facultatem ministrandi suis subditis Sacramenta, in licentia Sacramentum recipiendum, seu ministrandum exprimere debet.*

35 *Religiosus dans Sacramentum Baptismi, vel pœnitentiæ alicui sine parochi licentia, excommunicationem non incurrit.*

36 *Nomine* excommunicatorum, *regulariter solum excommunicati maiori excommunicatione intelliguntur.*

37 Nomine Canonis, *quod proprie intelligendum.*

38 *Absoluere aliquem,* A pœna, & à culpa, *quid sit.*

39 *Religiosi, aut Clerici sæculares contra capit. 1. de sepult. lib. 6. inducentes aliquem ad vouēdum, vel iurandum, quod apud eos eligat sepulturam, in excommunicationem incidunt.*

40 *Religiosi, aut Clerici sæculares, vt excommunicationem incurrant, eo quod inducant aliquem ad vouendum, aut promittendum, quod in eorum Ecclesiis sepulturam eligat, quæ requiruntur.*

41 *Religiosi, aut Clerici sæculares inducentes aliquem admonendum, aut iurandum, quod apud eos eligat sepulturam, non secuto effectu, censuram aliquam non incurrunt.*

42 *Domini temporales quicunque, qui in terris, vel locis eorum suppositis interdicto aliquem Diuina officia celebrare quomodolibet cogunt, excommunicationem incurrunt, à qua non nisi à Papa possunt absolui.*

43 *Clementina* Grauis. *de sentent. excommun. offendentes libertatem Ecclesiasticam in officio Clauium claudentium cultum Diuinum excommunicatis, & interdictis excommunicans, quas personas comprehendat, & ob quas actiones feratur.*

44 *Cessatio generalis à Diuinis posita in aliquo regno, aut loco vim interdicti habere censetur.*

1 SEcunda excommunicatio in iure Papę reseruata, habetur in capit. *querenti* de officio deleg. vbi *excommunicatus à Delegato Papæ, si integro anno in excommunicatione perseuerat, non nisi a Papa absolui potest.*

2 Tertia continetur in *cap. dura de crimine falsi, vbi excommunicati a Diœcesano eo quod litteras falsas Papæ habuerint, nisi infra viginti dies, postquam cognouerint se habere litteras illas falsas, illas destruant, aut resignent, non poßunt absolui post lapsum dictorum viginti dierum, nisi a Sede Apostolica, vel de speciali eius mandato.*

3 Circa hanc excommunicationem sciendum est, ex Panormitano in d. capit. dura, num. 8. Summa Angelica, verbo, excommunicatio, 5. casu 3. Sanct. Anton. 3. parte, tit. 25. cap. 14. Tabiena verbo, excommunicatio, 5. casu 5. §. tertio, & Syluest. verbo, excommunic. 7. numero 8. §. quarta, versicul. habentes. Quo ad hanc excommunicationem incurrendam, requiritur, vt Ordinarius specifice contra eum ferat sententiam excommunicationis, alias habens casu tales litteras, nulla pœna afficitur, ex quo nō falsificauit eas, sed solum casu ad manus eius peruenerunt.

4 Isti autem 20. dies incipiunt currere à die notitiæ, & prolationis sententiæ ab Ordinario: vnde, si infra viginti dies non eas resignent, aut destruant, excommunicationem a solo Papa absoluendam, incurrunt, quamuis ipsis litteris falsis vsi non fuerint. Et casus huius capitis est diuersus à capit. ad falsariorum, de crimine falsi: hic enim solum agitur de habentibus literas falsas, ibi vero agitur de illis qui falsificant, aut adulterant litteras Apostolicas; de qua re late diximus ca. 10. in expositione Bullæ Cenę.

5 Quarto continetur in *cap. significauit, de sent. excommun. vbi excommunicantur Clerici, qui scienter, & sponte participant excommunicato à Papa, recipientes eum ad diuina.*

6 Ad hoc autem vt excommunicatio hæc incurratur, ista requiruntur, vt notant Panorm. in d. ca. significauit, num. 3. Palud. 4. dist. 18. q. 3. artic. 2. Richard. 4. dist. 18. art. 6. quæst. 3. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 2. §. trigesimus tertius. Summa Pisanella, verbo, excommunicatio, 6. Angelica, verbo, excomm. 5. §. casus quartus S. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 32. Syluest. verbo, excom. 7. nu. 12 §. sexta. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 8. Caiet. verbo excommunicatio, capit. 58. Nauar. in Man. capit. 27. nume. 93. & Sebast. Medices, part. 2. Summæ, tit. 9. quæstione 78. num. 40.

Primum est, vt Participans sit Clericus.

Secundum est, vt scienter participet.

Tertium est, vt sponte participet.

Quartum est, vt participet excommunicato à Papa.

Quintum est, vt participet cum eo in officijs diuinis.

Sextum

Sextum est, vt iudicialiter, & nominatim excommunicato a Papa participet, vt ex communi tradunt DD. Et vltra hæc omnia requiritur hodie, vt talis excommunicatus à Papa, cuius participatio hic prohibetur, sic denū-ciatus, iuxta extrauagant. Ad euitanda scandala Martini V. Et quidem quinque priores conditiones euidenter colliguntur ex textu dicto cap. significauit, sextum etiam elicitur communi sententia Doctorum. Quæ omnes conditiones copulatiuè sumptæ necessariæ sunt, vt quis excommunicationem dicto capit. significauit, incurrat. Vnde laicus participans non incurreret, neque qui ignoranter, neque qui iusto metu, & cadente in virum constantem cum eo participaret, neque communicaret cum excommunicato ab alio, quam à Papa, sed neque, qui participaret cum excommunicato à Papa in rebus temporalibus, sed solum qui participaret in officijs diuinis, quod intelligitur tam de his, quę in Ecclesia dicuntur, quam de his, quæ extra, ex Tabiena, vt supra: quæ autem officia sint diuina, in libro secundo expositum est. Immò ex Caietan. si verba propriè interpretanda sunt, non sufficit qualiscunque in diuinis participatio, sed requiritur participatio receptatiua, ita quod soli Clerici, qui recipiunt ad diuina, non autem Clericus, qui interesset ibi tamquam vnus de populo, excōmunicantur.

Quinto excommunicatio est contra incendiarios cap.
7 *Tua nos*, de sentent. excom. vbi dicitur: *Quod incendiarij, ex quo sunt per Ecclesiæ sententiam*, [hoc est prælatorum] *publicati*, [id est denunciati] *pro absolutionis beneficio, ad Apostolicam Sedem sunt mittendi.*

8 Circa hanc autem excommunicationem notandum est, quod licet gloss. in d. capitulo tua nos, in verbo, publicati, & ibi Panorm. numero secundo, de sentent. excommunicatio. & Astensis, in Summa, lib. 7. part. 2. tit. secundo, §. Decimus octauus. Pisanella, verbo, excommunicatio, 4. Angelica, verbo, excommun. 5. casu 5. & casu 6. & S. Anton. 3. par. titu. 25. capit. vndecimo, Syluest. verbo, excommunic. 7. numero 13. §. septima. Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu 7. & Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo, in excommunicatione 7. pag. 354. colum. 4. dicant, quod incendiarij loci sacri, scilicet Ecclesiæ, aut loci religiosi, ipso iure excommunicati sint; alij autem, qui incendunt alia loca profana, non sint ipso iure excommunicati, sed excommunicandi per Episcopos, & postquam per Episcopum excommunicati sunt, non possunt absolui nisi à Sede Apostolica: mihi tamen magis placet opinio Caietani in Summa, in verbo, excommunicatio, capit. 22. & Nauarr. in Manuali, capit. 27. num. 94. dicentium, neque in hoc capit. tua nos, neque alibi, excommunicari de facto incendiarios Ecclesiarum, sed solum in d. capit. tua nos, habetur, quod excommunicatus incendiarius, & denunciatus ab Ordinario, non nisi à Papa absolui postea possit, quod intelligitur excepto articulo mortis, & intelligitur de incendiario tam Ecclesiæ [illegible] loci Sacri, & Religiosi, quam profani, vt non sit excom[illegible]tus ipso iure, sed si semel denunciatus sit excommu[illegible]tus, a solo Papa potest absolui; & hoc, etiamsi [illegible] incendiaria sic denunciata sit, non nisi à Papa po[illegible] absolui. Immo nec Legatus à latere absoluit huius[illegible] incendiarios denunciatos, licet absoluere possit percussores Clericorum etiam enormiter, vt habetur in capitulo, ad eminentiam, de sentent. excommun. Quamuis enim Clerici percussores, & incendiarius denunciatus parificentur in d. capitulo, tua nos, quantum ad difficultatem obtinendi absolutionem, non tamen sequitur, quod permissio facta de percussore Clerici, vt à Legato à latere absolui possit, vt habetur in d. capitulo, ad eminentiam, extendatur ad alium casum de incendiario, maxime, quia in istis exorbitantibus non fit extensio etiam per maioritatem rationis, vt in reg. in argumentum, de regu. iur. libro 6. Panorm. in d. capitulo, tua nos, nu. 4. Anton. vbi supra, & Syluest. vbi supra, numero 14. §. septi-

ma, vers. secundo. Tabie[illegible] quod diximus, intelligendum [illegible] verò ex priuilegio absoluere possit, [illegible]
11 giotum inquiri debet. Dicitur autem incendia[illegible] DD. vbi suprà, & Summistæ in verbo, incendia[illegible] dunt, qui propria auctoritate ciuitatem, aut villam, domum, segetem, & similia aliena incendit malo studio, vt odio, vel vindicta, vel animo iniuriandi, capitulo pessimam, 23. quæst. 2. & capitulo, si quis domum, de iniur. secus autem, si incenderet ex negligentia, vel casu, vel bello iusto. Item incendiarius dicitur ille non solum, qui malo studio incendit, sed etiam, qui facit incendi, vel ad hoc consilium dederit, aut auxilium scienter, argum. d. cap. pessimam; si quis vero domum propriam, vel segetem incenderet, licet peccaret abutendo re sua, non tamen est incendiarius, nec pœnam incendiario debitam incurrit, nisi dolo malo id faceret, scilicet, vt simul bona aliena incenderet. Et quamuis aliqui putent sufficere, vt
12 fiat denunciatio generalis, puta, *denunciamus, vel excommunicamus omnes, qui fecerint tale incendium*; verior tamen opinio est, requiri denunciationem in speciali expresso nomine, puta *excommunicamus talem qui incendit, & excommunicatum denunciamus*, et facit extrauag. *Ad euitanda scandala Martini V.*

13 Sexta excommunicatio habetur in cap. *Conquesti sunt*, de sent. excomm. vbi *excommunicati propter spoliationem Ecclesiæ cum effractione post denunciationem a Sede Apostolica absoluendi sunt.*

14 Canonis huius materia est Sacrilegium, quo frangitur, & exspoliatur Ecclesia, et quoad personas vniuersalis est; quoad actiones verò comprehendit duas simul, scilicet, frangere, & exspoliare.

Circa hunc Canonem hæc notanda sunt, ex Panormit. in d. capit. conquesti sunt, Astensi, par. 2. libro septimo, tit. secundo, §. decimusoctauus. Pisanella, verbo, excommunicatio, 4. Angelica, verbo, excommunicat. 5. §. casus sextus. S. Anton. 3. par. titu. vigesimo quinto, capit. duodecimo, Syluest. verbo, excommunicatio. 7. numero decimo sexto, §. octaua. Tabiena, verbo, excommunicat. 5. casu sexto Caiet. verbo, excommunicatio, capit. vigesimo primo, Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo. numero nonagesimo quarto, §. octaua. & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. septuagesimaoctaua, num. 95.

Primo quidem, in hoc Canone non excommunicantur huiusmodi fractores, & spoliatores Ecclesiarum, sed supponuntur prius excommunicati, si quidem mandantur denunciati excommunicari, at vero denunciari non potest excommunicatus, nisi qui iam est excommunicatus, & sic denunciati absolutionem hic canon Sedi Apostolicæ reseruat. Debet autem hæc denunciatio esse specialis, iuxta extrauag. ad euitanda, vt tamen notat Caiet. non facilè patet, vbi lata sit hæc sententia, quæ hic supponitur, nisi dicamus, quoad hunc casum fuisse Anathema latæ sententię secundum Canonem Lucij Papę in Decret. 17. q. 4. cap. omnes Ecclesiæ.

15 Secundo, quamuis huiusmodi excommunicati ante denunciationem absolui possint ab Episcopo, dummodo satisfacere velint iniuriam passis, & damna resarcire, argum. cap. nuper, de sentent. excommunicat. postquam tamen semel denunciati fuerint excommunicati, à solo Papa possunt absolui.

16 Tertio, vt pena huius Canonis incurratur, duo sunt necessaria, scilicet effractio Ecclesiæ, & spoliatio, vbi effractio refertur ad Ecclesiam, spoliatio autem ad res quæ tolluntur. Vnde si quis aperiret Ecclesiam, vt spoliaret, vel frangeret, sed tamen non spoliaret, non subijceretur huic Canoni; Immo, qui vadit malo animo frangendi Ecclesiam, & furandi, & tamen non frangit, quia inuenit iam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona Ipsius, non incidit in hunc Canonem. Is autem effractor censetur, qui dolo, aut malo animo, aut per iniuriam vio-

lenter

lenter parietem fodit, aut suffodit, aut vitream fenestram frangit, aut ferraturam, aut ostia, aut cardines, aut vectes, dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectum ecclesiæ. Immò, vt addit Syluest. vbi supra, numero 17.§.1. etiamsi quis impingens faciat debilem vectem cedere loco, incidit, quia cum constitutio hæc fit in fauorem ecclesiarum, latissimè interpretanda est in dubio, non autem, qui aperit claue, siue eam surripuerit, vel extorserit, siue non, vt notat Nauar. vbi supra.

18 Quarto, nomine Ecclesiarum, veniunt monasteria, hospitalia, & alia ędificia seu loca pia. Ratio est: quia excommunicatio hæc principaliter in fauorem ecclesiarum lata est, & ideo latissimè accipitur respectu illarum; Immò etiam ecclesiæ non consecratæ, & hospitalia veniunt hic nomine ecclesiarum, quod tamen intellige, si auctoritate Papæ, vel Episcopi sint ædificatæ, aliter enim non essent loca religiosa, vt not. in capit. ad hæc, de relig. domib.

19 Septimo excommunicatio habetur in ca. *fundamenta, de elect. lib. 6. vbi excommunicantur omnes cuiuscunque notabilis præeminentiæ, & dignitatis, potestatis, vel excellentiæ quocunque nomine censeantur: & frater, filius, vel nepos aliquorum prædictorum, qui sine licentia Sedis Apostolicæ, nominationi, electioni, vel assumptioni in Senatorem, Capitaneum, Patritium, aut Rectorem ad regimen Vrbis Romæ assentiunt, vel se intromittunt, per se, vel per alium.*

20 Canonis huius materia ex Caiet. in verbo, excommunicatio, cap. 53. est vsurpatio dignitatum, seu officiorum Vrbis Romę, quoad personas est vniuersalis, nisi quod excipiuntur Romani ex ipsa Vrbe naturaliter oriundi, vel ibi incolæ, seu continui habitatores, qui licèt sint prædictorum fratres, filij, vel nepotes, possunt tamen huiusmodi officia habere, sicut alij quicūque ad vnum annum, vel breuius tempus, dummodo tamen non habeant Comitatum, aut Baroniam excellentem extra territorium Vrbis, qua possent euacuere rationem huius constitutionis, scilicet, vt exinde timeatur libertati. Vltra prædictos autem, quicunque eligunt, nominant, vel assumunt aliquos ad prædicta officia, vel consentiunt nominationi, electioni, seu assumptioni de se factæ vltra annum, ant se de ipsis quomodolibet intromittunt, aut intendunt, & vel obediunt eisdem sic assumptis, vel etiam auxilium, consilium, vel fauorem, publice, vel occulte dant, tam nominatoribus, electoribus, & assumptoribus, quam nominatis, electis, & assumptis, excommunicantur, & non nisi à Papa absolui possunt, quæ omnes actiones intelliguntur sine licentia Papæ in scriptis.

21 Octaua excommunicatio habetur in cap. *Quicunque, de sentent. excommunic. lib. 6. vbi excommunicantur, qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi, aut vexandi personas aliquorum, aut eorum facultates, aut suorum, eo quod tulerint sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, contra Reges, Principes, & Barones, Nobiles, & Balios, vel quoslibet ministros eorum, aut contra alios quoscunque. Excommunicat etiam eos, qui vsi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid ex huiusmodi prædictis, qui si in dicta excommunicatione duorum mensium spatio perseuerauerint, ex tunc ab ea non nisi à Sede Apostolica absolui possunt.*

22 Canonis istius materia ex Caietano, verbo, excōmunicatio. cap. 36. est sacrilegium, quo offenditur libertas ecclesiastica quantum ad opus promulgandi, & exequendi censuras ecclesiasticas. Quoad personas est vniuersalis; quoad actiones, sunt istæ, occidere, capere, aut vexare, in personis, vel bonis, suis, aut suorum, huiusmodi sententias ferentes. Item, qui dederint licentiam ad aliquas actiones huiusmodi exercendas. Item qui mandatum alicui dederit aliquam istarum actionum exercendi, & vt notat Sylnest. verbo, excommunicatio, 7. nu. 27.§. duodecima. Si enim dans licentiam exercendi dictas actiones hanc censuram incurrit, multo fortius id locum habebit in mandato, aut iussu. Item, vt tentes dicta licentia data ad aliquid prædictorum. Nomine autem suorum, in hoc loco veniunt

23 Primo, omnes qui sunt sub eorum potestate, Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. per totum.

Secundo, omnes consanguinei, arg. cap. cunctis, de elect. lib. 6.

Tertio omnes domestici, famuli, filij, &c.

Quarto, omnes illi, quorum grauamen videtur grauanti esse grauamen excommunicantis, & ea de causa id facit. ex Caietan. vbi supra, Nauar. in Mannali, ca pit. 27. numero 99. & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ. titu. 9. quæstione septuagesimaoctaua, numero septuagesimotertio. qui omnes docent, non incurri hanc censuram iuste vexando, cum nullus propriè in persona, vel bonis suis, vel suorum grauetur, qui iuste patitur; id quod procedit, etiam si ex vindicta, & odio vexat, sed non plus, & alio modo, quàm iustitia postulat, ac per hoc grauamen iniustum esse debet, vt grauamen sit. Quæ censura intra duos menses est Episcopalis, postea Papalis.

24 Nona excommunicatio continetur in Clemen. multorum. §. verum. de hæret. *vbi excommunicantur omnes Inquisitores inferiores Episcopis, qui odij, gratiæ, amoris, lucri, aut commodi temporalis prætextu contra iustitiam, & conscientiam suam procedere omiserint, contra quem, aut quam, fuerit super prauitate hæretica procedendum; Aut eodem obtentu prauitatem ipsam, aut impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquomodo vexare, a qua censura nisi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa) absolui.*

Canonis huius materia est iustitia, cum mala conscientia Inquisitorum hæreticæ prauitatis. Quoad personas,

25 ligantur duo genera personarum, scilicet, Inquisitores, & alij ad dicti officij executionem deputati. Actiones etiam sunt duæ, scilicet, omissio procedendi, vbi fuerit procedendum, & vexatio innocentis, imponendo illi vel hæresim, vel quod impediret inquisitionis officium. Et debet vtraque actio vestiri pretextu odij, gratiæ, amoris, lucri, aut commodi. Circa quam excommunicationem aduertendum est ex S. Anton. tertia par. tit. vigesimoquinto. Angel. verbo, excommun. quinto, casu 11. Syluest. verbo, excommun. 7. numero 29.§. decimatertia. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 3. Nauar. in Man. capitulo 27. numero 100. & Sebast. Medices, par. secunda, suæ Summæ, titu. nono, quæstio. septuagesimaoctaua, numero 102. Quod Episcopi, & alij Prælati superiores, si omittant prædicto obtentu, non incurrunt hanc censuram, sed sunt per triennium suspensi, d. §. verum. Deinde, vt Inquisitores excommunicationem istam incurrant, debent hæc omittere, aut facere contra iustitiam, & conscientiam copulatiue, hoc est, contra scientiam suam applicatam ad talem, omissionem, ita vt conscientia sua dictet non esse omittendum, aut imponendum, quamuis amor, odium, lucrum &c. trahat ad omittendum, vel imponendum. Vnde, qui omittunt ex timore, ignorantia, vel ad vitandum scandalum, censuram istam non incurrunt.

26 Decima excommunicatio est in *Clemen. Religiosi. de priuileg. vbi Religiosi, qui Clericis, aut laicis Sacramentum vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, vel Matrimonium solennizare non habita super his parochialis presbyteri licentia, aut quemquam excommunicatum à Canone (præterquam in casibus a iure expressis) vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem) vel a sententijs per statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, seu si a culpa, & pœna absoluere quenquam præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrunt ipso facto, a Sede Apostolica dumtaxat absoluendi.*

27 Materia Canonis huius ex Caietan. verb. excommunicatio, cap. 64. est vsurpatio parochialis officij. Quoad personas est particularis, ligat enim solum religiosos; conti-

net autem sex actiones, quarum tres versantur circa tria Sacramenta, scilicet, Extremam vnctionem, Eucharistiã, & Matrimonium; aliæ verò tres versantur circa absolutionem, scilicet excommunicationem à Canone, & excommunicationem a statutis Prouincialibus, vel Synodalibus, & absoluere à pœna, & culpa.

Circa quem canonem hæc breuiter annotanda sunt ex Summa Angelica, verbo, excommunicatio, 5. casu 12. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 54. Syluest. verbo, excommun. 7. nu. 30. excommunicatione 14. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu 11. Caiet. verbo, excommun. cap. 64. Nauarr. in Manuali, ca. 27. nu. 101. & 102. & Sebastiano Medice, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. nu. 164.

Primo, ad hanc pœnam incurrendam requiritur, vt sit religiosus, qui aliquam ex prædictis actionibus exerceat; & quia Canon iste generaliter loquitur, comprehendit omnes religiosos, scilicet Religionis approbatæ, siue sint religiosi exempti, siue non exempti; immò etiam & religiosos illos comprehendit, qui ecclesiæ parochiali præficiuntur, si alijs, quam suis parochianis ministrant; imò etiam & nouitios comprehendit, argum. cap. religioso, de sentent. excommun. lib. 6. sicut enim isti gaudent priuilegio, cap. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. ita etiam sentire debent onus religiosis impositum. Dixi Religionis approbatæ: quia religiosi religionis non approbatæ, cum non sint verè religiosi, ca. vnico, de voto, libro 6. hæc faciendo non sunt excommunicati, cum materia hæc pœnalis sit, & strictè interpretanda.

28 Secundo, requiritur, vt hæc fiant circa cleros & laicos, vt patet ex textu; vnde, qui huiusmodi ministrarent alijs religiosis, etiã alterius religionis, non incurrerẽt hãc pœnam, ex Summa Angelica, vbi supra, num. 4. Tabiena, §. secundo, & Caietan. & Nauar. & Sebastiano Medice, vbi supra, vt patet, tum quia hæc constitutio directè in fauorem parochialium presbyterorum facta est, quibus nihil in hoc casu præiudicatur: tum quia constitutio mentionem facit tantum de clericis, & laicis, appellatione autem clericorum in materia stricta, & odiosa non veniunt religiosi, ex Panorm. in rubrica, de vita & honest. cler. quamuis secus in materia fauorabili, & ideo hęc sententia verior est, & textui conformior, quicquid S. Anton. & Syluest. vbi supra, num. 33. §. quarto, velint ministrantes hæc Sacramenta, aut alia hic expressa exercentes circa religiosos alterius religionis, pęnam huius Canonis incurrere.

29 Tertio, requiritur, vt hæc faciat ex præsumptione, vt communiter tradunt DD. allati, & colligitur ex verbis ipsius canonis, vbi dicitur, *Præsumpserint*, vnde, si quis religiosus ex ignorantia, vel credulitate, quod parochus illud ratum haberet, & æquo animo ferret, aliquid horum faceret, saltem in foro conscientię non incurreret excommunicationem, quia in veritate non præsumeret. Et eodem modo si quis crederet se posse facere, vel habere priuilegium, vel habere auctoritatem, vel crederet non esse excommunicatum, & absolueret ab alijs, & similia esto, quod non posset, excommunicationem istam non incurreret, quia ibi non est contemptus. Addunt tamen S. Anton. & Syluest. quod quia ignorantia facti, & non iuris excusat, & quia præsumptio dici potest, ex hoc ipso, quod facit contra hanc Clementinam, ideo, inquiunt, tutius est, quod petatur absolutio.

Quarto incurritur hęc censura etiam administrando
30 Eucharistiam, vel viaticum in articulo mortis, etiam si non adsit copia parochi, qui eam ministrare possit, ex Card. in d. clemen. quæst. 11. Paul. & Lap. Anton. Syluest. vbi supra, nume. 32. dub. 3. Quia hoc non est Sacramentum necessitatis, quicquid Innocent. & Hostiens. in capit. omnis, de pœniten. & remiss. & Angel. vbi supra, numero 5. & Tabiena, §. quinto, & Sebast. Medices vbi supra, putant posse id facere, quando alius haberi non potest. Nec obstat ca. pœnitentes, dist. 50. quia intelligitur, vt in morte omni... qui possunt: & sic intelligi... & remiss. vbi consecutiuè conce... tentiam; quod verum est, vt cui exhiberi p... beri possit & aliud, non tamen à quocunq; cum sint patris necessitatis. Aduertendum tamen est, relig-
31 iosos scilicet fratres Minores, & consequenter Dominicanos, & alios omnes participantes eorum priuilegijs, ex indulto, & priuilegio quodam Leonis X. posse quouis anni die Eucharistiam sæcularibus ministrare, excepto die Paschatis, absque eo quod vllam censuram incurrant, vt tradit Nauar. in Manuali, capit. 21. num. 52. & cap. 27. num. 102. vbi in priori loco allato simile priuilegium Patribus societatis Iesu concessum esse affirmat. Quæ res certior est, quam vt probatione, aut maiori explicatione indigeat, cum id quotidiana praxi, & vsu omnium ferè Religiosorum manifestum sit. Et simile priuilegium ab Eugenio Papa IIII. diuante, anno scilicet, 1436. Patribus Congregationis nostræ concessum est, vt patet ex priuilegio IX. incip. *Regularem vitam agentibus*, & ex priuilegio XI. eiusdem, incip. *Et si quaslibet personas*. Sacramentum autem Extremæ vnctionis nullo modo exhibere possunt secundum omnes, cum hoc nullo iure sit expressum.

32 Quinto, in verbo, *Solennizare* comprehenditur omnis solennitas, quæ obseruatur iuxta ritum ecclesiarum regionis capit. 1. de sponsal. siue fiat benedictio solennis, siue dicatur Missa specialis super contrahentes, & huiusmodi: inducere autem fœdus matrimonij, vel proferre verba inter contrahentes non est eis prohibitum, secundũ Doctores.

33 Sexto, licentia hæc petenda est à parocho, etiamsi non sit Sacerdos; immo etiam sufficit licentia Episcopi, aut Vicarij illius in spiritualibus, vt consuetudo, (quæ est optima legum interprẽs) testatur: sufficit etiam licentia Vicarij parochialis presbyteri: Nec valet limitatio Syluestri, verbo, excommunicat. 7. num. 39. dub. 11. de eo, qui paruo tempore sit Vicarius, quia vt rectè contra eum notat Tabiena. vbi supra, §. tertio, in illo paruo tempore illam auctoritatem habet, quam habet ille, qui longo tempore manet, nisi aliter sit sibi limitata auctoritas. Eodem modo dicendum est, quod potest dare licentiam confitendi, scilicet, quando gerit curam parochi vniuersalem: secus autem esset quoad vtrumque, quando esset Vicarius in aliquo actu particulari, puta, vt posset audire confessionem, vel administrare aliquod Sacramentum.

34 Septimo, satis est, vt in eius licentia exprimatur. Sacramentum, quod recipiendum, seu ministrandum est, puta Eucharistia, vel aliud, licet non exprimatur nomen religiosi: vnde si Sacerdos dat subdito licentiam accipiendi Eucharistiam, vel extremam vnctionem à quolibet religioso, nullo ordine, vel persona specificata, sufficit. Et similiter sufficit, quod detur licentia religioso facta specificatione Sacramenti, licet parochiani non exprimantur. Et religiosus sine licentia prælati sui, cum parochi licentia audiens confessiones verè absoluit, dummodo tamen sit à loci Ordinario approbatus, peccat tamen, qui id facit sine prælati sui licentia.

35 Octauo, non incurritur excommunicatio hæc, ex eo quod religiosus administrat parochiano dicenti se habere licentiam à parocho suo, cum tamen non habeat, vt communiter tradunt DD. tum quia non dicitur ministrasse Sacramentum in contemptum parochialis Sacerdotis, cum hæc Clem. respiciat solum contemptum; tum quia cum nemo præsumendus sit immemor suæ salutis, capi. sancimus, 1. quæst. 7. licitè credere potest parochiano dicenti se habere licentiam. Neque incurritur hæc censura ex eo, quod religiosus det Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ, sine licentia parochi, ex Nauarro, vbi supra, post Syluest. cit. numero 42. dub. 14. quia hic non expri-

primuntur: & quia hæc Sacramenta sunt maioris necessitatis, & proinde minoris prohibitionis. Neque ex eo quod absoluat ab excommunicatione lata ab homine, ex gl. in d. clem. religiosi. in verbo, a canone, de priuileg. & Ang. vbi supra, num. 6. etiamsi sit sententia ipsius Papæ, vt ait idem Angel. nu. 10. quia si voluisset intelligi, expressisset, argum. cap. ad audientiam, de decim.

36 Nono, per *Excommunicatos* intelliguntur solum excommunicati maiori excommunicatione, vnde qui absoluet et à minori excommunicatione sine dicta licentia, huius Canonis pœnam non incurrit, ex Angel. verbo, excommunicatio, 5. §. casus duodecimus, num. 8. Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 54. Syluest. verbo, excommunica. 7. numero 37. dub. 9. & Tabiena. verbo, excommunicat, 5. casu 11. §. decimo. Quia, vt notat Panorm. in cap. intelleximus. notab. 2. de iudic. nomine excommunicationis, communiter intelligitur excommunicatio maior, cum absolutio ab excommunicatione minori non referuetur, sed ab ea absoluit quicunque à peccatis mortalibus absoluere potest, de qua tamen re quid tenendum sit, latius in fine libri secundi cap. 23. disseruimus.

37 Decimo, nomine *Canonis*, intelligitur Canon quicunque, etiam à Papa promulgatus: vnde absoluendo ab excommunicatione maiori lata à Canone, scilicet à Papa promulgato, quia ille propriè dicitur Canon, per excellentiam, (& idem de Extrauagãtibus ipsius) incurrit hanc censuram. Quod idem dicendum est, si absoluant à sententijs episcopi, scilicet excommunicationis promulgatis per statuta Synodalia, vel Prouincialia. ex Alphonso Viualdo in expositione Bullæ cenæ, num. 144. & Caiet. verbo, absolutio, 5. id satis insinuat. Id quod intelligi debet, vt diximus supra, de religioso; si enim parochus absque priuilegio, vel licentia ab excommunicatione episcopi absoluat, licèt peccet, in excommunicationem tamen aliquam non incidit, cum id nullibi in iure sit expressum, vt notat Viualdus vbi supra, numero 143. citans Caietanum pro hac re, in verbo Absolutio, capit. 4. & in verbo, excommunicatio, capit. 77. vbi tamen nihil hac de re dicit. Non tamen incidunt, qui absoluunt a peccato, propter quod incurritur dicta excommunicatio, dummodo non absoluat ab ipsa excommunicatione; sicut non incurrit absoluendo ab excommunicatione lata ab homine, siue à Papa, siue ab alio; quia secundum DD. communiter, si voluisset intelligere, expressisset. Neque incurritur absoluendo à suspensione, vel interdicto Canonis, quod satis probat textus d. Clemen. Quia primo dixit, de his *qui absoluunt excommunicatos à Canone*, & postea subdit, *vel à sententijs per Statuta*, & sic restringitur verbum, *Sententijs*, per verbum, *excommunicatos*, ex Angel. vbi supra, num. quinquagesimoprimo, & Syluest. cit. numero trigesimooctauo, dub. decimo, & Tabiena, vbi supra. §. vndecimo. Etiamsi gloss. in d. clem. in verbo, sententijs, & S. Anton. vbi supra contra dicant. Absoluens autem à sententijs latis per statuta legatorum etiamsi Summa Rosel. & Tabiena vbi supra, §. nono, putent non incurrere hanc censuram, quia cum sit constitutio pœnalis, non debet extendi, verius tamen docent Angel. cit. numero duodecimo, S. Antonin. cit. capitulo quinquagesimoquarto. Syluest. vbi supra, numero trigesimosexto, dub. 8. citans Zendel. Laudun. Zabar. & Archid. incurrere, quia licet constitutio pœnalis extendi non debeat in dubio, secus tamen vbi eadem ratio sit, & maior, vt hic: quia statutum hoc Legati æquiparatur Synodali in perpetuitate, arg. capituli fin. de offic. leg. & in efficacia præualet, cum, vt ibi notat glo. in verbo, statuta, Episcopus sit Legato inferior in sua prouincia; & ita sicut absoluens à Statuto Synodali episcopi, excommunicationem incurrit, ita etiam & absoluens à Statuto Legati.

38 Vndecimo, ex Caiet. vbi supra, capitulo 64. absoluere *à pœna, & culpa* excommunicatum, est reddere hominem mundum ab omni culpa, & sine debito alicuius pœnæ, & propterea merito tales præsumptuosi excommunicantur, si aliquem, quicunque sit, absoluerint; fieri tamen potest, vt ex simplici absolutione Sacerdotis, quis ob contritionem intensam, & confessionem consequatur à Deo absolutionem à pœna, & à culpa. Quia verò religiosi dicere solebant, se absoluere posse à culpa, & tota pœna quasi concedendo indulgentiam plenariam per absolutionem, Pontifex, vt modum loquendi eorum coerceat, vt patet ex textu, sic absoluentes excommunicat.

39 Vndecima excommunicatio Papalis habetur *in Clemen. Cupientes, §. Sanè temerarios, de pœnis*. vbi *excommunicat omnes Religiosos, & Clericos seculares, contra cap. primum. de sepult. libro 6. inducentes ad vouendum, vel iurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum, de eligendo apud eos sepulturam, vel vt iam electam vlterius non mutent, nec ab alio, quam à Sede Apostolica, nisi in articulo mortis absolui possint*.

40 Canonis huius materia est auaritia, tollens libertatem Sepulturæ; Quoad personas est particularis, solum ligans Religiosos, & Clericos seculares, de qua re legendi sunt S. Anton. 3. par. titu. vigesimoquinto, capitulo quinquagesimoprimo. Syluest. verbo, excommun. 7. numero quadragesimonono. §. Decimasexta. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. casu duodecimo. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo quadragesimonono. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 103. & Sebastianus Medices, par. 2. suæ Summæ, titu. nono, quæstio. 78. num. 191. Qui authores docent, Primo requiri ad eam incurrendam, quod inducens sit Religiosus, vel Clericus sæcularis; Secundo, quod isti inducant ad vouendum, vel ad iurandum, vel ad promittendum quod eligat sepulturam apud ecclesiam, quæ ad inducentes pertinet, seu vt electam vlterius non mutet; Quod procedit, siue promissio sit nuda, siue fide interposita, vnde, si quis motu proprio vouerct, vel iuraret in aliquo loco eligere sepulturam, hoc licitum est, nec exinde incurritur aliqua pœna. Tertio, qui inducit aliquem ad istam electionem, led nõ ad vouendum, iurandum, aut promittendum, non incurrit hanc censuram; similiter qui inducit etiam ad vouendum, iurandum, aut promittendum, sed non apud ecclesiam inducentis,

41 non incurrit; Immò, qui inducit ad vouendum, iurandum, aut promittendum etiam apud ecclesiam suam, sed non est secutus effectus; vt quia inductus illud non fecit ad quod est inductus, scilicet nõ vouit, iurauit, aut promisit, non incurrit hanc pœnam; quia huiusmodi pœna stricti iuris est, & verba debent intelligi cum effectu, maximè in hoc casu in quo agitur de pena spirituali, ex Syluest. Tabiena, Caiet. & Nauar. vbi supra.

Quartò, requiritur temeritas in inducente, vt patet ex textu, in verbo, *Sane temerarios violatores* vnde qui ex ignorantia, putans se id facere posse, dictam constitutionem transgrederetur, non esset excommunicatus, ex Caietan. & Nauar. vbi supra.

42 Duodecima excommunicatio Papæ reseruata in iure habetur in *Clem. Grauis, de sent. excom.* vbi *excommunicantur omnes Domini temporales*, etiamsi sint Prælati, temporale dominium habentes (Secundum Paulum de Castro, & secundum glo. ibi, in verbo Temporales) *si essent Episcopi, qui in terris, vel locis eorum suppositis interdicto, cogunt aliquem quomodolibet Diuina officia celebrare: siue compulsio fiat à persona Clericorum, siue eorum consanguineis. Item Secundo, qui voce præconis, aut sonitu campanæ conuocant populum ad audienda officia Diuina in tali loco, & hoc maximè*, si aliquos sententia excommunicationis, vel interdicti innodatos euocauerint. *Et Tertio, qui prohibent ne excommunicati publicè aut interdicti ab Ecclesia eiciantur, quandiu Missarum solemnia peraguntur, à celebrantibus moniti vt exeant. Et Quarto, excommunicati publicè & interdicti, qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus vt exeant moniti, remanere præsumpserint; Quorum omnium absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur*.

43 Canonis huius materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica

Ecclesiastica libertas in clauium officio, claudentium cultum Diuinum excommunicatis, & interdictis. Quo ad personas partim est particularis, partim vniuersalis; nam tres primi casus ligant solos dominos temporale dominium habentes; casus verò quartus communis est omnibus vtriusque sexus excommunicatis publicè, vel interdictis. Quoad actiones, continet quatuor.

Prima est cogere celebrare in locis interdictis; quod intelligitur siue sit interdictum hominis, siue iuris, ex glo. ibi, in verbo, *Suppositis*, & DD. communiter. Quia si compellunt in loco non interdicto, locum non habet hæc pœna: & idem dicendum, si prædicta non faciant in terris suis, sed in terris alienis; non enim locum habebit hæc pœna, vt colligi potest ex illis verbis, *In terris, vel locis suorum*: Sin autem præcipiant subditis non excommunicatis, vel non interdictis in loco interdicto, incurrunt hanc pœnam, & dictio, *Præsertim*, stat pro *Maximè*. Intelligitur etiam hæc compulsio quomodolibet, hoc est, siue sit compulsio realis, siue personalis, directa, vel indirecta, puta se, vel consanguineos suos in rebus, vel personis grauando.

Secunda est euocare aliquos siue excommunicatos, & interdictos, siue non excommunicatos, nec interdictos ad eadem officia diuina audienda in loco interdicto, secus autem si in loco non interdicto. Et reuocatio hæc intelligitur, quod fiat voce præconis, vel sonitu campanæ, & eadem ratione si tuba, vel cornu fiat; quia si secretè, aut per nuncium vocaret ad Diuina, non incurrit hanc pęnam.

Tertia est prohibere, ne excommunicati publicè, vel interdicti exeant ab ecclesia dum Missarũ solennia celebrantur, moniti vt exeant. Dicitur, *Excommunicati publicè*; quia vt notant Syluest. & Tabiena locis inferius citandis, excommunicatum occultè, publicè non vitamus, cap. 2. 6. q. 6. & ca. cum non ab homine, de sentent. excom.

Quoad officia diuina in hoc Canone intellecta, glo. in d. clem. Grauis, in verbo, Missarum, & Angelica, & Syluest. & Zabar. & Paul. dicunt solum intelligi Missarum solennia tam in primo casu, & secundo, quam in tertio, adeo vt in alijs officijs Diuinis præter Missas, non habet locum hæc pœna, & consentit Caiet. quoad hunc casum tertium, sed tamen in primo, & secondo casu intelligi vult non solum Missam, sed etiam alia officia Diuina, & fauet plurimum textus, vt patet legenti, cum dicat *Officia Diuina, &c.* absolutè; officia verò diuina sunt non solum Missa, sed etiam alia, quæ ab Ecclesia celebrantur, vt Horæ Canonicæ &c. Et ad hunc casum satis est monitio generalis, vt exeant, vnde qui sic monitos exire prohibet, pœnam huius Canonis incurrit.

Quarta est remanere in Ecclesijs, si publicè sint excommunicati, aut interdicti, & nominatim moniti vt exeant: vnde moniti, vt exeant, non exeundo non incidunt, nisi nominatim moneantur, nec in hoc casu sufficit monitio generalis. Quæ omnia colliguntur ex glossa, d. clem. grauis, de sent. excom. Angelica, verbo, excommunicatio, §. casus decimusquintus, Anto. 3. par. tit. 25. c. 28. Syluest. verbo, excommunicatio, 7. num. 51. excommunicatione 17. Tabiena, verbo, excommunicatio, 5. caso 13. Caiet. verbo, excommunicatio, c. 42. Nauar. in Manuali, c. 27. num. 104. & Sebastiano Medice, in 2. par. Summæ, tit. 9. q. 78. nu. 106. vbi Angel. Syluest. & Tabiena docent hanc pœnam habere locum in cessatione à Diuinis posita in dictis terris, & quando est cessatio Generalis, cum
4 hęc vim interdicti habeat. elemen. 1. §. in cessationibus, de sentent. excommun. secus si cessatio esset specialis. Et hæc de excommunicationibus Summo Pontifici in iure; id est, in Decretis, Decretalibus, & Clementinis, reseruatis; Quamuis enim plures sint, vt patet ex capit. Achatius, 24. quæstio. 1. & capit. excommunicamus, de hæreticis, vbi excommunicantur hæretici, & ex capit. Felicis, de pœnis, lib. 6. vbi fertur excommunicatio contra insequentes, vel persequentes [...] de pęnis, vbi lata est excommu[...] bannientes, & percutientes aliquem [...] men nunc in Bulla Cenæ Domini ponuntur, tius à nobis dictum est.

De excommunicationibus, quæ Summo Pontifici in Extrauagantibus iuri insertis reseruantur. Cap. XXX.

S V M M A.

1 *Mortuos exenterantes ad eos conseruandos, aut eos membratim concidentes, aut in aquis coquentes excommunicati sunt, vt non nisi à Papa absolui possint.*

2 *Mortuos exenterantes vt excommunicationem incurrant, quæ requirantur.*

3 *Pro ingressu Monasteriorum, aut Religionis aliquid temporale dantes, aut accipientes, excommunicati sunt, & à solo Papa absoluendi.*

4 *Moniales pauperes aliquid vigore consuetudinis pro ingressu petentes, & accipientes, excommunicationem non incurrunt.*

5 *Pro ingressu monasterij aliquid dantes, vel accipientes excommunicati non sunt, dummodo pactio non interueniat.*

6 *Simoniam circa ordines, aut beneficia committentes, aut mediatores circa eam existentes, excommunicationem incurrunt, à qua solus Papa absoluit.*

7 Beneficij *nomine, etiam electiones, postulationes, confirmationes, & quæuis alia prouisiones Ecclesiarum, monasteriorum, & dignitatum veniunt.*

8 *Mendicantes sine licentia Papæ ad ordines non Mendicantium, excepto ordine Cartusianorum, & etiam eos admittentes in excommunicationem incidunt, à qua non nisi à Papa absolui queant,*

9 *Licentia generalis Papæ, vt fratres Mendicantes ad ordinem non Mendicantium transeant, non sufficit.*

10 *Affirmantes peccare mortaliter eos, qui credunt Beatam Virginem fuisse conceptam cum peccato originali, vel sine eo, excommunicantur, & à solo Papa absoluuntur.*

11 *Affirmans, ex simplicitate, & ignorantia peccare eos, qui credunt Beatam Virginem in originali peccato, vel sine eo conceptam fuisse, excommunicationem non incurrit.*

10 *Promittentes, aut pacta facientes dando aliquid temporale pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda in Curia Romana, excommunicationem Papalem incurrunt.*

13 *Gregorij Papæ XIII. constitutio circa promissiones, & pacta pro gratia, aut iustitia obtinenda, quas actiones, & personas comprehendat.*

14 *Absoluentes ab aliquo istorum quinque votorum, scilicet peregrinationis Hierusalem, Romam, & Compostellam, necnon Religionis, & Castitatis, an excommunicentur.*

1 Prima excommunicatio habetur in extrauaganti quadam Bonifacij VIII. sub rubrica de sepulturis, quæ incipit: *Detestanda, vbi excommunicantur omnes etiam Pontifices exenterantes*

exenterantes mortuos ad eos conseruandos, aut eos in frusta seu membratim concidentes, aut in aquis coquentes, vt ossa carnibus denudata deferant, & sepeliant in alio loco; & qui hæc fieri iubent; & absolutio Papæ reseruatur.

Canonis huius materia, vt notat Caiet. in verbo, excommunicatio, capitulo septuagesimo, est crudelis immunitas in cadauera humana. Ad cuius pœnam incurrendam, vt notant Angel. verbo, excommunicatio, quinto, casu 32. Anton. tertia par. titu. 25. capitulo 64. Syluest. verbo, excommunic. septimo, numero 79. excommunicatione. 41. Tabiena, verbo, excommunic. septimo, §. secundus. Caiet. vbi supra. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 105. versic. decimanona, & Sebastian. Medice par. 2. Summæ. tit. 9. quæstio. 78. numero 134. requiritur.

Primò, vt hæc fiant corpori mortuo, vnde non incurrit, qui hæc viuo faceret.

Secundo, vt mortuus ille sit defunctus in terra, vbi viget cultus Christianus, quia si fuisset mortuus in terra infidelium, vbi non est Sacer locus ad sepeliendum, non caderent in pœnam prædicta faciendo.

Tertio, vt eo fine hæc faciant mortuo, vt tumulandum alio deferant; vnde si id facerent ex odio, vel ad vindictam, vel ad comedendum carnes, vel ex superstitione, vel ad scientiam acquirendam, vt in anatomijs patet, vel etiam ne fœteant, non inciderent in pœnam prædictam. vnde, vt notat Caiet. quem sequitur Nauar. qui vsque hodie corpora regalia (qui mos in Gallia obseruari solet) exenterant, vt multis diebus venerari sine fœtore à populo possint, non incidunt in hanc pœnam: quia non exenterant, vt transferant ad alia loca, sed ne fœteant; pœnæ autem extra proprios casus non sunt extendendæ, argumen. capituli odia, de reg. iur. libro quinto, & capit. pœnæ, de pœnit. distin. 1.

3 Secunda excommunicatio continetur in *Extrauag. 1. De Simonia* quæ incipit, *Sane, seu Ne in vinea. Urbani V. vbi excommunicantur omnes singulares personæ, quæ dant, aut accipiunt aliquid temporale pro ingressu Monasteriorum, seu Religionis, & non nisi à Papa absolui possunt.*

4 Canonis istius materia est Simonia pro ingressu Monasteriorum; & quoad personas est vniuersalis, continet autem duas actiones, scilicet, dare vel accipere. Circa quam constitutionem notandum est ex S. Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 67. Syluest. verbo, excom. 7. numero 81. excommunicatione 44. Caietan. verbo, excommunicatio capitulo 73. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 106. & Sebastiano Medice, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. numero 98. quod Martinus V. statuit, vt excommunicatio hæc non extenderetur ad moniales, vt Ant. & Syluest. vbi supra testantur, & Felin. in capitulo de Simonia, vt refert Zenzelinus de Cassanis, in dict. extrau. vbi ait, se audiuisse à fide dignis, quod Vrbanus V. non intendebat comprehendere moniales pauperes, quæ consueuerunt aliquid recipere vigore consuetudinis. Quo circa moniales, vt ait Caietan. petentes solitas dari dotes, & lectisternia, vestes & huiusmodi, & instantes ad hoc, vt pateores puellæ faciant sicut alij (siue Monasterium egeat, siue non) non sunt excommunicatæ, cum nulla hic interueniat pactio, sed instantia, vt faciant sicut alij. Si vero monasterium egeat, ita vt non possit sustentare recipiendam absque pecunia, possunt licite pacisci, vt portet secum, quod necesse est ad sui sustentationem, quoniam hoc naturæ ius exigit. Quæ omnia concedunt etiam Nauar. vbi supra. & Alphonsus Viualdus tit. de suspens. numero quadragesimoquinto, licita esse, citantes pro hac re Bullam, & concessionem Clementis V I I. vt habetur in compendio priuileg. verbo. *Moniales.* numero vlt. Et denique, vt Caietan. & Nauar. docent, sicut in cæteris Simonijs ab Ecclesia punitis requiritur pactio, ita & in ista; adeo vt dantes sine pacto, vel accipientes, aut ob consuetudinem, vel aliqua iura, aut sine præsumptione, bono animo (quibus repetit illa verba, *Eos qui præsumunt.*) immo quantumcunque intentio dantium. & accipientium esset peruersa, sicut in cæteris simonijs contingit, si non interueniat pactio, non incurritur excommunicatio.

Testia excommunicatio habetur in Extrauagan. Pauli
6 I I. quæ incipit. *Cum detestabile, de simonia. vbi excommunicat omnes quacunque dignitate præditos, etiamsi Cardinalatus, Patriarchali, Episcopali, Regali, Reginali, vel alia quauis Ecclesiastica, seu mundana dignitatibus præfulgeant qui quomodolibet dando, uel recipiendo, simoniam commiserint, aut qui fuerint mediatores, vt ipsa fiat in ordine, vel beneficio. & a solo Papa absolui possunt.*

7 Canonis huius materia est simonia: Et quoad personas est vniuersalis, quoad actiones continet duas, scilicet, dare, & recipere. Ad quam excommunicationem incurrendam, vt notant Angelica, verbo, excommunicatio, 5. casu 34. Anton. 3. par. tit. 25. Syluest. verbo, excom. 7. numero 80. excommunicatione 42. Tabiena, verbo, excommunicatio, 7. in princip. Caietan. verbo, excommunicatio, capit. 72. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 106. §. vigesimaprima, & Sebastianus Medices par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. numero 185. Thomas Zerula, in sua praxi Episcopali, par. 1. verb. *simonia*, dub. 7. 8. & 9. requiritur.

Primo, vt simonia hæc sit in ordine, vel in beneficio; vbi nomine beneficij veniunt electiones, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, & officiorum; Item Prioratus, Guardianatus, & similia, quocunque nomine uocentur, quæ sunt Prælationes, & officia pastoralia apud Mendicantes, in quibus tam dantes, quam accipientes, & qui mediatores sunt excommunicationem istam incurrunt.

Secundo requiritur, vt sit Simonia realis, & non sufficit mentalis, aut conuentionalis, ex Nauar. & Zerula vbi supra, & Ludouico Gomes. quæst. duodecima, in princip. de trien. possess. vbi ait Rotam in multis causis ita decidisse. Et huic Constitutioni similis est alia extrauagans Martini V. in Concilio Constantiensi; nec non alia Pij V. quæ incipit; *Cum primum. §. Et vt Simoniacæ prauitatis*, quæ est constitutio V. eiusdem in ordine, vbi hanc Pauli II. Constitutionem inuiolabiliter obseruari mandat, & delinquentes tam in Sacrorum ordinum receptione, vel collatione, quam in beneficiorum assecutione alijs pœnis afficit, Alia ad hanc rem pertinentia apud Conc. Trident. sessio. vigesimaquarta de reformat. capitulo decimoquarto, legi possunt.

8 Quarta excommunicatio habetur in extrauag. Martini V. sub Rubrica de regularib. quæ incipit. *Viam ambitiosæ. vbi excommunicat cum reseruatione omnes fratres Mendicantes, sine speciali Papæ licentia transeuntes ad ordines, & Monasteria non Mendicantium, vt ibi sint fratres, excepto ordine Cartusianorum; & etiam admittentes eos.*

9 Canonis huius materia est ambitiosus transitus de Religione ad Religionem; Et quoad personas est particularis, ligat enim solos Fratres Mendicantes ex vna parte, & Monachos alios, exceptis Cartusiensibus, ex parte recipi, &, recipere, & tam recepti, quam recipientes sine 11
speciali licentia Papæ sunt excommunicati, neq sufficit licentia generalis Papæ, vt patet ex textu, & docent Angel. verbo. excom. 5. casu 52. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 71. Syluest. verbo excom. 7. num. 82. excom. 45. Tabiena, verbo, excom. 7. casu 11. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 74. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 106. §. vigesimasecunda. & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ, titu. 9. quæst. 78. num. 114.

10 Quinta excommunicatio habetur in extrauagan. Sixti I I I. sub Rubrica, de Reliquijs, & venera. Sanct. quæ incipit. *Graue nimis, vbi excommunicantur omnes qui ausi fuerint in sermonibus ad populum, vel alias quolibet modo affirmare, quod tenentes gloriosam Virginem Mariam es-*

sit sine peccato originali conceptam, peccent mortaliter, vel esse hæreticos. Et similiter qui idem asseruerint de tenentibus contrariam opinionem, nempe, quod fit in originali peccato concepta, cum nondum, inquit, sit a Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum. Quam etiam Constitutionem obseruandam præcipit Conc. Trid. in sessione quinta, in Decreto de peccato originali, §. vlt. Hanc etiam Constitutionem Pius V. qui est 119. in ordine Extrau. quæ incipit, *Super Speculam*: innouauit, confirmauit, & approbauit.

21 Canonis huius materia est sacrilega, seu præceps affirmatio coiusdam ambigui in doctrina Christiana circa conceptionem Beatæ Virginis: Et quo ad personas in vtroque casu est vniuersalis; quoad actiones vero, in vtroque casu actio est præsumptuosa assertio vnius, vel alterius partis, vnde, qui sine præsumptione de simplici de vnā, aut alteram partem assereret, hanc excommunicationem non incurreret, vt Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 78. Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 107. §. vigesima quarta. & Sebastianus Medices par. 2. summæ, titulo no no qoest. 78, nu. 209. testantur. Qoi verò eam incurrunt, nō nisi à Romano Pontifice, excepto mortis articulo possunt absolui.

22 Sexta excommunicatio est in Extrauag. Bonifacij Papæ viij. sub Rubrica, de sent. excom. quæ incipit: *Excommunicamus, vbi excommunicat omnes facientes promissionem, vel pactum temporalium pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda in Curia Romana, & contra dantes, & recipientes aliquid paruum, aut magnum ex pacto, aut promissione occulta, vel manifesta facta etiam sub generalibus verbis, & Papæ reseruatur absolutio*, Et quamuis Palud. 4. dist. 18. quæst. 3. post articulum 3. §. sequitur de casibus, in fine, & Angelica, in verbo, excommunicatio, 7. casu 34. & Syluest. in verbo excommunicatio, 7. nu. 82. Excommunicatione 46. dicant reuocatam fuisse per Clementem V. quod etiam docuerunt Ioan. Calder. & Ioann. de Lignano ibidem, necnon Nauar. in Manuali. cap. 27. nume. 106. §. vigesima tertia. & in Comment. Extrauagan. Greg. XIII. quæ incipit, *Ab ipso.* Nunc tamen renouata est Constitutio hæc eum omnibus suis pœnis, & censuris, & etiam extensa ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ prædiximus, & auxiliantes, cōsiliantes, vel fauentes, à Gregorio Papa XIII. anno Domini 1574. die octaua Nouembris per Extrauagantem incipientem, *Ab ipso Pontificatus nostri principio*, & est 28, constitutio eiusdem in ordine quam ad longum explicat Nauarrus in cōmentario de datis, & promissis pro iustitia, & gratia obtinenda. Quæ Gregorii XIII. Constitutio habet in summa excommunicationem incurrere eos, qui pro iustitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apostolicam promittunt, dant vel accipiunt aliquid, immò, & scientes non reuelantes intra triduum; quin etiam vtentes sic obtentis, & auxilium, consilium vel fauorem in id præstantes, nec ab alio, quam à Papa possunt absolui, & omnia obtenta esse inualida, & omnes perdere ipso iure sua beneficia, & officia, & infames, ac inhabiles ad ea, & quælibet alia fieri. De cuius intellectu legendus est Nauarrus vbi supra,

24 Septima excommunicatio habetur in extrauagan, Sixti IIII. sub rubrica, de pœnit. remission. quæ incipit, *Et si Dominici vbi excommunicantur cum reseruatione, qui ex priuilegio Papæ Sixti IIII. absoluunt ab aliquo istorum quinque votorum, scilicet peregrinationis in Hierusalem, & Romam, & Compostellam, Religionis, & Castitatis, nisi in dictis confessionalibus fiat mentio illorum de certa scientia, cum derogatione illius Extrauagantis.* Quæ extrauagans hodie vt notat Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 105. §. decimaoctaua, nullius roboris esse videtur, cum ea confessionalia iam desierint, sed solum inde habetur, quod dispensatio quinque votorum in ea contentorum reseruatur Papæ, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur, vt ait ibi Nauar. Quod verò in eadem Extrauag. ... Bulla cenæ contentis, excom... Papa absoluendam incurrere, quam... pore Sixti iiij. nunc tamen falsum est, vt c. 2, ... tertiæ expositione a nobis latius expositum est, ... dum hæc intelligenda sunt, quæ docet Sebast. Medices Summa peccatorum capital. q. 78. nu. 4. ...

25 Præter has aūt excōicationes inueniuntur multæ aliæ, quales sunt multæ, quæ dicuntur Ioan. xxij. & aliorum Summorum Pontificum, quę non possunt esse vtentium consensu firmatæ, ex quo vt ignotæ aut incertæ fuerunt, aut sunt, & potius particulares sunt, & Religiosis p modū Priuilegij, ex aliquibus causis olim concessæ, quæ nunc quodammodo cessare videntur, quæ legi possunt apud S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 70. Angel. verbo, excommunicatio, 5. in fine Syluest. verbo, excom. 7. in fin. Tabienam ? verbo, excommunicatio, 7. Caie. verbo, excommunicatio, post cap. 81. Martin. Ledesm. 2. q. 26. art. 2. pag. 358. & Nauar. in Man. c. 27. num. 108. & deinceps, ad finem, & Alphon. Viuald. in suo Candelabro aureo, par. 2. tracta. de excommunicatione, nu. 129. & Cosmum Philiarchum lib. 3. de offic. Sacerdotis. cap. 30.

De excommunicationibus Summo Pontifici reseruatis in Extrauagantibus recentioribus necdum iuri in sertis. Ca. XXXI.

SVMMA.

1 *Ministri quicunque Cameræ Apostolicæ rationem administrationis fideliter non reddentes excommunicantur, & à solo Papa absoluuntur.*

2 *Papatum ambientes, eiusque causa Simoniam committentes excommunicationem incurrunt, & à solo Papa possunt absolui.*

3 *Promissiones, stipulationes, aut pacta, quæ (vulgo* Scommesse *dicuntur) aut aliquem alium contractum super vita, aut morte, aut super futura creatione Summi Pontificis excommunicationem Papalem incurrunt.*

4 *Duellum committētes, aut locum ad id concedentes excommunicati sunt, eorumque absolutio Papæ reseruata est.*

5 *Ecclesias parochiales habentes, quarum prouisio ad Papæ dispositionem pertinet, non adimplentes iuramenta fideiussoria, si Episcopis inferiores sint, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt.*

6 *Ecclesias, aut beneficia ecclesiastica per confidentiam accipientes, vel retinentes excommunicati sunt, & à solo Pontifice possunt absolui.*

7 *Inquisitorē, aut aliquem S. Inquisitionis ministrum verberans, occidens, aut quouis modo perturbans, excommunicationem incurrit, a qua non nisi a Papa absolui potest.*

8 *Pœnitentiariæ officiales eis interdicta expedientes, aut concedentes excommunicati sunt, & a solo Papa absoluendi.*

9 *Moniales absque licentia ex causa incendij, aut infirmitatis, lepræ, aut epidimiæ concedenda, de clausura exeuntes, excommunicationem Papę reseruatam incurrunt.*

10 *Mulieres cuiuscunque gradus & dignitatis claustra Monialium, & Monachorum virtute Apostolicarum facultatum*

cultatum ingredientes in excommunicationem Papalem incidunt.

11 *Mulieres ingredientes clausfra Monialium, & Monachorum siue licentia, & prætextu facultatum Apostolicarum, an excommunicatæ sint*

12 *Abbates, & Abbatissæ, & Conuentuum superiores, in Monasteria, & domus suas sub prætextu facultatum Apostolicarum mulieres ingredi facientes, vel permittentes, excommunicationem incurrunt.*

13 *Prælati Regulares, aut Episcopi quibus concessa est facultas ex officio ingrediendi monasteria Monialium, quibus in casibus ea vti possint.*

14 *Inferiores Episcopis ex priuilegio, aut consuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis accipientes, in excommunicationem Papæ reseruatam incidunt.*

15 *Iudicem casuum, & gratiarum eum indulgentijs populo proponentes, ita vt cuicunque eas accipienti certa soluta pecunia licitum sit eligere Sacerdotem, & ab eo absolui si inferiores Episcopis sint, excommunicationem Papalem incurrunt.*

16 *Bannitum, vel homicidam ad Ciuitatem Romanam reuocantes, excommunicati sunt, & à solo Papa absolui possunt.*

17 *Bannitos, aut homicidas in terris suis admittentes post Sixti V. nouam Constitutionem excommunicacionem non incurrunt.*

18 *Christianos habitantes in terris occupatis a Turcis capientes in seruos, & eos cum bonis suis relinquere nolentes excommunicati sunt, & à solo Papa absoluendi.*

19 *Iurare facientes illicita aut impossibilia, aut Ecclesiasticæ libertati, aut Concilij Tridentini decretis contraria si Episcopis inferiores sint, excommunicationem Papalem incurrunt.*

20 *Iuramẽtum illicitum ad sui obseruationem non obligat.*

21 *Duellum committentes diuersis summorum Pontificum Bullis, ac etiam Concilij Tridentini decretis excommunicationem incurrunt, a qua non nisi a Papa poterunt absolui.*

22 *Bulla Clementis Papæ VIII. contra pugnantes in duello edita, quas personas comprehendat.*

23 *Scripta, seu Manifesta ad duellum prouocantia in Bulla Clementis VIII. contra duellantes edita, quænam prohibita censeantur.*

24 *Duellum committentes, si in ipso conflictu obierint, Ecclesiastica sepultura priuantur, Ciuitates autem, & loca, in quibus duellum permittitur, interdicta subijciuntur.*

25 *Duellum tam priuatum, quam publicum, & animæ, & corpori noxium est, & a Diabolo introductum, & inuentum.*

26 *Montium pietatis, & aliorum locorum piorum, bona, cẽsus, aut iurisdictiones occupantes, quacunque dignitate præfulgeant, excommunicati sunt, & à solo Papa non nisi post restitutionem absoluendi.*

1 PRima Excommunicatio habetur in Extrauagan. Pauli Papæ III. quæ incipit, *Cum, sicut accepimus, nonnulli*. & est 46. in ordine eiusdem, vbi, *Ministros quoscumque Reuerendæ Cameræ Apostolicæ rationem administrationis fideliter, & integrè, sub quibuscunque prætextibus, & coloribus non reddentes excommunicatione maiori excommunicat, à qua, nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem nisi in mortis articulo absolui nequeant*. Contra facientes præter excommunicationis pœnam, etiam periurij, & falsi, nec non decupli cuiuslibet partitæ crediti cameræ omissæ, seu non solutæ irremissibiliter exigendæ, & dictæ Cameræ applicandæ, necnon alias ad Summi Pontificis arbitrium pœnas ipso facto incurrunt. De reuisione autem & redditione huiusmodi computorum interesse Cameræ Apostolicæ tāgentium, extat Bulla Pij Papæ iiij. quæ incipit: *Romanum decet*. & est 158. in ordine eiusdem, vbi etiam Bullam prædictam, Pauli iii. confirmat, & innouat.

2 Secunda excommunicatio habetur in Bulla Pauli Papæ IIII. incipiente: *Cum secundum Apostolum*. edita 1558. decimoseptimo Kalen. Ianuarij, & est constitutio 38. eiusdem in ordine. In qua *omnes, & singuli tam Clerici, quam laici vtriusque sexus, cuiuscunque dignitatis, honoris, & auctoritatis sint, qui Papatum ambiunt, eiusque causa Simoniam committunt, aut viuente Summo Pontifice, per se, vel alios, inconsulto eodem Pontifice, verbis, scriptis, aut nuncijs cum aliquo de futuro Pontifice eligendo tractant, aut tentant, ipso iure & facto, absque alia desuper ferenda sententia excommunicati maiori excommunicatione, & maledictione æterna damnati sunt, & ab excommunicatione, & maledictione huiusmodi per alium, quam per summum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolui non possunt*. Incurrunt insuper respectiuè crimen Simoniacæ hæreseos, & læsæ Maiestatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cuiusuis alterius maioris, vel minoris, dignitatis, ac Cardinalatus honoris, nec non Ducalis, Regalis, Regnalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, & omnium, ac singularum Ecclesiarum, ac officiorum, prout latius in prædicta Bulla habetur.

3 Similem Bullam edidit Gregorius Papæ XIIII. quæ incipit, *Li Maluaggi*, anno 1590. Martij 20. in qua *omnes cuiuscunque gradus, status, dignitatis tam sæcularis (etiamsi Ducali, Regia, vel Imperiali, aut aliaquauis mundana dignitate præfulgeant) quam Ecclesiastica (etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, vel Cardinales sint) sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibet, ne promissiones, stipulationes, conuentiones aut pacta (quæ vulgo SCOMMESE dicuntur) aut contractum aliquem nominatum, aut innominatũ faciant super vita, aut morte, aut super futura creatione Summi Pontificis viuente ipsommet Summo Pontifice, aut vacante Sede Apostolica. Quam etiam sententiam incurrunt permittentes huiusmodi tacitè, vel expressè fieri in terris, ciuitatibus, locis, & dominijs eorum, aut consilium, auxilium, aut fauorem in prædictis dantes, a qua non nisi a Summo Pontifice pro tempore existente, excepto mortis articulo absolui possunt*. Plura de materia electionis summi Pontificis legi possunt in Bulla Iulij Papæ II. inci. *Cum tam diuino*. quę est secunda eiusdem in ordine & in Bulla Pij IIII. incip. *In eligendis*, quę est 81. eiusdem in ordine, in quibus latius de hac re agitur.

4 Tertia excommunicatio habetur in Extrauag. Pij Papę IIII. quę incipit: *Ea quæ*. & est Constitutio 25. eiusdem in ordine, *vbi excommunicantur cum reseruatione omnes cuiuscunque status, & dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam mundanæ (exceptis Imperatore, ac Regibus) in duello pugnantes, aut aliquos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, seu campum ad pugnandum dantes, seu concedentes, ac in illo astantes, & interessentes, ac certantes, comitantes, & comitiuam præstantes, necnon consulentes, ac adhærentes, & fautores, necnon chartas duelli subscribentes, aut affigentes, seu publicantes, seu de illo se intromittentes*.

Similes constitutiones antea fecerunt Iulius Papa ii. vt paret in Extrauag. 9. eiusdem in ordine, quę incipit. *Regis pacifici*., & Leo Papa X. in Extrauagan. 29. eiusdem in ordine, quæ incipit, *Quam Deo*, & Clemens Papa vii. in Extrauagan. 11. eiusdem in ordine, quę incipit, *Consueuit*.

& Iulius Papa iij. in Extrauag. 56. eiusdem in ordine, quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, & postea eandem, seu similem Constitutionem habes in Concil. Tridentino sess. 25. de reform. cap. 19. & in Extrauagan. 82. Gregorij Papæ XIII. quæ incipit: *Ad tollendum*. cuius meminit Nauar. in Manual. cap. 27. nume. 150. §. quinquagesima nona. vbi Concilium Tridentinum etiam Imperatores, & Reges pœnam excommunicationis incurrere statuit, si in prædictis delinquant. Reseruatio autem in sola Extrauaganti Pij Papæ iiij. habetur, vnde Imperatores, & Reges quãuis per Concilium Tridentinum excommunicentur, censura tamen quoad eos non est ibi Sedi Apostolicæ reseruata. Sed de hac re plenius agemus infra, in excommunicatione Clementis Papæ viij. in qua hæ Bullæ omnes renouantur, & ad alias personas, & actiones extenduntur.

5 Quarta excommunicatio habetur in extrauag. Pij Papæ iiij. quæ incipit: *Inter multiplices curas, quibus ex pastoralis officij debito*, Constitutio 87. eiusdem in ordine, *vbi omnes inferiores Episcopis prouisi de parochialibus Ecclesijs, seu earum perpetuis vicarijs, & alijs beneficijs Ecclesiasticis curã animarum habentibus, per obitum vacantibus, ad Papæ prouisionem & dispositionem spectantibus, & eadem à Papæ præstito iuramento, & obligatione de eisdem beneficijs infra certum tempus personaliter deseruiendis obtinentibus, non adimplentes iuramenta fideiussoria; Necnon illi, in quorum fauorem beneficia prædicta resignant, & dimittunt; & etiam illi qui ad id auxilium, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè scienter præstant, excommunicationem incurrunt, a qua non nisi per Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, absolui possunt.*

6 Quinta excommunicatio continetur in Extrauagan. Pij Papæ iiij. quæ incipit. *Romanum Pontificem*, & est constitutio 109. eiusdem; & in Extrauag. Pij Papæ V. quæ incipit: *Intolerabilis*, quæ est constitutio 87. eiusdem, *vbi omnes (Cardinalibus, & Prælatis huiusmodi exceptis) accipientes aperte, aut occulte, vel retinentes Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quæcunque in confidentiam, excommunicantur, & à Summo Pontifice tantum absoluuntur.* De qua re legendus est Nauar. in Manual. cap. 23. num. 109. & deinceps, vbi hanc Pij V. Bullam explicat.

7 Sexta excommunicatio habetur in Extrauag. Pij V. incipiente: *Si de protegendis*, & est 33. eiusdem in ordine, in qua *excommunicat omnes cuiuscunque dignitatis, & gradus sint, qui aliquem ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, alijsve Ministris prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quiue Ecclesias, ædes, aliasve res siue publicas, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta siue publica, siue priuata vbicunque posita combusserit, diripuerit, seu interuerterit, seu ex incendio, & direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue capiendi, siue comburendi, siue supprimenai causa fuerit, siue res, aut personas seruari, defendiue prohibuerit, quiue carcerem, aut aliam custodiã seu publicam, seu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, siu emiserit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occuluerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cætum, concursumve fecerit, siue, vt aliquid prædictorum fieret, omnes accommodauerit, siue alias auxilium, consilium, aut fauorem publice, vel occulte in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succisum, direptumve, nullum denique damnum reipsa sit secutum, à qua censura, non nisi à Romano Pontifice absolui possunt.* Præter hanc pœnam, alias etiam incurrunt; nam & ei sunt lesę maie[...] stiorum, filij eorum perpetuo [...] di, vt ex dicta constitutione colli[...]

8 Septima excommunicatio habetur in [...] & est con[...] pæ V. quæ incipit, *In omnibus rebus*, [...] eiusdem, §. *omnes vero, vbi excommunicantur officiales sacræ Pœnitentiariæ expedientes, aut concedentes in sacra Pœnitentiaria interdicta eis per Bullam præfatam, aut accipientes aliquid etiam à sponte dantibus, aut alias pro expeditionis celeritate, aut alio extraordinario labore, & absolutionem ab alio, quam a Romano Pontifice (excepto mortis articulo) obtinere nequeunt.*

9 Octaua excommunicatio est in Extrauagan. Pij Papæ V. quæ incipit: *Decori.* & est centesima constitutio eiusdẽ, *vbi excommunicantur moniales quorumcunque ordinum, etiam a Regali, vel illustri prosapia ortæ, exeuntes de clausura, quacunque occasione, & prætextu, absque licentia, ex causa magni incendij, aut infirmitatis, lepræ, aut epidimiæ, tantummodo concedenda; Quam etiam sententiam incurrant eas concomitantes, aut receptantes laicæ, vel Ecclesiasticæ personæ quæcunque, siue consanguineæ fuerint, siue non: Ac etiam superiores aliter exeundi licentiam concedentes, nec ab alio quam à Summo Pontifice (excepto mortis articulo) absolui valeant.*

10 Nona excommunicatio habetur in Extrauagan. Pij Papæ V. quæ incipit: *Regularium*, & est 22. constitutio eiusdem, *vbi excommunicat cum reseruatione, omnes mulieres cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, etiamsi Comitissæ Marchionissæ, vel Ducissæ sint, ingredientes clausura Monialium, & Monachorum, virtute facultatum Apostolicarũ, quas reuocat: Prælatos vero, & Monachos eas introducentes, vel admittere præsumentes, à Diuinis suspendit, & officijs, quæ in præsentia obtinent, priuat, & inhabiles in posterum ad illa, & alia omnia reddit.*

11 Circa quam constitutionem Nauar. in Manuali capit. 27. nume. 150. §. sexagesimaprima. notat, quod licet solum ingredientes monasteria prædicta vigore huiusmodi facultatum Apostolicarum excommunicati sint per Extrauag. prædictam, ait tamen Pium V. declarasse mentem suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia. At certè, vt rectè notat Cosmus Philiarchus lib. 3. de officio Sacerd. c. 30. casu 31. in fine Bullæ, non solum ipsius Pij Papæ V. sed etiam Gregorij xiij. quam statim referam, non loquitur nisi de ingredientibus sub prætextu licentiæ, & pœnæ non sunt vltra proprios casus extendendæ, arg. c. odia, de reg. iur. lib. 6.

12 Similem constitutionem edidit postea Gregorius Papa xiij. Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimoquinto Idibus Iunij, Pontificatus sui anno quarto, vt habetur in Extrauagan. quæ incipit: *Vbi gratiæ.* & est 46. constitutio eiusdem, *vbi reuocat omnes facultates ingrediendi Monasteria, & loca Monialium, & virorum cuiuscunque ordinis, concessas quibuscunque personis, etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem, vel supplicationem. Eisdem inhibendo sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, super qua a nemine nisi Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium impertiri possit, ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac alijs Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur districtè præcipit sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos, & loca sua quenquam prætextu huiusmodi facultatum, & licentiarum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibet, & interdicit omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licen-*

licentiarum ab Episcopis, vel superioribus quibus illa concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus duntaxat vrgentibus ingredi, neue Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.

13 Circa quam constitutionem notat idem Nauarr. vbi supra, quod licet non meminerit ingressus sine facultate, credendum tamen est eandem mentem ei fuisse, quæ Pio V. vt supra dictum est, & ita seruare dicit sacram Pœnitentiariam; sed, vt supra diximus, ex verbis Bullæ nequaquam id colligi videtur. Quibus omnibus addo Gregorium Papam XIII. in alia sua constitutione, quæ incipit: *Dubijs quæ emergunt*. Anno Domini 1581. 23. Decembris, quæ est 74. eiusdem in ordine, declarasse, *Prælatos quoscunque Regulares, aut Episcopos, quibus tributa est facultas ex officio ingrediendi Monasteria Monialium, ea vti non posse, nisi in casibus necessarijs, & à paucis, ijsque senioribus, ac Religiosis personis comitati. Et contrafacientes pro prima vice, ingressu Ecclesiæ interdicuntur, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensi sunt, deinceps vero ipso facto absque alia declaratione excommunicantur; Regulares vero omni officio, ac ministerio priuati excommunicationem similiter incurrunt*. De hac re etiam similia habentur apud Concil. Trident. sess. vigesimaquinta de Regular. & Monialibus capitulo quinto.

14 Decima excommunicatio habetur in Extrauag. 106. eiusdem Pij V. quæ incipit, *Durum nimis. vbi excommunicantur singulares personæ accipientes priuilegio aut consuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis, nec ab alio, quam à Romano Pontifice excepto mortis articulo, absolui possunt: Episcopi vero contrafacientes, tamdiu à Pontificalis officij exercitio sunt suspensi, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur. Capitula vero, & Collegia quæcunque Ecclesiastico interdicto subiacent* & similem Constitutionem in Extrauag. 2. de ele. & Extrau. vnic. Sede vacante, vt autem notat Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo. num. 150. §. sexagesimaquarta. constitutio hæc non includit loca pia. De qua re plura legi possunt in Conc. Trid. sess. 24. de reform. capit. decimo quatto vbi mandatur Episcopis, vt prauas consuetudines ecclesiarum Collegiatarum, & Cathedralium, aliquid recipiendi in prouisionibus beneficiorũ tollant, & aboleant, quas omnes consuetudines, & Constitutiones Pius V. vbi supra reuocat. Ceterũ, vt notat Cosmus Philiarch. libro tertio de offic. Sacerd. capitulo trigesimo, casu vigesimo quinto per hanc Pij V. constitutionem non præiudicatur fabricę, sacristiæ, & alijs pijs locis, aut operibus, nec etiam capitulis, mensis, aut personis, quibus fructus beneficiorum vacantium ante collationem, seu possessionis apprehensionem, ex statuto, consuetudine, vel priuilegio sunt applicati, prout in fine eiusdem constitutionis habetur.

15 Vndecima excommunicatio habetur in Extrauag. Pij V. quæ incipit, *Quam plenum*, & est Constitutio eiusdem 99. *vbi excommunicantur, omnes Episcopis inferiores, proponentes populo indicem casuum, & gratiarum cũ indulgẽtijs, ita quod cuicunque illas accipienti certa soluta pecunia licitum sit quem voluerit sibi sumere Sacerdotem, qui confessione audita ipsum absoluere valeat, non in eis tantum casibus, in quibus simplex sacerdos absoluere potest, sed etiam in ijs, qui solis Episcopis reseruati reperiuntur. Episcopi verò, & alij Antistites etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, contrafacientes ab ingressu, & perceptione fructuum suarum ecclesiarum tamdiu suspensi sunt, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur. Inferiores verò ab Episcopis excommunicationem incurrunt, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere*. De hac re plura statuit Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 9. & sess. 25. & de Indulg. & idem Pius V. constitutione sua trigesima, quæ incipit, *Etsi Dominici*.

16 Præter has excommunicationes reperiuntur alię Põtifici Romano olim reseruatæ, vna Pij Papæ II. quæ incipit. *Ad retinendas*, & est in ordine constitutio octaua eiusdem, in qua *excommunicantur Legati, & Gubernatores, & alij homicidam, vel bannitum ac Ciuitatem reuocantes, etiam per diem vnum, vel noctem etiam cum saluo conductu, nec ab alio quam à Romano Pontifice, excepto mortis articulo absolui poterunt*? Alia etiam excommunicatio cum simili reseruatione absolutionis, lata fuit à Paulo Papa II. vt apparet ex Constitutione 5. eiusdem, incipiente, *Viros Sanguineos, vbi excommunicauit Dominos subiectos Ecclesiæ Romanæ in eorum districtu occidentes, aut vulnerantes, vel occidi, aut vulnerari facientes patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domesticum, propter vindictam suam, vel ob amici, vel propinqui iniuriam*.

17 Aliam deinde constitutionem similem promulgauit Iulius Papa II. vt patet ex constitutione 5. eiusdem, quæ incipit: *Cum homines. In qua excommunicauit Barones, Dominos, ac Ciues Romanos, Ecclesiæ subiectos, admittentes supradictos bannitos, & homicidas in terris suis, recipientes; & retinentes, seu auxilium, consilium, vel fauorem eisdem præstantes, & absolutionem sibi reseruauit*; Quas omnes deinde Extrauag. Pius Papa V. cum eisdem pœnis confirmauit, in constitutione 13. sua, quę incipit, *Ex superna*, Et postea has omnes innouauit, confirmauit, & ampliauit Greg. Papa XIII. in constitutione sua 66. incipiente, *Tanta*. Quas demum Extrauag. omnes Sixtus Papa V. in cõstitutione sua 7. quę incipit, *Hoc nostri*. confirmauit, cum pœnis in eis contentis, præterquam excommunicationis; quam excommunicationis penam, ne animarum perniciem potius, quam salutem adferret, penitus sustulit, & abrogauit.

18 Duodecima excommunicatio habetur in Extrauag. 56. Pij Papæ V. quæ incipit, *Licet omnibus, vbi excommunicat eos, qui Christianos habitantes in terris occupatis à Turcis capiunt, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remigare cogunt, taleam imponunt, aut eorum bona diripiunt, aut eos libere cum liberis suis, coniugibus, & bonis abire non permittunt; Nec à tali excommunicatione, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui possunt*.

19 Decima-tertia excommunicatio habetur in Extrau. Gregorij Papæ XIIII. quę incipit, *Inter Apostolicas*, edita anno 1594. Nonis Septembris, & est constitutio 103. eiusdem in ordine. vbi renouat constitutionem quandam Nicolai Papæ III. & de nouo *singulares quascunque personas Episcopis inferiores iurantes, aut iurare facientes illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati, aut Decretis Concilij Tridentini aduersantia, excommunicat. Episcopos autem, & alios quoscunque Pontificali dignitate præditos, suspendit à Diuinis; Capitula verò, & Conuentus eorumque Ecclesias, & loca omnia interdicto Ecclesiastico supponit; & relaxationem suspensionis, & interdicti, necnon absolutionem ab excommunicationis sententia Summo Pontifici pro tempore existenti reseruat, & talia iuramenta irrita, & nulla esse declarat, aliasque pœnas tam iurantibus, quam huiusmodi iuramenta exigentibus inflixit; vt ex dicta Bulla colligi potest*.

20 Causa verò huius constitutionis, sicut & illius Nicolai Papæ III. ea fuit, eo quod in nonnullis ecclesijs erat consuetudo, vt prælati, & canonici, in eorum ecclesijs non admitterentur, & quod officiales ciuitatum, & terrarum ad officia non reciperentur, nisi prius se statuta, & consuetudines ipsarum ecclesiarum, aut ciuitatum, et locorum scripta, & non scripta, & clausa iurauerint seruaturos. Quia verò in statutis, & consuetudinibus prædictis interdum aliqua reperiebantur illicita, impossibilia, & ecclesiasticæ libertati & Concilij Trid. decretis

obuiantia, ne sub tali generalitate iurandi sic iurantibus peccandi occasio præberetur, cum iuramentum non fuerit institutum, vt vinculum esset iniquitatis, prædicti Pontifices declararunt, talia iuramenta non ligare iurantes, quatenus mala, & illicita sunt, & Ecclesiasticę libertati, & Concil. Trident. contraria. Qua etiam de causa Pius V. in Bulla quadragesimaseptima, eiusdem in ordine, quæ incipit. *De salute.* obligationes, iuramenta, & vota a quibusuis personis, Vniuersitate, vel Collegio de taurorum, & aliarum bestiarum agitatione facta, tanquam a charitate Christiana aliena prohibet, irritat, & annullat.

21 Decimaquarta excommunicatio Papæ reseruata habetur in Bulla nouissima Clemen. Papæ V I I I. quæ incip. *Illius vices.* Anno Dominicæ incarnationis Millessimo quinquagesimo nonagesimosecundo. 16. Kalend. Septemb. contra pugnantes in duello publice, vel priuatim; cuius Bullæ hæc summa est.

Primo, renouat Bullam quandam à Pio I I I I. de hac re editam, *contra quoscunque Principes, ac Domicellos, ac alios omnes permittentes in suis dominiis & terris duellum fieri, aut singularia certamina, aut diffidationes facientes, ac ad id inuitantes, procurantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, illisque astantes, & interessentes; nec non chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes. Qui omnes, & singuli Imperatore, ac Regibus inferiores (si laici fuerint) maioris excommunicationis; & (si Ecclesiastici fuerint) vltra eam, etiam priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnas eo ipso incurrunt, à quibus non nisi a Romano Pontifice absolui possunt.* Est autem hæc Bulla 25. in ordine eiusdem Pij I I I I. edita anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, Idib. Nouemb. Pontificatus eiusdem anno 1.

Secundo, innouat decretum Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 10. vbi Concilium statuit, *vt Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso excommunicati sint, ac Iurisdictione, & dominio Ciuitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem Duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuentur de facto; & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrunt, & vt homicidæ iuxta sacros Canones puniri debent: Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa Duelli tam iure, quam facto dederint, aut aliaquacunque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores excommunicationem incurrunt.*

Tertio, confirmat Bullam Gregor. X I I I. quæ incip. *Ad tollendum.* editam anno Incarnationis Dominicæ 1582. Pontificatus eiusdem anno vndecimo, vbi præfatus Pontifex *dictas Concilij Tridentini pœnas extendit aduersus omnes illos, qui non publice, sed priuatim ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, sociique ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis cartulæ præcesserint; Quas etiam pœnas extendit contra locorum Dominos, si certamen ex condicto permiserint, aut (quantum in se fuerit) non prohibuerint: Necnon contra eos omnes, qui duellum huiusmodi fieri mandauerint, instigauerint, auxilium, consilium, vel fauorem dederint, aut causas, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrauerint, aut ex composito spectatores, vel socios sese quouis modo præbuerint, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa committatur.* Est autem hac Bulla 82. eiusdem in ordine.

Quarto confirmat *omnes tres prædictas, hoc est, Pij I I I I. Conc. Trid. & Gregorij X I I I. Constitutiones, ac decretum locum habere vult vbique gentium, & terrarum inter quascunque personas, etiam armatas, & in castris, seu propugnaculis militantes, etiam in terris, & dominijs hæreticorum.*

22 Quinto explicat in particulari personas, quæ prædictas pœnas incurrunt, & sunt istæ;

Primo, *s. Quilibet miles, qui in bello publico & forsan iusto indicto contra alterum in aduersariorum exercitu militantem, siue aliàs hostium castris, præsidijs, aut terris degentem priuatas inimicitias, & simultates publicæ causæ intermiscendo etiam Ducum permissu ex condicto ad singulare certamen descendit aut illum prouocat.*

Secundo, *qui pactiones ineunt de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit: vel si conueniant, vt non singuli cum singulis, sed bini, terni, aut plures, hinc inde pugnent.*

Tertio, *Locumtenentes, militum Duces, & Capitanei, in castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, qui cum militibus exercitus aduersariorum monomachiam in quocunque casu per præsentem, vel prædictas constitutiones prohibito permittunt, vel quantum in ipsis est, non prohibent, aut post admissum crimen veniam, & impunitatem concedunt.*

Quarto, *Omnes, & singuli, qui suo, vel alieno nomine scripta Manifesta, seu Fides vulgo appellatam, hac Bulla prohibita, aut libellos epistolas, carminue exempla dictant, componunt, scribunt, mittunt, deferunt, diuulgant, affigunt, exemplant, typis imprimunt, subscribunt, intimant, vel etiam verbo denunciant, seu attestantur.*

23 Scripta vero quæ in hac Bulla prohibentur sunt omnia illa scripta. *Manifesta, seu Fides vulgo appellata, quæ vel expresse prouocant ad huiusmodi certamen, vel sunt quasi quædam preparatoria ad chartulas, seu libellos prouocatorios, & ad duellum, & illorum veluti radices, aut semina, vt plurimum lacessendi aliquem ad pugnam, & suscitandæ simultatis, atque inimicitiæ materiam, & occasionem præbent, dum in illis per modum epistolæ, libelli, aut publicæ attestationis, & intimationis, siue per authentica documẽta, siue per vnius, pluriumvè chirographum, subscriptiones, aut relationes sub prætextu proprij, vel alieni honoris, & famæ, more militari, atque vt vulgò dicitur Cauallere, seu tuendi, aut lædendi, siue ad illatæ, propulsatæue contumeliæ aut iniuriæ probationem, seu tollendã illius suspicionem vel alicuius gestæ ad id pertinentis, vel verborum, aut responsionum series, & ordo narratur; vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo similiter asseritur, aut negatur, vt qui contradixerit, is siue nominatim, siue in genere mendacij arguatur, aut mentiri dicatur; Aut ad hunc effectum ex militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut respondetur, qua mente, aut quo sensu quippiam eiusmodi, quod ad superius expressa spectet, gestum, dictumue sit, vel offert se quispiam contra certam vel incertam personam, vel generatim contra quemcunque ad probandum armis, & verificandum etiam inito certamine aliquid ita esse, aut fuisse, vel non fuisse.* Imo vero non solum prohibentur huiusmodi scripta ad effectum, de quo superius dictum est, sed etiam *quæcunque denunciationes, declarationes, & testificationes talium rerum supradicta quoquomodo concernentium, & ob huiusmodi causas in locis publicis, vel priuatis, vbi hominum multitudo conuenire solet, etiam si scripto factæ fuerint.*

Quinto, *Qui alijs ad singulare certamen publice, vel occulte ineundum, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam siue ad huius generis scripta quæ Manifesta, quæque Chartulæ prouocatoriæ appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, consilium, operam vel fauorem præstiterint, siue id suaserint, aut mandauerint; Qui ue in præmissis, vel eorum aliquo se quomodolibet intermiscuerint, etiam si neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximus, neque expressa,*

pressa, & aperta pronocati subsecuta fuerit, neque scriptiones prædictæ, quę Manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatę extiterint, si per eos non steterit, quo minus publicatio aut denunciatio fieret.

Sexto denique, *omnes, & quicumque publicè, vel priuatim, palam, vel occulte, in quibuscumque locis modis, & formis, ac casibus in hac Bulla, & alijs prædictis Constitutionibus,* videlicet, Pij IIII. Gregorij XIII. & Concilij Tridentini decretis, *comprehensis, singulare certamen (quod Duellum vulgo dicitur) ex composito ineuntes, necnon id scelus suadentes, aut prouocantes, equos, arma; & commeatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos, litteras, nuncios, aut quacumque alia scripta huiusmodi quomodolibet peccantes, huiusque delicti socij de industria spectatores, patrini, fautores, defensores quacumque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

24 *Hi omnes, si singulares personæ sint, cuiuslibet Communitatis, Vniuersitatis, Collegij, aut Reipub. maiorem excommunicationem ipso facto incurrunt, & si in ipso conflictu obierint, sepultura Ecclesiastica perpetuo priuantur; Ciuitatis verò, Terræ, Opida, vel Castra, & loca, in quorum territorijs id facinus scientibus, & tacitè, vel expreße permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magistratibus, vel Senatu, aut Populo, admißum fuerit, interdicto Ecclesiastico supponuntur, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem ab alio, quam à Summo Pontifice pro tempore existente pęnitentia, & satisfactione congruè peracta, nisi in mortis articulo constituti nequeant obtinere, etiā prætextu quarumuis facultatum, et indultorum quibusuis personis tā Ecclesiasticis cuiuscumque ordinis, aut Militię, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminētia insignitis, per Sedem Apostolicam in genere, vel specie concessorum. Quę omnia quoad pręmissa nemini suffragari possunt; pœnis alijs tam spiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis nihilominus in suo robore permansuris.*

25 Quæ Bulla tametsi nonnullis paulo durior, & rigidior visa sit, maximè cum non solum de duello publico, sed etiam de occulto tractet, si tamen criminis huius grauitatem, & detestabilem hunc duellorum vsum, fabricante Diabolo, introductum, & inuentum, *vt* ex cruenta corporum morte, animarum, simul interitum, & perniciem lucretur, consideremus: simulque etiam diligenter cogitemus duellum priuatum non minus cruentum, & animæ, & corpori noxium esse, quam quod publicè perpetratur, sapienter admodum statutum esse prudens quisque fatebitur, vt homines, qui nimia indulgentia, & spe impunitatis, ac veniæ facilitate hactenus ad huiusmodi exitialia quædam, atque enormia delicta perpetrāda procliuiores extiterunt, ea sublata, & præclusa ab his abstineant, & caueant in futurum, dum se ab alio, quam à Romano Pontifice pro tēpore existente, excepto mortis articulo, absolui non posse intelligant. Neque enim tam rigida est hæc constitutio, vt quidam arbitrantur, cum, vt constat, non nisi personas, & actiones in ea expressas comprehendat, quæ ex condicto, & ad effectum committendi, aut procurandi duellum publicè, vel priuatim, aut alia in Bulla contenta, fiunt, & exercentur. Quia verò omnia & singula tam quoad personas, quam quo ad actiones in ea expressas, satis ex tenore verborū Bullæ manifesta sunt, non est, quod in eius explicatione immoremur.

26 Decima quinta excommunicatio habetur in Concilij Tridentini sess. 2. de reform. c. 11. *vbi excommunicantur omnes Clerici, vel laici, quacumque dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant, qui alicuius Ecclesiæ seu cuiusuis sæcularis, vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum Iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphytentica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitatē conuerti debent, per se, vel alios, vi vel timore incußo, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserint, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur. Nec priusquam iurisdictiones, bona, res iura, fructus, & redditus, quos occupauerint, vel qui ad eos quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint, Ecclesiæ, eiusque administratori, siue beneficiato integre restituerint, absolui debent, & tunc à solo Romano Pontifice absolutionem obtineant.* vbi etiam aliæ pęnæ appositæ sunt.

De excommmunicationibus ad Clericos de iure pertinentibus, quæ nulli reseruantur. Cap. XXXII.

S V M M A.

1 *Excommunicatio iuris quot casibus Episcopis reseruetur.*

2 *Episcopus in locis, vbi sunt populi diuersarum linguarum, & rituum, alium prælatum sibi vicarium, & subiectum constituere potest, & aliter se ingerens, ipso iure excommunicatus est.*

3 *Ciuitas, vel diœcesis in qua Græci, & Latini sunt, qualiter regenda.*

4 *Electus in Summum Pontificem paucioribus quam à duabus partibus Cardinalium, & electioni tali de se factę assentiens excommunicatus est, & omnes talem pro Papa recipientes.*

5 *Sacerdotes post monitionem officium Vicecomitis, aut præpositi sęcularis exercentes, excommunicantur.*

6 Sacerdotis *nomine an omnes in sacris existentes intelligi possint, & soleant.*

7 *Prælati an Regnorum gubernatores, seu vicegerentes Principum in sæculari iurisdictione exercenda esse possint.*

8 *Archidiaconi, Decani, & alij dignitatem habentes, & omnes Sacerdotes leges ciuiles, vel medicinam audientes, excommunicationem quando incurrant.*

9 *Capellania perpetua reputatur dignitas.*

10 *Clerici personatum habentes quinam censendi.*

11 *Clerici Ecclesiarum, & monachi Monasteriorum dantes operam, aut procurantes, vt quis Ecclesiæ vacantis custodiam vsurpet, excommunicationem incurrunt.*

12 *Clerici Episcopis inferiores, domos ad vsuram exercendam locantes, aut vsurarios manifestos de terris suis non expellentes, quando excommunicationem incurrant.*

12 *Clerici, qui terrarum, seu castrorum domini sunt, alienigenas publice fœnebrem pecuniam in terris suis exercentes, excommunicationem incurrunt, si eos in terris suis permittant.*

Alieni-

14 *Alienigena quis proprie censendus.*

15 *Oriundus dicitur is, qui ibi, vel in vico ciuitatis illius, est ortus.*

16 *Vsurarii manifesti quinam censendi.*

17 *Vsurarius siue Christianus, siue Iudæus sit, in terris, aut ciuitatibus ad fęnus exercendum non est permittendus.*

18 *Tempus trium mensium, intra quod Clerici e terris suis vsurarios expellere tenentur, a publicatione currere incipit.*

19 *Ignorans aliquem vsurarium, si domum ei locet, an ab excommunicatione liber & immunis esse censetur.*

20 *Vsurario domum ad habitandum locans, & non ad fęnus exercendum, in excommunicationem non incidit.*

21 *Clerici in Sacris matrimonium contrahētes, excommunicationem incurrunt, nec à talibus prætendi potest ignorantia.*

22 *Clerici bona Ecclesiæ alienantes, vel vltra triennium locantes, aut hypothecæ, aut feudo subijcientes, ipso facto excommunicantur, & talis alienatio, & locatio nulla, & irrita est.*

23 *Episcopi, ac ipsis superiores ad Romanam Curiam venientes, et inde absque Romani Pontificis licentia discedentes excommunicantur.*

24 *Episcopi, & eorum superiores ritum, aut habitum Beguinorum permittentes, excommunicatione m incurrunt.*

1 POst explicationem excommunicationum, quæ Summo Pontifici reseruantur, de alijs itidem quæ nulli reseruantur, agendum est, vbi hoc vnum ex Syluestro in verbo, excom. octaua, in princip. & Martin. Ledesm. in 2. 4. quæstione vigesima sexta, artic. secundo, pag. 358. colum. secunda, considerandum est, quod de iure in solis duobus casibus reseruatur excommunicatio iuris Episcopo. Prior est, quādo ipse fert excommunicationem in statuto perpetuo Synodali, & sibi absolutionem reseruat. Secundus est, quando absolutio est reseruata Papæ, & in casu eam Episcopo ratione dignitatis concedit; quia eo casu nullus inferior se potest intromittere, nisi ei cōcedatur, vel à iure, vt Abbati; vel ex priuilegio, vt Prælatis Mendicantium; vel ex commissione Papæ, aut etiam Episcopi, sicut simplici Sacerdoti. Excommunicatio autem quæ fertur in iure communi, & nulli reseruatur, relinquitur Ordinarijs absoluenda. Quas omnes vt clarius explicemus, eas primum, quæ ad Clericos, & religiosos, deinde, quæ ad laicos pertinent, afferemus.

2 Prima excommunicaio nulli reseruata ad Clericos pertinens, habetur in capit. Quoniam, de officio ordin. vbi dicitur, Quod vbi in ciuitate, vel Diœcesi vna populi sunt diuersarum linguarum, & rituum, Episcopus loci pro necessitate vrgente, potest Catholicum Præsulem nationibus illis conformem sibi vicarium constituere per omnia sibi subiectum & obedientem: Qui vero aliter se ingesserit, ipso iure excommunicatus est.

3 Canonis huius materia est vsurpatio Præsulatus, Et quoad personas est vniuersalis, quoad actiones vero, ponit vnam, scilicet, aliter se ingerere, quam ex ordinatione Episcopi. Quem Canonem statuit Innoc. III. in Cōcilio Generali propter diuersitatem nationum cum in eadem ciuitate sint Græci, & Latini, quo casu procedendum est per Episcopum loci, vt hic dicitur. De hac excommunicatione agunt Summa Astensis parte secunda libro septimo, tit. 2. casu 65. Angelica, verbo, excom. 7. casu 3. Anton. 3. part. tit. 25. c. 46. Syluest. verbo, exc. 9. numero 7. §. tertia. Tabiena verb. excom. 5. casu 16. Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 68. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 114. §. tertia. & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. nu. 72.

4 Secunda excommunicatio, habetur in cap. licet, de elect. vbi excommunicatur ille, qui electus à paucioribus, quam à duabus partibus Cardinaliū in Summum Pontificem, assentit electioni de se factæ, & similiter omnes talem recipientes pro Summo Pontifice.

Canonis huius materia vel est schisma, aut schismatis initium, vnde quamuis non sit reseruata, nisi habeat annexam hæresim, aut schisma, quo casu reponitur in Bulla cenæ Domini; quia tamē plurima alia, circa Summi Pontificis electionem à Iulio Papa II. in Extrau. sua 2. incip. cum tam diuino. & a Paulo Papa IIII. in Extrauag. sua 38. quæ incipit, cum secundum, & à Pio Papa IIII. in extrauag. sua 81. incip. in eligendis. illuc lectorem remittimus. De prædicta vero excommunicatione capit. licet, vide DD. ibi. & Astensem, par. secunda, libro septimo, tit. secundo, casu 19. Angel. verbo, excommun. 5. casu 2. Anton. 3. part. tit. 23. cap. 48. & Syluest. verb. excom. 9. §. secunda. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 4. numero 20. §. decimonono. Caiet. verbo, excōmunicatio, cap. 9. & Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 114. versic. secunda. & Sebastianum Medicem, part. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. num. 66.

5 Tertia excommunicatio nulli reseruata habetur in c. Clericis, ne Clerici vel monachi. vbi excommunicantur Sacerdotes, qui post monitionem officium Vicecomitis, aut præpositi sæcularis habuerunt.

Canonis huius materia est sacrilegium, quo per indecens officium Sacerdotio iniuriam facit ipse Sacerdos. Et quoad personas, solos Sacerdotes comprehendit, Actiones vero duas continet, vna est habere officium Vicecomitis, aut Præpositi, seu præfecti sæcularis: Secunda est, post monitionem nolle se emendare. Quæ duæ actiones simul in eo concurrentes ipsum excom-

6 municatum reddunt. Circa quem canonem notant Panorm. in d. ca. Clericis, numero octauo. & Angel. verbo, excommunic. septimo. casu 8. & Syluest. verbo, excommun. nono. numero 28. §. septima. versic. primo, in fine. Tabiena, verbo, excommunicat. 5. casu vigesimoquarto. Quod nomine, *Sacerdotis*, includuntur omnes existentes in sacris, qui largo modo appellari possunt Sacerdotes, argumen. capiti secundi, de cohab. Cleric. & mulier. Quamuis enim constitutio hæc pœnalis sit, & ideo restringenda, habito tamen respectu, quod excommunicatio hæc non sit latæ sententiæ, nisi post monitionem, & quia excommunicatio est magis medicinalis, quam pœna, vt in capit. cum medicinalis, de sentent. excommunicar. libro sexto, & quia Constitutio hæc ad decorem Ecclesię tendit, non debet verbum illud stricte sumi, argumen. eorum, quæ not. gloss. in capitulo sciant cuncti. in verbo, alins, de elect. libro sexto, Quorum expositio licet satis subtilis sit, minus tamen vera est, quandoquidem. vt rectius docent Caietan. in Summa, verbo, excommunicatio, capit. 76. & Henriquz libro 14. de Irregularitate, capit. 5. numero 5. in annotat. littera Q. soli Sacerdotes, si moniti retinent officium Præfecti sæcularis, aut Vicecomitis, excommunicantur, vt verba textus satis manifestant; si quidem Alexander Papa III. ibi duo statuit, vnum contra omnes Clericos in sacris ordinibus constitutos, scilicet, ne iudicium sanguinis exerceant, & contrafacientes hac pœna coercet, nimirum, vt honore, & loco, id est, ex glossa, & Panormitan. officio, & beneficio priuentur; Alterum, contra Sacerdotes, scilicet, ne officium Vicecomitis, aut Præpositi sæcularis habeant hac appo-

sita

sita pœna, vt si moniti non se emendent, excommunicationi subiaceant. Vnde, licet primus casus omnes existentes in sacris comprehendat, hic tamen secundus solos Sacerdotes includit, & pœnam diuersam continet, in pęnis autem stricta interpretatio facienda est, argum. ca. odia. de reg. iur. in 6. Nec obstat, quod in capitulo 2. de cohab. Cleric. & mulier. *Sacerdotis* nomine, alij etiã in sacris constituti, scilicet, Diaconus, & Subdiaconus intelligantur, hoc enim ideo verum est, quia Eugenius Papa ita mentem suam expoluit, dicens, *Si quispiam Sacerdotum, id est, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus*. Quo etiam modo Stephanus Papa 15. q. 5. cap. 1. eum quem in principio capitis Diaconum vocauit, in fine Sacerdotem appellat, quasi aliter ea vi nominis, & communi hominum intelligentia dicendum esset, nisi hi duo Pontifices se hoc modo nomen *Sacerdotis* accipere, ijsdem in locis explicassent. Vnde, cum Alexander Papa in casu primo, omnes in sacris constitutos intelligere se dicat, in secundo autem Sacerdotum tantum meminit, & ex verbis, mens authoris colligenda sit, dicendum consequenter est, solos Sacerdotes in hac secunda parte Canonis excommunicari. Quam tamen excommunicationem, vt communiter tradunt Doctores, non incurrunt clerici in minoribus, quicquid in contrarium sentiat Inn. apud Syluest. vbi supra: quia isti cum possent ad sæculum redire, argum. c. Tuæ, de apostat. & c. Ioannes de Cleric. coniug. & Clem. fin. de vita & honest. Cleric. exercendo ista seipsos deponunt, renunciando implicite Clericatui. & his consentit Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 117. §. septima. & eum sequitur Sebastianus Medices par. 2. tit. 9. q. 78. numero 179.

7 Aduertendum insuper est ex Panor. in ca. sed nec. nu. 7. & in c. Clericis, nu. 10. ne Clerici. vel monach. & Syluest. & Tabiena, locis proxime citatis, & Caiet. verbo, excom. c. 76. & Bernardo Diaz in practica Crimin. Canon. c. 56. & Nau. in Man. c. 27. nu. 117. versi. septima. & Simone Maiolo, lib. 2. de Irreg. c. 3. nu. 13. & c. 5. nu. 15. Clericis interdictum esse, ne possint esse Viceregés, vel Vicecomites, vel Locumtenentes Principum sęcularium in iurisdictione sæculari exercenda, nec Gubernatores Regni, vel administratores prouincię, tanquam officiales Principum sæcularium, id quod Maiolus, vbi supra, etiam Cardinalibus interdictum esse putat, & citant d. c. sed nec, & d. cap. Clericis. Quod tamen intelligunt, quando huiusmodi officium, seu iurisdictio sit aduentitia personæ: nam, si iurisdictio tẽporalis annexa sit, vel de nouo annecteretur Ecclesiasticæ dignitati (. vt contingit in Episcopis, & alijs Pręlatis habentibus vtramq; Iurisdictionem) tunc eam per se exercere poterunt, dummodo non infligant pęnam mortis, aut truncationem membrorum, ex Panor. in d. c. Clericis, nu. 9. Syluest. & Tabiena, vbi supra. Et idem dicendum est, si Iurisdictionem habeant iure proprio, puta ratione patrimonij; si quis enim Dominus tẽporalis efficeretur Sacerdos, Episcopus, seu Prælatus, non propterea perdit dominium sęculare, sed illud exercere potest, quemadmodum alius Episcopus habens vtramque Iurisdictionem. Addit autem Henriq. lib. 14. de Irreg. ca. 5. nu. 5. in annot. lit. Q. passim in Hispania Episcopos fieri Proreges, aut Præsides Senatus Regij; quæ sane officia, nec Episcopi illi, vtpote viri docti, & pij, susciperent, nisi ea licite administrare possent, accedẽte consensu Summi Pontificis; vnde hoc modo præfatos authores, & intelligendos, & limitandos esse censerem, vt illis hęc officia interdicta esse velint, nisi in illis administrandis summi Pontificis adsit assensus, qui pro sua auctoritate & prudentia huiusmodi officia illis interdicere, eorumue vsum, & exercitium concedere potest. Vnum tamen est, quod ex communi omnium Doctorum sententia tanquam certum haberi debet, Clericos, Episcopos, vel Cardinales, Cõsiliarios Principum sæcularium esse posse circa prudẽs Reipublicæ regimen, & populorum in officio continendorum prouidentiam, id quod pręter Panormit. Syluest. Tabien. Diaz, Maiolum, & Henr. vbi supra, Baldus in auth. Habita. C. ne filius pro patre. Dom. in ca. fin. d. 3. Ioan. And. in d. ca. Clericis, & Ioan. de Ananıa, in ca. ad audientiam, versic. tertio quæritur, de homic. testantur. Cauere tamen debent, vt præfati authores monent, ne consulant in criminali causa etiam reum absoluendum, quando ex hoc immineret actori pœna mortis, vel mutilationis membri in pœnã talionis. Consulere quoque, ac leges condere sine metu irregularitatis poterunt, etiam in quibus pœna mortis, & sanguinis imponitur, quando non imminet casus propter quem efficitur lex, sed generaliter, licet postea casus occurrat, vt quis interficiatur, quia tunc Clericus consulens in certam personam non animaduertit, sed solum prouidet, vt homines à delicto se abstineant, vt Dom. Bernardus Diaz, Henriquez & Maiolus vbi supra capit. 5. num. 15. pluribus tradunt.

8 Quarta excommunicatio nulli reseruata habetur in *capitulo. Super specula. Ne clerici, vel monachi.* vbi *excommunicantur Archidiaconi, Decani, Plebani, Præpositi, Cantores, & alij Clerici Personatum habentes. & omnes Sacerdotes audientes Leges, vel Physicam, id est, Medicinam, nisi infra spatium duorum mensium audire destiterint.*

9 Canonis huius materia est curiositas Legum ciuiliũ, & Medicinę. Quoad personas, ligat Clericos sęculares, aliquos quidem ratione ordinis, vt Sacerdotes, aliquos vero ratione beneficij, scilicet constitutos in dignitate Curata, vel non Curata. vnde Clerici sæculares obtinentes beneficia, etiamsi sint Subdiaconi, vel Diaconi, modo non habeant dignitatem, vel personatum, non ligantur hoc Canone, nisi beneficia illa parochialia sint Plebaniæ, habentes sub se Capellam, vel Capellas in qua, vel in quibus Capellis instituuntur Clerici perpetui, qui inde remoueri non possunt sine causa rationabili, vt declarauit Bonifacius Papa VIII. in capit. statutum. Ne clerici vel monachi. quia Capellania perpetua reputatur dignitas, ex glos. in d. capit. statutum, in verbo, Capellas, in addit. Econtra vero Sacerdotes etiam beneficium non habentes; item habentes dignitatem, vel Personatum, quamuis non habeant nisi minores ordines, eam incurrunt, si audiant per duos menses, & hoc etiãsi non egrediantur è suis terris, aut domibus. Clerici au-
10 tem Personatum habentes sunt Primicerius, & Thesaurarius, capit. nostris. de conce. pręben. Cancellarius, cap. vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Præcentor, & Succentor, capit. inter dilectos, de excessib. prælat. Magister scholarium, capit. quanto, ne prælati vices suas. Custos, cap. 1. & 3. de offic. custod. Sacrista, cap. 1. de offic. Sacrist. Archipresbyter, c. 1. 2. & 3. de offic. Archipresb. Et idem intelligi de alijs personalibus, qui secundum diuersas consuetudines habentur diuersi in diuersis Ecclesijs. Et denique per Clericos Personatus habentes, intelliguntur etiam illi, qui ex quadam prærogatiua in Ecclesia honorificum statum habent, etiam sine Iurisdictione, in cuius signum specificati sunt Cantores. At verò docendo has artes extra domum suam huius Canonis pœnam non incurrunt. Quę omnia colliguntur ex Panorm. in d. capitulo, super specula. Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 19. Angel. verbo, excommunic. 7. casu 3. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 52. Syluest. verbo, excom. 9. num. 22. §. sexto, & Tabiena verbo, excomm. 5. casu 22. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 50. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 116. versic. sexta.

11 Quinta excommunicatio nulli reseruata, habetur in capit. Generali, de elect. libro 6. vbi excommunicantur clerici Ecclesiarum, & Monachi Monasteriorum, & ceteræ personę earundem Ecclesiarum, & locorum, dãtes operam,

operam;seu procurantes, vt quis Ecclesiæ vacantis custodiam vsurpat. Imò Clerici,qui non opponunt se talibus, sicut debent, nihil recipere debent de prouentibus ipsarum Ecclesiarum, siue locorum, pro tempore, quo præmissa sine debita contradictione permiserint,vt patet ibidem; de qua re plura dicemus, cum de hoc Canone agemus, explicantes quando laici eius pœnam incurrant. Intelligitur autem hęc procuratio cum effectu subsecuto, quoniam vt accessoria ad tale fieri punitur. Hanc excommunicationem explicant Summa Astensis parte secunda, libro septimo, tit. secundo, casu 53. Angel verbo,excommun.septimo, casu 15.vbi ait hac procurationem fieri opere, consilio, persuasione, vel cooperatione. Anton.3.par.titul.25.capit. 18. Syluest. verbo,excomm.9.num.40.vers. Decimaquarta, Tabiena,verbo, excommunicatio, quinto,casu 28.Caiet.verbo,excommunicatio,cap.38.Nauar.in Manuali,capit. vigesimoseptimo,numero 121.§.decimaquarta, & Sebast. Medic.par.2.titulo 9.quæstione 78.numero 64.& Doctores in dicto capit.generali.

12 Sexta excommunicatio habetur in cap.vsurarum,de vsur.libro sexto,vbi excommunicantur Clerici minores Episcopis, in quatuor casibus,Primus est, si alienigenas, & alios non oriundos de terra ipsor publicè fœnebrem pecuniam exercentes,aut exercere volentes permittant in terris suis vel domos conducere, vel conductas habere,aut illas inhabitare, ad hoc,id est, ad vsurā exercendam. Secundus est, si huiusmodi vsurarios manifestos intra tres menses de terris suis non expellant de cetero non admissuri; Tertius est, Quod non locent eisdem domos ad fœnus exercendum. Quartus est quod non concedant quocumque alio titulo eisdem domum ad exercendum fœnus.

Canonis huius materia est vsurariæ prauitatis fomentum; Et quoad personas est particularis,ligat enim solos Clericos minores Episcopis. Continet autem quatuor actiones, Prima est, permittere; Secunda est,non expellere; Tertia est, locare domos; Quarta est,quocunque alio titulo concedere domos ad vsuram exercendam.

13 Circa quem Canonem hæc aduertenda sunt ex Paludano,quarto,distinctione 18.quæstione 3.art.quarto,§. sequitur,versic.quartus fœnerat.Summa Astensi, part. secunda,libro septimo, titulo secundo,casu 55.& 56.Angelica, verbo,excommunicatio,7.casu 32.Anton.parte tertia,titulo vigesimoquinto,cap.49. Syluest.verbo, excommun.9.numero 60.§.trigesimaprima.Tabiena,verbo,excommunic.quinta,casu 38.Caiet.verbo, excommunicatio,capit.52.& Nauar.in Manuali,ca.27. num. 136.§.trigesima.

Primo,quod casum primum, & secundum solum incurrunt Clerici,qui sunt Domini terræ, vnde dicitur in textu[*In terris suis.*] Si quidem tam permittere, quā expellere illius tantum est,qui habet potestatem,& non singularis personæ;casum verò tertiū, & quartum quilibet Clericus Episcopo minor incurrit, si quidem tam locare,quam quouis alio titulo concedere domos ad fęnus exercendum singularis personæ esse potest.

14 Secundo per alienigenas hoc loco intelligi eos, qui non sunt de terris illius dominij,ad cuius territorium transfert, id est si vsurarius transfert se de vna terra ad aliam eiusdem dominij immediatu,non habet locum hic Canon. Cum igitur Canon iste sit pœnalis, nō comprehendit illum,qui,vel eius pater est ortus in illo dominio, adeo,vt Ioannes natus Romæ,filius Petri Perusini non comprehenditur inter alienigenas respectu Perusij. Et nota, quod non est idem,esse sub eodem Domino & sub eodem dominio, quia aliquando sub eodem Domino sunt diuersa dominia, diuersorum titulorum, puta Regnum Aragoniæ,Granatæ, Portugalliæ, Neapolis, sub Rege Philippo III.

15 Tertio, Oriundus dicitur,qui ortus est ibi,vel in vico Ciuitatis illius.ff.ad municipa.l.qui ex vico,vel etiam si pater eius inde originem duxit,ff.eod.tit.l.assumptio,§. filius. Vnde constitutio hęc non extenditur ad vsurarios indigenas,id est,inde genitos,quia non est tantum scandalum in istis,ac in illis:& quia minus scandalum est in expulsione alienigenæ, quam indigenæ; & quia magis consueuerunt homines vereri inter suos exercere fœnus, quam inter extraneos, & ideo magis prouidendum fuit de alienigenis,quam de indigenis.

16 Quarto vsurarij de quibus hic agitur, debent esse manifesti;scilicet,vel euidentia facti,vt cum vsurarius tenet mensam paratam ad pecuniam mutuādam cuilibet sub vsuris, sicut mulier in prostibulo cuilibet patet; vel qui notorius est de iure, vtpote conuictus, & condemnatus de vsuris;vel qui conuinci potest per argumenta, & alia adminicula;vel qui confessus est coram testibus se vsurarium esse.

17 Quinto, satis est ad hanc pœnam incurrendam quod vsurarius sit Christianus,vel Iudeus,ex Syluest.Ang.& Tabien.cit.& Gem.in d.c.vsurarum,& Nau.vbi supra, & Sebastiano Medice par.secunda.Summę,tit.9.quęst. 78.nume.213.textus enim indistinctè loquitur, & idem docent Card.in Clemen. prima,de vsur.& Bald.in quodam consilio,quod incipit, Inter Iudæos.& est communis DD.vt constat.

18 Sexto, tempus trium mensium incipit currere a publicatione,ex gl.in d.c. vsurarum, in verbo tres menses, & Syluest.vbi supra,§.terno.

19 Septimo,ex gl.in d.c. vsurarum, in verbo, ad fœnus, Syluest. & Tabiena locis allatis, & Anton.vbi supra,si locans ignorat ipsum esse vsurarium, probabilis ignorantia ipsum excusat,ex quo autem scit,debet illum expellere, quod verum est, quando locauit ignoto, vel etiam noto, qui vsuras exercere non consueuit.

20 Octauo, Requiritur ad hanc pœnam incurrendam,vt locet ad exercendum fenus actualiter, vel virtualiter, & idem si alio quocunque titulo eisdem conceda tad fęnus exercendum, scilicet si titulo pignoris, con modati,depositi, & huiusmodi, in quibus non transfertur dominium,& idem si donet,aut vendat,ad hoc,id est,ad exercendum fenus,quia tales sunt tituli,ff.pro donat.C. de vsuca p.pro donato,& pro empt. Nam verbum,*Concedat*,est verbum generale. Dixi *Ad fœnus exercendum*, quia non sufficit locare ad habitandum,licet in alia domo fenus exerceat,quia textus dicit, *Ad fœnus exercendum*,& constitutio est pœnalis,& consequenter restringenda.

21 Septima excommunicatio habetur in *Clement. vnica de consang. & affinit. vbi Clerici in ordinibus Sacris constituti matrimonium contrahentes excommunicantur.*

Canonis huius materia est Sacrilegum matrimoniū, Quoad personas est particularis,complectitur enim solos Clericos in sacris constitutos: quoad actiones vero vna tantum reperitur,scilicet, contrahere matrimonii. Nec in talibus prætendi potest ignorantia,quāuis vt notant.glos.in d.clement.in verbo,contrahentes.& Asten sis,par.2.lib.7.tit.2.casu 81.& Syluest.verbo,excomm. 9.§.quadragesimaprima,versi. nono,vbi esset probabilis ignorantia, vt in ordinatc ad Sacros in amentia, vel dormitione, & in eo casu, quo character imprimitur, vel intra pubertatem,non esset locus huic pœnæ. De qua re plura DD.citati & Angel. verbo, excommunicatio, 7.casu 41.Anton.3.par.tit.25.cap.34. Tabiena verb.excommunic. quinto,casu 49.Caiet.verbo,excommunicatio,cap.47. Nauar.in Manuali,cap.27. numero 141.§. quadragesima. & Sebast. Medices par. secunda Summæ,tit.9.quæst.78.num.120.tradunt.& nos infra multa alia de laicis agentes adducemus.

22 Octaua excommunicatio habetur in Extrauagan. vnic. Pauli Papæ II.sub titulo, De rebus Ecclesi.non alien,

alien. vbi Clerici, & religiosi, qui bona Ecclesiæ, vel alienant, vel vltra triennium, aut hypothecæ, aut feudo, aut Emphyteusi subijciunt, vbi iure non permittitur, præter quod talis alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio nullius sint momenti, tam alienantes, quam res, & bona prædicta recipientes, ipso facto excommunicationem incurrunt.

Canonis huius materia, vt ait Caietan. verbo excommunicatio, capit. 75. est Sacrilegium circa alienationem rerum Ecclesiæ, quoad personas continet quoad hanc excommunicationis pœnam clericos, & religiosos: Actiones vero duas continet, scilicet locare, & locata recipere. Vbi Caietan. & Sebastianus Medices, in Summa par. 2. tit. 9. quæstio. 78. numero 8. notant tres casus licitos esse.

Primus est locationis, & conductionis intra triennium.

Secundus est Emphuteusis habens tres conditiones, scilicet in casibus iure permissis; & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim; & cum euidenti vtilitate ecclesię.

Tertius est alienationis fructuum, qui seruando seruati non possunt, vt frumentum, vinum, & huiusmodi, in his enim tribus non incurritur excommunicatio. Addunt autem Caietan. vbi supra, & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 149. §. quinquagesima secunda, & numero 150. extrauagantem hanc in paucis locis esse receptam, & consulenda est praxis; plura de hac alienatione bonorum ecclesię statuit Concil. Trident. sess. 25. de reform. capit. 11. vbi statuit inter alia, vt nulla locatio valeat anticipari solutionibus in præiudicium successorum.

23 Nona excommunicatio habetur in extrauag. 2. & extrauag. 3. Ioannis Papę XXII. sub rubrica de maior. & obed. vbi Episcopi, ipsive superiores ad Romanam Curiam venientes, si inde absque Romani Pontificis licentia discesserint, tam ipsi, quam illos receptantes excommunicati sunt.

24 Decima excommunicatio habetur in extrauagan. Sancta Romana. Ioannis Papę XXII. sub titulo, de relig. domib. vbi excommunicantur Episcopi, & eorum superiores, & alij Prelati quicumque, si ritum, habitumve Fraticellorum, Bisochorum siue Beghinorum permittant. Cuius etiam meminerunt S. Anton. 3. parte, tit. 25. capit. 42. & Caietan. verbo, excommunicatio, capit. 5. & Sebastianus Medices parte 2. Summę, tit. 9. quęst. 78. num. 25.

De excommunicationibus ad Religiosos in iure spectantibus, quæ nulli reseruantur. Cap. XXXIII.

S V M M A.

1 *Religiosi omnes claustris suis ad leges, aut Medicinam audiendam exeuntes, quando excommunicationem incurrant.*

2 *Religio in proprijs monasterijs leges, aut Physicam audientes, vel legentes in excommunicationem non incidunt.*

3 *Religiosus exiens monasterium, causa honorandi amicum suum incipientem lecturam de legibus, vel de medicina excommunicationem non incurrit.*

4 *Tempus non limitatum quoad suum principium tunc principium habere censetur, quando probibita transgressio incipit.*

5 *Religionis nouæ habitum assumentes, aut ordinem nouum sine Papa licentia adinuenientes excommunicati sunt.*

6 *Habitum nouum accipiens, vt per se solitarius, tanquam Eremita in domo sua, vel alio loco degat, excommunicationem non incurrit.*

7 *Religiosi habitum suum temere dimittentes excommunicationem incurrunt.*

8 *Habitus dimissio temeraria, ad boni viri arbitrium iudicari debet.*

9 *Habitum Religionis suæ ex causa rationabili abscondens nec peccat, nec excommunicatus est.*

10 *Habitum suæ Religionis sine causa, vel ob causam malam abscondens excommunicationem non incurrit.*

11 *Habitum dimittens cum intentione eum non reassumendi quando peccet, & excommunicetur.*

12 *Habitus monacho etiam in lecto, & quouis alio loco annexus esse debet.*

13 *Habitum ex iocosa leuitate ad horam dimittens nec excommunicationem incurrit, nec mortaliter peccare censetur.*

14 *Habitum dimittens, vt melius dormiat, aut quiescat, vel vt pulices quærat, aut piscetur, in excommunicationem non incidit.*

15 *Habitum dimittens cum intentione reassumendi ob causam illicitam, quando peccet, & excommunicationem incurrat.*

16 *Derelicta res esse non dicitur, nisi quando reassumi non intenditur.*

17 *Transiens à sua religione ad aliam, etiam illicitè habitum suæ religionis temere dimittere non censetur.*

18 *Religiosi accedentes ad quæuis studia litterarum sine Prælatorum suorum licentia in excommunicationem incidunt.*

19 *Religiosi accedentes ad studia Theologiæ sine licentia suorum superiorum excommunicationem incurrunt.*

20 *Abbas sine consensu conuentus, licentiam suis exeundi ad studia dare non potest.*

21 *Regularis ad loca Religionis suæ, vbi est studium, pergens sine Prælati licentia excommunicationem non incurrit.*

22 *Abbas vadens ad Scholas sine licentia superioris sui excommunicationem incidit.*

23 *Episcopus circa Monasteria non exempta, licentiam adeundi Scholas sine consensu superioris conuentus dare nequit.*

24 *Religiosi administrationem, vel beneficia non habentes, qui noualium, aut alias decimas Ecclesijs debitas, & ad eos non spectantes, sibi vsurpare præsumunt, excommunicati sunt.*

25 *Religiosi non soluentes decimas, dummodo alijs, vt soluant, non prohibeant, excommunicationem non incurrunt.*

26 *Monachi ad curias Principum sine licentia speciali suorum Prælatorum se conferentes, vt damnum aliquod suis prælatis, aut monasterijs inferant, excommunicati sunt:*

27 *Religiosi intrantes curiam Principum cum licentia Præ-*

Prælati, si ad damnificandum intrent, excommunicationem incurrunt.

28 *Monachi sine licentia Abbatum intra septa monasteriorum arma tenentes excommunicationem incurrunt.*

29 Armorum *appellatione quænam veniant intelligenda.*

30 Septa Monasterij *quænam loca comprehendant, aut significent.*

31 Arma tenere *quis dicendus sit, ad hoc vt censuram cõtra tenentes arma incidere censeatur.*

32 *Beguinarum statum assumentes, aut assumptum sectantes, aut eas admittentes excommunicati sunt.*

33 *Beguinæ quænam dicendæ sint, & de quibus rebus disputare solebant.*

34 *Religiosi, aut Religiosæ matrimonium contrahentes excommunicationem incurrunt.*

35 *Religiosi Mendicantes absque Romani Pontificis licentia, loca de nouo recipientes quando excommunicationem incurrant.*

36 Mendicantes *qui propriè dicendi sint.*

37 *Mendicantes loca noua acquirentes, aut vetera mutantes quando incurrant excommunicationem.*

38 *Noua loca, seu domos nouas acquirere, quis censendus.*

39 *Religiosi à solutione decimarum debitarum aliquos retrahentes excommunicationem incurrunt.*

4[0] *Religiosi retrahentes à solutione decimarum vt excommunicationem incurrant, quæ requirantur.*

41 *Religiosi confitentibus suis conscientiam de soluendis decimis facere negligentes, si in tali negligentia prædicare præsumant, ipso facto excommunicationem incurrunt.*

42 *Religiosi vt excommunicationem in tali negligentia prædicantes incurrant, quæ requirantur.*

43 *Religiosi scienter confitentibus suis conscientiam facere de soluendis decimis omittentes ab officio prædicationis suspensi sunt.*

44 *Religiosi interdictum Ecclesiæ Cathedralis, seu matricis non obseruantes excommunicantur.*

45 *Religiosi vt excommunicationem in non obseruando interdictum Ecclesiæ matricis incurrant, quæ requirantur.*

46 *Matrix Ecclesia quænam dicenda, & quare sit appelletur.*

47 *Metropolitana Ecclesia respectu interdicti prouinciæ, an Matrix dici possit.*

48 *Religiosi interdictum non seruantes, quod nec matrix Ecclesia obseruat, licet excommunicationem non incurrant, alijs tamen pœnis ligantur, & quænam illæ sint.*

49 *Religiosi Mendicantes, & Ecclesiarum parochialium rectores pacem inter se factam violantes, excommunicati sunt.*

1 Rima excommunicatio contra religiosos lata, & nulli reseruata, habetur in ca. non magnopere, & c. super specula. ne clerici, vel monachi. vbi religiosi omnes tacitè, vel expressè professi, de claustris suis ad audiendum Leges, vel Physicam exeuntes, & intra duos menses ad claustrum non redeuntes, excommunicati sunt.

Canonis huius materia est curiositas legum ciuilium & medicinæ: Continet autem duas actiones subordinatas scilicet exire claustrum, & audire per spacium duorũ mensium. Ad cuius intelligentiam notanda sunt ista ex Panorm. in d. cap. non magnopera, & c. super specula, Palud. 4. distinct. 18. quæst. 3. art. 1, vers. quintus, Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. a. casu 27. Angel. verbo, excommunicatio, 7. casu 9. Syluest. verbo, excommunicat. 9. nu. 22. §. sexta. Tabiena, verbo, excommun. 5. caso 22. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 50. Nauar. in Manuali c. 27. nu. 116. §. sexta. & Sebastiano Medices par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 78. num. 13.

2 Primo ad hanc incurrendam requiruntur tria. Primo vt exeant claustra monasterij. Secundo, quod exeant intentione audiendi, & interueniat auditio; Tertio, quod intra duos menses non redeatur ad claustrum. Vnde si in proprijs monasterijs, aut domibus audiunt, vel legunt dictas scientias, non ligantur his pœnis, quia tex. loquitur de exeuntibus monasterium, & ideo locum habere non debet in non exeuntibus, sed studentibus, vel legentibus in claustro, cum constitutio hæc pœnalis sit, & ideo non ampliand[a], sed restringenda, maximè cum causa impulsiua huius constitutionis fuerit, ne religiosi extra monasteria vagarentur. Imò (vt ait Caiet.) qui hæc audiret extra claustrum, sic quod lectio quidem auditur extra claustrum, ipsi tamen habitant in suo claustro, non incurrunt hanc pœnam; quia isti non exeunt claustra, vt habitent extra claustrum, in qua significatione textus accipit, exire de claustro, vt patet ex hoc, quod duorum mensium spatium dat redeundi ad claustrum.

3 Similiter, si quis claustrum non causa, & intentione audiendi has scientias interdictas, sed ex alia causa honesta rationabili, & permissa exiret, licet postea audiat istas scientias etiam vltra duos menses, nisi postea mutato animo staret extra monasterium propter istas scientias principaliter, non incurrit hanc pœnam, ex Panorm. in d. ca. non magnopere. num. 9. Ang. cit. num. 3. Syluest. vbi supra, num. 22. & Tabiena, §. tertio. Qui textus fundat se super exitu monasterij causa audiendi has scientias, & pœnæ non sunt extendendæ. Si verò exiret causa audiendi has scientias, & illis studeret, & non redeat intra duos menses, pœnam huius canonis incurrit. Si verò exeat ea intẽtione, sed intra duos menses reuertatur ad claustrum, etiamsi sæpius eas scientias audiret, non erit excommunicatus; sicut nec excommunicatus erit si post exitum hac de causa mutato proposito audiat Theologiam, vel canones etiam vltra duos menses, quia textus requirens regressum intra duos menses, respectum habuit ad effectum ipsum audiendi, vel ad perseuerantiam propositi prioris, quæ erat causa standi extra monasterium. Similiter est excommunicatus qui egreditur monasterium causa honorandi amicum suum incipientem lecturam de legibus, vel de medicina, & audiat eum, si redeat intra duos menses.

4 Secundo, tempus horum duorum mensium ex communiori DD. sententia incipit currere quoad religiosos, à tempore exitus de monasterio causa audiendi has scientias prohibitas, sic Panorm. dicto ca. super specula. nu. 8. & refert ad hoc Innocen. Petr. de Anchar. Abb. Card. & alios, & hanc sequuntur Angel. Syluest. & Tabiena. Quia quando tempus non limitatur quoad suum principium, intelligitur tunc habere principium, quando prohibita transgressio incipit, quod sanè tempus quantum ad religiosos est in ipso exitu de monasterio ad habitandum alibi, sine legitima causa, & licentia.

5 Secunda excommunicatio nulli reseruata habetur in c. vnico, de religiosis domib. lib. 6. vbi excõmunicantur primo omnes nouum ordinem, aut religionem adinuenientes, vel habitum nouæ religionis assumentes. Secundo excommunicantur oẽs fratres ordinum Mendicantium post Concil. Lateranense sub Innocentio Papa III. celebratum.

tum, qui aliquid proprium ex Regula eorum habere non possunt, si aliquem ad professionem recipiant, vel si domum vel loca de nouo acquirant, aut, domos, seu loca quę habent, sine Sedis Apostolicæ licentia speciali alienant.

Huius excommunicationis meminerunt Astensis in Summa, par.2.lib.7.tit.2.casu 54. Angel. verbo, excommu.7.casu 22. Syluest.verbo, excomm.9.nu.45.§. vigesima. Tabiena, verbo, excom.casu 5.35.& Nau.in Man.c.27.nu.127.§.vigesima.

6 Sub hac tamen censura non comprehenduntur Fratres Prædicatores, & Minores, qui post dictum Concilium instituti sunt. Sed neque Eremitarum Sancti Augustini; & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum Cōcilium Generale præcessit, vt in d.c.vnio, in fine, habetur. Neque etiam incurritur hæc pœna, ex eo quod aliquis, vel aliqua accipiat aliquem nouum habitum, vt per se solitarius, tanquam Eremita, in sua domo, vel in alio loco, degat, vt notant pręfati DD. post gloss. in d.cap. vnico. in verbo, habitum. Et similis constitutio fere habetur in ca. vnico, de excess. pręlat. lib.6. quoad Mendicantes noua loca acquirentes ad habitandum; vel antiqua alienantes, vel mutantes absque speciali Papę licentia. Hęc tamen constitutio non tam ampla est, ac prior, neque transgressoribus pœnam excommunicationis imponit, sicut illa, vt falso putant Anton.part.3.tit.25.c.60.& Caiet.verbo, excommunicatio, c.56.

7 Tertia excommunicatio nulla reseruata habetur in *cap. vt periculosa, ne Clerici, vel monachi, lib.6. vbi excommunicantur omnes Religiosi tacitè, vel expressè professi aliquam religionem approbatam temere habitum suæ religionis in scholis, vel alibi dimittentes.*

Canonis huius materia est immoderata dimissio habitus, & quoad personas ligat solos religiosos; actionem verò vnicam tantum punit, scilicet temerariam habitus dimissionem.

8 Circa quam sententiam hęc notanda sunt, ex Palud.in 4.d.18.quæst.3.art.3.§.secundus extrauagans. Summa Astensis par.2.lib.7.tit.2.casu 36. Angel.verbo, excomm.7.casu 27. Syluest.verbo, excomm.6.num.51.§. vigesima quarta, Tabiena, verbo, excommun.5.casu 23. Anton. tertia par.tit.25.capit.54. Caietan.verbo, excommunicatio, cap.61. Nauar.in Manual.cap.27.nume.131.§. vigesima quarta.& Sebastiano Medice, par.2.Summę, ti.9.quæst.78.num.87.

Primo ad incurrendam hanc pœnam, requiritur vt [*temere*] id est, sine causa rationabili habitum dimittat, quę causa arbitrio boni viri dijudicabitur; Nam aliquando dimissio habitus est sine peccato, & nō temeraria, vt ex ijs quę infra dicemus, manifestum erit.

9 Secundo, vt omnes casus, & diuersas opiniones DD. afferamus, & quid probabilius sit, ostendamus, distinguendum est inter absconsionem habitus, & habitus dimissionem: & quidem abscondendo ex causa rationabili, nec peccat, nec incurrit hanc pęnam, nam vt habetur in cap. Deus qui, de vita & honest. Cleric. permittitur ad vitandum scandalum, vt intus solum, & non exterius habitum deferat, & fatentur omnes DD. Si verò abscondat ex causa non rationabili vel illicita, tunc quidem certum est peccare; immo Ioan. Andr. in dict.cap. Deus qui, & gloss. in clem. quoniam, in verbo, extrinseci, de vita, & honest. Cleric. & Ioan. Andr. in Mercurial. super regula fin. de reg. iuris, libro 6. tenent esse excommunicatum, quia in d. capitulo Deus qui, permittitur, vt abscondatur ratione scandali; ergo aliud dicendum esset, vbi nulla causa subesset. & hanc etiam opinionem tenet Angel. vbi supra, numero primo ante factum, post factum verò, tenet opinionem Panormitan. quam paulo post referemus. Syluester autem vbi supra, numero 153.§. quarto, tenet etiamsi ex rationabili causa abscondat, incidere in hanc pęnam, nisi sit talis causa, quæ excusaret etiam ex toto dimittentem; quia tolleretur ratio, & vtilitas dicti cap. vt periculosa. cum æquè vagari, ac omnia possit facere portans habitum latentem, sicut non portans omninò. Caietan. verò & Nauar. vbi suprà, & Domin. Bannes, in 2.2.quæst.12.art.1.quæst.3.dub.2.conclus.vltima, & Greg. de Valentia tomo 3.disput.1.quæst.12. puncto primo, volunt incurrere pœnam huius capitis, quando ita abscondit, vt non appareat religiosus familiariter conuersantibus cum eo, ob rationem Syluestri vbi supra, & quia talis licet non dimittat habitum materialiter deferi enim habitum dimittit tamen, inquit Caiet. formaliter habitum suæ religionis; quia dimittit ipsum vt habitum, quo discerni potest, & cognosci vt religiosus talis religionis: vbi verò ita occultatur habitus, vt tamen à conuersantibus secum, quamuis non ab omnibus prætereuntibus videatur, quod sit religiosus talis religionis, tunc dicunt hi duo authores, Caietan. & Nauar. quod non incurrit hunc Canonem, quia nec materialiter, nec formaliter suæ religionis habitum dimittit ex toto, quamuis secundum quid aliqualiter dimittere dici possit. At verò Panorm. in d. capitulo Deus qui. numero quarto, de vita, & honest. Cleric. & Tabiena, vbi supra, §. primo. post Ioan. de Lign. & Zenzel. in d. clem. quoniam. absolute docent non incurrere hunc Canonem abscondendo. Non enim valet hoc argumentum, Non licet sine causa; ergo incidit in pęnam huius capitis: siquidem, vt patet ex d. capitulo Deus qui, iuncta gloss. ibi aliud est ex toto dimittere, aliud est superius non portare; nam permittitur in superiori dimissio, & tamen inferius, & subtus tenetur portare, vt glossa, in d. capitulo Deus qui, in verbo, professi, docet. ergo non incurrit hunc Canonem, cum hic requiratur totalis dimissio, At verò, vt diximus, aliud est ex toto dimittere, aliud in superioribus tantum deferre, vt in casu nostro supponitur. Et hæc opinio mihi verior videtur, tum ob rationem dictam; tum quia, cum sit constitutio pęnalis non debet extendi, saltem ad casum non habentem omnimodam rationem, argum. capituli odia, de reg. iur. libro sexto. Ad hoc igitur, vt excommunicationem incurrat, necesse est, vt totaliter dimittat, & iura à DD. contrariæ opinionis citata solum probant peccare cooperiendo sine causa, vel propter malam causam, nullo autem modo probant, quod incurrat excommunicationem. Et hanc opinionem nostram tenet etiam Paludan. vbi supra, docens licere habitum intus abscondere, & alio tegere ne agnoscatur, ob bonam causam, vt puta, quia equitat, & non vult agnosci, cuius religionis sit, vult tamen, vt ne ferat habitum aliquem religiosum etiam exterius.

10 Quoad dimissionem verò habitus distinguendum etiam est, vel enim primo dimittit cum intentione non reassumendi, & tunc si durat in illo proposito, quousque occurrat ratio scandali, puta quia exijt extra Monasterium sine habitu, aut apparet etiam in Monasterio coram sæcularibus, & sic peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem, ex Rosella, & Syluest. vbi supra, numero quinquagesimoquarto, §. Quinto, & Tabiena, cit. §. Primo, quicquid Angel. contrarium putet, in eo, qui manet in Monasterio, sed malè: quia talis verè est Apostata: Si verò mutaret propositum, & reassumeret habitum, antequam veniret casus scandali, tunc siue intra, siue extra Monasterium esset, non incurreret, ex Syluest. & Tabiena, locis proximè allatis, & est doctrina valde rationabilis. Vel Secundo, dimittit habitum cum intentione reassumendi illum, & tunc quidem etsi habitus adeo annexus esse debeat ossibus Monachorum, quod in quocunque loco sistentes, siue in lectulo quiescentes, constanter eo vti debeant, argum. capituli vidua, 20. quæst.1.& capitulo sanctimonialis, dist. 23. vbi etiam glossa addit in lecto cum infirmitate, si tamen sit causa rationabilis, & iusta dimittendi, tunc quidem, vt docent gloss. in cap. si quis ex Clericis, in verbo, relaxauerit, & in c. Clerici in verbo, causa, de vita, & honest. Cleric. & Palud. 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3.

§.secundus extrauagans. Angel. Syluest. Tabiena, & Nauar.& Caiet. vbi suprà, non peccat, vt qui ex timore, & metu latronum dimittit, vnde gl. in d. cap. si quis ex Clericis, & Palud. docent, quod dum quidam reprehenderetur à Papa ob dimissionem habitus, respondit his versibus.

Tutius vt peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit, vt finerem luxuriare comam.

& idem docet Syluest. si quis causa infirmitatis, medicinæ, & huiusmodi dimitteret.

13 Item, quamuis dimissio sit cum peccato, quia tamen quælibet talis dimissio non sit mortalis, non incurrer hanc censurā, & dant authores exempla, puta, vt ait Palud. Si dimittit ex iocosa leuitate ad horam, vt aptius lignum scindat, vel currat, vel lapidem proijciat, & idem docent Syluest. & Tabiena, quia vt ait Palud. non est verisimile Papam in quibusdam minutis tantum laqueum ponere voluisse, nec omni illicito apponitur sententia excommunicationis, etiam in eodem genere, io quo aliquid sub ea sententia cadit: sicut si feratur pro furto, intelligitur pro notabili, quod sit mortale, non autem pro modico, puta solidi vnius, aut duorum, aut fortè multo plurium, ex Syluest. & Domin. Bannes vbi supra, conclus. 1.

14 Item ex Ioan. Andr. in d. c. vt periculosa. Angel. Anto. Syluest. & Tabie. vbi supra, qui dimittit, vt dormiat, vel vt melius quiescat, vel vt quærat pulices, vel propter balnea, vel propter piscationem, vel ne in Sacris vestibus gibbus appareat. Imò addit Caietan. quod dimittens habitum etiam per totum diem domesticè manendo, non est excommunicatus, si hominum sæcularium conspectui non se exhibeat, tum quia propriè, inquit, non est temeraria dimissio, tum quia cessat legis ratio expressa de materia euagationis, hoc enim pro ratione canonis in textu assignatur.

15 Sin autem dimittat cum intentione reassumendi propter causam illicitā, puta propter aliquod quod de se est peccatū mortale, vel sibi prohibitum à iure, vt facere tabernam, vel histrionem, vel similia, tunc vel stat in ista dimissione, quousque occurrat ratio scandali, exeundo monasterium, seu in monasterio coram multitudine laicorum, tunc quamuis quidam dicant, quod non incurrit quibus fauet Syluest. vbi supra, num. 53. §. tertiò, quia dimittere cum intentione reassumendi, non est propriè dimittere, ff. de diuor. l. diuortium: nam dimittere est derelinquere, sed res non dicitur derelicta, nisi quando non

16 intendit reassumere, & ideo cum ista sit pœna, non debet extendi; melius tamen dicendum est secundum Paludan. vbi supra, quem sequuntur S. Anton. & Tabiena locis allatis, quod si aliàs dimittat habitum ex turpi causa, vt de nocte eundo ad lupanar, incidit, cum hæc sit vagatio extra Monasterium, etiam cum scandalo, quicquid Syluest. in d. §. Tertio. & Nauarr. vbi supra talem ab excommunicatione liberare conentur; Si verò dimittit ex causa illicita, & tamen non stat in illa cum scandalo, puta, in sita camera dormit cum meretrice, vel simile, tunc non videtur incurrere, quia textus adducere videtur vagationem scandalosam pro causa, quæ non est in hoc casu.

17 Demum his omnibus addo, quod quamuis quis transeundo ad aliam religionem, etsi irretractabiliter transeat, non temere tamen dimittit suæ religionis habitum, quia non est amplius suæ religionis habitus, si tamen non transeundo ad aliam religionem habitum alterius religionis assumat, suum temerè dimittendo, excommunicatus est, alioquin frustra poneretur in textu illud pronomen [*Sue*] quia talis est verè fugitiuus, quando id facit sine licentia iuris, aut hominis, cum sit extra suum Monasterium, & se celat Abbati, & obedientiæ illius se subtrahat, maxime, quia plerumque ratio huius legis in hoc casu, & fortè melius militaret, quam si habitus sæcularis assumeretur, vt patet expertis religionum, & ita expresse docent Syluest. vbi supra, num. 54. §. sexto & Caiet. cit. cap. 61. & Nau. in Manuali cap. 27. nume. 131. & Domin. Bannes vbi supra quicquid contrà tium sentiat Angel. verbo excommun. 7. vbi supra num. 2. Tabiena vbi suprà, §. secundo. Gemin. & Lap. allegat. 34. quos ipsi citant.

18 Quarta excommunicatio habetur in cap. *vt periculosa. Ne Clerici, vel Monachi: lib. 6. vbi excommunicantur omnes Religiosi, qui accedunt ad quæuis studia litterarum, nisi concessa prius licentia a suo Prælato cum consilio maioris partis sui Conuentus.*

Canonis huius materia est curiositas Gymnasiorum; Quoad personas ligat solum religiosos; & vnam continet actionem, scilicet, accedere ad quæuis studia sine præuia licentia.

19 Ad cuius, Canonis intelligentiam hæc notanda sunt ex Palud. 4. dist. 18 q. 3. art. 3. §. secundus extrauagans. Summa Astensi, part. 2. lib. 7. tit. 2. casu 28. Angel. verbo, excommuno. casu 7. num. 3. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 53. Syluest. verbo, excommun. 9. nu. 55. §. vigesima quinta. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 23. §. Tertio. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 61. Nauar. in Manuali cap. 27. nume. 133. §. vigesima sexta. & Sebastiano Medice, par. 2. Summæ, tit. 9. q. 78. num. 167.

Primo, hæc intelligi, etiamsi accedant mansuri extra claustrum, etiam ad illa studia, quæ non sunt aliàs prohibita, nempè si accedant ad studia Theologiæ, vel Canonum; immò etiamsi licentiam habeant, si tamen habitum dimittant, sunt excommunicati, vt ex prædicto capit. constat.

20 Secundo, quod non sufficit sola licentia Prælati, vt patet ex textu. Rationem huius Constitutionis eam esse docet Caiet. vt sic frequens, ac pronus religiosorum animus ex hac honesta causa, & occasione exeundi ad manēdum extra claustrum restringeretur, dum plurium consensus ad id requiratur; & ait Palud. sicut Abbas sine assensu Cōuentus non potest rem notabilem ad tempus non modicum alienare, ita nec personas.

Tertio, Intelligendum est, quando vadit ad scholas extra patriam, ex Palud. si enim ad scholas eiusdem ciuitatis ire velit, & statim redire, non necesse est, vt Abbas seu Prælatus ad eum licentiandum conuocet conuentum.

21 Quarto, Non incurrit, qui vadit ad alia loca religionis suæ, vbi est studium, ex Caiet. & Nauar. quia isti non accedunt propriè ad studia ipsa (hoc est ad manendum in studijs quæ sunt extra claustra) sed potius mutant Conuentum, & claustrum propter studij commoditatem in illo Monasterio.

Quinto, Non habet locum in Religiosis quorum licentia morandi non pendet à Prælato sui Conuentus, sed à superiori Prælato, vt in Ordinibus Mendicantium, in quibus sufficit sola licentia supremi Prælati, aut Prouincialis ad manendum extra claustrum tam in studijs, quam alibi, ex Palud. Caiet. & Nauar. id quod constat satis ex praxi, & consuetudine.

22 Sexto, Abbas vadens ad scholas sine licentia sui superioris, & conuentus, non incidit in hanc pœnam, ex Archid. & Gemin. & Angel. & Anton. & Nauar. vbi supra, quia est constitutio pœnalis, & ideo restringenda potius, quam amplianda, & addit Nau. ita in praxi obseruatum fuisse, quicquid Syluest. vbi supra, §. Primo, putat incurrere, nisi habeat licentiam Episcopi, & Conuentus sui, si sit Monasterium non exemptum; sed contraria opinio communis est, & verior; & quod dixi de Abbate, dicendum est etiam de alio superiore, qui tenet vicem Abbatis in suo Conuentu, & est verè Prelatus Monasterij.

23 Septimo, Episcopus etiam circa Monasteria non exempta licentiam hanc dare non potest sine consensu Abbatis, sed eam dare debet Abbas, vel tenens vices eius

eius, qui propriè dicitur suus Prælatus, & Archid. Anton. Tabiena, vbi supra, §. sexto: nam relatiuum illud [Suo] respicit immediatum Prælatum religiosi, & sic non Episcopi licentiam requirit canonis textus, quicquid Syluestr. vbi supra §. secundo, contrarium sentiat.

24 Quinta excommunicatio nulli reseruata habetur in Clement. 1. de decimis. *vbi excommunicantur omnes Religiosi administrationem vel beneficia non habentes, qui noualium, aut alias decimas Ecclesijs debitas, & ad eos non spectantes, sibi vsurpare præsumunt; seu qui de animalibus familiarium, seu pastorum suorum, vel aliorum animalium immiscentium eorum gregibus, aut qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum emunt, empta venditoribus, vel alijs, ab ipsis emenda tradunt, seu qui de terris, quas alijs excolendas tradunt, decimas soluere non permittunt, aut prohibent, si post requisitionem factam ab eis, quorum interest, non destiterint infra mensem, vel si de eis quæ contra præmissa vsurpare, vel retinere præsumpserint infra duos menses Ecclesijs damnificatis emendam non fecerint competentem, nec absolui debent, antequam satisfactionem condignam fecerint.*

Canonis huius materia est Sacrilegium circa decimas Ecclesiarum, Quoad personas est particularis, comprehendens enim solos Religiosos non habentes administrationes vel beneficia. Actiones vero sex continet; scilicet, *appropriare, vsurpare, non permittere: & prohibere*; quæ actiones monitionem præcedunt, aliæ vero duæ, scilicet, *non desistere à præmissis intra mensem, & non facere competentem emendam damnificatis Ecclesijs intra duos menses* requiruntur solum post requisitionem; Vnde si Religiosus aliquis carens beneficio, vel administratione aliquam dictarum actionum fecerit circa decimas Ecclesiarum, & requisitus aliquam duarum incurrerit, excommunicatus est, & non aliter. Ligat autem prædicta Constitutio etiam feminas religiosas, & Cistercienses, & Hospitalarios, non tamen ligat Scholares Clericos, aut laicos, ex glos. in d. Clement. 1. in verbo, quicunque, Neque etiam extenditur præmissa constitutio ad animalia, quæ per ipsorum Religiosorum donatos, seu oblatos tenentur, dummodo illi Religiosis eisdem cum effectu donauerint, aut obtulerint se, & sua.

25 Neque etiam ligat constitutio hæc eos, quibus decimæ debentur, vel ex feudo antiquo, vel ex priuilegio: Immò, etiamsi prædicti Religiosi non soluant decimas, si tamen non prohibeant alijs, vt soluant, non ligantur hac censura, alias enim peioris essent conditionis, quam laici non soluentes. Quæ omnia colliguntur ex glos. d. Clement. 1. Astensi in Summa, par. secunda, libro septimo, titulo secundo, casu octuagesimooctauo. Angel. verbo, excommunicat. septimo, casu septuagesimotertio, Syluestr. verbo, excommunicat. nono, numero septuagesimosecundo, §. trigesimasexta. Tabiena, verbo, excommunicat. quinto, casu quadragesimotertio. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo quadragesimooctauo. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 138. §. Trigesimaquinta, & Sebastiano Medices, par. secunda, Summæ, titu. nono, quæstion. septuagesimaoctaua, numero quinquagesimoquarto. Qui etiam docent duos illos menses currere ab vsurpatione, vel retentione: mensem verò vnum, de quo promittitur, currere a requisitione, & sufficit vna requisitio: Religiosi verò habentes administrationem, vel beneficium, in prædictis non incurrunt excommunicationem, sed suspensionem ab officijs, administrationibus, & beneficijs, vt colligi potest ex textu; & quia dubitari potest de satisfactione, sic suspensi indigent absolutione, vel saltem declaratione Iudicis super satisfactione.

26 Sexta excommunicatio nulli reseruata habetur in Clement. 1. §. *quia verò, de statu Monach. excommunicantur simplices Monachi, & Canonici Regulares administrationem aliquam non habentes, qui sine licentia speciali suorum Prælatorum ad Curias Principum se conferre præsumunt, vt damnum aliquod suis Prælatis, aut Monasterijs inferant.*

Canonis huius materia, est Sacrilegium contra Prælatum, aut Monasterium: Quoad personas, ligat solum Monachos nigros, aut albos, & Canonicos Regulares administrationem non habentes; duas vero actiones complectitur, vnam exteriorem, scilicet conferre se ad Curias Principum, alteram interiorem, scilicet cum intentione damnificandi Monasterium, vel Prælatum.

27 Circa cuius intelligentiam, obseruandum est ex gloss. d. clem. Astensi in Summa, par. 2. libro 7. titulo 2. casu 95. Angelica. verbo, excommunic. 7. casu 38. Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 58. Syluest. verbo, excommunic. 9. numero 73. §. trigesimaseptima. Tabiena verbo, excommunic. 5. casu 46. Caietan. in verbo, excommunic. capitulo 62. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 139. §. trigesimasexta, & Sebastiano Medice, par. secunda. Summæ, tit. nono, quæst. 78. numero 131. & numero 168. Ad hanc censuram incurrendam duo requiruntur.

Primo, qd qs intrauerit Curiã, nec sufficit exiuisse claustrũ.

Secundo, quod intrauerit quis causa damnificandi Monasterium, vel Prælatum; vnde si intrauerit ob hanc causam, licet damnum non intulerit, siue, quia non potuit quia pœnituit, ligatus est. Immo etiam si intrauerit cum licentia Prælati, si ad damnificandum intrauerit, excommunicatur. Nec obstat, quod in dicta constitutione fiat mentio de administratione, & licentia, quia quando postea fertur sententia, ista non repetuntur, vnde etiamsi habeat licentiam, vel administrationem, si tamen intrat causa damnificandi, excommunicatus est. Licentia verò, de qua hic fit mentio, debet esse specialis, vt patet ex textu; nec sufficit generalis, puta, quod possit ire quo velit. Per administrationem verò intelligunt DD. perceptionem fructuum temporalium, non spiritualium, Ideo autem omisit habentes administrationem, quia tales quandoque causa administrationum suarum necesse habent Curias principum adire, si tamen causa damnificandi intrauerint, incurrunt pœnam huius Canonis vt DD. tradunt.

28 Septima excommunicatio nulli reseruata habetur in Clem. 1. § *quia verò. De statu monach. vbi excommunicantur Monachi, qui sine licentia Abbatum suorum* (petita, l. & obtenta secundum Paulum) *arma intra septa monasteriorum tenent.*

Huius Canonis materia est habere instrumenta armorum. Quoad personas est particularis, ligans solos Monachos, scilicet tam albos, quam nigros, secundum Paul. Antonium, & Syluest. & Tabienam, locis infra citandis, quicquid Angelica, verbo, excommunicat. 7. casu 38. nu. 4. velit, intelligi solum de Nigris, non tamen comprehendit alios ordines, scilicet Mendicantes, ex Tabiena, verbo, excommunicatio, quinto 5. casu quadragesimoseptimo, nec Canonicos Regulares ex glossa, ibi, in verbo, Monachos, & Sebast. Medices loco inferius citãdo. Quo ad actiones, duæ continentur, vna tenere arma intra septa Monasterij, altera, tenere arma sine licentia Abbatis. Nomine verò armorum, veniunt arma, quæ communiter sumi solent ad inuadendum, vt sunt gladij, lanceæ & similia, & ad defendendum, vt galeæ, loricæ, & similia; si verò essent talia, quibus possent vti vt armis, vel instrumẽtis, sicut baculus, lapis, furca, & huiusmodi, tunc vt notat Tabiena, talia sumunt significatum ab intentione deferentis, si enim tenet ea ad vsum pugnæ, & offensionis veniunt nomine armorum, aliàs si in camera, vel intra septa Monasterij Monachus habeat lapides ad aliũ vsum, vel cultellum antiquatum ad coquinam, vel aliquod simile, non credo quod sit illi prohibitum, aliàs sic. Per se-

30 pta verò Monasterij, intelligitur clausura Monasterij, quam non licet egredi sine licentia; vnde extra tenens non incurrit hanc pœnam; neq; etiam si teneret in alio Monasterio non suo, vt tradunt DD. & patet ex textu, vbi dicitur *Infra septa Monasterii*. Qui etiam DD. addunt quod si Abbas persequeretur odio mortali suos Monachos, & illis imponeret intolerabilia, si alijs remedijs sibi proui-

dere non possunt, non incurrent excommunicationem tenendo arma sine licentia ad sui defensionem. Deni-
31 que qui veniret de foris ad Monasterium cum armis, non animo tenendi, aut ex obliuione, aut ex ignorantia iuris, nullo malo animo arma aliqua etiam in cella haberet, non esset excommunicatus: quia talis vere & formaliter arma non tenet, scilicet cum intentione, cum tamen verbum [*Tenentes*] intelligi debeat cum effectu, & pœnæ huiusmodi non sunt extendendæ, sed potius restringendæ, capitulo odia, de reg. iur. libro sexto, vt latius tradunt gloss. in dict. clement. prima. Astensis in Summa, par. secunda, libro septimo, titulo secundo, casu nonagesimoquarto, Angel. verbo excommunic. septimo, casu trigesimooctauo, numero secundo, Anton. par. tertia, titulo vigesimoquinto, capitulo quinquagesimonono, Syluest. verbo, excommunic. 9. §. trigesimaoctaua, Tabiena verbo, excommunicat. quinto, casu quadragesimotertio, Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero centesimo trigesimonono, §. Trigesimaseptima, & Sebastianus Medices par. 2. Summa, tit. 9. quæst. septuagesimaoctaua, numero decimosexto.

32 Octaua excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clem. 1. de relig. domibus, vbi excommunicantur omnes statum Beguinarum assumentes, vel assumptum sectantes, & Religiosi quomodo eas admittentes, vel fouentes in illo statu, & dantes super hoc auxilium, consilium, vel fauorem vllo modo*, id est, directe, vel indirecte.

Canonis istius materia est suspectus status Beguinarum; Et continet duo personarum genera, scilicet mulieres, & Religiosos; Et tres actiones complectitur, quarum duæ scilicet, statum illum de nouo assumere, vel assumptum vlterius sectari pertinent ad mulieres; tertia vero pertinet ad Religiosos, scilicet præbere vllo modo auxilium, consilium, vel fauorem, super dicto statu, sectando vel assumendo, vel eas admittendo. Sunt autem, vel fue-
33 runt Beguinæ, vt ex textu colligitur, quædam mulieres nulli promittentes obedientiam, nec proprijs renunciantes, nec regulam aliquam ab Ecclesia approbatam profitentes, habentes tamen habitum, qui dicebatur Beguinarum; De summa Trinitate aliquando disputantes, & prædicantes circa articulos fidei, & Ecclesiæ Sacramenta, opiniones fidei Catholicæ contrarias inducentes, & simplices decipientes; qua tum status secundum Paulum ideo reprobatur: quia videtur noua Religio sine Sedis Apostolicæ licentia constituta. Ex quo infert, quod licet profiterentur alicui obedientiam, & viuerent religiose, & proprijs renunciarent, non tamen ex hoc essent approbatæ, cum regulam non habeant approbatam, capitulo primo, de relig. domib. libro sexto, vnde hæc Constitutio non comprehendit sorores Tertij ordinis B. Dominici, aut B. Francisci, cum habeant Regulam, & modum viuendi approbatum. Neque etiam comprehendit mulieres fideles, quæ promissa, aut non promissa continentia in suis hospitijs conuersantes pœnitentiam agere volunt, & in humilitatis spiritu Domino famulari cupiunt, vt ex fine textus constat, etiam si vtantur habitu simili habitui Beguinarum, secundum Francisc. Zabar. in d. Clement. prima; ex hoc enim non sunt Beguinæ, ex quo cum eis non congregantur. Quæ omnia colliguntur ex ijs, quæ tradunt gloss. in dicta Clement. prima; & Astensis in Summa par. secunda, libro septimo, titulo secundo casu 77. & casu 78. Angel. verbo, excommunicat. 7. casu 40. Anton. 3. par. titulo vigesimoquinto, capitulo sexagesimoprimo, & Syluest. verbo excommunic. nono, numero septuagesimoquinto, §. quadragesima. Tabiena, verbo, excommunic. quinto, casu quadragesimooctauo. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo sexto, Martin. Ledesm. 1. 4. quæstio. 2. 4. quæstin. vigesimasexta, artic. secundo, pag. 360. colum. prima, & secunda, §. quadragesima. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero centesimo quadragesimo, §. trigesimanona, & Sebastianus Medices, par. secunda, titulo nono, quæstio. septuagesimaoctaua, numero vigesimo, qui etiam citat Socin. in capitulo contingit. versic. septuagesimoprimo, de sent. excommun.

34 Nona excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clement. vnica, de consangui. & affinit. vbi excommunicantur omnes Religiosi, idest, tacite, vel expresse professi Religionem approbatam, necnon Moniales professæ, qui, quæue Matrimonium contrahunt.*

De qua re legi possunt gloss. ibi, & Summa Astensis, parte secunda, libro septimo titulo secundo, casu 81. Angelica, verbo, excommunicat. septima. casu 41. Antonin. par. tertia, titulo vigesimoquinto, capitulo trigesimoquarto, Syluest. verbo, excommunicat. nono, numero septuagesimosexto. §. quadragesimaprima. versiculo decimo, Tabiena, verbo, excommunicat. quinta. casu quadragesimonono, §. quarto, Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 47. Martin. Ledesm. secunda quarti, quæstione 26. articulo secundo, pag. 360. colum. secunda, §. quadragesima prima, Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 141. §. quadragesima, & Sebastian. Medices parte secunda, titu. nono, quæstio. septuagesimaoctaua, numero 120.

35 Decima excommunicatio habetur in *Clemen. Cupientes, de pœnis, vbi excommunicantur omnes Religiosi Mendicantes transgressores Constitutionis Bonifacij Papæ VIII. capitulo vnico, de excess. prælat. libro sexto, hoc est, eos qui absque Romani Pontificis licentia mentionem non facientes capitulo vnico, de excess. prælat. libro sexto, aut domos ad habitandum, vel loca quæcunque de nouo recipiunt, vel recepta mutant, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo, quocunque, in alios transferre præsumunt.*

Canonis huius materia, est immoderata habitaculi acquisitio, vel dimissio. Et quoad personas, ligat solos Religiosos Mendicantes; non autem alios Religiosos non Mendicantes: Quoad actiones verò ponit tres, Vna est, noua recipere; Altera est, recepta mutare; Tertia est, illa in alios vsus alienare sine Papæ licentia.

36 Circa cuius Canonis intelligentiam obseruanda sunt ista ex glo. ibi, Summa Hostiensi parte secunda, libro septimo, titulo secundo, casu 98. Angelic. verbo, excommunic. septima. casu 44. Antonin. par. 3. titulo vigesimoquinto, capitulo 60. Syluest. verbo, excommunicat. 9. numero 85. §. quadragesimaquarta. Tabiena verbo, excommunic. 6. casu 51. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 56. Martin. Ledes. 2. 4. quæstione 26. articulo secundo, pag. 360. colum. 3. §. Quadragesimaquarta. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 144. §. quadragesimatertia, & Sebastiano Medice parte secunda, titulo nono, quæstione septuagesima octaua, numero centesimo vigesimotertio.

Primo. Eos dici Mendicantes, quibus victum tribuit incerta Mendicitas, & qui reditus, aut possessiones ex Regula, vel Constitutionibus habere non possunt. argumen. capituli vnici, de relig. domib. libro sexto, (De qua tamen re Concil. Tridentin. session. 25. de Regular. capitulo tertio, legi debet, vbi conceditur illis habere, & possidere bona immobilia, exceptis illis, qui dicuntur Fratres Sancti Francisci Capuccini, & Fratres Minores de obseruantia) & comprehendit d. Clem. etiam fœminas.

37 Secundo, canon iste solum habet locum in duobus casibus, Primo in locis de nouo acquirendis; Secundo, in locis acquisitis ante Concilium Lugdunense dimittendis, vel alienandis, vt colligunt DD. præsertim ex illo verbo, [*Hactenus.*] in capitulo vnico, de excess. prælat. libro sexto, & ex illo verbo [*Hucusque*] in dicta clement. Cupientes. de pœnis. Vnde, quamuis incurrant excommunicationem dimittendo, vel mutando loca capta ante Concilium Lugdunense, capta tamen post illud Concilium relinquendo, vel mutando non excommunicantur,

cantur, prout determinatum fuit in quodam facto Bononiæ de Fratibus Minoribus de obseruantia, qui propter vẽtos & frigus mutauerunt habitationẽ de vno loco, in aliũ.

Tertio solum transgredientes dictas actiones tres, vel vnam illarum ex præsumptione, hanc pęnam incurrunt, vt patet ex textu d. capituli vnici, de excess. prælat. lib. 6. vbi tres supradictæ actiones, non nudæ, sed affectę pręsumptione, inhibentur.

Quarto, non comprehenditur hac pęna, qui de licentia sui superioris habitaculum in eremo acquirit, aut mutat, vt ex d. capitulo vnico, de excess. prælat. libro sexto, in fine colligitur.

Quinto, canon iste non prohibet nouum conuentum, aut domum de nouo capi, vel permutari ad alium finem, & vsum quam ad habitandum, vnde captio domun. ularum, vel mutatio earum, quas Mendicantes capiunt ad locandum, ad standum pro transitu, seu ad hospitandum, vel pro infirmaria, & huiusmodi non cadit sub dicta prohibitione, vt colligitur ex d. c. vnico, de excess. pręlat. lib. 6. Syluest. §. 6. Tabiena, §. notandum, & Caietan. vbi supra.

38 Sexto, per nouas domos, seu loca, intelliguntur domus, & loca noua acquisita cum sua integritate post dictum Concilium, vnde non prohibetur hic loca destructa reficere, nisi ipsa loca destructa desierint esse de dominio Mendicantium, & postea ex nouo iure acquirantur, tunc enim idem est ac si ea de nouo acquirerent, & proinde hanc pęnam incurrent. Eodem modo qui loca acquisita augmentat, non incurrit hanc pęnam: quia hoc non est nouum locum acquirere; immo si inter locum habitum, & additamentum factum via, vel riuulus medi it, & fiat pós, vel subterranea, quibus hinc inde transitur, non incurritur hæc pęna, quia hic non sunt duo loca, sed vnus tantum locus, maximè quando ibi viuitur sub vno Prælato immediato; Ideoque si acquireretur vnum palatium magnum de nouo ad augendum Conuentum, non est locus huic pęnæ, quia non acquiritur nouus locus totus & integer ad habitandum, sed locus antiquus augetur. Et quicquid de hac re olim fuerit, nunc ex priuilegijs Iulij Papæ II. & Leonis Papæ X. licitum est noua loca acquirere, & mutare vetera, vt testatur Nauar. vbi supra.

39 Vndecima excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clement. Cupientes. de pœnis, vbi excommunicantur, qui aliqua proferre præsumunt in sermonibus suis, vel alibi, vt ea audientes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant.*

Canonis huius materia, est nequitia sacrilega retrahens debitores à solutione Decimarum: Quoad personas est particularis, ligat enim solos Religiosos, hoc est tam Mendicantes, quam non Mendicantes, ex gloss. in dicta Clement. Cupientes. in verbo, Religiosos. Anton. Syluest. & Nauar. locis inferius citandis, non autem Clericos sæculares nec laicos, Actionem verò vnam ponit, scilicet aliqua proferre, quibus audientes à solutione decimarum retrahantur.

40 Ad hanc igitur pęnam incurrendam, vt notant DD. & Summa Astensis, par. 2. libro septimo, tit. secundo, casu 99. Angelica, verbo, excommunicat. 7. casu 44. Anton. par. 3. titu. vigesimoquinto, capitulo quinquagesimoquinto, Syluest. verbo, excommunicat. 9. numero octuagesimo octauo, §. quadragesimaquinta. Tabiena, verbo, excommunic. quinto, casu 44. Caiet. verbo excommunicatio, cap. sexagesimoquinto, Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. vigesimaquinta. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 145. §. quadragesimaquarta. & Sebastianus Medices, par. 2. ti. 9. q. septuagesimaoctaua, numero 55. & numero 169. hæc requiruntur.

Primo, vt sit Religiosus.

Secundo, quod illa dicantur siue in sermonibus, siue alibi, id est, in priuatis locutionibus, hac intentione, vt retrahant audientes à solutione decimarum, secus, si alia intentione.

Tertio, quod illæ decimæ à quarum solutione retrahere intendunt, sint debitæ ecclesijs, secus autem, si debitæ essent alijs quibuscunque locis, vel personis priuatis, quocunque modo, scilicet, vel ratione priuilegij, aut antiqui feudi, aut alio modo, & ratione.

Quarto, quod audientes sint obligati ad dictas decimas soluendas, vnde si talia proferrent audientibus non obligatis, cessat pęna Constitutionis.

Quinto, vt hæc fiant cum præsumptione, secus igitur si surreptitiè, vel ignoranter; vnde aliquo istorum deficiente, non sunt excommunicati.

41 Duodecima excommunicatio nulli reseruata habetur in *d. clem. cupientes. de pœnis. vbi religiosi scienter postposuerunt suis confitentibus conscientiam facere de soluendis decimis ab officio prædicationis, tamdiu manent suspensi ipso facto, donec ipsis confitentibus,* (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint) *conscientiam fecerint; Quod si prædicare præsumpserint prædicta negligentia non purgata, ipso facto excommunicationem incurrunt.*

Canonis huius materia est Sacrilegium duplex; Primũ est, negligentiæ circa decimas Ecclesijs debitas; Secundum est, præsumptæ postea prædicationis, antequam purgetur negligentia. Quoad personas, est particularis, ligans solum Religiosos; non tamen ligat Clericos, aut laicos, immò nec Religiosos Monasteriorum aut Rectores Ecclesiarum, qui aliquo iure decimas percipiunt, vt patet ex fine d. clement. varias autem actiones succedentes continet, vt constat partim ex dictis, & partim ex his quæ inferius dicemus, manifestum erit.

42 Primò enim requiritur, quod scienter negligant facere conscientiam confitentibus sibi de soluendis decimis debitis Ecclesijs, vnde, si ex obliuione, vel ignorantia dimittant, non incurrunt.

Secundo, si requisiti à Prælatis Ecclesiarum, vt conscientiam faciant illis, quorum confessiones audiũt, quod decimas soluere non omittant, adhuc negligunt facere conscientiam confitentibus sibi de huiusmodi decimis soluendis, suspensi sunt ipso facto, scilicet ab officio prædicationis, & confessionis, vt ait Tabiena, donec cõfitentibus sibi (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint. Et licet Caietan. verb. excommunicatio, capitulo sexagesimo sexto, & Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero centesimo quadragesimoquinto, §. quadragesima quinta. velint, nõ prærequiri requisitionem à Prælatis Ecclesiarum, ad hoc, vt imputetur illis negligentia hæc secunda, alij tamen omnes vt Paul. & Pet. de Anchar. quos citant, ac sequuntur Anton. tertia parte, tit. vigesimoquinto, cap. quinquagesimo septimo, Syluest. verbo, excommunicatio, nono, numero octuagesimo nono, §. quadragesima sexta. Tabiena. verbo, excommunicatio, quinto, casu quadragesimoquinto, Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione vigesima sexta, articulo secundo, pag. 360. colum. 3. §. quadragesima sexta, & Ang. verbo excommunic. 7. casu 44. docent hanc requiri, aliàs negligendo non incurrunt hanc suspensionem.

Tertio, si ita suspensi ob negligentiam, antequam eam purgauerint, prædicare pręsumunt, excommunicationẽ incurrunt: quod si nunquam postea prædicant, ait Caiet. vbi supra, & benè, non erunt excommunicati, cum pœnæ non sint vltra casus suos extendendę. Omnia satis euidenter ex ipso textu colliguntur.

43 Notandum autem est ex Anton. & Tabiena vbi suprà, quod suspensio hęc durat, quousque faciant conscientiam prædictis de solutione hac decimarum, habendo commoditatem, adeo, vt si postquam habuerint commoditatem faciendi conscientiam, non fecerint, incurrant excommunicationem, si prædicent; sin aut prædicent post istam suspensionem; non habita commoditate, non sunt excommunicati, requiritur enim quod habuerint com-

moditatem, & non fecerint conscientiam & prædicent; Hæc autem commoditas debet esse talis, quod non oporteat confessores multum discurrere ad hoc, vt possint talem conscientiam facere, non enim tenentur eos sequi, si non sint in illo loco: immò etiamsi sint in illo loco, si tamen non possunt sine magna vagatione, vel sine alia magna incommoditate excusantur. Et vt notant Tabiena, & Ledesm. sufficit facere conscientiam principalibus domus, qui habent soluere, vt soluant secũdum quod est consuetum, id est, quod dent totum, vbi consueuit dari totum; & partem, vbi pars, vbi verò nihil, sint tamen parati aliquid dare, si exigantur decimæ.

44 Decimatertia excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clem. 1. de senten. excom. vbi excommunicantur omnes religiosi tam exempti, quam non exempti, cuiuscunque ordinis, & conditionis, qui interdictum aut à Romano Pontifice, aut ab Ordinario loci impositum non seruant. cum cathedralem Ecclesiam, matricem, vel parochialem loci illud viderint, aut sciuerint obseruare. Quod etiam interdictis, & cessationibus generalibus à Diuinis Prouincialium Conciliorum Statutis, ipsorumue auctoritate promulgatis; Necnon in Cessationibus Generalibus à Diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine, vel alias Capitula, collegia, vel conuentus Secularium, aut Regularium Ecclesiarum sibi vendicant, locum habet.*

Canonis huius materia est Sacrilegium in non seruando interdictum. Et quoad personas, ligat solos religiosos & hos omnes, siue sint Mendicantes, siue non Mendicantes, Clericos autem seculares non ligat. Vnam verò tantum actionem ponit, scilicet, non seruare interdictum, seu cessationem à Diuinis: quod seruat matrix Ecclesia.

45 Ad huius autem meliorem intelligentiam notandum est ex gloss. ibi, & Summa Astensi part. 2. libro septimo, titulo secundo casu 73. Angel. verb. excommunic. 7. casu 45. Anton. 3. par. tit. 25. ca. quinquagesimo sexto. Syluest. verb. excommunic. 9. numero nonagesimo, §. Quadragesima septima. Tabiena, verb. excommunicat. 5. casu 52. Caiet. verb. excommunic. no. c. sexagesimo septimo, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. vigesima sexta, articul. secundo, pag. 360. colum. tertia, §. quadragesima septima, & Nauar. in Man. capit. vigesimo septimo. numero centesimo quadragesimo sexto, §. quadragesima sexta. Alphonso Viualdo in suo Candelabro aureo, titulo, de interdicto, numero centesimo sexagesimo secundo, & numero centesimo octuagesimo septimo, & Sebast. Medice par. secunda titu. nono, quæstio. septuagesima octaua, numero centesimo quinto.

Primo, ex parte interdicti seu cessationis à Diuinis, requiritur quod sit generalis, localis, & est; quod tota illa Ciuitas, seu terra, aut villa sit interdicta, seu cessare debeat à diuinis: & hoc non solum si interdictum sit validum, sed etiam sit nullum, aut ratione præcedẽtis appellationis, aut alia de causa, ex Angel. Anton. Tabiena, Syluest. vbi supra, §. Octauo, & Nauar. cit. & Viualdo vbi supra numero centesimo sexagesimo secundo, conclus. tertia. quia non pertinet ad eos de validitate, vel nullitate interdicti iudicare. Non autem habet locum hæc constitutio in interdicto, aut cessatione speciali ex gl. d. clementinæ primę, in verbo. *Generalibus*, & Viualdo cit. conclusione secunda, siquidem hæ solum seruantur in Ecclesijs, in quibus sunt inductæ. capitulo dilectis. de appellat.

Secundo, ex parte auctoritatis requiritur, quod vel imponatur à Sede Apostolica, hoc est, à Papa ipso; & idem si fiat per eius Delegatum. argum cap. si Apostolicę. de præbend. libro sexto. Nam isti auctoritate Sedis Apostolicæ solent interdicta imponere & idem si sit positum à iure communi; nã Canon eoã ponit interdictum ciuitati, quæ insecuta fuerit Episcopum, vt cap. Felicis. §. ciuitas. de pęnis, libro sexto, ex Anton. Syluest. §. secundo. & Tabiena vbi supra in princip. Vel ab Ordinario loci, & idem dicendum in delegato Ordinarij, dummodo tamen habeat speciale mandatum ad interdicendum, quia tunc potius est minister, quam delegatus, arg. cap. fin. de offic. deleg. & ipse committens facere dicitur, secus autem si mandatum speciale non habeat, vel à Concilio Prouinciali, aut illius auctoritate, Vel à Conuentu, Capitulo, vel Collegio regulari, vel sæculari ex consuetudine, vel aliàs hanc potestatem habente; quod idem docent Syluest. vbi supra num. 92. vers. sed aduerte, & Tabiena vbi supra, §. primo, procedere, si interdictum sit positum ab aliqua persona particulari, quæ hoc posset ex speciali consuetudine si quidem consuetudo Iurisdictionem ordinariam dare potest, cap. cum contingat, de foro compet. quo casu locus esset huic pœnæ in cessatione, vel interdicto generali à tali persona imposito.

Tertio, Ex parte effectus, vt ait Caiet. requiritur, quod huiusmodi interdictum, seu cessatio à Diuinis seruetur à cathedrali, [scilicet vbi est Ecclesia Cathedralis] vel à Matrice, [id est, vbi deest Cathedralis, sed est matrix Ecclesia] vel à parochiali ecclesia [scilicet, vbi nec Cathedralis, nec matrix ecclesia est, sed parochialis. Matrix autem ecclesia ex Ioan. And. in Clementina prima, quem refert, & sequitur Ioan. Bachonus 4. distinct. 11. quæstio. vnica, art. 4. hic intelligitur Baptismalis, seu maior loci, quæ ideo dicitur Matrix, quia sicut mater generat, sic illa per baptismum regenerat, & sic etiam cathedralis in Ciuitate per baptismum dici potest etiam matrix ecclesia, ideo autem hic exprimitur matrix ecclesia, quia aliquando interdicuntur loca non habentia ecclesiam cathedralem, quæ tamen habent matricem, & hoc locum habet, etiam cum illa matrix ecclesia religiosis non seruantibus subest, quoad reliqua temporalia, vel spiritualia, scilicet quoad præsentationem, & collationem, aut quia est vicaria eorum, siue non subest illis, cum generaliter loquatur. Quod si in aliquo loco interdicto non sit aliqua cathedralis, nec matrix, quia fortè est in alio loco non interdicto, vt contingere potest, quando est interdicta villa, vel castrum non habens inclusam cathedralem ecclesiam, aut matricem, puta quia matrix ecclesia est in alia terra non interdicta, vel ecclesiæ plures sunt in villa, vel castro, & nulla principalior, quia quælibet æqualiter suis parochianis baptismum, & alia sacramenta ministrat, tunc quidem distinctione opus est, si enim omnes istæ seruant interdictum, tunc quidem religiosi etiam seruare tenentur, aliàs pęnam huius canonis incurrunt, sin verò aliquæ seruant, & aliquę non seruant, religiosi non seruantes hanc pęnam non incurrent, quamuis parochialis, intra cuius fines situm est monasterium, obseruet, siquidem, vt religiosi pœnam hanc incurrant, necesse est, vt interdictum illud, seu cessatio ab omnibus illis parochialibus obseruetur, vt glo. in d. clem. 1. in verb. Matricem, in fine, Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, num. 162. concl. 5. DD. omnes allati tradunt. Quando autem interdicta est Prouincia, vel diœcesis, si in aliquibus ciuitatibus, aut castris matrix ecclesia seruat interdictum, in aliquibus non, locus erit penæ in illis locis tantum, in quibus seruatur, & non in alijs.

47 Quod si quæras, an quoad interdictum Prouinciæ dicetur ecclesia Metropolitana matrix, ita vt illa seruante interdictum, religiosi totius Prouinciæ scienter non seruantes, hac pęna ligentur? Respondeo cum glo. in d. clem. 1. in verbo matricem, Ioanne Bachono, 4. d. 11. q. vnica, art. 4. in fi. & DD. allatis quod non, per text. huius clem. dicentem, Cathedralem vel matricem, vnde sicut interdicta Metropolitana ecclesia non intelligitur interdicta matrix, intellige. s. per totam Prouinciam, sed solum vbi Metropolitana est matrix; ita interdicta ecclesia Metropolitana ligabuntur soli religiosi illi de ciuitate Metropolitana, & non alij.

48 His addo ex gloss. in d. clemen. 1. in verbo, appellationibus

nibus, & in verb. subiacere, de sent. excomm. & DD. cit. quod si sententia interdicti vere ligat, & matrix ecclesia illam non obseruat, religiosi non seruantes, etsi pœna huius Canonis non sint excommunicati, alijs tamen pœnis sunt ligati, quæ habentur capitulo fin. de excess. prælat. in antiq. & capitulo auctoritate. & cap. Episcoporum. de priuileg. libro sexto, habetur, *quod Clerici sæculares, & religiosi sunt suspensi ab officio, & beneficio, & omni iurisdictione, & eis interdictus est ingressus ecclesiæ, & sunt irregulares, & ineligibiles actiuè, & passiuè.* vt gloss. in d. Clem. 1. in verbo, obseruare, & Alphonsus Viualdus vbi supra, numero centesimo sexagesimosecundo, conclus. sexta, expresse tradunt. Sin autem sententia interdicti vere non ligat impediente appellatione, vel alia nullitate, & matrix ecclesia illam seruat, religiosi non seruantes ligantur hac pœna, sed non alijs. Quando vero tenet, & per ecclesiam matricem seruatur, ligantur vtique; quando vero nec tenet, nec seruatur, neutri ligantur; quando autem ecclesia matrix seruat, quia ipsa est specialiter interdicta, non est locus huic pœnæ, quæ intelligitur de interdicto generali, ad quod religiosi tenentur. Quando autem Episcopus mandat seruari interdictum, & Capitulum mandat, aut facit contrarium, potius Episcopo est obediendum. Et hæc omnia intelligenda sunt, quando religiosi sciunt interdictum a matrice, aut parochiali ecclesia obseruari; tunc autem Religiosi intelliguntur scire obseruantiam interdicti a matrice ecclesia, quando viderint diuina officia in ecclesia Cathedrali, aut matrice, aut parochiali celebrari ianuis clausis, & voce submissa, excommunicatis, & interdictis exclusis; vel alio sensu corporis perceperint, idest, auditu, illud obseruari, quòd ipsi lege auditu probabili, siquidem probabiliter ignorantes non ligantur; tunc autem obseruare eius dicitur, quando abstinet animo illud obseruandi. Addit autem Tabiena, Fratres Ordinis Prædicatorum Congregationis Lombardiæ habere gratiam a Leone Papa X. circa obseruationem interdicti, de qua re plura legi possunt apud Concil. Trident. Sess. 25. de Regular. capitulo duodecimo, vbi statuit, *vt censuræ, & interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinarijs promulgata mandante Episcopo, à Regularibus in eorum ecclesijs publicentur, atque seruentur.*

49 Decimaquarta excommunicatio nulli reseruata habetur in *Extrauag. 2. de treuga. & pace, vbi Sixtus Papa IV. excommunicat Religiosos Mendicantes, & Ecclesiarum parochialium Rectores, si pacem inter se factam violent, a qua tamen absolui non possunt, nisi de expresso consensu partis læsæ, & præuia satisfactione debita.* Sed quia Constitutio hæc particularis est, & ad partes Germaniæ, & præsertim ad opidum Eslingen. Constan. Diœcesis limitata esse videtur, communiter ab authoribus omitti solet. Et hactenus de excommunicationibus ad religiosos spectantibus, de iure communi nulli reseruatis.

De excommunicationibus ad laicos, eos præsertim qui publicam personam gerunt, in iure spectantibus, quæ nulli reseruantur. C. XXXIIII.

SVMMA.

1 *Principes, ac alij officiales, si tertio moniti a prælatis iustitiam tis facere recusant, excommunicati sunt.*

2 *Rectores Ciuitatum, officiales laici locorum, onera personalia, aut realia personis ecclesiasticis imponentes, excommunicationem incurrunt.*

3 *Iurisdictio Prælatorum quæ, & quando euacuari solet a dominis temporalibus.*

4 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam facientes, vel iam facta seruari procurantes, excommunicati sunt.*

5 *Statuta contra ecclesiasticam libertatem obseruari faciens an excommunicatus sit, si ea ex libris eradat.*

6 *Rectores, & alij officiales Ciuitatis in qua Summus Pontifex eligendus est, si quæ eis præcipiuntur, non obseruent, in excommunicationem incidunt.*

7 *Persequentes, spoliantes, aut eorum consanguineos, aut, ecclesias, quia aliquem eligere nolunt, pro quo ipsi intercesserint, excommunicati sunt.*

8 *Grauamen per spolium, seu persecutio iniusta, quænam dicenda.*

9 *Regalia, aut bona Ecclesiarum, vel monasteriorum occupare, & vsurpare præsumens excommunicationem incurrit.*

10 *Masculinum a Canone prælatum puniente delicta, fœminas etiam comprehendit.*

11 *Absolutionem, vel reuocationem alicuius censuræ per vim, aut metum extorquens, excommunicationem incurrit, talisque absolutio irrita, & nulla censetur.*

12 *Absolutionem a censura per vim extorquens, non secuta absolutione, in excommunicationem non incidit.*

13 *Casum fraudulenter fingens, ob quem iudex ad mulierem pro testimonio accipiendo personaliter vadit, excommunicatus est.*

14 *Prælatos, aut personas ecclesiasticas ad submittendum Ecclesias, aut bona, aut iura earum laicis compellens, in excommunicationem incidit.*

15 *Tempus modicum in iure quodnam censeatur.*

16 *Domini temporales subditis suis prohibentes ne quid personis ecclesiasticis vendant, ab eisue emant, excommunicationem incurrunt.*

17 *Domini temporales sibi non subditis interdicentes, ne personis Ecclesiasticis aliquid vendant, non sunt excommunicati.*

18 *Domini temporales, & eorum officiales Episcopis, & Inquisitoribus in pertinentibus ad eorum officia non obedientes, quando excommunicationem incurrant.*

19 *Episcopus, & Inquisitor, si in mandato discrepent, quid agendum.*

20 *Christianum quemcumque per assassinos interficiens, aut interfici mandans, excommunicatus est, etiamsi mors inde subsecuta non sit.*

21 *Assassini quinam dicantur.*

22 *Repræsalias contra personas Ecclesiasticas, vel bona ea rum concedentes, quando excõmunicationem incurrãt.*

23 *Repræsalia quænam propriè dicendæ, & censendæ sint.*

24 *Inquisitores, eorumque commissarij super hæresi deputati sub prætextu inquisitionis ab aliquo pecuniam illicite extorquentes, excommunicati sunt.*

25 *Pecuniæ nomine, etiam omne id, quod pecunia æstimari potest, intelligi solet.*

26 *Potestates, Rectores, & alij officiales Communicatum facientes, aut scribentes statuta, quibus vsuras solui, aut solutas non restitui præcipitur, excommunicationem incurrunt.*

27 *Principes, & magistratus directè, vel indirectè subditos suos, aut alios cogentes, quo minus liberè matrimonium contrahant; excommunicati sunt.*

28 *Magistratus sæculares, si ab Episcopis requisiti eis in clausura Monialium conseruanda non auxiliantur, in excommunicationem incidunt.*

1 Rima excommunicatione ad Iudices & personas publicas pertinens habetur in capit. *Administratores. 23. quæst. 5. vbi excommunicantur omnes Principes, & officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel Ecclesiasticis Prælatis, iustitiam eis super eorum causis facere recusant.*

2 Secunda excommunicatio habetur in capit. *Non minus, & capit. aduersus, de immunitate eccles. vbi Primo, excommunicantur omnes Rectores, & Consules Ciuitatum, & alii officiales laici, quorumcumque locorum, qui angarias, & exactiones indebitas, idest, onera personarum aut rerum Ecclesiis, aut Ecclesiasticis personis imponunt, & eorum fautores. Secundo, excommunicantur prædicti, qui iurisdictionem Prælatorum, & auctoritatem, quam habent in suis hominibus euacuant, quia tam isti, quam illi sunt excommunicati, si moniti non desistant, nec absolui debent, donec competenter satisfecerint. Tertio, excommunicantur successores prædictorum officialium, nisi infra mensem excessum suorum prædecessorum purgauerint, & satisfecerint.* Et hi duo Canones innouantur virtute Bullæ cenæ Domini, vt diximus cap. 22.

Circa hunc Canonem obseruanda sunt ex Palud. 4. d. 18. q. 3. Summa Astensi par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 10. Angel. verbo, excom. 7. casu 5. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 26. Syluest. verbo, excomm. 9. nu. 2. §. quinto. Tabiena verbo, excommunic. 5. casu 18. Caietan. verbo, excommunicatio, ca. 40. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. pag. 358. colum. 3. §. quinta. & Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 115. §. quinta.

Primo, appellatione *Iurisdictionis, quæ euacuari dicitur*, venit iurisdictio temporalis Prælatorum, quam scilicet Prælati Ecclesiastici habent in temporalibus, quam domini temporales pute euacuare frequenter videntur, adeo vt Prælati restent temporales domini ferè solo titulo.

Secundo, prærequiritur monitio, adeo vt non ipso facto, sed nisi moniti desistant, excommunicationem incurrant non ab ipso monitore, sed à iure hoc latam, scilicet tam ipsi Consules & Rectores Ciuitatum, quam fautores eorum, vt in d. capit. non minus. habetur, & sufficit vna monitio cum dilatione competenti; & excluditur appellatio, quia a correctione Canonis non appellatur.

3 Quoad excommunicationem verò tertiam, scilicet à successore incurrendam, requiritur lapsus mensis, ita vt nisi intra mensem, scilicet à successione, & tempore regiminis computandum satisfecerit, excommunicatus est, vt in d. cap. aduersus, habetur. Nec tamen delictum prædecessoris successori præiudicat, quia iam est etiam proprium delictum successoris, si illud non emendat; ex quo enim ipsum non purgat infra tempus sibi præfixum à iure, præsumitur consentire, & quia successit in honore regiminis, etiam in onere excommunicationis succedere debet. & ideo si non purgauit, elapso tempore, sicut prædecessor, & ipse ei succedens excommunicatur.

Et hoc, quod diximus de successore, quod non sit excommunicatus, nisi post mensem, intelligitur, quando antea successor iste prædecessori suo non consensit; si enim successor hic prædecessori suo communicauit in crimine, statim fuit excommunicatus, sicut prædecessor eius, arg. capit. nuper. de sentent. excommunicat. Illud autem pro quo talis rector, vel successor satisfacere tenetur, antequam absoluatur, de omni damno contingenti ecclesiæ, aut personis supradictis ex tali exactione satisfacere. Vt autem notat Nauar. vbi supra, non incurritur pœna hæc propter tributa omnino realia, quæ clerici debent ob sua bona, nec ob realia extraordinaria, quæ immediatè spectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem, qui est ante prædium, vel domum suam, sed incurritur solum propter onera mere personalia, & mixta, quæ imponuntur personis, vt etiam annotauit prius Panorm. in d. capit. non minus. de immunit. eccl. & Tabiena vbi supra, §. secundo, latius tradit.

4 Tertia excommunicatio habetur in cap. *nouerit. de sent. excommunic. vbi excommunicantur; Primò, omnes facientes seruari statuta edita, & consuetudines vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem. Secundò excommunicantur omnes, qui dicta statuta non fecerint deleri de Capitularibus suis infra duos menses post scientiam eius; Tertiò, excommunicantur ipsi statutarii, & scriptores statutorum ipsorum; Quartò, Potestates & Consules, Rectores, & Consiliarii locorum, vbi prædicta statuta & consuetudines edita fuerint, vel obseruatæ; Quintò, omnes qui secundum prædicta statuta iudicare præsumunt; Sextò, omnes qui iudicata in formam publicam redigunt.*

5 Canonis huius materia est Sacrilegium, quo Ecclesiastica libertas per statuta, seu consuetudines offenditur. Et quoad personas, duæ priores excommunicationes sunt vniuersales, duasq; continent actiones, scilicet facere seruari statuta, & consuetudines, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ; & non facere amoueri talia statuta de Capitularibus suis, hoc est, libris, in quibus statuta scribuntur. In qua re quamuis Caietan. in verbo, excommunicatio, c. 31. potius in hanc sententiam inclinare videtur, quam expresse sequitur Nauarr. in Manuali, cap. 27. nu. 119. §. decima, & fauet glos. tum in d. ca. nouerit. in princ. tum in cap. grauem, de sent. excomm. vt hæ duæ excommunicationes non sint, sed vna tantum, adeo, vt non satis sit facere obseruari statuta, si eradat ex libris, nec econtra sufficit non eradere intra duos menses, si non facit obseruari, vt incurrat excommunicationem, sed requiritur vtrumque, scilicet, & facere obseruari, & non facere deleri. Cui opinioni satis fauent verba tex. d. cap. nouerit. vbi dicitur, *Excommunicamus eos, qui de cetero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra ecclesiæ libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses fecerint amoueri.* Alij tamen omnes, vt Astensis, in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 12. Angel. in verbo, excomm. 7. casu 12. Palud. 4. dist. 18. q. 3. vers. 3. §. quintus statutum. Syluest. verbo, excom. 9. num. 32. §. decima. Tabiena, verbo, excom. casu 20. Martin. Ledesma 1. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. pag. 358. col. 4. §. decima. docent esse duas excommunicationes, ita vt vna sit facere obseruari dicta statuta; alia sit non facere deleri intra duos menses, quæ videtur communior opinio. In reliquis duabus excommunicationibus sunt sex genera personarum, scilicet, Statutarij, scriptores statutorum; Prætores, Consules, Rectores, & Consiliarij locorum, vbi huiusmodi statuta edita, vel seruata fuerint. Quibus deinde in reliquis duabus vltimis excommunicationibus additæ sunt duæ actiones, scilicet, iudicare secundum huiusmodi statuta; & scribere in forma publica huiusmodi iudicata, quæ actiones, à quibuscumque personis exerceantur, inducunt excommunicationem. Addunt autem præfati DD. cum S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 17. quod præfati non vitant hanc sententiam, etiamsi in fine statutorum ponunt statutum, quod si quæ sunt instituta contra Ecclesiasticam libertatem, habeantur pro non scriptis, sicut communiter fieri solet, quia per hoc non satisfit dictæ Constitutioni, sed exigitur hæc statuta deleri de libris. Quibus omnibus addo, quod licet hæc excommunicatio decimaquinta Bullæ cenæ Domini reseruata sit, quatenus tamen alias actiones, & personas complectitur, non est reseruata, de qua re latius dictum est in capitulo 19. huius libri, & hoc sensu intelligi debet Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 120. vers. vndecima.

Quarta excommunicatio nulli reseruata habetur in cap. *Vbi periculum, §. præterea, versic. quod si præmissa. de elect. lib. 6. vbi excommunicantur omnes Domini, Iudices, Rectores, aliique Officiales Ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio facienda est, si ea non obseruent, aut fraudem*

circa

circa ea committunt, quæ sibi præcipiuntur obseruanda in morte Pontificis morientis in terra eorum. Quæ autem in prædicto euentu obseruanda sint, habentur in d. capit. vbi periculum. de elect. lib. 6.

Canonis huius materia est negligentia, & fraus circa seruanda in negocio electionis Papæ. Quoad personas est particularis, vt patet; ligat enim solos Dominos, Rectores, & alios officiales loci illius, in quo facienda est electio Papæ; Duas item complectuur actiones, scilicet, non obseruare seruanda; & committere fraudem in eis, aut circa ea. De qua re meminerunt Palud. 4. dist. 18. q. 3. art. 2. Astensis in Summa par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 27. Angelica, verbo, excomm. 7. casu 13. S. Anton. par. 3. tit. 25. c. 41. Syluest. verbo, excomm. 9. num. 35. §. duodecima. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 26. Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 54. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. pag. 358. colum. 4. §. duodecima. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 121. §. duodecima. & Sebast. Medices par. 2. tit. 9. quæst. 78. nu. 68. De hac autem Summi Pontificis electione legẽdæ sunt Extrauag. Iulij II. quæ incipit: *Cum tam diuino*. quæ est 2. in ordine eiusdem. Extrau. Pauli Papæ IIII. quæ incipit: Cum secundum. quæ est 38. in ordine eiusdem. & Extrauag. Pij Papæ IIII. quæ incipit: *In eligendis*. quæ est 81. eiusdem in ordine.

7 Quinta excommunicatio nullis reseruata habetur in cap. *Sciant cuncti. de elect. lib. 6. vbi excommunicantur omnes, qui per se, vel per alios spoliando, seu aliàs iniustè persequendo grauare præsumpserint in beneficijs, seu in alijs bonis suis Clericos, vel quaslibet personas Ecclesiasticas, aut eorum consanguineos, vel Ecclesias, monasteria, seu alia loca, pro eo quod rogati, seu aliàs inducti, eum, pro quo rogabantur, siue inducebantur, eligere noluerunt.*

Canonis huius materia est Sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica, quantum ad liberum electionis opus; Et quoad personas est vniuersalis, & includit etiam Episcopos, ex glos. ibidem, in verbo, cuncti. Nec obstat cap. quia periculosum. de sent. excomm. lib. 6. quia cap. illud non loquitur de sententia excommunicationis, sed de suspensione, & interdicto: Quoad actiones verò, ponit vnam, scilicet, grauare vel spoliando, vel aliàs iniustè persequendo.

8 Circa quem Canonem obseruanda sunt ex Angelo, verbo, excomm. 7. casu 14. Anton. 3. par. titu. 25. cap. 21. Syluest. verbo, excom. 5. casu 27. Caietan. verbo, excommunicatio, cap. 34. Martino de Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. pag. 358. colum. 4. §. decimatertia. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 122. §. decimatertia. & Sebastiano Medice par. 2. tit. 9. q. 78. num. 67. ad hanc censuram incurrendam requiri.

Primo, quod fiat grauamen per spolium, aut persecutionem iniustam; scilicet, vel auferendo latenter, vel vastando quocunque modo, vel inuadendo immobilia, vel rapiendo mobilia, per vim, & publicè, aut fraudando per dolum.

Secundo, quod huiusmodi grauamen inferatur à se, vel ab alio ob hanc causã, quia scilicet electores, seu electrices rogati, aut inducti, eligere noluerunt illum, vel illam, pro quo, vel qua rogabantur: vnde si non fecissent ob hanc causam, sed propter aliam, aut si non fuissent rogati, & tamen intulerunt electoribus prædictum grauamen, non incurrunt hanc pœnam, ex Tabiena, vbi supra

Tertio, grauamen hoc inferri debet contra aliquem ex his quinque, scilicet, vel contra personas electrices ecclesiasticas, non autem laicas; vel consanguineos dictarum personarum Ecclesiasticarum, & intelligitur de cõsanguineis vsque ad septimum gradum consanguinitatis: grauando autem affines non incurrunt, vel contra ipsas Ecclesias, vel Monasteria, vel alia loca pia; Et nomine personæ Ecclesiasticæ comprehenduntur etiam conuersi, templarij, vel hospitalarij, qui vt ait glossa. in d. c. sciant cuncti, in verbo, ecclesiasticas, quamuis non sint Clerici, sunt tamen personæ ecclesiasticæ. arg. cap. quisquis. 17. quæst. 4.

Quarto, intelligitur de electione, quę fit à personis ecclesiasticis, secus si fiat à laicis, & quod dicitur de electione, intelligi etiã debet de pręsentatione, postulatione, vel confirmatione, dummodo hęc fieri debeant ab ecclesiastica persona, secus si patronus esset laicus, quia sermo hic solum est de clericis, & personis ecclesiasticis. Nec obstat, quod constitutio hęc pęnalis sit, & proinde non extendenda ad pręsentationem, postulationem, & confirmationem, sed solum restringenda erit ad electionem, de qua solum loquitur: quia constitutio pęnalis quatenus concernit fauorem ecclesię, extendenda est ad alium casum, quam expressum, dummodo casus, ad quem fit extensio, concernat ecclesię fauorem, maxime cum eadem vtrobique ratio sit, vt in hoc casu contingit.

9 Sexta excommunicatio nulli reseruata habetur in cap. *Generali, de elect. lib. 6. vbi excommunicantur vniuersi, & singuli, qui Regalia*, [hoc est, collectam, quæ fit nomine Regis, vel Imperatoris, seu tributum, quod debetur Regi, seu illa, quæ capit Rex Ecclesia vacante, vt in Regno Franciæ, & Angliæ fieri consueuit, vbi Regalia vocantur iura Regis in quibusdam Ecclesijs vacantibus competentia, quibus de prælatis ordinariis illa percipiunt prælati, & non Rex.] *aut custodiam, seu guardiam* [vt in Ecclesia Parmensi, vbi laici debent custodire, donec Ecclesiæ sit prouisum] *vel aduocationis, seu defensionis titulum in Ecclesijs, Monasterijs, seu quibuslibet alijs locis pijs de nouo vsurpando bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsorum occupare præsumunt, quacumque dignitatis honore præfulgeant.*

10 Canonis huius materia est Sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica in Ecclesiarum vacantium bonis. Et quoad personas est vniuersalis; Duas vero continet actiones, scilicet, de nouo conari vsurpare Regalia & in vacantibus Ecclesijs, Monasterijs, aut alijs pijs locis: aut occupare bona dictorum locorum: adeo, vt ad hanc censuram incurrendam non sufficiat vsurpare aliquẽ dictorum titulorum, sine occupatione bonorum, nec satis est occupare bona, nisi vsurpent aliquem dictorum titulorum de nouo, & dicuntur vsurpare de nouo, qui nondum 40. annis possessionem illorum habuerunt: secus autem dicendum est de illis, qui vel ex fundatione, vel ex antiqua consuetudine huiusmodi iura sibi vendicant, tales enim hanc pœnam non incurrunt, vt colligi potest ex ijs, quæ glo. ibi, & Palud. 4. dist. 18. q. 3. art. 3. casu 27. Richard. 4. dist. 18. art. 11. q. 5. Astensis in Summa. par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 52. Angel. verbo, excom. 5. casu 15. Ant. 3. par. tit. 25. ca. 18. Syluest. verbo, excom. 9. nu. 40. §. decimaquarta. Tabiena, verbo, excomm. 5. casu 28. Caiet. verbo, excommunicatio, ca. 38. Mart. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. pag. 358. col. 4. §. decimaquarta. & Nauarr. in Man. ca. 27. nu. 123. §. decimaquarta, & Sebastianus Medices, par. 2. tit. 9. q. 78. num. 64. tradunt, qui etiam docent per vniuersos, & singulos comprehendi etiam mulieres, quia secundum Canones masculinum prolatum à Canone crimina puniente, feminas comprehendit, quia feminæ non minus peccant, quam masculi, licet quandoque minus puniantur, arg. c. si quis suadente, 17. quæst. 4.

11 Septima excommunicatio nulli reseruata habetur in c. *vnico, de his quæ vi metusue causa fiunt lib. 6. vbi excommunicantur, qui absolutionem, vel reuocationem quamcumque a sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, per vim, aut metum extorserit, & talis absolutio, vel relaxatio ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto est ipso iure nulla.*

Canonis huius materia est Sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas quoad opus absolutionis, vel reuoca-

uocationis censurarum Ecclesiæ. Et quoad personas est vniuersalis; & duas continet actiones, quarum vna est, extorquere vi, secunda est, extorquere metu talem absolutionem, vel reuocationem censuræ.

12 Circa quam excommunicationem notanda sunt ista, ex glo. ibi. & Palud. 4. dist. 18. quæst. 3. art. 4. casu 11. Richar. 4. dist. 18. art. 11. q. 5. Astensi in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 47. Angel. verbo, excom. 5. casu 18. Anton. 3. part. tit. 25. cap. 27. Syluest. verbo, excomni. 9. num. 43. §. decimaseptima. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu 32. Caiet. in Summa, verbo, excommunicatio, cap. 41. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. pag. 359. colum. 1. §. decimaseptima. Sebastiano Medice, in Summa peccatorum capital. quæst. 78. num. 2.

Primò, quod absolutio, aut reuocatio hæc intelligi debet cum effectu, vnde si non sequatur absolutio, seu reuocatio, puta quia iudex noluit absoluere, vel reuocare, non habet locum hæc pœna, idest, non incurritur excommunicatio ista, etiamsi vis, aut metus illatus sit.

Secundò, intelligitur solum de excommunicatione maiori, secus autem, si de minori excommunicatione absolueret, tunc enim non incurritur pœna hæc, quæ de absolutione à maiori excommunicatione intelligitur, argum. cap. si quem. de sentent. excommunicat. intelligitur tamen de omni suspensione, scilicet, siue ab officio, vel beneficio, vel ab ingressu ecclesiæ.

Tertio, intelligitur non solum si excommunicatio, aut alia censura fuerit iusta, sed etiam si fuerit iniusta, qualiscunque enim fuerit, prohibet lex modum talem reuocandi, scilicet per vim, aut metum; quamuis enim iniuste excommunicatus sit, humiliter tamen absolutionem petere debet, non per metum compellere.

Quarto, intelliguntur hæc omnia procedere tam in censura lata ab homine, quam à iure.

Quinto, procedunt non solum, quando extorquet absolutionem à censura contra se lata, sed etiam quando lata esset contra alium, & ipse absolutionem, vel reuocationem eius per vim, aut metum extorqueret.

Sexto, procedunt hæc omnia, siue faciat per se, siue per alium, arg. cap. mulieres, de sent. excomm. quo casu & inferens metum, aut vim, & excommunicatus, suspensus, vel interdictus incidit in excommunicationem hanc, si hoc mandauit illi, vel factum eius nomine ratum habuit, arg. ca. sciant cuncti. de elect. lib. 6. & c. cum quis. de sent. excommun. lib. 6.

Septimo, intelligitur de metu cadente in virum constantem, vt metus mortis, vel cruciatus corporis: Item, si Præpositus aut Balliuus faxiat omnia bona temporalia Episcopi, quousq; eum absoluat, videtur iustus metus, ex Paludan. vbi supra, sicut iustus metus est, qui est sub periculo maioris partis bonorum. Non autem sufficit quod extorqueat per vanum, aut paruum aliquem metum, vt DD. communiter tradunt, contra Caiet. & Medicem vbi sup. quando scilicet quis timere non deberet, talis enim metus non appellatur propriè metus, l. metum accipiendum. ff. de eo, quod met. cau. Et multo minus, quando Episcopus ex timore innato, & non illato absoluit, aut reuocat; Quia in tali casu vt rectè notauit Caietan. nullus extorquet vi, aut metu, sed ipsemet Prælatus potius se torquet.

13 Octaua excommunicatio nulli reseruata habetur in ca. *Mulieres, de Iudiciis, lib. 6. vbi excommunicantur, qui fingunt fraudulenter casum, propter quem iudex aliquis vadat personaliter ad mulierem pro testimonio accipiendo.*

Canonis huius materia est insidiari pudicitiæ mulierum; Et quoad personas est vniuersalis: & vnam actionem ex parte fingentis, scilicet fingere talem casum, & aliam ex parte iudicis continet, scilicet vt personaliter vadat. Vnde siue iudex ipse sit, qui fingit talem casum, siue alius malo consentiens, si iudex vadat personaliter tam iudex vadens, quam alius fictor, & fraudator, excommunicatus est: sin autem Iudex non eat, licet casus fingatur, non est locus prædictæ pœnæ; imò si iudex iret, nesciens fictionem, aut eam improbare non potens, non incidit in prædictam sententiam, quia canon non excommunicat iudicem simpliciter ex necessitate euntem, sed fingentem causam eundi, dummodo sequatur effectus, & pœnæ non sunt extendendæ: fictor tamen in prædicto euentu est excommunicatus, dummodo sequatur effectus, hoc est, si iudex personaliter vadat ad mulierem: & intelligitur tam de iudice laico, quam ecclesiastico. Sic gloss. ibi, & Palud. 4. distinct. 18. quæst. 3. art. 4. casu 12. Angel. verbo, excommun. 7. casu 19. Anton. 3. par. tit. 25. c. 45. Syluest. verbo, excôm. 9. nu. 44. §. decimaoctaua. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu trigesimotertio Caiet. verbo, excommunicatio. cap. 59. Mart. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 359. col. 1. §. decimaoctaua. Nauar. in Manuali c. 27. num. 125. §. decimaoctaua. & Sebast. Medices. part. 2. Summæ, tit. 9. qu. 78. num. 507.

54 Nona excommunicatio nulli reseruata habetur in ca. *Hoc consultissimo de rebus ecclesiæ non alienam. lib. 6. vbi excommunicantur omnes cuiuscunque conditionis compellentes Prælatos, vel ecclesiasticas personas ad submittendum ecclesias, subiiciendo bona immobilia, vel ad supponendum iura ecclesiarum laicis, vel ad recognoscendum, seu profitendum se tenere ab illis tacitis, tanquam à superioribus, vel ad statuendum eosdem laicos tanquam patronos, vel aduocatos ecclesiarum, seu bonorum ipsarum in perpetuum, aut ad tempus non modicum absque Capituli sui consensu & speciali Sedis Apostolicæ licentia. Similiter excommunicantur omnes laici, qui ex licentia Papæ, & consensu Capituli contractus inierunt de ecclesiasticis immobilibus, vel inient in posterum, si aliquid plus quam importat natura contractuum ipsorum, vel pactum in eis factum vsurpauerint, vel exegerint, si legitimè moniti non destiterint, & vsurpata restituerint.*

Canonis huius materia est sacrilegium, quo offenditur libertas ecclesiastica compulsione ad submittendum bona ecclesiæ laicis: Et quoad personas est vniuersalis: Duas autem continet actiones, vna est, compellere; altera est vsurpare.

55 Ad hanc autem pœnam incurrendam requiritur.

Primo, quod bona illa sint immobilia, vel iura, quę immobilibus computantur.

Secundo, quod supponantur tanquam sint sua, vel recognoscantur ab eis.

Tertiò, quod non sit submissio prædictorum bonorum immobilium, vel iurium ad modicum tempus, quia si esset ad tempus modicum ex iusta causa, cum consensu capituli, aut licentia Papæ, non esset locus pœnæ. Dicitur autem tempus modicum, decem annorum, vel aliud tempus ad arbitrium iudicis.

Quartò, quod fiat sine licentia capituli, vel Papæ.

Quintò, admonitio requiritur trina, nisi excuset facti necessitas. Quę omnia colliguntur ex glo. ibi, & Richar. 4. dist. 18. artic. 11. q. 5. in fine, & Summa Astens. par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 57. 58. & 59. & Palud. 4. distinct. 18. q. 3. artic. 3. casu 25. & casu 26. & Angel. verbo, excommunic. quinto, casu vigesimo primo, Anton. 3. par. tit. 25. cap. 19. Syluest. verbo, excommunic. 9. nume. 44. §. decimanona. Tabiena, verbo, excommunic. 5. casu trigesimo quarto. Caietan. verbo, excommunicatio. capit. 32. Martin. Ledesm. 2. 4. quęst. 26. art. 2. pag. 359. col. 1. §. decimanona. & Sebastiano Medices, part. 2. Summę, tit. 9. quęstio. 78. numer. 44.

56 Decima excommunicatio nulli reseruata, habetur in cap. *Eos qui, de immunit. eccl. libro sexto vbi excommunicantur omnes temporale dominium habentes, qui suis subditis interdicunt, ne Prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quęcunque vendant, vel ab eisdem aliquid emant, nec ipsis bladum molant, aut panes coquant, aut alia obsequia exhibere præsumant.*

Cano-

27 Canonis istius materia est sacrilegium, quo ecclesiastica libertas offenditur in libera venditione, emptione, & obsequijs; Et quoad personas est particularis, ligat enim solos illos, qui temporale dominium habent; vnam vero actionem continet, scilicet, interdicere subditis suis ne ecclesiasticis personis vendant &c. secus aūt, si prædicta interdicant non suis subditis. Vnde ad hanc sententiam incurrendam duo requiruntur; scilicet, quod interdicentes habeant temporale, idest, dominium sæculare, & quod prædicta interdicant subditis suis, vnde locum non habet in non Dominis, nec in Dominis, si alijs non sibi subditis interdicant, cum textus vtriusque mentionem facit. Nec requiritur, quod de hoc faciant statutum, aut sub pœnis inhibeant, sed satis est, quod interdicant suis subditis. Quod si fiat tale præceptum, aut statutum, sicut in multis Ciuitatibus, & Dominijs Italiæ, teste Anton. quod prohibeat, ne quis donare, vendere, aut alienare possit rem immobilem alicui non subdito, aut non subeunti onera Communitatis, & irritans donationem, venditionem, vel alienationem, non ligantur statuentes hac censura; quia non est contra libertatem ecclesiasticam, nec censentur excludi personæ ecclesiasticæ, aut ecclesiæ, quominus huiusmodi res illis donari, aut vendi possint, cum in talibus statutis non fiat mentio de ecclesijs, aut ecclesiasticis personis, sed solum censetur statutum hoc extendi ad laicos iurisdictionis alienæ; & potest iudex ecclesiasticus ipsos compellere, ad quos pertinet, vt declarent statutum illud habere locum tantum quoad laicos, non autem quoad ecclesias, aut personas ecclesiasticas. De qua re latius agunt glo. ibi, Paludan. quarta, dist. decimaoctaua, quæstion. tertia, casu decimoquarto. Summa Astensis par. secunda, libro septimo, titu. secundo, casu 43. Ang. verbo, excommun. septimo casu 26. & Anton. tertia par. tit. 25. capitulo decimoseptimo. Syluest. verbo, excommun. octauo, numero 50. §. vigesimatertia. Tabiena, verbo, excommun. quinto, casu 21. Caietan. in verbo, excommunicatio, capitulo 37. Martin. Ledesm. secundo, quartæ. quæst. 26 art. secundo, pag. 359. colum. secunda, §. 23. & Nauarr. in Manuali, capitulo 27.
28 numero 130. §. vigesimatertia.

Vndecima excommunicatio nulli reseruata habetur in *capitulo vt inquisitionis. de hæret. libro sexto, vbi octo excommunicationes reperiuntur; Primo enim excommunicantur omnes Potestates, Domini temporales, & Rectores, (quibuscunque dignitatibus. vel officijs & nominibus censeantur) & eorum officiales, & Balini, qui Diœcesanis, vel Episcopis, vel Inquisitoribus hæreticæ prauitatis non obediunt in hæreticorum, vel ipsorum credentium. vel defensorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione, & custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti. Secundò, omnes prædicti Rectores, si prædictas personas pestiferas non duxerint, vel duci fecerint sine mora, postquam fuerint requisiti, in potestatem. seu carcerem Episcoporum. seu Inquisitorum, vel aliquem alium locum, de quo ipsi, vel aliqui ex ipsis mandauerint infra eorum Dominorum, vel Rectorum districtum, vbi per viros catholicos à præfatis Episcopis, vel Inquisitoribus, vel eorundem aliquos deputatos sub arcta, & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per iudicium Ecclesiæ terminetur, sunt excommunicati. Tertio, excommunicantur omnes supradicti Rectores, & eorum officiales, & nunc, si de hæresi ab Episcopis, vel Inquisitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos, non statim ceperint, & indilate animaduersione debita puniant. Quarto excommunicati sunt omnes supradicti Rectores, & officiales, si captos pro crimine hæresis absque dictorum Episcoporum, seu Inquisitorum, aut saltem alterius eorum licentia. vel mandato à captione, vel carcere liberauerint. Quinto. excommunicantur omnes supradicti Rectores, ipsorumque officiales, si de crimine hæresis (cum sit mere Ecclesiasticum) cognouerint quoquomodo; vel iudicauerint. Sexto, excommunicantur omnes supradicti, si executionem pro huiusmodi crimine à Diœcesanis, vel Inquisitore iniunctam, promptè (prout ad eorum spectat officium) facere detractent; vel Diœcesani, seu Inquisitoris iudicium, sententiam seu processum, directe, vel indirecte impedire præsumont. Septimo, excommunicantur omnes supradicti, qui præfato fidei negotio, Episcopo, vel Inquisitori incumbenti se opponere præsumpserint, vel ipsum aliqualiter impedire. Octauo, excommunicantur, omnes qui scienter in prædictis, vel aliquo prædictorum auxilium, consilium, vel fauorem dederint.*

Circa hunc Canonem obseruandum est.

Primo, quod septem priores excommunicationes non contra omnes, sed contra officiales in crimine hæresis delinquentes, vt præfertur, latæ sunt; octaua vero contra, omnes est: Quæ omnes, quantum est ex hoc Canone sunt Episcopales; Dixi (quantum est ex hoc Canone) quia si in aliquo prædictorum delinquunt, tanquam fauentes, aut defendentes hæreticos incidunt in excommunicationem primam Bullæ cenæ Domini, de qua diximus capit. 4. & c. 5. huius libri, & ita a solo Papa absoluendi essent.

Secundo prædicti omnes, si semel in excommunicationem hanc inciderint, & in ea per annum animo pertinaci perseuerauerint, ex tunc velut hæretici condemnantur.

Tertio, quoad cognitionem, de qua in excommunicatione quinta mentio fit, dicendum est, quod siue cognoscant de crimine hæresis principaliter, puta, quia de causa principali cognoscentes hæreticum fecerunt capi; siue incidenter, puta, quia fecerant eum capi alia de causa, sed incidenter de hoc quæsierunt iuridice, in hanc censuram incidunt.

Quarto, tunc solum incurrunt pœnam huius Canonis quando aliquid faciunt animo impediendi officium: secus autem, si impedirent animo offendendi aliquem, quia scilicet est inimicus suus particularis; sic namque excommunicati non essent, quamuis impedirent. In qua tamen re valde cauendum est, ne aliquem officialem impediant; cum potius præsumendum sit animo impediendi tam sanctum, ac venerandum officium, eiusque officiales id facere, quam vt priuatim, ac propriam aliquam iniuriam propulsent.

29 Quinto, si Episcopus, & Inquisitor in mandato discordant, quia scilicet vnus mandat puniri per se condemnatum, alter vero relaxari per se absolutum, tunc est supersedendum, donec Papa consulatur. Quæ omnia colliguntur ex gloss. in d. capit. vt inquisitionis. Paludan. 4, distinct. 18. q. 3. art. 1. §. non paret. casu 7. & sequentibus, Summa Astensi, part. 2. lib. 7. tit. 2. casu 3. Angel. verbo, excomm. 7. casu 29. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 6. & Syluest. verbo, excommun. 9. nu. 58. §. vigesimaoctaua. Tabiena, verbo, excomm. 5. casu 4. nu. 15. §. decimoquarto. Caiet. in verbo, excommunicatio. capit. 2. Mart. Ledesm. 2. 4. q. 36. art. 2. pag. 359. col. 3. §. vigesimaoctaua. & Nauar. in Manua. c. 27. num. 135. §. vigesimanona. & Sebast. Medice, par. 2. Summæ tit. 9. quæst. 78. num. 102. De hac re legenda est Constitutio Pij V. quæ incipit, Si de protegendis, quæ est 83. eiusdem in ordine, a nobis posita supra in capit. 21.

30 Duodecima excommunicatio nulli reseruata habetur in c. *Pro humani. de homic. lib. 6. vbi excommunicantur quicunque Princeps, Prælatus*, (etiam Episcopus) *seu quæuis alia Ecclesiastica, sæcularisue persona, quempiam Christianorum per assassinos interficiens, vel interfici mandans*, (quamuis mors forsitan ex hoc non sequatur) *aut eos receptans, defendens, vel occultans. Et si fuerit Prælatus, vel persona Ecclesiastica, depositionem à dignitate, ordine, honore, officio, & beneficio vltra excommunicationem ipso facto incurrit.*

Canonis huius materia est homicidium sacrilegum, Et quoad personas est vniuersalis, & continet actiones quinque, scilicet Christianum per assassinos interfici mandare, etiamsi non sequatur effectus, eos assassinos receptare, defendere, & eos occultare, & omnes sunt principales, adeo vt mandantes, receptantes, defendentes

tes

tes aut occultantes eos excommunicati sint, etiamsi non
occiderint, aut occisuri sint Christianum. Assassini verò
21 dicuntur, vel serui quidam qui subsnot dominio alicuius,
& pro pecunia occidunt homines ad alicuius instantiam,
secundum Archid. in d. capit. pro humani, vel (vt alij vo-
lunt) sunt quidam infideles liberi, qui pro pecunia faci-
le homines occidunt, non curantes si ipsimet etiam oc-
cidantur, verum parum refert, quod sint sub alicuius
dominio, vel non; quod sint infideles, vel fideles, dum-
modo pro pecunia eis data homines interficiant. De
qua re plura legi possunt apud DD. in d. cap. pro huma-
ni. & Summistas, in verbo, assassinis, & gln. in d. cap. pro
humani. Richard. 4. distin. 18. artic. 11. quæstio. 5. Palud.
4. distinct. 18. q. 3. artic. 4. casu 34. & 35. Summam Asten-
sem, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 32. Angel. verbo, excommunic.
5. casu 31. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 36. Syluest. verbo, ex-
communicatio nono, numero 59. §. trigesima. Tabienam,
verbo, excommunicatio, quinto, casu 37. Caietan. verbo,
excommunicatio, capitulo decimosexto. Martin. Ledesm.
2. 4. quæstio. 26. artic. secundo, pag. 359. colum. quarta, §.
trigesima, & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero
135. §. 29.

22 Decimatertia excommunicatio nulli reseruata habe-
tur in *capitulo. Et si pignorationes, de iniuriis, & damno da-
to. vbi excommunicantur concedentes pignorationes, seu repræ-
salias contra personas Ecclesiasticas, vel bona ipsarum, vel
generaliter concessas prætextu cuiuscunque consuetudinis, nisi
infra mensem a die concessionis reuocent.* Est autem hoc in-
telligendum, si sint personæ singulares, si enim sit vniuer-
sitas, ecclesiastico subiacet interdicto.

Canonis huius materia est Sacrilegium, quo offenditur
libertas ecclesiastica quantum ad exemptionem à repræ-
salijs. Et quoad personas est vniuersalis; & duas continet
actiones, vna est concedere prædictas repræsalias; alia est
illas extendere.

Circa quem canonem hæc obseruanda sunt ex glossa,
ibi, & Richar. quarta, dist. 18. artic. vndecimo, quæst. quin
ta, Palud. in. quarto, distin. 18. quæst. tertia, artic. tertio, ca-
su 29. & 30. Astensi, in Summa, par. 2. libro septimo, tit. 2.
casu 29. Angel. verbo, excommunic. septimo, casu 33. An-
ton. tertia par. tit. 25. capitulo 20. Syluest. verbo, excom-
mun. nono, numero 62. §. trigesimasecunda. Tabiena, ver-
bo, excommun. quinto, casu 39. Caietan. verbo, excommu
nicatio, capitulo 32. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2.
pag. 359. colum. quarta, §. trigesimasecunda. Nauar. in
Manuali, capitulo 27. numero 136. §. trigesimaprima. &
Sebastiano Medices, par. 2. Summæ, tit. nono, q. 78. nu-
mero centesimo septuagesimo.

Primo, quod concedere pertinet ad superiorem, seu Ci-
uitatem, ille vero, cui conceduntur, dicitur extendere, pu-
ta, quia Ciuitas Bononiensis dedit repręsalias ciui suo con
tra Florentinos, quas ille ad clericos extendit.

23 Secundo, repræsaliæ dicuntur propriè, in quibus alius
pro alio prægrauatur; vnde nonnulli dicunt, quod si cap-
ptus sit clericus principalis debitor, ratione cuius repræ-
saliæ sunt concessæ, cessat pœna huius capitis, quia in hoc
casu idem grauatur pro seipso, & sic cessat ratio textus, &
quia pœnæ sunt restringendæ. Sic gloss. in d. capitulo & si
pignorationes, in verbo, prægrauatur. Astensis, Tabiena,
Caiet. Nauar. & Medices, vbi supra, & est communis Ca-
nonistarum, quamuis Syluest. vbi supra, §. 1. velit, etiam
tam concedentem repræsalias contra clericum, aut res cle
rici, quam extendentem, pęnam huius Canonis incurrere:
quia in hoc casu militat ratio textus, quæ est dignitas per-
sonæ Ecclesiasticæ, non autem aggrauatio vnius pro alio;
& proinde, cum constitutio hæc sit in fauorem ordinis cle
ricalis, late interpretanda est. At certè prior opinio com-
munior, & verior est, quia licet habenda sit ratio ordinis,
& dignitatis clericalis in concedendis repræsalijs, ita vt
pro credito clerici vnius Diœcesis non sint concedendæ,
aut extendendæ repræsaliæ contra clericos alterius Diœ-
cesis, in qua sit debitor constitutus, seu pro credito alicu-
ius laici vnius diœcesis; cum in his casibus vere vnus pro
alio grauetur: In casu tamen proposito, quo repræsaliæ
conceduntur solum contra clericum, aut bona clerici de-
bitoris, præmissis, ac seruatis ijs, quæ de iure præmitten-
da, ac seruanda sunt, si clericus debitor principalis, aut bo
na eius tantum capiantur, non erit locus huic canoni, quia
non sunt proprie repræsaliæ, vt diximus, cum vnus pro
alio non grauetur. In qua tamen re nihil sine consilio su-
perioris ecclesiastici faciendum est.

24 Decimaquarta excommunicatio nulli reseruata ha-
betur in *Clementina. Nolentes, de hæreticis. vbi excommuni-
cantur omnes Inquisitores, seu Commissarij ipsorum, vel
Episcoporum, vel Capitulorum Sede vacante, super hæresi de-
putati, qui prætextu officij Inquisitionis quocunque modo
illicito pecuniam extorquent ab aliquibus, vel scienter attentant
ecclesiarum bona ob clericorum delictum fisco ecclesiæ appli-
care.*

Canonis huius materia est partim rapina, partim Sa-
crilegium. Quoad personas, ligat duo genera persona-
rum, scilicet, Inquisitores, & Commissarios, vel Inquisi-
torum, vel Episcoporum, vel Capitulorum sede vacan-
te; vbi etiam Commissariorum nomine veniunt Vicarij,
qui Commissarios agunt, & idem de substitutis eorum
dicendum est, hi enim Commissariorum etiam nomine
25 veniunt. Duas vero continet actiones, scilicet, extor-
sionem pecuniæ modo illicito, prætextu officij Inquisi-
tionis; & applicationem bonorum ecclesiæ scienter ad
fiscum ecclesiæ, ob delictum clerici, prætextu dicti offi-
cij, vbi

Prima actio, vt inducat pœnam istam, tres conditio-
nes requirit.

Prima est, vt sit extorsio pecuniæ, & nomine pecuniæ
venit omne id, quod pecunia æstimari potest, vt vinum,
frumentum, & similia.

Secunda est, vt illicito modo fiat, vnde non prohibet li-
citas exactiones, sed solum illicitas.

Tertia est, vt hæc exactio fiat prætextu officij inquisi-
tionis, vnde si extorqueant aliqua illicite, sed non præ-
textu dicti officij, licet peccent, hanc tamen pęnam non
incurrunt.

Actio vero secunda, vt hanc pęnam inducat, requirit.

Primo, vt applicatio illa sit bonorum ecclesiæ, secus
autem, si sit de bonis proprijs clericorum, vnde si Mo-
nachus præesset ecclesiæ eorum, quæ acquisiuit intui-
tu personæ, fieri non potest applicatio ista, quia hic
non potest sibi acquirere, sed potius acquirit Ec-
clesiæ.

Secundo, vt fiat scienter, vnde in ignorante probabili-
ter locum non habet hæc pęna.

Tertio, vt fiat fisco ecclesiæ; si ergo non licet applicare
hæc fisco ecclesiæ, multo minus sibi ipsis, vel fisco sæcu-
lari eadem applicare.

Quarto, vt fiat prætextu dicti officij. Quibus addo ex
d. Clement. nolentes. quod delinquentes in prædictis, vel
in aliquo illorum absolui non possunt ab excommunica-
tione sic incursa, præterquam in articulo mortis, donec
illis, à quibus sic extorserint pecuniam, vel ecclesiæ, cuius
bona confiscantur, plene satisfecerint, nullis priuilegijs,
pactis, aut remissionibus super hoc valituris; quod intel-
ligitur, si habeant, vnde satisfacere queant, quia aliàs pau-
pertas excusat, argum. capituli cum tu, de vsur. Quæ om-
nia colliguntur ex gloss. ibi, & Summa Astensi, parte se-
cunda, libro septimo, titulo secundo, casu 92. Angel. verbo
excomunicatio septimo, casu 42. Syluest. verbo, excommu
nicatio nono, numero octuagesimoptimo, §. quadtagesi-
mosecundo. Sanctus Anton. parte tertia, titulo vigesimo-
primo, capitulo octauo. Tabiena, verbo, excommunica-
tio quinto, casu quarto, numero 18. §. decimoseptimo. Ca-
ietan. verbo, excommunicatio, capit. quarto, Martin. Le-
desm. secunda, quarti, quæstio. vigesimasexta, articulo se-
cundo,

cundo, pag. 360. col. 2. §. Quadragesima secunda. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 142. §. Quadragesima prima. & Sebastiano Medice par. 2. Summæ, titu. 9. q. 78. num. 100.

26 Decimaquinta excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clement. vnica, de vsur. vbi excommunicantur Potestates, Capitanei, Rectores, Consules, Iudices, Consiliarij, aut alij officiales quarumcunque Communitatum, qui faciunt, scribunt, vel dictant statuta, quibus præcipitur, quod vsuræ soluantur, aut quod solutæ non restituantur, cum repetuntur, vel qui scienter iudicare præsumpserint secundum illa;* (hoc est, vel quod vsuræ soluantur; vel quod repetitæ non restituantur) *vel qui huiusmodi statuta hactenus edita de libris Communitatum ipsarum* (si super hoc potestatem habent) *infra tres menses non deleuerint; vel si ipsa statuta, aut consuetudines vim statuti habentes, quoquomodo obseruare præsumpserint.*

Canonis huius materia est vsurarum detestatio, ligans sex personas in illo nominatas, & sex etiam actiones continet, vt legenti patere potest, quæ omnia ex se manifesta sunt, de qua tractant glo. ibi, & Astensis, in Summa, par. 2. libro 7. titu. 2. casu 82. & tribus sequentibus. Angel. verbo, excommunic. 7. casu 43. Anton. 3. par. titu. 25. capitulo 29. Syluest. verbo, excommun. 9. numero 82. §. quadragesimatertia. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu 50. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 51. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 360. colum. 2. §. Quadragesimatertia. Nauar. in Manuali, capitulo 27. num. 142. §. quadragesimasecunda. & Sebast. Medices, par. secunda Summæ tit. 9. q. 78. num. 212.

27 Decimasexta excommunicatio nulli reseruata habetur in *Concilio Tridentino sess. vigesimaquarta, de reformat. Matr. capitulo nono, vbi excommunicantur viri Principes, ac Magistratus cuiuscunque gradus, dignitatis, & conditionis sint, qui quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogunt, quo minus liberè Matrimonium contrahant.*

28 Decimaseptima excommunicatio nulli reseruata habetur in eodem *Concilio Tridentino, sess. vigesimaquinta, de Regula. cap. 5. vbi excommunicantur Magistratus sæculares, qui requisiti ab Episcopis eis non auxiliantur, vt clausura Sanctimonialium, vbi inuiolata est, conseruetur, aut vbi violata est, restituatur.*

Et quæ in hoc capite hactenus dicta sunt, ad laicos pertinent, qui publicam personam in Republica gerunt, vt legenti manifestum esse potest, in sequentibus eas solum excommunicationes afferemus, quæ partim ad laicos priuatam personam gerentes, partim ad omnes tam laicos, quam Clericos, & Religiosos spectant.

De alijs excommunicationibus nulli reseruatis, quę partim laicis, partim clericis communes sunt. Cap. XXXV.

SVMMA.

1 *Magistri, & Scholares Bononienses, conuenientes hospitem de conducendo hospitio aliorum Magistrorum, & Scholarium sine eorum licentia excommunicationem incurrunt.*

2 *Cardinalibus in conclaui pro Papæ electione existentibus litteras, aut nuncium mittentes excommunicati sunt.*

3 *Vocati seu deputati ad dirigendas Moniales in electionibus faciendis, si non abstinent ab his, quæ discordiam nutrire possunt, in excommunicationem incidunt.*

4 *Procurans, vt conseruator sibi datus de alijs, quam de manifestis iniurijs se intromittat, excommunicatus est.*

5 *Doctores, seu magistri, qui religiosos habitu suo dimisso leges, vel physicam audientes scienter docent, aut in scholis retinent, excommunicationem incurrunt.*

6 *Sepulturæ ecclesiasticæ hæreticos aut fautores eorum scienter tradentes, excommunicationem incurrunt, & qualiter absoluendi.*

7 *Sequestrationem de beneficio ecclesiastico per triennium integrum non possesso impediens, aut, & quando excommunicationem incurrat.*

8 *Sepeliens scienter excommunicatum publicè, vel nominatim interdictum, vel vsurarium manifestum in cœmiterio tempore interdicti, in casibus a iure non concessis, excommunicatus est, & qualiter absolui possit.*

9 *Excommunicatus publice, vel nominatim interdictus quis censendus sit.*

10 *Interdictus a Diuinis, & Sacramentorum participatione sepultura ecclesiastica priuatur.*

11 *Sepultura ecclesiastica quænam proprie dicenda sit.*

12 *Sepelire excommunicatum, interdictum, vel vsurarium manifestum quis censeatur, vt pœnas iuris incurrat.*

13 *Sepelire aliquem is dicitur, qui eam operam præstat, sine qua mortuus ille sepultus non fuisset.*

14 *Visitatores Monialium, in pertinentibus ad officium eorum impedire præsumens, excommunicationem incurrit.*

15 *Matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, vel cum Monialibus contrahentes excommunicati sunt.*

16 *Matrimonium intra quartum gradum cum consanguinea, vel affine scienter contrahens, sed ad id timore in virum constantem cadente coactus, in excommunicationem non incidit.*

17 *Sponsalia cum consanguinea, vel affini contrahens excommunicatus non est.*

18 *Incestuosis quasnam pœnas Gregorius XIIII. de nouo inflixit.*

19 *Litteras electi in Papam, antequam coronetur, impugnans, excommunicatus est.*

20 *Imperio vacante, qui nomen Vicarij Imperatoris, vel alterius officij retinent, vel assumunt, quando excommunicationem incurrant.*

21 *Commentarios, libros, glossas, aut interpretationes suas speciales super Concilij Tridentini Decretis edere præsumens, excommunicationem incurrit, dummodo prælatus non fuerit, tunc enim ei ingressus Ecclesiæ interdicitur.*

22 *Taurorum, aut aliarum bestiarum ferarum agitationes exercens, aut fieri permittens in terris, & locis sibi subiectis, excommunicatus est.*

23 *Agnus Dei per Romanum Pontificem benedictos depingentes, inficientes, minio notantes, vel aurum aut colorem aliquem illis imponentes, excommunicati sunt.*

24 *Abortum procurantes in excommunicationem, & alias pœnas grauissimas incidunt.*

25 *Bulla Sixti V. contra procurantes abortum edita, qualiter a Gregorio XIIII. moderata, & ad ter-*

minos iuris communis reducta sit.

26 *Abortum fœtus inanimati procurans, quamuis mortaliter peccet, in excommunicationem tamen non incidit, non irregularitatem.*

27 *Venena, aut pocula sterilitatis alicui propinans, ita vt generare non possit, excommunicatus, aut irregularis non est.*

28 *Clerici, quibus in casibus brachio sæculari tradi soleant.*

29 *Raptores mulierum, ac omnes illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes, excommunicati, & infames, & dignitatis incapaces sunt.*

30 *Virgines, aut viduas, aut alias mulieres inuitas ad Monasterium ingrediendum, vel ad habitum suscipiendũ, aut ad professionem emittendam cogens, quando excommunicationem incurrat.*

31 *Communicans scienter in crimine criminoso cum nominatim excommunicato, & ei consilium, auxilium, aut fauorem impendens, excommunicatus est.*

32 *Absolutus a sententia Canonis, vel hominis, ob periculũ mortis, aut aliud impedimentum ab eo, qui regulariter eum absoluere non potuit, cessante impedimento, repræsentare se illi, a quo aliàs absoluendus erat, contemnens in eandem sententiam reincidit.*



Rima excommunicatio est in *cap. 1. de locationibus, vbi excommunicantur Magistri, & scholares Bononiæ conuenientes hospitem, pro conducendo hospitio aliorum Magistrorum, & scholarium, in læsionem, vel impedimentum inhabitantium, nisi prius tempus conductionis sit elapsum, vel nisi de consensu ipsorum Magistrorum, & scholarium inquilinorum.*

Hæc excommunicatio ad solam Bononiensem Ciuitatem pertinet, vt tradunt gloss. ibi, Palud. 4. d. 18. q. 3. art. 3. casu 39. Astensis, in Summa, p. 2. lib. 7. ti. 2. casu 26. Angelic. verbo, excommun. 7. casu 4. Anto. 3. par. tit. 24. cap. 39. Syluest. verbo, excom. 9. nu. 8. §. quarta: Tabiena, verbo, excomun. 5. casu 17. Mar. Ledesm. 2. 4. q. 26. ar. 2. pag. 358. col. 3. §. quarta. Nau. in Manu. capit. 27. num. 114. §. quarta. & Sebast. Medices, par. 2, Summæ, tit. 9. quæstio. 78. num. 27.

2 Secunda excommunicato nulli reseruata habetur in *cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. vbi excommunicantur omnes, qui mittunt scripturam, aut nuncium, vel loquuntur occulte Cardinalibus, aut alicui eorum existentibus in conclaui pro electione Papę.*

Canonis huius materia est occasio differendi, vel turbãdi electionem Summi Pontificis; Et quoad personas, est vniuersalis. Et ponit tres actiones: Prima est, mittere scripturam; Secunda est mittere nuncium; Tertia est, secrete loqui, quæ omnes actiones intelliguntur quoad eos, qui sunt extra conclaue: vnde non ligat Cardinales in conclaui existentes, qui possunt loqui secrete vt volunt. Sed neque qui loqueretur cum aliquo Cardinali existente in conclaui de electione Summi Pontificis, ex consensu, & voluntate omnium Cardinalium præsentium, etiam secrete, pœnam hanc incurreret, vt contingere posset, si ex eorum licentia, Aduocati, vel Iurisperiti, aut Religiosi, aut tabelliones cum eorum aliquo loquerẽtur. Quibus addo, quod licet Gemin. ibi, & Arcbid. & Syluest. verbo, excom. 9. numero 34. §. vndecima, ver. primo, & Tabiena, verbo, excommun. 5. casu 26. & Angel. verbo, excomm. 7. casu 13. dicant ad hanc pœnam incurrendam requiri, vt missio sit secreta, sicut & locutio, ex eo quando Statutum enumerat plura prohibita, & vltimo prohibito qualitatem aliquam restrictiuam adiungit, illa qualitas restringens refertur ad omnia enumerata. Alij tamen vt Caie. verbo, excommunicatio, cap. 55. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 358. col. 4. §. vndecima. Nauar. in Manual. capit. 27. num. 121. §. vndecima, & Sebast. Medices, p. 2. Summæ. ti. 9. q. 78. nu. 47. & fauet S. Anton. 3. p. tit. 25. ca. 40. post Palud. 4. dist. 18. q. 3. art. 2. casu 5. & Summam Astensem par. 2, libro 7. titul. 2. casu. 22. rectius docent, non requiri admissionem scripturæ, vel nuncij, quod sit secreta, sed allocutionem tantum.

3 Tertia excommunicatio nulli reseruata habetur in *cap. Indemnitatibus, de elect. libro 6. vbi excommunicantur deputati, aut vocati ad dirigendas Moniales in electionibus Abbatissæ, vel Priorissæ, qui non abstinent ab his, per quæ inter eas possit oriri discordia in electionibus, vel iam orta nutriri.*

Canonis huius materia est occasio discordiæ in electione. Et quoad personas comprehendit omnes vocatos ad dirigendum Moniales in tali electione, siue sint viri, siue feminæ, siue laici, siue clerici, siue religiosi sint, & solos sic vocatos complectitur, & non alios. Vnde non incurrit, qui interest electioni non accersitus ad dirigendum Moniales in illa electione, quamuis esset causa discordiæ; Quantum ad actiones, comprehendit duas; vna est, Non abstinere ab his vnde oriri possit discordia in faciendis istis electionibus. Altera est, non abstinere ab his quibus nutriri possit discordia exorta super dictis electionib. faciendis. Quia autem textus solum meminit electionis faciendæ, ideo qui discordias nutriret, aut excitaret post electionem factam, etiamsi esset de numero vocatorum, non incurreret hanc pœnam; cum pœnæ vltra proprios casus extendendæ non sint. Quæ omnia colliguntur ex gloss. ibi, & Palud. 4. distinct. 18. quæstio. 3. art. 3. casu 38. Summa Astensi, part. 2. lib. 7. tit. 2. casu 61. Angel. verbo, excomm. septimo, casu 16. Syluest. verbo, excommun. nono, numero 42. §. decima quinta. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu. 29 & Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 80. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. pag. 359. col. 1. §. decima quinta. Nauar. in Manual. capit. 27. num. 124 §. decima quinta, & Sebastiano Medice, part. 2. Summæ, tit. 9. quæstio. 78. nu. 69.

4 Quarta excommunicatio habetur in *capit. Hac constitutione, de offic. delegati, libro 6. vbi excommunicatur pars procurans, vt conseruator sibi datus de alijs, quam de manifestis iniurijs se intromittat scienter, seu ad alia, quæ iudicialem indaginem, id est, inquisitionem exigunt, suam extendat potestatem.*

Canonis huius materia est vsurpata Iudicialis vexatio per conseruatorem a parte procurata. Et quo ad personas, est particularis: solum enim ligatur pars, hoc est, ille, qui est pars in huiusmodi vexatione; vnde alij, qui non sunt partes in iudicio, hoc procurantes, non incurrunt hãc pœnam; sed neque pars procurans incurrit hanc pœnam, nisi sequatur effectus, hoc est, nisi Iudex Conseruator se intromitat de alijs, quam de manifestis iniurijs scienter, vel ad alia, quæ suam potestatem excedunt, iudicium suum extendat. Quia verò alia nonnulla hac de re nuper à Concilio Tridentino sess. 14. de reform. capitulo 5. statuta sunt, illuc lectorem remittimus. De hoc autem Canone legi possunt glos. in d. cap. *Hac constitutione*. Palud. 4. dist. 18. q. 3. ar. 4. casu 10. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 2. casu 63. Angel. verbo, excom. 7. casu 17. Anton. p. 3. tit. 25. c. 37. Syluest. verbo, excom. 6. nu. 43. §. Decimasexta. Tabiena, verbo excom. 5. casu 31. Caiet. in verbo, excommunicatio, c. 69. Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 359. col. 1. §. decimasexta. Nauar. in Manuali c. 27. num. 125. §. decimasexta. & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ. tit. 9. q. 78. num. 51.

5 Quinta excommunicatio, nulli reseruata habetur in *capitulo vt periculosa. Ne Clerici, vel monachi, libro sexto, vbi excommunicantur omnes Doctores, siue*

res, siue Magistri, qui Religiosos, habitu suo dimisso, Leges, vel Physicam audientes scienter docere, aut in scholis suis retinere præsumpserint.

Ad hanc censuram incurrendam, vt ex contextu manifestum est, quatuor conditiones requiruntur, duæ ex parte Religiosorum, scilicet, *quod audiant Leges*, vel *Medicinam*, & quod *habitu dimisso* audiant: Duæ aliæ requiruntur ex parte Doctoris, scilicet, vt *scienter*, *& præsumptuose doceat, seu retineat* tales Religiosos. De qua re tractant glos. ibi, Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 37. Richar. 4. dist. 18. quæst. 5. art. 1. Palud. 4. dist. 18. quæst. 5. art. 3. §. secundus extrauagans. Angel. verbo, excom. 7. casu 27. num. 5. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 38. Syluest. verbo, excommun. 9. nu. 56. §. vigesima sexta Tabiena, verbo, excomm. 5. casu 23. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 61. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 16. artic. 2. pag. 359. colum. 3. §. vigesima sexta. & Nauar. in Manuali, c. 27. num. 134. §. vigesima septima.

6 Sexta excommunicatio nulli reseruata habetur in *cap. quicumque, de hæret. lib. 6. vbi excommunicantur omnes, qui scienter præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ hæreticos, credentes, receptatores, vel fautores eorum, Nec absolui debent nisi proprijs manibus extumulent publice, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & prædictus locus perpetuo priuatur sepultura.*

Canonis huius materia est Sacrilegium, quo fit iniuria locis Sacris sepeliendo ibi hæreticos; Et quoad personas est vniuersalis; Vnam vero comprehendit actionem, scilicet, scienter tradere sepulturæ Ecclesiasticæ quattuor genera personarum; Dixi, *scienter*, quia probabiliter ignorans eos tales esse, sepeliendo non ligatur hac pœna, quia facti ignorantia probabilis vnumquemque excusat. Tradere verò sepulturæ Ecclesiasticæ, est tumulare in cæmiterio Ecclesiastico, vel alibi, ad modum Christianorum, scilicet cum oratione, Cruce, processione; secus, si extra locum Sacrum, & sine orationibus, Psalmis, & Cruce tumularet: talium enim corpora ab Ecclesiastica sepultura proijci debent, in signum perpetuæ damnationis. Immo Archid. ait, quod inueniens talium cadauera in agro, incurrit hanc pœnam, si ea Christianorum more tumularet. Nec absolui debet nisi proprijs manibus cadauera eorum extumulet quod intelligitur, quando ossa eorum ab aliorum ossibus discerni possunt; Nec sufficit alienis manibus id facere. Quæ omnia traduntur a glossa ibi. Angel. verbo, excommunicatio. 7. casu 28. Anton. tertia par. titulo 25. capit. 5. & Syluest. verbo, excommunicatio. 9. num. 58. §. vigesima septima. Tabiena, in verbo, excommunicatio. 5. casu 4. numero 16. §. decima quinta. Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 45. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. pag. 359. colum. tertia. §. vigesima septima. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 134. §. vigesima octaua. & Sebastiano Medice, par. secunda Summæ, tit. 9. q. 87. num. 192.

7 Septima excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clem. vnica, de sequest. possess. vbi excommunicantur omnes qui sequestrationem factam per ordinarium loci, de beneficio Ecclesiastico non possesso per triennium integrum pacifice post sententiam diffinitiuam, contra possessorem apud sedem Apostolicam, duntaxat in petitorio vel possessorio promulgatatam impedire, vel fructus sequestratos, qui supersunt oneribus tenentis sequestratum beneficium, occupare præsumpserint; A qua sententia nullatenus absoluantur, nisi vsurpata restituant, & remoueant impedimentum.*

Canonis huius materia est Sacrilegium, quo libertas Ecclesiastica io Sedis Apostolicæ auctoritate offenditur in certo casu sequestri; Et quoad personas est vniuersalis, Et duas ponit actiones, scilicet, impedire huiusmodi sequestrationem; Et occupare fructus sequestratos, adeo, vt sequester secundum glos. ibi, in verbo, restituat fructus ipsos in vtilitatem beneficij, v.g. in emptionem prædiorum pro ipso beneficio, aut alio quouis modo conuertere non possit. De qua re plura legi possunt apud glos. vbi supra, & Angel. verbo, excommunicat. 7. casu 35. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 50. Syluest. verbo, excommunicat. 9. nu. 65. §. trigesimaquarta. Tabienam, verbo, excommunicatio 5. casu 41. Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 43. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. secundo, pag. 359 colum. 4. §. trigesimaquarta. Sebastianum Medicem, parte secunda, titulo nono, quæstione 78. numero 194. Nauarrum in Manuali, capitulo 27. numero 137. §. trigesimatertia, vbi ait sequestra huius temporis non pontab Ordinarijs, de quibus agitur in hoc texto, sed ab ipsis Auditoribus Rotæ auctoritate Papæ, & proinde hodie non incurritur hæc lata a iure, sed alia, quam fert Iudex, qui sententiam decreuit. Et ideo hæc dixisse sufficiat.

8 Octaua excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clemen. 1. de sepult. vbi excommunicantur omnes, qui in cæmiterijs tempore interdicti, in casibus a iure non concessis, vel excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos scienter sepelire præsumunt. Nec prius absolui possunt, quam ad arbitrium Ordinarij eis, quibus præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem competentem exhibuerint.*

9 Canonis huius materia est Sacrilegium locale; Et quoad personas est vniuersalis, siue enim laici sint, siue Clerici, siue exempti, siue non exempti, siue viri, siue mulieres, si excommunicatum publice sepeliant. Dicitur autem publice excommunicatus ille, vel nominatim interdictus, qui pro tali denunciatus est, ob Extrauag. ad euitanda. Sicut etiam vsurarius manifestus censetur ille, qui non occulte vsuras exercet, nec de quo vertitur in dubium, an talis sit, puta, quia contractus palliatos facit, sed qui sic vsuras manifeste exercet, vt sit, & habeatur manifeste pro vsurario. Quoad actionem, vnam ponit, scilicet scienter sepelire aliquo horum quattuor modorum, qui hic nominantur, nimirum, sepelire quoscunque tempore interdicti, nisi in casibus à iure permissis; vel sepelire publice excommunicatum; vel nominatim interdictum, vel vsurarium manifestum. Dicitur, *tempore interdicti*: quia tunc prohibetur sepultura. Dicitur, *nisi in casibus a iure concessis*; quod dicit propter Clericos, qui seruarunt interdictum, quibus conceditur sepultura tempore interdicti, cum silentio, & absque pulsatione campanarum, & propter Religiosos, & alios priuilegiatos. De qua re plura suo loco dicemus. Dicitur, *excommunicatum publicè*, quod intelligitur de excommunicatione maiori, tam iuris, quam hominis, secus autem de excommunicatione minori: quamuis enim excommunicati minori excommunicatione sic decedentes sepeliendi non sint, secundum Innocent. in capitulo, sacris, de sentent. excommunicat. huic tamen pœnæ locus non est, sicut neque locus est in excommunicato maiori excommunicatione, si sit secretus, & occultus, si enim sepeliens sciret eum excommunicatum esse, hanc tamen pœnam non incurreret. Et quod de nominatim interdicto

10 dictum est, intelligitur de interdicto a Diuinis, & participatione Sacramentorum, tales enim secundum Innocent. & Hostiens. sepulturæ priuatione puniuntur: secùs autem si interdictus esset solum a temporali aliquo, vel spirituali exercitio, aut iurisdictione ministerij, vel officij, quia tales non sunt priuati alijs Diuinis, & consequenter nec sepultura.

Sed neque sepeliens tempore interdicti in casu à iure non concesso, vel publice excommunicatum, vel nominatim interdictum, vel vsurarium manifestum, hanc pœnam incurrit, nisi scienter, & præsumptuosè id faciat: vnde qui probabiliter ignorans talem esse excommunicatum, aut interdictum, aut vsurarium manifestum, sepeliret, aut etiam id iure prohibitum non nouit, aut quem sepeliuit, absolutum probabiliter credidit, puta, quia parochus, vt pœnitentem ad sepultu-

tam Ecclesiasticā portandum leuari iubet, aut cautionem sufficientem dedit, non incurrit hanc pœnam, cum ad eam incurrendam requiratur præsumptionis temeritas, & scientia, quæ in eo, qui ius, factumue ignorat, desideratur, vt per se patet, & notant gloss. ibi, in verbo, scienter. & Anchar. & Zabarel. & alij, quos infra citabimus.

11 Quæ autem dicta sunt, intelligenda sunt de sepultura Ecclesiastica, hoc est, de loco sepulturæ, qui benedictus est, solennitate ad sepulturæ vsum ab Episcopus consecratus, siue sit cæmiterium conlectatum, siue Ecclesia cōsecrata, vel non consecrata, modo in posteriori casu diuina in ea facta sint; tunc enim eodem iure, quo Ecclesia consecrata, hæc vtitur, arg. c. penult. de immunit. Eccles. iuncto c. fin. de consec. Eccles. vel altar. & Anchar. d. Clement. 1. num. 4. & glos. ibi, in verbo, cæmiterijs, dicens, non esse locum huic pœnæ, si in campis, & locis priuatis, aliqui eos sepeliant, etiamsi locus esset contiguus Ecclesiæ, vel cæmiterio, ex quo non est ad vsum cæmiterij per Episcopum benedictus. Et in his omnibus consentiunt DD. citati, & Altensis in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 76. Angel. verbo, excommunic. 7. casu 66. Anton. 3. p. tit. 25. cap. 33. Syluest. verbo, excom. 9. nu. 66. §. trigesima quinta. Tabiena verbo, excomm. 5. casu 42. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 46. Martin. Ledesm. 2. 4 q. 26. art. 2. pag. 360. colum. 2. §. Trigesima quinta. Nau. in Man. c. 27. num. 137. §. Trigesima quarta, & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ titulo nono, quæst. 78. nu. 193.

12 Dubium esse potest, & est inter Doctores, quis dicatur excommunicatum, interdictum, vel vsurarium sepelire, vt hanc pœnam incurrere dicatur; Et dubium esse potest

Primo, de ijs, qui excommunicatum ad sepeliendum portant, non tamen sepeliunt, an sint excommunicati?

Secundo, de comitantibus.

Tertio, de fodientibus terram, de conficientibus, vel aperientibus sepulchrum.

Quarto de Ministris Ecclesiarum, in quibus excommunicatus sepelitur, qui patiuntur eum ibi sepeliri.

Quinto, de ijs Clericis, vel laicis, qui ferunt Cruces, cereos, & huiusmodi ad ipsum funus; quas omnes dubitationes mouet glo. in d. clem. 1. in verbo, sepelire.

Sexto addi potest, de facientibus officium diuinum, de pulsantibus campanas, & huiusmodi.

Ioannes Andreas seu glossa ibi dicit, casum esse dubium, & Principis potius declarationem, quam glossantis opinionem exposcere. Et pro vtraque parte arguit; Quod enim illi solum excommunicationem incurrant, qui humo, tumuloue excommunicatum condunt, ex eo probat glossa, quia sepelire est mortuum humo, aut tumulo condere, ergo solū humo, vel tumulo cadauer immittentes excommunicantur, quando quidem solum sepelientes hic excommunicantur. Præterea, pro hoc facit æquitas, ne ex vnius funere multitudo ligetur. Item, quia constat quod portantes, & concomitantes, vel fabricantes sepulturam, & officiantes; si non sequeretur talis sepelitio, excommunicati non essent. Et denique Ecclesia nonnunquam prohibet in cæmiterio sepeliri, vt in d. Clement. 1. de sepul. & in capit. ad hæc, de priuileg. in antiq. & cap. is cui, de sent. excomm. lib. 6. Aliquando in cæmiterio tumulari, vt in cap. sacris, de sent. excomm. Aliquando sepulturæ tradi, vt in cap. quia in omnibus, de vsur. & c. 2. de hæret. lib. 6. Aliquando ad sepulturam admitti, ca. quamquam, de vsur. lib. 6. & c. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. Aliquando sepulturæ Clerico interesse, capit. super eo, de raptor. Aliquando corpora cum Psalmis ad sepulturam duci, cap. placuit, 23. quæst. 5. Aliquando iubet sepultura carere, vt capitulo 1. de torneament. & capit. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss. Aliquando præcipit extra cæmiterium subterrari, capit. cum ad Monasterium, de statu monach. Aliquando permittit cum silentio tumulari, vt capit. quod in te, de pœnit. & remiss.

Cum ergò Ecclesia in hoc loco solum puniat sepelientem, non autem interessentem, vel cooperantem (sepelire autem sit mortuum humo, vel tumulo condere,) videtur solos tumulantes ligare. Et Paulus etiam tenet solum tumulo imponentes ligari, non alios. Et idem expressè docent Caiet. & Nauar. vbi supra. Summa Angelica vbi supra, numero quinto, tenet, quod solum tumulo imponentes, & mandantes, & præstantes auctoritatem, & Prælati non prohibentes dolose, sed permittentes sepelire, & officiales secundum morem sepulturæ. Stephanus autem vult omnes prædictos ligari, & etiam concomitantes honoris, aut amicitiæ causa. Ioan. Calderin. in tract. de Eccles. interd. aut omnes, de quibus superius dubitationes factæ sunt, incurrere, si cum officio Diuino fiat sepelitio, quia in eo casu omnes sunt participes criminis, & eidem cooperantes, arg. cap. Nuper, de sent. excommun. & quia aliàs constitutio hæc ludibrio esset, si vnus solus sepeliens excommunicaretur, & reliqui omnes immunes essent.

In hac re mihi placet opinio Hugolini, tabula secunda, de censur. Eccles. capitulo nono, §. 6. numero tertio, qui sic distinguit; vel enim hi omnes de quibus dubita-

13 tum est, eas operas præstant, sine quibus mortuus ille sepultus non fuisset, & hi omnes incidunt in excommunicationem, nam ab his propriè sepultum aliquem esse dicimus, sine quorum opera sepultus non esset, vel eas operas præstant, quibus non præstitis, sepeliri tamen posset excommunicatus mortuus, & isti quauis peccēt, in excommunicationem tamen non incidunt: & consequenter, qui funus prosequuntur, qui Cruces, cereosque ferunt, qui de more Psalmos canunt, non sunt excommunicati, quia hæc non sunt necessaria omnino ad sepeliendum, nec huiusmodi operis quis sepelitur. Cuius rei argumentum est, quod Ecclesia, vbi interessentes sepulturæ, vel ad sepulturam corpora Psalmis recitandis prosequentes, prohibere ac punire voluit, specialiter etiam de eis cauit, vt in cap. super eo, de rapt. & c. placuit, 23. quæst. 5. vnde, cum istorum hoc in loco non meminit, nec tales vere sepeliunt, excommunicati non erunt. Qua distinctione facta, & locus est æquitati, & tanta multitudo non excommunicatur, & lex ludibrio non habetur. Quibus addo prædictos non solum non incurrere excommunicationem Clemen. de sepult. sed neque incidere in eam, quæ in eos à iure fertur, qui in damnato crimine cum aliquo communicant, vt habetur in ca. nuper. & cap. si concubinæ, de sent. excomm. Ratio est: quia ad hoc, vt quis incurrat excommunicationem, eo quod in crimine cum eo aliquo communicat, duo sunt necessaria: Vnum est; vt in crimine versetur; Alterum est, vt cum eo communicet, qui propter illud crimen excommunicatus iam est, vt notant Panormit. Felin. & DD. in d. ca. si concubinæ, & Zabar. in Clem. 1. verl. Prædictis. de relig. domib. & idem Zabar. in cle. 1. q. 25. de sepult. & Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 57. & Hugolin. vbi supra. At vero sepelientes eo tempore, quo excommunicatum sepeliunt, non sunt excommunicati, sed post donatam sepulturam excommunicato, quo tempore excommunicationis iam incursæ, ij, quos diximus, cum excommunicatis illis in crimine non communicant, sed solum antea, & ideò nec in excommunicationem. d. ca. nuper, incidunt.

14 Nona excommunicatio nulli reseruata, habetur in *Clement. Attendentes, de statu Monachorum, vbi excommunicantur omnes, qui visitatores Monialium quarumcumque etiam Canonicarum Regularium in his, quæ ad officium visitationis earumdem pertinent, impedire præsumunt, nisi moniti resipiscant.*

Canonis huius materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas in officio visitationis; Et quoad personas est vniuersalis; Et vnam actionem continet, scilicet, præsumere impedire Visitatores Monialium, in pertinentibus ad officium Visitatorum.

Ad

Ad hanc autem Censuram incurrendam ista requiruntur.

Primo, quod impedimentum effectualiter præstetur.

Secundo, quod monitio fiat posito iam impedimento, aliàs ligantur hac pœna; quare male faciunt Prælati, qui volentes visitare, scribunt Monialibus, quod præparent se certa die ad recipiendum visitationem ipsorum, & in eis litteris faciunt admonitionem, quod nullus impediat; quæ monitio non sufficit, sed fieri debet monitio, vt desistant ab incœpto, seu illato iam impedimento, & sufficit vna monitio, etiam generalis.

Tertio, quod monitio hæc fiat per visitantem, singularis autem, vel alterius monitio non sufficeret. Monasteria vero exempta, quæ immediatè subsunt Papæ, visitat Ordinarius auctoritate Apostolica; non exempta vero, visitat Ordinarius auctoritate propria. Non exempta, quæ habent alios superiores Ordinum, vt Camaldulensium, Cistercienssium, Mendicantium, & huiusmodi, visitare debent Prælati eorum. Plura lege apud gloss. ibi, & Astensem in Summa, par. 2. libro 7. titu. 2. casu 90. Angel. verbo, excommun. 7. casu 39. S. Antonin. par. 3. tit. 25. ca. 44. Syluest. verbo, excommun. num. 74. §. trigesimanona. Tabienam, verbo, excommunic. quinto, casu 30. Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 44. Martin. Ledesma. 2. 4. quæstione 26. artic. secundo, pag. 360. colum. 1. §. trigesimanona. & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 140. §. trigesimaoctaua.

15 Decima excommunicatio nulli reseruata habetur in *Clem. vnica, de consang. & affinit. vbi excommunicantur primo, omnes qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione Canonica interdictis: & Secundo, qui cum Monialibus matrimonium contrahunt.*

Canonis istius materia est Sacrilegium in contractu Matrimonij; Quoad personas est vniuersalis; Quoad actiones, vna tantum est principalis, scilicet contrahere Matrimonium scienter, vel cum consanguineo, vel consanguinea in gradu prohibito, hoc est, infra quartum gradum consanguinitatis; vel in simili gradu affinitatis; vel contrahere scienter cum Moniali. Dixi *scienter*, quia non ligat ignorantes; & intellige de ignorantia facti probabili, & non affectata, ex gloss. in dicta clement. vnica, in verbo, scienter. Antonin. parte 3. titu. 25. capitulo 34. Syluest. verbo, excommun. 9. numero 76. §. quadragesima prima. versic. prima. Tabiena, verbo, excommun. 5. casu 49. numero 3. §. secundo. & Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 47. puta, quia probabiliter ignorabant se esse consanguineos, vel affines, vel illam, cum qua contrahunt, esse Monialem; quamuis Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 141. §. quadragesima. vers. quarta. ait, etiam ignorantiam crassam excusare in conscientia, ne quis hanc pœnam incurrat, affirmans se ita consuluisse in sacro Pœnitentiariæ prætorio. Si vero ignorabant ius, nescientes gradum, puta quartum esse prohibitum, non excusat, argumen. capituli ignorantia. de reg. iur. libro sexto, Quoad ignorantiam vero facti, si vnus sciat, & alter ignorat, solus ligatur, qui sciebat. Quod si quis contraxit ignoranter, quamuis postea sciat gradum prohibitum, non incurrit hanc pœnam, nisi contrahat de nouo: quod procedit, etiamsi postea cohabitent, vel se cognoscant; quia licet peccent eo habitando, vel se inuicem cognoscendo, non tamen faciunt contra hanc constitutionem, quæ punit contractum, & non incestum, neque cohabitationem; cuius signum est, quia tales non debent se separare sine iudicio Ecclesiæ. ex Angel. verb. excommun. 7. casu 41. numero 1. Anton. Tabiena, & Syluest. vbi supra, numero 77. vers. secundo. &

16 Nauar. vbi supra, versi. sexta. quicquid Caietan. loco citato contrarium dicat. Qui vero scienter contraheret cum consanguinea, vel affine intra quartum gradum, ad id coactus timore cadente in virum constantem, non incurrit hanc pœnam, ex Anton. vbi supra, Syluest. vbi supra, numero 78. vers. quinto. & Tabiena. §. tertio. & Nauar. vers. octaua, post gloss. in d. clem. vnica, in verbo, matrimonialiter. Sicut non incurrit, qui credebat contrahere cum consanguinea, vel affine, & tamen non erat, cum in veritate non faciat contra hanc constitutionem. ex Syluest. vbi supra, nume. 77. versic. tertio. & Tabiena, cit. §. secundo. Neque incurrit, qui sponsalia tantum contrahit, quia cum hoc sit pœnale, restringendum est; ex gloss. in d. Clemen. vnica, in verbo, contrahere. Anton. vbi supra, Syluest. verbo, excommun. 9. numero 78. vers. sexto. Tabiena cit. §. primo. Caietan. cit. cap. 47. Nauar. ver. quinta. & Sebast. Medice, par. 2. titu. 9. quæstio. 78. numero 121. Neque sufficit solus coitus ad hanc pœnam incurrendam, ex Caiet. vbi supra, dummodo non adsit contractus Matrimonialis, cum tamen e contra contractus matrimonialis sufficiat ad eam incurrendam, etiamsi non consumatint. Denique non ligantur hac pœna, qui licite contrahunt, hoc est ex Summi Pontificis dispensatione, quia tunc cessat culpa, & consequenter pœna, argumen. capituli 2. de constitut. & Syluest. vbi supra, numero 76. versicu. primo. Et his consentit Astensis, in Summa, par. 2. libro 7. tit. 2. casu 79. & casu octuagesimo.

18 Hanc excommunicationem, & alias pœnas contra incestuosos præfatos, Gregorius Papa XIIII. in quadam Bulla quæ incipit, Sicut antiquus. anno primo sui Pontificatus, incarnationis vero Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo, Kal. Martij, confirmauit, adijciens, *quod deinceps super primi, aut secundi tantum consanguinitatis, seu affinitatis graduum, etiam mixtorum impedimentis cum quibusuis personis, neque in contrahendis, vbi carnalis copula cum spe, vel sine spe obtinendæ dispensationis, etiam prole suscepta, vel diffamatio copulæ interuenerit, neque in sic pro tempore contractis etiam scandalorum, & inimicitiarum, vel alio quouis prætextu, neque etiam cessantibus circumstantiis supradictis, nisi cum personis*, scilicet, cum magnis Principibus *& ex causis*, scilicet publicis *a Concilio Tridentino sess. vigesimaquarta, de reform. matrim. capitulo quinto, promissis, in contrahendis matrimoniis huiusmodi vllo modo aut ipse, aut successores dispensare intendant; quod intelligendum est, nisi contrarium expresse in dictis dispensationibus exprimant.*

In virtute etiam sanctæ obedientiæ, & indignationis suæ pœna districte præcipiendo interdicit, ne aliquis cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, etiam Regiæ, vel Imperialis, summo Pontifici, vel ministris eius pro huiusmodi dispensationibus obtinendis quomodolibet intercedat, sciturus alioquin se in his omnino repulsam passurum. Et demum locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, vt contra huiusmodi incestuosos tam viros, quam mulieres, cuiuscunque status, gradus, dignitatis, ordinis, & conditionis existant, iuxta sacrorum Canonum decreta procedant, ipsosque excommunicatos declarent, ac tanquam tales & à Christi corpore, & ecclesiæ Dei vnitate separatos, ingressu ecclesiarum prohibeant, & grauiter puniant; atque matrimonia per eos contracta dirimant, & irrita declarent, ipsosque inuicem separent.

19 Vndecima excommunicatio nulli reseruata habetur *in Extrauag. quæ incipit, Quia nonnulli, de sent. excommun. vbi excommunicantur impugnantes litteras electi in Papam, antequam coronetur, cum per ipsam electionem canonice factam sibi ius Papatus acquisitum sit, & canonica electione confirmatus sit, & exercere possit officium suum ante coronationem, vt dist. 23. capit. in nomine Domini. ver. electus tamen.* Extrauagans hæc tribuitur Clemen. V. prout etiam eam tribuit eidem Nau. in Man. c. 27. nu. 147. §. 47. At vero Io. de Silua in tract. de beneficijs, par. 1. q. 2. dum meminit huius Extrauagan. eam tribuit Clem. IV. Alij vero, vt S. Anto. par. 3. tit. 25. c. 68. & Syluest. verbo, exc. nu. 95. §. quadragesimaoctaua. Tabiena verbo, excom. 7. §. tertius casus. Caiet. in verb. excó. c. 28. & Matt. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 60. colum. 4. §. 48. eam tribuunt Benedicto Papæ XI.

20 Duodecima excommunicatio nulli reseruata habetur in Extrauag. Ioannis XXII. quæ incipit, *Si Fratrum. Ne sede vacante. Vbi excommunicantur omnes cuiuscunque status, dignitatis,ac conditionis fuerint,qui vacante Imperio, nomen Vicarij Imperatoris, vel alterius cuiuscunque officij retinent, assumunt,vel resumunt,nisi intra duos menses resipuerint.*

21 Decimatertia excommunicatio nulli reseruata habetur in Extrauag. Pij Papæ IIII. incipiente, *Benedictus Deus.* & est 99. eiusdem in ordine. *In qua ad vitandum peruersionem, & confusionem quæ oriri posset, si vnicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii Tridentini commentarios, & interpretationes suas edere. Apostolica auctoritate inhibet omnibus tam Ecclesiasticis personis cuiuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocunque honore, ac potestate præditis. Prælatis quidem sub interdicti ingressus ecclesiæ, alijs vero quicunque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate summi Pontificis audeat vllos Commentarios glossas, annotationes, scholia, vllumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii Tridentini Decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis aliove quæsito colore statuere. Quod si obscurius aliquid eis dictum, & statutum sit, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit, hoc totum sibi declarandum Summus Pontifex reseruat.*

Circa hanc censuram aduertendum est, solum prohiberi edi commentarios, glossas, interpretationes, scholia, vllumve interpretationis genus super Concilij Tridentini decretis hoc sensu, ita scilicet, vt quis libros aliquos, commentarios, glossas, & interpretationes suas speciales edere præsumat, quibus verba Concilij, & sensum eius interpretetur, & quid pro certo sentiendum, tenendumve sit sua priuata auctoritate decernat. Hoc.n. ad solum summũ Pontificem, & alios ab ipso constitutos super hac re pertinet finaliter, & sententialiter determinare, & pro certo, & in dubitato statuere, quid de rebus, aut dubijs occasione verborum Concilij Triden. in dubium adductis, sentiendum sit. Id quod etiam ipsa sancta Synodus Tridentina sess. 25. cap. vlt. reuerenter agnouit, & demum Sixtus Papa V. post alios summos Pontifices in constitutione quadam edita anno Domini 1587. XI. Kalend. Februarij, quæ incipit, *Immensa æterni Dei*, statuit. Ille enim Congregationes XV. ex certo S.R. Eccl. Cardinalium numero instituens, congregationem octauam in ordine, pro interpretatione, & executione Concilij Tridentini assignauit: Et quidem eorum decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent, interpretationem summo Pontifici tantum reseruat: Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni Concilij Triden. si quando in his, quæ de morum reformatione, disciplina, ac moderatione, & Ecclesiasticis iudicijs, aliisque huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem (consulto tamen summo Pontifice) impartitur. Non tamen hac Pij Papæ IIII. constitutione prohibentur Doctores, Lectores, aut Scriptores, & alij, qui nonnũquam verba Concilij interpretantur, qui absque vlla censuræ incursione, pie, reuerenter, ac humiliter in re dubia, & obscura sententias, & opiniones suas dicant, & quid magis conforme sit, verbis eiusdem Concilij explicent, prout quotidie a doctissimis, & grauissimis viris obseruari videmus.

22 Decimaquarta excommunicatio nulli reseruata habetur in Extrauagante 47. in ordine Pij Papæ V., quæ incipit. De salute gregis. In qua omnibus, & singulis Principibus Christianis quacunque tam Ecclesiastica, quã mundana etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibusuis Cõmunitatibus & Rebuspublicis sub excommunicationis, & anathematis pœnis ipso facto incurrẽdis prohibet, & interdicit, ne in suis Prouincijs, & Ciuitatibus, terris, oppidis, & locis spectacula publica, vel priuata, vbi Taurorum, aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur fieri permittant. Militibus quoque cæterisque alijs personis, ne cum tauris, & alijs bestijs in præfatis spectaculis ipsi tam pedestres, quam equestres congredi audeant, interdicit. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in Sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibet, Et vota, obligationes, ac iuramenta desuper facta, aut in futurum fienda cassat, & annullat.

Causa huius constitutionis eadem est cum alia simili de duellorum prohibitione, sicut enim duellorum detestabilis vsus à diabolo introductus est, vt teste Concilio Trid. sess. vigesimaquinta, de reform. capitulo decimonono, cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ita etiam & agitatio taurorum, & aliarum bestiarum ferarum publica, vel priuata ad ostentationem virium suarum, & audaciæ facta admodum periculosa, & perniciosa est, cum exinde hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriantur, vt ibidem Pontifex affirmat.

23 Decimaquinta excommunicatio nulli reseruata habetur in constitutione 2. Gregorij Papæ XIII. in ordine, quæ incipit, *omni certo studio*, edita anno Domini 1572. octauo Kalen. Iunij. In qua statuit, & ordinat, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibet, & interdicit, ne quisquã siue vir, siue mulier sæcularis, aut Ecclesiastici etiam regularis ordinis ille sit, & cuicunque gradus, conditione, statu, nomine, & dignitate, & honore præcellat, post hac in perpetuum Agnus Dei per Romanum Pontificem pro tempore existenti benedictos dipingere, inficere, minio notare, vel auro, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidpiam aliud superinducere, neque dipingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere, quouis prætextu, qualibetve de causa audeat. Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem representantes, qui occisus preciosissimo sanguine suo nos redemit, decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipit.

24 Decimasexta excommunicatio addi potest, & est illa, quam edidit Sixtus V. vt habetur in Bulla edita anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, quarto Kalen. Nouembris, Pontificatus sui anno quarto, quæ incipit, *Effrænatam*, contra procurantes abortum, in qua grauissimas pœnas statuit. cuius Bullæ, quantum ad præsens negotium spectat, hæc summa est.

Primo, omnes et quoscunque tam viros, quam mulieres cuiuscunque status, gradus, ordinis, ac cõditionis sint, siue Regulares, siue sæculares, Clerici aut quacunque mundana, aut ecclesiastica præeminentia præfulgeant, qui post hanc Constitutionem per se, aut per interpositas personas, abortus seu fœtus immaturi tam animati, quã etiam inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusque mulieri prægnanti impositis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè exquisitis rationibus, ita vt reipsa abortus inde secutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scientes præmissa fecerint, pœnas omnes tam diuino, quam humano iure, ac tam per Canonicas sanctiones, & Apostolicas constitutiones, quam ciuilia iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & reipsa patrauerint, propositas & inflictas eo ipso incurrere statuit.

Secundo, *si Clerici sint, vltra prædictas pœnas omni priuilegio Clericali officijs, dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, quæ sit vacatura Sedis Apostolicæ dispositioni perpetuo seruantur, ipso facto priuantur, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda redduntur, adeo vt qui hoc delictum*

ctum commiserint, non secus ac ij, qui sua voluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Concil. Triden. decreta, etiamsi crimen hoc, nec iudiciario ordine comprobatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis ordinibus ministrare vllo modo possint; nec illis aliqua beneficia Ecclesiastica conferri possunt, etiamsi curam animarum non habeant, sed omni ordine, ac beneficio, & officio perpetuo carere debent. Qui verò Clerici non sunt, talia perpetrauerint, non solum penas prædictas incurrunt, sed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta redduntur; Et qui foro Ecclesiastico subiecti, vt præfertur, deliquisse comperti sunt, per iudicem Ecclesiasticum depositi, & degradati, Curiæ & potestatis sæcularis tradendi sunt, quæ de eis illud capiet supplicium, quod contra laicos vere homicidas, per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum.

Tertio, *Easdem pœnas extendit aduersus omnes eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quo minus fœtum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, siue quocumque modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, ac scienter sumpserint.*

Quarto, *Mandat omnibus iudicibus ordinarijs, & delegatis tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, quibus contra criminum reos etiam quoad causas huiusmodi de iure, vel ratione delicti, aut personarum legitime competit Iurisdictio, ita tamen, vt inter eos præuentionis locus sit; vt procedant & procedere possint contra huiusmodi criminosos etiam per simplicium delationem, & denunciationem, ac ad illa probanda testes alias de iure inhabiles, eorumdem tamen iudicium arbitrio, habita ratione personarum, causarum, & qualitatum illarum, & circumstantiarum quarumcumque admittant, & eos, qui culpabiles fuerint, puniant.*

Quinto, *vltra prædictas pœnas omnes, & singulos cuiuscumque sexus, gradus, & dignitatis sic delinquentes, qui, vel quæ, vel vti principales, vel vt sociæ, conscientiæ ad tale facinus committendum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscumque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo litteras priuatas, vel apochas, vel alijs verbis, aut signis iuuerint, aut consuluerint, ipso facto excommunicat. A qua censura, a nullo alio, quam à Romano Pontifice etiam virtute cuiuscumque Iubilæi, aut Cruciatæ sanctæ, aut vigore priuilegiorum Mare Magnum, vel aliorum quomodolibet nuncupatorum, quibusuis Congregationibus Regularium, aut Episcopis vigore Concil. Trident. concessorum, vel concedendorum, excepto mortis articulo absolui possunt. Sicut neque cum ijs Clericis, qui huiusmodi delicta perpetrauerint, etiamsi eorum crimen occultum fuerit super irregularitate præmissorum occasione contracta, per locorum Ordinarios, aut per alios quauis auctoritate fungentes, quam per Romanum Pontificem pro tempore existentem, etiam in foro conscientiæ, dispensari possit*

25 Post huius Bullæ editionem, exijt alia Constitutio moderatoria illius edita à Gregorio Papa XIIII. quæ incipit, *sedes Apostolica.* Anno Dominicæ incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimoprimo; pridie Kalend. Iunij, Pontificatus eiusdem anno primo: In qua Bulla duo præcipuè statuit, & decreuit.

Primo, *vt quilibet presbyter tam sæcularis, quam cuiusuis ordinis Regularis ad Christi fidelium Confessiones audiendas, & ad casus in prædicta Bulla Sixti V. specialiter per loci Ordinarium deputatus plenam, & liberam in foro conscientiæ tantum absoluendi habeat facultatem à peccato, & excommunicatione personas quascumque, quæ post Bullam Sixti V. deliquerunt, aut post hanc Gregorij XIIII. Constitutionem in ijsdem casibus deliquerint.*

Secundo, *Quoad personas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel consilium eis dantium, in prædicta Bulla Sixti V. contentas, Constitutionem præfatam in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem, tam quoad præterita, quam quoad futura perpetuo reducit, perinde ac si eadem Constitutio in huiusmodi parte numquam emanaßet. Quoad reliqua, omnia præter hæc duo hic expreßa, in suo robore permanere vult, dictam Sixti V. Constitutionem.*

26 Circa quas duas constitutiones hæc breuiter in præsentiarum annotanda sunt, Primo, Bullam Sixti V. quoad illa, quæ in §. 1. dicuntur, de procurante abortum fœtus inanimati pœnitus annullatam esse, & inanem, quoad irregularitatem, & alias pœnas, ita vt non sit irregularis, etiam si reipsa abortus inde subsecutus fuerit, vt patet ex §. 2. Bullæ Gregorij XIIII. peccat tamen mortaliter qui sic procurat. Dixi, etiam si reipsa abortus sequatur, quia si non secutus fuerit abortus, etiamsi peccauit mortaliter, non tamen antea incurrebat pœnam aliquam in Bulla Sixti V. contentam, vt colligitur ex verbis illis *ita vt reipsa abortus inde subsecutus fuerit.* in dict. §. 1. contentis.

27 Secundo, qui venena, aut pocula sterilitatis alicui viro propinauit, ita vt non posset generare, non incurrebat Bullam Sixti V. quicquid Petrus Gregorius in Syntagmate iuris, part. 3. libro 36. capitulo 15. numero 20. putet pœnas contra procurantes abortum locum habere tam in viro, quam in muliere. Id quod meo iudicio satis euidenter colligitur ex illis verbis §. primo. contentis, *Mulieri prægnanti, & cæt.* & ex illis, *ac etiam prægnantes ipsas mulieres.* vbi solum locutus est Pontifex de ijs, qui huiusmodi fœtum in muliere conceptum impediunt; & quia pœnæ potius restringendæ sunt, quam extendendæ extra proprium casum, argumen. capit. odia. de regul. iur. libro sexto. Sicut neque vir, aut mulier abstinens, vel retrahens se ab emissione seminis in copula causa generationis vitandæ, in Bullam præfatam Sixti V. aut pœnis in ea contentis, incurrit, licet peccet mortaliter quicquid contradicat Petrus Gregorius vbi supra, vt ex doctrina eius ibidem colligitur. Ratio pro nostra opinione est, quia proprie loquendo, hoc non est procurare abortum, & pœnæ non sunt ampliandæ, & quia ad pœnas prædictæ Bullæ incurrendas requirebatur, vt fœtus esset saltem immaturus, vt ex illis verbis Bullæ constat, *Abortus, seu fœtus immaturi & cæt.* vbi autem non est emissio, & receptio seminis, ibi nec fœtus est.

28 Tertio. Quamuis olim iuxta multorum Doctorum opinionem, clericus brachio sæculari tradi non debuit, nisi vel ob hæresim, vt ca. ad abolendam de hæret. vel ob falsificationem litterarum Summi Pontificis, vt capit. ad falsariorum de crimine falsi. vel ob calumniam, quã quis suo Episcopo intulit, per cap. si quis Sacerdotum. 11. quæstion. 1. nunc tamen per Bullam Sixti V. tradi etiam debet propter abortum fœtus animati, quæ pœna per Bullam Gregorij XIIII. non est abrogata; olim vero solum propter homicidium voluntarium vltra beneficij priuationem deponendus erat Clericus, & in Monasterium detrudendus, vt colligitur ex cap. cum non ab homine de iudic. & c. tuæ de pœnis. vt latius tradunt Panormit. in c. cum contingat de foro competenti. per textum in ca. quæsitum. de temp. ordin. & in ca. inquisitionis. de excusat. & Bernar. Diaz. in practica Canon. c. 88. & alij, quos ipse refert, & sequitur. Reliqua in Bullis tam Gregorij. XIIII. quam Sixti V. per se satis manifesta sunt.

29 Decimaseptima excommunicatio nulli reseruata habetur in *Concilio Tridentino sessione 24. de reform. Matrim. cap. 6. vbi excommunicantur raptores mulierum, ac omnes illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes, & præterea perpetuo infames sunt, omniumque dignitatum incapaces; & si Clerici fuerint, de proprio gradu deijciuntur.*

30 Decimanctaua excommunicatio nulli reseruata habetur in eodem *Concilio Tridentino, sessione 25. de regul. capitulo 18. vbi excommunicantur omnes & singulares personæ,*

personæ cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clerici, quam laici, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel ad emittendam professionem; quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere; quique quouis modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Sicut econtrario, excommunicantur, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo sine iusta causa impediunt.

31 Præter hos casus enumeratos, qui vel Summo Pontifici, vel nulli reseruati sunt, duo alij casus sunt qui aliquando Papæ, aliquando Episcopo, aliquando autem nulli reseruati sunt, quos tanquam à communi regula excommunicationum reliquarum deuiantes in fine apposuimus; Quorum vnus in *cap. Nuper, de sentent. excommunic. habetur, vbi scienter communicans in crimine criminoso eum nominatim excommunicato, et consilium impendendo, auxilium, vel fauorem, excommunicatus est, & absolui debet ab eo, à quo absoluendus est ille, cum quo in crimine participauit.* Intelligitur autem hæc excommunicatio incurri, quando participatur in crimine excommunicationi subiecto, postquam alter iam incurrit propter crimen illud excommunicationem, impendendo ei ad illud consilium, auxilium, vel fauorem. De qua re plura diximus libro 2. capit. 14. A qua absoluere debet is, qui ab altera absoluit, vnde, cui reseruata est excommunicatio prior, & hæc etiam reseruata est, & si illa nulli reseruata sit, nec ista alicui reseruatur, vt ex d. capit. nuper. gloss. & Panormit. & alijs DD. ibi colligitur. Richard. 4. distinct. 18. art. 11. quæst. 5. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 3. artic. 4. casu 1. & Summa Astensi, par. 2. libro 7. tit. 2. casu 31. Angel. verbo, excom. 7. casu 47. Anton. part. 3. tit. 25. cap. 35. Syluest. verbo, excommun. 8. numero 10. §. sciendum. versic. primo. Caiet. verbo, excommunicatio, capit. 58. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 112. §. quarta.

32 Alter casus habetur in *cap. Eos qui, de sentent. excommun. lib. 6. vbi dicitur, quod illi, qui à sententia canonis, vel hominis propter mortis periculum, vel aliud impedimentum absoluti fuerunt, ab eo qui regulariter absoluere non poterat, si liberati, aut cessante impedimento quam cito commode poterunt, contempserint se præsentare illi, à quo regulariter absoluendi erant, & satisfacere, prout eis iniungetur ab eodem, sententiam excommunicationis ipso facto incurrunt, & ab eo solo absolui poterunt, à quo absoluendi erant à prima excommunicatione.* vnde, vt constat, absolutio hæc Papalis, vel Episcopalis erit, si prima talis erat, vel etiam nulli reseruata erit, si prima illa nemini fuerit reseruata. De qua re plura legi possunt apud glos. & DD. ibi, & Paludan. in 4. distinctione 18. quæst. 3. art. 4. casu 16. & casu 17. Angel. verbo, excommun. 7. casu 46. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 47. Syluest. verbo, excommun. 8. num. 2. §. sciendum est secundo. Tabienam verbo, excommun. 5. casu 40. Caiet. verb. excommunicatio, cap. 69. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 113. §. quinta. & Sebast. Medices, in Summa peccatorum Capitalium, quæstion. 78. num. 3. Et de excommunicationibus in particulari à iure lans, hæc dicta sufficiant.

Finis Libri Tertij.

DE SVSPENSIONIS CENSVRA.

Liber Quartus.

PRAELVDIVM.

Authores qui de Suspensione tractant.



E Censura hac Suspensionis tractant Theologi in 4. dist. 18. quamuis non ita latè, ac de excommunicatione, vbi Palud. q. 7. per totam quæstionem. & S. Thomas obiter de ea agit in 2. 2. quæst. 10. art. 6. ad primum, & secundum, & par. 3. q. 64. art. 6. ad secundum, & q. 82. art. 9. in corp. & in addit. ad 3. partem, q. 22. art. 3. & art. 5. ad secundum. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. Sotus in 4. distin. 22. q. 3. art. 1. Bart. Medina lib. 1. Instruct. Confes. c. 11. §. 8. Gregorius de Valentia tomo 4. Disput. 7. q. 18. puncto 1. Henriquez lib. 13. à cap. 31. vsque ad 40. Canonistæ sparsim in iure Canonico, præcipuè autem in c. Apostolicę, de except. vbi Panormitanus, Decius, Felinus, & alij Summistæ communiter, in verbo, Suspensio. Ang. Syluest. Tabiena, Caiet. Armilla, & alij, Summa Confessorum lib. 3. tit. 1. q. 21. & q. 47. & lib. 3. tit. 29. q. 5. & 6. & titu. 33. q. 41. & q. 81. Astensis in Summa titu. 16. lib. 7. S. Antoninus par. 3. tit. 28. Nicolaus Plouè, in tractatu Sacerdotali, titulo de Suspensione. Ioan. Bernardus Diaz, in Practica Crim. Canon. c. 28. & 122. Nauar. in Man. c. 27. à numero 151. vsq; ad 164. Couarruuias in Clemen. Si furiosus, par. 1. de homicidio. Simon Maiolus, lib. 3 c. 19. Martinus Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, p. 2. tit. de Suspensione Bartholomæus Hugolinus de Censuris Ecclesiasticis; tabula 4. Corona Confessorum, par. 3. c. 10. titulo de Suspensione. Cosmus Philiarchus, de officio Sacerdotis, par. 1. lib. 4 cap. 1. & 2. Thomas Zerula Episcopus Minorensis, in Praxi Episcopali, in verbo, Suspensio. Iacobus de Grassijs, in lib. 4. Decisionum aurearum, cap. 25. Sebastianus Medices, in Summa peccatorum capitalium, tit. 9. q. 15. & sequent. Cardinalis Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 12. & alij recentiores.

Suspensio Quid, & Quotuplex sit. Cap. I.

SVMMA.

1 *Suspensionis nomen vnde dictum sit.*
2 *Actum pendentem tenere quidnam propriè sit.*
3 *Suspensus ab officio, vel beneficio, nec ab illis omnino est suspensus, nec ea omnino habet.*
4 *Suspensionis vox quot modis accipi soleat.*
5 *Reges aliquando à sua potestate, & Magistratus a suis officijs laicis suspenduntur.*
6 *Suspensio prohibitionem exercitij spiritualis ex quacumque causa significat.*
7 *Clericus quo sensu sine culpa propria, sed non sine causa suspensus dicatur.*
8 *Suspensio triplex est; vna quoad se tantum; alia quoad alios tantum; tertia, quoad se, & alios simul.*
9 *Suspensus quoad se tantum is dicitur, qui est in peccato mortali.*
10 *Suspensus quoad alios tantum, quisnam censeatur.*
11 *Suspensus quoad se, & alios is dicitur, qui prohibetur celebrare, & alij eius celebrationi interesse vetantur.*
12 *Suspensionis nomen propriè, & vt censura est, acceptum, quid significet.*
13 *Suspensionis definitio quænam sit.*
14 *Suspensio quare censura esse dicatur.*
15 *Suspensio quare censura Ecclesiastica appelletur.*
16 *Clerici soli suspensionis capaces sunt.*
17 *Suspensionis censura aut ordinis, aut iurisdictionis Ecclesiastica, aut beneficij exercitium prohibet.*
18 *Christianus quilibet excommunicari, solus autem clericus suspendi potest.*
19 *Suspensionis censura non nisi ob culpam incurritur.*
20 *Suspensio à iure lata, non nisi ob culpam mortalem incurritur, ab homine vero lata, etiam ob venialem incurri potest.*
21 *Dubitans de culpa, aut de causa, ob quam fertur suspensio,*

spensio, stante tali dubio, à prohibitis abstinere tenetur.

21 *Interdictum generale propter culpam alienam imponi potest, suspensio autem non nisi ob propriam incurritur.*

23 *Suspensio ab habente potestatem publicam ferri potest.*

24 *Suspensionis materia subiecta quanam, & quotuplex sit.*

25 *Suspensio aliquando ad tempus, aliquando in perpetuum fertur.*

26 *Suspensio in perpetuum lata non est dispositio.*

27 *Suspensio aliquando à toto, aliquando à parte exercitij ordinis, aut beneficij excludit.*

28 *Suspensio alia ab homine, alia à iure fertur.*

29 *Suspensio aliquando ob culpam, aliquando propter contumaciam fertur.*

30 *Suspensio ex parte materiæ quotuplex sit.*

31 *Suspensio alia est absoluta, alia conditionata, & quidnam vtraque sit.*

32 *Suspensio ex parte durationis quotuplex sit.*

33 *Suspensio aliquando sine absolutione per solum lapsum temporis cessat.*

34 *Suspensio an recte in maiorem, & minorem ab authoribus diuidatur.*

1 T Materia hæc, quæ satis obscura, & difficilis est, clarior, faciliorque reddatur, ante omnia sciendum est, quod suspensio, si nominis interpretationem spectemus, nihil aliud est, quam rem aliquam in suspenso, in pendenti, seu quod idem est, in dubio, & in incerto manere, ducto nomine à verbo *Suspendo*, quod sursum pendere significat. Hinc si nomen hoc suspensionis, ad Ordinem, Iurisdictionem, vel Beneficium applicetur, ista pendentia teneri denotat; non tamen eo sensu, quod per hanc suspensionem teneatur pendens ipsum Beneficium, Ordo vel iurisdictio, quasi homo non vere retineat omnino titulum ipsius Beneficij, & possessionis, Ordinem, aut Iurisdictionem; sed solum refertur ad exercitium, & actum, ita vt in pendenti actum ipsius Beneficij, Ordinis, vel Iurisdictionis, teneat.

2 Teneri autem actum pendentem, non est aliud quam actus ipsius exercitium prohiberi, quousque aliud fiat. Vnde ab Officio, vel Beneficio suspensus, nec omnino Bene-
3 ficio, Officio, à quo suspenditur, priuatus est; sed neque omnino hæc eadem habere censetur, quandoquidem nec Beneficij fructus habere, nec Officij munera exercere permittitur, ideoque hæc pendentia tenere dicitur.

4 Suspensionis autem Vox, varijs modis à DD. accipitur.

5 Primo, latissime, prout significat prohibitionem, & suspensionem actus alicuius officij, qualiscunque actus ille sit, etiam sæcularis; qua significatione gloss. in Clem. cupientes, in verbo, suspensio, vltra medium, de pœnis; vntur, vbi inter suspensiones enumerat eam, quæ fit ab officio aduocationis, ab officio notariæ, arg. c. Si aduersus, de hæret. ab officio, & collatione magisterij, argum. clem. cum sit. de magistris. Quo modo etiam quando reges suspenduntur à sua potestate, & Barones, & alij à suis officijs, etiam laicis, quæ suspensio cum officijs laicis communis sit, impropria omnino est, vt notant S. Anton. 3. par. titu. 26. capit. 1. & tit. 28. capit. 1. Tabiena, versio, Sospensio, num. 1. Simon Maiol. libro 3. de Irreg. cap. 19. num. 18. versi. decima declaratio. qui etiam citat Specul. in capit. quicunque, nume. 4. de sent. excomm. libro 6. & idem docent Nauar. in Man. cap. 27. num. 153. versic. Septimo dico. Henriquez libro 13. de excommun. & Suspens. capit. 31. §. primo. in hac significatione Concilium Triden. sess. 22. cap. 10. de reform. docet, Episcopum suspendere posse notarios ab eorum officijs, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint.

6 Secundo, accipitur strictius, vt solum significat prohibitionem exercitij spiritualis, vel spiritualibus annexi, ex quacunque causa, & quomodocunque contingat ista prohibitio, siue ex morbo, & ægritudine inculpata, vt ex Epilepsia, Lepra, Senectute, Debilitate, vt accipitur in capit. tua nos, & in cap. fin. de Cleric. ægrot. & cap. primo, eod.
7 tit. lib. 6. quo sensu dicunt nonnulli Clericum fieri interdum minus propriè suspensum sine culpa propria, sed non sine causa, vt S. Thom. in addit. 3. par. quæstione 22. artic. 5. ad secundum. Syluest. verbo, Suspensio, §. quarto. Henriquez vbi supra §. primo. in annot. litera D. & innuit Caietan. in Summa, verbo, Suspensio, siue proueniat ratione alicuius censuræ, vt in cap. reprehensibilis, prima quæstione prima. iuncta glo. in verbo, anathematis, & in verbo, ex quo, vbi excommunicationis nomen pro suspensione accipitur, dum simoniace ordinatus anathemate damnatur; siue proueniat ex peccato mortali: si quidem existens in peccato mortali, quamdiu in illo manet, actus Sacros exercere prohibetur, cap. fin. de cohab. Cler. & mul. Panor. in cap. si celebrat. numero quarto. de Cler. excomm. ministr. Et secundum hanc acceptionem solent nonnul-
8 li (vt gloss. in d. capit. fin. in verbo, Ad se ipsum, de cohab. Cler. & mulier. Panorm. vbi supra, Syluest. verbo, Suspensio, quæstio. prima. Summa Confess. lib. 1. tit. 1. quæstio. vigesimaprima, versic. item nota. & Sebastianus Medices, in Summa, par. secunda, tit. nono, quæstio. decimasexta. Tabiena in verbo suspensio, numero secundo, vers. primo, & Summistæ communiter in verbo, suspensio) distinguere triplicem suspensionem; Vnam, quam vocant quoad se tantum; Alteram, quoad alios tantum; Tertiam, quoad se, & alios simul.

9 Quoad se tantum dicuntur suspensi illi, qui sunt in peccato mortali, non aliunde impediuntur à celebratione, nisi ex proprio peccato, argum. eorum, quæ habentur in cap. testamentum, dist. 6. & cap. sacerdotis. 1. quæstio. 1. & cap. fin. de temp. ordin. & c. vestra. & c. quæsitum. de cohab. Cler. & mulier. Et idem dicunt de excommunicatione minori, hæc enim participatione Sacramentorum priuat.

10 Quoad alios tantum dicuntur suspensi illi, qui licet ex parte quidem sua celebrare possint, ex parte tamen aliorum, qui intersunt, non possunt; vt exempli causa, Clerici existentes in Ciuitate interdicta propter delictum laicorum, tantum prohibentur publice celebrare, quia laici eorum celebrationi interesse non possunt, vnde clam ianuis clausis celebrare possunt, capitulo finali, de sentent. excommunic. libro sexto; sic Clerici peregrini quamuis quoad se suspensi non sint, in secreto enim celebrare possunt, quoad alios tamen censentur suspensi, quia in publico, antequam fidem certam per literas, aut per testes fecerint de eorum ordinatione, celebrare nequeunt, capitulo 1. de cler. peregrin.

11 Quoad se, & alios simul suspensi sunt illi, qui prohibentur ipsi celebrare, & alij etiam eorum celebrationi interesse prohibentur, quo modo publici concubinarij suspensi sunt; cum & ipsi propterea celebrare non possint, & populus eorum officijs interesse prohibetur, capitulo nullus, & capitulo præter hæc, distin. 32. cap. vestra, & ibi Panormit. numero quinto, & capitulo finali, de cohab. Cler. & mulier.

12 Tertio, accipitur nomen suspensionis proprie, prout est Censura Ecclesiastica, quia ita homo celebrare prohibetur, & alios actus exercere, vt si contra suspensionem celebret, fiat irregularis, & si alia officia exerceat, depositionem, & alias pœnas mereatur, de quibus infra.

13 Suspensio igitur proprie, & stricte accepta, sic definitur,

tur: *Suspensio est Censura Ecclesiastica, qua clerico quatenus clericus est, ob suam culpam prohibetur exercitium Ordinis, Officij, vel Beneficij ab habente potestatem, ad tempus, vel in perpetuum, vel in totum, vel in partem.* In qua definitione, duę vltimæ particulę, s. in perpetuum, vel ad tempus, non tam ad naturam & quidditatem ipsius suspensionis, quam ad pleniorē cognitionē, & declarationem eius pertinent. Sic autē cōiter eam DD. definiunt, vt Summistæ, in verb. Suspēsio, vbi Ang. Syluest. Tabien. & alij, Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. a. trac. de Suspens. Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 1. Nauar. in Man. c. 27. nu. 151. & tom. 1. cons. cons. 40. nu. 5. de temp. ord. & tom. 2. cōs. 64. nu. 3. de sent. exc. Simon Maiol. lib. 3. c. 19. de irreg. in prin. Henriq. lib. 13. de excom. & suspē. c. 31. §. 2. Hugol. de Censur. Eccl. tab. 4. c. 10. Alphon. in Candelab. tract. de Suspens. nu. 4. Corona Confess. eod. tract. Greg. de Valen. tom. 4. disp. 7. q. 18. puncto 1. Cosm. Philiarch. lib. 4. de officio Sacerdotis, par. 1. c. 1. Sebast. Medic. in Sum. par. 2. tit. 9. q. 15. & alij omnes.

24 Dicitur primo, *Censura*, qua ratione distinguitur ab irregularitate, depositione, degradatione, quæ non sunt propriè censuræ, vt patet ex cap. quærenti, de verb. sign. sed priuationes, & inhabilitationes, quæ vel priuant officio, vel inhabilem omninò reddunt ad ordinem obtinendum, vel exercēdum. quamuis Innoc. in c. fin. de excess. prælat. & alij extenso suspensionis vocabulo, eas nonnunquā suspensiones vocant. Differt etiam à peccato mortali, quia hoc est culpa, suspensio autem est censura id est pęna, peccatum autem mortale censura non est, sed vt ait Nauarr. in Manuali, ca. 27. nu. 152. antiquius omni censura, qualis est suspensio. Quo nomine etiam differt suspensio ab exilio, carcere, & priuatione beneficij, quæ pœnæ quidem sunt, cēsuræ tamen non sunt, cum solum tres censuræ sint, Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum, vt in d. cap. quærenti, de verb. sign. habetur.

25 Dicitur secundò, *Ecclesiastica*, per quod distringuitur à censuris ciuilibus, & legib. sæcularibus: Et præterea exinde significatur. Suspensionem ab Ecclesia institutam esse; & denique sic dicitur. quia ab eis solum ferri potest, qui iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori habent. Quare dū confessarius iniungēdo pęnitētiā, prohibet pęnitenti, ne celebret, aut ne audiat confessiones, suspensio & prohibitio hæc verè censura Ecclesiastica non est, quia ille iurisdictionem contentiosam non habet, quæ; ratio est, cur contrauenieus illi, irregularis non fit, ex Spec. tit. de Dispens. §. iuxta, nu. 32. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 151. in fi. & tom. 2. cōs. 4. nu. 4. de pęn. Henriquez lib. 11. de excom. & suspens. c. 24. §. 3. in fi. & ca. 31. §. 2. in annot. litera K. Angel. verb. Suspensio 3. nu. 2. gl. in ca. is qui, in verbo, in iure, de sent. excom. lib. 6. et Maiol. lib. 3. de irreg. c. 19. nu. 23. ver. decimaquinta. & Syluest. verb. Suspensio. q. 5. in prin. & Alphō. Viuald. in suo Candelabro, tract. de Suspens. nu. 15. & Iac. de Graff. lib. 4. decis. aur. cas. c. 25. nu. 2. & Couar. in Cle. si furiosus, par. 1. §. 1. vers. secundo est. nu. 2. de homic. post Innoc. in ca. si celebrat, de Cleric. excom. ministr.

26 Dicitur tertiò, *Qua clerico, vt clericus est*, vt ostendatur subiectum proprium capax huius censuræ; solus enim Clericus suspenditur, vt patet ex omnibus suspensionibus, quæ in iure habentur, omnes enim in solos clericos feruntur; & vbicumque in iure præcipitur, vt suspensio feratur, in solos clericos ferri iubetur, vt in ca. quoniam, &c. à crapula de vita & hon. cler. & in cap. clericos, & in cap. sicut, de cohab. cler. & mul, in cap. 1. de cler. coniug. & clarius in c. tuarum, de priuil. & ca. dura, de crimin. falsi, & Extrau. vnica, §. alioquin ex tunc, de Censib. vbi, qui cōtra ea iura fecerit, si laici sint, vt excōmunicētur, aut interdicto subijciantur, iubetur; clerici autem ab officio, & beneficio suspenduntur. Deinde hoc ipsum omnes authores communiter tradunt, vt glo. in cap. quicumque, in verbo, ministros, & ibi Gemin. de sent. exc. lib. 6. Innoc. in ca. fin. num. 2. de excess. præla. Host. quem refert, ac sequitur Pan. in c. dura. nu. 9. de crim. falsi. Mandos. in praxi. commiss. commiss. 2. in verbo, Ecclesiasticis. Caiet. in Sum. in verbo, Suspensio, ait. Quoniam suspensiones ad Clericos pertinent, ipsi de se loquantur. Syluest. & Summistæ, in verbo, Suspensio. Nauar. in Man. ca. 27. nu. 159. Felicianus in Enchir. de censu. c. 1. de suspensione, & cap. 9. in fi. Burgas. tract. de irreg. & dispens. par. 6. de sent. interdicti, nu. 3. vbi ait, se numquam legisse, quod laicus suspensus fuerit. Sum. Corona in 2. par. de suspen. ca. 10. nu. 5. Tolet. lib. 1. Instructio. Sacerdotum, ca. 13. Henriquez lib. 13. de excom. & suspen. c. 31. §. 2. Hugolin. de cens. Eccle. tab. 4. capit. 11. qui omnes expressè docent, Suspensionem ad clericos propriè pertinere. Id quod etiam hac ratione confirmari potest; suspensio enim vt est censura, prohibet exercitium alicuius horum trium, scilicet aut Ordinis, aut Iurisdictionis Ecclesiasticę, aut Beneficij, quorum vnumquodque necessariò supponit ordinem clericalem, scilicet primam tonsuram, eius enim susceptione, in clericorum numerum ascribuntur, vt habetur in ca. cum contingat. & glos. ibi, in verbo, ordo confertur, & ibi Panorm. numero primo, de æta. & qualit. ordin. & facit cap. fin. & ibi glos. in verbo, homini, in verbo, tonsuram, de temp. ord. lib. 6. & glo. in cap. 1. in verbo. psalmista, dist. 21. adeo, vt quamuis alicuius religionis approbatę professus sit, si primam tonsuram non habeat, propriè clericus non est, nec suspendi propriè potest: non enim qui primam tonsuram nondum acceperunt, officij, aut beneficij Ecclesiastici capaces sunt, cum & officia Ecclesiastica ab ordine saltem clericali depēdeant. argum. capituli, clericos distin. 21. & cap. 1. dist. 25. & qui merè laici sunt, beneficia Ecclesiastica habere nequeunt, vt docet Panor. in capitulo cum adeo, numero 3. de rescript. Cum igitur qui tonsuratus non est, omni ordine careat, & officij, & beneficij Ecclesiastici incapax sit, suspendi propriè non potest, vtpote qui clericus non est. vndè, non rectè Caietan. in Summa, in verbo, Suspensio, suspensionem definiens, voce *hominis*, pro voce, *Clerici*, vsus est.

28 Dicitur quartò, *Quatenus clericus est*. In quo differt tum ab Excommunicatione, tum ab Interdicto; quia per excommunicationem non separatur quis à communione fidelium, quatenus Clericus est, sed quatenus Christianus est; vndè, non solum clericus, sed etiam quilibet Christianus excommunicari potest, cum tamen solum Clericus suspendi possit: eodemque modo cum quis à Diuinis Ecclesiæ ex interdicto separetur, interdicto quilibet fidelis subijcitur, cum Christiani omnes diuinorum sint capaces, suspendi verò solum potest Clericus. Deinde prohibitio facta Clerico, de alio exercitio, quam quia Clericus est, propriè suspensio non est: vnde suspensio facta Clerico aduocandi etiam in foro Ecclesiastico, non est Censura, de qua nunc agimus, quia talis aduocatio non est propriè officium Ecclesiasticum, vt notat Summa Corona vbi supra.

29 Dicitur quintò, *Propter suam culpam*. Cum enim omnis censura sit pœna, & pœna non habeat locum, vbi non præcessit culpa, non potest aliquis vlla censura suspensionis affici, nisi præcesserit culpa, ex Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 151. & nu. 153. versi. sexto. & nu. 159. & tom. 1. cons. cons. 40. num. 6. de temp. ordin. Caiet. in Summa, verbo, Suspensio. Soto 4. d. 22. q. 3. art. 1. & Summa Confessor. vbi supra, num. 11. Medina lib. 1. Instruct. Confess. c. 11. §. 8. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. c. 34. §.
30 1. fauet Hugol. tab. 4. cap. 12. & satis est culpa venialis ad eam incurrendam, quando imponitur ab homine, ex Nauar. Caiet. Medin. Henriquez, & Sebast. Medice, q. 15. & Toleto lib. 2. Instruc. Sacerdot. cap. 13. vbi suprà, sicut etiam hæc satis est pro excommunicatione minori; suspensio tamen à iure non nisi ob peccatum mortale incurritur, ideoque vt ait Henriquez loco citato, qui per ignorantiam (scilicet probabilem) iuris, aut facti, à culpa mortali excusatur, hic iuris suspensionem non incurrit.

21 incurrit. Qui vero de culpa propria, aut de causa, ob quam Iudex suspendit, dubitat, abstinere à prohibitis debet tanquam suspensus (nisi dubium rationabiliter apponat) quia talis etiam suspensio in vtroque foro ligat. Dixi,
22 *Ob culpam suam*; quamuis enim interdictum generale etiã propter culpam alienam imponi possit, vt dum populus pro culpa Domini habentis Iurisdictionem temporalem interdicto subiectus sit, suspensio tamen propriè sumpta, siue ab homine, siue à iure lata sit, absque propria culpa non incurritur, vt præfati authores tradunt, & si censura propter errorem feratur, vbi nulla est culpa, inanis, & nulla erit.

23 Dicitur Sexto, *Ab habente potestatem.* Quia punitio proximi auctoritate priuata fieri non potest, sed necessariò facienda est auctoritate publica superioris, ideoq; ille solus potest punire, vt in alijs pœnis, sic in cẽsuris, qui super reũ ipsum legitimam potestatem habet.

24 Dicitur Septimò *Ab exercitio Ordinis, Iurisdictionis, vel Beneficij*, vt cognoscatur tota materia subiecta suspensionis, quæ est censura; suspensus enim ab Ordine, actum Ordinis exercere prohibetur, & suspensus a Beneficio, impeditur, quo minus Beneficij fructus percipiat, & à Iurisdictione suspensus, quæ ad Iurisdictionem spectant, exercere nequit.

25 Dicitur Octauo, *In perpetuum, vel ad tempus*, ad ostendẽdos varios suspendendi modos, & variam efficaciam suspensionis, alia enim suspensio fertur ad tempus determinatum, vel indeterminatum; alia vero simpliciter & absque vlla temporis determinatione: alia tertio in perpetuum sine vlla spe dispensationis: etenim, & suspensio in perpetuum ferri potest, ex Innoc. in c. ad hæc. num. 4. de app. Nauar. in Man. c. 27. nu. 162. Henriquez lib. 13. de exc. & suspens. cap. 31. §. 2. Hug. de cens. Eccl. tab. 4. c. 4. §. 2. num. 13. vbi notandum est, quod licet suspensio rarò in perpetuum fieri soleat, & sic in perpetuum lata, siue ab Officio, siue à Beneficio, multum participet ex natura priuationis, seu depositionis, vt notant Pan. in c. at si Cle-
26 rici, nu. 7. de iud. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de suspens. in principio; & Toletus lib. 1. Instit. Sacerd. ca. 12. vera tamen priuatio, seu depositio non est, sed retinet aliquid suspensionis.

Primò enim retinet nomen, & dicitur suspensio.

Secundò, retinet etiam naturam suspensionis ratione intrinseca, ita vt quamuis aliquis in perpetuum suspenderetur a beneficio, nec titulum, nec possessionem beneficii perderet, sed solum fructus, priuatus autem vtrumque amittit, ex Pan. in c. cum bonę, num. 6. de ætat. & qualit. ord. & consequenter sic suspensus partem aliquam fructuum, pro necessaria sustentatione sua bona conscientia retinere potest, gl. in c. cum Vintoniensis, in verbo, admisetant, & ibi Pan. nu. 10. de elec. & glo. in clem. vt ij, qui, in verbo, pars dimidia, de ætate & qualit. Panor. in cap. Apostolicæ, nu. 7. de except. Simon. Maiol. lib. 3. capit. 19. nu. 10. de irreg.

Tertiò, suspensio vi sua reuocabilis est, priuatio autem iure ordinario reuocabilis non est, vt Doctores communiter affirmant.

Quartò suspensio veram censuræ rationem retinet, priuatio autem vera censura non est, vnde si suspensus ab ordine in perpetuum, celebraret, efficeretur irregularis, & in petenda dispensatione, irregularitatem etiam exprimere oportet, arg. c. 1. de sent. & re iudi. lib. 6. & c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. Spec. in tit. de dispens. §. iuxta, ver. vt autem in hac materia. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. numero secundo, versic. quarta extensio.

27 Dicitur nono *Quoad totum, vel pro parte*, quia aliquando quis suspenditur à toto ordine, siue ab omnibus ordinibus, aut ab omnibus beneficijs, vel à toto exercitio, aliquã do ab aliquo vno certo beneficio, aliquando ab vno certo ordine, aliquando ab omni officio, aliquando à certà parte beneficii, vnde tantã vim habet suspensio, quantam sonant verba, & aliquando etiam maiorem, vt ex iis, quę dicemus inferius, manifestum erit.

28 Quoad diuisionem verò suspensionis, varias afferunt Doctores, nos hic vsitatiores solum afferemus.

Primò enim diuiditur ex parte causæ efficientis, quod alia sit à iure, alia ab homine. Summa Astensis p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 11. & art. 7. Angelica, verbo, suspensio 1. in princ. Syluest. in ver. suspensio, in prin. & q. 5. Toler. li. 1. Instruc. Sacerd. c. 12. Tabiena, verbo, suspensio, nume. 7. ver. sexto. & nu. 8. ver. septimo. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de suspensione. Nau. in Man. c. 27. nume. 154. Henriquez li. 13. de exc. & suspens. c. 31. §. 3. Hug. tab. 4. c. 1. & c. 3.

29 Secundò ex parte causæ, propter quam fertur, & est duplex, vna propter culpam, id est, peccatum; altera propter contumaciam, ex Summa Astensi, vbi supra, part. 2. tit. 16. art. 2. Syluestro in verbo, suspensio, q. 4. Toleto lib. 1. c. 13. Hug. tab. 3. c. 12.

30 Tertiò ex parte materiæ & est triplex, vna est suspensio ab Ordine; Alia à iurisdictione; Tertia a Beneficio: suspensio autem ab Officio duas priores continetet.

31 Quartò ex parte modi suspendendi, & est duplex, vna est suspensio absoluta; altera conditionata. Absoluta secum trahit statim executionem; conditionata verò executionem non trahit, nisi postquam accedat conditio. ex Syluestro vbi supra, q. 4.

32 Quintò, ex parte durationis, & est triplex, vna est simpliciter sine vlla temporis mentione; Alia cum determinatione temporis, vsque ad annum, mensem, &c. aut quousque hoc vel illud fecerit. Tertia cum exclusione temporis in perpetuum, & de hac superius diximus, quod cum depositione participet.

33 Sextò, ex parte cessationis eius, & est duplex; vna est quæ cessat sine absolutione per solum lapsum temporis; Altera per exercitiũ, vel omissionem alicuius actus. Quæ omnes diuisiones ex his, quæ inferius dicemus, manifestæ erunt. Reliquæ diuisiones aut falsæ, aut impropriæ sunt, illa enim quæ fit in suspensionem maiorem, & minorem omninò falsa est, cum in iure non reperiatur talis suspensio minor. Deinde suspensio est species distincta ab excommunicatione minori. Præterea excommunicatio minor prohibet passiuam receptionem Sacramentorum, c. si celebrat, de Cler. excomm. minist. suspensio autem proprie prohibet, ne Sacramenta ministret, qui sacra ex officio faciat. arg. c. 1. §. fi. de sent. & re iudic. lib. 6. & c. 1. §. fi. de sent. exc. lib. 6. & sic actiuè tantum, vndè suspensus Sacramenta recipere potest. Item excommunicatio minor communis est omnibus fidelibus, suspensio clericis tantum cõpetit: vnde diuisio hæc, quam sequuntur, & asserunt Panor. in c. cum dilectus, nu. 30. de consuet. & in ca. si celebrat. nu. 4. de cler. excom. ministr. Alphon. Viual. in suo Candelabro aureo, tit. de Susp. nu 6. & nu. 9. & Greg. de Valen. tom. 4. & dispu. 7. q. 18. puncto 1. & Syluest. verbo. Suspensio, nu. 1. falsa est. & meritò à Nauar. in Man. c. 27. num. 152. Henriquez lib. 13. de exc. & susp. ca. 31. §. 3. & Hug. tab. 4. cap. 5. refutatur. Illa etiam, qua suspensio diuiditur in eam, quæ est quoad se tantum; vel quoad alios tantum, vel quo ad se, & alios simul, quam affert Panorm. in c. si celebrat. de cler. excom. ministr. impropriè suspensio est, extenso suspensionis vocabulo, vt præfati authores vbi suprà tradunt.

De Ministro suspensionis, & forma ferendi illam, Cap. II.

S V M M A.

1 *Excommunicare qui potest, etiam suspendere valet.*
2 *Ius commune in quemcunque clericum totius orbis*

bis suspensionem ferre potest.

3 *Legatus Sedis Apostolicæ personas in loco suæ legationis existentes tantum suspendere valet.*

4 *Episcopus subditos suos extra territorium suum existentes suspendere nequit.*

5 *Episcopus alienum in sua diœcesi delinquentem, & manentem suspendere potest.*

6 *Prælatus quilibet iurisdictionem Ecclesiasticam fori exterioris habens, subditos sibi suspendere valet.*

7 *Suspensionis sententiam qui ferat, clericus saltem tonsuratus esse debet.*

8 *Confessarius pœnitentem propriè suspendere nequit.*

9 *Abbatissa an clericos ecclesiarum sibi subditarum à beneficio suspendere possit.*

10 *Feminis suspendendi facultatem Papa concedere potest.*

11 *Suspensio in non sibi subditum lata, nulla est, & irrita.*

12 *Religiosi ab Ordinarijs locorum, an, & quando suspendi possint.*

13 *Suspensionis ferendæ nulla certa verborum forma præscripta est.*

14 *Suspensio non nisi præmissa monitione ferri debet.*

15 *Suspensio in scriptis, & expressa causa ferenda est.*

16 *Monitio in sententijs generalibus à iure, vel ab homine pro facto futuro latis, non est necessaria.*

17 *Iudices Ecclesiastici sine solennitatibus debitis suspensionis sententiam ferentes, quas pœnas incurrant.*

18 *Episcopus aliquem ab actu, qui illi ex solo iure ipsius suspendentis competit, sine debitis solennitatibus suspendit, pœnas iuris non incurrit.*

19 *Episcopus parochum ab audiendis confessionibus sine scriptis suspendens, peccat, & pœnas iuris incurrit.*

20 *Prælati regulares religiosos sibi subditos ab audiendis confessionibus sine scriptis suspendentes, communiter non peccant, & quæ sit ratio huius.*

21 *Religiosi potestatem audiendi confessiones à Papa non nisi cum subordinatione ad superiorem religionis, accipere censentur.*

1 Væ de ministro excommunicationis in primo libro dicta sunt, etiam suspensioni conueniunt; siquidem, qui excommunicare potest, hic etiam suspendere valet, ex Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. in fine, Syluest. verbo. Suspensio. 1. nume. 2. Tabiena, verbo suspensio. 1. nume. 8. vers. septimo. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 159. Cosmo Philiarcho, de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 1. Sebastiano Medice, par. 2. Summæ, tit. 9. quæstio. 17. Toleto lib. 1. de Instruct. Sacerd. c. 13. Hugol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 1. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. c. 35. §. 1. vnde breuiter Ius commune in quemcumque Clericum totius orbis sententiam
2 suspensionis ferre potest. Deinde author iuris, scilicet Summus Pontifex, vel Concilium Generale idipsum facere potest; Alij vero prælati generalem sententiam suspensionis
3 in omnes ferre non possunt, sed solum in personas sibi legitime subiectas. Vnde Legatus Sedis Apostolicæ hanc sententiam in personas tantum in loco suæ legationis existẽtes ferre valet: Episcopi etiam in quemcumque Clericũ suæ Diœcesis idipsum possunt, qui sicut Iurisdictionem
limitatam habent quantum ad personas, ita quantum ad
4 territorium propriæ diœcesis, adeo, vt extra territorium positos etiam suos subditos suspendere nequeant, sicut nec excommunicare; vnde si generalem sententiam suspensionis contra omnes subditos in aliqua particulari re delinquentes proferat, non comprehenduntur subditi, qui extra territorium deliquerunt, & manent. Qui licet subditi ratione personæ, & pro foro conscientiæ Episcopo proprio subiaceant, pro foro tamen exteriori Episcopo loci subijciuntur; Immò verò, nec comprehenditur subditus, qui intra diœcesim manet, si in loco exempto delinquat; econtra
5 verò cum ratione delicti Clericus illius diœcesis esse censeatur, in qua moratur, alienum in sua diœcesi delinquentem, & manentem suspendere potest Episcopus, non ta-
6 men, si ab ea recessit, nisi fuerit citatione præuentus. Et denique vnusquisque prælatus habens Iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori, habet etiam potestatem ferendi sententiam suspensionis in personas sibi legitime subiectas, vt Generales ordinum, Prouinciales, Abbates, & alij similes, quibus secundum suas Regulas competit Iurisdictio exterior, in suos subditos has sententias suspensionis ferre possunt. Quæ omnia latius in materia excommunicationis exposita sunt.
7 Vt autem quis sententiam suspensionis in aliquem ferre possit, non solum Iurisdictionem in foro exteriori ha-
8 bere debet, (qua ratione confessarius, vt diximus, non potest propriè pęnitentem suspendere, quamuis si homo acceptauerit in pęnitentiam suspensionem, teneatur seruare sub peccato, non tamen transgrediendo irregularis erit) sed etiam Clericus saltem tonsuratus esse debet; vnde licet Syluest. in verb. Abbatissa, & verbo, suspensio, numero secundo, ex Innoc. & Henriquez libro 13. de excommunic. & suspens. capitulo 35. §. 1. dicere videntur Abbatissam suspendere posse à beneficio Clericos Ecclesiarum sibi sub-
9 ditarum; si hoc sibi ex consuetudine sit concessum, argum. capituli dilecta, de maiorit. & obed. Communis tamen Doctorum, & recepta sententia est; quam sequuntur glos. in d. capitulo dilecta, in verbo, iurisdictionem, & Innoc. & Panorm. ibidem. Palud. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. conclus. 4. Alphonsus Vivaldus in suo Candelabro, aureo; tract. de suspensione, numero 151. qui alios refert, & alij omnes, hanc suspensionem proprie non esse, nec veram censuram, quia Abbatissa tum ex defectu ordinis, tum ex defectu sexus, non est capax Iurisdictionis Ecclesiasticæ, immo vero Innoc. in d. capitulo dilecta, in fine, & Panorm. & Felin. ibi, numero quatro, dicunt. nec consuetudine, vt id possit, fieri posse, quamuis consuetudine aliquæ Abbatissæ præscripserunt potestatem exercendi aliquos actus, qui in Clerico essent actus Iurisdictionis, qui tamen in Abbatissa ipsa non sunt actus Iurisdictionis, sed solum apparentiam quandam Iurisdictionis habent. Neque contrarium ex d. capitulo dilecta, colligitur, illa enim suspensio potius simplex quædam prohibitio fuit, quam vera suspensio. Qua de causa Pontifex non iubet ei, ad quam rescribit vt curet suspensionem seruandam, sed solum vt Abbatissæ mandatis obtemperaret, nulla prorsus mentione suspensionis facta, cuius tamen mentionem fecisset, si suspensio valuisset, vt Innoc. ibidem animaduertit, vnde nec contrauenientes eo in loco dicuntur incurrisse irregularitatem, quam tamen incurrissent, si suspensio illa ab Abba-
10 tissa facta, vera suspensio, & censura Ecclesiastica fuisset. Potest tamen Papa etiam feminis facultatem suspendendi concedere, vt Palud. quarto, d. decimaoctaua, quæstio. secunda, artic. tertio, conclus. quinta, S. Antonin. tertia par. tract. de Suspens. capitulo de causa efficiente. Armilla verbo excommun. numero vigesimoquarto. Hugolin. de censur. eccles. tab. prima, capitulo secundo, §. nono, numero quinto. Henriquez libro decimotertio, de excomm. & suspens. capitulo 35. §. 1. cum hoc solum sit de iure humano illis prohibitum, cui Papa præest, argum. capitulo proposuit, de concess. præbend.

Deinde vero suspensio lata ab eo, qui iurisdictionem fori exterioris habet in personam non sibi subditam, nulla & irrita est, latius tradit Palud. 4. distinctio. 18. quæst. 2. in 2. part. art. 2. quo modo per Alexand. Papam in quodam priuilegio, quod incipit, *Nimis iniqua*. declaratum est, suspensiones latas per quoscumque Prælatos, contra Fratres Prædicatores, & contra Indulta priuilegiorum Ordinis, ex ipso facto irritas, et inanes, ex San. Anton. 3. par. tit. 27. capit. 4. & Tabiena verbo, suspensio, numero 14. vers. decimotertio. Eidem iudicium est de alijs ordinibus religiosorum, qui fere omnes exempti sunt a Iurisdictione Ordinariorum, exceptis casibus, in quibus Religiosi etiam exempti Ordinarijs subijciuntur, cuiusmodi aliqui in iure antiquo continentur, & aliqui etiam iure nouo Concilij Tridenr. habentur. Alia quæ ad hanc rem pertinent, ex dictis de excommunicatione manifesta sunt.

13 Quoad formam autem, quamuis sententia suspensionis, sicut & aliarum censurarũ non habet vllam determinatam formam, qua ferri debet, sed vim habet sub quacumque forma proferatur, dummodo per verba, sententiam latam exprimentia feratur, ex Nauarro, in Manuali, cap. 27. num. 161. vers. sexto. Henriquez lib. 13. de excommunicat. & susp. cap. 34. §. 3. Hugolin. tab. 4. c. 14. Toleto lib. 1. Instruct. Sacerd. ca. 13. & alijs; in iure tamen solennitates quædam in hac sententia proferenda requiruntur.

14 Prima est, vt præcedat monitio. In qua re, licet Panorm. in cap. reprehensibilis, num. 3. & 4. de appellat. & Tabiena, verbo, suspensio, numero. 8. versic. septimo. & alij simpliciter dicant, ad ferendam sententiam suspensionis necessariam esse monitionem; multo tamen melius Innocen. in ca. ad hæc quoniam, de appell. & in cap. 1. de excess. prælat. & in c. 1. de sent. excomm. lib. 6. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 8. Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 59. & 164. Hugolin. t. 8. ou. tab. 1. cap. 2. Syluester verbo, Suspensio, quæstio. 4. & Sebastianus Medices, part. 2. Summæ, tit. 9. q. 18. & communior opinio Canonistarum hoc limitat, ad eam solum suspensionem quæ fertur propter contumaciam, ita vt non habeat locum in ea quæ fertur propter crimen, seu delictum, argum. ca. 2. de constitut. lib. 6. & c. Quamquam, de censib. eo. lib. eo quod monitio respicit futurum, crimen autem sit quod præteritum est.

15 Secunda est, vt feratur in scriptis, & exprimatur causa, propter quam fertur, & vt Iudex requisitus exemplum sententiæ infra mensem tradat, vt habetur capit. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. Summa Astensis, Syluester, & Nauar. vbi supra, nu. 259. Henriquez. lib. 13. de excom. & susp. cap. 34. §. 3.

16 Circa has autem solennitates tria præcipue obseruanda sunt.

Vnum est, quod in suspensionib. quæ feruntur in generali pro facto futuro, siue ferantur à iure, siue ab homine, non requiritur vlla monitio præter publicationem, qua fertur ipsa censura, ipsa enim habet locum monitionis, vt Exempli causa, si Episcopus dicat: *Si Clericus tale quid fecerit, suspensus sit*. & c. illa est sufficiens monitio. Ratio: quia dum hæc sententia generalis sit, nullum respicit particularem, quem monere possit. ex Hugolin. de cens. Eccles. tab. 1. capit. 18. in princip. numero 2. & §. 1. post Palud. 4. distinctio. 18. quæst. 7. art. 3. conclus. 10.

17 Alterum est, circa secundam solennitatem, vt scilicet iudices Ecclesiastici, qui ea prætermissa sententias excommunicationis, aut suspensionis ferunt, has pœnas incurrant.

Primo quidem, quod sint per mensem suspensi ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs.

Secundo tenentur ipsis suspensis de expensis & interesse.

Tertio, puniendi sunt alijs pœnis condignis, & grauibus ad terrorem aliorum, vt habetur in capitulo, cum medicinalis, de sentent. excommun. libro 6.

18 Tertium est ex Palud. vbi supra, conclus. 10. quod notatu dignum, & vtilissimum est, has pœnas non habere locum, nisi quando Iudex Ecclesiasticus aliquem suspendit ab illo actu, quod suo iure competit ipsi suspenso; si vero suspenderet ab actu, qui illi competit iure ipsius suspendentis, scilicet ex commissione ipsius suspendentis, tunc, nec incideret iudex ille in pœnas, neque peccaret. Vt exempli gratia, simplex Sacerdos non habens curam animarum, nõ potest confessiones iure suo audire; vnde si Episcopus committit simplici Sacerdoti facultatem audiendi confessiones, & postea illum ab audiendis confessionibus etiam sine scriptis suspendat, nec peccat Episcopus, nec in prædictas pœnas incurrit. Cuius rei hæc ratio est: quia suspensio hæc non est propriè suspensio, quæ est censura, sed inhibitio, & reuocatio concessionis iam factæ. Quare sicut Episcopus à principio simplici verbo facultatem audiendi confessiones committere potuit, ita etiam ex post facto simplici verbo illam reuocare potest; & sicut simplici verbo potest illam in totum reuocare, ita etiam & in parte, & ad tempus vtendo nomine suspensionis. Sin autem Episcopus parochum ab audiendis confessionibus suspenderet sine scriptis, grauiter peccaret, & pœnas d. capit. cum medicinalis, incurreret; quia est vera, & propriè dicta suspensio, & ei competit ex officio.

19

20 Et quod diximus de Episcopis, pari ratione dici potest de Abbatibus, & Prioribus Religionum: communiter enim non peccant Prælati Religiosorum suspendendo Religiosos sibi subditos ab audiendis confessionibus sine scriptis. Et quidem si illos suspendant ab audiendis confessionibus Religiosorum ipsorum, res est certa, quia confessiones eorum audire, non incumbit illi confessario, nisi ex commissione superiorum, ideoque totam potestatem si velit, reuocare poterit nudo verbo, sicut dedit, & multo magis partem; sin vero suspendat illos ab audiendis confessionibus quorumcunque etiam laicorum, est maxima difficultas, eo quod potestas audiendi confessiones laicorum, ipsis ex delegatione suorum superiorum non incumbit, sed ex Summi Pontificis delegatione. Qua in re licet Paludanus vbi suprà, artic.

21 3. conclus. 10. parum dubitet, nec ita tuto affirmet, dicit tamen etiam tunc superiorem pœnas illas non incurrere: quia etsi Religiosus potestatem audiendi confessiones accipiat a Summo Pontifice, illam tamen absolute & simpliciter à Papa non accipit, sed cum subordinatione ad superiorem Religionis, immò post Concilium Tridentinum, vt habetur Sessione 23. de reform. capit. 15. etiam cum subordinatione ad Episcopos, ita vt nullus Religiosus confessiones sæcularium audire possit, nisi ab Episcopo per examen approbatus fuerit; nullus autem ab Episcopo approbari potest, nisi prius de vita, & moribus à superiori suo approbetur. Cum igitur facultas hæc non nihil pendeat à commissione superioris, probabilissimum est, quod ait Paludanus, superiores confessarios huiusmodi solo verbo suspendere posse.

De varijs modis, quibus ferri solet suspensio. Cap. III.

S V M M A.

1 *Suspendendi varij sunt modi, & quinam illi sint.*

2 *Suspensus ab ordine inferiori, etiam ab exercitio ordinum superiorum suspenditur,*

3 *Episcopus à collatione ordinis Diaconatus suspensus, presbyteratum conferre nequit.*

4 *Cui, quod minus est, non licet, nec ei, quod maius est, licere debet.*

5 *Suspensus*

5 *Suspensus ab officio prædicandi, ab actibus Diaconatus, & ordinum superiorum suspensus non est.*

6 *Particulæ restrictiuæ*, Tātum, Solum, & Dumtaxat, *quid in censuris posita significent.*

7 *Episcopus primam tonsuram illiterato conferens, a collatione primæ tonsuræ est suspensus.*

8 *Suspensus ab eo, in quo peccauit, a quibus censeatur suspensus.*

9 *Suspensus a Diaconatu, quamuis Missam celebrare non possit, ab alijs tamen muneribus Sacerdotij non suspenditur.*

10 *Suspensus ab ordine inferiori, exercendo actum ordinis superioris, irregularis tamen non est, & quæ huius ratio sit.*

11 *Irregularitas non nisi in casibus a iure expressis incurritur.*

12 *Prohibitio exercitij ordinis superioris in suspenso ab inferiori, vnde nasci censeatur.*

13 *Suspensus ab ordine inferiori exercendo, vel conferendo ab inferioris exercitio, vel collatione non suspenditur.*

14 *Suspensus a collatione Diaconatus, ordines minores conferre potest.*

15 *Suspensus ab actione determinata, ab alijs actionibus quæ illi non sunt annexæ, non suspenditur.*

16 *Suspensus ab altaris officio reliqua Sacerdotij munera si ne peccato exercere potest.*

17 *Suspensus ab altaris officio solenniter baptizare, & alia Sacramenta conferre potest.*

18 *Suspensus ab vno certo officio, ab aliis muneribus ei non annexis quare non censeatur suspensus.*

19 *Suspensus ab aliquo, in quo plura fundantur, an ab alijs in illo fundatis sit suspensus.*

20 *Iurisdictio Ecclesiastica in ordine fundatur.*

21 *Fundamento sublato, quod supra fundatum erat, consistere non potest.*

22 *Executio rei fundatæ, a substantia ipsius rei, non autem ab executione fundamenti dependet.*

23 *Operatio rei fundatæ ab operatione fundamenti non dependet.*

1 VArius, ac multiplex suspendendi modus tum à iure, tum ab homine reperitur, qui à nobis prius repetendus, postea verò explicandus est.

Primus est simplex, & absolutus, explicato solo suspensionis nomine, tacito tamen à quo quis suspensus sit, vt cum suspensio sic feratur, *Suspendo te.* Quæ suspēdendi forma habetur in ca. cum bonæ, de ætat. & qual. & in c. vt Clericorum. de vita & honest. Cler. & in capit. s. de vsur. lib. 6. & in Clem. 1. §. ceterum, iuncta glo. in verbo, suspensionis, de priuileg. & in Extrauagan. tertio tit. eod.

Secundus est, suspendo te ab ordine.
Tertius, ab ordine Pontificali.
Quartus, a Pontificalibus.
Quintus, à collatione ordinis,
Sextus, à collatione determinati ordinis.
Septimus, à Iurisdictione.
Octauus, ab aliquo alio ordine particulari.
Nonus, ab officio.
Decimus, ab officijs diuinis.
Vndecimus, ab aliquo particulari officio.
Duodecimus, à beneficio, vel beneficijs.
Decimus tertius, ab officio, & beneficio.
Decimus quartus, ab officio, vel beneficio.
Decimus quintus, ab administratione Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus.
Decimus sextus, à perceptione Sacramentorum.
Decimus septimus, à collatione Sacramentorum.

Decimus octauus, ab ingressu Ecclesiæ. De quibus omnibus in particulari in sequentibus dicemus. In præsentiarum solum generales quasdem Regulas ad prædictorum intelligentiam afferemus.

2 Prima igitur regula sit; Suspensio ab ordine inferiori prohibet exercitium non solum illius ordinis, sed etiam omnium ordinum superiorum; ita vt suspensus à Diaconatu, nullum exercere possit actum Sacerdotalem. Quæ regula non solum procedit in exercitio ordinis suscepti,
3 sed etiam in collatione ordinis, vnde Episcopus suspensus à collatione ordinis inferioris, v. g. Subdiaconatus, suspenditur simul à collatione superiorum, ita vt Diaconatum, vel Presbyteratum conferre nequeat; sicut qui Epistolam cantare non poterit, nec Euangelium canere valet. Quæ regula colligi potest ex glos. in capi. Eos, in verb. ordinū, de temp. ordin. lib. 6. Hostiensi, in cap. dilectus. de temp. ordin. in antiq. & Panorm. in c. vel non est compos, num. 5. eod tit. & lib. Angelica, verbo, suspensio. 3. num. 3. Summa Astensi, part. 2. libro 7. tit. 16. artic. 1. q. 11. Summa Pisanella, verbo, Suspensus. §. vlt. Tabiena, verbo, suspensio, num. 5. vers. quarto, Syluest. verbo, suspensio, num. 5. vers. & similiter, si fit à collatione, Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. cap. 32. §. 2. Alphonso Viualdo tit. de Suspens. numero 137. & Cosmo Philiarcho de officio Sacerd. libro 4. parte 1. cap. 1. Thoma Zerula, in praxi Episcopali, in verbo, suspensio. §. ad secundum. Toleto lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 12. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 6. §. 6. nume. 3. & est communis. Regula omnium Summistarum, & Canonistarum. & facit quod dicitur in l. relegatorum. §. fina. ff. de interd. vbi Vlpianus, ait, *Alicui & vnus honor interdici, scilicet, potest, sic tamen, vt si cui honore vno interdictum sit, non tantum eum honorem petere possit, verum nec eos quoque, qui eo honore maiores sunt, est enim perquam ridiculum, eum, qui minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores aspirare.* Ratio est: quia si quis indignus est ordine inferiore, indignior multo est superiore, argum. l. qui indignus, ff. de Senator. & leg. cui pacto, ff.
4 de seru. expor. cui enim quod minus est non licet, nec ei, quod maius est licere debet, argum. cap. cum illorum, de sent. excom. & ibi glo. in verbo minora; & c. cui licet, de reg. iur. lib. 6.

Hæc tamen regula sic generaliter ab authoribus posita nonnullas exceptiones, seu limitationes habet Quatuor

5 Prima est, quod suspensus ab officio prædicandi, etiam secundum illos, qui tenent esse actum proprium ordinis Diaconatus, non est suspensus ab aliis actibus nec Diaconatus, nec ordinum superiorum. Sic Nauar. in Manuali, capit. 27. nume. 163. vers. Octauo. & fauet Angelica, verbo, suspensio, 3. numer. 7. & ratio esse potest: quia quando quis suspenditur solum ab officio prædicationis, is videtur solum suspendi ex defectu doctrinæ, vel ratione modi prædicandi, & ideo aliorum ordinum exercitium non impedit.

Secunda est, quando speciatim, & solum à minore Iudex suspendere voluit, & id suspendens manifesto, significat, quod fit quando suspensio ab ordine inferiori facta
6 est cum particula restrictiua, *Tantum, Solum, Dumtaxat*, vel simili (Cum enim censuræ vis ex ferentis voluntate dependeat, argu. cap. cum voluntate, de sent. excomm. & l. cum quid. ff. si cert. petat.) ab eo tantum suspensus erit à
7 quo Iudex voluit: quo modo Episcopus, qui primam tonsuram illiterato confert, vt habetur cap. fi. de temp. ordin. libro 6. à collatione tantum primæ tonsuræ suspenditur, non autem à collatione ordinum aliorum, vt notat glo. in d. c. fin. in verbo, dumtaxat, quia id Pontifex ibi si-

8 gnificauit. Pari ratione, vbi quia suspenditur ab eo, in
quo peccauit, & ob eam rationem, vt cum dicitur, *vt in quo*
peccauit, in eo puniatur, illum solum ordinem exequi, aut cõ
ferre prohibetur, non maiores; quia per talem causæ parti
cularis assignationem suspensio illa coarctatur, argum. l.
regula, §. fina. de iur. & facti ignor. iura namque quæ pœ
nam imponunt per verba indefinita, ad id tantum referũ-
tur, cui ex delicto iniuria facta est, arg. cap. si compromis-
sarius. de election. lib. 6. & quia suspendens hoc loquendi
modo, se id velle significare tacitus videtur.
9 Tertia est, quando maius sine illo minori haberi, &
exerceri potest. arg. cap. ex litteris. vers. communiter. de
excess. prælator. vnde licet suspensus à Subdiaconatu, vel
Diaconatu, eo quod missæ sacrum eorum ordinum fun-
ctionibus adhibitis celebratur, ob eam rem à Missa cele-
branda suspensus sit, non tamen ab alijs munerib. Sacer-
dotij suspenditur, alioquin, quod vna via prohibetur,
per aliam fieret, contra c. cum quid vna via. de reg. iur.
libro 6.
10 Quarta est, quod hæc regula solum locum habet quan-
tum ad impedimentum actuum superiorum ordinum, vt
non possint sine peccato exerceri, non autem quantum
ad irregularitatem transgressori inducendam. Ratio est:
quia ad iudicandum de peccato, satis est ratio quædam in-
decentiæ, v. g. si quis non est aptus ad exercitium actus or
dinis inferioris, multo minus aptus, immò indignior erit
ad exercitium superioris, & ideo si prohibetur ab actu infe
riori, multo magis ab eo, qui maior est impedietur. Ad iu-
11 dicandum autem de irregularitate hoc non est satis, sed
requiritur textus aliquis expressus, cum nemo nisi in casi-
bus à iure expressis irregularis iudicandus sit. ea. is qui. de
sent. excom. lib. 6. Archid. in c. Apostolica. dist. 56. in prin.
& in cap. excommunicatos. 11. q. 3. Fel. in c. ad audientiã
in fi. de homicid. vndè Nicolaus Dion. de Perus. in d. c. is
qui, ait, quod qui dicit aliquem esse irregularem, casum
legis adducere debet. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 2.
num. 2. Quæ ratio confirmari potest, quia prohibitio exer
12 citij ordinis superioris in suspenso ab inferiori non nasci-
tur formaliter ex vi ipsius suspensionis, neque videtur es-
se in respectu ad illum ordinem vera suspensio, sed solum
est impedimentum consequens ratione indecentiæ, vt di-
ctum est, eo quod indecens est, vt qui non potest actum in
feriorem, superiorem actum in illo ordine exercere pos-
sit, quicquid Simon Maiolus lib. 3. de irreg. c. 19. num. 17.
vers. bona declaratio. & Syluester, in verbo, suspensio, q.
5. §. si verò sit ab ordine Episcopali, sine textu, aut ratio-
ne, hunc irregularem esse velint, neq; Tabiena, in verbo
ordo, 3. quem ille citat, hoc affirmat, vt legenti manife-
stum esse potest.
13 Secunda regula est. Suspensus ab ordine superiori exer
cendo, siue conferendo ab ordine inferiori exercendo, aut
conferendo nullo modo suspensus esse censetur, vt autho-
res omnes in prima regula citatis testantur, & id colligũt
ex c. significauit. de corp. vitiat. ex quo tamen loco non re-
cte colligi videtur. Ratio autem potest esse, quia nulla est
indecentia, vt qui tanquam indignus repellitur ab ordine
superiori, admittatur in ordine inferiori. Ex qua regula in
14 fertur, vt licet quis à collatione Diaconatus suspensus sit,
ordines tamen minores conferre possit, vt docet Ioann.
Andr. quem refert, ac sequitur Pan. in ca. vel non est com-
pos. nu. 5. de temp. ord. & qui a Sacerdotio suspensus est,
nõ Missam celebrare tamẽ Epistolã, aut Euangeliũ ex of-
ficio, & solenniter cantare potest, & sic Diaconatus, vel
Subdiaconatus munera licitè exercere valet, secus tamen
si ipsemet Missam celebraret, ex Hugolino, tab. 4. capi. 6.
§. num. 2.
15 Tertia regula est: Suspensus ab aliqua actione determi
nata, nullo modo intelligitur suspensus ab alijs actionib.
quæ non sunt annexæ illi, a qua est suspensus. i. in eodem
ordine actionum. vt exempli gratia, suspensus ab offi-
16 cio prædicandi, Euangelium cantare potest; & suspen-
sus ab altaris officio, reliqua Sacerdotij munera sine pec-
cato, aut irregularitatis nota exercere potest, ex gloss. in
capitulo significauit, in verbo, officium. & ibi Panorm. nu
mero 2. de corp. vitiat. & colligitur manifestè ex d. capitu-
lo significauit. vbi cuidam presbytero conceditur, vt Sa-
cerdotij officium exerceat absque altaris ministerio. Quæ
regula colligitur ex d. capitulo significauit, & ex capitulo
2. & capitulo seq. de Cler. percuss. vbi a Missarum celebra
tione quis tantum suspenditur. & Syluest. in verb. suspen-
sio, numero 5. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nume. 160.
vers. tertio dico, & numero 163. vers. quinto infertur. Hug.
tab. 4. capitulo 6. §. 6. numero 4. vnde sic ab altaris officio
suspensus, & solenniter baptizare, capitulo constat, de con
sec. distin. 4. Sacramentum pœnitentiæ ministrare, arg. c.
17 omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiss. Extremam vn-
ctionem conferre, Conc. Trid. sess. 14. capitulo 6. sponsas
benedicere, argu. capituli 1. & capit. 3. de secun. nupt. &
Conc. Trid. sess. 24. capitulo 1. de reform. matrim. Mor-
tuos visitatis cærimonijs sepelire. Panorm. in d. c. significa
uit, num. 2. Aquam baptismalem, arg. cap. tribus, & capit.
Sabbato Sancto, de consec. dist. 3. & aquam benedictam,
qua fideles asperguntur, consecrare, & benedicere po-
test, arg. c. aqua, de consec. dist. 3. hæc. n. omnia Sacerdotis
munera sunt. Ratio huius regulæ esse potest: quia hic ces-
sat ratio illa indecentiæ, & causa prohibitionis alterius;
quod si esset causa aliqua cur vtraque actio prohiberetur,
18 ad iudicem vtramq; actionem exprimere pertineret. De-
inde sicut suspensus ab vnius officij functione reliquas eius
dem functiones licitè exercet, ita ab vno officio determi-
nato suspensus ab alijs muneribus ei non annexis non est
suspensus.
19 Quarta regula est, quæ à plerisque assignari solet, vt à
Panorm. in cap. cum dilectus, nu. 20. de consuetud. Ange
lica, verbo, suspensio, 3. nu. 3. Syluest. verbo, suspensio, nu.
5. Tabiena, verbo, suspensio, num. 4. versic. tertio, in qua
communiter conueniunt Summistę, aut saltem maior pars
eorum, quod suspensus ab aliquo in quo plura fundantur,
consequenter ab omnibus suspensus est, quę in illo fundan
tur, consequenter ab omnibus suspensus est, quæ in illo
fundantur, vt exempli gratia: in ordine fundatur iurisdi-
20 ctio Ecclesiastica, & beneficiũ, cum sine ordine neutrius
horum quispiam capax esse possit; ideo inferunt præfati
DD. suspensum ab ordine consequenter à iurisdictione, &
ab omni beneficio Ecclesiastico esse suspensum. Id quod
duplici regula probari videtur, vna naturali: quia sublato
fundamento corruunt omnia quæ super illud fundantur.
21 Altera verò Canonistarum propria est: quia sublato prin
cipali, tolluntur omnia accessoria, sed non econtra. argu.
capituli, cum quid prohibetur, & capituli, accessorium,
de reg. iur. lib. 6.
In hac tamen re duo hæc dicenda esse verius existi-
mo: vnum est, quod id quod infertur, vel assumitur tan-
quam exemplum, falsum est; quamuis enim duæ illæ
regulæ allatæ veræ sint, quantum ad ipsarum rerum
substantiam, siquidem sublato fundamento, quod supra
fundatum erat, consistere non potest, quantum tamen ad
actus exercitium veræ non sunt, quando quidem manen-
te substantia fundamenti, & substantia rei, quæ supra ip-
sum fundatur, fieri potest, vt suspendatur exercitium ip-
22 sius fundamenti, siquidem executio rei fundatæ ab execu-
tione fundamenti nõ dependet, sed a substantia ipsius rei;
vnde quamuis homo nec exerceat, nec exercere possit ip-
sius ordinis actum, actum tamen iurisdictionis exercere
poterit.
23 Alterum est, quod nec substantia ipsius Regulæ certa
& firma est, immò mihi valde dubia videtur, vt ex ratio-
ne allata manifestum est; quia postquam manet substan-
tia rei fundatæ, operatio ipsius nulla ratione ab operatio-
ne fundamenti dependet, & proinde quarta hæc quæ pas-
sim ab authorib. regula ponitur, aut non vera, aut non cer
ta & stabilis esse videtur.

De

De octo primis Suspendendi modis. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Suspensio his verbis* (Suspendo te) *lata quid operetur, variæ sunt Doctorum sententiæ.*
2 *Suspensio in iure simpliciter lata de suspensione ab officio, & beneficio simul intelligi debet.*
3 *Genus de omnibus suis speciebus æque dicitur.*
4 *Suspensio ab homine simpliciter prolata qualiter intelligenda, & quid in tali casu agendum sit.*
5 *Suspensio his verbis* (Suspendo te ab ordine) *lata omnem actum cuiuscunque ordinis prohibet.*
6 *Suspensio ab ordine an iurisdictionis actum in ordine fundatum prohibeat.*
7 *Tonsura prima proprie ordo non est.*
8 *Iurisdictio Ecclesiastica quamuis sine ordine esse nequeat, vsus tamen iurisdictionis sine ordinis vsu esse poterit.*
9 *Suspensus ab ordine an ab actu primæ tonsuræ censeatur suspensus.*
10 *Suspensus ab ordine an cum alijs in choro canere queat.*
11 *Suspensio ab ordine Pontificali solum actus proprios ordinis Pontificalis prohibet.*
12 *Electus, & confirmatus Episcopus, ante consecrationem actus iurisdictionis exercere potest.*
13 *Suspensio à Pontificalibus solum actum apparatus Pontificalis, seu insignia Pontificalia prohibet.*
14 *Suspensus a Pontificalibus Missam priuatam celebrare non prohibetur.*
15 *Suspensio a Pontificalibus plura, quam suspensio ab ordine Pontificali prohibet.*
16 *Iurisdictio ad apparatum Pontificalem non pertinet.*
17 *Suspensus à Pontificalibus an violando censuram irregularis efficiatur.*
18 *Suspensio a collatione ordinum cuiuscunque ordinis collationem prohibet, non autem primæ tonsuræ, & quare.*
19 *Suspensio a collatione certi ordinis lata, illius tantum ordinis determinati collationem directe prohibet.*
20 *Suspensus à iurisdictione nec beneficia ecclesiastica conferre, nec censuras ferre potest.*
21 *Suspensus a iurisdictione a peccatis in foro conscientiæ absoluere nequit.*
22 *Suspensus ab aliquo certo ordine quid facere, aut non facere possit.*

1 
Voad primum suspensionis modum, qui hic verbis, *Suspendo te*, fertur, non satis inter se conueniũt Doctores, quid hęc verba operentur. Quidam enim vt Glo. in clem. 1 §. ceterum, in verbo, Suspeosionis, de priuileg. & ibi Anchar. num. 22. vers. duodecimo. & Zabar. nu. 5. vers. 7. & Fel. in ca. pen. in fi. de sent. excom. hac forma verborum, suspẽsionem ab officio latam esse putant. Burgasius in tract. de irreg. part. 6. in tit. de sent. suspen. nu. 25. quatuor alias refert hac de re sententias. Quarum.

Prima est Altisiod. quem etiam plerique sequuntur, in hac suspensione attendendam esse causam huius suspensionis, & inuenta causa, examinandos esse canones, & iura, & videndum, si qua suspensio in iure inueniatur lata pro illa causa, & de illa intelligi debere hanc suspensionẽ; quod si vel ignoretur causa, vel nulla inueniatur in iure suspensio, tunc ait attendendam esse qualitatem delicti, & secundum illam iudicandum. At certè, sententia hæc obscura est, & multos scrupulos, & perplexitates non paucas generat, quod est maximum malum, & denique dubia, & incerta est.

Secunda est Antonij de Buttrio, in cap. at si clerici, de iudic. dicentis: quando nihil in particulari exprimitur, intelligendam esse suspensionem ab officio, quæ sententia eadem omnino est cum altera illa, quam glossæ, & aliorum esse diximus. Quæ sententia nullum pro se fundamentũ habet, nulla enim maior ratio est, cur hac verborum forma intelligi potius debeat suspensio ab officio, quam a beneficio; vel cur potius a toto officio, quam a parte officij; vel ab vno ordine potius, quam ab omnibus.

Tertia est Vincent. in ca. quanto. de magistr. quem refert Ioan. de Lign. in cap. latores. de cler. excom. minist. & Addit. ad Panorm. in cap. penult. in littera A. de sent. excom. Imolæ, in capit. cum dilectus. de consuetud. & Ioan. Andr. ibidem, dicentium intelligendam esse de vtraque, scilicet, de suspensione ab officio, & beneficio, & fauet Innocen. ex Syluest. in verbo, suspensio, num. 5. in fine. Innocentius enim nullam videtur differentiam ponere inter suspensionem simplicem, & suspensionem ab officio, & beneficio; & Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. concl. 8. idem significat, ait enim quod suspẽsus simpliciter, intelligitur ab omni officio, & beneficio suspensus, & nihil potest, quod homo prohibere potest, & ingerens se diuinis est irregularis. Naua. in Manu. ca. 27. num. 170. licet non loquatur de suspensõ, de interdicto tamen simpliciter ait omnia illi vetari, quæ per interdictum prohibentur. Et hanc etiam sentẽtiam ex recentioribus sequuntur Henriquez lib. 13. de excom. & suspen. cap. 32. §. 1. & Hugol. de cens. eccl. tab. 4. c. 14. §. 1. & Cosmus Philiarchus lib. 4. de officio Sacerdotis, part. 1. cap. 1. de qua sententia quid ipse sentiam, ex sequentibus constabit.

Quarta est dicentium simpliciter suspensum a nulla re suspensum esse; quia sententia incerta nomen sententiæ non meretur. C. de sent. quæ sine certa quant. profertur, per totum, & l. cum ex pluribus. ff. de fideicom. liber. Quæ sententia nimis libera videtur, maximè cum in iure reperiantur sententiæ sic latæ, vt ex dictis constat. dicere autem nihil operari huiusmodi sententias à iure latas, absurdum esse videtur.

In hac igitur Doctorum varietate, mihi videtur probabile.

Primò, vbicunque in iure Canonico, vt in ca. 2. de vsur. lib. 6. vbi simpliciter suspenduntur Episcopi, qui vsurarijs domos locant, habetur hæc suspendendi forma, intelligi debet de suspensione ab officio, & beneficio simul, prout authores tertiæ sententię vbi supra docuerunt, dummodo contrarium aut ex verbis, aut ex intentione suspendentis non constet, In qua re plurimum prodest considerare, & præcedentia, & consequentia, ex illis enim vt plurimum mentem ferentis sententiam colligi potest, quod si ex illis nihil certi colligi poterit, puto declarationem faciendam esse per sententiam iudicis legitimi, qui iura possit interpretari; vnde, cum in Concil. Triden. sess. 24. de refor. matri. c. 1. parochus, vel quiuis alius Sacerdos, qui sine licentia proprij parochi, alterius parochię sponsos matrimonio cõiungere, aut benedicere ausus fuerit, ita simpliciter suspenditur; pro huius iuris declaratione, adeunda erit Congregatio Cardinalium, qui interpretationi eiusdem Concilij pręficiuntur, interim verò ab officio, & beneficio se suspensum esse credat. Ratio huius est, quia cum suspensio

simpliciter prolata genus sit,& genus ęquè de suis omni-
bus speciebus dicatur,absolutè prolata vtramque speciē
comprehēdit,cum non sit ratio, cur hanc potius, quam
illam contineat; sicut à simili constat de excommunica-
tione, quę simpliciter prolata non minorem solum ex-
communicationem,sed maiorem etiam comprehendit,vt
in cap.pen.de sent.excom. Gregorius Nonus declarauit:
& faciunt quę tradit gl.in c.vnico,in verbo, suspensionis,
de his,quę vi metúcau.fiunt.lib.6.vbi suspensionis nomi-
ne simpliciter prolatę glossa indistinctè de quauis suspen-
sione intelligit,i.siue ab officio,siue à beneficio, siue ab in
gressu Ecclesię;& Gemin.ibi,nume.6.& Philip. Franc.
ibidem.

4 Secundò.si huiusmodi sententia feratur ab homine,
hęc videntur posse,& deberé seruari: Primò, vt exami-
nentur uerba pręcedentia,& sequentia,vt diximus de sen
tentia iuris. Secundò, quando ex illis nihil colligi potest,
recurratur ad ipsum Iudicem pro declaratione,cui stan-
dum est. Tertio,si non habetur copia eiusdem Iudicis,quę
ri potest à successore;interim ab vtrisque suspensum se exi
stimare debet.

5 Secundus modus est, *Suspendo te ab ordine*;qui suspensio
nis modus ex communi sentētia prohibet omnem actum
cuiuscunque ordinis. Sic Syluest. verbo suspensio.num.5.
& Henriquez li.13.de excom.& suspen.c.32.§.2.& Co-
rona Confessorum ubi supra,c.10.tit.de suspensione nu.
6.& Bern.Diaz.in prac.Canon.ca.122.eo quod idem est
simpliciter dicere, *Suspendo te ab ordine*,& dicere uniuersa-
liter, *ab omni ordine*·vnde quicquid est uel iure Diuino,uel
iure Ecclesiastico humano,uel consuetudine annexum
alicui ordini a suspenso ab ordine exerceri nequit. Circa
hunc autem suspensionis modum dubia quędam sunt sol-
uenda.

6 Dubium primum est, An suspensio ab ordine, prohi-
beat actum iurisdictionis,aut aliarum rerum,quę in ordi-
ne fundantur; Panorm.in c.cum dilectus.num.20. de con
suetud. Syluest. verbo,suspensio,num.5. Angelica,verbo,
suspensio,3.num.1. Tabiena, verbo suspensio, nu.4.vers.
tertio,& alij nonnulli partem affirmatiuam absolute te-
nent. Contrariam verò sententiam tenent expresse. S.
Thom.in addi.3.p.q.22.artic.3. Caiet.verbo,suspensio,
Nauar.in Manu.ca.27.nu.160.& Felicianus Episcopus
Scalensis,in Ench.de censur.cap.11. Hugol.de cēsur. Ec-
cle.tab.4.c.6.§.5. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd.
p.1.lib.4.cap.1. Corona Confess. vbi supra,& Toletus li.
1.instruct. Sacerd.c.12. Quæ opinio mihi videtur esse ve-
rior,secundum ea,quę ca.1.in regula quarta dicta sunt:
& probari potest;suspensio enim est pœna, in pœnis au-
tem non est facienda largior interpretatio, sed strictior,
arg.c.odia,& c.in pœnis,de reg.iu.lib.6.& l. interpreta-
tione.ff.de pœn. Nomine igitur ordinis intelligendus est
solus ordo. Deinde ordo specie differt à iurisdictione, vt
constat,vnde electus & confirmatus ea, quæ iurisdictio-
nis sunt,facere potest,non quæ sunt ordinis.ex glo.in cap.
transmissam.in verbo, de talibus,de elect.ideoque suspen
sus ab ordine,à Iurisdictione suspensus non est; à diuer-
sis enim non fit illatio,argum.l. Papinianus exuli.ff.de
minor. Præterea,iurisdictio,& beneficium, de quibus est
quæstio,non fundantur in ordine propriè dicto,sed solum
7 in ordine Clericali primæ tonsuræ, qui non est propriè or
8 do secundum Theologos. Et denique licet prima tonsura
sit ordo,& Iurisdictio fundaretur in ordine, adhuc proba
bilior est secunda sententia;quia etsi non possit esse iurisdi
ctio sine ordine,vsus tamen Iurisdictionis, sine vsu ordi-
nis,& independenter ab ordinis vsu esse poterit. Ex qua
doctrina Hugolinus infert Sacerdotem ab ordine suspen
sum,excommunicatum ab excommunicatione absoluere
posse,sed non solemnibus precibus adhibitis, nec a pecca-
tis,cum illud sit Iurisdictionis,hoc ordinis,ex Zab.in c.fi.
num.12.de excess.præla. Excipitur tamen iurisdictio quę
ad ordinem exercendum omnino necessaria est:vt in Sa-
cramento pœnitentiæ;hic enim Sacerdos ab ordine suspē
sus,etiam à iurisdictione suspensus est,cum eam sine ordi
ne exercere non possit.

9 Dubium secundum est, An suspensus ab ordine, suspen
sus sit ab actu primæ tonsuræ? Respōdetur,ex eo quod pri
ma tonsura nō est propriè ordo,& suspensio est pęna,pro
babile est sub nomine ordinis in hac suspēsione non intel-
ligi primam tonsuram,ne faciamus in pœnis latiorem in-
terpretationem,arg.c.odia,& c.in pœnis.de reg.iu.lib.6.

10 Dubium tertium esse potest, An suspensus ab ordine
cum alijs in choro canere possit? Pro qua re sciendum
est, quod munus psallendi in choro fuit olim distinctum
ab alijs actibus ordinum minorum, & ipsius clericalis
tonsuræ; fuit enim quidam distinctus gradus dictus Psal-
mistatus, cuius munus propriè fuit Psalmos in choro ca-
nere,cap.1.dist.21.& c.perlectis,d.25. Qui gradus desijt
esse in vsu in ecclesia, & munus psallendi putatur esse
coniunctum cum gradu tonsuræ clericalis. Ceterum
quicquid sit de hac re,cum neq; Psalmistatus, neq; ton-
sura sint ordines, verior videtur suspensum ab ordine li-
citè posse canere Psalmos in choro; Non potest tamen
ea facere in choro,quæ ad alios ordines pertinent; exem-
pli gratia, si Lectiones in choro non soleant legi nisi ab
habente ordinem Lectoratus,suspensus ab ordine,lectio-
nes in choro legere non poterit.

11 Tertius modus est, *ab ordine Pontificali suspendo te*:
Hæc censura, secundum communem sententiam solum
prohibet actus proprios ordinis Pontificalis. Dixi, *actus
proprios ordinis Pontificalis*, ad excludendos actus iuris-
dictionis; & hoc etiam secundum illos, qui putant iuris-
dictionem simpliciter pendere ab ordine, qui etiam vo-
lunt iurisdictionem Pontificalem nullo modo ab ordine
Pontificali pēdere,quod certum est: tum,quia iurisdictio
Pontificalis ab ordine Pontificali distinguitur, arg.cap.
transmissam.de elect.& c.aqua.de consecr.eccles. vel al-
tar.tum quia ex communi praxi totius ecclesiæ electus,&
confirmatus ante consecrationem vbique actus iurisdi-
ctionis exercet. Vnde, Episcopus sic suspensus nec ordi-
12 nes conferre,nec virgines consecrare, nec chrisma confi-
cere,nec ecclesias,aut altaria consecrare,aut consimilia,
quæ ministerium consecrationis Episcopalis requirunt,fa
cere potest:quę verò iurisdictionis sunt,puta iudicare, co-
gnoscere de causis,instituere,excommunicare, corrigere,
& consimilia,quæ in iurisdictione consistunt, & quę om-
nia in confirmatione consequitur,exercere potest, ex gl.
in d.c.transmissam,in verbo,de talibus,& in d.c.aqua,in
verbo iurisdictionis.

Quartus modus est, *Suspendo te a Pontificalibus*: Hæc
13 suspensio adeo affinis est præcedenti, vt quidam putent
esse eandem,cum tamen verè sit diuersa. Propriè autem,
& directe hęc censura prohibet actum apparatus Ponti-
ficalis,scilicet insignia Pontificalia, vt vsum baculi,mi-
træ,pallij,etiam in illis,quibus pallium cōpetit. Vnde ma-
nifestum est suspensionem hanc a præcedenti differre, cū
præcedens directè exercitium ordinis Pontificalis prohi-
14 beat: Sic igitur suspensus,quamuis Missam priuatam
celebrare non prohibeatur,aut alia facere sine ornamen-
tis Pontificalibus,quæ ei ratione Sacerdotalis officij com
petunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & huiusmodi:
Missę tamen Sacrum cum Mitra, & baculo celebrare
non potest; immò vero consequenter etiam suspensio hęc
omnem actum ordinis Pontificalis prohibet, cum
actus ordinis Episcopalis non debeant, nec soleant si-
ne ipsis insignibus Pontificalibus exerceri, qua de cau-
sa gloss. in Extrauag. Suscepti regiminis. in verb. a Pon-
tificalibus. de elect. docet suspensum a Pontificalibus
prohiberi,& ab his, quę sunt sibi alias vt Pontifici per-
missa, & à dependentibus ab eis, puta ab ordinum ce-
lebratione, frontis chrismatione, basilicarum, seu vir-
ginum

ginum consecratione, & similibus. Quod si quis actus sit, qui sine istis insignibus soleat exerceri, ille non est prohibitus.

15 Hinc sequitur primo, suspensionem hanc latiorem esse præcedenti, quia non solum prohibet exercitium ordinis Pontificalis, sed etiã in exercitio actuum aliorum ordinis apparatum Pontificalem prohibet, ita vt Episcopus suspensus à Pontificalibus, Missam cum baculo, & mitra cantare non possit: nec in Missa solemni benedictionem solennem dare potest, per illa verba, *Sit nomen domini benedictum*. facit cap. Ecce. & ibi gloss. in verbo, benedicere. Nicolaos Dionys. de Perusio, in cap. 1. §. caueant, de sentent. excommunicat. 6. Alphonsus Vitaldus vbi supra, num. 143. E contra verò, si quis sit actus Episcopalis, qui sine hoc apparatu exercetur, hæc suspensio minor erit præcedente, eo quod non prohibet istum actum, quem præcedens prohibet.

16 Infertur secundo, Hanc suspensionem non prohibere exercitium Iurisdictionis Episcopalis, & multò minus quam præcedens, vt expresse docent Hostiensis, & Ioan. Andr. in cap. cum medicinalis, de sent. excommun. lib. 6. quos refert, & sequitur Panorm. in cap. cum dilectus, nu. 20. de consuetud. Tabiena, verbo, Suspensio, nu. 4. versic. tertio. Angelica, verbo, Suspensio, 3. nu. 3. Sylvester verbo Suspensio, quæst. 5. Hugolin. de censur. Ecclef. tab. 4. cap. 6. §. 6. num. 5. & alij ferè omnes. Ratio est: quia iurisdictio nullo modo pertinet ad apparatum Pontificalem, vt notant DD. in cap. transmissam. de elect. & in capit. a qua, de consecr. Ecclef. vel altar.

17 Dubium tamen est inter DD. An Episcopus suspensus a Pontificalibus, si celebret Missam, aut actus aliorum ordinum, qui non sunt Episcopi, cum apparatu Pontificali, sicut peccat violando suspensionis sententiam, & censuram, & ita etiam efficiatur irregularis; De qua re, commodior differendi locus erit in cap. 16. vbi ostendemus in quibus casibus violatio suspensionis irregularitatem inducat.

18 Quintus modus est, *Suspendo te à collatione ordinum*: Hæc suspensio, vt ipsemet titulus declarat, exercitium vnius tantum ordinis Episcopalis, scilicet, collationis ordinum prohibet, vnde est multo strictior duabus præcedentibus. Prohibet autem collationem vniuersaliter cuiuscumque ordinis, qui est propriè ordo, siue maioris siue minoris, vt testatur Henriquez lib. 13. de excomm. & susp. c. 32. §. 2. Quoad collationem autem primæ tonsuræ, mihi probabilissimum est, eam non prohibere, cum hæc propriè ordo non sit, sed dispositio quædam ad ordines: pœnæ vero non amplianda, sed potius restringendæ argum. ca. odia. & cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6.

19 Sextus modus est, *Suspensio à collatione alicuius determinati ordinis*: Quæ censura primò & per se directè prohibet actum collationis illius ordinis determinati de quo loquitur. In qua sententia, vera est regula prima quam in superiori capite attulimus, ex communi DD. opinione, vbi diximus suspensum ab ordine inferiori, consequenter ab omnibus superioribus ordinibus esse suspensum; id quod non solum de exercitio, sed etiam de collatione ordinis verum esse censeo, adeo vt sicut suspensus minoris ordinis exercitio tamquam a fundamento censetur a superioribus suspensus; ita etiam suspensus à collatione ordinis inferioris, suspenditur simul a collatione superiorum, vt authores communiter testantur. Ratio est: quia sicut exercitium actus ordinis superioris dignius est exercitio actus ordinis inferioris, ita etiam & collatio ordinis superioris dignior quodammodo censetur collatione ordinis inferioris; vnde rationabiliter suspensus ab executione, vel collatione ordinis inferioris, ab executione, vel collatione superioris suspensus esse censetur, propter maiorem superioris ordinis dignitatem.

20 Septimus modus est, *Suspensio à iurisdictione*. Hæc suspensio vt ex dictis constat, nullo modo prohibet actus ordinum, sed solum actus Iurisdictionis, ex Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 160. Feliciano Episcopo Scalensi, in Enchirid. de Censur. capitulo vndecimo, Hugolin. de censur. Ecclef. tab. 4. capitulo sexto, §. 5. & §. 7. Cosmo Philiarcho, libr. tertio, de officio Sacerd. par. 1. capitulo 1. & est communis DD. opinio. & colligitur ex capitulo Transmissam & gloss. ibi, in verbo, de talibus, de elect. & ex capitulo aqua, & glos. ibidem in verbo, de Iurisdictionis, de consecr. Eccl. vel altar. vndè sic suspensus, nec beneficia Ecclesiastica conferre, nec censuras ferre, nec iudicare, nec corrigere, nec iuramenta à va-

21 sallis recipere, electos confirmare, nec alia consimilia facere potest, quæ in Iurisdictione consistunt; ideoque, nec excommunicatum aut à vinculo excommunicationis in foro exteriori, aut à peccatis in foro conscientiæ absoluere valet. Quæ omnia intelligenda sunt, vbi quis à iurisdictione vniuersaliter suspensus sit; Cum enim quis à sola parte aliqua Iurisdictionis suspendi possit, vt patet ex cap. graue, de præbend. & c. vnico, ne Sede vacan. libro sexto, vbi suspenditur quis solum à collatione beneficiorum; capitulo secundo, de translat. Episc. & in capitulo prouida, de elect. libro sexto, vbi habetur suspensio a confirmatione Episcoporum. & c. nihil est, de elect. vbi etiam mentio est suspensionis à confirmatione inferiorum, hac parte Iurisdictionis, à qua suspensus est; excepta, reliqua Iurisdictionis officia exercere valet argum. capitulo nonne. de præsumpt. & l. cum Prætor. ff. de iudic. & l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. limitata enim causa limitatum producit effectum, & exceptio vnius alterius inclusio est.

22 Octauus modus est, *Suspensio ab aliquo ordine particulari*: In qua suspensione obseruandæ sunt duæ Regulæ priores, quas superiori capite attulimus: sunt enim communi Doctorum consensu comprobatæ, & certæ omninò sunt, ad eum tamen modum, quo ibi à nobis copiosius dictum fuit.

De Tribus alijs Suspensionis modis. Cap. V.

SVMMA.

1 *Suspensio* ab officio *latissima est, & quid nomine intelligendum*.
2 *Suspensio ab officio, ab omnibus officijs, quæ vel ratione ordinis, vel iurisdictionis, vel administrationis Ecclesiasticæ competunt, suspendit*.
3 *Suspensus absolute ab officio, ab ordine, & iurisdictione suspenditur, & quæ sit huius ratio*.
4 *Suspensus ab officio nec capitulare, nec in choro officiare potest*.
5 *Episcopus ab officio suspensus in apparatu Pontificali Romæ incedere potest, non autem in propria Diœcesi & quare*.
6 *Suspensus ab officio ab electione actiua, & passiua suspensus censetur*.
7 *Suspensus in vno loco ab officio omnia officia non solum in illo, sed etiam in quouis alio loco exercere prohibetur*.
8 *Suspensus ab officio, excommunicato quantum ad exercitium officij æquiparatur*.
9 *Suspensus ab officio ab obligatione recitandi horas Canonicas non liberatur*.
10 *Horas ad recitandas vel ratione beneficij, vel ordinis vel religionis quis obligari potest*.
11 *Suspensus ab officio horas omittens fructus beneficij*

ficij pro ratione omissionis amittit.

12 *Suspensus ab officio an vocem in capitulo habeat, & pars negatiua probabilior authori videtur.*

13 *Suspensus ab officio an etiam a beneficio suspensus sit.*

14 *Beneficium ad officium accessorium est, & propter officium tribuitur.*

15 *Suspensus ab officio, cum officiis interesse non possit, distributionibus quotidianis priuatur.*

16 *Suspensus simpliciter ab officio siue à iure, siue ab homine à beneficio non est suspensus.*

17 *Suspensio quantumcumque diuturna sit, suspensio est, & non priuatio.*

18 *Suspensus ab officio propter contumaciam, nec absolutionem procurans, beneficio priuandus sit.*

19 *Accessorium quando suum principale sequi dicatur.*

20 *Ius, quod pœnam infert, restringendum est.*

21 *Mitius cum lege, quam cum ministro legis quando agendum sit.*

22 *Suspensus ab officio nec Sacramenta ministrare, nec officia diuina vt Clericus exercere potest.*

23 *Suspensus ab officio Sacramenta omnia, excepto ordine recipere potest, & quæ huius sit ratio.*

24 *Suspensus ab officio Missæ Sacrum facienti inseruire potest.*

25 *Suspensus ab officio indulgentiarum capax est, & moriens in loco sacro sepeliri potest.*

26 *Suspensio* a Diuinis officijs *efficit, ne Clerici cum alijs in choro Psalmo canere, aut diuinis officijs interesse possint.*

27 *Suspensio* ab aliquo particulari officio *illius tantum officij præscripti exercitium prohibet.*

28 *Suspensus ab officio ordinis alicuius inferioris ab exercicio etiam actuum ordinis superioris suspenditur.*

1 Nonus modus est, *Suspensio ab officio*; Per officium autem, a quo quis suspenditur, intelligitur potestas Ecclesiastica alicuius rei Ecclesiasticæ vel ab ordine, vel à Iurisdictione, vel ab administratione Ecclesiastica proficiscens, seu pendens, vt de ordine colligitur ex cap. per lectis, distinct. 25. de Iurisdictione, ex rubr. de offic. vicar. & de offic. delegat. & de offic. ordin. & de administratione simplic. ex Rubr. de offic. custod. & Sacrist. & ex extrauag. ambitiosæ cupiditati. vers. si. alienanti vero, de reb. Ecclesiæ non alienan. Est igitur suspensio hæc ab officio latissima, vt Panormit. in cap. cum dilectus, numero 20. vers. nam considero, de consuetud. & Tabiena, in verbo, suspensio, numero 4. versic. tertio, testantur, non solum in se, quia multa continet, vt diximus, sed etiam comparatiuè; quia multo plura comprehendit quam pleræque aliæ suspensiones.

2 Primo enim ampla est ista suspensio propter multa, a quibus suspendit, suspendit enim ab omnibus prorsus officijs, quæ competunt vel ratione ordinis, vel ratione Iurisdictionis, vel administrationis Ecclesiasticæ, vt de ordine patet, cap. 1. §. finali, de iudic. libro 6. vbi suspensus ab executione officij dicitur esse irregularis, si diuinis se ingerat: quod non esset nisi suspensus ab officio ab ordine etiam suspensus esset; si enim ab ordine suspensus non esset, licite diuina facere posset. & facit capit. 2. de Cler. excommunicat. ministr. De Iurisdictione etiam patet ex gloss. in capit. cum dilectus, in verbo, a suspensis, & ibi Innocent. num. 4. & Panormit. numero 18. de consuetudio. vbi id probat ex d. capit. cum dilectus. de consuetud. & ex capitulo, cum inter R. de elect. & ex textu a contrario, in cap. si celebrat. de Cler. excommunicat. ministr. & ait hanc esse communem sententiam Doctorum. & glossa, in capitulo, transmissam, in verbo, de talibus, de elect. & in capit. aqua, in verbo, Iurisdictionis, de consecr. Eccles. vel altar. Gemin. in ca. quia Pontificali, nu. 8. de offic. delega. libro 6. & in cap. vnico, §. cum vero, numero 3. ne Sede vac. lib. 6. & Franc. ibidem. Angelica, verbo, suspensio. 3. numero 3. Rosella verbo suspensus, numero primo, Syluest. verbo, Suspensio, numero quinto, versiculo si vero sit ab officio. Tabiena verbo suspensio, numero, quarto, versiculo tertio. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & suspens. capitulo trigesimosecundo, §. primo, Hugolin. de censur. Eccles. tabula, quarta, capitulo sexto, §. primo, qui etiam id docet de administratione Ecclesiastica, sed quia de hac dicemus in quintodecimo modo, ideo hic satis erit aduertere ex au-

3 thoribus citatis, suspensum ab officio absolute, & ab officio ordinis, & Iurisdictionis suspendi, ideoque vt notat Toletus lib. primo instruction. Sacerd. capitulo quartodecimo sic suspensus ab officio, nec excommunicare, nec beneficium conferre potest, capitulo quia diuersitatem, de concess. præbend. Et ratio id suadet; quia tam actus ordinum quam actus Iurisdiction is sunt, & vocantur officia, vnde celebrare dicitur esse officium Sacerdotis, & Henriquez ait, sic suspensum ab officio non posse capitulare, et

4 officiare in choro; & Syluest. & Angelica, dicunt suspensum ab officio, esse etiam a Pontificalibus suspensum, quia cum sit suspensus ab omnibus officijs, in quorum exercitio vti potest Pontificalibus, consequenter suspensus est a

5 Pontificalibus. Vnde valde probabile est Episcopum ab officio suspensum incedere posse in apparatu Pontificali, quando nullum actum Pontificalem exercet; exempli causa si Romæ incederet in solenniori pompa in Pontificalibus. Dixi *Romæ*, vt excludam Episcopum, ne in propria diœcesi possit sic incedere, quia ibi incedere sic nequit, quin benedicat populo, vel aliquod officium exerceat; quamuis si ibi nullum officium exercere vellet, posset etiam vti huiusmodi apparatu. Panor. in d. capitulo cum dilectus, numero vigesimo, in fine, & Tabiena, vbi supra, adducit suspensum ab officio, etiam suspensum esse ab electione actiua, & passiua, & de actiua res videtur certa, &

6 fauet Hugolin. tab. quarta. capitulo septimo, §. tertio, non procul a fine; & capitulo octauo, §. nono, numero secundo, & Toletus libro primo, instruct. Sacerd. capitulo decimoquarto, id de vtraque docet, Ratio potest esse, quia ita eligere est officium quoddam, quod non omnibus competit; de passiua vero electione res dubia est, & verius est ab ea suspensum esse, non quia sit officium aliquod passiue eligi, sed quia cum sit prohibitus exercere officium, eligi non potest ad id quod non potest exercere, & ideo ad beneficium eligi nequit, argum. capituli fin. de Cler. excommun. ministr. vbi minori excommunicatione ligatus eligi non potest, quoniam ad susceptionem eorum eligitur, a quorum perceptione a Sanctis Patribus est priuatus.

7 Secundo etiam suspensio hæc amplissima est in ordine ad locum, quia in vno loco suspensus ab officio, non solum prohibetur exercere omnia officia in illo loco, sed etiam in quouis alio loco, sic glos. in capitulo quilquis Episcoporum, in verbo communicar. quarto quæstio. quiora, capitulo si quis presbyter, in verbo alius Episcopus, septimo quest. prima, & in capitulo secundo, in verbo, ab alijs, vndecimo quæst. tertia, & gloss. io capitulo pastoralis. §. verum, in verbo, subtrahuntur, de appellat. & Panormit. ibi, numero vigesimo, vbi ait Ioann. Andr. idem tenere, & Decius ibidem, numero oono, qui ait hanc esse opinionem communem. & glosf. in capitulo cupientes, §. ceterum, in verbo, in ipsa Ecclesia, de elect. libro sexto, & Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, tit. 16. artic. primo, quæst. 16. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 4. c. 6. §. 2. numero 3. Rationem huius dat gloss. in d. capit. si quis pres-

presbyter, quia sententia facit ius quantum ad omnes vbi-
que. Ioan. Andr. rationem assignat: quia suspensio ab offi-
cio contingit propter ordinem, vnde ex quo ordo est su-
8 spensus, non potest alicubi ministrare diuina. Deinde su-
spensus ab officio æquiparatur excommunicato quantum
ad exercitium officij, capitulo secundo, & tertio, de Cler.
excommun. ministr. vt notat glo. in d. capitulo pastoralis,
vbi supra, excommunicatus autem in vno loco, vbique lo-
corum excommunicatus est, ex glos. in l. ex ea causa, ff. de
postul. Bart. in leg. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. &
fide Cathol. numero quinquagesimo. Panor. in capitulo
postulasti. numero duodecimo, de foro compet. & Ma-
rian. Socin. in capitulo Sacris, numero 489. de sent. excom
mun. Hugolin. vbi suprà, rationem illam Ioan. Andr. assi-
gnat, quæ omnium optima esse videtur. Addit autem hoc,
quod diximus de suspenso ab officio; quod vbique sit su-
spensus, intelligi de officio, quod dependet ab ordine Sa-
cramentali: Siquidem, si quis suspendatur ab officio quod
solet Clericis concedi, non tamen est ordinis cuiuspiam ex
nouem, vt ipse loquitur, vtpotè si suspendatur ab officio
Sacristæ, aut custodis, de quibus agitur in tit. de offic. Sa-
crist. & in ti. de offi. custod. vel ab electione, quæ nec ipsa
ab ordine proficiscitur, argu. capituli indemnitatibus, de
elect. libro sexto, iuncto capitulo noua quædam, de pœnit.
& remis. in hoc casu extra suspendentis territorium non
9 erit, cum suspensio hæc potius facti, quam iuris sit. His ad-
do suspensum ab officio non liberari ab obligatione dicen
di horas Canonicas, sed ita teneri omnino ad eas recitan-
das, ac si suspensus non esset; quod intelligitur in priuato;
non enim poterit publicè officiando in Ecclesia eas recita
re, aut actum aliquem deputatum ordini in Horis recitan
dis exercere. Sic gl. in capit. penult. in verbo, priuatur est,
dist. 28. & Archid. ibi, numero quarto, & Felin. in capitulo
Apostolicæ, numero 15. de except. Paul. Fusc. libro pri-
mo, de visit. & regim. Eccles. capitulo 20. numero 18. Hu-
gol. de censur. Eccl. tab. prima, capitulo 13. §. 13. & tab.
secunda, capitulo octauo. Ratio est: quia suspensio pœna
est, pœna vero immunitatem non tribuit, arg. l. relegato-
rum, §. fi. cum l. seq. & ibi not. gl. ff. de interdictis. & rele-
gatis, & quia aliàs ex sua malitia commodum reportaret,
quod fieri non debet. arg. l. itaque fullo, ff. de furt. & arg.
10 capituli Et si necesse, de donat. inter vir. & vxor. & deni-
que quia ad Horas quis obligatur vel ratione beneficij;
vel ordinis, vel religionis, ex Nauar. de orat. & Hor. Ca-
non. capitulo septimo, per suspensionem vero, nec benefi-
cio, nec ordine sacro, neque professione priuatur, ideoque
manente suspensione ad eas recitandas sicut prius tene-
11 tur. Vnde suspensus ab officio, Horas omittens, fructus be
neficij non facit suos pro rata correspondente officio po-
tius diei, vel parti officij, iuxta Bullam Pij V. quæ incipit,
Ex primo Lateranensi. quam refert Nau. in Manuali, ca-
pitulo 25. numero 122.
12 Dubium tamen est, an suspensus ab officio, habeat vo-
cem in Capitulo? In qua re
Prima opinio affirmat, sic Dominicus relatus à Felino,
in capitulo Apostolicæ, de except. qui id probat, quia vox
non pertinet ad ordinem, nec ab ordine dependet, vt patet
eo quod conuersi laici ex consuetudine vocem in Capitulo
habent, iuxta Innoc. in cap. 2. de inst. & gl. in cap. ex eo, in
verbo electionibus, de electio. libro 6. & quia Moniales
habent vocem, ex gl. in Clemen. Vt ij, qui, in verbo, manci
pati, de æta. & qualita. vnde & eligunt Abbatissas suas, &
alias officiales sui ordinis: ideo vox, non pendet ab ordine,
cum feminæ ordinis incapaces sint; & denique, quia vox,
non est exercitium officiorum diuinorum. Quod si obij-
cias ex clemen. vt ij, qui, de ætat. & qualit. Canonicum or-
dine carentem non habere vocem in Capitulo: Respondet
ibi non determinari vocem pendere ab ordine, sed solum
in Canonicis constitui, vt si non habeant ordinem, non
habeant vocem in Capitulo, & hoc ne Canonici contem-
nant ad ordines promoueri.

Secunda vero sententia negat, quæ communior est
eamque tenent gloss. in capitulo cum dilectus. in verbo,
a suspensis. & ibi Panormitan. numero 20. de consuetud.
& Felin. in d. capitulo Apostolicæ, vbi notat duplicem es-
se viam defendendi hanc opinionem; vna est, dicendo vo-
cem pendere ab ordine, quæ tamen via, vt ait, non est satis
tuta, & refellitur argumentis allatis. Nec valet responsio
Panorm. ibi, dicentis, Conuersis religiosorum, & Moniali
bus vocem concessam esse ex priuilegio Religionis, ita, vt
in non religiosis necessario pendeat ad ordine; Primò,
quia contra hoc est, quod religio non est ordo, & sic satis
haberi videtur intentum. Secundò, quia etiam Côuersi Ec
clesiæ sæcularis habent vocem ex consuetudine, secun-
dum gloss. in capitulo ex eo, in verbo, electionibus, de ele-
ctio. libro sexto, & communiorem opinionem. Altera via
est, dicendo nomine officij, comprehendi omne exerci-
tium Clericale, seu omne exercitium Ecclesiasticum, vo-
cem autem esse vnum ex Ecclesiasticis exercitijs; quare su-
spensus ab officio etiam consequenter à voce suspensus est;
& hæc opinio, vt est communior, ita etiam probabilior
est, sicut etiam hæc secunda via tutior est; cui tamen ego
hanc limitationem adderem, scilicet, nisi vox competeret
rationi beneficij, cum enim suspensio ab officio nullo mo-
do suspendat a beneficio, vt inferius dicemus, sequitur ne-
cessario, si vox alicui ratione beneficij competeret, quam-
uis ab officio suspensus sit, vocem tamen habebit; vt au-
tem limitatio hæc clarior & manifestior reddatur, subse-
quens dubium explicare oportet.
13 Dubium igitur sit, An suspensio ab officio, etiam suspen
sionem à beneficio includat? In qua re certum est, si suspen
sio ab officio fiat per particulam taxatiuam seu restricti-
uam, *Solum; Tantum; Dumtaxat*, tunc solum suspendere
ab officio, & non à beneficio, quia hoc voluit sententiæ
promulgatio; vires enim sententiæ vltra proferentis inten
tionem non se extendunt, ex S. Anton. 3. par. titu. 28. capi-
tulo quarto, versic. Item, cum quæritur. Syluestro, verbo,
suspensio, q..... versic. si iterum suspensio. Tabiena. verb.
suspensio, numerò quinto, versic. Quarto. Si vero suspen-
sio fiat ab officio simpliciter, sine vlla restrictione, tunc res
est valde dubia.
Prima opinio est Gulielmi, in capitulo quia sæpe, de
elect. libro sexto, & in capit. in præsentia, de offic. ordin.
& capitulo latores, de Cleric. excommunic. ministr. &
gloss. in clement. cupientes, in verbo, Suspensi, prope fi-
nem, de pœnis. qui dubiè satis rem hanc tractat, nec se ex-
plicat. At verò, in capitulo latores, in verbo, ab officio, de
Cler. excommun. ministr. expresse ait suspensum ab offi-
cio etiam à beneficio suspensum esse. & Palud. 4. dist. 18.
quæst. 7. art. 3. conclus. 3. Ratio est: quia beneficium est ac
cessorium ad officium, & propter officium tribuitur. cap.
fin. de Rescript. libro sexto, sublato autem, seu prohibito
principali, tollitur, & prohibetur accessorium, arg. regulæ,
accessorium, de reg. iur. libro sexto, l. oratio. ff. de spons.
Secunda opinio est Ioan. Andr. qui in capitulo præter,
dist. 32. & in clemen. cupientes, de pœnis, multa in vtram-
que partem affert, ex S. Anton. vbi supra, & Syluest. in
verbo, suspensio, numero quinto, nec clare se explicat, hæc
tamen est mens eius, quantum ex eo colligi potest, suspen-
sionem ab officio latam a iure, seu Canone, suspendere
etiam a beneficio, latam vero ab homine, non item.
Tertia est Hostiensis, relati a gloss. in c. 1. in verbo, of-
ficij, de sentent. & re iudic. libro 6. & in clement. cit. cu-
pientes, in verbo, suspensi, prope finem, de pœnis, quam
etiam opinionem sequitur Archid. in d. capit. 1. de sent.
& re iudic. lib. 6. quorum opinio omnino contraria prio-
ri affirmat suspensum a iure ab officio, non esse suspensum
a beneficio, si vero sit ab homine suspensus ab officio,
etiam a beneficio suspensus intelligitur; tum, quia ius quod
pœnam infert, restringi debet, arg. capituli, statutum, de
elect. libro 6. & cap. ad audientiam, de decim. non autem
hominis sententia, arg. capituli diuersis de Cler. coniug.
&

& alis quæ citantur a glo. in d. Clemen. Cupientes; tum, quia mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis arg. l. Cellus. ff. de arbitr.

Quarta opinio est Petri de Ancharano, in d. clement. cupientes, & Gasparis Calderini ibidem, vt referunt S. Anton. Syluest. & Tabiena, vbi supra, & Summa Astẽsis, par. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 1. q. 12. qui eam approbare videntur, & Couar. 2. par. sponsl. c. 5. in princ. nu. 14. quorũ opinio ad hæc quatuor reduci potest; Primum est, si suspensio lata sit à iure propter crimen graue, tunc suspensus ab officio intelligitur etiam suspensus à beneficio ar. c. si quis Sacerdotũ, & c. eos, dist. 81. Secundũ est, si sit lata a iure propter infamiã, vel ob contumaciam, sic suspensus ab officio non est suspẽsus a beneficio. arg. c. presbyter, si a plebe. 2. q. 5. Tertiũ est, si suspẽsus sit ab homine ab officio propter crimen graue, tunc intelligitur suspẽsus etiam a beneficio Quartum est, si sit suspensus ab homine propter crimen leue, vel infamiam, vel contumaciam, tunc non intelligitur suspensus a beneficio. In quam etiam sententiam inclinant Greg. de Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 18. Puncto 1. & Iacobus de Graffijs, lib. 4 decis. aureæ. ca. 25. nu. 8.

15 Quinta opinio est Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 160. dicentis duo consideranda esse in beneficio; Vnum, quod datur solum præsentibus & interessentibus, vt sunt distributiones quotidianæ; & ita suspensus ab officio, hoc ipso quod interesse non possit officijs, intelligitur suspensus etiam ab ipsis distributionibus, eo quod hæ non dantur nisi præsentibus, & laborantibus. Alterum est, quod datur etiam absentibus, vt sunt præbenda, & fructus præbendæ, & omnes alij fructus, qui non pertinent ad distributiones, & ita suspensus ad officio, non est suspensus a beneficio, seu fructibus præbendæ. & beneficij. Addit tamen Nauarrus vnam limitationem, dummodo, inquit, sententia suspensionis non sit tam diuturna, vt tacitè, vel expresse habeat vim priuationis; in hoc enim casu putat etiam suspendi à fructibus ipsius præbendæ. Cui fauent ea, quæ habet Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 16. art. ... q. 12. citans Hostiensem, & Lodouic. Lopez 2. par. Instruct. capit. 97. Corona confess. tit. de suspensione. num. 6. & Iacobus de Graffijs, lib. 4. decis. cap. 25. num. 7.

16 In hac autem difficultate duo mihi videntur probabiliter dici posse: Vnum est, Suspensum simpliciter ab officio, siue a iure, siue ab homine non esse suspensum à beneficio, sic Henriquez lib. 13. de excommun. & susp. cap. 32. §. 3. & Hugol. tab. 4. capit. 6. §. 3. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. c. 1. lib. 1. & probari potest, tum quia pœnæ non sunt ampliandæ, argum. ca. odia, & c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione, ff. de pœnis. Cum igitur suspensio hæc mentionem faciat solius officij, non est extendenda ad beneficium, tum quia à iure, & ab homine aliquando fertur suspensio ab officio, aliquando a beneficio, aliquando ab vtroque; sunt enim hæc tres suspensiones distinctæ, & tres distinctos habent effectus; vna igitur alteram non includit; immò vero sunt species distinctæ, suspensio ab officio, & suspensio à beneficio, vna verò species alteram non continet; nec vna lata, censetur altera ferri; Tum, quia nomine officij, non comprahenditur beneficium, nec è conuerso, vt patet ex diuersa consideratione vtriusque in iure Canonico; si quidem de officiis tractatur in tit. de offic. Archid. cum nouem seq. de beneficio autem in titu. de præbend. Tum quia si suspensio ab officio contineret suspensionem a beneficio; ergo pari ratione suspensio ab aliquo determinato officio, continebit suspensionem ab aliqua parte beneficij, quod tamen est absurdum. Tum quia si suspendens ab officio a beneficio etiam suspendere vellet, id exprimeret, quandoquidem id sæpe factum legimus, vt capit. 2. de fideiuss. & in cap. tam literis, de testib. & in cap. 1. de secun. nupt. & in cap. tuarum. de priuileg. & in capit. a crapula. de vita & honest. Cler. & in cap. Quanto, de offic. ord. & in cap. quisquis, de elect. & in cap. Quia sępè. tit. eod. lib. 6. & in cap. exigit, de consuet. lib. eod. Cum igitur id non exprimat, nec voluisse dicendum est.

17 Alterum est, limitationem illam Nauar. & Iacobi de Graffijs, vbi suprà, non mihi vsque adeo probabilem esse, nam quantumcumque diuturna sit suspensio, semper tamen est suspensio, & non priuatio, vt cap. 1. dictum est, nec vim priuationis, sed suspensionis tantum habet, & consequenter numquam continet suspensum à beneficio. Non est tamen negandum, quin si quis ob graue crimen suspenderetur à Iudice ab officio in perpetuum, ita vt impediat eum quo minus licite exercere possit officium beneficio annexum, tenetur talis beneficium illud resignare vt docent Alphonsus Viualdus, tit. de Suspẽsione nu. 171. conclus. 1. & Henriquez vbi suprà; & ob tale delictum, v. g. parochus ob homicidium sic suspẽsus, beneficio priuari
18 potest, arg. c. ex tuarum, de purg. canon. immò etiam ob contumaciã suspẽsus ab officio, & nolens à contumacia discedere, nec absolutionem procurare, beneficio priuandus est, arg. c. cum bonæ, de ætat. & qualit. Nunquam tamen in his casibus suspensio est priuatio, nec ratione suspensionis, sed delicti vitio beneficio priuandus erit.

19 Ex his manifestum est, quid dicendum sit ad rationem primæ sententiæ, illud verum esse, accessorium sequi suum principale, quando illa duo necessario se consequuntur; officium autem, & beneficium non ita se habent, quando quidem officium sæpius sine beneficio habetur, vt experientia testatur, multi enim Clerici beneficio carent; sicut igitur non necessario sequitur, vt qui officium habet, beneficium habeat, ita neque necesse est, vt qui ab officio suspenditur, a beneficio etiam suspensus sit, argum. l. fin. ff. de leg. 3.

20 Pari modo satisfit argumentis sententiæ tertiæ, etenim ratio illa, ius, quod pœnam infert, restringendum est, eodem modo militat, etiam quando ab homine suspenditur, argum. l. cũ quidam, ff. de liber. & posth. vnde, si quod de suspensione iuris concludat etiam de suspensione ab homine lata probabit, argum. capit. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. quod tamen ab ipsis negatur.

21 Est alia etiam eorum ratio, scilicet, mitius agitur cum lege, quã cum ministro legis, quę solũ procedit, quando ita esse de mente disponentis constaret, cuius contrarium in casu nostro contingit, nam sicuti, quod dicimus velle existimamur, argumen. l. Labeo, ff. de supell. leg. ita è contrario, quod non dicimus, nec velle credimur.

22 Dubium aliud est, An suspensus ab officio Sacramenta ministrare, & alia officia diuina facere possit? Respondetur, cum, vt dictum est ca. 1. Suspensio tantum Clericos afficit quatenus Clerici sunt, & Sacramentorum ministratio, & diuinorum exercitatio munera Clericalia sunt, consequens est, vt sic ab officio suspensus, nec Sacramenta ministrare, nec diuina officia tanquam Clericus exercere possit, vnde communiter DD. affirmant, per suspensionem impediri Clericum, ne functiones Ecclesiasticas exercere possit; actiue igitur, & non passiue a Sacramentis, & diuinis faciendis suspensus prohibetur, vnde ea ministrare, aut diuina ex officio & vt minister facere non valet: quia tamen ab eorumdem perceptione non re-
23 pellitur, Sacramenta omnia recipere potest, excepto ordine, cum enim ordines in eum finem conferantur, vt quis Ecclesiasticas functiones deinceps exerceat, argum. capit. 1. distinct. 25. quas tamen suspensus exercere prohibetur, consequens est, ordinem suscipere non posse, prohibito enim consequente, & antecedens prohibitum esse censetur, argum. l. oratio. ff. de spons. & prohibito vsu alicuius, omne id prohibetur, per quod ad illud peruenitur, argumen. capit. si celebret, & ibi Panormit. num. 3. de Cleric. excom. minist. Alia igitur Sacramenta suscipere potest, vt Eucharistiam, dummodò non celebret, tunc enim quia celebrare prohibetur, cum id solum vt Ecclesiæ minister facere possit, argumen. capit. relatum, de consecr. distin. 2. & Conc. Trident. sess. 13. cap. 8. nec eam recipere valet,

& idem

& idem de Sacramento pœnitentiæ, quod eam ratione suspensionis recipere non prohibeatur: testantur S. Anton. 3. par. tit. 28. capitulo 1. versic. tertio modo dicitur. Syluestr. verbo suspensio, numero 1. in fine. Armilla, eod. numero 10. Felicianus Episcopus Scalensis, in Enchiridio de Censur. capitulo 9. & capitulo 15. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 5. §. 3. numero 2.

24 Item Missæ sacrum facienti inseruire potest, Diuinis officijs interesse, Litanias, vel Responsorium defunctorum cantare, Psalmos, & Horas Canonicas cum alijs in Choro recitare, necnon Epistolam absque vestibus sacris cantare, immo etiam solenniter actum ordinis minoris exercere valet, cum hæc omnia laicis permissa sint, iuxta ea, quæ tradunt Panorm. in capitulo secundo, numero septimo, de Cler. excom. ministr. & in capitulo fin. numero 5. de excess. prælat. Sotus 4. dist. 25. quæstio. prima, artic. 3. vers. quintus casus est. Henriquez libro 13. de excommun. & susp. capitulo 32. §. primo, Hugolin. tab. quarta, capitulo quinto, §. tertio, numero secundo, & numero sexto.

25 Indulgentiarum etiam capax est, & si moriatur, in loco sacro sepeliri potest. Quorum omnium hæc ratio est: quia Sacramenta sumere, officia diuina audire, indulgentiarum participem esse, Clericis non conueniunt, quatenus Clerici sunt, sed vt membra priuata sunt Ecclesiæ.

26 Decimus modus est, *Suspendo te à Diuinis officijs*: Hæc suspensio efficit, ne Clerici possint cum alijs officiare in Choro cantando Psalmos; immò, vt nec possint ipsis Diuinis officijs interesse, aut ea audire, secundum Hostiensem, Goffred. & Raym. quos refert Angelica, & sequitur in verbo, suspensio, 3. numero 3. in fine. Summa Pisanella, verbo, suspensus, in fine. Syluest. verbo, suspensio, numero quinto. Addunt autem Angelica, Syluester & Corona Confessorum tit. de Suspensione, numero 6. non fore irregularem, si solum intersit, vt simplex laicus.

27 Vndecimus modus est, *Suspendo te ab aliquo officio particulari*; Iste suspendendi modus suspendit tantum ab actu illo particularis officij: suspensio enim præscriptos sibi terminos non transgreditur, ita, vt reliqua facere liceat, præter id, quod prohibitum est, vt censerunt Innoc. in capitulo cum dilectus numero 4. de consuetud. Panorm. in capitulo Apostolicæ. numero sexto, de except. Caietan. in Summa, verbo, suspensio, & Armilla eod. numero quarto. Tabiena verbo, interdictum, 1. numero 14. §. decimotertio. Hugol. tab. 4. capitulo 6. §. 4. vt enim ait Henriquez lib. 13. de excommun. & suspen. capitulo 32. §. Suspensio restringitur ex proprietate verborum ad effectum expres-
28 sum. Quantum tamen ad officia ordinum spectat, si sit suspensio ab officio ordinis alicuius inferioris, intelligitur etiam suspendere ab exercitio omnium superiorum, iuxta ea quæ capitulo 3. regula prima dicta sunt. Quibus addi potest ex Nauar. in Manuali, capitulo 27. num. 163. vers. octauo infertur suspensum ab officio prædicandi, celebrando non peccare, & ait esse communem opinionem DD. in Clem. Cupientes de pœnis, & multo minus peccat Euangelium in Missa cantando, vt constat.

De Suspensione à Beneficio, seu à Beneficijs. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Beneficium ecclesiasticum quidnam propriè sit.*

2 *Suspensio* à beneficio, seu a beneficijs *titulum, aut possessionem beneficij non tollit.*

3 *Suspensus à beneficio omnia spiritualia, & temporalia, vt prius agere potest.*

4 *Suspensus a beneficio eligere, excommunicare, & absoluere potest.*

5 *Suspensus a beneficio, illius beneficij negocia agere nequit, & quare.*

6 *Suspensus interim dum quis est a beneficio, à superiore, œconomus, seu vicarius ad tempus assignari debet.*

7 *Suspensio à beneficio eligere, & vocem habere potest, dummodo vox ei ratione illius beneficij non competat.*

8 *Suspensus à beneficio, cum ab officio non suspensus sit, in Ecclesia, à cuius beneficio suspenditur, celebrare, & officia diuina exercere potest, & debet.*

9 *Suspensio à beneficio efficit, vt illius fructibus priuetur.*

10 *Fructuum beneficialium nomine quænam intelligantur.*

11 *Suspensus à beneficio, an distributiones quotidianas lucrari possit.*

12 *Suspensus à beneficio propter delictum, quando possit se ex fructibus beneficij sustentare.*

13 *Suspensus à beneficio ob contumaciam, nihil ex fructibus beneficij durante tali suspensione percipere potest.*

14 *Suspensus à beneficio ob contumaciam, si ecclesiam officiat, distributiones quotidianas accipere valet.*

15 *Suspensus à beneficio, à fructibus patrimonij sui non suspenditur.*

16 *Suspensione durante fructus interim currentes in vtilitatem ecclesiæ conuerti debent.*

17 *Suspensione dubia existente, fructus beneficij sequestrari debent.*

18 *Suspensione existente iniusta, vel dubia, quid interim de distributionibus quotidianis faciendum.*

19 *Suspensus ab vno aliquo beneficio aliorum beneficiorum fructus consequitur.*

20 *Suspensus ab aliquo vno beneficio, alia beneficia extra illam ecclesiam consequi potest.*

21 *Suspensus a beneficio simpliciter, an à beneficijs quæ alibi habet, suspensus censeatur.*

22 *Suspendere potest Episcopus subditum suum ab omnibus beneficijs, quæ alibi habet.*

23 *Suspendens a beneficio a iure percipiendi fructus suspendit, quod ius clerico beneficiato inhæret.*

24 *Suspensio a beneficio lata a iure ob causam generalem, de omnibus vbique beneficijs intelligitur.*

25 *Suspensio a beneficio lata a iure ob causam particularem, effectum habet solum respectu beneficiorum illius Ecclesiæ.*

26 *Suspensio lata ab homine intendente suspendere ab omnibus, effectum suum habet etiam extra territorium suspendentis.*

27 *Suspensio lata ab homine intendente tantum suspendere a beneficijs sui territorij de illis solis intelligenda est.*

28 *Suspensus ab homine non declarante an de omnibus vbique beneficijs, vel solum de beneficijs suæ diœcesis, de beneficijs diœcesis interpretari potest.*

29 *Suspensus vno loco ab officio, cur vbique suspensus sit, non autem suspensus a beneficio.*

30 *Suspensus ab vno beneficio in vno loco, quando beneficium de nouo aliunde acquirere valeat.*

Duode-

1 Vodecimus modus est. *Suspendo te a beneficio, seu a beneficiis*: Est autem beneficium Ecclesiasticum, ius quoddam perpetuũ Clerico canonicè inhærens, percipiendi fructus pecunia æstimabiles, necnon census, & emolumenta omnia alicuius Ecclesiæ, itemq; iura hæc, & Ecclesiam tuendi, vt Hugolin. tab. 4. cap. 8. latius explicat. Hæc igitur suspensio,

2 Primo non suspendit neq; tollit titulum, aut possessionem ipsius beneficij; vt communis DD. sententia testatur; & faciunt quæ docet Panorm. in cap. cum Vuintoniensis, num. 10. vers. tertio not. ex gloss. de elect. & in capit. cum dilectus, numer. 20. versic. quandoque quis suspenditur a beneficio, de consuetud. & in c. sicut ad extirpanda, num. 4. vers. tertia differentia, de cohab. Cler. & mulier. idem docet Gemin. in capit. cupientes, §. ceterum, nume. 3. de elect. lib. 6. vbi expresse affirmat per suspensionem non priuari aliquem titulo beneficij, quod etiam tradunt Anchar. & Philip. Franc. in d. §. ceterum. & satis colligitur ex d. c. cupientes, vbi habetur suspensum a beneficio per triennium, si intra id temporis ei se ingesserit, ipso iure priuatum esse beneficio, ergo per suspensionem antea priuatus non fuit, idipsum tradũt Henriquez lib. 13. de excom. & susp. c. 32. §. 4. & Hugol. tab. 4 cap. 8. §. 1.

3 Secundo Suspensio à beneficio non impedit, quo minus suspensus possit agere omnia spiritualia, & temporalia, vt expresse tenet gl. in c. Cum Vuintoniensis, in verbo, administrant, de elect. Quod tamen glossæ dictum Panorm. ibi num. 10. & in cap. Apostolicę, nu. 8. de except. limitat procedere solum in illis omnibus, quæ spectant ad officium; omnia enim alia, quæ ad officium spectant, exercere poterit, siue sint spiritualia, siue temporalia; cũ enim ex eo quod quis à beneficio suspenditur, non intelligatur suspensus ab officio, vel a iurisdictione, consequens est exercere posse, quæ ad officium, & iurisdictionem pertinent, vnde Panorm. in c. cum dilectus, nume. 20. de consuetud. & eum sequuti Tabien. verbo, suspensio, nume. 3. vers. secundo, & Toletus lib. 1. cap. 14. inferunt canonicum a suis beneficijs suspensum, posse eligere; cum hoc sit

4 officij; & citant ad hoc d. c. cum Vuintoniensis, & c. cum in cunctis, de elect. & Palud. 4. distinct. 18. quest. 7. art. 3. conclus. 8. ait suspensum tantum à beneficio in nullo officio habere impedimentum plusquam ante, & ideo posse

5 excommunicare, & absoluere; De negocijs autem pertinentibus ad ipsum beneficium, à quo est suspensus, nihil potest, nec nomine proprio illius negocia gerere, vt ait Panorm. in d. c. Apostolicę, nu. 8. quando quidem eius administratione caret, ex Panorm. in c. pastoralis, §. verum, nume. 18. de appell. & in c. veritatis, nu. 16. de dolo & contumac. vt habetur in cap. 1. §. qui verò, de elect. li. 6. & in c. cupientes. §. ceterum, tit. eo. lib. 6. vbi habetur suspensum à beneficio, si intra illud tempus ei se ingesserit, ipso iure priuatum esse: non ergo se ingerere debet, non enim punitur, si id posset. arg. ca. qui peccat, 23. q. 4. & l. Gracchus, C. de adult. Cum igitur sic à beneficio suspensus nomine proprio pro sua Ecclesia, & eiusdem rebus agere nõ possit, vt præter citatos docent glos. in c. Apostolicę. in verbo contingeret retardari. de except. & ibi Panor. nu. 8. Decius & DD. & post hos Felin. in capit. intelleximus. num. 21. de iudic. multò minus beneficium a quo suspensus est, permutare poterit, vt dixit Ioan. And. quem refert & sequitur Gemin. in c. cupientes. §. ceterum, numero septimo, & Franc. ibi, de elect. lib. 6. vnde vt tradit Panor. in capitulo pastoralis. §. verum, numero 18. de appell. be-

6 neficio huius suspensi deputari debet œconomus per superiorem, aut vicarius ad tempus, iuxta ea, quæ habentur in simili in capit. peruenit, secundo, de appell. & in capitulo cum ex eo. de elect. lib. 6. & in capitulo fin. §. si autem dilapidator, de statu monach. & Canon. reg. id quod expresse fatetur Hugolin. tab. 4. capitulo octauo. §. 2. numero 2.

7 Tertio, Suspensio à beneficio non impedit, quo minus sic suspensus eligere possit, & habere vocem, vt expresse tradit gl. in c. cum Vuintoniensis, in verbo, administrant, & ibi Pan. nu. 10. de elect. & gl. in c. cupientes, §. ceterum, in verbo, beneficijs, & ibidem Gemin. de elect. lib. 6. Oldrad. consil. 49. & 286. Panor. in c. cum dilectus, nu. 20. de consuetud. & in cap. Apostolicæ, num. 8. de except. citans ad hoc c. cum in cunctis. §. fi. de elect. vbi id probatur, ex eo quod Pontifex separatim ponit suspensionem à potestate eligendi, & suspensionem à beneficijs, & Tabiena verbo suspensio, nu. 3. vers. secundo notandum. Nauar. in Manuali c. 27. nu. 16. vers. Sexto. Hugolin. tab. 4. c. 8. §. 9. Henriquez lib. 13. de exc. & susp. cap. 32. §. 4. Quod tamen dictum, vt Nauarr. & Henriquez notant, verum est respectu vocis, seu electionis, quæ aliunde competit, vt quia est patronus, secus autem, si competat ei ratione beneficij illius à quo est suspensus; tunc. n. vt est suspensus à beneficio, ita etiam a voce, quæ ei ratione illius beneficij competit. Quomodo conciliari possunt authores, qui dicunt suspensum a beneficio posse eligere, & habere vocem, & non posse eligere, nec vocem habere: illi, n. intelligendi sunt de voce, quæ ob aliam causam, quam ratione beneficij suspenso competit: isti vero de voce, quæ suspenso ratione beneficij conuenit.

8 Quarto, Suspensio à beneficio non extendit se ad officium, vnde sic susp. nsus in Ecclesia, a cuius beneficio suspensus est, & celebrare, & alia omnia diuina officia exercere potest, & debet, sicut antea potuit, & debuit. sic gloss. in c. cum Vuintoniensis in ver. administrant. & ibi Panor. num. 10. de elect. & gl. in c. latores. in verbo, ab officio, de cler. exc. ministr. & in ca. cupientes. §. ceterum. in ver. beneficijs, & ibi Gemin. Franc. & Anchar. de elect. libro 6. Panorm. in cap. Apostolicæ. nu. 8. de except. & in ca. cum dilectum. nu. 20. de consuetud. Henriquez lib. 13. de exc. & susp. c. 32. §. 4. Hugol. tab. 4. c. 8. §. 8. Ratio est: quia cum suspensio hæc in pœnam eorum introducta sit, non debet in eorum releuationem aliquid operari, quod sine dubio faceret, si officium, quod oneria est, sicut prius recitare non tenerentur: imò vt notant gl. in d. cap. cupientes, vbi supra, & alij DD. si Ecclesiam officiare recusent, per priuationem beneficiorum compellere eos poterit episcopus, si causam rationabilem non allegant, cur eis non inseruiant. arg. c. inter quatuor. de Cler. non resid. quo tamen casu de ipsorum beneficijs Ecclesiæ deseruiri facit. arg. c. pen. de Cler. non resid. & c. peruenit 2. de appellat.

9 Quinto, Suspensio a beneficio pro effectu proximo habet vt fructibus beneficij suspensum priuet, vt DD. cõmuniter tradunt, sic Panor. in c. cum Vuintoniensis, numero 10. ver. tertio not. ex glos. de elect. & in c. Apostolicæ, num. 7. de except. & in ca. cum bonæ, nu. 6. de ætat. & qualit. Gemin. nu. 3. & Philip. Franc. & Anchar. in c. cupientes, §. ceterum. de elect. lib. 6. Tabiena, verbo, suspensio, nume. 3. vers. secundo. Henriquez lib. 13. de excommunic. & susp. c. 32. §. 4. Hugolin. tab. 4. capit. 8. §. 1. & §. 2. n. 6. Fructuum autem nomine intelliguntur emolumenta omnia, quę ei ratione beneficij competunt, vt sunt pensiones ædium, quæ locantur, fructus, qui ex fundis beneficij percipiuntur, oblationes, quę Ecclesię offeruntur, bę. n. de iure parochiali sunt, sicut etiam & decimę, adeo vt Clericus alius, qui hoc ius non habet, illas percipere non poterit, ex Panor. in tub. de parcch. num. 2. & num. 4. Zab. in Cle. 2. nu. 6. de vita & honest. Cleric. Hugolin. tab. 4. ca. 8. §. 2. num. 1.

Id quod procedit.

1 Primo siue quis ab homine, siue à iure à beneficio suspẽsus sit. ar. c. cupientes. §. ceterum. de elect. titu. 6. & ca. 1. eod. tit. & lib. Panorm. in capit. sicut ad extirpanda, numer. 4. versiculo Tertia differentia, de cohabit. Clerico. & mul.

& mol. cum eadem omnino quoad hoc ratio sit in vtroque casu.

Secundò procedit, siue Episcopus, siue Archiepiscopus, siue Patriarcha sit, qui a beneficio suspenditur.

Tertiò, etiam vbi pro pœna suspensus sit, & eum delicti, ob quod suspenditur, pœnituerit, adhuc enim fructibus beneficij carebit; alioquin ludibrio haberetur hęc suspensionis pœna, si ad arbitrium suspensi tolleretur, vt in simili notat gl. in cap. cupientes, §. cęterum, in verbo, suspensos, de elect. lib. 6. & expresse docet Hugolin. tabula 4. capit. 8. §. 6. num. 2. & est communis DD. sententia.

11 Dubium tamen inter DD. est, An sic suspensus à beneficio lucretur distributiones quotidianas, quę tribui solent illis, qui Diuinis officijs intersunt? In qua re, licet gloss. in Clem. 2. verbo, suspensus, & de vita & honest. Cler. & ibi Zabar. num. 6. & Anch. num. 3. & Decius in cap. pastoralis, §. verum, num. 7. de appellat. Fel. in ca. Apostolicę, num. 23. de excep. quos refert, & sequitur Hugol. tab. 4. cap. 8. §. 2. velint etiam istis distributionibus quotidianis priuari: quia tamen, vt notat Rota, quam refert, & sequitur Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. Eccl. c. 29. nu. 10. distributiones istę beneficij nomine non comprehenduntur, certum mihi videtur, si interim durante suspensione officiant in Ecclesia, omnes illas distributiones, quę non dantur intuitu beneficij, sed intuitu officij illis, qui diuinis officijs intersunt, accipere possint. Vnde, si distributiones darentur solis beneficiatis, vel si alijs beneficiatis daretur maior portio distributionum, tunc suspensus iste a beneficio accipere non posset illam partem distributionum, quę daretur beneficiatis; Ratio est: quia suspensus à beneficio, est suspensus ab omnibus fructibus competentib. ei ratione beneficij. Excipitur tamen vnus casus, quando. l. augmentum illud distributionum, quod datur ratione beneficij, necessarium esset ad simplicem sustentationem, & beneficiatus non haberet aliunde vnde viueret; tunc enim sicut poterit aliquid accipere ex fructibus beneficij, ita etiam augmentum hoc distributionum, quod ei ratione beneficij competit, accipere posset.

12 Sextò, Suspensus à beneficio propter delictum, si non habeat aliunde necessariam sustentationem, neque ex aere aliquo, vel industria, quam possit exercere, neque ex bonis patrimonialibus, licitè potest aliquid de fructibus beneficij accipere, & tantum, quantum est necessarium ad simplicem sustentationem. facit capit. studeat, & ibi glos. in verbo, vt tale beneficium, & in verbo, vt sui, distin. 50. & glos. in capit. cum Vuintoniensis, in verbo, admiserant, in fine, & ibi Panorm. in num. 10. de elect. & Bald. ibidem. Panormit. in cap. pastoralis, §. verum. num. 16. de appel. & Decius ibidem. & idem Panormit. in cap. Apostolicę. nu. 7. de excep. & ibi Fel. nu. 12. idem Panorm. in repet. cap. cum esses, num. 28. de testam. Gemin. in cap. si compromissarius, & ibi Archid. & Franc. de elect. lib. 6. Petr. Foller. in praxi crim. canon. part. 3. iud. c. 33. nu. 106. Hugol. tab. 4. c. 8. §. 7. num. 2. & Corona Confessorum. tit. de suspensione, nu. 6. & Alphonsus Viuald. in suo Candelabro aureo. tit. de Suspensione, nu. 139. & Toletus lib.... cap. 14. Quorum omnium ea est ratio: quia dispensatiuè prouidet illis Ecclesia de aliquibus temporalibus, ne interim in opprobrium cleri, & ordinis clericalis mendicare cogatur, ex Panorm. in d. capit. pastoralis, §. verum, num. 16. de appellat. & glo. in simili docet, in verb., subtrahuntur, & ibid. glo. & facit capitul. diaconi, distinct. 93. & glos. in cap. 1. in verb. necessitatem, 21. q. 1. & in Clement. Vt ij, qui in verbo, pars dimidia, de ętat. & qualitat. & Concil. Triden. sess. 21. de reform. capit. 2. Dixi, *si aliunde non habeat necessariam sustentationem*; quia, vt notant Ioan. Andr. in addit. ad glo. in cap. cum Vuintoniensis, in verbo, admiserant, & Panorm. ibi. nu. 10. de elect. si talis suspensus a beneficio haberet patrimonium, vel aliud, vnde viuere posset, tunc ex beneficio durante suspensione nihil habere deberet. Dixi etiam *simplicem tantum sustentationem percipere posse*, quia non potest accipere pro decentia status, vt colligitur ex d. cap. studeat, & gl. ibi, & DD. supra, & communiter receptum est.

13 Septimò, Suspensus à beneficio ob contumaciam nihil omnino percipere potest ex fructibus beneficij durante tali suspensione, & consequenter nec accipere potest aliud aliquod augmentum distributionum, quod ei ratione beneficij competit. Sic Dominicus in c. cum Vuintoniensis, de elect. & facit cap. quia sæpe, iuncta glos. in verbo, beneficijs quibuscunq; de elect. lib. 6. & Clem. vt ij, qui. iuncta glos. in verbo, pars dimidia, de ætat. & qualit. & expresse Panorm. in c. pastoralis, §. verum, nu. 16. de appell. Hugol. tab. 4. ca. 8. §. 7. nu. 2. et Iacobus de Graffijs, lib. 4. decis. aur. c. 25. nu. 6. Ratio ex Panor. est: quia suspensus ob contumaciam exire potest à suspensione, quando vult; quandocunque enim superiori obedierit, liberabitur a suspensione. Si igitur ex animi obstinatione in sua contumacia, & suspensione manere velit, nihil ex fructibus beneficij meretur: Nam sæpe homines de cibo securi iustitiam negligunt, cap. non omnis, 5. quæst. 5. Quam etiam rationem assignat Panorm. cur excõicato habenti beneficium non prouideatur de alimẽtis; quia potest exire ab excommunicatione, quãdo vult; petendo absolutionem. Quamuis si necessitas summa adesset, etiã sic suspensio subueniendum erit, vt de excõmunicato docet gl. in ca. Pastoralis, §. verum, in verbo, subtrahuntur, in fin. & ibi Panorm. nu. 16. de app. vt latius diximus lib. 2. c. 13. Excipi autẽ in hoc casu distributiones quotidianas, quas etiã ob contumacia suspensum licitè accipere posse puto, eo modo, quo accipiunt etiam non beneficiati, si Ecclesiã officiet; Ratio est: quia distributiones istę nec cum beneficio coniunctæ sunt, nec ratione & intuitu beneficij præsentibus dari solent.

14

Octaua, Suspensus à beneficio a fructibus patrimonij sui, quod sibi pro titulo assignatur, iuxta formam traditam a Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. non est suspensus, quãdoquidem Ecclesiastici beneficij nomine beneficium hoc non comprehenditur, tum quia nõ pertinet ad Ecclesiam; tum quia illud non ab Ecclesia, sed ex patrimonio suo habẽt; tum quia patrimonium illud non est factum beneficium Ecclesiæ; ideoque licet quodammodo in beneficij locum succedat, nec illud ad arbitrium alienare possit, beneficij tamen Ecclesiastici naturam ob allatas rationes non sequitur, vt merito propterea suspẽsus à beneficio, sicut alterius patrimonij fructus omnes, ita etiam & partus eius, quæ pro titulo ei assignatur, sicut prius consequitur. Pro qua re faciunt quæ tradunt glo. in c. tuis, in verbo, de patrimonia lib. 6. & glo. fi. & in c. de multa, in verbo, prouẽtib. de præbend. Pan. in c. Apostolicæ, nu. 7. de except. & in c. peruenit, nu. 12. de fideiuss. Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 10. de constit. & expresse Hugol. tab. 4. c. 8. §. 7. num. 3.

16 Nonò, Quo ad fructus beneficij, qui currunt tempore suspensionis, duo præcipue aduertenda sunt; vnum est, quod existente suspensione iusta, huiusmodi fructus in vtilitatem Ecclesiæ conuertendi sunt, distributiones verò eodem tempore currentes, quibus casib. eas non lucratur suspẽsus, alijs Clericis, qui Diuinis officijs intersunt, accrescere debent, vt latius traditur à gloss. in Clem. vt ij qui, in verbo, pars dimidia, de ætat. & qualit. & ibidẽ Guilm. de monte Lauduno. nu. 4. att....§. si eadem. Institi. de leg. & c. si quis deinceps. 17. quæst. 4. & glo. in Clemen. 2. in verbo, suspensus, de vita & honest. Cleric. & a Panorm. in capit. penult. de Cler. non resid. num. 1. & in cap. pastoralis, §. verum. num. 22. de appellat. Alterum est, suspensione existente iniusta, vel dubia fructus beneficij sequestrandi sunt, & conser-
17 uandi, ex Felino, in capitulo, Apostolicę, de exception.

ita vt quando de eius iniustitia constiterit, ipsi suspenso restitui possint, cum in hoc casu debentur huiusmodi fructus. facit capitulũ super causa, & ibi glos. in verbo, beneficia, & Dominic. ibidem, secunda, quæst. quinta. Panorm. in capitulo cum bonæ, numero sexto, de ætat. & qualit. Felin. in d. capitulo Apostolicæ, numero decimo tertio. Hugolin. tab. tertia, capitulo octauo, §. septimo, numero quarto, dummodo in mora non fuerit petendi absolutionem.

18 De distributionibus autem currentibus tempore suspensionis iniustæ, vel dubiæ distinguendum est; vel. n. suspensus non accipit distributiones propter suspensionem ab officio, eo quod cum non intersit officijs, non videtur illas lucrari; vel loquimur de distributionibus, quas non accipit ratione suspensionis a beneficio, cum tamen seruiat, iuxta modum supradictum: Si propter secundum, cum iste verè seruiat, hoc ipso, quod suspensio inuenitur iniusta, dicendum est ei restituendas esse, quia sine culpa sua priuari non potest; si verò propter primum, quia scilicet est suspensus ab officio, quamuis Domin. in capitulo contumaces, dist. quinquagesima, simpliciter asserat non esse restituendas, etiam suspensione existente iniusta, propterea quod Ecclesiæ non seruit, vnde etiam si non esset suspensus, hoc ipso quod non seruiret, non lucraretur eas, & faciunt, quæ tradit glos. in capitulo contumaces Clerici, in verbo, dignitatemque, dist. 40. Mihi tamen verior videtur opinio Felini, in capit. Apostolicæ, numero 13. de except. affirmantis, quod si suspẽsus ab officio priusquam suspenderetur, frequentaret Chorum, hoc ipso, quod suspensio postea inuenitur iniusta, illi restitui debent distributiones omnes, quia cum consueuerit frequentare Ecclesiam, non ex culpa sua est, sed ex culpa Iudicis iniuste suspendentis, quod nunc eam non frequentauerit, sine culpa verò sua priuari non debet. Quo tamen casu, si iam alijs, qui interim Diuinis inseruierunt, acquisitæ sint, non à Canonicis, sed ab eo, qui eum iniustè suspendit, illas omnes recuperabit, arg. cap. sacro, §. verum si contra, de sent. excommun. & expressè Hugolin. tab. 3. cap. 8. §. 7. numero 4. & nos latius de excommunicato iniustè, lib. 2. cap. 4. versicu. decimo septimo, ex communi DD. & recepta sententia docuimus.

19 Decimò, Suspensus ab vno aliquo beneficio aliorum beneficiorum, à quibus non est suspensus, fructus consequitur, vt habetur in capitulo, cupientes, §. ceterum, & in capitulo, si compromissarius, vers. restringitur, de elect. libro 6. & in capitulo si Canonici, de offic. ordin. lib. 6. & capitulo 2. de rebus Eccles. non alien. & tradit glo. in d. capitulo si compromissarius, in verbo, illius beneficijs limitata enim causa limitatum producit effectum, arg. l. in agris, ff. de acquir. rerum domin. & exceptio vnius, alterius inclusio est, arg. capituli, Nonne, de præsumpt. & l. cum Prætor ff. de iudic: suspensus igitur ab aliquo in vno beneficio, ab alijs suspensus non erit.

20 Quibus addo, sic suspensum ab aliquo tantùm beneficio, seu a beneficijs alicuius Ecclesiæ, alibi etiam beneficium consequi posse, seu ad beneficium, quæ extra Ecclesiam illam sunt, eligi potest, vt docet Laurent. quem refert, ac sequitur Zabar. in Clemen. 2. num. 22. de ętate & qualit. & idem dicunt Summa Astensis. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 14. & Hugolin. tab. 4. c. 8. §. 6. num. 1. & colligitur ex c. 1. §. fin. iuncta glo. ibid. in verbo, beneficijs. & ex c. cupientes, §. ceterum. & ibi gl. in verbo, beneficijs, & c. si compromissarios. §. restringitur. iuncta glo. in verbo, in illius beneficijs, de elect. lib. 6. vbi suspẽsus a beneficio alicuius Ecclesiæ, ab alijs beneficijs in eadem Ecclesia consequendis interim suspensus est; secus aũt quoad beneficia, quæ ad aliã Ecclesiã pertinẽt, vt gl. in locis cit. affirmat, iuxta ea tñ, quæ inferius dicemus.

21 Dubium solum est; An suspensus a beneficio simpliciter, etiam a beneficijs, quæ alibi habet, suspensus censeatur; In qua re variæ sunt DD. sententiæ.

Prima opinio est gloss. in cap. pastoralis, §. verum, in verbo, subtrahuntur, de appell. & ibi Decius, num. 10. eam glossam secutus est, qui ambo affirmant, suspensum a beneficijs quæ habet in vno loco, non esse suspensum a beneficijs, quæ alio in loco habet; & probat hoc gloss. ex c. placuit, dist. 16. & cap. 2. dist. 58. qui tamen Canones mihi parum, aut nihil probare videntur. Ratio tamen pro hac sententia esse potest: quia extra territorium suum iudex auctoritatem, & Iurisdictionem non habet, ideoque nihil operari potest suspensio extra suum territorium, arg. cap. fin. de constit. lib. 6.

Secunda opinio est cuiusdam Tarantasiæ, quem refert Burgasius tract. de irreg. par. 6. in tit. de sententia suspensionis, nu. 48. dicentis, si suspensio ab homine fit, solum suspendere a beneficio, quod habet in illo loco; si verò à iure, suspendere ab omnibus beneficijs, quę habet vbique. Probat: quia homo breuiores habet manus, quàm habet Canon, seu Lex, id est, quia sententia homi-
22 nis non se extendit vltra suum territorium. Vt autem aliquid in præsentiarum dicam de substantia huius sententiæ, ratio eius falsum assumit; potest enim homo suspendere suum subditum ab omnibus beneficijs quæ habet vbique, immò & priuare, sicut potest suspendere ab officio vbique, licet in hoc casu executio huius sententiæ pro illis beneficijs, quæ sunt extra territorium iudicis, facienda sit non a Iudice suspendente, sed a Iudice territorij, in quo sunt beneficia, arg. c. postulasti. de foro compet. lib. 6. & expresse docet Hugolin. tab. 4. c. 8. §. 5. num. 2. post Panorm. in d. c. postulasti, num. 7. & 8. & hæc sententia obligat suspensum in conscientia ad abstinendum ab omnibus beneficijs.

23 Nec obstat c. fin. de constit. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi dicitur, quod extra territorium ius dicenti non paretur impunè, & quod extra territorium suum Iurisdictio non extenditur: aut quod hoc esset ponere falcem in messem alienam, contra cap. venerabilem, de elec. & c. nouit, de iudic. quia Iudex suspendendo a beneficio, non suspendit per se, & proxime a b ipsa re, in qua Clericus ius percipiendi fructus hẽt, quo casu extra territorium ius diceret, sed ab eo, iure scilicet percipiendi fructus suspendit, quod ius Clerico beneficiato inhæret; penes ipsum enim beneficiatum titulus beneficij residet, sicut alia iura, vt notat gl. in l. 3. ff. pro socio; ex qua re fit, vt extra territorium non suspendat, sed solum Clericum eo iure percipiendi fructus per suspensionem priuat quod ossibus suis inhæret, vt dicimus de alijs iuribus incorporalibus. Ex quo igitur ratione delicti persona est sibi subiecta, potest ius inhærens personæ abdicare ab illa persona, vt optimè tradit Panor. in d. cap. postulasti, numero 7. in fine. & citat etiam Innoc. & idem in simili quæstione, scilicet in publicatione bonorum, quæ fit de iure communi ratione delicti, sentit Bart. in l. cunctos populos, C. de summ. Trin. & Ioan. Andr. in cap. cum secundum leges, de hæret. lib. 6. post Ioan. Calder.

24 Tertia sententia est Anton. quem refert, ac sequitur Panorm. in cap. pastoralis, §. verum, num. 21. de appell. Pro cuius pleniori declaratione distinguendum est; Nã vel hæc suspensio a beneficio infertur a iure, vel ab homine, si a iure, vel fit ex causa concernente aliquam certam, & particularẽ ecclesiam; vel fit simpliciter propter causam generalẽ: si ab homine, vel Iudex intendebat suspendere ab omnibus beneficijs vbique habitis; vel intendebat tantum suspendere ab illis beneficijs, quæ sita erant in territorio suo. Qua distinctione posita, respondent authores præfati ad quęstionem his quatuor dictis.

Primum est, si suspensio a beneficio sit lata a iure propter causam generalem, intelligitur suspensio ab omnibus vbique beneficijs; quod probant per rationes cap. si compromissarius, de elect. lib. 6. etenim indefinita oratio vniuersalis vim habet, vbi eadẽ ratio, & causa in omnibus contentis reperitur; vnde si Clericus in suspen-

sionem

sionem incidat, quod clericalibus vestibus non vtatur. hic ab omnibus beneficijs suspensus erit, ex Clem. 2. iuncta gloss. in verbo, beneficiorum, de vita & honest. cler. quandoquidem, vt ait ibi glossa, talis vniuersum statum ecclesiæ offendit, nec minus vnam ecclesiam, quàm aliam, & totum ordinem clericalem denigrat, vt etiam Ancbar. ibi, nu. 3. & Zabar. nu. 5. testantur, eosq; secutus Hugol. tab. 4. c. 8. §. affirmat, & §. 5. num. 1. vbi hoc non solum procedere putat, quando suspensio fertur a iure communi, sed etiam quando fertur à Statuto Episcopi, dummodo Episcopum id voluisse constet.

25 Secundum est, si suspensio lata sit à iure propter causam particularem concernentem certam ecclesiam, tunc suspensio operatur solum respectu beneficiorum illius ecclesiæ, vt probatur in c. eum in cunctis. in fine. de elect. in antiq. iuncto c. si compromissarius. eo. ti. lib. 6. & ibi communiter notatur, & facit cap. 1. de offic. ordin. lib. 6. & cap. fi. ver. & nihilominus. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & cap. fi. de temp. ord. lib. 6. sic enim Papa interpretatus est. cap. 1. de elect. in cap. cupientes. §. ceterum. & in capit. si compromissarius, iuncta gloss. in verbo, restringitur, de elect. lib. 6. Ratio est: quia ratio, & causa suspensionis particularis effectum particularem tantum producere debet, ne pœnæ grauitas culpæ grauitatem excedat, arg. cap. 2. de ijs, quæ fiunt a maiori. par. Cap. vnde si Canonicus in electione sit antistitis peccat contra ca. 1. & contra ca. cupientes. & contra c. si compromissarius. de elect. lib. 6. ab ijs tantù beneficijs suspensus erit, quæ in illa ecclesia habet.

26 Tertium est, si suspensio fertur ab homine intédente suspendere ab omnibus, sententia hæc porrigit effectum suum etiam extra territoriù iudicis suspendentis, licet executio facienda sit in parte per Iudices aliarum diœcesium, in quibus habet alia beneficia, & probantur per ea, quæ habentur in cap. postulasti. & ibi Innoc. & Panor. nume. 7. de foro compet. & idem docent Bernard. Diaz in Pract. Canon. cap. 122. & Hugol. tab. 4. cap. 8. §. 5. num. 1.

27 Quartum est, si suspensio feratur ab homine intendente solum suspendere a beneficiis, quæ habebat in suo territorio, ab illis solum erit suspésus; arg. l. ex ea, ff. de postul. & c. 2. in fine, de constitut. lib. 6. in quo solum procedit opinio prima, quam glossæ fuisse diximus, actus enim agentis prætér eius voluntatem non operatur, arg. ea. cum voluntate, de sent. excom. & l. non omnis, ff. si cert. per.

28 Quæ sententia sic explicata mihi videtur ceteris probabilior, cui tamen vnum adderem, scilicet suspensum ab homine non declarante suam intentionem, num de omnibus vbique beneficiis intendat, vel solum de beneficiis suæ diœcesis, non teneri inquirere a Iudice de qua suspensione intendat, sed posse bona conscientia interpretari hanc sententiam in partem meliorem, vt solum sit suspensus ab illis beneficiis suæ diœcesis, non aliorum. Imo addo, quamuis ipse suspicaretur ex aliqua coniectura probabili Iudicem intendere de omnibus, vtpotè, quia causa generalis sit, propter quam eum a beneficio suspendit, si tamen Iudex hoc nullo modo expressit, tuta conscientia acquiescere potest, intelligendo solum de beneficiis illius diœcesis, quidquid in hoc casu Hugol. tab. 4. capitulo octauo. §. 5. numero primo existimet suspensum esse ab omnibus, etiá si nihil dixerit, si suspensionis causa generalis sit, cuius cótrarium verius esse putamus. Quod si dicas, coniecturam, quam habet in cótrarium præualere debere, ita vt ab omnibus beneficiis vbique se suspensum reputet? Respondeo nó debere, nisi a iudice esset aliquo modo expressum, quia satis est, quod iste pœnam aliquam patitur, & ipsimet iudici imputetur, quod non declarauit maiorem. Vnde Bernard. Diaz vbi supra, ait monendos esse Iudices, vt in sententia suspensionis aperte declarent, a quibus ordinibus vel actibus, vel beneficiis intendant suspendere clericum, quia cum constat de voluntate Iudicis, illa seruanda est.

29 Dubium alterum esse potest, quare in vno loco suspensus ab officio, hoc est simpliciter ab officio suspésus vbiq; locorum suspensus sit; non autem suspensus a beneficio? Huius rationem Zabar. in Clemen. 2. numero 13. vers. decimonono, de ætate & qualit. & Fel. in c. Apostolicę. num. 14. de except. eam esse dicunt, quod suspensio ab officio procedat a clauibus, quæ vbique locorum operantur, argum. cap. 1. de treuga & pace, suspensio autem à beneficio procedit a iurisdictione, quæ territorium suspendentis non egreditur, argum. c. fi. de constit. l. h. 6. Quam tamen rationem superius refutauimus afferentes posse iudicem subditum suum suspendere ab omnibus beneficiis, quæ habet etiam extra diœcesim suam. Melius igitur respondet Hugol. tab. 4. c. 8. §. 5. num. 2. rationem esse, quia suspensus ab officio simpliciter, propterea quod idem officium semper est, vbique ab eo suspensus censetur, ita vt illud obire minime possit; At verò ius percipiendi fructus in vna ecclesia, diuersum est à iure percipiendi fructus in alia ecclesia, vnde suspensus ab vno iure, idest, ab vno beneficio, ab alio non est suspensus, ex diuersis enim non fit illatio, argum. capit. 2. de translat. & l. Papinianus. ff. de minor. ob quam etiam rationem, eum qui est ab vno ordine, vel ab vno officio suspensus, ab alio ordine, vel officio suspensum non esse superius docuimus.

30 Ex quibus infertur solutio illius dubii, quod supra insinuauimus vers. decimo, An scilicet suspensus a beneficio in vno loco, possit accipere de nouo aliud beneficium in alio loco? In qua re, licet DD. dubii sint, & diuersimodè loqui videantur, siquidem gloss. in c. latores. in verbo, ab officio, de cler. excommunic. minist. loquendo de suspensione hominis simpliciter ait posse, si sit suspensus solum a beneficio, quia iudex non videtur intendere talem suspendere, nisi quoad se, & in sua diœcesi; secus, si suspésus, esset ab officio: quia tunc cum nulli sibi posset accipere beneficium, quod datur propter officium, ca. fi. de rescript. li. 6. & ibi glos. in verbo, datur. & Palud. 4. dist. 18. q. 7. arti. 3. concl. 3. E contra vero gl. in c. per inquisitorem. in verbo se indignũ, in fine, de elec. affirmare videtur suspésum a beneficio eligi non posse ad aliud beneficium duráte suspensione, vbi Panormit. nume. 8. hoc dictum glossæ restringit ad beneficia eiusdem ecclesię, quasi secus sentiendum sit de alterius loci beneficijs. Ceterum omissis alijs multis, putarem respondendum esse in hoc dubio, secundum illa dicta in tertia sententia dubij præcedentis, accómodando ea, quæ dicta sunt de suspensione a beneficijs in alio loco habitis, ad beneficium de futuro habenda, & ita procedendum iuxta singula dicta ab Anton. Panorm. & alijs ibi fusius tradita.

De reliquis sex suspensionis modis. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Suspensio* ab officio, & beneficio *quem effectum habeat.*
2 *Suspensio* ab officio, vel beneficio *quid operetur.*
3 *Sententia incerta nomen sententiæ non meretur.*
4 *Suspensum se existimans, cum tamen vere non sit, contra sententiam faciendo peccat mortaliter, irregularitatem tamen non incurrit,*
5 *Administratio temporalis in qua re consistat.*
6 *Administratio spiritualis, quid sit, & in quibus rebus posita sit.*
7 *Suspensus ab administratione in spiritualibus, Missam celebrando, irregularis non efficitur.*
8 *Suspensus a perceptione Sacramentorum, quamuis sacramenta*

cramenta sumendo grauiter peccet, irregularitatem tamen non incurrit, & quæ huius sit ratio.
9 *Suspensio à collatione sacramentorum vera censura est, & propriè dicta.*
10 *Suspensus à collatione sacramentorum baptizando in necessitate sine solennitate nec peccat, nec irregularis est.*
11 *Suspensio* ab ingressu Ecclesiæ *aliquando etiam inter dictum appellatur.*
12 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ extra Ecclesiam celebrando irregularis non est.*
13 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, officia diuina in Ecclesia audire nequit.*
14 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, quando audiendo officia diuina in Ecclesia irregularitatem incurrat.*
15 *Authorizare quis censendus.*
16 *Suspensio ab ingressu Ecclesiæ celebrationem etiam in cæmiterio prohibet, siue cæmiterium contiguum Ecclesiæ sit, siue non.*
17 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ ecclesiasticam suam iurisdictionem vbicunque exercere valet.*
18 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ nec in Ecclesia, nec in cæmiterio sepeliri potest, quamuis si in Ecclesia sepeliatur, non tamen propterea Ecclesia polluta erit.*



Decimus tertius modus est, *Suspensio ab officio, & beneficio*: Hęc patet ex dictis in Nono, & Duo decimo suspendendi modis. Quibus vnum solum addo, suspensionem hanc omnium grauissimam esse, quippe quę suspendit ab omnibus, a quibus censura hęc propriè dicta suspendere possit, scilicet ab Ordine, & Iurisdictione, quę sub officij, & beneficij nominibus continentur.

2 Decimus quartus modus est, *Suspensio ab officio, vel beneficio*: De hac suspensione est magna quęstio inter Doctores, quidnam prohibeat.

Prima opinio est glo. in cap. à crapula, in verbo, vel beneficio, de vita & honest. cleric. & in cap. latores. io verb. ab officio, & ibi Hostien. de cleric. excom. minist. & ibidem Panorm. nu. 7. dicentium sic suspensum abstinere debere ab vtroque, scilicet ab officio, & beneficio; hoc tamen affirmant, non tanquam certum, sed tanquam tutius. Quę opinio probari ex eo potest; Primò, quia vbi dubitatur de validitate sententię, qui ea constrictus tenetur, abstinere se debet, existente enim dubio, facienda est tutior interpretatio, licet sit durior, argu. c. illud, de cleric. excommun. ministr. Secundò, quia hoc modo suspendens ab vtroq; suspendere voluisse iudicatur, censurę enim magis à voluntate proferentis, quam à verbis dependent.

Secunda opinio relata à Burgasio, in tract. de irregul. par. 6. in tit. de suspensione, num. 29. ex Tarantasia, intelligit tantum a beneficio.

Tertia est quorundam relatorum apud eundem in voluntate ipsius suspensi positum esse eligere, an voluerit ab officio, vel à beneficio suspendi; Addit tamen, quod postquam semel elegerit alterutrum, non posse illam mutare.

Quarta est Calder. in Clem. cupientes. de pœnis, quem refert, & sequitur Tabiena, in verbo, suspensio, nume. 5. vers. quarto. & Goffred. in cap. quaoto. de magistris. vt refert Panoc. in c. latoc. s. num. 7. de cler. excom. ministr. S. Anton. 3. p. tit. 28. c. 4. Rosel. verbo, suspensio, & Sylvest. eo. nu. 5. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 161. vers. quarto. Maiol. lib. 3. de irreg. c. 19. nu. 14. vers. prima declaratio. Ludouic. Lopez. 2. p. Instruct. c. 97. vers. vltimo, in fine. & Henriquez lib. 13. de excom. & suspen. cap. 32. §. 4. Alphonsi Viualdi, in suo Candelabro aureo tit. de suspensione. numero. 155. Hugolin. tab. 1. de cens. eccl. cap. 20. §. 3. numero 4. dicentium hanc suspensionem propter incertitudinem à neutro suspendere, & consequenter sic suspensum ad neutrum teneri. Quę sententia, quia communis est, & mitior, mihi magis placet, præsertim, cum sententia sine certa quantitate prolata non mereatur nomen

3 sententiæ, vt l. 3. C. de sen. quæ sine cert. quant. profer. & huiusmodi sententia nunquam reperitur in iure, sed prouenit ex imperitia, vel inconsideratione Iudicis, vnde illi imputetur. Adde, quod censura ijs verbis exprimi debet, quæ explicent, qua censura quis efficiatur, qualis non est hæc, alternatiua. n. nihil certi, aut determinati ponit; vnde incerta, nulla, & irrita censenda est. Antonius de Butrio relatus à Panormit. vbi supra, hanc sententiam limitat, si de iudicis intentione constiterit, ipsa seruanda est; Quam limitationem admittendam puto; si enim constet mentem Iudicis fuisse hae forma ab vtroque suspendere, tunc valebit sententia, sed quia communiter mens Iudicis non cognoscitur, nisi ex verbis, cum Iudex id non expresserit, iudicandum potius erit id noluisse; si enim hoc voluisset, plane id dixisset, s. *suspendo te ab officio, & à beneficio*; & ita cum constare non possit de mente Iudicis, nisi aliquo modo exprimatur, dicendum erit à neutro suspensum esse, & ita soluta est secunda ratio primæ opinionis.

Et pari modo ad primam responderi potest, negando hic dubium esse, an valeat; ex quo enim sententia alternatiue concepta sit, vt incerta, & nulla censenda est, argum. l. tertię C. de senten. quæ sine cert. quant. profert. nec quæstio est, an interim abstinere debeat, si dubitat, quo modo interpretari oporteat d. cap. illud. de cler. excommun. minist. sed an valeat; & non valere dicimus sententiam hanc ratione incertitudinis.

4 Quibus addo, quod licet is, in quem lata est sententia, se suspensum existimet, & tamen contra suspensionem facit, ex eo quod munera sibi prohibita contra conscientiam exercet, grauiter peccat, non tamen erit irregularis, ex Antonio de Butrio relato à Panorm. Maiol. Henriquez vbi supra, quos etiam sequitur Hugolin. in d. cap. 20. §. 3. num. 4. quia verè suspensus non est. Vnde, vt sine peccato ea munera obeat, opinionem illam deponere debet, quam facile deponere potest, etiamsi ex coniectura aliqua putet Iudicem de aliqua particulari intendere, satis. n. suspenso est Iudicem hoc non expressisse, vnde non suspenso, sed ipsimet iudici hoc imputandum erit.

5 Decimus quintus modus est, *Suspensio ab administratione Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus*. Hæc suspensio, vt per se patet, prohibet omnem ecclesiæ administrationem tam spiritualem, quam temporalem. Administratio temporalis consistit in potestate agendi in Iudicio super iuribus, & possessionibus rei, quam quis administrat, & ita super ratione Ecclesiæ: Item conueniendi in iudicio, & respondendi, & aliter disponendi etiam extra iudicium. De qua administratione fuse tractat Innocen. cap. rs litteris, de prob. Habent autem huiusmodi administrationem temporalem Ecclesiæ, secundum Geminianum relatum à Tabiena, in verbo, Administratio, numero primo, omnes clerici, qui habent aliquod beneficium in titulum, quodcunque illud sit, & quantumcumque simplex, dummodo

6 beneficium habeat certam aliquam dotem. Administratio aût spiritualis est potestas disponendi de rebus spiritualibus, & concernit tam ea, quæ sint ordinis, quæ tamen in administrando alijs posita sunt, quam ea, quæ sunt iurisdictionis. Vnde taliter suspensus nec potest administrate Sacramenta, nec conferre beneficia, aut alia similia facere. Panorm. in cap. si quotundam. ou mero 8. de solutio. mouet quæstionem; An suspensus ab administratione in spiritualibus, si celebret Missam, efficiatur irregularis? & ait Hostiensem tenere partem affirmatiuam, per c. 1. de sent. & re iud. li. 6. ipse tamen cum Io. Andr. partem negatiuam tenet, & probat, quia suspensus abstra administratione spiritualiû non est suspensus ab officio, id est, ab ordine, & idem

idem tenent Angelica, verbo, suspensio, 3. nume. 7. Syluester verbo, Suspensio. q. 5. non longe à fine. Alphonsus Vitualdus tit. de Suspensione, nu. 167. & Henriquez lib. 13. de excom. & suspen; cap. 32. §. 4. in fi. de quo sequitur, cũ non sit suspensus ab ordine, non solum non effici irregularem, ex Panormit. Angelica, & alijs, sed nec peccare celebrando. Simon Maiolus lib. 3. de irreg. cap. 19. nu. 20. versi. duodecima declaratio. & Alphonsus Viualdus, vbi supra hoc dictum Panormitani limitat, nisi, inquit talis suspensus celebret solenniter cum eadem auctoritate, & loco, quem dignitatis administratio cõsueuit obtinere, quia tunc ea celebratio non solum est executio ordinis, sed administratio quædam officij, & auctoritatis spiritualis, & ideo erit irregularis.

7 Ego tamen simpliciter sequendam puto Panor. & aliorum sententiam, scilicet, sic celebrantem, siue priuatim, (in quo etiam consentit Maiolus) siue solenniter, non fieri irregularem; quia, quandocunq; iste celebrat, actus celebrandi nõ est positus in administratione spiritualium; Et si semel admittamus, hunc actum esse administrationem, non video, qua ratione aliquem actum ordinis, etiam priuatam celebrationem ab hac censura excipere possumus: ideoq; sentẽtiam Panor. sine tali limitatione veram esse puto, maxime, quia in pœnis debet fieri stricta interpretatio, argum. capit. is qui, de sentent. excommunic. libro sexto cum hoc nullo iure sit expressum.

8 Decimussextus modus est, *Suspensio a perceptione Sacramentorum:* Hæc Suspensio in re videtur cum excommunicatione minori conuenire, vnde cum perceptio passiua non sit actus ordinis, vel iurisdictionis, vel beneficij, consequens est, hanc non esse suspensionem propriè dictam, quæ est censura Ecclesiastica. Hinc Doctores communiter inferunt, quod licet sic suspensus Sacramenta sumendo grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, argu. cap. si celebrat, de Cler. excom. minist. sic Innoc. in capit. cum medicinalis. de sent. excommun. lib. 6. Hostien. in d. cap. si celebrat, & ibi Panorm. num. 4. S. Anton. 3. par. tit. 28. capitulo 4. versic. item suspensus. Angelica, verbo, suspensio, 3. numero tertio Summa Pisanella, verbo, suspensus, Syluest. verbo, suspensio, nume. 4. Tabien. verbo, suspensio, numero secundo versic. primo. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 163. versic. tertio infertur. Simon Maiol. lib. 3. de Irreg. cap. 19. num. 16. vers. tertia declaratio. Alphonsus Viuald. in suo Candelabro, titul. de Suspẽsione, nume. 153. & Couar. in Clemen. si furiosus. 1. part. §. 1. num. 1. de homicidio. & Summa Confess. li. 3. tit. 29. quæstio. 5. versic. quid si suspendit. Henriquez lib. 13. de excommun. & suspen. capitulo. 32. §. 5. ratio est, quia perceptio Sacramentorum nec officium diuinum est, nec actus aliquis ordinis, vnde & laici etiam Sacramenta percipiunt.

9 Decimusseptimus modus est, *Suspensio a collatione Sacramentorum:* Hæc suspensio quoniam probibet actum ordinis, qui est Sacramenta conferre, est suspensio proprie dicta, & si quis solenniter exercet actum ordinis conferendo Sacramenta, fiet irregularis.

Dubium tamen est de quibusdam Sacramentis, quæ etiam conferri possunt à non habentibus ordinem, An, si sacerdos ea conferat sine solennitate, peccet, aut efficiatur irregularis, vt si baptizet puerum in necessitate sine solennitate.

10 In qua re primo certum est, non incurrere irregularitatem per hãc Sacramento collationem propter defectum solennitatis, ratione cuius non facit ex officio, sed tanquam quilibet laicus. ex Innoc. & Host. in cap. cum medicinalis. de sentent. excommunic. lib. 6. Angelica, verb. Suspensio, 3, num. 3. Summa Pisanella verbo suspensus. Syluest. verbo, suspensio. quæst. 5. Simon. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. numer. 16. vers. quarta declaratio. Nauar. in Manuali cap. 27. nume. 163. vers. quarto infertur, & Couar. in Clemen. si furiosus. 1. par. §. 1. nume. primo, vers. tertio. de homicidio. Viualdus, vbi sup. numero 157. De peccato autem res est magis dubia, videtur tamen simpliciter dicendum nec peccare, si hoc faciat in necessitate, sicut nec peccat laicus: Extra casum vero necessitatis peccaret, quia etiam laicus in tali casu peccaret, & Clericus suspensus non est melioris conditionis, quam sit laicus.

12 Decimus octauus modus est, *Suspensio ab ingressu Ecclesiæ.* Hæc suspensio aliquando fertur, sub nomine suspensionis; aliquando vero sub nomine interdicti; & quamuis verba varientur, censura tamen eadem omnino & est, & eundem effectum habet. Vocatur autem prohibitio hæc ab ingressu Ecclesiæ interdictum, in c. Sacro, de sent. excommun. ibi, *Ingressum Ecclesiæ per mensem vnum nouerit sibi interdictum.* & in c. is cui, de sent. excommun. lib. 6. ibi. *Is cui est Ecclesiæ interdictus ingressus.* At verò in cap. cum medicinalis. de sent. excom. lib. 6. appellatur suspensio, ibi, *Per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis nouerit se suspensum* & in cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. ibi. *Sanè sicut excommunicatio. sic ab officio, vel ingressu Ecclesiæ lata suspensio.* & hoc ipsum docet Nauar. tom. 2. consil. consil. 1. de verb. sign. num. 1. lib. 5. Habet autem suspensio hæc varios effectus.

12 Primò enim prohibet exercitium solenne cuiusuis ordinis intra Ecclesiam, vt habetur expresse in cap. is cui. de sent. excom. lib. 6. & facit transgressorem irregularem, vt ibidem exprimitur. Palud. 4. dist. 18 quæst. 7. art. 3. concl. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 2. vers. item nota, Angelica, verbo, suspensio, 3. nu. 5. Summa Pisanella, in verbo, suspensus. Nauar. in Manua. c. 25. num. 75. ver. duodecimo. & c. 27. nume. 170. vers. sexto dico. Steph. Costa in reper. c. is cui. nume. 1. de sent. excom. lib. 6. & ibidem Gemin. Corona Confess. tit. de suspen. num. 6. Alphonsus Viualdus vbi sup. nu. 158. & 140. Iacobus de Grafhijs lib. 4. decis. cap. 25. nu. 4. Couar. vbi suprà, ver. quinto. Summa Cõfess. in addit. libri 3. tit. 29. q. 5. (quamuis contrarium, lib. 3. tit. 29. quæst. 5. antea docuerit) & Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 32. §. 2. in fine. Ratio est, quia interdicto principali censetur interdictum & omne consequens ex eo; cum igitur Ecclesia Dei principaliter facta sit gratia diuini cultus, & vt in ea diuina celebrentur, consequẽs est, vt vbi quis suspenditur ab ingressu illius, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus sit.

Secundò, non prohibet ista suspensio celebrationem extra Ecclesiam, vnde extra eam celebrando, puta sub domo aliqua, aut tentorio, aut oratorio aliquo priuato, cum altari portatili non erit irregularis, ex Palud. 4. distinct. 18. quæstio. 7. art. 3. conclu. 1. gloss. in cap. is cui, in verbo, in ea. & Steph. Costa ibidem, n. 17. & seq. de sent. excom. lib. 6. S. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 2. vers. item nota. Angelica, verbo, suspensio, 3. nume. 4. Syluest. verb. suspensio, quæst. 5. Corona Confess. tit. de suspen. nume. 6. Alphons. Viuald. vbi suprà, num. 158. & 140. Iacobus de Grafhijs, lib. 4. decis. cap. 25. nume. 4. Henriquez. lib. 13. de excommun. & susp, c. 32. §. 2. Nauar. in Manuali cap. 25. nume. 75. ver. duodecimo. Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. num. 3. de sen. excomm. libr. 6. Armilla, verbo, suspensio, §. 8. & glo. in c. vlt. in verbo, Ecclesiæ, de offic. ordin. lib. 6. & idem docet Ioan. Calderin. in suo tracta. de Eccle. interdict. in 2. memb. vers. nunc redeo ad casum. Ratio est; quia causa limitata limitatum producit effectum. arg. l. in agris, ff. de acquir. rerum domin. & ita cum pœna hæc limitata sit respectu loci, scilicet intra Ecclesiam celebrando, nihil operabitur, si extra illam celebratio fiat, quod maxime procedit in pœnalibus. argum. capit. statutum, de elect. libro sexto & ca. odia. & cap. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. De vno tamen dubitari solet, An ille, cui est interdictus Ecclesiæ ingressus. si celebrat in Ecclesia non consecrata, fit irregularis, sed de hoc infra latius agemus.

13 Tertio, Prohibet hæc suspensio, ne suspensus audiat officia diuina in Ecclesia, ex Ioann. Andr. quem refert & sequitur S. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 2. vers. item talis, Angelica, verbo, suspensio, 3. nu. 5. Summa Astensi par. 2. li. 7. ti. 8. art. 3. in principio. Syluestro, in verbo, suspensio, q. 5. Corona Confess. in. de suspensione, num. 6. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 170. vers. Sexto in fine. Couar. in ca. alma mater, par. 2. §. 1. nu. 3. vers. poterit tamen is, de sen ten. excom. lib. 6. Steph. Costa in ca. is cui, de sent. excom. li. 6. nu. 6. & seq. duob. Henriquez lib. 13. de excom. & sup. ca. 32. §. 2.

14 Dubium tamen inter DD. est, an si talis audiat officia diuina, incurrat irregularitatem; ceterum, cōmunis DD. sententia est, quod licet sic audiendo officia diuina in Ecsia mortaliter peccet, non tamen erit irregularis, ex Ioa. Andr. Angelica, Couarr. Steph. Costa, Corona Confess. & Iacobo de Graffijs, vbi supra, quod tamen Angelica, et Syluester limitant, nisi ipse celebret, quasi viens officio suo, sicut prius, secundum Gemin. in d. cap. is cui, de sent. excom. li. 6. Stephanus Costa limitat, nisi auctorizaret in audiendo, iuxta illa etiam quæ habentur per Innoc. & Ioan. And. in ca. fina. de excess. prælat. lib. 6. pro quo facit textus ibi [*sicut prius*] Per quæ verba datur intelligi, quòd non quælibet auditio, aut executio officii diuini facta per suspensum inducit irregularitatem, sed requiritur ad hoc, vt hæc faciat scienter, quasi ex officio, agens sicut prius, ex gloss. in capi. cum medicinalis, in verbo, sicut prius, & ibi Steph. Costa, §. fi. num. 85. de sent. excomm. lib. 6. & facit ca. si quis Episcopus in Concilio, 11. q. 3. & ca. 1. scitutus,

15 de sent. & re iudic. lib. 6. Is autem censetur authorizare, qui iubet coram se Missam, aut officia diuina celebrari, ex Hostie. & DD. in c. tanta. de exces. præl. Marian. Suc. in c. ad audientiam, num. 25. de homicid. Couar. in ca. alma mater. part. 1. §. 6. nu. 9. in fine, de sent. excomm. libr. 6. vnde Steph. Costa vbi suprà, num. 85. addit, quod si Clericus sic suspensus interesset diuinis, nō auctorizando, sed simpliciter audiendo, ex causa deuotionis, non efficeretur irregularis. Pro qua re est glossa notabilis in Clem. 2. in ver. celebrari, de priuileg. quam sequuntur eam commendantes Pan. in c. illud, nu. 8. de Cler. excom. minist. Fran. in c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. colum. 3. Gonsalus a Villa diego de irreg. c. 2. colum. 3. Quibus omnibus addo ex Innoc. in c. sacro, de sent. excom. & Archid. in c... de offic. de leg. lib. 6. quos refert, & sequitur Steph. Costa in c. is cui, nu. 6. de sent. excom. lib. 6. & S. Anton. in 3. part. tit. 27. c. 2. vers. item talis. & faciūt quæ docet Nauar. in Manuali c. 27. nu. 33. vers. Nono de excommunicato, & num. 170. vers. 6. de suspenso ab ingressu Ecclesiæ. Henriquez libr. 13. de excom. & susp. c. 32. §. 2. quod sic suspensus non solum intrare potest Ecclesiam transeundo eam pro factis suis, tempore quo non celebrantur officia diuina, sed etiā ingredi potest, & in ea orare, & horas ibi recitare, tempore quo officia diuina non celebrantur in ea, secundum Calderin. in tract. de Eccles. interd. memb. 2. versic. nunc quæritur. Gemin. Anthar. Dominic. Franc. & Steph. Costa, in cap. is cui, nomer. 7. de sent. excom. lib. 6. S. Anton. Nauar. vbi supra, & cap. 25. num. 75. versic. duodecimo. & Henriquez, in loco proximè citato. Angelicam, verbo, suspensio, 3. num. 6. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 2. nu. 3. vers. poterit tamen, de sent. excom. lib. 6. & iura, quę videntur huiusmodi ingressum prohibere, intelligi debent, vt ait Costa, de ingressu publico, & tempore celebrationis, vt ille rubore confusus interea pœnitentiam agat de peccato, ne accedat in conspectū hominum ad orandum in dicta Ecclesia, ex quo illi in genere ingressus Ecclesiæ interdictus sit. De qua re latius lib. 5. capitulo nono agemus.

16 Quarto, Suspensio hæc ex Palud. in 4. d. 18. quæstio. 7. art. 3. concl. 1. & fauet glo. in c. is cui, in verbo, cęmiterio, de sent. excom. lib. 6. prohibet etiām celebrationem in cęmiterio, siue cęmiterium sit contiguum Ecclesiæ, siue nō, id quod colligit Palud. ex eo, quòd talis suspensus prohibetur sepeliri in cæmiterio, & quia aliàs, vt ait gloss. facile illuderentur censuræ. Quorum opinio licet valde probabilis sit, mihi tamen non minus probabilis videtur contraria, quia Canon solum loquitur de celebratione in Ecclesia, non de celebratione in cęmiterio, vnde non est ampliandus, maximè cum aliquando è contra aliqui permittantur celebrare in Ecclesia, sed non in ea sepeliri, vt infra dicemus, & quia Pontifex de celebratione loquendo solum meminit celebrationis in Ecclesia, de sepultura vero agens & Ecclesiæ, & cemiterij mentionem fecit.

17 Quinto, non prohibet suspensio hæc exercitium Iurisdictionis, vndè sic suspensus Iurisdictionem Ecclesiasticam, vbicunque exercere valet; & ita excommunicare, & praecipuè tim ab excommunicatione absoluere, eligere, aut conferre beneficia potest, & similes actus facere, qui ad Iurisdictionem Ecclesiasticam pertinent, ex gl. in c. sacro, in ver. interdictum, in fine, & Panorm. ibi, numero decimo de excomm. & idem Panorm. in cap. ab excommunicato. numero 15. in fine, de rescript. Franc. in cap. cum medicinalis, §. si quis, de senten. excommun. lib. 6. Syluestro in verbo, suspensio, quæstio. 5. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nume. 161. vers. quarto dico. Couar. in cap. alma mater, part. 2. §. 1. numero 2. vers. sub hac verò, de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspen. capitulo 32. §. 2. & est communis, & recepta sententia Doctorum.

18 Sexto, Prohibet etiam suspensio hæc sepulturam Ecclesiasticam, tam in Ecclesia, quam in Cæmeterio, vt habetur expressè in cap. is cui, de sent. excommun. li. 6. & ibi Steph. Costa, nume. 7. & numero 8. Summa Astensis, parte secunda, libr. 7. tit. 8. artic. 3. in principio. Summa Pisanella, verbo, suspensus, Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. nume. 3. ver. hic autem interdictis. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 32. §. 2. Quod intelligitur, nisi pœnituerit interea, vt habet text. c. is cui, si enim pœnituerit, poterit intra eam sepeliri, vbi Ioan. Andr. Fran. Costa, & DD. communiter docent, & eos secutus Couar. vbi suprà, posse in articulo mortis interdictum hoc remitti à quocunque Sacerdote, arg. c. fina. de sepult. & sufficere, quod quis decesserit cum signis contritionis, & pœnitentiæ, vt non obstante interdictio, sepeliri possit in Ecclesia absque alia solenni interdicti reuocatione, aut relaxatione, quamuis, vt Ioan. Andr. & Steph. Costa in d. ca. is cui notant, etiam si signa contritionis post mortem apparerent, requiritur tamen sententiæ huius absolutio post mortem. argum. cap. A nobis, 2. de sent. excom. Nota tamen, quod si taliter suspensus etiam impœnitens in Ecclesia sepelitur, Ecclesia tamen non propterea pollueretur, vt suo loco dicetur. Et de varijs modis suspensionis hactenus dictum sit.

De Duratione Suspensionis. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Suspensionis modi varii sunt, & quinam, & quot.*
2 *Suspensio per mensem lata eodem die, & momento incipit, quo fertur.*
3 *Annus, mensis, & hebdomada, quo tempore ordinariè incohari soleant.*
4 *Mensis, si cepta iam mense quis per mensem suspendatur, qualiter numerari debeat.*
5 *Annus à signato die, quo lata est sententia, numeratur, vbi*

vbi quis per annum suspensus sit.

6 *Suspensus per duos, aut tres menses, & illis nondum elapsis, in aliam suspensionem duorum, vel trium mensium incidens, quamdiu suspensus censeatur.*

7 *Suspensus per annum, aut mensem, si eo tempore interueniat bissextus dies, an ille dies etiam tanquam distinctus computandus sit.*

8 *Annus bißextus quare sic appellatus.*

9 *In bißexto biduum quasi pro vno die computatur.*

10 *Temporis numeratio duobus modis fieri potest secundum iurisperitos. & quinam illi sint.*

11 *Dies bißextilis aliter in materia fauorabili, quam in odiosa an computandus.*

12 *Dies bißextilis semper pro die distincto computari debet.*

13 *Suspensio ad certum, & determinatum tempus lata, elapso tempore cessat.*

14 *Suspensio* donec quis satisfaciat *lata, facta satisfactione statim cessat, nec aliam requirit absolutionem, sed solam iudicis declarationem.*

15 *Suspensus* donec satisfaciat, *post factam satisfactionem ante iudicis declarationem celebrans, non est irregularis.*

16 *Suspensus* donec pęniteat, *vera censura est, & transgressori irregularitatem inducit.*

17 *Suspensio ad indeterminatum tempus lata, tamdiu durat, quamdiu suspendenti placuerit.*

18 *Suspensio simpliciter absque vlla temporis mentione lata, tamdiu durat, quousque ab habente facultatem relaxetur.*

1 Qvemadmodum in superioribus dictum est, suspensio varijs modis ferri potest; ita etiam in ordine ad tempus tum à iure, tum ab homine, his præsertim quinque modis consueuit.

Primò quidem, ad aliquod certum, & determinatum tempus; vt exempli gratia, per mensem, vt in capit. sacro, de sentent. excommunic. per duos, aut tres menses, c. 1. de Cler. venatore, & c. præterea, de Cler. percussore. Per sex menses, clem. 2. de vita & honest. Cler. & Extrauag. cum ad Sacrosanctæ. §. ceterum. de sentent. excommunic. Per duos annos. cap. præsentium. de Cleric. percuss. & Clem. 1. §. si quis autem. de statu monach. Per tres annos cap. 2. §. contractus. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Clemen. 1. §. penult. de hæret. Clem. 2. de pœnis. & c. cum in cunctis, §. finali, de elect.

Secundò fertur ad tempus aliquod indeterminatum pendens ex voluntate ipsius suspensi, vsque ad aliquem actum faciendum ab ipso suspenso, vt quousque pœniteat. argum. cap. Osius. de elect. quousque satisfaciat, cap. exigit, de censib. lib. 6. quousque ordinetur, arg. Clemen. vt ij, qui. de ætat. & qualit.

Tertiò ferri potest ad tempus indeterminatum pendēs ex voluntate alterius, vt proprij Episcopi, qualis suspensio habetur in Conc. Trident. sess. 23. de reform. cap. 8. & etiam in capit. tam literis. de testib. & in capitulo dilectus, de temp. ordin. vbi ad arbitrium Papæ fertur suspensio, sub hac forma, *Donec mereatur indulgentiam, seu gratiam nostram obtinere*. vel *Donec de illo aliter disposuerimus*, vt in capitulo litteras, de temp. ordin. vel *quousque indulgentiam valeat promereri*. vt in ca. nihil. de elect.

Quarto fertur simpliciter absque vlla temporis facta mentione. cap. 2. de solution. & capit. 2. de offic. iudic. deleg. lib. 6.

Quintò fertur cum exclusione temporis, vt quando fertur in perpetuum, seu quod idem est, sine spe veniæ, aut dispensationis, vt in cap. 1. §. fina. de electio. lib. 6. & ca. 1. de temp. ordin. lib. 6. de quibus omnibus in sequentibus breuiter agendum est.

2 Quoad primum, si suspensio feratur per mensem, vel menses, quamuis nonnulli quoad tempus quo incipere deberet suspensio, dubitarunt, existimantes non incipere eo die, quo lata est, sed consequenti proximè, eo quod dies termini non numeretur in termino, argum. capit. 1. & ibi gloss. in verbo, proponitur, de restitut. spoliat. lib. 6. & Iason in l. 1. numero 20. ff. si quis caut. Communior tamen & recepta sententia est eodem die, & momento incipere, quo lata est, argumen. eorum, quæ habentur in capit. anteriorum, & ibi glossa, in verbo, dierum, & verbo, à recitatione, 2. quæstio. 6. & glos. in capit. prouida, in verbo, annum continuum, & addit. ibi, de electio. lib. 6. & glossa in capit. 1. in verb. proponitur, in fine, de restitut. spoliat. & facit cap. statutum, de præb. lib. 6. & capit. biduum, 2. quæstio. 6. & capit. cupientes, §. ceterum. vers. Ex tunc inchoandum, de elect. lib. 6. Bald. in l. 3. ff. si quis caut. Hugolin. tab. 3. ca. 15. num. 2. cuius ea ratio est: quod censuræ Ecclesiasticæ secum executionem ferunt, vt habetur in capit. pastoralis, §. verum, de appell. & proinde suspensio, quæ censura Ecclesiastica est, statim obligabit, vnde, quod initio dictum est, solum locum habebit in ijs, quæ secum executionem non trahunt.

3 Pari ratione de mense, & anno dicendum est; vbi tamē annotandum est, quod licet annus ordinario tempore incohoari soleat Calēdis Ianuarij, & Mensis primo eiusdem mensis die; hebdomada verò die Dominico: Quia tamen necessum sæpius est, vt alio tempore hæc omnia inchoari debeant, vt exempli gratia, si quis anno, aut mense cępto delictum commisit, ob quod per annum, aut mēsem ab homine, vel a iure suspenditur, non statim ac Iudex, & ius voluit, hic suspenderetur, si initium anni, vel mensis ordinarii expectanda essent, ideo factum est, ut & annus, & mensis & hebdomada in huiusmodi casibus quocumque temporis momento incohentur, ex Bald. in l. de diuisione. nu. 1. & Alexand. num. 2. & Iasone, num. 7. ff. sol. matrimon. qui annus, mēsis, atq; hebdomada, eo quod vt res emergens postulat, extraordinario tempore inchoantur, emergens annus, mensis, & hebdomada nominantur, vt post alios Hogolin. in tab. 4. cap. 15. §. 3. tradidit.

4 Dissentiunt tamen inter se Doctor. qualiter numerari debeat mensis, si cępto iam mense quis in censuram incidat, & quot dies pro mense computari debeant. In qua re aliqui triginta, & vnum dies; alij triginta dies; alij viginti & octo dies pro mense quolibet numerari volunt; quorum authores, numerantur a Baldo, in l. eos, §. si autem. num. 9. de appellat. & Philip. Franc. in cap. Quam sit. §. electus, & Gemin. ibi, numero secundo, & glossa ibidem, in verbo, Mensem, & Addition. ibi, de electio. in 6. Ceterum, his omissis, communior & receptior opinio est, quod in huiusmodi casibus computari debeat mensis ex communi opinione, & populari modo computandi, scilicet, a die signato illius mensis in quo lata est suspensio, vt verbi gratia, a primo, secundo, vel tertio, vsque ad eundem in ordine diem mensis sequentis. Hinc fit, vt mensis iste aliquādo maior sit, aliquando minor, ita glossa in capitulo, quam sit, in verbo, mensem, & Ioann. Monach. numero 5. & Ioann. Andr. de electio. lib. 6. Guil. de monte Landuno, in Extrauag. Suscepti regiminis. numero 31. ne Sede vacante. Alexand. lib. 3. consil. 42. numero decimotertio, & lib. 5. consilio 514. numero quarto, Hugolin. tab. 4. cap. decimoquinto, §. si ergo, exempli gratia, decimo Maij die per mensem quis suspensus est, decimo Iunij die suspensio hæc terminabitur, qui tamen vltimus dies completus esse debet, nec sufficit, quod inceptus sit, ex Hugolino, vbi supra, §. quinto, post Din. Rain. Bald. Petr. Cin. & Alexand. quos refert, & sequitur

quitur Iason. in l. si cui legetur, num. 13. ff. de leg. 1. & Archid. in capit. si annum, de iudic. lib. 6. De hac re legi possunt, quæ tradit Nauar. tom. 1. consi. conf. 6. de ætat. & qualit. ordin. & Iarius consi. 18. de præbend.

5 Idem etiam dicendum est de computatione anni, vt numeretur à signato die mensis huius anni, in quo lata est sententia, vsque ad eundem in ordine diem eiusdem mensis anni sequentis.

6 Dubium tamen est: An si quis per duos, aut tres menses suspensus sit, & illis nondum elapsis incidat in aliam suspensionem duorum, vel trium mensium, aut maioris, vel minoris temporis, quando huius secundæ suspensionis tempus currere incipiat; In hac re nonnulli, quos refert Zabar. in Clemen. 2. de magist. existimant suspensionem secundam non incipere statim post commissum delictum: sed tunc, cum suspensionis primæ tempus elapsum sit, vt sic iteratio delicto, etiam pœna iteretur, arg. quicunque. C. de seru. fugit. & quia aliàs vnum ex delictis aliquando nō puniretur, maxime, si prima suspensio hodie, & secunda die sequenti inciperet, cum tamen delicta multa esse non debeant, argum. cap. 1. de pœnis, iunctis gloss. & l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.

Communis tamen sententia est, vt ait gloss. in Clemen. 2. in verbo, sequentes, de magistr. & Zabar. ibidem in verbo, si quis, numero secundo versic. secundo quæro. & Imola ibi, numero 13. posterioris suspensionis tempus statim post commissum delictum incipere, facit d. l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & l. senatus, in fine, ff. ad Turpil. & Ioan. Andr. quem refert, & eum distinctione sequitur Panormit. in capitulo, cum in cunctis, §. fin. numero septimo, de elect. in prima parte distinctionis, & Hugolin. tab. 4. capitulo 15. §. 2. Ratio est, quia nisi is, qui censuram fert, explicet nolle se, vt tempus secundæ suspensionis currat, durante tempore suspensionis primæ, (in quo casu certum est tempus posterioris, non nisi finito tempore primę suspensionis currere, cum hoc a suspendentis voluntate dependeat, argumen. capitulo, cum voluntate, de sententia, excommunicatio. & l. non omnis, ff. si cer. petat. in quo casu vera est prima opinio) eo ipso, quod censura omnis secū executionem trahat, vt dicitur in capitulo pastoralis, §. verum de appellat. suspensio hæc secunda statim post secundam transgressionem inchoatur. Nec hoc mirum esse debet, quandoquidem eodem tempore eadem censura siue excommunicationis, siue suspensionis aliquis ligari potest; & ita sicut delictum, sic quoque pœna iteratur, quæ suspensio secunda facit, vt, licet postea a priori suspensione absoluatur, adhuc tamen secūda constringitur, argum. capitulo, pro causa, de sentent. excommunicat.

7 Difficultas maior est inter DD. An si quis per annum, aut mensem suspensus sit, & eo tempore interueniat bissextus, dies ille intercalaris in suspensione numerari debeat tamquam dies distinctus, nec ne? Et consequenter, an suspensus celebrare possit in die finis anni, quando suspensus esset per annum, aut in illo die intercalari, quando suspensus esset per mensem, & dies ille vltimus esset mensis. Pro qua re breuiter annotandum est ex glossa. in capi. quæsiuit, in verbo, qui duo, de verb. signific. Syluest. & Tabiena, in verbo, bissextus, Dur. Ration. diuinor. officio. libro octauo, capitulo tertio. & alijs, annum esse spatium, quo sol suum cursum conficit, quem 365. diebus, & sex fere, propter quędam momenta, quæ addun tur ad ipsas sex horas: Quæ sex horæ de quarto in quartum annum, sine computatione aliqua reseruantur, & faciunt in quatuor

8 annis vltra præfatum numerum 365. dierū 24. horas, quę coadunatę faciunt vnum diem naturalem, qui superabundat omni quarto anno, qui dies dicitur dies intercalaris, seu bisextilis; Intercalator quidem, quia interseritur, seu intercalatur illi mensi Februario tanquam breuiori post dies 23. Bissextilis autem, eo quod bis sedetur, & statur in vna littera Calendarij, hoc est, bis pronunciamus illo anno sexto Calend. Martij, vbi interponitur ille dies, scilicet 24. Februarij. His ita prænotatis, inter DD. controuertitur, an dies ille intercalaris in suspensione numerari debeat, tamquam dies distinctus, nec ne, ita vt liceat eo die celebrare, nec ne? qua de re variæ sunt DD. opiniones.

Prima est glossa in capitulo 2. in verbo, Anno, distin. quinquagesimaquinta & in cap. quæsiuit. §. final. in verbo, qui duo, de verb. signific. dicentis annum in huiusmodi rebus semper computandum esse numero 365. dierum, & consequenter in bissexto licite celebrari posse vltimo die anni, vel mensis. Quod probat primo a simili, quia libertas promissa seruienti per annum acquiritur hoc ipso, quod quis seruit per dies 365. vt habetur in l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de statu liber. Secundò probat ratione, quia saltem in pœnis non est facienda ampla interpretatio, argumen. capit. pœnit. distinctio. 1. & capit. odia, & cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Suspensio vero pęna est, non ergo eam putare debemus annum, vt contineat vnum diem amplius. Contra hanc tamen videtur esse textus d. cap. quæsiuit. §. fina. de verb. signific. vbi simpliciter dicitur in bissexto biduum quasi pro vno die reputari, & in l. eum bissextus, ff. eod. & in l. 3. ff. de minorib. §. minorem. vbi dicitur diem intercalarem cum præcedenti numerari.

10 Secunda est glossæ iuris ciuilis in l. secunda ff. de diuersis & temporal. præscript. & Hugonis, quæ etiam placet ibi Bart. & in d. l. cum bissextus. ff. de verb. significat. vt refert Panormitanus in capit. quæsiuit, numer. 4. de verb. significat. dicentium numerationem temporis fieri posse duobus modis, vno modo per species ipsius temporis, ita scilicet, vt terminus statuatur per numerum annorum, vel mensium, v. g. per annum, biennium, per duos, aut tres menses; & sic dicunt diem intercalarem vna cum die præcedenti quasi pro vno die computari, nec esse diem distinctum, si bissextus tunc accidat, vnde totus annus, vel mensis bissextilis compleri debet, vt quis a suspensione absoluatur, & celebrare possit: Alio modo per minutias temporis, ita scilicet, vt terminus statuatur per numerum dierum, verbi gratia, suspendo te per decem, aut viginti dies; & sic dies intercalaris computatur vt dies distinctus a præcedenti, quia vere dies ille est dies distinctus, sicut quilibet alius dies anni, vel mensis; Vnde si vel decem, vel viginti dies abierint, erit absolutus a suspensione, etiam si dies bissextilis non effluxerit.

11 Tertia est Panormit. in d. cap. quæsiuit. num. 4. de verb. significat. dicentis, quod aut terminus statuitur per numerum dierum, puta, quod seruiat, vel suspensus per quadraginta dies, & tunc tam in fauorabilibus, quam in odiosis dies bissextilis oro distincto die a præcedenti computatur, vt dixit glossa in secunda parte diuisionis suæ, vt videtur colligi ex l. 2. ff. de diuersis, & temporal. præscript. Aut terminus statuitur per numerum annorum, aut mensium, & tunc distinguendum est inter materias odiosas, & fauorabiles, vt in odiosis dies intercalaris numeretur tamquam distinctus à præcedenti, sicut vere est dies distinctus, quomodo locum habebit in ista materia suspensionis, quæ est pœnalis, & in materia seruitutis, de qua in d. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu liber. & notat glossa, in capitulo si propter. in verbo, primi anni, de rescript. lib. 6. & licet Bart. in expositione illius legis velit legem illam non loqui de anno bissextili, sed de anno communi, vt tamen Panormitan. vbi supra notauit, hoc gratis dicitur a Bart. & diuinare videtur, quia lex illa simpliciter, & absolute loquitur, & consequenter vniuersaliter determinat annum 365. diebus in seruitute. In materia verò fauorabili, diem bissextilem cum præcedenti quasi vnum cum eo numerandum esse putat, arg. l. 3. §. minorem ff. de mino-

minorib. & cum eo consentiunt Syluest. & Tabiena, verbo Bissextus.

12 In hac igitur quæstione simpliciter dicendum puto, siue statuatur terminus per numerum annorum, & mensium, siue per numerum dierum, dies intercalaris non computandus erit, tanquam vnus die cum præcedenti, sed numerandus erit pro dies distincto, quandoquidè dies ille est verus dia, sicut quilibet alius dies anni, & mensis, & hoc ratione illa, qua vtitur glos. vbi supra, quia cum suspensio sit pœna, restringi potius, quam ampliari debet. argum. cap. pœnæ, de pœnit. dist. 1. & cap. odia, & cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. vnde suspensus per annum, elapsis 365. diebus. aut per mensem Februarij; elapsis 28. diebus statim sine peccato, aut irregularitatis nota celebrare potest, etiamsi bissextilis, seu intercalaris ille dies adhuc supersit; cum dies ille vere dies sit 366. anni, & 29. mensis, & sic expressè docent glos. in d. c. s. distinct. 55. & d. cap. quæsiuit. vbi supra. & consentit Panormit. in materia odiosa, quos sequuntur Syluest. & Tabiena vbi supra. & idem Syluester in verbo, suspensio, quæst. 5. in fine, & expresse in hac materia irregularitatis id docent Angelica, in verbo. Bissextus. Henriquez lib. 13. de excommun. & suspens. capit. 35. §. 2. Hugolino de censur. Eccles. tab. 4. cap. 15. §. 1. num. 3. & Bern. quem ipse Astensis in Summa, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. quæst. 17. refert, & sequitur gloss. in d. capit. quæsiuit. Quoad loca vero citata, in quibus dicitur duos dies pro vno computari, intelligi debent, quantum ad terminum numerationis anni, seu mensis, vt annus anno, & mensis mensi connectatur, eo quod dies ille intercalaris est pars anni, vel mensis præcedentis, & nullo modo numerari potest cum anno, vel mense futuro. Similiter responderi potest, iura illa locum habere quantum ad iudicia, non autem quantum ad cursum Solis, aut Lunæ, cum vere facta sit vna circulatio Solis, aut Lunæ; sicut etiam certum est iura illa non habere locum quantum ad contractus, vt constat expresse in l. 2. ff. de diuersis, & temporal. præscription. Et denique dicendum est non habere locum in pœnalibus, vt ex dictis manifestum est.

13 Vltimo circa hunc primum suspendendi modum annotandum est, suspensionem istam ne momento quidem temporis durare post lapsum temporis constituti, sed eo ipso, quod elapsum est tempus, cessare, ex gloss. in Clemen. 1. in verbo, donec, de decimis, & Innocent. in cap. cum bonæ, de æta. & qualita. ordin. Coro. Conf. ss. tit. de Suspensione, num. 8. & Iacobo. de Graffijs, lib. 4. decisio. capi. 15. num. 14. & Alphonso Vualdo, tit. de Suspensio. num. 180. ante lapsum autem istius temporis si lata sit a iure, potest tolli nisi a Sūmo Pontifice, eo quod diminuere tempus, est in iure dispensare, vt latius infra dicemus, cum de absolutione suspensionis agetur. Si vero lata sit ab homine, poterit ante lapsum temporis tolli ab eo, a quo posita est communiter, vel a superiori, aut ab eo qui succedit in dignitate eius, hic enim reputatur eadem persona, ex Nauar. in Manual. cap. 27. nume. 162. versic. Septimo dico. & Henriquez lib. 13. de excomm. & suspensio. cap. 35. §. 2. de qua re infra agemus.

14 Circa secundum modum suspendendi notandum est, suspensionem illam, quæ fit, donec satisfaciat, etsi facta satisfactione statim cesset, nec aliam requirat absolutionem, vt suo loco dicemus, declarationem tamen Iudicis super satisfactione facta requirit: sic gl. in Clem. 1. in verbo, donec de decimis. Gemin, in cap. 2. in fine de censibus lib. 6. Ripa, in cap. 5. num. 25. versic. sed tenenda, de iudic. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. in princip. Corona Confess. vbi supra, & Iacobus de Graffijs loco prox mè citato. Hugol. in tab. 4. cap. 4. §. 2. num. 5. maximè, vbi suspensus denunciatus fuerit. Quæ declaratio ad hoc infertur, tum, ne scandalizetur populus, si celebrantem, & diuina facientem videat; tum, vt tueri se possit contra aduersarium, si suspensionem ei objiceret: & ad hoc facit ca. 1. de purgat. canon. & cap. presbyter si a plebe. 2. quæst. 5. Quibus addi potest ex Fe-

15 lino in ca. 1. nu. 5. & 7. de iudic. quòd etiam si huiusmodi suspensus celebrarat ante declarationem Iudicis, post factam tamen debitam satisfactionem non effici irregularem, quia suspensio hoc ipso tollitur, quod satisfactio facta sit, & Iudicis declaratio ad tollendam suspensionem non requiritur, sed solum, vt de satisfactione facta publice constet. Et idem cum Felino tradit Dominicus ab eodem relatus, quos etiam sequitur Hugolin, vbi supra, tab. 4. §. 5. num. 4. quicquid Syluest. loco inferius citando, & Tabiena cit. talem irregularem esse dicant.

26 Dubium tamen est in hoc secundo modo de illa suspensione, *Donec pœniteat*; An ista suspensio sit vera censura Ecclesiastica, & quæ irregularitatem trangressori inducat, an solum sit suspensio iuris diuini, qua existens in peccato mortali a celebratione prohibetur? Prima opinio est Syluestri, in verbo, irregularitas, quæstio. 27. Tabienæ verbo, irregularitas, 4. in princip. & num. 5. versic. quarto, Simonis Maioli lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 16. vers. quinta declaratio. post Specul. in tit. de dispens. 1. §. iuxta, vers. item quando dicitur. & vers. in suspensione autem distinguitur. & Alphonsi Vualdi, in suo Candelabro aureo, tit. de suspensione, nu. 160. dicentium hanc esse suspensionem solum iuris diuini; vnde non efficietur quis contraueniendo irregularis. Quod probant ex conditione quam sibi habet annexam, quæ in solum Deum refertur, cui solum de pœnitentia nostra constare potest.

Contrariam verò sententiam tenent Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 77. versic. decimoquinto, & cap. 27. num. 154. vers. octauo dico, vbi asserit veram esse censuram Ecclesiasticam, & Iacobus de Graffijs, lib. 4. decis. cap. 25. num. 14. & fauet Corona Confesso. vbi supra, tit. de susp. num. 8. Idemque pluribus affirmat Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 1. num. 5. de homicid. & probat Nauarrus, quia sub ista forma, *Donec pœniteat* inuenitur in iure lata suspensio ab ingressu Ecclesiæ, vt in c. si qui sunt, & ibi glo. in verbo, emendent, distinct. 81. suspensio autem ab ingressu Ecclesiæ non est iuris diuini, sed iuris Ecclesiastici: vnde consequens est, quod si taliter suspensus ante pœnitentiam celebret extra Ecclesiam, non violare suam suspensionem, quæ est iuris Ecclesiastici, violare tamen illam, quæ est iuris Diuini; Ex quibus etiam sequitur, illum si ante pœnitentiam in Ecclesia celebret, effici irregularem: quia violans suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, irregularis est, vt habetur in cap. is cui, de senten. excommun. libro sexto. His addo suspensiones omnes in hoc secundo modo contentas durare pro voluntate ipsius suspensi, non quod absolute suspensus sis, quamdiu sibi placet, sed quod in eius potestate sit exercere actum, per quem liberetur a suspensione faciendo id, quod in ipsa suspensione continetur, scilicet pœnitendo, vel alium similem actum faciendo.

17 Circa tertium modum nulla est difficultas; cum. n. suspensio relicta sit in voluntate alterius, scilicèt Pontificis, aut Prælati, tamdiu suspensus erit, quamdiu ipsi, Prælato, aut Pontifici placebit. Illud tamen annotandum est Prælatos pro sua mera voluntate non debere diutius protendere istam suspensionem, præsertim ex odio, ad sumendam vindictam, sed debere in hoc sese prudenter gerere, & tamdiu hominem suspensum detinere, quamdiu ad eius correctionem expedire iudicauerint; quandoquidem censuræ non sunt Ecclesiæ gladius ad iniurias priuatas vlciscendas, sed solum gladius medicinalis, iuxta ea, quæ habentur in

cap.

cap. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. deuotissimè Synodus Tridentina, sess. 25. de reforma. capitu. 3. admonuit.

18. Quoad quartum, & quintum suspendendi modos, notandum solum est suspensiones has tamdiu durare, quousque ab habente facultatem relaxentur, nec alio modo tolli posse, quàm per solutionem, aut relaxationem. Differunt tamen hæ duæ, quòd prior tota manet in latitudine suspensionis; posterior vero (vt suprà diximus) nonnihil de natura priuationis, seu depositionis participat; vnde fit, vt posterior communiter non nisi per Sedem Apostolicam relaxari possit, & per hãc etiam difficilè relaxatur, vnde etiam consequens est, eam nonnisi ex grauissima causa ferri debere, & ob eam tantum, quæ depositionem mereatur.

De Appellationis effectu in hac materia suspensionis. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Appellatio tam ante, quam post sententiam suspensionis fieri potest.*
2 *Appellatio ante sententiam suspensionis facta illam annullat, & inualidam facit.*
3 *Appellationis natura est, vt vbi interposita fuerit, acta postea facta annullet.*
4 *Appellatio præcedens sententiam quibus in casib. sententiam sequentem non suspendat.*
5 *Appellatio frustratoria iudicis auctoritatem non suspendit.*
6 *Appellationis remedium ad innoxios saluandos a iure introductum est.*
7 *Appellatio post latam sententiam facta suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesiæ non suspendit.*
8 *Suspensiones, quæ sunt de materia mere spirituali, per sequentem appellationem non suspenduntur.*
9 *Suspensio a beneficio per sequentem appellationem impeditur.*
10 *Beneficium non est quid mere spirituale.*
11 *Suspensio a Pontificalibus an per sequentem appellationem impedita sit.*
12 *Suspensio, quoties dubium est, an res sit spiritualis, nec ne, an per sequentem appellationem suspendatur.*
13 *Suspensio ab ingressu Ecclesiæ, & officijs diuinis an aliquo casu per sequentem appellationem impediatur.*
14 *Appellatio sequens censuram, quæ effectum coniunctum habet, suspendere non potest.*
15 *Sententia semel suspensa, valide interponi potest appellatio, ita vt elapso termino suspensionis nulla sit sententia.*

1 QVoniam de appellatione nonnulla dicta sunt in materia excommunicationis, quæ etiam suspensioni accommodari possunt, ideo breuiter solum, quid appellatio in ordine ad suspensionem operari possit ostendendum erit; & quia appellatio hæc aut ante sententiam suspensionis, aut post eam interponi potest, de vtraque dicemus.

2 Primo igitur appellatio, quæ sententiam suspensionis præcedit, communiter non tam ipsam suspensionem sequentem suspendit, quam illam annullat prorsus, & inualidat, arg. cap. ad hæc quoniam, de appellat. & capitulo cùm contingat. de offic. deleg. capitulo per tuas, de sent. excommun. & cap. solet, tit. eod. libro 6. & in cap. venerabilibus, eod. tit. & lib. Quibus in locis, licet sermo fit de excommunicatione tantum, idem tamen iudicium est de alijs censuris, argum. capituli quærenti, de verb. signific. & expresse docent glo. in capit. licet, in verbo, excommunicationis, de sent. excommun. libro 6. Panorm. in capitulo ad hæc quoniam. numero primo, de appell. Tabiena, verbo, suspensio, numero nono, vel octauo. Angelica, in verbo, suspensio, 3. numero 10. Syluest. verbo, suspensio, q. 3. Hugolin. tab. 1. capitulo 2. §. 23. numero 9. Eadem enim ratio in his omnibus censuris est, quæ ratio ex intrinseca natura ipsius appellationis desumitur, cuius hæc natura est, vt vbi interposita fuerit, ita manus Iudicis liget, à quo appellatur, vt in illa causa progredi non possit, & si progreditur, acta communiter pro infectis habentur, ex eo, quod appellatione huiusmodi Iurisdictionis vsus impeditur, atque suspenditur, vt dixit Romanus Pontifex in capitulo si a Iudice.
3 & ibi notat Gemin. numero 3. & ibidem etiam Franc. & DD. de appell. libro 6. Dixi, *communiter*, & non dixi *semper*, quia dantur aliqui casus, in quibus gesta post appellationem valida sunt, & consequenter appellatio præcedens sententiam sequentem non suspendit.

4 Vnus est, quando conceditur Iudici, vel in iure, vel ex speciali mandato principis, vt in causa progrediatur postposita appellatione, vt in Concil. Trident. sess. 13. de reform. capitulo 18. ver. deinde. & sess. 25. de regul. capitulo 13. & sess. 24. de reform. capitulo 10. & alibi sepè. id quod latius tradunt Felin. in capitulo intellleximus. de iudic. numero 18. & in capitulo significauerunt, numero 19. de except. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 2. capitulo 16. §. 7. numero 3. Et licet istæ Clausulæ, *omni appellatione remota*, vel *Appellatione remota*, vel *Cum negatione audientiæ*, & aliæ similes non sint semper talis efficaciæ, vt omnino prohibeant appellare, neque, vt gesta post appellationem semper sint valida, illud tamen saltem operantur, vt sententia post appellationem prolata non sit omnino ipso iure nulla, sed potius annullanda; vnde, quousque declaretur, sententiæ, & censuræ standum est. Vbi tamen notandum est, quod cum Clausula hæc, *Appellatione remota*, ab inferiore ipso Principe addi non possit, argum. eorum, quæ dixit glo. in cap. fin. in verbo, Figura, de hæret. libro 6. & inquiunt Salicet. & Imola, relati à Felino, in cap. significauerunt, nume. 20. de except. ideo inferiores Romano Pontifice, aut Concilio Generali, vt Episcopi, ratione hac censuram aliquam ferre non possunt, vt ait Felin. vbi supra, nam nec causas appellatione remota delegare poterunt.

5 Alter casus est, quando appellatio est prorsus frustratoria, & improbabilis, ita vt per Iudicem, ad quem fit appellatio, statim repellenda sit; quem casum notat Syluest. verbo, suspensio, nu. 3. & facit cap. cum appellationibus. de appell. lib. 6. futilis enim appellatio Iudicis Iurisdictionem non suspendit, vt colligitur ex d. ca. cum appellationibus. & idem colligitur ex cap. pastoralis, §. verum, iuncta glo. in verbo, casu, & expresse Panormit. ibi, §. verum, numero 14. vers. quoad primum, de appel. vbi citat ad hoc d. ca. cum appellationibus, & capit. non solum. de appellat. lib. 6. Idē tradunt Marian. Soc. senior, in ca. nulli, nu. 40. vers. decimo quæro, de sentent. excom. & Anch. in c. solet, nu. 3. de sent. excom. lib. 6. &

6 Hugolin. tab. 1. cap. 13. §. 18. numero 13. & denique id constat ex cap. 2. de appellat. vbi dicitur, *Remedium appellationis a iure introductum ad innoxios sublevandos, alicui à Religionis, & ordinis obseruantia exorbitanti, in sua nequitia patrocinium exhibere non debere.* & idem testatur Angelica, in verbo, suspensio, 3. numero 10. vbi etiam citat Ber. & Hostiensem, in capit. pastoralis. de appellat.

7 Secundo, appellatio interposita post latam sententiam

riam suspensionis, aliqua habet certa, aliqua dubia. Certum autem est, & ab omnibus concessum huiusmodi appellationem saltem in aliqua materia non suspendere censuram istam, vt patet ex capitulo ad hæc quoniam, de appellat. quo in loco, quamuis sermo proprie sit de interdicto communiter, tamen a DD. idem iudicatur de aliquibus suspensionibus, & expressius, & magis in particulari id habetur in capitulo is cui. §. fin. de senten. excommun. libro 6. vbi in specie determinatur has duas suspensiones, scilicet, ob officio, & ab ingressu Ecclesiæ etiam per appellationem sequentem minimè suspendi, & gloss. ibi, in verbo, Sequentem. & Steph. Costa, numero decimotertio. S. Anton. tertia par. titu. 28. capitulo quarto, ver. item nota. Summa Pisanella, in verbo, suspensus, ver. vtrum suspensio. Angelica, verbo, Suspensio, 2. numero primo. Syluest. verbo, suspensio, quæst. 3. Summa Confessor. in addition. libri 3. tit. 29. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro tit. de suspensione, numero 135. Tabiena, in verbo, suspensio, nume. 9. ver. octauo.

8 Notandum autem est ex glo. in d. capit. is cui. in verbo, sequentem, de sent. excom. libro 6. præter illas duas suspensiones ibi allatas esse etiam alias suspensiones, quæ sunt de materia mere spirituali, quæ per sequentem appellationem non suspenduntur, & hoc propter identitatem rationis; vnde subdit ibi glossa suspensiones, quæ suspendunt à rebus merè temporalibus, suspendi per appellationem sequentem: nam si iudex a temporalibus suspenderet, puta ingressu alicuius possessionis, appellando ab eo, suspendo effectum sententiæ, argum. l. non tantum, ff. de appellat. suspensiones autem, quæ à rebus merè spiritualibus suspendunt, & quæ animam ligant, per sequentem appellationem non suspenduntur. Quod idem docent Innoc. & Panorm. in capitulo ad hæc quoniam, numero primo, de appell. & Hostiensis, vt refert glo. vbi supra, & sequitur Tabiena, in verbo, Suspensio, numero nono, ver. octauo. Angel. verbo, suspensio. 2. numero primo. Syluester, verbo, suspensio, quæst. tertia, & Alphonsus Viualdus vbi supra.

9 Dubium tamen primum est, An suspensio à beneficio per sequentem appellationem suspendatur;

Prima opinio est Hostiensis relata à glo. in d. capitulo is cui, in verbo, sequentem, de sent. excommun. libro 6. dicentis suspensionem hanc duobus modis fieri posse; vno modo suspendendo à beneficio; alio modo suspendendo a fructibus ipsius beneficij: si fiat primo modo, non suspenditur per sequentem appellationem, quia beneficium est quid spirituale; si secundo, modo per appellationem sequentem suspenditur, quia fructus beneficij sunt aliquid temporale. & concordant Angelica, verbo, Suspensio, 2. numero 1. Syluest. in verbo, suspensio, num. 3. & Tabiena, in verbo, suspensio. numero nono, vers. octauo.

Secunda opinio est Innoc. & Panorm. in cap. ad hæc quoniam, numero primo, de appellat. et Io. And. in cap. is cui, & glossæ ibi in verb. sequentem, de sent. excomm. libro 6. dicentium suspensionem à beneficio per appellationem sequentem suspendi; immò Panormit. addit hanc sententiam semper menti tenendam esse, & mihi placet, quæ facilè suaderi potest. Primò quia textus d. c.

10 is cui, restringit se ad illas duas tantum, & ad summum locum tantum habet in alijs merè spiritualibus, sed beneficium non est quid merè spirituale, vnde beneficium dicitur spirituale, tanquam spiritualibus annexum. Secundò, quia cum odiosum sit, & pœnale sententiam per sequentem appellationem non suspendi, restringi, non ampliari debet, arg. capituli, odia, & capituli, in pœnis, de reg. iur. libro 6. & capitulo pœn. de penit. dist. prima. Tertio, quia suspensio à beneficio ex communi sententia, vt diximus capitulo primo, & cap. 6. non suspendit titulum ipsius beneficij, qui est spiritualis, sed suspendit a perceptione fructuum, qui sunt mere temporales.

11 Dubium secundum est, an suspensio à Pontificalibus, seu ab vsu Pallij suspendatur per sequentem appellationem; Panorm. in capitulo ad hæc quoniam, numero 1. de appellat. putat suspendi, & affert pro se Hostiensem, in d. capitulo ad hæc quoniam, & Innoc. in c. 1. de sent. excommun. libro 6. & probari potest, quia, vt diximus cap. 4. hæc suspensio primo, & per se, seu directè suspendit ab vsu illius apparatus Pontificalis, & consequenter suspendit ab omnibus illis actibus qui sine huiusmodi apparatu Pontificali fieri non possunt; at vero apparatus iste aliquid temporale esse censetur. Suspensio igitur hæc per sequentem appellationem suspenditur quoad hanc temporalitatem; Suspensa autem hac temporalitate, consequenter etiam suspenditur suspensio illa consecutiua, nimirum ab actibus ordinis. Mihi videtur valde probabile suspensum à Pontificalibus post appellationem exercendo actus proprios Pontificis cum omni solemnitate non effici irregularem, de qua re latius agemus in sequentibus. Hoc autem notandum est post factum, vt Episcopum, qui post huiusmodi suspensionem celebrasset, non ita facile iudicemus fore irregularem.

12 Dubium tertium est, de illis suspensionibus, de quarum materia dubium est, an sit spiritualis, vel temporalis; An stante tali dubio, appellatio sequens illam suspendere intelligatur, ita vt post illam appellationem celebrare possit. In qua re Innocent. in capitulo ad hæc quoniam, de appellat. respondet in dubijs partem tutiorem esse eligendam, ideoque a celebratione abstinendum. Ceterum hæc responsio primo mihi videtur esse consilij tantum, non necessitatis, nam in dubio melior est conditio possidentis. Secundo puto plurimum ante factum tutius esse, vt homo abstineat, post factum autem nunquam iudicarem irregularem re existente dubia; & quando multum interesset istius suspensi validitas suspensionis, tunc ne abstinendo a celebratione sibi præiudicat, putarem absque vllo scrupulo celebrare posse, & aliquando etiam forte debere, maximè si ex eo quod non celebraret, sequeretur graue scandalum.

13 Dubium, quartum est, An suspensio ab ingressu Ecclesiæ, & officijs diuinis aliquo casu per appellationem sequentem suspendi possit. Exempli causa, si iudex, qui tulit hanc sententiam, ipsam ad tempus suspendat, an appellatio interposita, quando sententia manet suspensa per iudicem, ita suspendat ipsã sententiam, vt elapso termino, per quem fuerat à Iudice suspensa, adhuc suspensa maneat?

Prima sententia est non posse suspendi per appellationem in hoc casu, sic Lauren. Vinc. & Tancred. quos refert glo. in c. ad hæc quoniam, in verbo, interdictum, & in capit. dilectis, §. quia, in verbo, suspendendum, de appellat. & Caldetinus relatus à Panormit. in capit. ad hæc quoniam, num. 4. & in cap. dilectis. num. 22. de appellat. & Innocentius in cap. cum inter, de consuetud. quam etiam sententiam sequitur Bal. in l. cum alijs, C. de cura. furios. & in l. fin. colum. 2. versic. & circa hoc fuit dubium. C. si a non compet. iud. & Hugolinus de censur. Eccles. tab. 1. cap. 9. §. 11. numero 10. & probant primo ex capitulo is, cui, in fine, de sentent. excommunic. libro 6. vbi absolute dicitur suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & ab officijs diuinis per appellationem sequentem non suspendi. Quod si quis respondeat Capitulum illud locum habere, quando sententia non est suspensa; Contra secundò est, quia illud cap. indifferenter, & simpliciter loquitur; & quamuis censura sit suspensa quantum ad effectum, quantum tamen ad substantiam manet; non igitur per appellationem suspendi potest. Tertio, quia Iudex suspendens censuram à se latam, non per hoc intendit præiudicare sibi, ergo non suspendit illam in tantum, vt appellatione exinde fieri possit inualida.

Secunda

Secunda opinio est asserentium appellationem interpositam infra terminum, in quo censura suspensa est, validam esse. Sic gloss. in d.c. ad hęc quoniam, in verbo, interdictum, & in cap. dilectus, in verbo, suspendendum, de appellat. quamuis multum intricate, & dubiè in hac re procedat; tandem tamen in hanc potius sententiam inclinat citans etiam pro hac quendam Guilm. Naso. eandem tenet Ioan. de Lignano relatus à Panorm. in d. cap. ad hęc quoniam, numero quinto, in quęstione singulari, quam mouet super hac materia occasione cuiusdam interdicti, quod suspendebatur à iudice, post cuius suspensionem fuit appellatum; quæ etiam disputatio habetur in eius tractatu de Ecclesiastico interdicto. Eandem etiam defendunt Ioan. Andr. & Card. quos idem Panorm. vbi supra refert, ac sequitur, vbi ait esse communem. & Augelica, in verbo, interdictum, 8. nume. 4. Tabiena, in verbo, interdictum, 1. §. 1. Quæ sententia satis euidenter colligi videtur ex cap. dilectis, de appellat. vbi reprehenditur quidam Decanus Altissodorensis, qui suspenderat sententiam interdicti à se latam, & parte infra terminum prædictæ suspensionis appellante, prædictus Decanus non detulerat appellationi, sed illa non obstante processerat in causa. In toto igitur contextu illius cap. apparet, non ob aliam causam prædictum Decanum à Pontifice reprehendi, quam quia appellationi prædictæ non detulerit. Supponit ergo Pontifex appellationem illam fuisse validam. Deinde, quia licet appellatio sequens non possit suspendere censuram, quando illa habet effectum coniunctum, quando tamen effectum coniunctum non habet, suspendere potest. Exempli gratia, si aliquis suspensus esset ab ingressu Ecclesiæ sub conditione, sine vllo dubio, antequam adueniat conditio, valide appellare potest, & non alia est ratio cur hoc possit, nisi, quia tunc censura non est coniuncta cum effectu, posteaquam autem conditio aduenerit, appellare amplius non potest, quia censura habet effectum coniunctum; sed eadem omnino est ratio siue censura ab initio non habeat effectum coniunctum, siue ex facto, id est, per suspensionem Iudicis, postquam semel habuit effectum. Ergo sicut illa, quæ ab initio non habuit effectum coniunctum, suspendi poterat, ita & ista, quæ ex post facto effectum non coniunctum, seu suspensum habet, suspendi potest, & consequenter sicut illa appellatio interposita valida est, & hæc similiter valida erit.

15 Et quibus constat, quid ad primis opinionis rationes respondendum sit, Nam d.c. cui, loquitur, vbi sententia non est suspensa: quæ responsio non tollitur vi argumenti secundi, quandoquidem sicut sententia sub conditione lata interposita appellatione sic suspenditur, vt adueniente conditione non obliget, argum. c. præterea. 2. & ibi DD. not. de appell. eo quod conditio nihil ponat in esse, arg. l. si quis sub conditione, ff. si quis omiss. cau. test. vnde se habet res, ac si adhuc sententia lata non esset, ideoque quasi ante sententiam latam appellatio intercesserit, sententia redditur nulla, argum. c. per tuas. de sent. excom. in antiq. & c. solet. eod. titu. libro 6. ita etiam & suspensa semel sententia interponitur appellatio ita vt elapso termino suspensionis nulla reddatur; nec tamen iudex sibi præiudicat, eo quod eam suspendendo semel voluntatie iuri suo renunciare videtur, dando parti libertatem, vt intra terminum præfixum appellet, si id ei quauis ratione expedire videat.

De interruptione Suspensionis per iudicis auctoritatem. Cap. X.

S V M M A.

1 *Suspensionis effectus, sicut & excommunicationis, ad tempus suspendi & interrumpi potest.*

2 *Censuras ferendi potestas, quamuis iuris diuini sit, quod tamen hos, vel illos effectus censuræ habeant, iuris est humani positiui.*

3 *Interdicti quibusdam festis licitè diuinis interesse possunt.*

4 *Papa censuram quamcunque ita suspendere potest, vt eam transgrediens irregularitatem non incurrat.*

5 *Excommunicationis effectus non nisi à Papa suspendi potest.*

6 *Iuri communi omnes, excepto Papa, subiecti sunt.*

7 *Interdictum à se latum Episcopus suspendere potest, vt sic celebrari possit sine peccato.*

8 *Interdictum personale, & suspensio, quæ illi simillima est, suspendi possunt.*

9 *Excommunicatus, necnon interdictus ante pænitentiam absolui possunt.*

10 *Interdictum, sicut nec peccatum mortale aliquem extra Ecclesiam non ponit, sed id solum facit excommunicatio.*

11 *Censura Ecclesiastica ad nutum, & voluntatem ferentis ligat.*

12 *Suspensio, seu interruptio censuræ an censuram ipsam secundum substantiam, an vero secundum effectum tollat.*

13 *Censuræ substantia per interruptionem non tollitur, sed solum effectus eius ad tempus suspenditur.*

14 *Censura vnde habeat quod per appellationem omnem suspendi non possit, sicut per iudicis auctoritatem potest.*

15 *Appellatio ex sua natura censuras omnes suspendere potest, nisi Ecclesia aliter statuat.*



VT autem res tota manifestior reddatur, dubia quædam examinanda sunt, quorum Primum est, an censura per Iudicis auctoritatem suspendi, seu ad tempus interrumpi possit, ita vt illa non obstante licite intra illud tempus celebretur; In qua re aliqua certa sunt, aliqua verò incerta.

Primò quidem certum est effectus censuræ suspendi posse, vt de excommunicatione habetur in capitulo quoniam multos. 11. quæst. 3. & in cap. cum in dubijs, & in cap. cum voluntate. & in capit. responso. de sentent. excommunic. in antiq. & in cap. solet. eod. libro 6. vbi nobis cum excommunicato versari aliquando permittitur, quamuis excommunicatio vi sua id prohibeat. & de interdicto idem colligitur ex cap. quod in te, de pœnit. & remiss. & in cap. non est vobis. de spons. & in cap. permittimus. de sent. excommunic. in antiq. & in capit. fin. de senten. excommunic. libro 6. vbi licet tempore interdicti diuina fieri, & ministrari prohibeatur, ex causa tamen quædam permittuntur fieri. & ratio est: quia censuræ omnes quoad suos modos, & effectus, sunt iuris positiui. Quamuis enim potestas ferendi censuras iuris diuini sit, quod tamen aut per excommunicationem quis communione Sacramentorum, & hominum priuetur; aut per suspensionem a functionibus Ecclesiæ arceatur; aut per interdictum à Diuinis repellatur, iuris positiui est, vt de excõmunicatione tradit Sotus quarto, distinct. vigesimasecunda, quæstione prima, articulo primo, versiculo ex his autem. Ius autem positiuum ab habente potestatem tolli, aut mutari potest, aut etiam suspendi, vt ex dictis constat, dum cum excommunicatis ex causa versari liceat, aut cum interdictis, & suspensis (dummodo denunciati non sint) in Sacramentorum, & diuinorum vsu participare concessum sit, arg.

arg. Extrauag. Ad euitanda scandala, immo etiamsi denunciati essent, in necessitate Sacramentum baptismi, & etiam pœnitentiæ ab ipsis sumere non prohibemur, vt communis DD. opinio testatur. & colligitur ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de casuum reseruat.

3 Secundo certum est effectum censuræ suspendi posse etiam respectu habito ad eum, qui censura irretitus, est, est enim excommunicato permissum, vt se tueatur, si oppugnetur, cap. eum inter, & cap. finali, de except. in antiq. & in capit. 1. de rescript. lib. 6. id quod non solum in profanis verum est, sed etiam in diuinis manifestum est, ex cap. alma mater, de sent. excomm. lib. 6. vbi interdictis ipsis permissum est quibusdam festis, vt licite diuinis interesse possint.

4 Tertio certum etiam est Summum Pontificem suspendere posse censuram quamcumque ad eum modum, vt ipsis sine vllo irregularitatis, aut alterius pœnæ metu Sacramenta sumere, aut ministrare liceat, Ratio est: quia tam censura quoad hos effectus iuris positiui est, ex Panorm. in cap. si vero, de sent. excomm. quam etiam ipsamet irregularitas, arg. cap. is qui, de sent. excomm. lib. 6. omnis enim irregularitas à iure positiuo est; & consequenter à summo Pontifice, qui iuri communi præest, argum. cap. proposuit, de concess. præb. tolli, aut suspendi potest omnis huiusmodi effectus, vt probatur argum. eorum, quæ habentur in proœm. Decret. in antiq. & lib. 6. & in ca. finali, de constit. & latius traditur ab Innoc. in cap. ad monasterium, de regular. & Panorm. in cap. nonnulli, num. 1. de sent. excom. & Felin. in cap. 1. num. 11. de constit. & a gl. fin. Clemen. vnica, in verbo, pro infectis, de immunit. Eccles. & a glos. in cap. ad hæc quoniam, in verbo, interdictum, de appel. vbi ait Papam permittere posse, vt in Ecclesia interdicta speciatim diuina licite celebrentur.

5 Quarto, ex communiori sententia excommunicationis censura suspendi non potest ab alio inferiori iudice, vt notat Decius in c. ad hæc quoniam, numero quinto, de appell. & facit, quod tradit glos. in c. præsenti, in verbo, declaramus, de sent. excom. lib. 6. vbi ait excommunicationem non posse suspendi, scilicet ab inferiori iudice, & Angelica, in verbo, excommunicatio, 2. num. 5. Tabiena, verbo, excomm. 2. num. 9. versic. nono. vbi ait excommunicationem aut totaliter tolli, aut totaliter ligare, ita vt reincidat in aliam numero, non specie, a qua absolutur cum reincidenda fuit, ex en scilicet, quia non se præsentat, vel quia non satisfacit, vel quia non se præparat. vt lib. secundo, de excommunicat. cap. 15. latius expositum est.

6 De interdicto autem, & suspensione dissensio est inter authores, solet autem tractari hæc quæstio a DD. de interdicto, quia verò ijdem DD. existimant suspensionem in hac re similem esse interdicto, ideo breuiter eam hic examinare oportet. Et quidem Calderinus, & Ioan. de Lignano in prædicta disputatione, vt refert Panormit. in capitulo, ad hæc quoniam, numero 5. de appellat. interdictum per Episcopum suspendi non posse docuerunt ea ratione ducti, quod effectus interdicti ab interdicto separari non possit, hoc est, actus primus, idest, sententia, seu vinculum à secundo actu, id est ab effectu separari non potest, quandoquidem censuræ istæ secum trahunt executionem, & consequenter remouere non possunt effectum remanente substantia, seu, quod idem est, sententia ipsa: eadem etiam opinionem sequitur Hugolin. de censur. Eccles. tab. prima, capitulo nono, §. vndecimo, numero 9. hac ratione motus, quod tam effectus suspensionis, seu interdicti, quam ipsamet suspensio, seu interdictum, quoad modos iuris positiui sint, ex Panormit. in capitulo, si verè, de sentent. excommunicat. nu. 8. cui iuri subijciuntur alij omnes excepto Papa, & ideo in eis dispensare, aut effectum eorum suspendere nequeunt.

7 Alij tamen, vt glo. in cap. ad hæc quoniam. in verbo, interdictum, & in cap. dilectis filijs. §. quia verum, in verbo, suspendendum, & ibidem Panorm. & Decius. & Card. & Ioan. Andr. vt refert Panorm. in d. cap. ad hæc quoniam. num. 4. & in d. c. dilectis, num. 22. & Butr. & Imola, relati à Decio, in cit. cap. ad hæc, nu. 5. Angelica ver. interdictum. 8. nu. 3. Tabiena ver. interdictum, 2. §. 1. Nauar. in Manuali c. 27. num. 165. & nu. 183. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 2. nu. 4. de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. cap. 47. §. 1. & Sotus 4. dist. 22. qu. 3. artic. 1. conclus. 5. versic. atqui illud docent Episcopum interdictum a se latum suspendere posse, vt sic celebrari possit sine peccato: quia sicut potest illud in totum tollere, ar. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. ita a fortiori potest illius effectum durante sententia interdicti suspendere, vt Io. Andr. argumentatur. Quorum opinio mihi magis placet, existimo enim tum a iure, tum à Iudice interdictum aliquod suspendi posse, quod euidenter colligi videtur ex ca. dilectis, de appell. vt rectè Panorm. ibi ponderauit, siquidem Decanus ille, qui suspenderat interdictum a se latum, non reprehenditur à Pontifice in hoc, sed solum in eo, quod non detulerit appellationi interpositæ post talem suspensionem. Ex quo textu duo inferuntur, vnum est non male fecisse suspendendo interdictum, quia ob hoc non reprehenditur, alterum est, prædictam suspensionem vere suspendere effectum ipsius interdicti, ita vt appellatio consecuta vim suam habeat, vt teneat sententiam in suspenso. Deinde id probatur ex c. alma mater, de sent. excom. li. 6. vbi interdictum generale loci in quatuor anni festiuitatibus suspenditur vt latius dicemus in materia interdicti, potest igitur sententia hæc suspendi. Et denique hoc ipsum ex communi praxi Ecclesiæ confirmari videtur, videmus enim sæpe censuras istas suspendi a prælatis, vt patet de suspensione interdicti per Decanum Altisiodorensem in d. c. dilectis. de appell. Idem de illa suspensione facta Bononiæ tempore Ioannis de Lignano vbi supra, ex quibus constat sententiam interdicti etiam in aliquo casu suspendi posse. Idem etiam tenet expresse Hostiensis relatus à Ioan. de Lignano, vbi supra, de sententia suspensionis, & alij omnes superius allati. Nec valent, quæ in contrarium afferuntur, falsum enim est effectum a sententia separari non posse, cum id ex omnium consensu auctoritate summi Pontificis fieri possit, quandoquidem censuræ omnes, earumque effectus a iure positiuo humano proficiscuntur, & quod inferiores etiam id facere possunt, & experientia testatur, & ex multorum DD. sententia, & ex ipso iure in d. capit. dilectis, colligitur.

8 Dubium secundum est, An interdictum personale suspendi possit, & hoc magis ad rem facit, quia interdictum personale est magis affine, suspensioni, de qua tractatur. In qua re Panor. in c. ad hæc quoniam. nume. 6. de appellat. respondet cum distinctione, si quis enim est personaliter interdictus propter propriam culpam, tùc, inquit interdictum hoc per suspensionem non potest suspendi; sin autem sit interdictus propter culpam alienam, tunc interdictum hoc suspendi posse putat, quod idem docuisse in cap. vt priuilegia de priuilegijs Innoc. affirmat. Quod probat: quia interdictus ob culpam propriam, ex qua non pœnitet, est extra Ecclesiam, non potest igitur hoc interdictum suspendi, quia per hanc suspensionem esset intra Ecclesiam, & sic simul esset intra, & extra ecclesiam.

His tamen non obstantibus, existimo dicendum simpliciter omne interdictum personale suspendi posse, & consequenter suspensionem, quæ est simillima interdicto personali, suspendi etiam posse. Id quod Hostiensis ea ratione probat: quia Iudex potest simpliciter tollere in totum interdictum personale etiam latum propter culpam ipsius interdicti, vnde a fortiori ipsum ad

tempus suspendere valet. Deinde non valet fundamentum Panorm. nam primò supponit hunc interdictum non pœnituisse, & ideo eius censuram non posse suspendi, quia non penitunt, quod est falsum; nam potest penituisse.
9 Secundo excommunicatus potest absolui ante pœnitentiam, ergo & interdictus, ergo a fortiori interdictum ad tempus suspendi potest, & hoc etiam si personale interdictum sit, & latum ob culpam propriam, in qua permanet; multa enim accidere possunt, quæ iustissimè valeant Iudicem inducere ad suspensionem illam temporariam constituendam potius, quam simplicem
10 in eius relaxationem, vel obseruationem. Tertiò, falsum est etiam quod ait Panorm. interdictum, antequam pęniteat, esse extra Ecclesiam; quandoquidem nec peccatum mortale ponit hominem extra Ecclesiam, nec sententia interdicti, solum enim excommunicatio hominem extra Ecclesiam ponit; Non ergo sequitur suspenso ad tempus interdicto, & homine in crimine, aut contumacia ob quam est interdictus, permanente, eundem esse simul intra, & extra Ecclesiam. Quod igitur interdictum personale suspendi possit, & ex dictis constat, & expresse docent Sotus 4. dist. 22. quæstion. tertia, art. primo, concl. tertia, ver. atqui illud & Syluest. verbo, interdictum, tertio, §. octauo, ver. tertio, Tabiena, verb. interdictum, tertio, ver. secundo, & vers. tertio. Angelica, verbo, interdictum, 8. numero tertio, Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 165. versic. secundo, quod excommunicatin, & numero 185. ver. decimosexto. Couar. in capitulo alma mater. par. secunda. §. tertio, numero quarto, de sent. excommun. libro 6. vbi ex professo contra Panorm. docet interdictum personale ob culpam propriam latum, manente interdicto in contumacia, ab Episcopo ad tempus suspendi posse, & etiam permittere posse, vt sic interdictus a se, celebrare possit officium diuinum sine nota irregularitatis, dummodo talem permissionem concedat ex causa, & ad tempus, ne videatur priuilegium date aduersus ius commone celebrandi tempore interdicti; & Henriquez etiam hanc nostram sententiam defendit libro decimotertio, de excommunic. & interdicto, capitulo 47. §. primo, & colligitur ex gloss. in capitulo præsenti, in verb. declaramus, in fine, de senten. excommunic. libro 6. & a fortiori suspendi potest interdictum latum in locum, ne interim celebrans iudicetur irregularis, quod intellige etiam ad tempus, ab eo, qui id tulit. id quod receptum esse docet Couar. vbi supra. cum gloss. Ioan. Andr. Anton. Cardin. Imola Franc. & Decin in capitulo ad hæc quoniam, de
11 appellat. Quorum omnium hæc ratio est; quia censura Ecclesiastica ligat ad nutum, & voluntatem Iudicis eam ferentis, capitulo veniens, secundo de testib. & capitulo significasti, de eo, qui dux. in matrim. & facit capitulum dilectis, §. quia verò de appellat.

12 Dubium tertium est, An per istam suspensionem, seu interruptionem censuræ tollatur ad tempus ipsa censura secundum substātiam, an solum secundum effectum? Omissis disputationibus DD. existimo duo hæc probabiliter dici posse.

Primum est ex Ioan. de Lignano vbi supra, & fauet Tabiena, in verbo, interdictum, 2. §. 1. valde probabile esse ipsam substantiam censuræ tolli ad tempus, ad eum modum, quo tollitur sententia excommunicationis, quando absoluitur cum reincidentia, seu quando quis absoluitur in articulo mortis a simplici confessario cum obligatione pręsentandi se superiori; per talem enim absolutionem vere tollitur censura, quæ tamen eadem specie redit, si homo non se præsentet superiori, quando commodè potest, vel non faciat illud, quod ei iniunctum est, quando absoluitur cum reincidentia.

Contra hoc tamen dictum obijci potest, quia sequeretur durante suspensione censuræ, hominem non posse simpliciter absolui ab ista censura, eo quod censura tunc non est. Cui Respondeo primo, non esse aliquod, si dicamus hunc durante suspens... non posse simpliciter absolui. Secundo dici... vere absolui posse, sicut absoluitur cum reinc... tequam reincidat, potest simpliciter absolui; ... ista absolutio hoc operatur, vt censura, quæ tempus debebat redire, non redeat, & vt hom... liber solum ad tempus, maneat perpetuo liber a... modi censura.

13 Alterum est, æque probabile, & forte prob... non tolli substantiam censuræ, sed solum effectu... ad tempus suspendi. Sic Innoc. in capitulo cum de consuetud. Panorm. in cap. Ad hæc quoniam, & in capitulo dilectis. numero 22. de appellat. & I... Andr. & alij ab eo relati. Couar. in c. alma mater, 2. §. 2. numero quarto, de sentent. excommunic. libr... & pro hac re faciunt, quæ traduntur in capitulo cum & plantare. §. quod si templarij, de priuileg. & l. sed... manente. ff. de precarijs, & l. peculium est. §. si ære. ... de pecul.

Contra hanc tamen sententiam duo obijci possunt.

Primo, hoc videri contra naturam ipsius censuræ; de intrinseca enim ratione censuræ est, vt trahat secum executionem, vnde habet, vt neque per sequentem appellationem suspendatur. Igitur poterit manente censura, suspendi executio.

Secundo, quia maior est vis appellationis in suspendendo effectum sententię, quam potestas iudicantis post latam sententiam, vt patet, quia appellatio suspendit infamiam secutam ex sententia, vt l. furti, ff. de his qui notant. infam. quam tamen infamiam Iudex suspendere non potest, quin sequatur condemnatum de furto, l. non potest, ff. de furr. sed appellatio suspendere non potest effectum sententiæ censuræ; ergo minus ipse Iudex, hoc enim non dependerà potestate sua, sed ex iuris dispositione. quod argumentum dubium fecit Panormitanum in d. capitulo ad hæc quoniam. numero quinto, de appellat. quamuis postea in capitulo dilectis, numero 22. tit. eodem expresse hanc nostram assertionem defendat. & facile solui possunt, quæ in contrarium allata sunt.

14 Ad primum enim respondetur, non esse de intrinseca ratione censuræ, vt secum trahat executionem, nec esse de ratione censuræ, vt per appellationem non suspendatur, sed hoc totum ex iuris dispositione prouenit; Vnde, si iura non prohibuissent, appellatio suspenderet omnem censuram. Constituerunt autem iura, censuras non suspendi per appellationem, & suspendi per Iudicis auctoritatem, vt hac ratione homines censuras, & Iudices Ecclesiasticos magni facerent, & magis timerent.

15 Ad secundum etiam facilis est responsio; nam dici potest, appellationem ex sua natura posse suspendere censuras, nisi ecclesia aliter statuisset. Deinde esto, appellatio in ordine ad aliquos effectus plus posset, quam potestas iudicis, vt in exemplo allato de infamia sequente damnatum de furto; in suspensione tamen effectus censuræ plus potest Iudex, quam appellatio, vt constat; quia antequam censura sit suspensa per iudicem, appellatio non potest legitime interponi, etsi interponatur, nullum habet effectum; postquam autem censura per Iudicem suspensa sit, tunc valide interponi poterit appellatio. Suspensio igitur Iudicis, vim & robur dat appellationi, & consequenter plus poterit Iudex, quam appellatio.

De Violatione Suspensionis. Cap XI.

S V M M A.

1 *Suspensionis censura duobus præcipue modis violari potest, & quinam illi sint.*

2 *Com-*

2 *Communicare cum suspenso ab officiis diuinis licet, sicut cum excommunicatis, quousque denunciati sint.*

3 *Parochiani à suis parochis suspensis, aut personaliter denunciatis, quousque denunciati sunt, Sacramenta petere possunt, nec parochus ministrando ea in hoc casu peccat, aut irregularis est.*

4 *Communicans cum suspenso denunciato in actibus humanis ad summum, veniale tantum peccatum committit.*

5 *Communicans cum suspenso denunciato in actibus sacris, & in illis, à quibus est suspensus, mortaliter peccat.*

6 *Communicans cum suspenso denunciato etiam in diuinis censuram aliquam suspensionis minoris non incurrit.*

7 *Missam audiens a suspenso denunciato secluso scandalo non peccat, si illum ad celebrandum non induxerat.*

8 *Violans sententiam suspensionis per exercitium actus, à quo quis suspensus est, mortaliter peccat.*

9 *Suspensus a minoribus quamuis actum eius a quo suspensus est, exerceat solenniter, non peccat mortaliter ex genere suo.*

10 *Indecentia maior est, actum ordinis superioris, quam inferioris in suspensione exercere.*

11 *Violans scienter su[s]pensionem ab ordine, vel officio deponendus est in perpetuum.*

12 *Violans suspensionem ignoranter an, & quando pœnam mereatur.*

13 *Ignorantia quænam censeatur in totum, vel in parte à pœna excusare.*

14 *Violans scienter suspensionem excommunicari debet.*

15 *Suspensus actum aliquem exercens, qui ad potestatem solius ordinis spectat, actum illum valide exercet, & quænam huius ratio sit.*

16 *Violans suspensionem in multis casibus irregularis efficitur.*

1 T quoniam suspensionis censura, sicut & aliæ, duobus modis violari potest, vno modo ab ipsomet suspenso per exercitium actus illius, à quo est suspensus; Alio modo ab eo, qui non est suspensus per communicationem, seu participationem cum suspenso in eo actu, à quo erat suspensus, ideo de vtrisque breuiter dicendum est.

2 Et primo quidem de hoc posteriori agendum est, de quo non est magna difficultas: Quamuis enim tum de Clerico suspenso ab officijs diuinis, quam etiam de suspenso à Sacramentorum administratione, & de personaliter interdicto Concilium Constantiense, & iura non satis explicent, an liceat cum huiusmodi participare in Sacris, & Sacramentis, quando denunciati publice, & nominatim non sint; quia tamen hoc scitu necessarium est, & aliqua ratione ex eodem Concilio colligitur, & magis explicatur in Concil. Basil. & Lateran. sub Leone X. Sess. 11. dum dicitur, *Prætextu cuiuscumque censuræ, aut sententiæ à iure, vel ab homine, &c.* existimo certum, quicquid olim iure antiquo, etiam sic occultè suspensi in Sacramentis vitandi erant: nunc tamē iure nouo licitè cum eis participare non posse, sicut etiam cum excommunicatis non denunciatis, cum in his eadem omnino militet ratio, ad vitandum nimirum scandala, & pericula multa, & vt hac ratione timoratis conscientijs subueniatur.

3 A parocho igitur suspenso, aut personaliter interdicto si denunciatus publice, & nominatim non sit, licitè subditus petere potest, vt solenniter etiam sepeliat defunctum, & vt ei Sacramenta ministret; nec parochus sic rogatus, & inductus peccat, nec irregularis efficitur, & valet absolutio peccatorum à sic suspenso impensa, ex Henriquez lib. 13. de excommun. cap. 5. §. 5. & ca. 33. §. 3. & Toleto lib. 1. Instruct. Sac. c. 14. vers. tertius, quicquid Sotus in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. concl. 8. & dist. 18. q. 3. art. 3. conclus. 1. in fine, contrarium insinuare videatur, existimans Cōcilium Constant. nihil indulsisse pro suspensis, sed tantum pro excommunicatis, quod tamen falsum est, vt ex dictis constat.

4 Sin autem sic suspensus denunciatus sit, tunc quidem si quis cum eo in actibus humanis participet, aut non peccat, vt notat Henriquez vbi supra, libro 13. capit. 5. §. 3. aut ad summum veniale tantum peccatum committit iuxta ea, quæ tradunt Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. art. 2. in tract. de suspensione. in fine, & Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 163. versic. nono infertur. Alphonsus Viualdus in Candelabro suo aureo, tit. de suspens. num. 170. & Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis par. 1. lib. 4. capit. 1. Toletus vbi supra. Et ratio est, quia etiam participatio cum excommunicato in actibus humanis communiter solū veniale est: & ideo multo minus mortale erit cum suspenso in illis participare.

5 Qui vero sic suspensum in actibus Sacris, & in illis, à quibus est suspensus non vitat, communiter & ex genere suo mortaliter peccat, vt Ledesm. Nauarr. Alphonsus Viualdus Cosmus Philiarchus, Toletus, & Henriquez, vbi supra testantur. Ratio est; quia per hanc communicationem notabilis iniuria irrogatur non solum ipsi censuræ, & Iudici, à quo est lata, sed etiam ipsi actui sacro, & diuino. Et patet à simili: siquidem cum excom-
6 municato in sacris participans mortaliter peccat, ergo etiam cum suspenso; quantum enim ad hoc non multum differt excommunicatus à suspenso; sic tamen cum illo in diuinis illicitè participans non incurrit censuram vllam suspensionis minoris, aut participantis in crimine, vt Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 5. §. 5. & ca. 33. §. 3. notauit, quia hoc nullo iure exprimitur, nec datur vlla suspensio minor, quam participans incurrat, vt diximus c. 1. fine. Quæ omnia vera esse docent Toletus, & Henriquez, quando quis induxit sic suspensum ad officij diuini celebrationem, aut ab eo recipit Sacramenta,
7 quando suspensus erat Sacerdos ab officijs diuinis, aut à Sacramentorum administratione; si quidem qui secluso scandalo à suspenso sic denunciato Missam audit, aut simul cum illo interest Missæ, & alijs diuinis officijs, non videtur peccare, si illum nullo modo induxit, quia, inquit, nullum de hac re extat iuris præceptum, quo cum eo participare prohibetur. De illo autem, qui participaret cum suspenso in exercitio actuum minorum ordinum, vtrumne mortaliter, an venialiter peccet, ex his manifestum erit, quæ paulo inferius dicemus, vbi, an ipsemet suspensus mortaliter, vel venialiter peccet, examinabitur.

8 De violatione autem priori, quia ipsemet suspensus suam suspensionem transgreditur, hæc quinque breuiter dicenda sunt.

Primum est, Qui violat suspensionem per exercitium actus, a quo quis suspensus est, peccat mortaliter ex genere suo, arg. c. 2. de maior. & obed. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. in tract. de suspensione in principio. Nauarr. in Manuali, c. 27. nu. 168. vers. octauo dico. Henriquez lib. 13. de exc. & susp. c. 33. §. 1. Tolet. lib. 1. Instruct. Sacer. ca. 14. Et ratio est, quia violat præceptum Iudicis, & Ecclesiæ in re graui, & quia maximum malum in Ecclesia Dei esset, si homines censuras Ecclesiæ violare assuescerent, quod tamen ex eodem Henriquez limitandum est de denunciatis de suspensione; vt enim diximus, parochus non denuncians de suspensione,

inductus, & iure compulsus ab ouibus suis, dum Sacramenta in fauorem subditorum ministrat, nec peccat, nec irregularitatem vllam incurrit.

9 Addit autem Nauar. vbi supra, etiam suspensum ab aliquo ordinum minorum peccare mortaliter, si exerceat actum, a quo suspensus est, id quod probat ex capitulo primo, de sentent. excommunic. libro sexto, & capitulo primo, de senten. & re iud. libro sexto, subdit tamen hoc intelligendum esse, si hic actus exerceatur solemniter, & tanquam ex officio. Si enim exerceatur tanquam a laico, non erit peccatum mortale, id quod locum habet non solum in exercitio actuum ordinum minorum, sed etiam in ipso exercitio cantandi Epistolam. Ceterum valdè dubito, an vnquam suspensus a minoribus, & exercens actus, a quibus est suspensus etiam solemniter, peccet mortaliter. Ratio autem, quæ me mouet, & dubium reddit, hæc est; quia nullus est actus ordinum minorum, qui non soleat frequenter per laicos exerceri, etiam cum omni solemnitate. Vnde tunc solum peccatum mortale esse iudicarem, si in aliqua Ecclesia consuetudo esset, vt exercitia minorum ordinum non nisi a clericis, vel cum aliqua solemnitate, scilicet cum superpellicio, vel alia solemnitate exercentur, tunc enim clericus horum ordinum actus, cum huiusmodi solemnita-
10 te exercens mortaliter peccaret. Quibus addo non solum esse peccatum mortale exercitium ordinis, à quo quis formaliter, & directè suspensus est, sed etiam, à quo est suspensus consequenter ad eum modum, quo capitulo tertio, in prima regula, & capitulo quarto, in sexto, & octauo modo suspendendi diximus. Et ratio est: quia maior indecentia est huiusmodi celebrare in ordine superiori, quam in inferiori. Illud tamen aduertendum est, quod licet hoc ex genere suo peccatum mortale sit, potest tamen aliquando esse veniale, sicut contingit in omni alio peccato mortali ex genere: maximè autem hoc veniale esse potest ex imperfectione actus, vt constat.

11 Secundum est, Scienter violans suspensionem ab ordine, vel officio, præsertim celebrando, in perpetuum ab officio, & beneficio deponendus est, argum. capituli vt clericorum. de vita & honest. cleri. & capitulo clerici. & capitulo latores, de cleric. excommun. minist. Doct. ibi. Id quod maxime locum habet in eo, qui celebrat, ex d. capitulo latores. & ibi glo. in verb. deponas. & Pan. ibidem numero 1. de cler. excommun. ministr. quia hæc grauissima est omnium suspensionum propter actus celebrandi dignitatem: Vnde est maxime omnium scandalosa; & quamuis per accidens occulta esset, & consequenter non ita grauis, adhuc tamen valde grauis est, & statim ac sciretur, graue scandalum excitaret. In violatione autem aliarum suspensionum, quamuis sæpe possit, & debeat eadem pœna infligi, nonnunquam tamen
12 mitius agi posset. Addidi autem, *scienter violans* quia si quis ignoranter ignorantia inuincibili eam violaret, non meretur hanc pœnam, ex glo. iuncta additione in capitulo vt clericorum, in verbo, deponatur, de vita & honest. cler. & capitulo Apostolicæ. de cler. excommun. minist. sin autem ignorantia culpabilis esset, non tamen vsque adeo crassa, & affectata, vt scientiæ æquiualeat, tunc quidem mitius cum eo agendum erit, iuxta moderationem d. capituli Apostolicæ, iuncta glo. ibidem, in verbo, probabilis.

13 Quod si quæras, quænam sit ista ignorantia, quæ in totum, vel in parte excusat; respondeo satis esse, si inuincibiliter ignoraret se suspensum esse, siue ignorantia iuris, siue facti ignorantia sit; sin verò se suspensum sciat, quamuis inuincibiliter ignoraret se, & suspensum quemcunque grauiter peccare celebrando, aut etiam putaret se licite celebrare posse: hæc tamen ignorantia non excusaret: quia difficile potest esse inuincibilis; ex eo enim ipso, quod se suspensum nouerit, ad quid teneatur, vi talis suspensionis scire tenetur, quã facile scire poterit.

14 Tertium est, Scienter violans suspensio[nem] ... municandus est, vt colligitur ex capitulo 2. ... com. ministr. id quod locum habet, si per co[ntemptum] & superbiam suspensionem violet, vt in d. cap ... presse habetur; ex eo autem quod scienter qu[is] ... uenienter eam violat, certè excusare se nequit, ... per superbiam, & contemptum violet.

15 Quartum est, Suspensus actum aliquem ex[ercens] qui ad potestatem solius ordinis spectat, actum ... validè exercet, vt si ministret Sacramentum eti[am] ... dinis, aut Missam celebrat; quia Papa hęc impedi[re non] potest, quo minus facta valeant, eo quod ratione C[hara]cteris indelebilis fiant, ex Henriquez libro 13. de ce[nsuris] susp. c. 33. §. 1. post Palud. in 4. d. 18. q. 7. art. 3. con[cl.] 6. & concl. 9. vbi ait Episcopum, qui iure suo confirm[at] vel ordinat, à minorum ordinum collatione suspensu[m], nihilominus confirmando, & ordinando verum characterem imprimere: Addidit autem hoc verum esse i[n] eo, qui hæc facit iure suo si enim Papa committat Abbat[i] confirmare, & conferre ordines minores, & postea eum ab vtroque suspendat, talis, inquit, ordinando, vel confirmãdo nullum characterem confert; immo nihil agit, plusquam delegatus à delegatore suspensus, qui excommunicando nihil agit. Malè tamen addit conclus. 5. & conclus. 9. Episcopum à Papa suspensum a collatione primæ tonsuræ eam conferendo nihil agere. Ceterum, denunciatus de suspensione ab administratione Sacramentorum, si a peccatis mortalibus absoluat, non valet absolutio: quia præter potestatem ordinis Sacerdotalis requiritur iurisdictio, vt optimè tradit Henriquez lib. 13. capitulo 5. §. 5. & c. 33. §. 1. & §. 2. vbi addit non satis esse, vt nominatim denunciatus sit, si toleratus sit publico errore vulgi; id enim conceditur in fauorem aliorum, qui cum sic suspenso participant.

16 Quintum est, violans suspensionem in multis casibus irregularis efficitur, vt latius infra dicetur. Prius tamen referendæ sunt suspensiones, quę in iure communi latæ sunt, quas omnes ad tria capita reducam. Primo enim afferam suspensiones omnes, quæ in iure contra Episcopos, & alios prælatos maiores latæ sunt. Secundo eas adducemus, quæ contra Iudices ecclesiasticos, contra capitula, & Collegia, necnon contra Religiosos feruntur. Tertiò denique suspensiones contra simplices clericos latas exponemus.

De suspensionibus contra Episcopos, & Prælatos maiores in iure latis. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Episcopi, & Prælati maiores, suspensionem aut interdictum virtute cuiuscunque constitutionis, mandati, vel sententiæ non incurrunt, nisi specialiter exprimantur.*

2 *Officium Episcoporum, & superiorum, aliorum officijs communius, & generalius est.*

3 *Officium Episcoporum in quibus præcipue consistat.*

4 *Cardinales suspensionem nõ incurrunt, nisi eorum specialis mentio fiat.*

5 *Cardinales etiam non Episcopi Pontificale officium in ecclesijs suis Titularibus exercent.*

6 *Episcopi vt suspensionem, vel interdictum incurrant, satis est, quod feratur suspensio propter aliquid*

quid

quod Episcoporum proprium est, quamuis eorum mentio non fiat per hoc Episcopi nomen:
7 Episcopos confirmare, & consecrare ad inferiores Episcopus non pertinet.
8 Episcopi, & ipsorum superiores excommunicationem à iure, vel ab homine latam incurrunt, etiamsi eorum mentio specialim non fiat.
9 Fratres ordinis Prædicatorum ad Episcopatum promoti, & munus consecrationis, priusquam libros ordinis resignent, recipiētes, à ministerio Pontificalium eo ipso suspensi sunt.
10 Archiepiscopi, quorum consecratio ab omnibus suffraganeis non est facta, an ab executione officij suspensi sint.
11 Episcopi olim sine consensu, & præsentia Episcoporum Prouincialium, & Metropolitani consecrati ab officio Episcopali suspendebantur.
12 Episcopi, & superiores prælati in cognitione negociorum, & causis electionum Episcopatuum se intromittentes, quando, & quomodo suspensi sint.
13 Ordinans Clericum alienum sine litteris dimissorijs Ordinarij à collatione ordinum per annum est suspensus.
14 Ordinans in aliena diœcesi sine licentia ordinarij loci ab exercitio Pontificalium per annum suspensus est.
15 Ordinans in aliena diœcesi de licentia ordinarij loci personas eidem ordinario non subiectas, per annum ab exercitio Pontificalium suspenditur.
16 Episcopi titulares in loco exempto degentes ordinantes etiam prima tonsura sine licentia ordinarij loci, per annum à Pontificalium exercitio suspensi sunt.
17 Ordinans Sacerdotem indignum à collatione ordinis suspensus est.
18 Episcopus, aut alius infanti, vel illiterato, aut alterius diœcesis homini primam tonsuram sine licentia superioris conferens, per annum a collatione clericalis tonsuræ suspensus est.
19 Ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio, duobus ordinibus sacris, ab amborum collatione ad arbitrium Papæ suspensus est.
20 Ordinans solenniter pœnitentem, vel bigamum, à celebratione per annum suspensus est.
21 Ordinans religiosum non professum suspensus est per annum a collatione ordinum illorum quos contulit.
22 Ordinans aliquem accepto ab eo iuramento, vel promissione, quod ab eo super prouisione non molestabitur, a collatione ordinum per triennium est suspensus.
23 Ordinans inuitum à celebratione Missæ, per annum est suspensus.
24 Ordinans Monachum sine proprij Abbatis licentia, ab aliorum Episcoporum communione alienus est, seu ipso iure suspensus.
25 Bulla Sixti V. noua circa clericorum ordinationem, quæ, & quot in se contineat.
26 Bulla noua Sixti V. solum de erroribus, & delictis post eiusdem promulgationem in collatione ordinum commissis intelligenda.
27 Episcopus Italus tam Italum, quam Vltramontanum sine litteris dimissorijs ordinarij ordinans, suspensus est.
28 Episcopi neque cum promotis per saltum, nec quo ad temporum interstitia hodie dispensare possunt.
29 Episcopus aliquem minus habilem, aut defectum habentem post adhibitam debitam diligentiam ordinans, pœnas per Bullam Sixti V. irrogatas incurrit.
30 Ordinans alienum sine dimissorijs proprij ordinarij, & a collatione primæ tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus.
31 Episcopus ex prædictæ Bullæ transgressione suspensionem incurrens, si postea temere se in prohibitis ingerat, à regimine ecclesiæ, & fructuum beneficiorum perceptione suspensus est, à solo Papa absoluendus.
32 Episcopus circa delicta occulta, & censuras, ac irregularitates ex ijsdem prouenientes hodie post Bullam Sixti V. in varijs casibus ibi contentis dispensare non potest.
33 Episcopi, etiam Cardinales, beneficia per confidentiā Simoniacam accipientes, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.
34 Episcopi etiam Cardinales aliquem Ecclesiam cathedralem obtinere patientes contra Bullam Pij IIII. ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.
35 Ordinans, seu confirmans indignum ætate, scientia, vel moribus, potestate confirmandi primum successorem illius caret, & a perceptione proprij beneficij suspensus est.
36 Beneficia præsertim curata indignis conferentes, à collatione beneficiorum ea vice suspensi sunt.
37 Episcopi, eorumque superiores vacantium dignitatum, vel ecclesiarum bona occupantes ab ingressu ecclesiæ suspensi sunt.
38 Priuilegia omnia de occupandis bonis ecclesiarum vacantium hodie reuocantur.
39 Episcopi, eorumque superiores circa permutationem, & resignationem beneficiorum peccantes, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.
40 Episcopi post sex menses a Concilio Prouinciali, Abbates, & clericos sibi subditos non conuocantes, gestaque Concilij illis non referentes, ab officio per duos menses suspensi sunt.
41 Episcopus in visitatione vltra debitum aliquid accipiens, quando suspensus censeatur.
42 Episcopus non visitans, & tamen a terris, & ecclesijs procurationem tempore visitationis debitam accipiens, quando suspensionem incurrat.
43 Episcopus carnaliter cognoscens eam, quam antè ordinationem in concubinam habuit, ab ordine suspensus est.
44 Episcopus incendiarijs pœnam relaxans, per annum ab officio episcopali suspensus est.
45 Episcopus contra Simoniacos procedere negligens, ab officio per duos menses est suspensus.
46 Episcopus Talmud Iudæorum non faciens comburi, an suspensionem incurrat.
47 Prælati commentaria, glossas, & scholia super Concilii Trid. decretis edentes, ab ingressu ecclesiæ suspensi sunt.
48 Episcopi, eorumque superiores, vsurarijs manifestis non oriundis, sed alienigenis, ad fœnus exercendum domos locantes, quousque eos expellant, sunt suspensi.

49 *Vsurariis manifestis, alienigenis domus sub titulo pignoris, commodati, aut depositi, concedi non potest.*

50 *Episcopi contra iustitiam prætextu odij, gratiæ, vel amoris in causa hæresis procedere omittentes per triennium ab officio suspenduntur.*

51 *Episcopi, eorumue superiores Magisterij, seu Doctoratus gradum conferentes, nisi sub certa limitatioue per sex menses sequentes à dictorum graduum collatione suspensi sunt.*

52 *Episcopi, eorumque superiores, etiamsi sint Cardinales populo Indicem casuum, & indulgentiarum absolutionem certa pecunia publicantes, ab ingreßu Ecclesiæ, & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum suspensi sunt.*

53 *Episcopi, eorumque superiores qualiter ad visitanda limina Apostolorum Petri, & Pauli sub pæna suspensionis obligentur.*

54 *Alienantes bona ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum piorum sine Summi Pontificis licentia, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.*

55 *Episcopi, & alij, quando ob admißionem resignationum beneficiorum, eorumque collationem, suspensionem incurrant.*

1 Ntequam Suspensiones has in particulari afferamus, præmittendum est Episcopos, & Prælatos maiores nunquam incurrere ipso iure suspensionem, aut interdictum virtute cuiuslis constitutionis, mandati, seu sententiæ, nisi specialiter exprimantur, vt habetur expresse in capit. quia periculosum, de seutent. excommunicat. lib. 6. addit Caldermus in tract. de interdictis, par. 2. memb. 2. numero 8. nec iuris, nec hominis sententias incurrere Episcopos ipsos, nisi specialiter exprimantur. Quod verum est, & satis euidenter colligitur ex d. cap. quia periculosum, ibi enim fit mentio constitutionis, quæ ad ius pertinet, & sententia, & mandatum est hominis, & idem significat glos. in d. cap. Quia periculosum, in verbo, constitutionis, & in verbo, sententiæ, & in verbo, Mandati. Idem habetur in cap. si compromissarius. §. huiusmodi quoque pœna. de elect. lib. 6. & ibi glos. in verbo, de iure, & in cap. cupientes, §. ceterum, in verbo, suspensos, eod. tit. & libro, Palud. 4. distinct. 18. quæst. 7. artic. 1. Tabiena, in verbo, suspensio, num. 8. versic. septimo, in fine. Simon Maiolus, de Irregul. lib. 3. cap. 19. num. 26. Alphonsus Viuald. in suo Candelabro aureo, tit. de suspensione, num. 168. & Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 1. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 161. versic. quinto dico. Hugol. tab. 4. capit. 8. §. 3 num. 2. cuius rei rationem glo. in d. cap. si compromissarius, §. Huiusmodi, in verbo, de iure, hanc esse existimat: quia spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt, quia habent se, vt connexa, 1. quæst. 3. capit. si quis obiecerit, & cap. Saluator, & esset verecundum Episcopos mendicare, arg. capit. ad supplicationem, de renunciat. Quæ tamen ratio non valet: cum etiam in Clericis inferioribus locum habeat: quandoquidem & ipsos mẽdicare non decet, vt habetur in Concil. Trid. Sess. 21. de reform. cap. 2. & ne id contingeret, ibi prospexerit.

2 Verior igitur ratio est, ne hac occasione Pontificalis officij executio facilè impediretur. Quia enim officium Episcoporum, & superiorũ communius, & generalius est, & plures grauarentur si illud frequenter impediri contingeret, vt Innocentius Papa IIII. in d. cap. quia periculosum. de sentent. excommunic. lib. 6. annotauit, optimo consilio idem Pontifex statuit, ne Episcopi, & eorum superiores in suspensionem, aut interdictum inciderent, nisi ipsorum expressa mentio habeatur.

3 Qua constitutione, Papa non tam episcop
ipsorum subditis prouidere voluit. Consisti
sorum officium in Chrismatione, Ordinum
ne, Ecclesiarum, & altarium Consecratione,
gnum periculum esset in frequenti ipsorum sul
Id quod locum habet non solum in ipsis Episco
etiam in eorum superioribus, s. in Archiepiscop
triarchis, & Primatibus, ex glo. in d. cap. quia pe
sum, in verbo, superioribus, & in verbo, de Epis
4 Innoc. & DD. ibi, de sent. excommunicat. lib. 6. I
Cardinalibus locum habet priuilegium hoc, non
si Cardinales Episcopi sint, ex Gemin. in d. c. quia
culosum. nu. 4. Anchar. & Philip. Franc. ibi, & Hu
tab. 1. capit. 17. §. 7. num. 12. sed etiam si Episcopi no
5 sint, vt ijdem DD. testantur, quandoquidem & ipsi e
cere habent Pontificale officium in suis ecclesijs titul
ribus, vt habetur in c. his, quæ, de maior. & obed. &
superiores etiam sunt Episcopis, licet non ordine, digni
tate tamen, quam maximè respicit priuilegium hoc, v
communiter tradunt Doctores. Procedit etiam priuile-
gium hoc, à quocumque Constitutio huiusmodi, Sen-
tentia, aut Mandatum emanet, etiamsi à Papa, vel à Le-
gatis à latere, aut alio quouis Ecclesiastico iudice fera-
tur; & siue suspensio ab officio, siue à beneficio lata sit,
vt habetur in c. si compromissarius. §. huiusmodi quo-
que. de elect. lib. 6. & not. glos. ibi, in verbo, de iure, &
Anch. nu. 2. & eadem glo. in c. quia periculosum, in ver-
bo, officij, de sent. excom. lib. 6. Hugolin. vbi supra.

6 Illud tamen aduertendum est, quod ad hoc, vt Episcopi incurrant suspensionem, vel interdictum, non est necesse, vt specialis mentio eorum fiat per hoc nomen Episcopi, aut aliud simile. sed satis est, si ex sensu, & contextu Canonis, & sententiæ colligatur comprehendi Episcopos; vt si feratur suspensio propter aliquod proprium Episcoporum; tunc enim idem est, ac si essent expressi Episcopi; vt in cap. si quis ordinauerit, de simon. fertur suspensio contra eum, qui ordinauit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso prouisionem: Ordinare autem est solius Episcopi; & proinde suspensio hæc Episcopos concernit, quamuis illos non nominet.

7 Deinde, etiam si suspensio aliqua feratur, quæ suspendat ab aliquo actu proprio Episcoporum, suspensio illa Episcopos concernit, vt in c. prouida, de elect. lib. 6. suspenduntur à Consecratione, & Confirmatione Episcoporum per annum continuum iudices ecclesiastici, qui post recessum appellationis reiectæ ad curiam, in causis electionum Episcopatuũ non inquisito, an prauitas Simoniaca intercesserit, sic electum confirmant, vel consecrant; confirmare autem, & consecrare Episcopos nõ pertinet ad inferiores Episcopis; & ideo quamuis fiat mentio iudicum tantum, decretum illud in Episcopis, & eorum superiorib. locum habet.

8 Quibus omnibus addo ex glo. in capit. quia periculosum, in verbo, suspensionis, de sent. exc. lib. 6. & Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 1. priuilegium hoc, ne s. Episcopi, & ipsorum superiores suspensionis, aut interdicti censuras incurrant, nisi expressa mentio de eis fiat, non extendi ad excommunicationem, quin eam incurrant, siue ab homine, siue a iure feratur, etiamsi ipsorum mentio specialim non fiat, vt etiam glo. capit. 1. in verb. Prælatus, de homic. lib. 6. testatur, & est communis DD. sententia. His ita præmissis, suspensiones ipsas contra Episcopos latas afferemus, quæ omnes commode ad quatuor præcipue capita reduci possunt.

PRIMVM CAPVT.

ESt ex parte ipsius promotionis, & consecrationis Episcopalis, & ita Episcopi incurrunt suspensionem ex sua promotione in his casibus sequentibus.

Pri-

9 Primus est, Fratres Ordinis Prædicatorum promoti, vel assumpti ad Episcopatus, vel alias prælaturas, si prius recipiunt munus consecrationis, quam resignent Ordini libros, & alia, quæ habent tempore suæ promotionis, eo ipso sunt ab executione Pontificalis ministerij suspensi. vt habetur in quodam priuilegio Clementis IIII. quod incipit. Prouidentia. vt refertur a S. Anton. 3. par. titu. 28. de suspensione. cap. 4. & Viualdo titu. de Suspens. numero 65. seu Clementis V. vt refertur à Syluestro. verbo, suspensio, casu 38. Quam suspensionem Burghasius in tract. de Irreg. par. 6. titu. de sent. suspens. numero 13. ait postea ad omnes Claustrales etiam non Mendicantes extensam fuisse: non tamen refert, à quo Pontifice, aut quo tempore facta fuit, nec vnde illam acceperit, vnde valdè dubito de hac re.

10 Secundus est, Archiepiscopi, quorum ordinatio, seu consecratio ab omnibus Suffraganeis non est facta, ab executione officij suspensi sunt. capitulo Archiepiscopus, distinctione 66. vbi dicitur, quod talis ordinatio est irrita, idest, ex glos. in verbo, irrita est, quoad officij executionem, vt loquendi modus antiquissimus est in Canonibus. Non enim intelligi potest, quod substantia ordinationis sit irrita, idest, non conferat ipsum ordinem, ex communi omnium consensu. Hic tamen casus iam in vsu non est, vnde communiter ab authoribus in recensendis Censuris prætermittitur.

11 Tertius est, Episcopi consecrati sine consilio, & præsentia Metropolitani, & sine consensu Episcoporum Prouincialium saltem per litteras præst. t. suspensi sunt ab officio Episcopali, capitulo non debet, & capitulo Episcopus, distinctione 65. Qui casus in vsu non est.

SECVNDVM CAPVT.

Est ex parte collationis ordinum, &c. ira incurrunt Episcopi suspensionem in his casibus.

12 Primus est, Iudices Ecclesiastici, idest, Episcopi, & superiores prælati, qui se intromittunt de cognitione negotiorum in causis electionum Episcoporum, quando antea ad Papam est appellatum, aut qui confirmationem, aut consecrationem conferunt electis post talem electionem; & similiter si partibus recedentibus ab appellatione eam conferant, nisi prius inquirant, an par res aliqua prauitate interueniente à dicta appellatione recesserint, per annum continuum a confirmatione, & consecratione Episcoporum suspensi sunt, capitulo prouida, de electione libro sexto. Vbi notandum est ex glos. in dicto capitulo prouida. in verb. in quo. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 1. casu 4. Angelica verb. suspensio, t. casu 12. num. 13. Syluestro verb. suspensio, q. 6. versi. duodecimo. Alphonso Viualdo tit. de suspen. num. 119. Tabiena verb. suspensio, nume. 7. vers. sexta. casu 10. Quod si huiusmodi Episcopi post prædictam appellationem solum confirment Episcopum, à sola confirmationem Episcoporum suspensi sunt; Sin autem confirment, & consecrent, sic sunt ab vtraque suspensi, si vero neutrum fecerint, licet, in causa processerint, à neutro suspensi sunt. Deinde vt notat Palud. suspensi solum sunt tales Episcopi a confirmatione, & consecratione Episcoporum, vnde non obstante tali suspensione, Abbates confirmare & consecrare, & Abbatissas benedicere possunt; quia dicitur ibi, *vt in eo, in quo peccauerint, puniantur*.

13 Secundus est, Episcopus ordinans Clericum alienum sine litteris dimissorijs ordinarij a collatione ordinum per annum suspensus est, & postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sui absque ipsius licentia a vicinis Episcopis ordines recipere, cap. Nullus. & c. eos de temp. ordin. libro sexto. Quæ sane pœna iusta est, vt sicut ipse alienos sine licentia ordinauit; sic & sui sine eius licentia ordinentur. ex glos. ibi in verbo. *Taliter*. Idem statuitur in Concil. Trident. Sess. 23. de reform. capitulo octauo, vbi etiam additur, *quod Clericus sic ordinatus à susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus*. Hunc eundem casum ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. & Summa Astensis, par. secunda, libro septimo, titu. 16. artic. septimo, casu 19. Henriquez libro 13. de excommun. & suspens. capitulo 38. §. 1. Hugolin. tab. 4. capitulo tertio, Paludan. 4. dist. 18. quæst. 7. artic. 1. casu 1. & Michael de Palacio in 4. dist. quinta, & sexta, disput. 1. ad 7. Tolet. libro primo, capitulo 15. Circa quem casum notandum est

Primo, ex Palud. eit. quod ex eo, quod non distinguitur, quem ordinem contulerit; Sacrum, vel non Sacrum, dicendum est non solum ab ordine, quem contulit, sed etiam à collatione omnis ordinis suspendi, iuxta ea, quæ diximus cap. 4. in quinto modo; & notat glos. in *d. cap. eos*. in verb. *ordinum*.

Secundò, cum in d. cap. eos. sermo sit de Episcopo ordinante Clericum alienum, supponit eum esse Clericum saltem tonsuratum, vnde si primam tantum tonsuram laico alterius diœcesis conferat, non incurrit Episcopus suspensionem à collatione ordinum, sed solum à collatione primæ tonsuræ, arg. cap. nullus, de tempor. ordin. libro sexto. Et quamuis Concil. Trident. vbi supra explicet hoc de ordinante simpliciter, & non restringit se ad ordinantem Clericum, vt propterea dubitari possit, an saltem ex virtute decreti huius, Episcopus conferens alieno primam tonsuram à collatione omnium ordinum suspensus fuit, & consulenda sit congregatio Cardin. qui Concilio Trident. interpretando præficiuntur; nihilominus tamen valde mihi probabile est, iuxta ea, quæ diximus, hunc non nisi a collatione primæ tonsuræ suspensum esse, etiam si glo. in d. cap. eos, in verb. ordinare, & in capit. nullus, in verb. homini, de temp. ordin. lib. 6. contrarium insinuet.

Tertiò ex S. Anton. per d. cap. eos. reprobatur opinio dicentium, quod quis ordinare possit alienum sub spe ratihabitionis, quod maximè obseruandum est post Conc. Trid. quicquid Maiol. libro 3. de irreg. c. 23. num. 10. & lib. 4. cap. 2. num. 9. contrarium doceat.

14 Tertius est, Episcopus in aliena diœcesi ordinans sine expressa licentia ordinarij loci, ab exercitio Pontificalium per annum suspensus est ex Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. & sess. 14. de reform. cap. 2. & sic ordinatus ab executione ordinum sic susceptorum suspensus est ad proprij arbitrium prælati.

15 Quartus est, Episcopus in aliena diœcesi ordinans, etiam de licentia ordinarij loci, si tamen ordinet personas eidem ordinario non subiectas, eandem suspensionem incurrit, ex Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. & sess. 14. de reform. cap. 2.

16 Quintus est, Episcopi Titulares, idest, qui habent titulum sine diœcesi, in quocunque loco etiam exempto, & nullius diœcesis, aut etiam in Monasterio exempto degentes, si quem promoueant ad quemcunque ordinem etiam ad primam tonsuram prætextu cuiusuis priuilegij, etiam familiaritatis, sine licentia ipsius proprij ordinarij, ab exercitio Pontificalium per annum suspensi sunt ex Concilio Trident. sess. 14. de reform. capitulo 2. Henriquez libro 13. de excommun. & suspen. capit. 38. §. 2. Nauar. in Man. c. 22. nu. 18. versic. terno. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 23. num. 10. & libro 4. cap. 2. num. 9. & Alphons. Viuald. titulo de suspens. numero 125. Vbi notandum est, quantum ex verbis huius cap. 2. colligi potest, non habet locum constitutio illa Concilij Trident. sess. 23. de reform. cap. 9. vbi conceditur Episcopis, vt possint familiares suos post tres annos promouere, dummodo beneficium reipsa illis conferant.

17 Sextus est, Episcopus ordinans Sacerdotem indignum, & qualem non liceat esse, a collatione ordinis est suspensus.

suspensus. capitulo si quis Episcopi. 1. quæst. 1. vbi notandum est, solum loqui de ordinante Sacerdotem, vnde si ordinaret Diaconum, vel Subdiaconum, non haberet locum ista suspensio. Deinde solum suspenditur à collatione ordinis Sacerdotalis, ex gloss. ibid. in verbo, illi.

18 Septimus est, Episcopus, vel quiuis alius conferens primam tonsuram infanti (nisi forte religionem intraret) seu illiterato, vel alterius diœcesis homini, sine superioris licentia; vel coniugato, nisi etiam religionem volenti intrare, in matrimonio non consummato, vel volenti ad Sacros ordines promoueri, prout Canones in aliquo casu concedunt, c. coniugatus, de conuers. coniug. a collatione Clericalis tonsuræ duntaxat per annum est suspensus, vt habetur in cap. fin. de temp. ordin. lib. 6. & notant Palud. 4. dist. 18. quæst. 7. art. 1. casu 2. S. Anton. 3. par. titu. 28. de susp. cap. 4. Syluester verb. Suspensio, quæst. 6. vers. tertio. Alphonsus Viuald. tit. de suspensio. nume. 53. Henriquez lib. 13. de excommun. & suspens. cap. 38. §. 2. Is autem infans dicitur, qui nondum expleuit primum septennium, ex gloss. in d. cap. fin. in verbo, infanti, de temp. ordin. lib. 6. Illiteratus autem dicitur quoniam sermo est de primæ tonsuræ collatione, is qui est ita omnino illiteratus, vt legere, & scribere nesciat. Ad receptionem enim primæ tonsuræ etiam per Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 4. non requiritur maior.

19 Octauus est, ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio, duobus ordinibus Sacris, ab amborum collatione suspensus est, quousque dispensationem, & absolutionem a Sede Apostolica obtineat, vt habetur in c. literas, de temp. ordin. & hoc etiamsi de mandato Archiepiscopi, vel Metropolitani fecisset, cap. dilectus, eod. tit. & libro. Henriquez vbi supra, cap. 38. §. 2. in fine, Simon Maiol. libro 4. de irreg. cap. 11. Id quod etiam locum habet in ordinatione regularium, ex Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 13. vbi priuilegia omnia concessa de hoc quibuscunque regularibus, si quæ vnquam concessa sunt, expresse reuocantur.

20 Nonus est, ordinans solemniter pœnitentem, vel bigamum scienter, per annum a celebratione suspensus est, c. nullus. dist. 55. Angelica, ver. suspensio, 1. nume. 3. & Tabiena, verb. suspensio, num. 7. vers. sexto. casu 2. Summa Astensis par. 2. lib. 7. titu. 16. art. 7. casu 40. Syluest. verb. suspensio, §. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. cap. 38. §. 3. casu 3. Alphonsus Viualdus, tit. de suspensione, nu. 54. & num. 55.

21 Decimus est, ordinans religiosum non professum, siue ex religione, quæ solet emittere professionem, siue ex religione, quæ non solet illam emittere, siue ex quocunque ordine, aut congregatione Clericorum sæcularium viuentium in communi more religiosorum, per annum a collatione illorum ordinum, quos huiusmodi personis contulit, suspẽsus est, vt habetur expresse in Bulla Pij V. quæ est Constitutio 74. eiusdem in ordine, in qua decretum Concilij Trid. sess. 21. de reform. capitulo 2. de non promouendis Clericis sæcularibus sine titulo, & beneficio extenditur ad religiosos, quæ Bulla solet communiter circũferri impressa in Cõcilio nouiter edito circa finem, & eius meminerunt Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 158. vers. decimasexta. Alphonsus Viuald. tit. de suspensione, num. 103. & Cosmus Philiarchus de offic. Sacerdotis, par. 1. lib. 4. capit. 2. casu 15. Fr. Hieronymus a Sorbo Capucinus, in compendio priuileg. in verb. Ordines Sacri, in fin. & incipit præfata Bulla Pij V. Romanus Pontifex Sacrorum edita 1568. Idib. Octobris. A qua Pij V. Constitutione Gregorius XIII. in Bulla anno 1582. Clericos & religiosos Societatis Iesu non emissa professione, ad titulum sufficientis litteraturæ exemit, seu potius declarauit eos in prædicta Pij V. Constitutione non comprehendi; & etiam antea Paulus III. anno quadragesimonono, eisdem simile priuilegium concessit, & ex Henriquez libro decimo [illegible] ordin. capitulo 17. §. tertio, in annot. libro 13. capitulo 37. §. primo, & Fr. Hieron. vbi supra.

22 Vndecimus est, Ordinans aliquem accepto iuramento, vel promissione, quod ab eo non molestabitur pro eius prouisione, per triennium a collatione ordinis est suspensus, capitulo, si quis ordinauerit, de simonia & hoc, vt notat Palud. 4. dist. 18. quæst. 7. art. 2. non exprimatur Episcopus: quia tamen nullus ordinator maxime Sacrorum ordinum, in quibus ordinator tenetur prouidere ordinato, nisi Episcopus, ideo Episcopus est ibi suspensus. Huius etiam casus meminet Nauarr. in Man. cap. 27. numero 158. ver. decimaquarta. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 17. artic. secundo, tract. de suspen. casu 15.

23 Duodecimus est, Ordinans inuitum per annum a celebratione Missæ suspensus est. cap. 1. & 2. dist. 74. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 41. Angelica verb. Suspensio, 1. numero 4. & verb. ordo, 1. numero 24. Syluester, verb. suspensio, quæst. sexta, ver. tertio, Tabiena verbo, suspensio, numero septimo, versi. sexto, casu 3. Alphonsus Viualdus tit. de suspensione, numero 52. Henriquez libro 13. de excommunic. & suspens. capit. 38. §. 2. Id quod intelligi debet, vt notat Summa Angelica, si id faciat præter iuris dispositionem: nam si quis haberet beneficium requirens ordinem, & Episcopus vel inuitum cogeret ad recipiendum ordinem, etiam sub pœna priuationis beneficij, & hunc inuitum ordinaret, suspensionem prædictam non incurreret, vt colligitur ex capitulo quæris a nobis, & glos. & DD. ibi, de ætat. & qualit. Ratio est: quia ex quo iste vult beneficium, non est simpliciter inuitus, sed secundum quid.

24 Decimustertius est, Episcopus ordinans monachum sine licentia proprij Abbatis, ipso iure a communione aliorum, nempe Episcoporum alienus dicitur, & communione plebis diœcesis suæ contentus esse debet, quod videtur ad suspensionem quandam pertinere, dist. 58. capitulo fin. Angelica verbo, suspensio, prima. numero sexto, Tabiena, verbo eodem, numero 7. versi. sexto, casu quinto. Henriquez libro decimotertio, de excommunic. & suspens. capitulo trigesimooctauo, §. primo, Alphonsus Viuald. titu. de suspensione, numero septuagesimonono, qui ait idem dicendum esse, si alios religiosos, maxime mendicantes ordinaret.

25 Quoniam vero multa, quæ in iure antiquo, nec non in Concilio Tridentino circa Clericorum ordinationem statuta sunt per nouam Sixti V. Constitutionem quæ incipit, *Sanctum, & Salutare* sub anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus vero eiusdem anno quarto. Et est Cõstitutio eiusdem 112. in ordine. Ad maiorem autem intelligentiam libuit eiusdem Bullæ summam, seu compendiũ ad finem huius capitis adiungere.

Proposito igitur Sacerdotum antiquæ legis typo, & nostrorum dignitate commendata, postquam ostendisset in ordinibus conferendis non adhiberi eam diligentiam circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per sacros Canones, vel Apostolicas Constitutiones, aut Conciliorum Generalium Decreta, pastores omnes, & prælatos, quibus hoc incumbit, ad deinceps in huiusmodi promotionibus maxime inuigilandum hortatur. Vt autem in posterum id diligentius præstent, statuit & ordinauit, *vt si in posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens; aut Abbas ad primam tonsuram, minoresque ordines suis subditis conferendos à Sede Apostolica auctoritatem habens quemcunque sæcula-*
rem

rem vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularem ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora à iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiuè; Aut quoad sæculares sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem, per Sacri Generalis Tridentini Concilij decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus ad plures ordines Sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili, antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico; Clericali Charactere non legitime insignierit, aut ad ordines minores, vel sacros, vt præfertur, vel aliàs male promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, a collatione quorumcunque ordinum atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus exsistat, alijsque grauioribus pœnis arbitrio Summi Pontificis pro tempore existentis puniatur; hoc primum est, quod Pontifex in dicta Bulla statuit.

Secundo decreuit, *quod si quis spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temere ingesserit, etiam a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum per eum, in titulum, vel Commendam, seu aliàs obtentorum, suspensionem eo ipso incurrat, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pœnarum remissionem ab alio, quam a Romano Pontif. pro tempore existente nequeat obtinere.*

Tertio statuit, *vt personæ sic male promouentes etiam in foro conscientiæ a realibus, & excessibus præfatis, etiamsi crimen occultum fuerit, a nullo nisi a Romano Pontifice, excepto mortis articulo, absolui, aut dispensari possint; adeo vt stante hac constitutione, nec a quoquam sæculari, vel cuiusuis ordinis regulari presbytero, vel prælato quauis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilæa & Indulgentias etiam plenissimas extraordinarias a Summis Pontificibus præcedentibus, aut succedentibus in anno Iubilæi, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ Sanctæ, vel quocunque alio titulo, modo, & forma in genere, vel in specie derogatorijs clausulis concessas, sed neque vigore, aut prætextu facultatum, aut Priuilegiorum Mare Magnum, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum, quibusuis ordinibus, congregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis per Concilij Tridentini decreta, aut officio Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ, vel Minoribus, aut etiam Maiori Pœnitentiario Curiæ Romanæ, quomodolibet concessorum, absolui, aut dispensari queant.*

Qarto adijcit, *vt qui absolutionem, & dispensationem petunt, etiamsi delictum fuerit occultum, non per officium Sacræ Pœnitentiariæ, sed a summo tantum Pontifice pro tempore existente in vtroque foro absolutionem petere teneantur, alioquin ipsæ concessiones, et absolutiones, etiam cum clausula, quod dictæ constitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expressis, nulla prorsus, & irrita, ac inualida sint, ac nemini penitus suffragentur.*

Quinto ordinauit, *Quod si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidem cunctis præmissis, & ceteris omnibus, quæ in ipsius tonsura, & ordinum collatione obseruare debent, personas habiles, & idoneas, sed tamen recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordines conferret pecunia, precio, vel premio simoniacè in futurum insignijuerit, vel promouerit: Volumus, vt præter alias censuras, & pœnas contra simoniace ordinantes, & ordinatos a sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis aliàs inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendit, etiam omnia, & singula supradicta in sic promouentibus & promotis locum habeant. Decernitque præsentes litteras sub quibusuis concessionibus, facultatibus, & gratijs, etiam in casibus quibuscunque Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cenæ Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij, vel Cruciatæ Sanctæ absoluendi facultatem quibusuis personis generaliter, vel specialiter tribuentibus, minime comprehendi; sed semper ab illis exceptas esse, & censeri, sublata facultate quibuscunque Iudicibus, & Commissarijs, & Auditoribus Palatij Apostolici, & S. R. E. Cardinalibus, in premissis vniuersis, & singulis aliter iudicandi, & interpretandi; & irritum, & inane esse, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

Sexto quoad obligationem huius Bullæ in prædictis vult eam *post quindecim dies à publicatione illius eos, qui sunt in Vrbe, qui vero extra eam, & citra montes intra quatuor menses, qui demum vltra montes erunt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computandos perinde afficere, & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimata fuisset.*

26 Vt autem Bulla hæc facilius intelligatur, nonnulla breuiter annotanda sunt, quorum

Primum est, constitutionem hanc solum intelligendam esse de erroribus, & delictis in collatione ordinum commissis post legitimam, & sufficientem eius promulgationem, non autem de delictibus antea commissis, vt colligitur ex verbis illis Bullæ in posterum.

27 Secundum est, siue Episcopus Italus, seu Citramontanus ordinet Italum, & Citramontanum, siue Vltramontanum; vel Episcopus Hispanus, aut Vltramontanus Italum, & Citramontanum ordinet, sine litteris dimissorijs sui ordinarij, incurrit suspensionem, vt colligitur ex illis Bullæ verbis, *Nequemquam promoueant sine eorum ordinarijs litteris dimissorijs.* Vbi neminem sic ordinantem sine sui ordinarij litteris excipit.

28 Tertium est, quamuis olim cum promotis per saltum si non ministrauerint, Episcopi ex legitima causa dispensare poterant virtute Concilij Tridentini session. vigesimatertia, de reformat. capitulo decimoquarto, in fine & etiam dispensare poterant quoad temporum interstitia, vt colligitur ex eodem Concilio Tridentino session. vigesimatertia, de reform. capitulo duodecimo, & capitulo decimotertio, nunc tamen facultas hæc eis in vtroque casu sublata est, vt ex verbis huius Bullæ manifestum est. Hoc tamen quod in secundo casu de temporum interstitijs diximus intelligi debet, vt dispensare non possint *sine causa rationabili*, quæ si adsit non obstante hac constitutione, dispensare valent, vt ex Bullæ verbis colligitur.

29 Quartum est, Episcopus qui debitam diligentiam adhibuit, quo minus ordinaret aliquem minus habilem, aut aliquem defectum in hac Bulla expressum habẽtem, eiusdem Bullæ pœnas non incurrit: puta si quis ordinandus accedat cum falsa informatione (puta, quia testes falsum dixerint) aut cum aliquo ex defectibus in Bulla contentis. Sicut enim ipsemet Papa vt homo, posset per falsos testes decipi, & male informari; ita etiam & Episcopus decipi potest, qui modo prius debitam in hac re diligentiam adhibuerit.

30 Quintum est; olim Episcopus ordinans Clericum alienum sine litteris dimissorijs suspensus erat a collatione ordinum, virtute capituli eos, qui de temp. ordin. libro sexto, id est, ex glossa ibidem in verbo, ordinum. a collatione minorum, & maiorum, nunc autem etiam a collatione ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus.

31 Sextum est, Episcopus, qui ex aliqua ex causis prædictis suspensionem incurrit, si temere, & spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se ingerat, etiam a regimine suæ Ecclesiæ, & perceptione fructuum beneficiorum obtentorum eo ipso suspensus est, cuius suspensionis relaxationem solus Papa confer-

re

re potest. Is autem temere facere censetur, qui actum sibi a iure prohibitum scienter sub colore fraudulento facit. Vnde si ex inaduertentia, aut aliqua vehementi passione, aut alia iusta causa excusante inductus aliquem cum aliquo ex dictis defectibus ordinaret, non incurrit dictas pœnas, quia tunc non temere, nec per contemptum fecisse censetur, vt colligitur ex doctrina S. Tho. in 2.2. quæst. centesimaquinquagesimatertia, artic. tertio, ad secundũ, Angel. Syluest. & Tabiena, in verb. Temere. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 155.

Septimum est, Episcopus olim virtute concessionis
32 Concilij Trident. Sess. vigesimaquarta, de reformat. capitulo sexto, dispensare potuit in foro conscientiæ circa occulta quæcunque delicta, & censuras, et irregularitates ex eisdem prouenientes: sicut etiam superiores Religionum poterant olim cum suis fratribus in omni irregularitate dispensare, excepto homicidio voluntario, & Bigamia, vt habetur in compendio Priuileg. verb. Absolutio, quod fratres. Quæ tamen absoluendi, & dispensandi facultas, etiamsi delicta occulta fuerint, tam Episcopis, quam superioribus religionum, in casibus hic expressis sublata est, excepto mortis articulo, vt ex verbis Bullæ iustus legenti manifestum esse poterit.

Octauum est, quod licet personæ habiles, & idoneæ ordinentur seruatis cunctis præmissis in tonsuræ, & ordinum collatione obseruandis, si tamen simoniam aliquam in prædictis ordinibus, & tonsura conferendis, aut recipiendis commiserint, præter alias pœnas contra sic delinquentes a sacris Canonibus, aut constitutionibus Apostolicis inflictas, etiam pœnas omnes huius Bullæ incurrunt, siquidem simoniace ordinantes a collatione quorumque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione munerum Pontificalium eo ipso suspensi, & ab ingressu Ecclesiæ interdicti sunt; ordinati autem simoniace, ab executione ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo sunt suspensi.

Et licet ea omnia, quæ in hac Bulla Sixti V. nouiter statuta sunt, per aliam Clementis VIII. constitutionem reuocata sint, hoc tamen quod contra simoniacos decretum est, in suo robore manet, vt in fine libri huius dicemus.

TERTIVM CAPVT

Est ex parte dispensationis, & tractationis beneficiorum, & ita Episcopi incurrunt suspensionem ipso iure in his casibus.

33 Primus est. Episcopi etiam S. R. Ecclesiæ Cardinales accipientes beneficia per Simoniacam confidentiam suspensi sunt ab ingressu ecclesiæ per Bullam Pij IIII. de confidentijs, quæ incipit, Romanum Pontificem, editam anno 1564. & est constitutio 109. eiusdem, in ordine, vbi notandum est, ex eo quod dicitur, Per simoniacam confidentiam pœnam hanc non habere locum, nisi in confidentia, quæ sit vere simoniaca. Vnde si solum sit simoniaca per præsumptionem fori exterioris, hanc suspensionem vere non incurrunt.

34 Secundus est, Cardinales, Episcopi, & alij Prælati, qui alienam patiuntur obtinere cathedram, id est, cathedralem ecclesiam, aut gradum consequi contra formam traditam a Pio IIII. in Bulla, cuius incipit, in Sacrosancta, ab ingressu ecclesiæ suspensi sunt.

35 Tertius est, Episcopus confirmans Indignum ætate, scientia, & moribus, potestate confirmandi primum successorem illius caret, & a perceptione proprij beneficij suspenditur, quousque fuerit restitutus. capitulo nihil est. de elect. Angelica verbo, suspensio. 1. numero 7.

Henriquez libro 13. de excommun. & suspe 39. §. 2. Alphonsus Viuald. titu. de susp. nume

36 Quartus est, Episcopi, & alij prælati dantes præsertim curata personis indignis, & quæ in [illegible]dere, & curam per se ipsos exercere non possunt tione beneficiorum ea vice suspensi sunt. vt colli capitulo cum in cunctis. §. Clerici, versic. Episco cap. nihil est. de electi. & cap. quia nonnulli. de cl[illegible] residen. & capit. graue nimis de præb. & Concil. [illegible]dent. sess. 7. de reformat. capitulo 3. iunctis glossis, DD. ibi.

37 Quintus est, Episcopi, & superiores vacantibus d[illegible]tatibus, prioratibus, personatibus, vel ecclesijs qui[illegible]cunque sibi subiectis, seu ad collationem, præsentat[io]nem, ordinationem, vel custodiam pertinentibus eorundem, qui bona eorum morientibus rectoribus, vel ministris in ipsis inuenta, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorum expendi debent, vel futuris successoribus reseruari, occupare, aut in vsus suos conuertere præsumunt, nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iam præscripta legitime, seu alia rationabili causa hoc eis competere dignoscatur, ab ingressu ecclesiæ tamdiu sunt suspensi, quousque de prædictis restitutionem fecerint, capitulo finali, de offic. ordin. libro sexto. Palud. 4. distin. 18. quæst. 7. art. 1. casu 15. Angelica verb. suspensio, 1. casu 20. Tabiena verbo, suspensio, numero 7. versic. sexto, casu 18. & Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. articu. 2. in tract. de susp. casu 8. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 157. ver. octaua. Henriquez lib. 13. de excom. & suspen. cap. 39. §. 4. Alphonsus Viuald. tit. de suspen. num. 56. & Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 1. casu 7. Tolet. lib. 1. capit. 15.

Circa hunc casum aduertendum est, quod olim Episcopi, & alij prælati multi in nonnullis Ecclesijs ex priuilegio, statuto, vel consuetudine fructus primi, vel secun-
38 di, aut alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium integre sibi vendicabant; quia vero exinde ecclesiæ debitis suis seruitijs fraudari cœperunt Io-
38 annes Papa XXII. in extrauagan. quæ incipit, Suscepti regiminis. sub titulo, de electione, & electi potestate, inter extrauagantes eiusdem, quæ etiam extrauagans reperitur inter communes sub titulo, Ne sede vacante. statuit, ne tales ex quocunque priuilegio, consuetudine, vel statuto de dictis fructibus perciperent, vltra summam, qua in solutione decimæ quodlibet beneficium taxari solet. vel hac dimissa, vltra totale residuum fructuum, donec in regionibus, vbi decimæ beneficiorum sunt taxatæ: In illis vero ecclesiis & [illegible]bus, in quibus decimarum taxatio non est facta, vltra medietatem fructuum recipientes, & infra mensem illis, ad quos spectat, cum effectu non restituentes, si Episcopi, vel superiores prelati fuerint, eo ipso a Pontificalibus, & ingressu ecclesiæ suspensi sint, si autem Capitulum, vniuersitas, vel collegium interdicto se nouerit (donec prædicta cum integritate restituerit) subiacere. Si verò aliqua singularis persona ecclesiastica, vel mundana id fecerit, excommunicationem ipso facto incurrat, a qua sine restitutione præmissa, preterquam in mortis articulo minime absoluatur. Et cum nisi in dicto capitulo finali, de offic. ordin. in sexto, & in dicta extrauagan. Suscepti regiminis. excipiatur casus, scilicet, Nisi ex priuilegio, vel consuetudine præscripta eis liceat, &c. voluit tamen nonnulli huiusmodi priuilegia per Bullam Pij V. quæ incipit, Durum nimis, editam anno 1570. pridie Kalend. Iunij, & est constitutio 106. eiusdem in ordine, vbi etiam dictam Ioannis XXII. constitutionem renouat, & confirmat, easdemque pœnas contrafacientibus imponit, esse reuocata; & ita non valebunt nisi post dictam Bullam fori concessa. Siquidem Pontifex ibi expresse, reuocat, & abolet omnia & quæcunque priuilegia, consuetudines, & statuta quarumcunque Ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitanarum,

norum, ac maiorum, nec non collegiatarum, in quibus vacantibus ipsarum ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, sic etiam quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiori tempore prouenturi, mensæ Episcopali, seu capitulari, alioue loco integrè, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seu capituli diuidantur, & contrauenientibus easdem pœnas, quas Ioannes XXII. imponit. In fine vero dictæ Bullæ duo addit, primum est, quod non obstante hac sua constitutione, *Vbicunque huiusmodi fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius pii loci vsibus vltra semestre tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi sacristię, vel fabricę, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prędicti integre percipiant*. Secundum est, *Quod per hanc suam Bullam non intendit illis preiudicare capitulis, collegiis, mensis, aut personis fructus, & distributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, siue possessionis apprehensionem, prouenientes ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim, vt antea, exigere valeant, & habere*. Ex quibus constat, quid olim iure antiquo, & quid post hanc nouam Pij V. constitutionem liceat.

39 Sextus est, Episcopi, & superiores in permutationibus, & resignationibus beneficiorum, non seruantes statuta per Innocentium Octauum, in quadam Bulla, quæ incipit, (sicut bonus pastor.) ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt. Est autem hæc Bulla XIII. in ordine eiusdem Innocent. VIII. subdata quinto Calend. Octobr. anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimoprimo, vbi statuit, vt resignationes beneficiorum, quæ vigore licentiæ resignandi beneficia extra Curiam obtentæ sunt, fiant in loco distante per duas dietas legales a Curia Romani Pontificis. Adijciens, quod nullus huiusmodi licentijs, & facultatibus concessis, & concedendis a sede Apostolica quandocunque in posterum nullatenus vti valeat, nisi dum, & quando beneficia Ecclesiastica, quæ obtinet simpliciter, vel ex causa permutationis vere, & non ad aliorum commodum ficte resignare intendit: Contrafacientes verò tam infra duas dietas ab vrbe, etiam vere, quam extra illas ficte & in fraudem resignantes, & personę resignationes huiusmodi recipientes, & admittentes, ac notarij inde rogati, & testes interuenientes eiusdem fictionis, & fraudis non ignari; si Episcopi, & superiores, interdicti egressus Ecclesiæ, si vero alij ab eisdem fuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrunt, sed de hac re latius alibi dicemus. Interim plura de modo, & forma publicandi beneficiorum resignationes, & iurium concessiones, legi possunt in Bulla Pij IIII. constit. 15. quæ incip. Sanctissimus. & in Bulla Pij V. quæ incip. Officium, quæ est 41. in ordine & in alia eiusdem quæ incipit. Quanta quæ est 58. in ordine, & in alia eiusdem, quæ incipit, Sanctissimus, quæ est 182. in ordine, & in constitutione 87. Gregorij XIII. quæ incipit, Humano vix iudicio.

QVARTVM CAPVT

Est ex parte aliorum defectuum & ita Episcopi suspensionem incurrunt in his casibus.

40 Primus est, Episcopi qui post Concilium Prouinciale, infra sex mensium spatia non conuocant omnes Abbates, presbyteros, clericos, & plebem vniuersam suæ diœcesis, referentes eis omnia gesta in Concilio Prouinciali, bimestrem excommunicationem, idest, suspensionem ab officio duorum mensium incurrunt. capitulo finali, distinctione 18. & ibi glo. in verbo, excommunicationis, si quidem excommunicatio non imponitur ad tempus, sed suspensio, & ita exponunt Angelica. verbo, suspensio. 1. casu 1. Tabiena, verbo, suspensio, numero 7. versic. sexto. casu 1. Syluest. verbo, suspensio, §. 7. versic. 1. Henriquez libro 13. de excommunic. & suspen. capitulo 38. §. tertio, casu quarto, & Alphonsus Viualdus, titu. de suspensione, numero 90.

41 Secundus est, Episcopus, qui in visitatione aliquid accipit in pecunia, vel victualibus, quod vltra rationem visitationis suæ debetur, nisi restituat duplum infra mensem Ecclesiæ, a qua id accepit, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, quousque de duplo huiusmodi grauatæ Ecclesiæ plene satisfaciat; nulla ei in hoc dantium, remissione, liberalitate, seu gratia valitura, vt habetur in capitulo exigit. de censibus libro sexto, Palud. 4. dist. 18. quæst. 7. artic. 1. casu 6. Angelica in verbo, visitatio 1. casu 25. Tabiena, verbo, suspensio, numero 7. versic. 6. casu 19. Syluest. verbo eodem, versic. 21. Alphonsus Viualdus titu. de suspen. numero 105. Henriquez libro 13. de excommun. & susp. capitulo 39. §. 4. casu 5. inferiores autem sic visitantes, & exigentes pecuniam, aut munera ab officio, & beneficio suspenduntur, quousque satisfaciant. vbi tamen notandum est non incurrere dictam pœnam, si quis acciperet aliquid, quod liberaliter ei tempore visitationis donatur. argum. capituli quidquid. 1. q. 1. De qua etiam re multa præclara statuit Concilium Trident. 24. de reform. cap. 3.

41 Tertius est, Episcopus, qui, quando non visitat, accipit a terris, & Ecclesijs iudaicis procurationem sibi debitam tempore visitationis, eandem omnino suspensionem & pœnas incurrit, vt in dicto capitulo exigit. de censibus, libro 6. habetur.

43 Quartus est, Episcopus carnaliter cognoscens eam, quam ante ordinationem in concubinam habuit, ab ordine est suspensus, vt habetur, in capitulo. habuisse, distinct. trigesimatertia. Quo loco ponitur vox, depositionis Sacerdotij, pro suspensione ad tempus, ex glo. ibi in verbo, deposito. Quæ suspensio potius ferenda est, quam lata, vt ex contextu illius capituli colligitur: & similis loquendi modus habetur in capit. quoniam 21. quæst. 2.

44 Quintus est, Episcopus relaxans incendiarijs pœnam contentam, in c. pessimam, 13. quæstio. 8. ab officio Episcopali per annum est suspensus. vt ibidem habetur.

45 Sextus est, Episcopus negligens procedere contra Simoniacos per duos menses ab officio suspensus est. capi. quidquid. prima quæstione prima. vbi ponitur, nomen excommunicationis pro suspensione, ex glo. ibi in verbo, excommunicationi, et similis loquendi modus habetur, in capitulo fin. dist. 18. & ibi gloss. in verbo, excommunicationis, & dist. 86. cap. tanta. & 10. q. 3. c. vnico. in fine. Similis pęna Episcopis imponitur in c. eos. dist. 32.

46 Septimus est, Episcopus, si non facit comburi Talmud iuxta edictum Inquisitorū editum iussu Iulij III. ab ingressu Ecclesiæ suspensus est. De qua tamen suspensione non immerito dubitant aliqui viri graues, an practicetur, non solum ex eo, quod paucissimis in locis Christianorum, huiusmodi libri inueniuntur, sed etiam quia Episcopi negligentes in comburendis libris hæreticorum censuras aliquas non incurrunt. Huius edicti meminit Laertius Cherubinus de Nursia iurisconsultus in rubricis ad Bullam, & constitutionem 46. in ordine, Iulij III. quæ incipit, Cum sicut quod edictum se legisse testatur. Multi aūt Pontifices exterunt, qui sæpius impiū illud Thalmud nuncupatū, & alia similia detestāda volumina, & scripta Iudæorum comburi præceperunt, vt videre licet in Bulla 1. Innocentij Papæ IIII. quæ incip. Impia Iudęorum. anno Domini Millesimo ducentesimo quadragesimotertio, septimo Idus Maij: Et in Bulla Iulij III. quę incipit, Cum sicut: anno Domini Millesimo

lessimo quingentesimo quinquagesimoquinto die 29. Maij. Et in Bulla 73. Gregorij XIII. quæ incipit, Antiqua Iudæorum. anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo primo Kal. Iunij. Et in Bulla nouissima Clementis Papæ VIII. quæ incipit, Cum Hebræorum malitia. anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimosecundo, pridie Calend. Martij, vbi Iudæis ipsis sub grauissimis pœnis præcipit, vt huiusmodi libros comburant, aut locorum ordinarijs, seu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis tradant, & consignent; Christianis vero etiam sub excommunicationis maioris latæ sententiæ eo ipso incurrendæ pœna præcepit, ne huiusmodi libros, & scripta retinere, habere, legere, edere, typis excudere, seu imprimere, describere, vel exemplare, aducere, emere, vendere, donare, commutare, aut aliàs quomodolibet distrahere, vel alienare præsumant.

47 Octauus est, Suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ Prælati, qui siue auctoritate Summi Pontificis commentarios, glossas, interpretationes, scholia, vllumve interpretationis genus super Concilij Tridentini decretis edunt; ex Bullæ Pij Quarti super confirmatione eiusdem Concilij. Quæ constitutio edita fuit quinto anno eiusdem Pij IIII. 1563. septimo Calend. Februarij, & incipit, Benedictus Deus. & est constitutio 96. eiusdem de qua tamen suspensione dubium esse potest, an comprehendat Episcopos, & alios maiores Prælatos, cum istos neque sub speciali nomine Episcoporum exprimat, neque alio modo, sed solum hoc prohibet Prælatis sub interdicto ingressus Ecclesiæ, alijs autem sub pœna excommunicationis.

48 Nonus est, Episcopi, & maiores, qui vsurarijs manifestis non oriundis, sed alienigenis, locant, vel quocunque alio titulo concedunt domos ad exercendum fœnus, vel permittunt eos conducere domos in suis terris, vel aliàs ibi habitare, (quod intelligendum est ad exercendum fœnus) vel eos non expellunt de suis terris intra tres menses. suspensi sunt, quousque eos expellant. cap. vsurarum. de vsur. libro sexto, Angelica, verbo, suspensio, 1. casu 22. Tabiena, verbo, suspensio, numero 7. ver. sexto. casu 20. Syluest. verbo, suspensio, §. 6. versic. 22. Alphonsus Viualdus tit. de suspensione, numero 60. In qua suspensione non parum miror silentium DD. omnium. Cum enim Canon non exprimat, a quibus rebus sint suspensi huiusmodi Episcopi, & multum referat hoc cognoscere, nullus tamen Doctor, aliquid de hac re dicit. Henriquez libro 13. de excom. & suspen. cap. 38. §. 3. casu 5. ait suspendi a iurisdictione spirituali. Mihi videtur istam suspensionem esse ab officio, & beneficio simul, id quod etiam innuere videtur Gulielmus Durand. in suis commentariolis super hoc caput. & patet, quia, vt diximus in capitulo quarto, in explicatione primi modi suspensionis, vbi simpliciter suspensio fertur, intelligitur regulariter suspensio ab officio, & beneficio, vt latius ibi docuimus, vbi etiam varias Doctor. auctoritates, & rationes attulimus: & præter ibi dicta ratio, quæ me mouet, est, quia in eodem capitulo pro alijs personis ecclesiasticis, & sæcularibus fertur sententia excommunicationis; pro communitatibus, & collegijs fertur sententia interdicti, quæ sunt pœnæ grauissimæ; ergo etiam & hæc Episcoporum suspensio intelligenda esse videtur de suspensione grauissima. Deinde si Episcopi per mensem prædictam suspensionem sustineant, imponitur eis grauior pœna, vt scilicet eorum terra interdicto subiaceat. Quod si prior suspensio Episcoporum intelligeretur tantum de suspensione ab officio, aut a beneficio tantum, Canon postea aggrauando pœnam melius addidisset aliam grauiorem suspensionem, quæ ad ipsos Episcopos magis pertineret. Cum igitur Canon recurrat ad interdictum, videtur nomen suspensionis prius positum omnem suspensionem, quam ferre po-

nis prius positum omnem suspensionem, quam ferre po-
49 terat, comprehendisse. Vbi notandum est ex gloss. in d. cap. vsurarum. in verbo, titulo, de vsur. libro 6. nec posse huiusmodi vsurarijs concedi domum sub alio titulo quocunque, puta pignoris, commodati, depositi, precarij, & huiusmodi, & hoc maximè quando constat et velle eos domum concedere ad fœnus exercēdum, & in dubio præsumitur pro fœnore exercendo velle illam concedere, & colligitur, ex eo qđ dicitur: *Non licet vllo modo habitare.*

50 Decimus est, Episcopi, qui contra iustitiam & conscientiam prætextu odij, gratiæ, amoris, vel commodi temporalis omittunt procedere in causa hæresis, vbi procedendum erat, vel eodem obtentu, & prætextu prauitatem ipsam vel impedimentum officij sui alicui imponunt, eumque super hoc præsumpserint quoquo modo vexare, per triennium ab officio suspensi sunt. Alij verò, idest, ex glo. ibi in verb. alij, scilicet inquisitores, vel substituti ab eis, vel ab Episcopis, vel capitulis vacante sede eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt, a qua non nisi a Summo Pontifice, præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa, absolui possunt. Vt habetur in Clemen. prima, de hæret. Angelica, verb. Suspensio. 1. casu 35. Tabiena, ver. Suspensio, numero 7. ver. 6. casu 33. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 100. Henriquez libro 13. de excommun. & susp. cap. 38. §. 3. Alphonsus Viuald. in tit. de Suspensione, num. 91.

51 Vndecimus est, Episcopi & superiores conferentes gradum Magisterij, seu Doctoratus, nisi sub certa limitatione per sex menses sequentes a collatione eorundem graduum suspenduntur. Clementina cum sit. de Magistris. Angelica. verb. Suspensio, 1. casu 34. Syluest. verb. Suspensio, q. 6. ver. trigesimoquarto. Tabiena, verbo, Suspensio, num. 7. ver. Sexto casu 32. Henriquez lib. 13. de excommun. & suspen. cap. 38. §. 3. Alphonsus Viuald. tit. de Suspensione, num. 93. facultas tamen concedendi gradus data a Rege quia sæcularis est, non suspenditur propriè. ex Henriquez, vbi supra & Nauar. in Manuali, c. 27. num. 153. ver. septimo, dico.

52 Duodecimus est, Episcopi, & eorum superiores, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, populo Indicem casuum, gratiarum, & indulgentiarum, quo certo precio soluto absolui possint, & dispensari in multis referentis, ac indulgentias acquirere publicantes, vel concedentes, vel huiusmodi Indicem vbicunque repertum non dilacerantes, penitusque delentes, ab ingressu Ecclesiæ, & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum tandiu suspensi sunt, donec satisfactione prævia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur. vt constat ex Bulla Pij V. 96. in ordine, quæ incipit, Quam plenum. edita anno Dominicæ incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimonono, quarto Non. Ianuarij, Pontificatus eiusdem anno quarto. Cuius etiam meminit Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo tit. de suspensione, numero 115. Quam vero pœnam inferiores ab Episcopis hæc facientes incurrant, exposuimus libro tertio, cap. 32. excommunicatione vndecima.

53 . Decimustertius est, ille, quem ponit Sixtus Papa V. in Bulla sua de visitandis liminibus Apostolorum, edita anno 1585. 13. Calend. Ianuarij, Pontificatus sui anno primo, in Bulla quæ incipit, Romanus Pontifex. In qua decernit, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi per vniuersum Orbem constituti, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, statutis quibusdam temporibus, personaliter, ac per se ipsos Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitent, aut si impediti sint legitimè, per certum nuncium ad id speciale mandatum habentem, de gremio suorum Capitulorum, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut si huiusmodi hominem Ecclesiastica dignitate, & personatu præditum non habeant,

omninò per aliquem alium presbyterum sæcularem, vel regularem spectatæ probitatis, & religionis bene de omnibus instructum, hoc ipsum adimpleant. Tempus autem quo hoc debitum visitationis officium fieri debet, est, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi Itali videlicet, vel ex Italicis insulis, vnde in Italiam commodius traijci potest, veluti Siculi, Sardi, Corsi, & alij adiacentium Prouinciarum Italiæ, ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ e regione ipsius Italiæ, & Siciliæ oris sunt, tertio anno; Germani verò, Galli, Hispani, Belgæ, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & cęteri omnes, qui in Europa sunt circa mare Germanicum, & Balticum ac omnium insularum maris Mediterranei, quarto anno, Et qui intra Europæ fines sunt, his prouincijs remotiores, ac etiam Africam litoribus nostris aduersi, ac Insularum maris Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europę & Africæ citra continentem noui Orbis, tam qui nunc sunt, quam qui ad Catholicam fidem per misericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno. Asiatici verò, & qui extra Asiam, & in alijs nouis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus tam in insulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet mundi partibus decimo anno iter suscipiant, & Deo concedente perficiant, idemque institutum tertio quoque, quarto, quinto, & decimo anno repetant, & obseruent. Hæc autem annorum spatia a tempore suscepti muneris consecrationis, vel Pallij traditionis, aut translationis ad aliam Ecclesiam incipiant. Et ne longius differatur, statuit, quod tempus qualecunque excursum alicui ex supradictis Præsulibus, qui siue morte præuentus, siue alia quacunque de causa ob non finitum tempus ei præscriptum, dicta Limina non visitauerit, ita illius successori effluxisse, & excurrisse intelligatur, vt termino ipso iuxta prædicta completo debitam tunc visitationem quam primum conficere teneatur. Qui vero iam sunt ordinati, aut Pallium a Sede Apostolica susceperunt, aut ad aliam Ecclesiam translati sunt, prout cuique distinctio locorum, & temporum interualla præscripta sunt, ad prædicta obseruanda a die publicationis præsentis constitutionis omnino teneantur. Iubemus igitur in virtute Sanctæ obedientiæ supradictis omnibus Antistitibus præsentibus, & futuris, vt visitationem prædictam sibi, suæque Ecclesiæ adeo vtilem, et necessariam, iuxta præscriptam formulam omnino conficiant. Si vero, quod absit, non egerint, eos ab ingressu Ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quam temporalium, nec non a perceptione fructuum suarum Ecclesiarum, a Capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante, interim libere exigendorum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum ecclesiæ emptionem, prout maior exegerit necessitas, insumendorum ipso facto tam diu suspensos esse volumus, donec a contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi a Sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus priuilegijs quibuscunque &c.

54 Decimusquartus esse potest ille, qui habetur in Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. vbi Paulus Papa II. ait, Quod alienantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, si Pontificali, vel Abbatiali præfulgeant dignitate, ingressus Ecclesiæ eis penitus interdictus sit. Et si per sex menses immediate sequêtes sub interdicto in huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerint indurato, lapsis mensibus eisdem a regimine, & administratione suę Ecclesię, vel Monasterij, cui præsident in spiritualibus, & temporalibus, sint eo ipso suspensi. Inferiores vero Prælati, Commendatarij, & aliarum ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, prępositurijs, pręposituralibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sęcularibus, & regularibus beneficijs quorum res, & bona alienarunt duntaxat ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, ita vt a solitis collationibus personis idoneis libere de iure conferri possint, nisi aliàs dispositioni Apostolicę sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata; nihilominus alienatę res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quę ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Hęc Paulus Venetus Papa II. anno 1468. Pontificatus sui anno quarto: cuius etiam meminit Alphonsus Viualdus tit. de suspensione, numero septuagesimosecundo, de qua plura diximus libro tertio, capitulo trigesimosecundo, excommunicatio ne octaua. Quiq; alus licet religiosis; & alijs clericis conueniat, quia tamen Episcopis etiam competit, hoc in loco a nobis appositus est.

55 Decimusquintus habetur in Bulla Pij V. quę incipit, Quanta Ecclesię, edita 1568. Calend. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio, & est Constitutio 58. eiusdem in ordine, vbi statuit, vt Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes beneficiorum recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel viriat; aut criminj obnoxij; censurisque eccl. siasticis irretiti aut nequeunt, aut non debent Ecclesię, vel beneficio inseruire; seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri; religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur; denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione Felicis recordationis Innocentij Papę III. de dimittendis cathedralibus Ecclesijs, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, vnde in vita possit commodè sustentari. Ad hęc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quę canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prędicti, itemque omnes electores, prȩsentatores, & patroni tam ecclesiastici, quam laici quicunque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Præcipimus insuper, & interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prędictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid pręter, vel contra formam prędictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, vt in eo in quo delinquunt puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, prȩsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere., & qui talia beneficia, seu officia receperint, eis prędictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, prȩsentare, confirmare vel instituere ausi fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto promulgamus, quibus nullus alius, quam ipse Romanus

Pontifex siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertiri. Constitutio autem Innocentij Papæ III. cuius hic mentio fit, habetur in cap. Nisi cum pridem, de renunciat. vbi sex causas assignat, ex quibus Episcopi petere, & Papa consueuit concedere cedendi licentiam, & sunt istæ, *Conscientia criminis; Debilitas corporis; Defectus scientiæ; Malitia plebis; Graue scandalum; Irregularitasque personæ.* Quas causas omnes præfatus Innocentius Pontifex ibidem latius explicat. Quæ sex causæ his versibus comprehendi possunt.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

De huiusmodi autem fallaci circuitu multiplicatarum collationum in extraneos, quem Papa pius V. vbi supra prohibet, extat Bulla Innocentij Papæ VIII. quæ incipit, Sicut bonus Pastor, edita anno Dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo nonagesimoprimo, quinto Calendas Octobris, Pontificatus sui anno octauo, & est Constitutio 13. eiusdem in ordine.

De Suspensionibus contra iudices Ecclesiasticos, Religiosos, & Capitula seu Conuentus in iure latis. Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Iudices Ecclesiastici sententiam excommunicationis siue debita iuris monitione ferentes, ab ingressu Ecclesiæ per mensem suspensi sunt.*

2 *Iudices Ecclesiastici censuram aliquam sine scriptis, aut sine causæ expressione ferentes ab ingressu Ecclesiæ, & ab officijs diuinis per mensem sunt suspensi.*

3 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus contra iustitiam, vel conscientiam parti ligandi iniuriam faciens, per annum ab executione officij est suspensus.*

4 *Iudices conseruatores sedis Apostolicæ scienter se intromittentes in cognitione aliarum causarum, quam de manifestis iniurijs per annũ ab officio suspensi sunt.*

5 *Abbas subditis suis laicis tonsuram, aut minores conferens, aut litteras dimissorias concedens, ab officio, & beneficio per annum ipso iure est suspensus.*

6 *Abbas, aut Prior supra se Abbatem non habens in ordine monachorum nigrorum in habitu, & pertinentibus ad honestatem vestitus delinquens per annum a beneficiorum collatione est suspensus.*

7 *Monachi inferiores nigri in vestitu delinquentes ab omni administratione per annum suspensi sunt.*

8 *Abbas, aut Prior ordinis S. Benedicti venationi, aut aucupationi clamosæ interessentes a collatione beneficiorum per biennium suspensi sunt.*

9 *Monachi inferiores ordinis S. Benedicti, si venationi clamosæ præsentes fuerint, per biennium ab administratione, quam habent, suspenduntur.*

10 *Religiosi grauantes, vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas, aut eas sibi vsurpantes, si requisiti infra mensem non desistant, vel infra duos menses non satisfaciant, donec destiterint, vel satisfecerint, sunt suspensi.*

11 *Prælati religiosorum occasione excessuum suorum subditorum aliquid recipientes quando, & quamdiu sint suspensi.*

12 *Religiosi quicunque præsidentes monasterijs iura, redditus, aut possessiones loci alicui ad vitam, vel ad certum tempus concedentes, quando suspensionem incurrant.*

13 *Fratres Prædicatores perturbantes fratres Minores circa officium Inquisitoris contra hæreticos, & econtra ab executione ordinum sacrorum quousque suspendantur.*

14 *Fratres Prædicatores, & Minores ante annum probationis elapsum ad professionem admittentes a receptione quorumcunque ad professionem sui ordinis suspensi sunt.*

15 *Religiosi non professi, ad sacros ordines promoti a susceptione ordinum suspensi sunt.*

16 *Religiosi absque licentia, & litteris dimissorijs proprij Prælati sacris initiati ab exercitio ordinum sic susceptorum suspenduntur.*

17 *Monachi ad sacrum aliquem ordinem in apostasia promoti ab ordine sic suscepto ad arbitrium Papæ sunt suspensi.*

18 *Religiosi a rectoribus Ecclesiarum requisiti pœnitentibus suis scienter de soluendis decimis conscientiam facere omittentes, ab officio prædicationis suspensi sunt.*

19 *Prælati religiosorum ex administratione Eucharistiæ, extremæ vnctionis, vel matrimonij solennizatione aliquid acquirentes, quando suspensionem incurrunt.*

20 *Prælatus religionis non satisfaciens damno ex subditorum suorum detractione illato suspensus est.*

21 *Præpositi, Priores, & alij religiosi mulieres intra monasteria introducentes à Diuinis suspensi, & beneficijs priuati sunt.*

22 *Regulares in suspensiones, & alias censuras in Clericos simpliciter latas non incidunt.*

23 *Vitæ genus regularium à Clericorum sæcularium vita plurimum distat.*

24 *Regulares deterioris conditionis, quam sint Clerici sæculares, esse non debent.*

25 *Capitula, Conuentus, Collegia, & singulares eorundem personæ bona a defunctis prælatis Ecclesiæ relicta, vel vacationis tempore obuenientia occupantes, aut dilapidantes, ab officijs, & beneficijs, quousque caretstituant, suspenduntur.*

26 *Capitula, & Collegia Ecclesiarum, aut Monasteriorum, Episcopos, ipsisue maiores, aut minores in Curia promotos, absque litteris sedis Apostolicæ de promotione factis recipientia, quamdiu a beneficiorum suorum perceptione suspendantur.*

27 *Capitula, aut Conuentus ob receptionem personarum vtriusque sexus ad religionem pastus, pecunias, aut res alias petentes, aut exigentes, ipso iure suspenduntur, & a absolui possunt.*

28 *Capitula, & Conuentus beneficia conferentes contra Constitutionem Pij V. de modo admittendi resignationes beneficiorum editam eo ipso à Diuinis suspensi sunt, & a Summo Pontifice tantum absolui possunt.*

1 
Rimus casus, quo Iudices Ecclesiastici suspentionem incurrunt, est, si ferant excommunicationis sententiam non præmissa debita iuris monitione, vel non adhibitis debitis testibus, per quos, si opus fuerit, probari possit, & hoc etiã si alias iusta sit, & sunt præsertim

ab ingressu Ecclesiæ suspensi.cap. sacro de sent. excom. Palud.4.dist.18.q.7.art.2.casu 12.Summa Astēsis par. 2.lib.7.tit.16.art.7.casu 2.Angelica, verb 1, suspensio, 2.casu 14.Tabien 1,verbo,suspensio,§.6.versic.14.Martin.Ledes.2.4.q.26.in tract. de suspens. casu 5.Nauarr. in Man.c.27.nu.156.vers.quinta. Alphonsus Vіual.tit. de suspensione,nu.70.Cosmus Philiarchus de offic.Sacerd.par.1.lib.4.ca.2.casu 4. Henriquez lib.13.de exc. & susp.c.39.§. 4. vbi ait non includit Episcopum hæc excommunicantem, aut suspendentem, cum eorum non fit mentio specialis,ea.quia periculosum.de sentent. excom.lib.6.S.Anton.3.par.tit.28.cap.4.

Secundus est, Iudices Ecclesiastici sententiam excommunicationis,suspensionis, aut interdicti fine scriptis, vel fine causæ expressione ferentes, vel si requisiti nō tradunt copiam scripturæ intra mensem,ab ingressu Ecclesiæ,& diuinis officijs per mensem suspensi sunt, vt habetur in capit.cum medicinalis.de sent.excomm.lib.6.Palud.4.dist.18.q.7.art.2.casu 14.Summa Astensis par.2.lib.7.tit.16.artic.7.casu 3.Angelica,verbo,suspensio,1.casu 15.Syluester verbo,suspensio,quæst.6.§.15. Tabiena,verbo,suspensio,num.7.vers.6.casu 13.Nau.in Manuali,cap.27.nu.156.versic.sexta,Cosmus Philiarchus de officio Sacerd.part.1.lib.4.ca.2.casu 11.Alphonsus Viuald.tit.de susp.num.71.Henriquez lib.13.de exc.& susp.c.39.§.4.vbi ait,quod si interim capta fuerit sententiam,suspensio reseruatur Papæ, vt etiam docet Sanct. Anton.3.par.titul.28.de suspens.cap.4.Et colligitur ex d.cap.cum medicinalis,in fine.Circa quam suspensionem aduertendum est ex Palud.4.dist.18.quæst.7.art. 3.concl.10.quod vt iudex Ecclesiasticus hanc censuram incurrat, requiritur, vt suspendat ab eo,quod competat iure ipsius suspenso iure suo; vnde si suspenderet ab eo, quod competat iure ipsius suspendentis, scilicet ex commissio ne ipsius suspendentis, etsi non seruaret hanc formam in censuram suspensionis non incideret, vt latius in cap. 2.exposuimus. Quæ etiam pœna non tangit Episcopos, ex S.Anton.vbi supra,& Toleto lib.1.cap.15.

3 Tertius est, Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus non Episcopus,qui contra iustitiam, & conscientiam facit iniuriam parti litigāti in iudicio,amore, odio, vel muneribus ab alijs receptis,per annum ab executione officij est suspensus.cap.cum æterni. de sentent.& re iudic.lib.6.Vt verbi gratia,si debes mihi centum,& conuenio te coram iudice Ecclesiastico, tu prēmio corrūpis iudicem,ita vt quamuis videat iustitiā meam,tamen contra me iudicet,iudex per annum ab officio suspensus est, adeo vt,si intra illum se ingerat diuinis officijs, irregularis fit,a solo Papa dispensādus. Palud.4.d.18.q.7.ar. 2.casu 13.Summa Astensis.par.2.lib.7.tit.16.at.7.casu 11.Angelica verbo,suspensio,1.casu 19.Tabiena,verb. suspensio,numero 7.vers.sexto,casu 17.Syluest.verbo, suspensio,q.6.vers.decimonono. Alphons.Viuald.tit.de suspens.n.74.Cosmus Philiarchus vbi supra,casu 8. qui addit esse etiam suspēsum à diuinis,cum subdatur, *Quod si infra illum annum ingerat se diuinis, fit irregularis, a qua non nisi a Papa liberari possit.* & Tolet.lib.1.cap.15.Martin.Ledesm.2.4.q.26.in tract.de suspens.art.2.casu.10. Nau.in Man.c.27.nu.157.ver.decima.S.Anton.3.par. tit.28.de suspens.cap.4.vbi notandum est,quod ad hanc pœnam incurrendam multa requiruntur.

Primum est,quod non sit Episcopus,ex gl.ibi in verbo. Ordinarius, cum hi pœnam hanc non incurrant nisi eorum mentio fiat.capit. Quia periculosum, de sent. excomun.lib.6.& ca.si compromissarius.§.huiusmodi.de elect.lib.6.Ledesm.& Nauar.vbi supra.

Secundum est,quod ille talis faciat iniuriam,vel inferat grauamen contra iustitiam,& conscientiam,ex glo. ibi in verb. Et contra, vbi notat hæc duo sic copulata requiri,vt locum habeat pœna.

Tertium est, quod inferat illud grauamen in iudicio; & quod sit iudex,quia si sit merus executor, vel arbiter, non incurrit hanc pœnam,ex glo.in verb.in iudicio.Angelica, Syluestro, Ledesm. Nauar. Henriquez vbi supra,cum solum caueatur de ordinario,vel delegato, & ita cum hæc sit pœna,non est amplianda,sed restringenda,cap.odia.& c.in pœnis,de reg.iur.libro 6.& ca. pœnæ,de pœnit.dist.1.

Quartum est, quod faciat illam iniuriam per gratiā, vel sordes. Dicitur autem fieri per gratiam,& sordes,id quod fit prece,pretio,timore,vel odio,ex gl.ibi in verb. vel per sordes.

4 Quartus,est Iudices conseruatores sedis Apostolicæ scienter se intromittentes,vt cognoscant de alijs causis, quam de manifestis iniurijs, nisi sit eis specialiter cum clausula commissum,vt etiam de alijs possint cognoscere,& se intromittere(cum qua clausula plures huiusmodi gratiæ ante Concil. Trid. concedebantur post illud autem statutum est sessio.14.de reform.cap. quinto,vt raro concedantur)per annum ab officio suspensi sunt. vt habetur in capitulo hac constitutione, §. vt autem. de officio delegat.lib.sexto, Palud.4.dist.18.q.7.art.2. casu 3.S.Anton.3.par.tit.28.de suspen.capitu.quarto Angelica,verbo suspensio,primo.casu 17. Syluest.verbo, suspensio, §. sexto, versiculo 17. Tabiena, verbo,suspensio,numero 7. versic. sexto. casu 15. Martin. Ledesm.2.4 quæst.26.artic.2. in tract. de suspens. casu 9.Nauar.in Manual.cap.27.num. 157.versiculo nono Henriquez lib.13. de excommunic. & suspensi. capitu. 39.§.4.Cosmus Philiarchus vbi supra,casu 6. Alphons. Viuald.tit.de suspens.numero 80.Tolet.libro 1. ca.15.

Quo ad Religiosos autem, suspensionem incurrunt ipso iure in quibusdam casibus.

5 Primus est, Abbas etiam regularis subditis laicis tonsuram,aut minores ordines conferens, aut eisdem litteras dimissorias,vt ab alijs ordinentur,concedens, ab officio, & beneficio per annum ipso iure suspensus est, vt habetur in Concil. Trident. sessio. 23. de reform.capitu.decimo.At vero suis regularibus primam tonsuram, & minores in suo monasterio, & Ecclesia propria conferre potest. arg. cap. quoniam. distinction.69. & cap. cum contingat.de ætat.& qualit.& capitu. Abbates.de priuileg.libro 6. & facit Concil. Tridentin. in d. capitu.decimo, versic. *Qui regularis subditus sibi non sit*. Simon Maiol.lib.3.capitu.23. numero 12. versic. qua ratione,& libro quarto,capitu.secundo,numer.10.versic. nec ista omnia. Possunt tamen Abbates inuitati in claustris aliorum exemptorum iure suo tonsuram, &. minores conferre, nec incurrunt hanc pœnam, etiam non requisito Diœcesano, ex sententia Lau. Hostiens. & Ioan. Andr. quos refert Gemin. in d. capitu. Abbates.versic. quid si Abbas Simon Maiol. libro tertio, de irregularit. capitul. 23. numero 12. Et quamuis infra annum probationis, nec quidem primam tonsuram dare debet, eo quod hoc anno probationis pendente, habentur quasi pro non subditis quoad ordines suscipiendos, id quod inductum est, ne fiat fraus legi, si illi postea claustrum dereliquerint. ex Ioan. Andr. in capitulo Abbates, in verbo, conuolauerunt, de priuileg. libro sexto. Gemin. & Lap. ibidem, si tamen tonsuram conferat nouitio, peccat,sed non fit suspensus, ex Henriquez libro decimo tertio, de excommun. & suspensio.ca.28.§.secundo, quidquid Maiol. libro quarto,capitulo secundo, numero 11. in fine contrarium innuet. Quod si talis nouitius à monasterio recedat,non gaudet priuilegio tonsuræ, vt Henriquez vbi supra notauit.

6 Secundus est, Abbates,& Priores, qui non habent sub pœna se Abbatē m religione monachorū nigrorū,si delinquant in habitu,& pertinentibus ad honestatē vestitus, id est,si sotulares non corrigiatos, & altos, aut caputia non fissa portare præsumpserint, per annū a beneficio-

 rum

rum collatione suspensi sunt. clemen. 1. §. si quis autem. de statu monachor. vbi notat glos. in verbo, Nigrorum. hanc suspensionem non habere locum in Monachis Cistercienlibus, qui solum habitum superiorem nigrum gestant inferiorem vero album; vnde colligimus Monachos nigros vocari illos, qui vtrumque habitum nigrum gestant, quales sunt Benedictini, ex Tabiena, verbo, suspensio, numero septimo, versiculo sexto, casu 31. Syluest. verbo, eodem, versic. 33. Henriquez libro 13. de excom. & susp. c. 4. §. 3. casu 4. Alphonso Viualdo titu. de suspen. num. 94. & numero 95. Durante autem tempore suspensionis Abbatis, vel priorum collatio eorundem beneficiorũ ad Priorem claustralem cũ consilio, & consensu maioris partis capituli, seu conuentus deuoluitur.

7 Tertius est, Monachi inferiores in eodem ordine excedentes in vestitu, vt dictum est, suspenduntur per annum ab omni administratione; quam habent; quod si nullam habeant, eo ipso per annum inhabiles ad omnem administrationem, & Ecclesiasticum beneficium obtinendum redduntur. clem. 1. §. si quis autem. de statu monach. Tabiena, & Syluest. vbi supra. Angelica, verbo, suspensio, primo, casu 34.

8 Quartus est, Abbates, & Priores, qui non habent supra se Abbatem ex eodem ordine Benedictinorum, si venationi, vel aucupationi clamosæ, vel alias cum canibus, aut auibus ex proposito intersint, per duos annos a collatione beneficiorum suspensi sunt. & collatio beneficiorum durante hoc tempore ad Priorem, & conuentum pertinet. clement. prima, §. si quis autem, de statu monach. vbi notandum est glo. ibidem, quod si venatio sine canibus, & aucupatio sine auibus fiat, scilicet cum retibus, vel laqueis, aut si tali venationi interfuerint casu, non erit locus huic pœnæ.

9 Quintus est, Monachi inferiores eiusdem ordinis, si intersint venationi ex proposito ad eum modum, quo diximus, per biennium ab eadem administratione, si quam habent, suspensi sunt; quod si nullam habeant, eo ipso per biennium inhabiles ad omnem administrationem, & beneficium Ecclesiasticum obtinendum efficiuntur, ex d. clement. 1. §. si quis autem. Tabiena, vbi supra. Alphonsus Viualdus, cit. num. 95.

10 Sextus est, Religiosi grauantes, vel fraudantes Ecclesias circa decimas eis debitas, easque sine causa rationabili, aut priuilegio sibi vsurpantes, si requisiti per illos, quorum interest, non desistunt infra mensem; vel de vsurpatis, vel retentis infra duos menses, non satisfaciant, ab officijs, administrationibus, & beneficijs suis, donec destiterint, & satisfecerint, suspensi sunt. Quod religiosi huiusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu quo alij supradicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrunt, à qua non nisi præmissa satisfactione absolui possint. Clement. 1. de decimis. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, capit. 4. non longe a fine. Angelica, verb. Suspensio, 1. casu 31. Tabiena verbo, eodem, numero 7. ver. Sexto, casu 29. Henriquez lib. vigesimotertio. de excommunicat. & susp. capitulo 40. §. tertio, & Alphonsus Viualdus tit. de suspen. nume. 101. vbi est obseruandum, quod ad hanc suspensionem incurrendam, ponitur ibi vna conditio, scilicet, *vt sint requisiti ab ipsis Rectoribus Ecclesiarum;* vnde quousque ab illis requisiti fuerint, in hanc censuram non incidunt. Eandem censuram incurrunt religiosi, si non permittant solui decimas de animalibus familiarium, & pastorum suorum, quod intelligendum est, postquam fuerint requisiti, si non destiterint, & satisfecerint, vt in d. Clem. 1. habetur. Addit etiam S. Antonin. post Ioan. Andr. in gloss. in ver. Donec. se credere, quod sufficiat iudicis declaratio super satisfactione, nec sit necessaria absolutio quoad suspensionem, ad excommunicationem vero requiritur absolutio post condignam satisfactionem.

11 Septimus est, Prælati religiosorum ad quos occasione excessuum religiosorum suorum, (vt ita eum dicam) aliquid quoquo modo peruenerit, nisi de eo satisfecerint Ecclesijs, & personis damnificatis infra mensem, postquam requisiti fuerint, vsque ad debitam satisfactionem suspensi sunt. Excessus autem tres sunt præcipuè, qui committuntur a religiosis, quando intersunt testamentis; Primus est, si retrahant ipsum testatorem a legatis faciendis Matricibus Ecclesijs. Secundus est, si retrahant eosdem a debitis restitutionibus faciendis. Tertius est, si procurent legata, vel debita, vel malè ablata incertorum dominorum, erogari sibi, vel alijs singularibus personis sui ordinis, vel ipsis conuentibus in præiudicium aliorum, quorum interest, vt habetur in elem. religiosi. §. quibus etiam, de priuileg. Henriquez libro 13. de excommun. & suspen. c. 40. §. 4. vbi ait, non prohiberi regulares inducere morientes, vt sponte legent aliquid suo monasterio, dum indiget, aut reducere ad memoriam propriam necessitates, de qua re legi possunt Nau. in Man. c. 26. num. 36. & Viual. tit. de susp. numero 71. Hæc autem suspensio, vt notat glo. in d. element. religiosi, in verb. suspensionis, intelligitur ab officio.

12 Octauus est, Religiosi quicunque præsidentes Monasterijs, Prioratibus, Ecclesijs, & administrationibus quibuscunque, si iura, redditus, vel possessiones eorum monasteriorum, Prioratuum, Ecclesiarum, & administrationum alicui ad vitam eius, id est, ex glo. ibi in verbo Eius, recipientis, vel concedentis, seu adeo etiam tempus pecunia etiam inde recepta, quouismodo concesserint, nisi duo concurrant, scilicet, necessitas, aut vtilitas monasteriorum, Prioratuum, Ecclesiarum, aut administrationum huiusmodi id exposcat, & tunc cum consensu conuentus, si Conuentum habeant, aut si Conuentum non habent, de consensu Prælati superioris, ab officio suspensi sunt, nec aliter facta valet concessio, vt habetur in Clement. prima, de rebus eccl. non alien. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, c. 4. circa medium. Angelica, verbo, Suspensio, 1. casu 40. Tabiena, verb. suspensio, num. 7. versic. sexto, casu 28. Syluest. verbo, Suspensio, quæst. 6. versic. trigesimo. Alphonsus Viuald. tit. de Suspen. numero 73. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. c. 1. casu 13. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. tract. de suspen. art. 2. casu 14. Nauar. in Man. cap. 27. num. 157. versic. decimaquarta. Henriquez lib. 13. de excommun. & susp. cap. 40. §. 1. Excipiuntur tamen duo casus, scilicet locationes, & venditiones redituum, vel fructuum ad modicum tempus, de quo modico tempore vide glo. ibi, in verb. ad modicum tempus? Mihi tamen valde probabile est hoc tempus breue esse triennale, iuxta Extrauag. Pauli II. quæ incipit, Ambitiosæ. de reb. eccles. non alienan. vt etiam insinuat Henriquez vbi supra.

13 Nonus est, Fratres Prædicatores, si perturbare præsumpserint officium Inquisitoris contra hæreticos; per Fratres Minores exercitatum; & idem de Minoribus perturbantibus officium Inquisitoris per Prædicatores exercitatum, ipso facto ab executione ordinum Sacrorum suspensi sunt, quousque vel per Sedem Apostolicam vel ipsum Inquisitorem, cuius officium perturbarunt, absoluantur. vt habetur in quodam priuilegio concesso a Clemente IIII. quod incipit, Pauperis alissimæ. & refertur a S. Anton. 3. par. titu. 28. de suspen. c. 4. Tabiena, verb. suspensio, nu. 7. vers. sexto, casu 36. Syluest. verb. eo. versi. 38. & 39. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. c. 40. §. 3. Alphonso Viualdo in Candelabro. tit. de susp. num. 100. & alijs.

14 Decimus est, Fratres Prædicatores, & Minores recipientes ad professionem aliquem in ordine suo ante probationis annum elapsum, tuot ipso facto a receptione quorumlibet ad professionẽ eiusdẽ ordinis suspẽsi, & pœna grauiori puniendi, nec tenet professio, non solũ, de

de reg.lib.6.S.Anton.3.par.tit.28.de susp.cap.4. Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.16.art.7.casu 37.Angelica, verbo,suspensio, primo casu 28. Syluest. verbo suspensio,quæstio.6.versic.28.Tabiena,verbo suspensio,num. 7.versic.sexto.casu 26. Martin. Ledesm. 2.4.quæst.26. artic.2.tract.de suspens.casu 12.Nauar.in Manuali,ca. 27.num.157.vers.duodecima. Henriquez lib.13.de excommunicat.& suspen.cap.40.§. 3. Alphonsus Viuald. tit.de suspen.num.104. & Cosmus Philiarchus de officio Sacerd.par.1.lib.4.cap.2.casu 9.Toler.libro 1.cap. 15.Et secundum glo.in d.cap.non solum.in verbo. Suspenso.superior, qui non peccauit, ab ea absoluere posest; quod etiã fatetur Astensis cit. argumen.capit.nuper.de sentent. excommunic.in antiq. quæ suspensio ex eodem Astensi,& alijs nonnullis ad omnes Mendicantes extenditur, capitulo constitutionem.de regul.libro 6.& ita sentit Henriquez vbi supra.

15 Vndecimus est, Religiosi non professi, si ad Sacros ordines promoueantur, à susceptione ordinum suspensi sunt ex Bulla Pij V.quæ incipit,Romanus Pontifex. Super extensione decreti Concilij Tridenti. Sess.21.de reform.cap. 2. a qua tamen suspensione immunes sunt religiosi Societatis Iesu per Bullam Gregor. XIII. edisam anno 1582.ex Henriquez lib.13.de excom. & susp. cap.37.§.1.

16 Duodecimus est, Religiosi absque licentia & litteris dimissorijs proprij Prælati Sacris initiati ab vsu ordinũ Sacrorum sic susceptorum suspensi sunt,arg. Extrauag. cum ex Sacrorum Pij II. Nauar.in Manuali,capit.25. num.70.& cap.27.num.155.versic. tertia,. Henriquez lib.13.de excom.& suspen.capit.40 §.1.

17 Decimustertius est, Monachi ad Sacrum aliquem ordinem in apostasia promoti, quantumlibet fuerint suo Abbati reconciliati,& ad ordinem redierint, ab ordine tamen sic in apostasia recepto sunt suspensi, quousque per Sedem Apostolicam dispensentur.ca.finali,de apostatis. S.Anton.3.par.in tit.28.de suspen.ca.4.quidquid Henriquez lib.13.capit.40.§.1.talem irregularem,non autem suspensum esse velit. vbi obseruandum est,sd hãc pœnam incurrendam requiri,vt in Apostasia talis ordo sacer receptus sit: si enim Monachus non verè apostatasset,sed ex vna religione ad aliam transisset, & suscepto ordine in secunda religione ad primam postea rediret,poterit etiam in prima religione ministrare in ordine sic suscepto,cap.ex parte,& ibi gloss.in verbo, ad nigros,de temp.ordin.

18 Decimusquartus est,Religiosi,qui postquam à Rectoribus Ecclesiarum requisiti fuerint,scienter omittunt facere conscientiam suis pœnitentibus de soluendis decimis, a prædicationis officio tamdiu suspensi sunt,donec eis,si commode poterunt,conscientiam fecerint. Clem. cupientes,de pœnis. S.Anton.3.part.tit.28.de suspen.c. 4. Angelica,verb.suspensio,1.casu 32. Tabiena, verb. suspensio,num.7.vers.sexto.casu 30.Syluester, verb. Suspensio,quæst.6.vers.trigesimoseptimo. Alphonsus Viuald.tit.de suspensione,num.76.Henriquez lib. 13.de excomm.& susp.c.40.§. 3. Excipiuntur tamen religiosi illi,qui habent ius exigendi decimas.ex d.Clem.cupientes.& ibi glos.in verb.percipientium.

19 Decimusquintus est, Prælati Religiosorum, qui ex administratione Eucharistiæ, extremæ Vnctionis, vel Matrimonij solemnizationẽ cum benedictione nuptiali,aut quacumque absolutione indebita aliquid acquisierunt,nisi,postquam requisiti fuerint, infra mensem restituerint vsque ad debitam satisfactionem,suspẽsi sunt. Clement.religiosi. de priuileg. vt notant Angelica in verbo,suspensio,1.casu 36.Tabiena,verb.suspensio,nu. 7.vers.sexto.casu 34. Syluest. verb. Suspensio, quæst.6. vers.36. Alphonsus Viuald.tit.de suspensione,num.75. & fauet Henriquez lib.13.de excommun.& suspen. ca. 49.§.4.in fine. Alij tamen hanc suspẽsionem, & fortasse melius omittunt.cum in d.Clemen.solum excommunicentur religiosi subditi, qui Sacramenta hæc sine speciali licentia presbyteri parochialis, Clericis,aut laicis administrant,vt in parte prima dicta Clemen. constat,vbi nulla mentio fit suspensionis. De qua re egimus lib. 3. cap.29.excommunicatione decima,vers.quarto.

20 Decimussextus. Suspenditur religionis Prælatus,nisi damno satisfaciat, quod aliquis ex suis subditis intulit, detrahendo Prælatis in concione, prædicando indiscretas indulgentias,detrahendo laicos,ne ad parochiam accedant, absoluendo sine priuilegio à reseruatis Episcopo,vel Papę.Clemen.religiosi.§.quibus autem.de priuileg.& Henriquez libro 13.de excommun.& suspens. cap.40.§.4.& fauet Nauarr.in Man.cap.25. num.142. versic.tertio peccant.

21 Decimusseptimus est, Præpositi, Priores,& omnes religiosi qui introducunt mulieres intra monasteria,a Diuinis suspensi sunt, & beneficijs priuati,& ad illa,& ad alia omnia inhabiles redduntur.ex Bulla Pij V.quæ incipit,Regula. Alphonsus Viuald.tit.de suspensione,numero 118.de qua re legenda sunt,quæ diximus lib.3.ca. 31.excommunicatione nona.

Quoad suspensiones autem in iure cõtra Clericos latas,aduertendum est,quod licet Gemin.in c.si sententia. nu.3.de sent.exc.lib.6.existimet regulares in suspensio-
22 nes, & alias censuras in Clericos simpliciter latas incidere; verior tamen,& communior opinio est, quam latius probat, & tuetur Hugolin.de censur.eccles.tab. 4. cap.11.§.2.regulares in censuras non incidere, quæ simpliciter in Clericos latæ sunt, tum quia ex communi modo loquendi, qui seruandus est,arg. ca. cum dilectus.de consuetud.religiosi,non dici solent Clerici,arg. Clem. 1.de priuileg. maxime in pœnis,quæ restringendæ sunt, ca.odia. & c.in pœnis.de reg.iur.lib. 6.tum etiam quia vbi ius ipsum regulares comprehendere velit,eos nominare solet.vt in Clem.quoniam,de vita & honest. Cler.
23 tum quia aliud vitæ genus est regularium; aliud Clericorum sęcularium,& separatim de ipsis in tit. de regul. & in tit.de statu monach.agitur.tum etiã,quia si in Clericos sęculares latæ sunt,vt sensit glos.in clem.1. in ver. religiosi.de priuileg.& fauet Nauar.in Manuali,ca.25. num. 142. vers. tertio peccat,neque a contrario regulares in pœnas Clericorum incidere debent, ne deteriori
24 conditione ipsi Clericis sint,arg.l.si.ff.de leg.3. de qua re Hugol. vbi supra latius agit. Vnde merito suspensiones religiosorum ab illis quæ Clericos concernunt, distinctis capitibus apposuimus.

25 Decimusoctauus est quoad Capitula. Capitula, conuentus,collegia,& singulares earumdem personę,si defuncto prælato Ecclesiæ Cathedralis, vel regularis, vel Collegiatæ occupent,inter se diuidant,subripiant, dilapident,dissipent bona ab ipso Prælato relicta, vel vacationis tempore obuenientia,ab officijs,et beneficijs quibuscumque suspensi sunt, donec plene restituant Ecclesiæ,vel successori, quicquid de bonis perceperint supradictis,capit.quia sæpe,de electio.lib.6.Palud.4.dist.18. q.7.art.2.casu 2.Angelica in verbo,suspensio, 16.cas.1. Syluester,verbo,suspensio,quæst.6.versic.16.Tabiena, verb.suspensio,nu.7.versic.sexto,casu.14.& Martin.Ledesm.2.4.q.26.ar.2.in tract.de sus.casu 7.Nau.in Man c.27.nu.156.vers.septima. Alphonsus Viuald.tit.de suspensione,nu.44.Toletus,lib.1.c.55.Henriquez lib.13. de exc.& suspen.cap.39.§.4.casu 4. vbi notandum est.

Primo reuocari etiam omnia priuilegia, constitutiones,& consuetudines in contrarium,vt ex d. capit. quia sæpe,constat.

Secundo,locum etiam habet in redditibus sigilli, & in quolibet alio prouentu,& emolumento,vt declaratur in Clem.statutum,de elect.& intellige, quando prælatus principalis decedit,ex Angelica, Syluestro, & Tabiena cit.& glos.in d.c.quia sæpe.in verbo, vacantibus.



Vlti casus in iure sunt, quibus clerici simplices suspensionem propter ordinum receptionem incurrunt, quorum aliqui sunt ex parte ipsius ordinantis, & ex hoc capite

1 Primus est, Ordinati ab Episcopo hæretico, schismatico, excommunicato, vel deposito Ordinis executionē non recipiunt. argum. cap. primi, & capituli fraternitati. de schismatic. & S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspen. cap. 4. Summa Asteusis, 2. part. lib. 5. tit. 3. art. 2. & 3. & lib. 7. tit. 26. articulo septimo casu decimo septimo. Angelica, verbo, suspensio, 1. casu 8. Syluestr. in verbo, irregularitas, quæstio septima Tabiena verbo, irregularitas 4. numero sexto, versiculo quinto. & verb. suspēsio, nume. 7. vers. sexto, casu 8. Nauar. in Manual. capit. 25. num. 69. Alphons. Viuald. tit. de suspens. num. 108. Simon Maiol. libro 4. de irreg. capit. 22. nume. 1. & facit tex. in c. gratia, 1. q. 1. quia nemo dat, quod non habet. Excusat autem illos tum ab executione ordinum, tum à receptione vel probabilis ignorantia facti, vel si probabiliter ignorabant Episcopum esse huiusmodi, ex S. Anton. & alijs cit. postquam autem habita fuit sufficiēs notitia, quod Episcopus ordinator talis esset, ordinatus ab ordinum vsu abstinere debet, quousque obtineat dispensationem, vel relaxationem.

Circa quam dispensationem notandum primo est,
2 quod si quis ab huiusmodi hæreticis, schismaticis, & alijs supradictis Episcopalem consecrationem receperit, siue per ignorantiam quamlibet, siue cum scientia, a solo Papa dispensari potest, ex Hostiensi, S. Anton. Maiolo vbi supra, nume. 2. Alberico in verbo, schisma. post med. Summa confe. de ætat. ordin. quæstio. 37. vt refert Maiolus, qui addit, quod sciens sic consecratus nunquā dispensabitur, ignorans autem sic, & facit ad hęc capit. Quia diligentia. & ibi glo. in verbo susceperit. de elect. & 9. q. 1. capit. ordinationes. Raym. Goffred. & Alberic. in verbo, ordinatus, 1. ad finem. Eodemque modo qui scienter a talibus alios ordines recipiunt, ex ignorantia crassa, & supina quæ communiter æquiualet sciētiæ ex Hostiens. S. Anton. & Maio. a solo Papa dispensantur, sin autem ignorantes probabiliter hos ordines scilicet sacerdotium, aut ordines inferiores à talibus receperint, post dignam pœnitentiam ab Episcopo præuia causæ cognitione dispensari poterunt, arg. cap. 1. & secundi de ordin. ab eo, qui renunc. Episcop. Syluest. in verbo irregularitas, quæstio. 7. glo. in cap. fin. in verbo, dispensatione. de apostat.

3 Obseruandum secundo, quod si quis scienter ordinetur ab eo Episcopo, qui extra Ecclesiam, vltimam manus impositionem, idest, Episcopalem benedictionem, & consecrationem suscepit, nunquam toleratur ministrare in ordinibus susceptis, ex Raym. Goffred. & S. Anton. vbi supra, & facit cap. ordinationes. 9. quæst. 1. sin autem ignoranter ignorātia non vsque adeo crassa, & supina, secundum Hostien. & Anton. per discretum prælatum cum eo in ordinis exercitio dispensari potest, argum. capit. 1. & 2. de ordin. ab eo qui renun. Episcop. sin vero quis ordinetur ab eo, qui susceperit consecrationem Episcopalem in Ecclesia, idest antequam hæreticus, schismaticus, vel excommunicatus efficeretur, sed tamen cum ordinat ab Ecclesia diuisus est, tunc siue ignoranter, siue scienter ab eo ordinetur, toleratur quidem ex dispensatione in susceptis ordinibus ministrare, ex Raym. Goffr. & Anton. vbi supra, sed ad superiores ascendere non debet, nisi magna esset necessitas. Probabile tamen mihi est posse Episcopum cum eo dispensare, vt ad superiores ascendat. Sic etiam qui sacros ordines ab hæreticis, vel schismaticis susciperet, sed tamen ipsum Sacerdotium a Catholico Episcopo, quia hæc vltima manus impositio in Ecclesia accipitur, dispensari cum eo poterit ad ordines exercendos, sed tamen ad altiora, vt puta Episcopatum, & similia, non nisi vrgente Ecclesiæ necessitate ascendet, glo. in cap. quod ordinatio, verbo, eod. 9. quæstio. 1. Alberic. & Maiol. vbi supra.

4 Obseruandum tertio, post Conc. Constantiens. & Basil. & constitutionem Martini V. Ad euitanda scandala, quod ordinatus ab excommunicato, suspenso, vel interdicto non specialiter denunciatio licite exercere potest actus sui ordinis, qui in dicta constitutione conceditur cum huiusmodi innodatis prædictis censuris participare actiue & passiue in Sacramentis, & in excommunicato additur alia conditio, nisi sit excommunicatus ex publica Clerici percussione. Quod idem de ordinato dicendum est.

5 Difficultas esse potest, quid dicendum sit de ijs, qui per vim, & metum, qui cadere possit in virum constantem, ordinentur ab hæreticis, aut schismaticis? In qua re quicquid Simon Maio. libro 4. de irreg. capit. 22. nume. 4. tales irregulares putet, si tamen isti tales post suas ordinationes non interfuerint cum hæreticis conficientibus Sacramenta, si eorum communioni non participauerint, sed eorum Conciliabulis abrenunciarunt, si ad Ecclesiam redierint, tolerantur in ordinibus sic susceptis ministrare, nec irregulares sunt ex Syluestro verbo irregularitas, quæstione 7. si vero per mentem integrum post ordinationem cum prædictis hæreticis manserint, ab executione ordinum suspensi sunt, vt ex capit. constat multos, 1. q. 1. colligitur. Et ratio fundata est in quadam præsumptione, quia ex quo postea per mensem cum eis permanserint, videtur iam omnis ratio violentiæ cessasse, & ita libere permansisse.

6 Secundus est, Ordinatus ab Episcopo Simoniaco scienter, non tamen Simoniace ordinatus ab ordine suscepto suspensus est. c. si quis a simoniacis, prima quæstione prima. S. Anton. 3. part. titul. 28. de suspens. capi. 4. Syluestr. verbo, suspensio quæstio. septima versic. primum. Alphonsus Viualdus tit. de suspens. nume. 33. Simon Maiol. lib. 4. de irreg. capit. vigesimo tertio. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. capit. 38. §. 4. & hoc in detestationem simoniæ. Ratio ex S. Anton. est, quia tales sunt priuati executione ordinis, quia quod non habent, dare non possunt. c. Daibertum, 1. qu. 7. Ceterum, vt recte notant S. Anton. Syluester, Henriquez vbi supra, qui ordinati sunt à talibus ex ignorantia probabili, facti, nec vllam ipsi in ordinatione simoniam commiserunt, sicut à culpa mortali excusantur, ita etiam à pœna suspensionis (quicquid contrarium sentiant Viualdus cit. numero 34. & 35. & Maiol. d. capit. 23.) & hoc, quamuis postea factum rescierint, vt quis se eo nesciente ordinetur à tali, & patet, aut amicus pro ipsius ordinatione pecuniam dederit Episcopo, aut tertio mediatori, non est suspensus, quia culpa aliena ei nocere non debet, maxime cum inscius fuerit talis simoniæ; sed neque ex eo incurrit suspensionem, aut irregularitatem, quod post ordinationem sciens amicum eius nomine promisisse, aut dedisse pecuniā, ratificet, quamuis enim ex tali praua intentione peccet non fit suspensus. quando nullo signo externo induxerat amicum, vt esset causa simoniacæ ordinationis, ex Nauar. in Manual. capit. 25. numero sexagesimo octauo in fine, qui alios citat, & Henriquez libro decimotertio de excommun. & suspe. capi. 37. §. 4. Addit autem S. Anton. vbi supra, quod ignorantia iuris non excusat ordinatum a Simoniaco, quin suspensionem incurrat, & idem docent Siluester vbi supra, & Viualdus cit. nu. 34. Et iuxta hæc intelligitur illud, quod Paulus Papa II. in extrauag. quę incipit. Cum detestabile, de simonia, ait, vbi statuit omnes simoniacos cuiuscunque dignitatis, aut status sint, pręter excommunicationem, quam incurrunt, *Si simoniace ordinati fuerint, etiam à suorum sine ordinum executione suspensi*. Quo etiam sensu exponenda est, Bulla Sixti V.

quæ

quæ incipit, Sanctum, & salutare. quoad ea, quæ in fine illius contra simoniace ordinâtes, & ordinatos statuit, quæ quoad hanc clausulam per aliam Bullam Clementis VIII. quæ incipit, Romanum Pontificem decet, non est reuocata.

7 Tertius est, Ordinatus aliquo ordine sacro ab Episcopo, qui renunciauit episcopatui, idest, cedente loco, & dignitati, suspensus est ab ordine suscepto, vt habetur in capitulo 1. de ordinatis, ab eo, qui renunc. episcop. S. Anton. 3. part. titulo vigesimo octauo de susp. capitulo quarto. Palud. 4. d. 25. artic. 3. quæst. 1. Angelica, verbo, irregularitas, §. 31. Tabiena, verbo. irreg. 4. numero 7. vers. sexto, Nauar. in Manual. cap. 27. num. 241. versic. tertio. Soto 4. dist. 25. q. 1. art 3. Alphons. Viuald. tit. de susp. nume. 114. Henriquez lib. 13. de excomm. & susp. cap. 39. §. 1. qui etiam addit hoc verum esse, quamuis ordinetur a tali de facultate sui Episcopi, & si ignoranter ab huiusmodi Episcopo fuit ordinatus, non tamen ignorantia crassa, cum ipso Episcopus dispensare potest, vt in d. c. 1. habetur; si vero scienter, aut ignorantia crassa, & supina, ex eo, quod nô conceditur Episcopo huiusmodi dispensatio, soli Papæ videtur reseruata. vbi notandum est in d. capit. 1. sermonem esse ex parte ordinati, si recipiat ordinem Sacrum; ex parte vero ordinantis si cessit loco, & dignitati simul, vnde qui à tali Episcopo ordinatur minoribus, vel ab Abbate non Episcopo, cû licentia proprij, vt ait Henriquez nec peccat, nec suspensus est; ordinans vero Episcopus, licet peccet, nullam tamen censuram incurrit; sine licentia vero proprij a tali minores accipiens, quamuis deponi deberet, argum. cap. Episcopum. 9. quæstion. 2. potest tamen Episcopus cum eo dispensare, immo irregularis non est, vt ait Tabiena vbi supra. Episcopi autem renunciantes loco tantum, & non dignitati, quia remanent Episcopi, omnes ordines conferre possunt, sicut prius. si rogati fuerint a proprio Episcopo loci, aliàs non, & ordinatus a tali sine licentia proprij est irregularis, secus autem, si de facultate proprij accepit ordines sacros, vt præfati authores testantur.

9 Quartus est, Ordinatus a pseudoepiscopo id est, ab Episcopo non canonice electo, sed tamen tolerato, siquidem maneat in illa Ecclesia, in qua ordinatus est, potest ibi exercere ordines susceptos; si autem ad aliam Ecclesiam transierit, quandocunque hoc fecerit, ab illius ordinis exercitio suspensus est, capitulo, si qui Clerici. 1. q. 1. Ratio est: quia vere etiam in Ecclesia propria deberet esse suspensus: sed ad euitandum scandalum, quod ex eius suspensione nasceretur, cum Episcopus in illa Ecclesia toleratus fuerat, permittitur sic ordinato ministrare in illa Ecclesia, quæ ratio scandali in alia Ecclesia cessat.

10 Quintus est, Ordinatus ab alieno Episcopo sine litteris dimissorijs sui Episcopi, ad proprij Episcopi arbitrium suspensus est, tum per antiquos Canones distinct. 71. ca. primo. iuncto cap. Salonitanæ, distin. 63. tum per Concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 5. & sess. 23. de reform. cap. 8. Simon Maiol. lib. 4. de irreg. c. 15. Henriquez lib. 12. de excommun. & suspen. cap. 38. §. 1. Angelica, verbo, irregularitas, §. 32. Alphon. Viuald. tit. de suspens. num. 126. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 2. casu 9. qui vnum casum excipit, scilicet, si quis ordinetur ab alieno sub ratihabitione, putans suum prælatum ratum habiturum. Non auderem tamen hunc casum Paludani post Conc. Trid. admittere; vnde etiam si sub ista ratihabitione esset ordinatus, non tamen deberet actum ordinis exercere, quousque proprius eius episcopus ratum haberet. In particulari autem Vltramontani ab Episcopis Italicis etiam minoribus sine Papæ, vel proprij Episcopi, vbi sunt oriundi, vel in cuius diœcesi sunt beneficiati, licentia ordinati absque spe dispensationis iure antiquo suspensi erant, vt habetur in cap. 1. de temp. ordin. libro 6. & testantur S. Anton. 3. par. tit. 28. de susp. cap. 4. Angelica, & Henriquez vbi supra.

Ex parte etiam ordinati ordinatus suspensionem in his casibus incurrit, Quorum

11 Primus est, ante legitimam ætatem ordinatus ipso iure suspensus est ex quadam Extrau. Pij II. & intelligitur de ordinatis sacro aliquo ordine ante ætatem, incipit autem Extrauag. Pij II. Cum ex sacrorum. qua cautum est promotum ad ordines sacros ante legitimam ætatem, aut ab alienis Episcopis absque litteris dimissorijs, vel extra tempora, ipso iure suspensum esse, & si in eisdem ordinibus ministrauerit, irregularem effici, cum quo solus Papa dispensare valeat; si tamen delictum fuerit occultum, potest Episcopus dispensare, ex Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. Huius extrauagan. meminere Gonsalus a Villadiego in tractat. de irregul. cap. de suspensione, Syluest. in verbo, irregularitas. quæstio. 10. Nauar. in Manuali, capitulo 25. numero 70. & in capit. accepta. de restitut. spoliat. oppo. 8. numero 34. Couar. in clemen. si furiosus, par. 1. §. 1. num. 4. Rebuff. in tract. de beneficijs, par. 2. tit. de Clericis ad sacros ordines male promotis, gloss. 4. Simon Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 30. num. 9. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 38. §. primo. & Anton. de Corduba in Summa Casuum Conscientiæ, casu 144. Alphon. Viuald. in suo Candelabro aureo par. 1. tract. de Sacram. ordinis, num. 37. & Cardinalis Borromæus in Conc. III. Prouinciali Mediolan. titu. de Sacramento ordinis. Quæ extrauagans confirmata est per regulas Cancellariæ Innocentij VIII. Alexandri VI. Clementis VII. & Pij V. Reg. 22. vt præfati authores docent, Quam etiam Sixtus V. in sua Bulla, quæ incipit Sanctum, & salutare 1588. Nonis Ianuarij; & Clemens Papa VIII. in alia sua Bulla nouissima, quæ incipit Romanum Pontificem decet. 1595. pridie Kalend. Martij, renouarunt, & confirmarunt.

12 Dixi intelligendum esse de ordinibus sacris: quia licet sic minores accipiendo ante legitimam ætatem peccet, non tamen est ipso iure suspensus, sed suspendendus per sententiam, cap. vel non est compos. de tempor. ordin. Nauar. in Manuali, capit. 25. nume. 70. & tomo 2. consi. consil. 28. num. 15. de sent. excommunicat. Alphonsus Viuald. titulo de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. capit. 2. casu 14. Toletus lib. 1. capitulo 15. ætas vero per Concilium Trident. sess. 23. de reform. capit. 12. pro Subdiaconatu designatur annus 22. pro Diaconatu 23. pro Presbyteratu 25. qui anni omnes non exacti, sed inchoati sufficiunt. Reliquis vero minoribus ordinibus nullum penitus tempus præfixit, quasi plus momenti habendum sit in literatura, & moribus, quam in ætate, & faciunt, quæ notat glossa in clement. generalem. glossa vltima, de ætate & qualit. de qua etiam retractant Scholastici DD. 4. d. 25. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 116. Maiol. lib. 2. capitulo 30 numero 8. de irreg. Henriquez libro 13. de excommunicat. & suspen. capitulo 38. §. 2.

Vt autem præfata Pij II. Constitutio, quæ est sexta eiusdem in ordine, omnibus innotescat, eam ad verbum apponere visum est, quæ ita se habet.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cum ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, Sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum; in eorum susceptione excessus graues tantum magis plectendi sunt, quanto ex illis notoria in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque (sicut dignorum relatione non nisi moleste accepimus) nonnulli Clerici extra tempora a iure statuta quidam ante ætatem legitimam; aliqui vero sine dimissorijs litteris contra sanctiones Canonicas se faciunt ad Sacros ordines promoueri; nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica, hac Constitutione per-

perpetuo valitura statuimus, & ordinamus; quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis etiam Citramontanis (preterquam, si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta illius stylum ordinati fuerint) *Qui stilus non est hodie in Camera Apostolica, vt D. Laercius Cherubinus de Nursia in dictæ Bullæ annotationibus testatur.* & ad aliquem ex Sacris ordinibus se fecerint promoueri, a suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Preterea vltra alias penas talibus generaliter a iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis possint iure priuari. Volumus auté, quod præsens nostra constitutio, in Romana Curia existentes post quindecim dies; absentes vero Italicos post duos mêses, alios vero Vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia Contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno ab incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo sexagesimoprimo, quintodecimo Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno quarto. Hactenus verba Bullæ.

14 Circa hanc autem Constitutionem Pij II. duo mihi dicenda videntur. Vnum est, multis locis ac fere vbique extra Vrbem, prædictam Extrauag. ignotam esse, vt Nauarrus, & Couarruu. & Maiol. vbi supra testantur; & si ad aliquorum notitiam peruenit, id a paucis annis accidit post impressa opera Nauarri, & Couar. vnde puto, vbicunque adhuc est ignorantia inuincibilis, excusantur, qui ante ætatem Sacris ordinantur, vt Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero centesimo quinquagesimoquinto, & in repet. d. capitulo accepta, oppos. octaua, numero trigesimoquinto, de restit. spoliat. testatur, & colligi potest ex verbis extrauag. quia textus habet [*Qui præsumpserint*] quæ verba significant dolum, secondum doctrinam Cardin. in clement. 1. de priuileg. quæst. 38. & 39. Vnde confessarij vbicun-
15 que inueniunt in toto Clero ignorantiam inuincibilem, poterunt in hac re dissimulare. Alterum est, ex Couar. & Rebuff. vbi supra, hanc suspensionem durare etiam post aduentum ætatis, ita vt taliter ordinatus non possit vnquam celebrare actum sui ordinis, donec censura hęc relaxetur, & consequenter, si ante relaxationem, vel dispensationem istam ordo exerceatur, etiam post ętatem, induci irregularitatem, vt notant Toletus lib. 1. capitulo 15. & Henriquez libro 13. de excommunic. capitulo 38. §. 1. littera F. in annotatione, etsi contrarium insinuet capitulo 35. §. 4. Quam opinionem timide satis defendit Couar. & vt audiui a fide dignis in Curia practicatur; Et nisi praxis Curiæ ita obseruet, mihi videtur satis rigida sententia, & non vsque adeo certa: vnde non auderem iudicare irregularem eum, qui lectis aliorum DD. libris abstinuisset ab exercitio sui ordinis vsque ad legitimam ætatem, & postea putans id sibi licere bona fide ordinem exerceret, vt notant Nau. in d. capitulo accepta, nu. 35. Hieronymus a Sorbo Capucinus in compendio priuileg. Mendicant. in verb. ordines Sacri. versic. Item notandum secundo. Thomas Zerula in sua praxi Episcop. par. 1. verb. dimissoriæ, dub. 4. vers. tertium. Toletus lib. 1. c. 15. & tandem fateri videtur Couar. vbi supra, num. 4. in fine. & faciunt, quæ in simili voluerunt gl. in c. solet, in ver. in officio, de sent. excomm. lib. 6. & Card. in Clement. 1. de priuileg. quæst. 38. ignorantia autem crassa, & affectata non excusabit ab irregularitate, arg. c. eos, de temp. ordin. in 6. & Tolet. vbi supra.

16 Secundus est, Ordinatus sine titulo aliquo ordine Sacro, plerisque videtur esse suspensus, per Concil. Triden. sess. vigesimaprima, de reformat. capitulo secundo vbi confirmat, & innouat antiquorum Canonum pœnas contra ordinatos sine titulo: ita expresse sensit Simon Maiol. lib. 4. de irregul. capit. 15. ipse autem iure antiquo ordinatus sine titulo suspẽsus erat, c. neminem, & cap. sanctorum. distin. 70. vbi talis ordinatio dicitur irrita, & nulla, ex Concil. Calced. act. 15. can. 6. Nauar. tom. 1. consilior. cons. 1. in quęst. 16. numero 45. de constitut. & consi. 47. nume. 3. de temp. ordin. vbi expresse etiam docet Tridentinum pœnas præfatorum Canonum Neminem, & Sanctorum, quæ per capitulum, cũ secundum, de præbendis, sublatæ erant, innouasse. Ceterum ego istorum duorum opinionem falsam esse puto; quia secundum communiorem sententiam, & declarationem Congregationis Concilij, & vsum Pœnitentiariæ ordinatus sine titulo non est suspensus; neque etiam Concil. Tridentinum innouat pœnam illam suspensionis in d. cap. neminem. & capit. sanctorum, distinct. 70. iure antiquo latam contra ordinatos absque titulo, quæ pœnam iam ante Conc. Triden. per alios Canones, scilicet illud c. Episcopus, qui canon est Alexandri III. & alterum, qui est Innocentij III. in capit. cum secundum Apostolum, de præbend. sublata fuit; sed solum innouat pęnas horum duorum Canonum recentiorum, Episcopus, & cum secundum Apostolum, in quibus in pœnam ordinatoris statutum est, vt Episcopi eos, quos sine titulo, aut beneficio, de quo necessaria vitæ percipiant, ordinauerint; suis sumptibus alere teneantur, donec de beneficio eis prouiderint, prout in d. capit. Episcopus, & cap. cum secundum, de præb. in antiq. & caps. si Episcopus, eod. tit. lib. 6. & cap. accepimus. de ætat. & qualit. in antiq. & latius ita sunt Alphonsus Viualdus tit. de suspensione, num. 28. in fine. Henriquez libro 13. de excommun. & suspens. cap. 37. §. 2. vbi alios pro hac sententia referunt, & idem fatetur Maiol. lib. 4 de irreg. cap. 3. num. 8.

17 Ex recentioribus autem nonnulli in scriptis suis docuerunt sic ordinatos sine titulo esse suspensos saltem per Bullam Pij V. editam 1568. quæ incipit, Romanus Pontifex, vbi præfatus Pontifex supponens Clericos seculares per Concil. Trident. sess. 21. de reform. capit. 2. esse suspensos, si sine titulo ordinentur, eandem pœnam ad Clericos religiosos ante professionem Sacris initiatos extendit: vnde inferunt Pium V. ita Cõcilium Trid. intellexisse, eiusque decretum ad religiosos postea extendisse. Alij tamen, & meo iudicio verius, docent sic sine titulo ordinatos, neque per dictam Pij V. Constitutionem esse suspensos; vnde aliqui respondent, quod licet Pius V. Concilium Trident. sic intellexerit, non tamen consequens est tales suspensos esse, si quidem non ex Cathedra declarauit sic intelligendum esse Concilium, sed solum tamquam Doctor priuatus suam in hac re opinionem edidit, vnde nec auctoritas eius plus in hoc valet, quam auctoritas alterius priuati Doctoris valere solet. Ego autem cum alijs responderem, & rectius, non adhuc certum esse, aut constare nobis Pium V. ita Concilium Trident. intellexisse, quia in illa Bulla primo statuit, vt religiosi ante professionem Sacris initiati pœnam suspensionis incurrerent, cum nondum firmum titulum beneficij regularis habeant, & deinde subdit, vt incurrant alias pœnas in Concil. Trident. contra Clericos sæculares statutas significans huiusmodi Clericos sæculares sine titulo ordinatos non esse suspensos.

18 Illud porro obseruandum est, quod loco tituli, quem quis non habet, Concilium Trident. vbi supra statuit patrimonium assignare posse sufficiens ad sustentationem vitæ eius, qui promouetur: sed hoc passim concedi

non

non debet, sed *soli ii promoueri ad patrimonij, vel pensionis titulum possunt, quos necessitas, vel commoditas Ecclesiæ ordinarii suaserit*, vt in Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. *habeat, quod patrimonium, vel pensio deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti non potest, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens adeptus sit: vel aliunde habeat, vnde viuere possit. & resignatio aliter facta nulla, & irrita est.* Et quicunque sic ordinatus certæ Ecclesiæ ascribi debet, cui in ordine suscepto deseruire tenetur, vt idem Concilium Trid. sess. 23. capit. 16. de reform. statuit. Titulus enim deuinctum sibi reddit eum, qui ordinatur; vnde possideri titulus non debet sine ministerio ordinis, qui in eo obtinendo requiritur; ideo fauore tituli quis admittitur ad illos ordines, a quibus reijceretur, si titulum illum non haberet, arg. cap. ex tenore. & ibi glo. in verb. prohibere, de temp. ordin. & Maiol. lib. 4. de irreg. cap. 15. num. 2. vbi etiam addit titulum non solum intelligi illum, qui præsens habetur, sed & qui po-
19 stea habendus est: ideo quando ad obtinendam dignitatem Sacri ordines præexiguntur, vtputa Episcopatus obtineri non potest, nisi ab eo, qui iam sex menses in subdiaconatu fuerit constitutus, certe sic nominatus, vel postulatus promoueri potest ad eum titulum, quem habiturus est, sufficit enim titulus de futuro. glo. in c. Osius, in gl. magna dist. 71. Vicaria autem temporalis, & omnia alia beneficia manualia, & amouibilia titulus dici
20 non possunt, sed, si Vicaria sit perpetua, habetur pro titulo, text. & ibi Panorm. in c. Michael. & glo. in capit. constitutus, in verbo, perpetuus vicarius, & ibi Panor. nu. 5. de filijs presbyt. Anton. de Butrio cons. 19. Maiol. lib. 4. de irreg. c. 15. num. 3.

Ex parte vero temporis, in quo quis ordinatur, incurritur suspensio in his casibus.

21 Primus est, Si quis extra tempora a iure constituta aliquem sacrum ordinem recipit, ab eius executione suspensus est. c. sane. & c. cum quidam. de temp. ordin. vbi relaxatio istius suspensionis Summo Pontifici reseruatur; postea vero hanc relaxationem Gregorius IX. vt habetur in c. consultationi, tit. eod. Episcopis concessit, ex gl. ibi in verbo, poteris. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. capitulo 24. num. 9. & num. 10. & lib. 4. cap. 14. vt autem ad altiores ascendat, a solo Papa dispensatio petenda est. Tabiena in verbo, irregularitas, 4. nu. 7. ver. sexto. Syluest. verbo irregularitas, q. 10. Summa Confess. de ætat. ordin. q. 36. Alberic. in verbo, ordo, 2. in verbo, dispensatio, vers. octauus per cap. 1. de Sacram. non iterand. & licet olim inter veteres Canonistas fuerit controuersia, quod promoti extra tempora non essent ipso iure suspensi; hodie tamen omni dubio caret, præsertim ob declarationem Extrauagan. Pij II. Cum ex sacrorum, cuius supra mentionem fecimus, & sic suspensi si celebrant, fiunt irregulares a solo Papa absoluendi, ex Tabiena, & Maiolo locis proxime citatis. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 155. ver. tertia. & tom. 1. cons. cons. 40. de temp. ordin. nu. 4. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. in tract. de susp. casu 3. Couar. in clem. si furiosus, §. 1. nu. 4. de homicid. Bernar. Diaz in praxi canon. c. 42. Syluest. in verb. irregularitas. §. Decimo quæritur, qui allegat regulas Cancellariæ Innoc. VIII. & Alex. VI. Roman. Pontif. quam extrauagantem seruari præcepit Leo X. in suis regulis Cancellariæ, in regul. 22. incip. Item de Clericis extra tempora, & Paulus Papa III. in suis regulis, in regul. quæ etiam incip. Item de Clericis. quæ est 24. in ordine.

22 Tempora vero, extra quæ huiusmodi sacri ordines recipi non possunt sine speciali sedis Apostolicæ priuilegio, sunt singula Sabbata quatuor temporum, Sabbatum ante Dominicam in passione, & Sabbatum Sanctum, capitulo ordinationes, distin. 75. & capitulo de eo autem. de temp. ordin.

23 Secundus est, Recipiens eodem die duos ordines sacros absque dispensatione Papæ ab executione posterioris suspensus est, cap. litteras, de temp. ord. Nauar. in Manuali, cap. 25. nume. 71. vers. octauo. Simon Maiol. lib. 4. de irreg. cap. 11. & citat Specul. in tit. de dispens. §. iuxta, versic. item recipiens. Alphonsus Viuald. tit. de suspensione, numero 47.

24 Tertius est, Recipiens duos sacros ordines duobus diebus continuis, & immediatis, est etiam a posteriori suspensus, in quo solus Papa dispensat. c. litteras, & capit. dilectus. de tempor. ordin. neque excusatur, si etiam continuet ieiunium vsque ad secundum diem, vna enim dies dicitur, etiam si quis Sabbato vnum ordinem acceperit, & continuato ieiunio alium die sequenti; hic enim plures ordines vna die accepisse iudicatur. cap. litteras. de temp. ordin.

25 Quartus est, Recipiés eodem die Minores ordines, & præter eos etiam Subdiaconatum, siue ordinato ipso aduertente, & sciente, siue ignorante, ab ipsomet Subdiaconatu suspensus est, capitulo secundo, de eo, qui furtiue ordin. suscepit. Alberic. in verbo, ordo, 2. Nauar. in Man. c. 25. nu. 71. ver. 8. Maiol. lib. 4. de irreg. cap. 11. num. 1. quod si qui hanc suspensionem incurrerit, religionem ingrederetur, poterit non solum Abbas cum eo dispensare, vt in susceptis ordinibus administret, sed etiam vt ad superiores ascendat. c. capit. 2. & capit. innotuit. de eo qui furt. ord. suscepit. Syluest. in verbo, irregularitas, quæst. 3. Maiol. vbi supra, nu. 2. qui addit hoc procedere, etiãsi duos ordines sacros vno die accepisset, religiosus enim factos a superioribus dispensari posse, ex sententia Hostiens. quem refert Alberic. in verb. ordo, 2. Est autem obseruandum ex Nauar. & Viualdo vbi supra, si alicubi sit consuetudo, vt quis recipiat eodem die vltimum minorem, vel omnes, & simul Subdiaconatum, qui sic reciperet, in hanc censuram non incideret, & refert Nau. pro hoc, licet falso S. Anton. 3. par. titu. 14. cap. 16. §. de tempore ordinationis, in fine. Siquidem hic author ibi solum ait omnes ordines Minores eodem die dari non posse, nisi consuetudo illius Ecclesiæ hoc habeat, quia tunc potest: nec videtur talis consuetudo per Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. c. 13. abrogata. Sin autem non sit talis consuetudo, nec ordinatus religionem ingredi voluerit, non poterit Episcopus cum eo dispensare, vt notat Maiol. vbi supra, & facit c. innotuit. de eo, qui furt. ord. susc. argumento a contrario sensu deducto. Alij tamen volunt posse Episcopum dispensare, vt in minoribus tantum ministrare possit; sic glo. in c. 2. in ver. permittas, de eo qui furt. ordin. suscepi. Raym. in titu. de ætat. ord. vers. vlt. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, capitulo quarto, Syluest. vbi supra, quod intelligitur, nisi lata prius fuisset excommunicationis sententia contra sic recipientes, si enim lata fuisset contra sic recipientes excommunicatio, & nihilominus receperint, non poterit cum eis dispensari nisi per Papam, vt in d. capitulo innotuit. & ibi, glo. in princip. & eadem glos. in capitulo secundo, in verbo, si voluerit, de eo qui furt. ord. suscep. id quod procedit, etiamsi religionem ingrederentur; immo vt addit S. Anton. ex Hostiens. etiam Papa de facili cum huiusmodi non dispensat. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoquinto, numero septuagesimo, versic. sexto, ex parte fauere videtur: quamuis hic author de solis ordinibus sacris sic susceptis loquatur, vide Sotum quarto, distin. vigesimaquinta, quæstione prima, articulo tertio, ante finem.

Ex parte etiam ordinationis incurritur suspensio in certis casibus ipso iure, quorum

26 Primus est, Promotus per saltum, id est, promotus ad ordinem superiorem non recepto prius ordine inferiori, suspensus est ab illo ordine superiori, ad quem per saltũ promotus est, quousque ordinem inferiorem recipiat, quem prætermisit, c. sollicitudo. distinct. 52. & cap. vnic. de Cler. per saltum promoto, vbi ex misericordia mini-

strare

strare permittitur is, qui se per saltum promotum esse, nescit, sed dubitat. S. Ant. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. Host. in Summa in tit. de Cler. per saltum prom. §. 4. Summa Astensis, par. 2. titul. 4. art. 3. Archid. Dom. & Præpos. in d. cap. solicitudo, dist. 52. Panorm. in d. cap. vnic. de Cler. per saltum prom. notab. vlt. Sylvestr. verb. irregularitas, in §. vndecimo quæritur. Bernard. Diaz in pract. Canon. cap. 20. Albert. in verbo, ordinatus, 2. Sotus 4. d. 25. quæst. 1. artic. 3. ante finem. versic. tertius casus. Nauar. in Manuali cap. 25. numero 71. & cap. 27. nu. 242. & tom. 1. consil. consil. 36. numero 1. & cons. 40. num. 1. de temp. ordin. Felician. de irreg. capit. 10. Maiol. lib. 4. de irreg. cap. 12. Alphons. Viuald. ti. de suspens. nume. 48. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 35. §. 4. & c. 39. §. 1. de qua re Concilium Trid. sess. 23. de reform. capit. 14. loquens ait, *Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare*; Quod intelligitur vt congregatio Cardin. censuit 1588. de omnibus ordinibus, siue minoribus, siue maioribus; Intelligitur etiam ex Henriquez vbi supra, c. 35. §. 4. in annot. in littera Q. etiamsi suspensio illa esset publica, cum Concilium eo in loco absolute loquatur.

27 Demum Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 71. & Alphonsus Viuald. tit. de suspens. numero 48. docent Episcopum dispensare posse, antequam ministret, dummodo sic promotus omissum ordinem suscipiat, antequam vtatur tali dispensatione, si verò ante dispensationem ordine suscepto vtatur, solus Papa dispensat, & hoc siue scienter, siue ignoranter, ministrauerit; ita vt ministrans in ordine suscepto ante dispensationem semper indiget Papæ dispensatione ad hoc, vt ad maiores ascendat, ex Maiolo lib. 4. de irreg. capit. 12. nume. 2. nisi in occultis, & non deductis ad forum contentiosum, ex Concil. Trid. sess. 24. de reforma. capit. 6. quod tamen dictum adhuc limitat Nauar. in Manuali cap. 27. num. 242. versi. sexto dico, vbi vult solum Papam dispensare posse cum eo, qui ante dispensationem scienter, ordine omisso, vel accepto vtatur, ad hoc vt maiorem ordinem sumere possit, non autem quando ignoranter ministrauerit: vt autem in suscepto ministret, omnes existimant Episcopum dispensare posse, siue ignoranter, siue scienter ante dispensationem suscepto ordine vsus fuerit, at certè opinio Maioli verbis Concilij Trid. in d. sess. 23. de reform. cap. 14. magis conformis esse videtur, vt latius lib. 7. ca. 10. num. 40. dicemus.

28 Secundus est, Contrahentes matrimonium de præsenti, & ante carnis copulam se facientes ad sacros ordinati aliter, quam a sacris canonibus concedatur, quamuis characterem recipiant, sunt tamen suspensi, ita quod nec etiam post mortem vxoris poterunt in illo ordine ministrare, nec ad alios ascendere, nec aliquod officium, aut beneficium Ecclesiasticum obtinere, & matrimonium nihilominus sic contractum ob hoc non dissoluitur, quod intelligitur, cum tales in seculo remanentes hoc agant: si enim religionem intret eamque profiteantur, per talem professionem soluitur matrimonium. Extrauag. Ioan. XXII. antiquæ de voto & voti redempt. ca. nullus, de tēp. ordin. libro 6. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. ad medium. Sotus 4. dist. 25. quæst. 1. artic. 3. in fine. Syluest. ordo. 5. §. 7. Alphons. Viuald. tit. de suspen. numero 106. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. ca. 39. §. 1. & a fortiori qui post matrimonium consummatū sacris initiatur; nisi vxore concedente suspensus est.

29 Tertius est, Is, in cuius ordinatione est aliquid omissam, ab illo ordine, donec suppleatur, quod erat omissū, suspensus est, gloss. in cap. primo. in verbo permittit, de Sacram. non iterandis, & citat pro hac sententia capitu. solicitudo. distinct. quinquagesima secunda Hæc tamen suspensio non mihi videtur vsque adeo certa; primo; quia in eo capit. Innocentius Papa III. de hac suspensione consultus, nihil ad illam respondet. Secundo, quia illud cap. solicitudo dist. 52. cui glossa innititur, non loquitur de eo, in cuius ordinatione aliquid omissum est, sed de eo, qui per saltum promotus est; vnde ex eo capite sumi non potest aliud argumentum, nisi a simili; quod sicut is, in cuius ordinatione omissus est aliquis ordo integer, ab ordine suscepto suspensus est, quousque ordo ordo ille, qui fuerat, prætermissus suppleatur; ita etiam is, in cuius ordinatione aliquid est omissum, manet etiā suspensus, quousque illud adimpleatur; vbi tamen obseruandum est hoc dictum glossæ non habere locum, nisi vbi essent substantialia ordinationis; Nam si quid substantiale defuisset, à suspensus non esset, cum nemo suspendi ab eo possit, quod non habet.

30 In fine huius capitis aduertendum est, qualiter quæ hactenus dicta sunt, intelligi debent secundum ius antiquum, nam Anno incarnationis Dominicæ, Millessimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij edita est constitutio a Sixto V. quæ incipit: *Sanctum & salutare, qua statutum est, vt quicunque Clericus siue regularis siue sæcularis, ex aliquo crimine vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilis, vel irregularis existens, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiue, aut quoad sæculares sine titulo sufficientis beneficij, aut patrimonij, aut ante ætatem per sacri Concilij Tridentini decreta sess. 23. primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die continuatis diebus ad plures ordines sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili, antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promotus sit sine dispensatione, aut indulto Apostolico, talis Clericus post dictæ Bullæ promulgationem ad ordines minores, vel maiores sic, vt præfertur, male promotus ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in eis ministrare præsumpserit, irregularis efficitur, & omnibus, & quibuscunque in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis tum cura, & sine cura, quomodocunque qualificatis sæcularibus, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularibus, & etiam, si Clericus Regularis fuerit, actiua, & passiua voce ipso facto priuatur, & ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabilis, & incapax est, & huiusmodi dignitatum, & officiorum, & beneficiorum sic pro tempore vacantium dispositio summo Pontifici, ac Sedi Apostolicæ perpetuo reseruatur, sed vsque Clerici sic male insigniti, seu ordinati a reatibus, & excessibus præfatis a quoquam absolui, præterquam in mortis articulo, nec cum eis super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit virtute alicuius indulti, aut priuilegij, aut Maris magni, aut indulgentiæ plenariæ, aut Iubilæi, aut Cruciatæ sanctæ quibusuis ordinibus, congregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis per decreta Concilij Tridentini, aut officio sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ, vel Minoribus, aut etiam Maiori Pœnitentiarijs Curiæ Romanæ, concessæ, dispensari valeant. Imo verò qui huiusmodi absolutionem, & dispensationem petunt, semper quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium sacræ Pœnitentiariæ, sed a summo tantum Pontifice in vtroque foro absolutionem petere tenentur, alioquin ipsæ concessiones, & absolutiones, etiam cum clausula, quod dictæ constitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ & inualidæ existant, ac nemini petus suffragentur.*

Ab cuius Bullæ faciliorem intelligentiam sciendum est.

Primo constitutionem hanc, vt superius annotatum est, solum loqui de delictis in receptione ordinum post legitimam eius publicationem commissis, non autem

tem de illis, quæ olim ante illam commissa fuerunt, vt colligitur ex illa particula Bullæ, Posthac. Vnde si quis ante dictam Bullam in aliquam censuram, aut irregularitatem ob malam ordinum susceptionem incidit, etiam nunc ab eo absolui, & dispensari potest, qui ante dictam Bullam eum absoluere, & in irregularitate dispensare poterat, vnde si delictum, vel censura ex eo prouenienS fuerit secreta, poterit Episcopus, aut alius ab eo specialiter designatus, iuxta Concil. Trident. sessio. 24. de reformat. cap. sexto. absoluere, & dispensare, sicut poterat, si Bulla hæc nunquam emanasset.

Secundo, si Vltramontanus ordinetur ab Italo, seu Citramontano; siue econtrario Italus ordinatus sit ab Hispano, Gallo, aut Vltramontano sine literis dimissorijs sui ordinarij, suspensionem incurrit, vt colligitur ex illa particula Bullę, *Ne quemquam promoueant sine eorum ordinarij literis dimissorijs*; & ex illa particola, *Quemcunque sæcularem, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularem*, quę sunt clausulę generales, & comprehendunt quoscunque sæculares, & regulares, vt constat.

Tertio, quamuis olim per constitutionem Pij II. in ordine sextam, quæ incip. Cum ex sacrorum, sub data quinto decimo Kalend. Decembris, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Pontificatus autem eiusdem anno quarto, quæ Constitutio nunc in Bullario vna cum alijs habetur, solum suspensi erant, qui ordinabantur ordine sacro sine dimissorijs, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora; Hodie tamen pœna hæc etiam ad ordinatos minoribus ordinibus extenditur, vt illis Bullę verbis. *Ad minores maioresue ordines rite promouere*, & ex illis; *Minoresque ordines*, & ex illis; *Aut ad ordines minores, manifestum est*.

Quarto, sic male promoti ad minores, vel maiores ordines, non solum suspensi sunt ab executione, & ministerio ordinum, susceptorum, sed etiam carent omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores, & vltra irregularitatem, quam incurrunt, si præsumpserint in eis ministrare, soli Papæ reseruatam, omni titulo, ac beneficio priuantur.

Ceterum hæc Bulla Sixti V. per aliam posteriorem Clementis Papæ VIII. quæ incipit, Romanum Pontificem decet. anno incarnationis Dominicæ Milesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalend. Martij, ad terminos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis fœlicis memoriæ Pij Papæ II. quę incipit, Cum ex sacrorum ordinum. sub dat. videlicet, quintodecimo Kalend. Decembris, Pontificatus sui anno quarto, & ad dispositionem Decretorum sacri Tridentini Concilij reducta est, exceptis illis, quę in dicta Bulla Sixti V. contra simoniace ordinantes, & ordinatos iure nouo statuta erant, quæ per præfatam Bullam Clementis VIII. non sunt reuocata, vt ex dictæ Bullæ modificatione, quam inferius in fine huius libri apponemus, manifestum erit. Hanc autem Sixti V. constitutionem hoc in loco, tum etiam capitulo duodecimo, inseruimus, vt si qui fortè sint, qui contra dictę Bullæ tenorem deliquerint, & consequenter in illius pœnas inciderint, antequam illa reuocata fuerat, cognito errore resipiscant, dignamque de preteritis peccatis pęnitentiam agant, & huiusmodi excessuum absolutionem, & irregularitatum dispensationem a sede Apostolica expetant, & obtineant.

De suspensionibus contra Clericos in iure latis ratione exercitij ordinis recepti, aut electionis Beneficiorum, & aliorum delictorum. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Missam incompletam sine causa graui omittens à corpore, & sanguine Christi suspensus est.*

2 *Missam inchoatam vt quis relinquat, quænam causæ esse possint.*

3 *Missam celebrans, & in ea non communicans a communione per annum suspensus est.*

4 *Nuptias secundas benedicens ab officio, & beneficio an ipso iure suspensus.*

5 *Vsurarios manifestos ad communionem altaris, vel ad sepulturam Ecclesiasticam recipiens quando, & quousque ab executione officii sit suspensus.*

6 *Celebrantes, vel celebrare facientes in locis ab homine, vel iure interdictis ab ingressu Ecclesiæ sunt suspensi ad arbitrium illius, cuius sententiam contempserunt.*

7 *Clerici etiam exempti, & religiosi ad Sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam, aut ad officia diuina publicè excommunicatos denunciatos admittentes, aut etiam interdictos ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.*

8 *Matrimonia clandestina, aut contra Ecclesiæ interdicta contracta, Sacerdos parochialis prohibere contemnens, aut regularis eis præsentem se exhibens, per triennium ab officio suspensus est.*

9 *Matrimonio sponsos alterius parochiæ parochus, aut alius Sacerdos sæcularis, vel regularis sine illorum parochi licentia coniungens ipso iure suspensus est.*

10 *Religiosus quasuis olim benedicens, aut solennizans nuptias excommunicatus erat, nunc tamen solam suspensionem incurrit.*

11 *Clerici scientes eligentes Episcopos, aut alios prælatos, & beneficiatos contra formam Capit.* Cum in cunctis de elect. *per triennium ab Ecclesiasticis beneficijs sunt suspensi.*

12 *Clerici eligentes aliquem siue concorditer, siue discorditer, si tamen electionem ipsam electo præsentare infra octo dies distulerint, suspensi sunt a beneficijs per triennium.*

13 *Obiciens aliquid contra electum ad aliquam dignitatem, vel personatum si in probatione deficiat, a beneficiis per triennium est suspensus.*

14 *Ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis grauans ab administratione spiritualium, & temporalium suspenditur.*

15 *Prælati non Episcopi Ecclesias sibi commissas, aut bona, & iura ipsarum sine consensu Capituli, & sedis Apostolica licentia speciali, laicis subiicientes, per triennium ab officio, & temporalium administratione suspensi sunt.*

16 *Clericus consentiens electioni de se facta per abusum potestatis sæcularis fit ineligibilis.*

17 *Occupantes, aut dilapidantes bona Ecclesiæ vacationis tempore obuenientia, ab officio, & beneficijs sunt suspensi.*

8 *Occu-*

18 *Occupantes bona, & census Montis pietatis, aut alterius loci pij, vel Ecclesiæ beneficijs omnibus priuantur, & excommunicationem Papalem incurrunt.*

19 *Mortuum laicum, aut eius scapulas palla altaris obuoluens quamdiu ab ordine censeatur suspensus.*

20 *Iuramentum sponte de tenendo schismate præstans, a sacris ordinibus, & dignitatibus suspensus est.*

21 *Conceptionem B. Virginis in Concionibus popularibus, aut alibi, vbi populus vtriusque sexus concurrit ita affirmans, vt contrariam partem refellat, quas pœnas incurrat.*

22 *Ordinatus sacris absque patrimonio, aut beneficio cum pacto de non petendo alimenta, vel prouisionem ab Episcopo ordinante, ab ordine suspensus est ad Papæ arbitrium.*

23 *Ordinatus sacris cum patrimonio promisso cum occulto pacto ante ordinationem, quod postea patrimoniũ non repetet, ab ordine ad Sedis Apostolicæ arbitrium est suspensus.*

24 *Clerici notorij concubinarij, aut fornicarij, ab ingressu Ecclesiæ, donec ipsos pæniteat, suspensi sunt.*

25 *Clerici notorij fornicarij, aut concubinarij, post peractam pænitentiam ordines exercere possunt.*

26 *Visitatores, non Episcopi quando in visitatione exigentes, aut recipientes pecuniam, aut munera, ab officio, & beneficio suspensi sint.*

27 *Regulares an in visitationibus suis aliquid accipiendo vltra ea, quæ sibi ex constitutionibus, & consuetudibus religionum suarum competunt, suspensionem incurrant.*

28 *Clericus virgata, aut partita veste publice vtẽs, quas pænas iure antiquo incurrebat.*

29 *Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura per Clericos, seu milites, beneficia, vel pensiones obtinentes, deferendis, quid in se contineat.*

30 *Clericus ad duellum prouocans, vel illud acceptans, quas pænas, tam iure antiquo, quam noua Concilij Tridentini, & Clementis Papæ VIII. Constitutione incurrat.*

1 QVoad vsum igitur, & exercitium ordinum incurrunt Clerici suspensionẽ in his casibus. Primus est. Qui sine graui causa omittit Missam incompletam, suspensus est à corpore, & a sanguine Christi, capitulo, nihil, septima quæstione prima, & Clarius in capitulo nullus Episcopus, de consecrat. dist. 1. grauis autem causa post inchoatũ Canonem communiter non est, nisi aut repentinus morbus grauis, aut rita mẽtis alienatio, vt non possit sine periculo in ipsa Missa progredi, c. illud. & ca. superueniat nihil, 7. q. 1. qui Canones ex Conc. Toletano 7. ca. 2. & Toletano 11. c. 13. & 14. desumpti sunt. Maiol. lib. 3. de
2 irreg. ca. 16. nu. 4. Quando autẽ in defectũ Sacerdotis celebrantis substituẽdus sit alius, qui Missam inchoatam perficiat, in tract. de Sacr. Eucharistiæ dicitur. Causæ leuiores possunt esse satis ad relinquendam Missam ante inchoatum Canonem, morbus leuior; item si quis publicè excommunicatus Ecclesiam ingreditur, & nollet exire, tunc enim deberet Sacerdos ab altari discedere, & Missam relinquere, vt latius in tract. de excommun. dictum est.

3 Secundus est, Quicumque Missam celebrans in ea non communicat, a communione per annum est suspensus, vt habetur in cap. relatum, de consecr. dist. 2. S. Th. in 3. par. q. 82. art. 4. Bernard. Diaz in pract. Canon. ca. 38. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 16. num. 2.

4 Tertius est, Qui benedicit secundas nuptias ab officio, & beneficio suspẽsus est, capitulo primo, de secund. nuptijs. & hæc suspensio videtur Papæ reseruata, dicitur enim ibi, vt talis ad Sedem Apostolicam destinetur. Host. Panorm. & ibi Bernard. Diaz in pract. Can. cap. 68. Maiol. libro tertio, de irreg. capit. 15. Couar. in Epitome 4. decretalium par. 2. capit. 8. §. 11. numero 2. Syluest. verb. nuptiæ, §. primo. Tabiena in verb. impedimentum, 14 num. 5. versic. quarto. Specul. coniug. p. 1. art. 13. in fine. Henriquez lib. 13. de excommunic. & susp. capit. 39. §. 3. vbi obseruandum est, quod quamuis aliqui velint hanc pœnam suspẽsionis inferri a Canone ipso iure, alij tamen rectius notant Hostiens. Antonin. Panormit. in d. cap. 1. Couar. Bernard. Diaz, Speculum coniug. & Henriquez vbi supra. Henric. in cap. vir autem, de secund. nuptijs. Palud. 4. d. 42. q. 3. art. 1. concl. 4. Petr. Ledesm. in addit. 3. par. S. Thomæ, quæst. 63. art. 2. in fine, pœnam hanc locum ab homine inferendã esse, quæ expositio communior, & verior est, Quod verò attinet ad reseruationem, & missionem Sacerdotis ad Sedem Apostolicam, pœna hæc ablata est, & diminuta per Ioannem XXII. in quadam Extrauagan. quę non habetur in iure, refertur tamen a Couar. Speculat. coniug. & Petr. Ledesm. locis citatis, vbi Speculum testatur Episcopo commissum esse, vt dispensare valeat.

Quartus est, Qui manifestos vsurarios ad communionem altaris, vel ad Ecclesiasticam sepulturam admittunt, vel in Missa eorum recipiunt oblationes; antequam satisfecerint, vel de satisfactione idoneam dederint cautionem, ab executione officij suspensi sunt, donec ad sui Episcopi arbitrium satisfaciant, c. quia in omnibus. de vsur. & c. vlt. tit. eo. lib. sexto. vbi etiam religiosi hac pœna comprehenduntur. Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 2. casu 10. Henriquez libro 13. de excom. & susp. c. 38. §. 3. Tabiena, verb. suspensio, num. 7. vers. sexto. casu 35. Angelica, verbo. Suspensio, 1. casu 37. Syluest. verb. suspensio, q. 6. ver. 37. Viuald. tit. de susp. nu. 49.

6 Quintus est, Quicumque Clerici celebrant, vel celebrare faciunt in locis interdictis à iure, vel ab homine, ab ingressu Ecclesię suspensi sunt, quousque ad arbitriũ illius, cuius sententiam contempserint, satisfaciant, capitulo Episcoporum, de priuilegio. libro sexto. Palud. 4. distin. 18. q. 7. art. 2. casu 8. Angelica, in verb. suspensio, 1. casu 23. Tabiena, verb. suspensio, vers. sexto. casu 21. Quæ suspensio etiam omnes religiosos comprehendit, & intelligenda est iuxta moderationem c. alma mater, de sent. excom. lib. 6. & isti etiam pręter hanc suspensionem in multis casibus incurrunt irregularitatem, vt in tractat. de interdicto dicemus.

7 Sextus est, Omnes Clerici etiam exempti, & Religiosi admittentes ad Sacramenta, ad Ecclesiasticam sepulturam, ad officia diuina publice excommunicatos denunciatos, vel interdictos, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt, donec satisfaciant ad arbitrium illius, cuius sententiam contempserunt, capitulo Episcoporum, de priuileg. libro sexto. Palud. 4. distinct. 18. quæst. septima, ar. 2. casu 8. Angelica, et Tabiena locis proxime allatis, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. secundo. tractat. de suspensione, casu 11. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 157. versic. vndecima. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. part. 1. libro quarto. c. 2. casu 10. & Alphonsus Viuald. tit. de suspens. num. 81. Vbi obseruandum est ex glossa in cap. Episcoporum, in verb. ingressum, aliquos velle censuram istam non pertinere, nisi ad priuilegiatos, quam sententiam tenent multi Doctores ex Angelica, & Tabiena, vbi supra, eamque sequuntur Ledesm. Viualdus, & Nauarrus, vbi dicunt hanc esse communem opinionem; vnde propter auctoritatem tot, & talium DD. puto hanc doctrinam tamquam mitiorem posse aliquando practicari, quamuis mihi videantur aperte esse cõtra textũ, ibi enim expresse dicitur: *Clerici*

saculares, aut regulares quantumcumque exempti, seu priuilegiati quæ dicto. *Quantumcumque* non est restrictiua, sed ampliatiua, vt includat etiam priuilegiatos, quasi dicat, vt exponit ibi glossa, multo magis, si non sunt exempti; & ita Palud. vbi supra in glossæ sententiam inclinare potius videtur. Quod si quæratur qua ratione iure practicari possit illa opinio, si ita apertè textui contradicat? Respondeo, propter communem DD. opinionem potest nonnunquam mitigari textus Canonum, & consuetudo fundata in hac opinione rigidiorem Canonis expositionem potuerit abrogare.

8 Septimus est, Sacerdos parochialis; qui matrimonia Clandestina (quamuis nunc sint irrita) vel contra Ecclesiæ interdicta contracta matrimonia prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis interesse præsumpserit, per triennium ab officio suspensus est, capitulo cum inhibitio, §. fin. de Clandestina despõsat. & Conc. Trid. in sess. 24. de reformat. matrim. c. 1. dictam Constitutionem Innocentij III. in Conc. Lateran. ca. 51. confirmat. Bernard. Diaz libro pract. Canon. capitulo 67. Couat. in parte secunda, Sponsal. capit. sexto, in princip. num. 13. versic. tertio. Henriquez libro 13. de excomm. & suspens. cap. 39. §. 3. vbi Diaz, & Henriquez tales suspensos esse dicunt, Couat. autem solum per triennium suspendendum esse vult, sed verior est opinio prior, dicitur enim ibi, *Suspendatur*, quæ est signum latæ sententiæ, secundum ea, quæ libro primo. excommunicat. cap. 11. docuimus. A qua suspensione ante lapsum triennij Episcopus absoluere non potest, vt latius Bernard. Diaz. Couat. & Henriquez contra Hostiens. & Cardin. & Præpos. probant, vbi enim terminus suspensioni adiectus est (vt in d. c. inhibitio. §. fin. apponitur) Episcopus intra illum a tali suspensione absoluere nequit; iuxta ea, quæ tradunt glos. in Clem. prima, §. verum, in verb. excommunicationis, & ibi Imol. de hæret. Præpos. in Summa 50. distin. colum. secunda. Felin. in c. nuper, de sent. excom. Panorm. in cap. quam sit graue, de excess. prælat. & hoc maximè cum constitutio illa a Concilio Generali condita sit; Episcopi vero contra Concilia dispensare nequeunt, vt communis habet DD. sententia in cap. at si Clerici §. fin. de iudic.

Octauus est, Parochus, vel alius Sacerdos quicum-
9 que, siue sæcularis, siue regularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere cõtendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus manet, quãdiu ab ordinatio eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu, à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur. ex Trident. session. 24. de reformat. matrimon. capitulo 1. Alphonsus Viuald. tit. de susp. nu. 127. Henriquez lib.
10 13. de excom. & susp. cap. 38. §. 2. Vbi obseruandum est primo quod religiosus olim benedicens, aut solennizans nuptias excommunicatus erat, vt habetur Clem. 1. de priuileg. At vero, ne pro vno peccato incurratur duplex pœna, per suspensionem à Concilio Trident. vbi supra latam tollitur prædicta excommunicatio, ex doctrina Decij in cap. de causis, de offic. deleg. & Henriquez vbi supra in annot. io littera E. & habetur expresse in declaratione Cardin. super Concilio Trid. quicquid Nauar. tom. 1. cons. cons. 1. de pœnis, libro 5. falsò putet religiosum in hac re offendentem ipso iure vtramque pœnam suspensionis, & excommunicationis incurrere. Secundo obseruandum est, non exprimi, neque ex antecedentibus, vel consequentibus colligi posse, a qua re sit ista suspensio. Mihi probabile videtur tanquam mitius satis esse intelligere, quod suspensus sit ab officio, præsertim cum suspensio ista propter vsurpationem alieni officij lata sit, de qua re consulenda est declaratio à Congregatione Cardin. qui super Concilio Trident. eiusque dubijs interpretandis præficiuntur; interim tamen tutius est, se tam à beneficio, quam ab officio suspensum esse credat.

Quoad Suspensiones quæ ratione beneficiorum incurruntur.

11 Primus est, Clerici, seu Canonici eligentes scienter tam Episcopos, vbi consuetudo id habet, quam alios Prælatos, & beneficiatos contra formam Capituli, cum in cunctis, de elect. per triennium à beneficijs Ecclesiasticis suspensi sunt, ex dict. capit. cum in cunctis, §. fin. de elect. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 7. art. 2. casu 1. S. Anton. 3. par. tit. 28. de susp. cap. 4. Angelica, verb. suspensio, 1. casu 6. Syluest. verb. suspensio, q. 6. versic. 6. Viuald. tit. de susp. num. 66. Tabiena verb. suspensio. versic. sexto casu 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de suspen. casu 2. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 155. versic. secunda. Henriquez lib. 13. de excommunicat. & susp. cap. 39. §. 2. & alij, & intelligitur tam de beneficijs habitis, quam habendis in Ecclesia ex Palud. & Anton. & facit capit. si compromissarius. de elect. libro 6. & pro illa vice tantum eligendi potestate ipso iure priuati sunt. Forma autem. cap. cum in cunctis est, vt ad quæcumque beneficia eligendi ætatem debitam, & requisitam habeant, & præterea, vt sint moribus, & doctrina probati: Et in electione Episcoporum, seu Archiepiscoporum requiritur præterea, vt sint de legitimo matrimonio nati; quod licet in plerisque alijs beneficijs sit necessarium, si tamen ad alia beneficia illegitimi eligantur, non inducit hanc suspensionem. Circa hanc autem censuram obseruandum est.

Primo ex Ledesm. Nauar. Henriquez & Palud. vbi supra, quod licet hæc censura comprehendat omnes eligentes illegitimum Episcopum, non tamen comprehendit eligentes quemquam ad aliam dignitatem non Episcopalem; nec comprehendit laicos, vt Imperatores, & Reges, qui præsentant aliquos illegitimos ad Episcopatus; nec comprehendit Cardinales eligentes illegitimos Summos Pontifices; Ratio est, quia hæc solum loquitur de Clericis eligentibus Episcopos, & pœnæ non sunt extendendæ, argumen. l. interpretatione ff. de pœnis, & cap. pœnæ, 2. de pœnit. dist. 1. & cap. odia, de reg. iur. lib. 6.

Secundo Episcopus in eam indigni electionem consentiens, pro illa vice potestate conferendi beneficium illud priuatur, si ad illum pertinebat collatio, sin autem ad alios pertinebat collatio, priuatur potestate confirmandi primum successorem, & a perceptione proprij beneficij suspendi debet, dicto capit. cum in cunctis, §. fin. & ibi glo. in verbo conferendis, & capit. nihil est, de elect.

Tertio ex Palud. 4. d. 18. quæstio. 7. casu 1. S. Anton. Nauar. Ledesm. & Henriquez locis proximè allatis, & Summa Astensi, par. 2. libro septimo, tit. 16. art. 7. casu 16. Angelica, verb. suspensio, 1. casu 25. Tabiena verb. eod. versic. sexto, casu 24. electores arbitri, seu compromissarij, ad quos ex concessione aliorum deuoluta est potestas eligendi, quod præcipue contingit, quando electores sunt discordes, si eligant indignum contra formam istius ca. cum in cunctis, eandem suspensionem incurrunt: Eandem pœnam incurrunt ipsimet electores qui compromiserunt, si electioni contra formam capituli prædicti factæ a compromissarijs consentiant, quia tenentur contradicere; non tangit tamen hæc suspensio Episcopos, nec intelligitur, nisi in electionibus Episcoporum, & superiorum, secus de electionibus inferiorum, cap. Si compromissarius, de elect. lib. 6.

Quarto ex eodem Palud. intelligitur de sola electione, ex sola enim nominatione indigni contra formam prædicti capit. cum in cunctis, non secuta vera, & reali electione, non incurritur pœna suspensionis à beneficijs, nec priuantur potestate eligendi, capit. perpetuo, de elect. libro 6. An verò sic suspensi accipere possint distribu-

distributiones, si officiant, constat ex his, quæ diximus cap.6. cum tractauimus de suspensione a beneficio.

12 Secundus est, Clerici eligentes aliquem, siue concorditer, siue discorditer facta sit electio, si infra octo dies, vel saltem postquam commode poterunt, distulerint præsentare electionem ipsam electo, omnes, qui in hoc culpabiles extiterint à prosecutione electionis exclusi; & suspensi sunt per triennium continuum à beneficijs, (quod communiter intelligitur de beneficijs, quæ habent in illa Ecclesia) & si infra hoc tempus ausi fuerint se propria temeritate, vel alio quæsito colore ingerere, illis ipso iure perpetuo sunt priuati. vt habetur in capit. cupientes, §. cæterum de electio. libro sexto. Palud. 4. distinct. 18. quæst. septima. casu primo. S. Anton. tertia. par. titulo 28. de suspens. capitu. 4. vltra medium. Summa Astensis, part. 2. libro 7. tit. 16. art. 7. casu 15. Angelica, verbo, Suspensio, primo. casu vigesimosexto. Tabiena, verbo. suspensio, vers. sexto. casu vigesimotertio, Syluest. verb. eodem versicul. vigesimoquinto. Alphonsus Viuald. titul. de suspens. numero nonagesimosexto. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & susp. capitulo 39. §. secundo. & intelligitur ex Tabiena de electoribus in Ecclesijs Cathedralibus, vel regularibus, & sic priuatis, quibus si Episcopus ea beneficia vellet de nouo conferre, non potest, ex gloss. ibi in verbo perpetuo.

13 Tertius est. Qui aliquid obiecerit contra electum ad aliquam dignitatem, vel personatum, si in probatione defecerit, a beneficijs Ecclesiasticis per triennium est suspensus: & si interim de illis se intromittat, illis in perpetuum est priuatus, nullam super hoc de misericordia, idest, dispensatione spem, aut fiduciam habiturus, nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum à calumniæ vitio causa probabilis, & sufficiens excusaret, capit. statuimus. §. fin. de elect. libro sexto. Palud. quarta distinct. 18. quæst. 7. art. 2. casu primo. Summa Astensis, part. lib. 7. titulo 19. artic. 2. casu 14. Angelica verb. suspensio, 1. casu 24. Syluest. verb. suspensio, quæst. 6. vers. 14. & Alphonsus Viualdus titu. de suspens. numero 12. Tabiena verb. suspensio, vers. sexto. casu 22. Henriquez lib. 13. de excomm. & susp. c. 39. §. 2. Quod intelligitur de beneficijs, quæ habentur in illa Ecclesia, non de alijs, ex Summa Astensi, Angel. Tabien. cit. & glo. ibi verb. beneficijs. iuxta cap. si compromissarius, de elect. lib. 6. Intelligitur etiam hanc pœnam locum habere, siue crimen aliquod obiectum fuerit, siue defectus. cum generaliter loquitur, ex glo. in d. c. statuimus. §. fin. in verb. defecerit.

14 Quartus est, Qui ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis grauat, aut litteras alicui, vel sigillum alicui concedit, quibus possint Ecclesiæ obligari, ab administratione tam temporalium, quam spiritualium suspensus est ipso iure, cap. quorundam. de solutionibus. Palud. 4. d. 18. qu. 7. art. 2. casu 6. Summa Astensis, part. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 7. casu 13. Angelica, verb. suspensio, 1. casu 10. Syluest. verb. suspensio, quæst. 6. versic. Decimo. Alphonsus Viuald. tit. de suspens. num. 46. Tabiena, verb. eod. versi. sexto. casu 8. Dat Palud. exemplum, si quis accipiat mutuum nomine Ecclesiæ, & obsignet Ecclesiæ sigillo, non tamen verè expendat pecuniam illam non in vtilitatem Ecclesiæ, sed propinquorum, vel amicorum; & idem videtur, si eam expendat pro seipso in casu illi casu illicito, & non pro vtilitate Ecclesiæ, quia etiam in hoc casu est debitum alienum ab Ecclesia licet non ab ipso. Addit etiam Palud. quod obligatio non valet, si potest probari in foro exteriori; si tamen confiteatur versum fuisse illud mutuum in vtilitatem Ecclesiæ, statur confessioni eius, nisi probetur contrarium. & sic possunt litteræ nocere Ecclesiæ. Deinde ex Astensi, Angel. Syluestro, & Tabiena decretum hoc solum ligat inferiores Episcopis, vt etiam docet ibi Ioan. And. Potest autem suspensio hæc, vt ijdem authores tradunt, per Episcopum proprium relaxari, sed non debet facere, nisi prius indemnem reddat Ecclesiam, de verb. signific. cap. cum olim. nec tenetur Ecclesia huiusmodi debita soluere, capit. si quis presbyterum, de reb. Eccles. non alien.

15 Quintus est, Prælati non Episcopi, qui Ecclesias sibi commissas, seu bona Ecclesiarum, aut iura ipsarum, sine consensu sui Capituli, & Sedis Apostolicæ licentia speciali, laicis subijciunt, aut submittunt, recognoscenda ea ab ipsis sicut à superioribus se tenere, vel ipsos aduocando, per triennium ab officio, idest, executione officij, & ab administratione temporalium secundum Ioan. Andr. Suspensi sunt? Et Clerici qui hoc scientes non denunciant superiori, à perceptione beneficiorum, quæ in illa Ecclesia sic supposita obtinent, triénio suspẽsi sunt. capit. hoc consultissimo, de reb. Eccles. non alienandis, libro sexto Angelica, verb. Suspensio, primo casu 18. Syluester. verbo, suspensio, quæst. sexta, vers. 18. Alphonsus Viuald. titul. de suspens. numero 82. Tabiena, verb. suspensio, vers. 6. casu 16. Palud. 4. d. 18. qu. 7. art. 2. casu 7.

16 Sextus est, Clericus consentiens electioni de se factæ per potestatis sæcularis abusum, sic inelligibilis, & eligentes prima vice potestate electionis priuati sunt, cap. Quisquis, de elect. Angelica. verb. suspensio, 1. casu 7. Tab. verb. eod. vers. sexto, casu 7. Syluester, verb. suspẽsio, q. 6. vers. 7. Viuald. tit. de suspen. num. 98.

17 Septimus est, Quilibet de Capitulo, Collegio, vel Cõuentu occupantes, inter se diuidentes, surripientes, dilapidantes, dissipantes, consumentes bona Ecclesiæ Cathedralis, Collegiatæ, vel Regularis, vacationis tempore obuenientia, vel per mortem Prælati inuenta, quæ in vtilitatem ipsarũ Ecclesiarum impendi, vel futuris successoribus reseruari debeant, tamdiu ab officio, & beneficijs quibuscunque suspensi manẽt, donec restituerint, quicquid acceperint. cap. quia sæpe. de elec. libro sexto Palud 4. distin. 18. quæst. 7. artic. 2. casu 2. Angelica verbo. suspensio, 1. casu 16. & alij, quos retulimus capi. 13. casu 18.

18 Octauus est, Quicunque alicuius Ecclesiæ beneficij, montis pietatis, vel alterius loci pij iurisdictiones, bona, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obuentiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debẽt, occupant per se, vel alios, vi, vel timore incusso, vel per interpositas personas, siue Clericorum, siue laicorum, & qui huius fraudis fabricatores, seu consentientes fuerint, præter excommunicationem Papalem, etiam priuationem omnium beneficiorum, & inhabilitationem tum ad illa, tum ad quæcunque alia incurrunt; & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarij arbitrio suspensi sunt, ex Conc. Trid. sess. 22. de reform. cap. 11.

Quoad suspensiones, quas incurrunt Clerici ex alijs defectibus.

19 Primus est, Qui mortuum laicum, aut eius scapulas obuoluit palla altaris, vel palla, quæ data est Diacono in mensa domini, si sit Diaconus, per tres annos, & dimidium, si verò presbyter per annos decem, & dimidiũ ab ordine suspensus manet, vt habetur in cap. nemo per ignorantiam, iuncta gl. in verb. mortuum, & in verbo, anathemate. de consecrat. dist. 1.

20 Secundus est, Qui sponte iuramentum de tenendo schismate iurat, à Sacris ordinibus, & dignitatibus suspensus est c. 1. de schismaticis.

21 Tertius est. Qui in cõcionibus popularibus vel vbicũque promiscua virorũ, & mulierũ multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ (immaculatæ scilicet cõceptionis B. V.) alterutra parte disputare; rationibus vel Doctorũ authoritate alterã sentẽtiã asserẽdo, & cõtra-

riam refellendo, aut impugnando vel de hac ipsa quæstione curiosius pietatis, aut necessitatis prætextu, vulgari sermone scribere, vel dictare præsumit, à Diuinis si in Sacris constitutus sit, & omni gradu, & dignitate ipso iure suspensus, & priuatus est, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obtenta, perpetuo inhabilis redditur, per Bullam Pij V. quæ incipit. super specula. edita an. 1570. 17. Decemb. Alphons. Viuald. tit. de suspensione numero 116.

22 Quartus est, Qui absque patrimonio, aut beneficio ad Sacros ordines promouetur cum pacto, vt ab Episcopo victum, alimenta, aut prouisionem non petat, vel ex simili pacto cum patrono beneficij præsentatus promittit ei se nihil ab eo petiturum, si ei concedat beneficium, ad cuius titulum initietur, ab ordine suspensus est, donec à Sede Apostolica dispensetur, ca. penult. de simonia. Nau. in Man. cap. 27. num. 158. ver. decima quinta. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. art. 2. in tract. de susp. casu 15. Simon Maiol. lib. 4. de irreg. capit. 3. numero 7. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. part. 1. lib. 4. cap. 1. casu 3. & Alphonsus Viuald. tit. de suspens. num. 27. & Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 15. Henriquez lib. 13. de excom. & susp. c. 37. §. 1. & facit Conc. Trid. sess. 21. de reform. ca. 2. & tenetur Episcopus, qui eum sacris initiauit, vel eius successor dare alimenta pauperi, quem sine titulo benefici, aut patrimonij ordinauit. c. cum secundum. de præben. capit. accepimus, de ætat. & qualit. & ca. si Episcopus, de præb. lib. 6.

23 Quintus est, Qui ad Sacros ordines promouetur cum patrimonio, vel alimenta promissis, aut donatis ab aliquo cum occulto pacto ante dictam ordinationem facto, quod talem alimoniam, aut patrimonium post ordinationem non repetet, eodem modo ab ordine suspensus est. ex Nauar. in Man. cap. 27. numero 158. vers. fic. declaratio prima. Martin. Ledesm. vbi supra. & mihi videtur valde probabilis, cum sit similis præcedenti, quamuis Tolet. lib. 1. capit. 15. contrarium sentiat, non esse suspensum. Qui vero absque pacto simoniaco initiatur Sacris cum ficto patrimonio (vt quia occultè renunciauit ante ordinationem in fauorem parentis, aut amici, qui ei bona donauerat) suspensus non est, peccat tamen mortaliter, vt docent Alphonsus Viuald. tit. de suspen. nume. 28. & numero 31. Henriquez libro 13. de excomm. & suspens. cap. 37. §. 2. in annot. littera G. vbi ait omnes lectores Theologiæ, & iurisperit. Academiarum Salmātic. Complut. & Tolet. ita tenere. quicquid Bartbol. Medina libro 1. instruct. cap. 11. §. 8. contrarium insinuat de eo, qui post ordinationem patrimoniū alteri donat.

24 Sextus est, Clerici notorij fornicarij, vel etiam publici concubinarij ab ingressu Ecclesiæ, donec pœniteant, suspensi sunt. cap. si qui sunt. distinct. 81. Palud. 4. dist. 28. quæstio. 7. artic. 2. casu 11. S. Anton. 3. par. titulo 28. de suspen. cap. 3. Angelica, verb. suspensio, casu 4. Tabiena, verb. eod. vers. sexto casu 4. Nauar. in Man. cap. 25. num. 77. & cap. 27. nume. 154. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de suspens. casu 1. Maiol. lib. 5. de irreg. c. 37. num. 1. Henriquez libro 13. de excomm. & susp. cap. 36. Alphonsus Viualdus tit. de suspens. nu. 19. & Cosmus Philiarchus lib. de officio Sacerdotis par. 1. lib. 4. cap. 2. casu 1. Iacobus de Graff. lib. 4. decis. ca. 25. num. 16. Toletus lib. 1. capi. 15. & fauent. Archid. in ca. præter hæc. dist. 32. Ioan. And. & Hostiens. in c. vestra, de cohab. Cler. & mul. Panorm. in c. si celebret. nume. 5. de Cler. excommun. ministr. & Syluest. in verb. Clericus, 2. qu. 8. vers. quæritur secundo. & in verb. concubinarius, num. 4. & hoc siue sit notorium iuris, siue facti. Dicitur autem notorium iuris, cum quis confitetur iudicio vel conuincitur de crimine; Notorium vero facti est, cum crimen in populo ita manifestum est, quod nulla possit tergiuersatione celari, & Nau. Maiol. Viuald. & Toletus vbi supra addunt, si tales ante pœnitentiam peractam celebrent, fieri irregulares. At certe si auctoritatem Cōcilij Trident. consideremus sess. 25. de reform. cap. 14. non videtur, quod tales incurrant suspensionem, nisi post nouam iudicis monitionem, & sententiam contra eos latam. Vnde Couar. in Clement. Si furiosus, par. 1. §. 1. nume. 5. de homicid. expresse docet non esse irregularem, & alios multos in hanc sententiam refert, & probat, quia hic casus nullibi iniure expressus est; irregularitas autem non nisi in casibus iure expressis contrahitur, cap. is qui, de sent. excom. lib. 6. in quam etiam sententiam tandem inclinat Iacobus de Graffijs vbi supra. Imo aliqui vt Barth. Medina lib. 1. instruct. confess. cap. 11. §. 8. Sotus 4. d. 1. q. 5. art. 6. ad 2. & d. 13. q. 1. art. 9. Cosmus Philiarchus libro 3. cap. 9. dicunt hanc suspensionem non esse amplius in vsu. Vnde etiam celebrans ratione violationis censuræ irregularis non erit, quamuis aliunde irregularis fit, vt lib. 7. c. 12. dicemus.

25 Dubium solum esse potest, an huiusmodi post peractam pœnitentiam possint legitime exercere actus ordinum; Cui respondetur, quantum est ex parte suspensionis posse; quia etiam stante iure antiquo, eo ipso, quod peregerunt penitentiam, cessat omnis suspensio, de qua re legi potest Nau. locis cit. c. 25. & c. 27.

26 Septimus est, Visitatores, qui non sunt Episcopi, si in visitatione exigat, vel recipiant pecuniam, aut munera, aut etiam à non visitatis exigunt procurationem, vel accipiunt, nisi intra mensem, restituant duplum eidem Ecclesiæ, a qua acceperunt, ab officio, & beneficio suspensi sunt, quousque ecclesiæ grauatæ satisfecerint, ca. exigit. de censibus libro sexto. Palud. 4. dist. 18. q. 7. artic. 2. casu 5. Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 5. Angelica verb. Suspensio, 1. casu 21. Syluest. verb. suspensio, q. 6. versi. 21. Alphonsus Viuald. tit. de susp. num. 195. Tabiena, verbo eod. versi. sexto. casu 19. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. ca. 39. §. 4. in fine. Hoc autem Palud. vbi supra, ad eos solos visitatores restringit, qui iure suo ordinario visitant; id quod colligi potest ex cap. Romana, de censib. libro 6. Nam prædicta constitutio Gregorij. X. in capit. exigit, est executiua Constitutionis Innocentij Papæ IIII. in cap. Romana. Vnde sequitur visitatores delegatos ad visitandum non incurrere hanc censuram, etiamsi aliquid accipiant, vel exigant; & fauet gl. in c. exigit, in verb. visitationis. vbi expresse ait hanc censuram alijs procurationibus, quæ debentur legatis, vel Nuncijs Sedis Apostolicæ, vel quæ debentur ratione consuetudinis, vel ratione pacti in fundatione, vel consecratione positi locum non habere.

27 Quæri tamen potest, an regulares aliquid accipiendo vltra ea, quæ sibi competunt secundum constitutiones, vel consuetudines suarum religionum, in hanc censuram incidant? Quidam vt ait Palud. excipiunt religiosos, ea ratione ducti, quod in d. c. Romana, §. si. cuius illa est executiua, & vallatiua, eximuntur regulares, vbi dicitur *Saluis super hoc rationabilibus, & approbatis religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis*. Verum, vt recte notat Palud. cit. non minus, sed forte magis incurrunt regulares. Non enim in d. c. Romana, eximuntur Regulares simpliciter, sed solum eximuntur in hoc, vt possint accipere id, quod eis compent ex laudabili religionis consuetudine, vnde si præter hoc accipiant munera, vel pecunias exigant, hanc etiam censuram incurrunt.

28 Octauus est, Quicunque Clericus virgata, vel partita veste publice vtens; si beneficiatus sit, per sex menses a perceptione fructuū beneficiorū, quæ obtinet, eo ipso suspensus est; si vero beneficiatus nō fuerit in Sacris tñ ordinibus citra Sacerdotiū constitutus, per idem tēpus eo ipso inhabilis ad beneficium Ecclesiasticum obtinē-

dum efficitur. Idem quoque de Clericis alijs (qui nec beneficiati sunt, nec in Sacris) scilicet constitutis in minoribus ordinibus qui cum ipsa tonsura gerunt prædictas vestes virgatas, vel partitas, suspenduntur inquam, & inhabilitantur, vt per sex menses beneficia Ecclesiastica obtinere non possint: Habentes vero dignitatem, personatum, beneficium curatum, necnon ceteri in Sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, si huiusmodi vestes ferant, aut infulam, seu pileum lineum publice portent in capite, eo ipso a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, per annum suspensi sunt. Clem. 2. de vita & honest. Cleric. Angelica, ver. Clericus, 4. num. 2. & verb. suspensio, 1. casu 19. Syluester, verb. Clericus, 2. §. 3. & verbo, suspensio, q. 6. vers. 26. Tabiena, verbo, Clericus, 1. §. 9. & verbo, suspensio, vers. sexto, casu 27. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. in tracta. de suspen. casu 13. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 157. versic. decimatertia. Alphons. Viuald. titulo de suspens. numero 109. Cosmus Philiarchus de officio Sacer. par. 1. lib. 4. cap. 2. casu 12. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 15. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. cap. 39. §. 3. Bernard. Diaz in pract. Canon. capit. 69. Nota tamen quod si Clericus vtitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis secreto, & subtus alias vestes, ita quod in publicum non appareat, non incurrit hanc pœnam: & idem si vtitur talibus vestibus domestice, puta in studio, vel loco simili, vel ex aliqua rationabili causa ad breue tempus, vt pro celebratione nuptiarum alicuius propinqui, vel pro celebratione Doctoratus, vel alijs similibus de causis, non incurrit hanc pœnam, vt colligitur ex d. Clem. 2. in illis verbis [*præterquam ex rationabili causa*] & in particulari notant ibi Cardin. quæst. 3. Ancharan. ibi. secundo nota, referendo ad hoc Zenzel. & Imo. ibidem colum. 2. versic. quæro quid, qui præterea notat post Zenzel. quod si Clericus propter paupertatem defert vestes prohibitas, non incurrit hanc pœnam. Bernard. Diaz. Ledesm. Nauar. Henriquez, & Tolet. vbi supra.

30 Circa hanc materiam legenda est constitutio Sixti V. quæ incipit Cum Sacrosanctam, anno 1588. quinto Idus Ianuarij, Pontificatus sui anno quarto, de habitu & tonsura per Clericos, seu milites beneficia, vel etiam pensiones obtinentes deferendis; In qua omnibus & quibuscunque Clericis non solum in Sacris, sed etiam in minoribus ordinibus constitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualiacunque etiam simplicia, nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea ius habentibus, verum etiam pẽsionẽ, super quibusuis fructibus, redditibus, aut prouentibus quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcunque Ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium &c. prædiaue, aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignata, ex quacunque concessione, seu dispensatione Apostolica percipientibus, etiam coniugans, (præsertim si ijdem Clerici coniugati iuxta Constitutionem Bonifacij VIII. in capitulo 1. de Cleri. coniug. in 6. in Concil. Trident. innouatam, sessión. 23. de reformat. cap. 6. priuilegijs Clericalibus vti velint) tam in Romana Curia degentibus, quam extra eam vbilibet gentium, & locorum constitutis, mandat, vt ipsi, & eorum quilibet quamuis exempti existant, & quouis priuilegio, vel immunitate gaudeant, tonsuram, & habitum Clericalem, vestes scilicet, talares assumãt, & iugiter deferant. Alioquin quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officijs, præbendis, ac beneficijs, pensionibus, fructibus, & prædijs bonisque Ecclesiasticis priuati sint, sine alia citatione, monitione, aut iudicis decreto, ita vt beneficia, & pensiones vacare censeantur, & cessare, & libere alijs conferri posse, nec quisquam vlterius ad huiusmodi fructuum, & pensionum solutionem eis faciendam teneatur, nec censuras aliquas, aut pœnas ob non solutionem incurrit. Milites autem quarumuis Militiarum sua regula approbata Canonice institutarum, & alijs officiales Ro. Curiæ, qui non vti Clerici, sed potius tanquam milites iuxta priuilegia eis concessa habentes beneficia, fructus & pensiones vt supra, siue Clerici fuerint, siue non, sub huiusmodi mandato de habitu, & tonsura Clericali deferendo non comprehenduntur, sed vti debent Regulari habitu militiæ, quam professi sunt, proprio & conuenienti, sub prædictis pœnis, &c.

Ex qua Bulla non imponitur Clericis aliqua noua censura Ecclesiastica, sed solum infligitur pœna priuationis beneficiorum, prouentuum, fructuum, & pensionum, si in assignato habitu non incedant. Et solum obligat Milites beneficia, vel pensiones &c. habentes, & quoscunque Clericos, etiam in prima tonsura eadem habentes etiamsi exempti sint; Clericos autem in minoribus non habentes beneficia, aut pensiones non comprehendit. De hac re plura videri possunt in iure Canonico, in titulo de vita, & honest. Cleric. in Decretalibus, Sexto, & Clementinis & DD. ibi, & in Summist. in verbo, Clericus & in Summa Confess. libro 3. titu. 7. quæstione 1. Martino Nauar. in Manuali, capit. 25. numero 111. & Alphonso Viualdo in expositione dictæ Bullæ Sixti V. & alijs.

31 Nonus est, Clericus qui prouocat ad duellum vel acceptat quicquid aliqui dicant esse suspensum, alij tamen rectius, vt Syluest. vers. vndecimo, in verbo, suspensio. Angelica in verbo, suspensio, 1. casu 10. & Tabiena, verbo, eodem, vers. sexto, casu 16. talem suspensum esse velint, alij tamen & rectius, vt Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione 26. artic. 4. in tract. de suspens. casu 4. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 156. ver. quarta Alphonsus Viualdus. titu. de suspens. numero 68. Toletus libro 1. capitulo 13. in fine, & Henriquez libro 13. de excommun. & suspens. capitulo 39. §. 3. docent, *Non esse suspensum, sed suspendendum*, & colligitur ex capitulo 1. de Clericis pugnantibus in duello, vbi textus habet, *de rigore iuris merito est deponendus*; & nunc noua constitutione Concilij Trid. session. 25. de reform. capitulo 19 est excommunicatus, & per nouam Bullam Clementis VIII. quæ incip. Illius vices, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimosecundo 16. Calend. Septembris editam, a solo. Papa, excepto mortis articulo, absoluitur. Addunt alij plures suspensiones iuris, quæ vix vsu eueniunt, vnde satis sit istas tanquam præcipuas, & frequentiores breuiter enumerasse.

Quibus Casibus suspensio irregularitatem transgressori inducat. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Violatio suspensionis aliquo in casu irregularitatem inducit.*

2 *Violatio quæcunque sententiæ ad irregularitatem incurrendam non sufficit.*

3 *Irregularitas non nisi exercitio actus proprij alicuius ordinis, quo violatur suspensio ab illo actu lata induditur.*

4 *Suspensio, quæ a cõfessario in foro pœnitẽtiæ infligitur, quamuis seruari debeat, contraueniendo tamen non incurritur irregularitas.*

5 *Violans suspensionem ex defectu corporis, aut animæ fluentem, nouam irregularitatem non incurrit.*

6 *Irregularis celebrando nouam irregularitatem non incurrit, & quæ huius sit ratio.*

7 *Violans suspensionem, qua quis iure tantum suspendentis est suspensus, irregularis non efficitur.*

8 *Suspensus a collatione beneficiorum, etiamsi illa conferat, irregularitatem non incurrit. & quare.*

9 *Irregularitas non nisi ex violatione censuræ per solenne exercitium ordinis incurritur.*

10 *Subdiaconus ab officio Subdiaconatus suspensus, Epistolam siue manipulo canens, irregularis non est.*

11 *Violatio suspensionis etiam per solemne exercitium actus alicuius ordinis minoris irregularem aliquem non reddit.*

12 *Ordinem aliquem minorem, aut etiam primam tonsuram suspensione durante conferens, irregularis est.*

13 *Violatio suspensionis per actum ordini iure etiam humano, vel ex Ecclesia præcepto competentem, irregularitatem inducit.*

14 *Officiare in choro, dicendo solemniter,* Deus in adiutorium *&c.* Capitulum, Collectam *&c. iure humano ordinis Sacerdotalis officia propria sunt.*

15 *Purificatio mulierum post partum; Nuptias, aut Aquam benedicere, solemniter ab excommunicatione absoluere, Sacerdotis officia sunt.*

16 *Episcopus suspensus solemniter benedicens per hæc verba,* Sit nomen Domini benedictum. *irregularis est.*

17 *Epistolam cum manipulo cantare ex consuetudine Ecclesiæ ordinis Subdiaconatus actus proprius censetur.*

18 *Consuetudo particularis irregularitatem inducere non potest, vbi consuetudo vniuersalis non inducit.*

19 *Subdiaconatus suspensus ab officio, seu ordine porrigendo Sacerdoti, vel Diacono calicem præparatum etiam sine manipulo irregularis efficitur.*

20 *Suspensus ab officio prædicandi, vel ab officio Diaconatus etiamsi prædicet, irregularis non erit.*

21 *Prædicationis actus etiam solemniter cum benedictione petita, & superpelliceo, ex dispensatione Episcopi laico competere potest.*

22 *Suspensus ab aliquo ordine, an ascendendo ad ordinem superiorem irregularis sit.*

23 *Suspensus ordinatus, & celebrans Missam cum Episcopo ordinante, irregularis non efficitur.*

24 *Episcopatus secundum Canonistas communiter ordo esse censetur.*

25 *Episcopus per characterem Episcopalem nullam potestatem nouam in ordine ad corpus Christi verum recipit.*

26 *Pontificalium appellatione quænam intelligi possint.*

27 *Solemnitas triplex in actibus sacris reperitur, & quid vnoquęque sit.*

28 *Solemnitas quæ, & qualis esse debeat ad hoc, vt actum sacrum cum ea exercens irregularitatem incurrat.*

29 *Suspensio a Pontificalibus duo genera actuum respicit.*

30 *Suspensus,* Donec peniteat, *an exercendo actum, a quo est suspensus, ante pænitentiam irregularis sit.*

31 *Irregularitas absque exercitio actus ordinis, ex eo quod quis in suspensione vltra annum manet, non incurritur.*

32 *Suspensus, seu interdictus ab ingressu Ecclesiæ actum ordinis solemniter in Ecclesia exercens irregularis efficitur.*

33 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ exercendo actum ordinis in Ecclesia non consecrata, quando fiat irregularis.*

34 *Suspensus Diaconus ab ingressu Ecclesiæ Euangelium cantans extra Ecclesiam, irregularis est, si Sacerdos Missam intra Ecclesiam, celebrat, & quæ sit huius ratio.*

35 *Sacerdos cantans Missam intra Ecclesiam, admittendo Diaconum suspensum ab ingressu Ecclesia ad cantandum Euangelum extra Ecclesiam, non fit irregularis.*

36 *Rationis paritas ad irregularitatem incurrendam non sufficit, etiamsi satis sit ad inducendum peccatum.*

37 *Sacerdos celebrans extra Ecclesiam, & Diaconus, cui est interdictus ingressus Ecclesiæ, Euangelium in Ecclesia cantet, irregularis erit Diaconus, non Sacerdos.*

38 *Sacerdos celebrando extra Ecclesiam admittendo Diaconum, cui est interdictus Ecclesia ingressus, vt cantet euangelium intra ecclesiam, non est irregularis.*



Ntequam casus afferam, quibus irregularitas transgressione suspensionis incurritur, nonnulla breuiter tanquam certa supponenda sunt, quorum

1 Primum est, violatio suspensionis aliquando, & in aliquo casu irregularitatem inducit, & de hoc nemo dubitare potest, vt colligitur, ex c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & capit. cum medicinalis, de sent. excomm. libro 6. & Extrau. Pij II. quæ incipit: *Cum ex sacrorum*, relata à Rebuffo in tractat. de beneficijs, titu. de Clericis ad sacros ordines male promotis, & ex multis alijs iuribus.

2 Secundum est, non omnis violatio suspensionis irregularitatem inducit, vt communiter omnes concedunt de suspensione a beneficio, & expresse Palud. 4. distin. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. citans ad hoc capit. cum in cunctis, de elect. & capit. 1. & capit. cupientes. & capit. generali, de elect. lib. 6. & capit. 2. de rebus ecclef. non alien. Innoc. in capit. nisi cum pridem. de renunciat. Specul. in titulo de dispensat. §. iuxta, vers. item nota quod suspensus. Iud. inquisit. in verbo, suspensio, q. 5. vers. si vero sit a beneficio. Simon Maiol. lib. 3. cap. 19. nume. 14. vnde videndum est, quibus casibus hæc violatio irregularitatem inducat.

3 Primo igitur ex multorum DD. sententia non inducitur irregularitas, nisi exercitio actus proprij alicuius ordinis violetur suspensio lata ab illo actu. Hanc regulam expresse tradunt Felin. in capit. Apostolicæ, de except. Panormit. in capitulo cum dilectus. de consuetud. S. Anton. 3. par. titu. 29. de suspens. cap. 1. in fine Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. Syluest. verbo, suspensio. versiculo quinto. Angelica, verbo, suspensio, 3. nume. 1. Tabiena, verbo, suspensio, vers. secundo. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 163. Maiol. libro 3. de irreg. cap. 19. titu. 4. & Toletus lib. 1. instruct. Saccrd. cap. 14. Quæ doctrina euidenter colligitur ex omnibus iuribus, in quibus exprimitur violationem suspensionis inducere irregularitatem: vbicunque, enim hoc dicitur, in iure semper est sermo de suspensione ab aliquo actu Ordinis: vt autem suspensionis violatio irregularitatem inducat, debet esse suspensio propriè dicta, quæ est censura lata propter crimen, vel contumaciam, & suspendens ab eo, quod alicui iure suo competit.

Vnde

4 Vnde infertur primo, quod suspensio, quæ infligitur à confessario in foro pœnitentiali, cum non sit vera censura Ecclesiastica, quamuis seruari debeat, contraueniendo tamen non inducitur irregularitas, glo. in cap. is qui, in verbo, in iure, de sent. excom. lib. 6. Anchar. in cap. 1. §. caueant. de sent. excom. lib. 6. & ibi Nicolaus Dionysij de Perusio, fallentia quarta. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. capit. 1. §. 1. Tabiena, verbo, suspensio, vers. nono. Ioan. Andr. in cap. is qui, de sent. excommu. lib. 6. Angelica, verbo, suspensio, 3. nu. 2. Spec. tit. de dispens. §. iuxta, nu. 32. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 151. & tomo 2. consil. conf. 4. de pœnis num. 4. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. nu. 23. & Henriquez lib. 13. de excom. & suspen. c. 31. §. 2. in annot. littera K. Alphōs. Vivald. tit. de suspen. nu. 15.

5 Infertur secundo, quod si quis violet suspensionem fluentem ex defectu corporis, vel animæ, quæ potius, & verius est irregularitas, quam suspensio, non incurrit nouam irregularitatem, sic Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta in suspensis à Canone, circa finem. Panor. in cap. si celebrat. num. 4. vers. suspensus vero propter defectum. de cler. excommu. ministr. & Innoc. ibidem, Ioan. Andr. in cap. fin. de cohab. cleric. & mul. Archid. in cap. Apostolicæ. dist. 56. Angelica, in verbo, suspensio, 3. nu. 9. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 27. non procul à fine. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. in principio. Iudic. Inquis. in verbo, suspensio. §. vlt. Maiol. libro 3. de irregul. c. 19. num. 17. vers. octaua declaratio. quo sensu ait intelligi debere Rot. decis. 362. in antiquis. quæ dicit suspensum à Canone celebrando non fieri irregularem. Ideo quamuis hanc suspensionem violauerit, non eget noua, & distincta dispensatione, neque in obtinenda dispensatione facere debet mētionem huius violationis, vt patet ex praxi curiæ Romanæ, ex Specul. vbi supra. Innocen. in d. cap. si celebrat. nume. 3. de

6 cler. excom. minist. vbi id dicit de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimatis, & de irregulari ob crimen notorium. Nauar. in Manuali cap. 27. numero 194. & tom. 1. consil. conf. 40. num. 2. de temp. ordin. & consil. 6. num. 4. de conuers. coniug. cuius illationis rationem reddit in d. capitulo vigesimoseptimo; Quia irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, vnde celebrans illa irretitus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, nisi in casibus a iure expressis.

7 Infertur tertio, si quis violet suspensionem qua suspensus est ab eo, quod ei non competit iure suo, sed iure suspendentis, non fieri irregularem, vt optime notat Palud. 4. distin. 18. q. 7. art. 3. conclus. 10. Quo loco, ne detur alicui occasio errandi, notandum est hoc solum habere locum, quando quis suspenditur tantum ab eo, quod sibi competit iure suspendentis; si enim per se suspendatur ab eo, quod sibi simpliciter competit iure suo, & consequenter ab eo, quod sibi competit iure suspendentis, irregularis est; quia talis actus coniunctus est cum eo, quod illi competit iure suo.

8 Ex quibus infertur errare Maiolum lib. 3. de irreg. cap. 19. nume. 2. versic. secunda extensio, & numero 8. vers. decima quarta extensio, dum dicit tam suspensum a collatione beneficiorum, quam suspensum ab ordinibus, si conferat beneficium, effici irregularem. Cum enim collatio beneficij nullius ordinis actus sit, sed solum iurisdictionis, ita vt Episcopus etiam non consecratus beneficia conferri possit, sequitur necessario neque inducere irregularitatem, cum ex hactenus dictis irregularitas non nisi exercitio actus ordinis incurri possit.

9 Secundo, Ad inducendam irregularitatem non satis est quoquo modo transgredi suspensionem exercitio actus ordinis, sed præterea requiritur, vt hic ordo solemniter exerceatur, sic Nauar. in Manual. ca. 27. nu. 163. vbi etiam addit hanc esse communem DD. sententiam; & colligitur ex c. cum medicinalis §. caueant autem, de sent. excomm. lib. 6. vbi dicitur violatores illos suspensionis, ab ingressu Ecclesiæ, tunc effici irregulares, si contigerit eos exequi officia diuina, Sicut prius. Quo loco obseruandum est verba illa, Sicut prius, id est, ex glossa ibi, tanquam in officio suo agens, id quod colligit glossa ex capitu. si quis Episcopus in Concilio, 11. q. 3. Agere autem ex officio est solenniter agere, ex communi consensu DD. vnde concedunt communiter

10 Doctores Subdiaconum suspensum ab officio Subdiaconatus, si cantet Epistolam sine manipulo, non esse irregularem, vt S. Ant. 3. par. tit. 29. de irregul. capit. 1. §. de Subdiaconatu, & tit. 28. de suspensione cap. 1. in fine ait Sacerdotem suspensum ab officio, dicendo officium priuatim cum vno, vel altero, non effici irregularem, & Palud. 4. dist. 18. qu. 4. vers. quintus effectus, ait Sacerdotem in necessitate baptizantem in excommunicatione, sicut laicus, non fieri irregularem. Quæ omnia aliter verificari non possunt, quam dicendo in genere exercitium ordinis non solenne irregularitatem non inducere, & latius tradit Nauar. in Manua. ca. 27. num. 163.

11 Tertio, De exercitio ordinum minorum non ita certo constat inter DD. an aliquando irregularitatem inducat. Omissis autem multorum sententijs mihi omnium probabilissima videtur sententia Felini relata a Tabiena verbo, suspensio, numero 3. quam sequitur Tabiena ibi, & clarius numero 10. Guil. Durand. quem refert, & sequitur S. Anton. 3. par. tit. 26. de irreg. ca. 1. §. de Subdiaconatu, & alij apud Syluestrum verbo, irregularitas, num. 14. Palud. 4. distin. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. violationem suspēsionis a minoribus ordinibus etiam per solemne exercitium actus non inducere irregularitatem, contra Nauar. in Manuali cap. 27. nume. 163. Cotoo am Coofess. tit. de suspensione, nume. 4. & Viualdum tit. de suspen. nume. 141. & Maiolum lib. 3. de irregul. cap. 18. nume. 4. Hostien. & Ioan. Andr. de cler. excommun. cap. 2. Anchar. in cap. 1. §. caueant. de sent. excommun. lib. 6. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, ver. hoc etiam nota, Innoc. in capit. si. de excess. prælat. quod intellige semper exceptis casibus contentis in Bulla Sixti V. quæ incipit, Sanctum & salutare, ut supra, quæ tamen Sixti V. Bulla per aliam Clem. VIII. quā in fine huius libri apponemus, quoad omnia in hoc §. contenta ad terminos iuris antiqui, & decreta Concilij Tridentini reuocata sunt. Ratio nostra est: quia isti ordines communiter exerceri solent etiam a laicis cum eadem prorsus solennitate, nec vnquam possumus aliquam solennitatem distinctam Clericorum propriam in istis actibus inuenire. Et quamuis multi excipiant vnum casum, scilicet, si alicubi ordines isti non nisi per Clericos exerceri solerent; quasi tunc exercitium huiusmodi ex officio esse videatur, vt proinde consequenter irregularitatem inducat; de hac tamen re ego valde dubito; etenim cum vniuersalis ecclesiæ consuetudo Clericis, & laicis officia hæc indistincte committere soleat, non puto consuetudinem aliquam particularem huius, aut illius loci irregularitatem inducere posse.

12 Obseruandum tamen est, diuersam rationem esse in horum ordinum collatione, ac in ipsorum executione; etenim non solum collatio ipsorum ordinum minorum, (qui verè, & propriè ordines sunt) sed etiam collatio primæ tonsuræ clericalis mihi irregularitatem inducere videtur; quia hi omnes actus sunt eiusdem ordinis Episcopalis, & actus illius solennes. Et quamuis ex priuilegio competant alijs, qui Episcopi non sunt, illis tamen non competunt ex officio, sed solum Episcopis: Neque hoc mirum videri debet, nam eodem

modo

modo irregularis erit Episcopus benedicēdo virgines,
Ecclesias, vel altaria consecrando, & alia similia fa-
ciendo.
13 Quarto. Suspensionis violatio non solum irregula-
ritatem inducit per actum iure diuino competentem
ordini alicui, sed etiam per actum competentem ordi-
ni iure humano, vel ex præcepto Ecclesiæ, vel ex vni-
uersali consuetudine. Palud 4. dist. 18. q. 7. art. 3. con-
clus. 2. Specul. in tit. de dispen. §. iuxta, versic. item nota
quod suspensus. Angelica, verbo, suspensio 3. num. 8. S.
Anton. 3. par. tit. 29. de irregularitate, cap. 1. §. de Sub-
diaconatu, fauet Nauar. in Manua. capit. 27. num. 163.
Maiol. expresse lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. versi. no-
na, vt exempli gratia in choro inter officiandum dice-
14 re solenniter, *Deus in adiutorium*, aut dicere Capitulum
præsertim, in laudibus, & vesperis, dicere collectam, &
alia similia iure humano, vel ex consuetudine, sunt pro-
pria ordinis Sacerdotalis, & tamen ista omnia iure hu-
mano introducta sunt, & consequenter iure humano ip-
si Sacerdotio annexa sunt. Addit Armilla in verbo,
15 interdictum, nu. 64. Sacerdotis, etiam officium esse, pu
rificationem mulierum post partum. Idem communi-
ter docent Doctores, de officio benedictionis nupna-
rum; Idem de benedictione aquæ; Idem de absoluente
solenniter ab excommunicatione cum psalmis & ora-
tionibus, & cum stola, & alijs de quibus 11, q. 3. cap. de
bent. vnde vnusquisque à Sacerdotio suspensus hæc of-
ficia tanquam ex officio agens irregularitatem sic fa-
ciendo incurrit, ex Ioan. Andr. post Innoc. in cap. fina.
de excess. prælat. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta. versi.
quid de absoluente. Maiol. vbi supra, Hugolin. de cen-
16 sur. Ecclesi. tab. 1. capi. 14. §. 1. numero 5. Idem erit de
Episcopo, qui suspensus solenniter benedicit, per illa
verba. *Sit nomen Domini benedictum*, de qua agitur in
capitulo Abbates, de priuileg. libro sexto, & Clement.
2. de priuileg. erit enim irregularis, ita expressim scri-
psit Nicolaus Dionysij de Perusio scriptor, & erudi-
tus, & antiquus, in cap. primo, §. caueant. de senten. ex-
communi. lib. 6. quem refert, & sequitur Maiol. lib. 3. de
irregul. cap. 19. nume. 3. & expresse docet Hugolin. cit.
numero 5. & faciunt, quæ tradit glo. in c. ministrate, in
17 verbo, benedictionem, 26. quæst. 6. Hoc modo munus
cantandi Epistolam, quod proprium est ordinis Sub-
diaconatus, ex consuetudine Ecclesiæ limitatum est, vt
Subdiaconi proprium sit cum manipulo illam canta-
re; sine manipulo autem licet cuiuis Clerico illam can-
tate. Hinc omnes communiter concedunt Subdiaco-
num cantantem Epistolam sine manipulo non effici ir-
regularem, si in suspensione eam sic cantet, vt S. An-
ton. 3. par. tit. 29. de irreg. capit. 1. §. de Subdiaconatu,
vbi ait, si alicubi sit consuetudo, vt non cantent vllo mo
do Epistolam nisi Subdiaconi, neque cum manipulo, ne
que sine eo, tunc si Subdiaconus suspensus a Subdiaco
natu, etiam sine manipulo cantet, irregularis erit, Ra-
tio est: quia cum ibi non soleant cantare Epistolam nisi
Subdiaconi, eo ipso quod aliquis Epistolam cantat, ge-
rit se tanquam Subdiaconum, & ex officio agit, & ideo
irregularis efficitur.

Ex quo dicto infero ego hoc aliud, quod si alicubi
18 consuetudo esset, vt etiam simplex Clericus Epistolam
cum manipulo cantaret, tunc Subdiaconus a suo ordi-
ne suspensus illam cantans etiam cum manipulo, non
erit irregularis; Ratio est: quia quod Subdiaconus illá
cantet ex officio est iuris humani, & consuetudinis,
ergo non habet maiorem auctoritatem hoc quam con
suetudo; ergo pari iure consuetudo contraria eandem
auctoritatem habebit. Nihilominus tamen ego adhuc
in vtroque casu magnam habeo difficultatem, scilicet,
& in illo dicto S. Antonini, & in altero dicto, quod ex
illo tituli, valdè enim dubito, an consuetudo particula-
ris in hoc casu inducere valeat irregularitatem, vbi ex

consuetudine vniuersali non inducitur, & è contra ad
non inducendam irregularitatem, vbi ex consuetudine
vniuersali inducitur; Et quoniam in pœnis facienda
est restrictio, & in priuilegijs ampliatio, ideo probabi-
lius est consuetudinem particularem nullo modo irre-
gularitatem inducere posse, vbi consuetudo vniuersa-
lis non inducit, & econtra consuetudinem particula-
rem posse non inducere irregularitatem, vbi consuetu-
do vniuersalis illam inducit; quia non inducere irregu-
laritatem est fauor, inducere vero irregularitatem est
odium; odia autem restringi, & fauores conuenit am-
pliari. c. odia, & c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6.
Illud autem ex S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. ca. 1.
19 §. 2. aduertendum est, quod subdiaconi suspensi a suo
officio, seu ordine, si quando Epistolam cantant sine
manipulo, (quod illis non obstante suspensione sine ir-
regularitate licet) si tamen exerceant alium actum, seu
exercitium ordinis subdiaconatus proprium, scilicet,
porrigant Sacerdoti, vel Diacono Calicem præpara-
tum, tunc sine dubio irregulares erunt, & videtur esse
communis opinio DD. & expresse Cosmus Philiar-
chus lib. 4. cap. 12. nu. 6. id docet.
20 Ceterum dubium esse potest, An suspensus ab offi-
cio prædicandi, vel etiam ab officio Diaconatus, si præ-
dicet, irregularitatem incurrat. In qua re quicquid
Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 163. versic. octauo
infertur, & Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. q.
decimaoctaua, puncto. 1. dub. 3. affirment talem fieri ir-
regularem, ex eo quod prædicatio saltem ex consuetu-
dine coniuncta est cum ordine Diaconatus; contraria
tamen opinio & communior, & verior est hunc irregu-
larem contraueniendo non fieri, vt expresse docent An
gelica, in verbo, Suspensio, 3. num. 8. & in Clement. cu-
pientes; de pœnis notant Paul. & Calderin. Simon
Maiol. lib. 3. de irregul. capit. 19. nume. 21. Alphonsus
Viualdus tit. de Suspensione, num. 163. Toletus libro 1.
instruct. Sacerd. capit. 14. & Henriquex lib. 13. de ex-
communicat. & suspen. capit. 32. §. 5. Non enim appa-
ret, vnde probari possit prædicationis connexio cum
Diaconatu; Nam neque communiter & passim Dia-
coni prædicant, neque ad prædicandum admittuntur,
vbi est copia Sacerdotum, qui prædicare sciunt, & apud
ipsummet Romanum Pontificem admittuntur ad ser-
mones, seu homilias habendas in solennioribus diebus
inita Missarum solennia finito Euangelio non solum
Diaconi, sed etiam Subdiaconi. Quibus addo, quod
religiosi ferè omnes ad prædicandum mittere solent
etiam Clericos simplices, & quamuis conuenientissi-
mum sit, vt prædicatio non exerceatur nisi per homines
in sacris constitutos, maxime cum in primitiua Ecclesia
ipsimet Apostoli per se exercendum officium prædican
di sibi reseruassent, in defectu tamen istorum etiam
21 actus prædicandi solenniter, etiam cum benedictione
petita, & superpelliceo competere potest laico ex dispen
satione Episcopi, vt notant Henriquex vbi supra: In de-
fectu tamen Sacerdotum, & existentium in ordinibus
sacris puto melius esse prædicationem committi sim-
plici Clerico probo, & docto, quam malo, vel ignaro
Sacerdoti. Quod vero Maiol. vbi supra libro tertio,
de irregularitate, capitu. decimonono, numero 21. ver-
sic. decimatertia, & Alphonsus Viuald. tit. de suspens.
numero 163. dicant suspensum ab ordine, aut officio
Clericali fieri irregularem, si prædicet, quando huic an
nexum est officium prædicandi, aut prælegendi, puta
quando officium prædicandi annexum esset Archidia-
conatui, Prioratui, Archipresbyteratui, seu Plebanatui,
falsum omnino est, vt recte monet Henriquex lib. 13. de
excommun. & suspens. capit. 32. §. 5. in annotat. littera
K. quia talis annexio est omnino per accidens, vnde
nulla ratione irregularitatem incurrit, quia in suspen-
sione, ab ordine prædicandi munus exerceret.

22 Quinto,

22 Quinto, Dubium maius, & difficilius est de suspenso ab aliquo ordine, an hoc ipso, quod ascendit ad ordinem superiorem, efficiatur irregularis; Exempli gratia, An Subdiaconus suspensus a Subdiaconatu, si fiat Diaconus, fit irregularis; Ratio dubitandi est duplex, vna, quia ascendendo ad ordinem superiorem exercere videtur officium ordinis inferioris, a quo est suspensus, vt iste subdiaconus accedens ad recipiendum Diaconatum gerit se pro subdiacono, si quidem præsentat se inter subdiaconos, & in habitu, & apparatu subdiaconi, & ideo videtur esse irregularis. Alia ratio est, quia vix ascendere potest ad ordinem superiorem, quin exerceat illum ordinem, à quo suspensus est; Nam subdiaconis promouendis ad Diaconatum iniungi solet, vt cantent Epistolam; ergo irregularis erit. Couarruuias in capit. alma mater, parte secunda, §. 3. numero 5. versic. septimo. & seq. de sentent. excommunicat. lib. 6. ait suspensum ab aliquo ordine minorum ascendentem ad alium ordinem minorem non efficii irregularem, suspensum vero ab aliquo ordine sacro ascendentem ad alium ordinem sacrum fieri irregularem; & dat rationem diuersitatis, quia ascendendo ad alium ordinem minorem non exercet actum proprium ordinis minoris iuxta canonicam solemnitatem; at vero ascendendo ad aliquem ordinem sacrum solenniter exercere debet actum inferioris ordinis, a quo est suspensus, vel actum illius ordinis, quem recipit, vt verbi gratia, promotus ad subdiaconatum, vel Diaconatum, legit postea Ecclesiasticis vestibus indutus Epistolam, vel Euangelium ea solennitate, qua solennium Missarum celebratione legi; & suspensus a Diaconatu promotus ad Sacerdotium, eodem die dicit Missam simul cum Episcopo, & cum illo consecrante consecrat, vt notant Syluest. in verbo, Eucharistia, 2. quæst. 3. Sao. Thom. 4. distinct. 13. quæst. 1. art. secundo quæstiuncula 2. & 3. par. quæstio. 82. artic. 2. Palud. 3. d. 13. quæst. 4. artic. 2. Cum Couarruuia consentit Simon Maiol. lib. 4. de irregul. cap. 34. num. 1. & 2. vbi absolute dicit suspensum, vel interdictum ordines suscipientem effici irregularem.

His tamen non obstantibus existimo huiusmodi suspensum hoc ipso, quod recipit ordinem superiorem, non effici irregularem, etiamsi promoueatur ad quemcumque ordinem sacrum. Id quod Thomas Zerula part. secunda, suæ praxis Episcop. verbo, irregularitas, dub. 2. de accipiente subdiaconatum, vel Diaconatum, in aliqua censura Ecclesiastica concedit. Idemque fatetur Fr. Hieronymus à Sorbo Capucinus in suis annotationibus ad compendium priuilegiorum Fratrum Mendicantium, in verbo, Ordines sacri. Neque enim verum est vniuersaliter istum in sua ordinatione debere necessario exercere actum alicuius ordinis, vt patet ex praxi; siquidem multoties ordinantur triginta, aut plures subdiaconi, & Diaconi, & sic omnes Epistolam, aut Euangelium non cantant, neque ex eo, quod hic incedit in apparatu illius ordinis, à quo est suspensus, efficitur irregularis, quia apparatus simpliciter, & in se consideratus non dicit exercitium alicuius actus: Et quamuis suspensus a subdiaconatu accederet ad altare cum Sacerdote cum toto suo apparatu, si tamen in illa Missa nullum exerceat officium sui ordinis, irregularis non erit.

23 Solum igitur superest difficultas de eo, qui promouetur ad Sacerdotium, quia celebrat simul cum Episcopo celebrante; in qua re quicquid Couar. & Maior. vbi supra, Nauar. tom. 2. consil. consil. 4. de Cleric. excommunicat. ministr. Thomas Zerula, & Fr. Hieronymus à Sorbo vbi supra, velint hunc irregularem fieri; loquendo tamen conformiter ad principia superius à nobis in hoc libro, cap. 3. in regulæ primæ declaratione posita, adhuc dico probabilissimum esse Sacerdotem hunc irregularem non fieri: diximus enim ibi suspensum ab aliquo ordine inferiori, consequenter ab ordine superiori suspensum esse, vbi notauimus hoc quidem habere locum quantum ad peccatum propter naturalem quandam indecentiam, non habere tamen locum quantum ad irregularitatem; cuius rei rationem ibi latius exposuimus: & huic opinioni nostræ fauere videtur Barth. Medina de instruct. confess. lib. 1. capit. 11. §. 8. vbi asserit ordinatum ante tempus, & celebrantem Missam cum Episcopo ordinante irregularem non esse, quia Ecclesia reputat pro prima Missa illam tantum, quia quis per seipsum postea celebrare solet, & idem docet Henriquez libro decimoquarto, de irregul. cap. 3. §. 6. in fine.

24 Sexto, Difficultas inter authores est de Episcopo a Pontificalibus suspenso, an celebrando Missam in apparatu Pontificali efficiatur irregularis? hanc quæstionem disputarunt Doct. Innocent. Philip. Franc. Gemin. & Anchatan. in cap. cum medicinalis. de sentent. excommunicat. lib. 6. & alij, in qua re tres sunt authorum sententiæ.

Prima est asserentium esse irregularem. sic Ioan. Calder. in tractatu de Ecclesiast. interdict. memb. 2. quæst. 3. quæ incipit, sed si cui. Gemin. in cap. cum medicinalis. §. si quis autem, nu. 5. de sent. excom. lib. 6. Angelica verbo, suspensio, 3. nu. 3. & Nauar. in Man. ca. 27. num. 163. vers. ex quo infertur primo. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. nu. 5. & nu. 6. Alphonf. Viualdus tit. d. suspens. num. 146. & fauet Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. concl. 2. Ratio est: quia Episcopatus est ordo, vt Canonum interpretes communiter concludunt, & glo. in procem. decret. lib. 6. in verbo, Episcopus, & citat cap. Cleros. dist. 21. & Nauar. in Manuali, c. 22. nu. 18. & fauet Concil. Trident. sess. 23. de ordin. cap. 4. & Cano. 6. & 7. celebrare autem in apparatu Pontificali est exercere actum proprium ordinis Episcopalis; exercens autem actum ordinis, a quo quis suspensus est, irregularis est; ideoque Episcopus a Pontificalibus suspensus sic celebrando irregularis efficitur.

25 Secunda docet Episcopum a Pontificalibus suspensum, si celebrat, non fieri irregularem. sic Innoc. in cap. cum medicinalis, in verbo, a diuinis, de sentnet. excom lib. 6. Ioan. Monach. & Specul. in tit. de irregul. capit. quid sit irregularitas. colum. 12. versiculo. quid si Episcopus. S. Anton. 3. part. titulo 28. de suspensione, capit. 4. vltra medium, qui etiam citat Hostiensem, Syluest. verbo, suspensio, quæstio. 5. versiculo, cum autem suspensio. qui citat etiam pro hac sententia Rosellam, Archid. Host. Verueclum, & Guil. Durand. Panorm. in cap. cum dilectus, de consuetud. Couarr. in Clement. Si furiosus. par. 1. §. 1. vers. secundum. de homicid. Thomas Zerula in sua practica Episcopali in verbo, irregularitas, vers. decimooctauo, & in verbo, suspensio, dubio 6. & Iacobus de Graffijs lib. 4. decis. ca. 25. num. 3. Qui id probant primo, quia Pontificalia non sunt de substantia ordinis, celebrationis, aut officij; quam sine eis quodlibet officium fieri potest. Secundo, quia hoc nullo iure reperitur expressum, vt suspensus a Pontificalibus celebrando fiat irregularis: nullus autem irregularis efficitur, nisi vbi id iure cautum habetur, vt dicitur in ca. is, qui, de sent. exc. lib. 6. quæ opinio mihi videtur verior, etiamsi concedamus Episcopatum esse verum, & proprium ordinem, quia adhuc celebrare Missam cum apparatu Pontificali non est actus proprius Episcopalis, cum per characterem episcopalem cõmuni Theologorum, & Canonistarum sententia, Episcopus nullam recipiat potestatem nouam in ordine ad corpus Christi verum, sed solum in ordine ad corpus mysticum Christi.

26 Tertia sententia est, quæ non absolute vnam, aut alteram opinionem affirmat, aut negat, sed distinctione quadam

quadam vtitur Pontificalium, ad hoc vt sciatur, an ex eorũ vsu, & exercitio irregularitas incurratur, sic Bartol. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 15. §. 1. nu. 2. vbi ait, quod si nomine pontificalium ornamenta pontificum accipiamus, vt baculum, mitram, & id generis, quibus vtuntur, dum celebrant, sic suspensus diuina faciens illis vtendo irregularis non erit, cum huiusmodi ornamenta officia diuina non sint, vt constat; suspensus vero vt irregularis sit, officia diuina exequi debet. arg. c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. & cap. 1. de sent. excommun. lib. 6. Sin vero nomine pontificalium munera Pontificum propria accipiamus, vt sunt ordines conferre, baptizatos confirmare, ecclesias, aut virgines consecrare, & huiusmodi, sic a pontificalibus suspensus irregularis erit, etiam si ornamentis illis non adhibitis hæc munera obeat, quia talis diuina facit, & ex officio, diuina vero faciens ex officio in suspensione irregularis est. c. 1. §. sciturus. de sent. & re iud. lib. 6. & c. cum medicinalis. §. caueant, de sent. excommun. lib. 6. vt autem hæc opinio, quæ omnium optima est, melius intelligatur, & etiam plenior tum huius difficultatis, tum aliarum, quæ de solemnitate contingere possunt, expositio habeatur, tria breuiter obseruanda sunt.

27 Primum est, In actibus sacris triplicem solemnitatem considerari posse;

Prima est solemnitas, quæ est propria alicuius actus non quatenus talis actus est, sed vt est actus talis ordinis determinati; ita vt idem proprius actus sine solemnitate non sit proprius alicuius ordinis, sed possit per quemcunque exerceri cum illa vero solemnitate efficiatur actus proprius alicuius ordinis determinati, & consequenter cum eadem exerceri non possit nisi ab habente talem ordinem; vnde hæc solemnitas coniuncta actui dicitur determinare ipsum actum ad talem ordinem, vt baptizare sine solemnitate pertinet ad quemcunque non modo clericum, sed etiam laicum in necessitate, immo ad mulierem ex communi sententia DD. & ad infidelem; cum solemnitate vero est actus proprius ipsius Sacerdotis; idem dicendum de cantu Epistolæ.

Secunda solemnitas est propria alicuius actus Sacri, prout talis actus est, quia actus ille sacer, prout talis actus est, sine illa solemnitate licite exerceri non potest, & cõsequenter siue cum illa solemnitate, siue absq; vlla solemnitate, actus ille semper ad eundem ordinem pertinet, vt solemnitas, & apparatus Sacerdotij in dicẽda Missa, apparatus Diaconalis in cantando Euangelio, apparatus Pontificalis in actibus proprijs ipsius ordinis Pontificalis, vt in collatione ordinum, in confirmando, &c. & hæc solemnitas addita actui, sicut illi determinationem aliquam non addit; ita etiam ab actu separata determinationem suam illi non tollit.

Tertia solemnitas nullo modo est propria ipsi actui, sed mere accidentaliter illi additur, & hæc multiplex esse potest. Quædam enim consistit in maiori apparatu musico, vt fieri solet in solemnioribus anni diebus; Quædam consistit in maiori apparatu clericorum, vt in eisdem solemnioribus anni diebus solent plures clerici cum maiori apparatu officia exercere. Quædam denique est, quæ additur actui ratione maioris dignitatis personæ, vt Episcopi, & Abbates initiari Missam cantare solent cum maiori apparatu, scilicet Pontificali, qui apparatus in ordine ad actum sacrificandi extrinsecus omnino est, vt per se patet.

28 Secundum est, quando quis suspenditur a prima solemnitate, non suspenditur simpliciter ab exercitio ipsius actus, sed solum ab exercitio eius solenni, seu cum illa solemnitate; vnde quantumcunque suspensus actum illum sine solemnitate exercere potest, & in hoc exercitio non peccat mortaliter, & consequenter irregularis non est. Suspensio autem a secunda solemnitate, siue fiat sub nomine ipsius solemnitatis, siue sub nomine actus, vel ordinis, cui propriè competit solemnitas illius actus, ita vt illa, simpliciter prohibet exercitium illius actus, ita vt talis suspensus, neque cum illa solemnitate, neque sine ea actum talem exercere possit: Vnde consequenter si durante suspensione actum illum exerceat siue cum illa solemnitate, siue absque illa, & peccat mortaliter, & irregularis efficitur. Suspensio verò a solemnitate tertia, quantum ad omnia illa ttia relata, siue fiat sub nomine solemnitatis, siue sub ratione actus, aut ordinis, solum prohibet ipsam solemnitatem, ita vt suspensus licite exercere possit actum, & actum, prout est talis ordinis proprius, & eum solemnitate propria illius actus, sine hæc tamen solemnitate accidentali, vt quando quis suspenditur ab officijs solennibus, a Missa cantata, & huiusmodi alijs modis. Vnde si quis transgredetur hanc suspensionem exercendo solemnitatem sibi prohibitam, quamuis peccet mortaliter, irregularitatem tamen non incurrit; quia ex violatione censuratum, & suspensionis in specie, vt initio huius capitis diximus, non incurrit vllam irregularitatem, nisi exercitio actus prohibiti per suspensionem; sed in hac suspensione nullo modo prohibetur actus, sed tantum solemnitas, quæ omnino extrinseca est actui, & proinde per violationem istius suspensionis non incurritur irregularitas.

29 Tertium est, nomen Pontificalium, vt ca. 4. diximus, propriè ipsum apparatum Pontificium significat; Episcopus autem, seu Pontifex duo genera actuum exercere potest; Vnum est eorum actuum, qui non competunt illi, quatenus Episcopus est, sed quatenus est Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus; Alterum est eorum, qui competunt ei, quatenus est Episcopus, vt conferre ordines, & similia, & vtrumque genus actuum exercere potest Episcopus cum suo apparatu Pontificali. Hinc fit, vt suspensio a Pontificalibus hoc vtrumque genus actuum respiciat, & diuersos operatur effectus in ordine ad vnum genus, & in ordine ad alterum. Nam suspensio a Pontificalibus quatenus respicit actus, qui sunt proprij Episcopi, pertinet ad suspensionem ab apparatu secundi generis, & a solemnitate secunda superius in primo, & secundo notabili dicta: Vnde simpliciter prohibet exercitium actuum Episcopalium, vt Episcopus eos neque cum apparatu Pontificali, neque sine illo exercere queat: eadem vero suspensio a Pontificalibus in ordine ad alios actus pertinet ad suspensionem a solemnitate tertia superius dicta; & sic nullo modo prohibet substantiam illorum actuum, neque apparatum proprium in illorum exercitio requisitum, sed solum prohibet accidentalem hanc solemnitatem apparatus Pontificalis in illis actibus. Ex quibus omnibus sequitur, quod Episcopus suspensus a Pontificalibus, si exerceat actum aliquem proprium Episcopi sine cum apparatu Pontificali, siue absque illo, & peccat mortaliter, & efficitur irregularis; Sin autem exerceat aliquem actum alium non proprium Episcopi, sed alterius ordinis sine apparatu Pontificali, nec peccat, nec irregularis est, sed cum apparatu Pontificali peccat quidem, irregularis tamen non erit.

30 Septimo, De suspenso donec pœniteat, Dubium est an fit irregularis, si ante pœnitentiam exerceat actum, a quo est suspensus. Cuius dubij solutio pendet ex his quæ cap. 8. diximus; An scilicet suspensio hæc, Donec pœniteat, sit vera suspensio, quæ est ecclesiastica censura. Et quàuis nonnulli, vt ibidem dictũ est, hanc veram censuram non esse putauerint, sed solum esse suspensionem iuris Diuini, per quam peccator actus ordinis exercere prohibetur, donec pœniteat; nos tamen eo in loco probauimus veram censuram Ecclesiasticam esse, quia in cap. si qui sunt, distinct. 81. fertur suspensio ab ingressu Ecclesiæ, sub hac forma, donec pœniteat: Suspensio

spensio autem ab ingressu Ecclesiæ, vera censura est. Vnde si ante pœnitentiam exerceat actum ordinis extra Ecclesiam, non erit irregularis, si verò intra Ecclesiam actum ordinis exercerat, irregularis erit. Supposito igitur quod hæc suspensio, donec pœniteat, sit vera censura Ecclesiastica; respondetur ad difficultatem propositam eum, qui ante pœnitentiam transgreditur hanc suspensionem, simpliciter fieri irregularem, sic Tabiena verb. suspensio, numero 10. versic. nono Nauar. in Manuali, capitulo 25. numero 77. & capitulo 27. numero 154. Couar. in clement. si furiosus. par. 1. §. 1. numero 5. de homicid. vbi alios refert. Maiol. lib. 5. de irreg. capit. 37. num. 1. vbi ait notorium fornicationis ante pœnitentiam celebrantem esse irregularem, & si contrarium libro 3. de irreg. cap. 19. numero 16. versic. quinta declaratio, docuerit. Hæc autem sententia nostra ex eo probari potest, quia si sub ista forma, donec pœniteat, feratur suspensio ab ingressu ecclesiæ, sine vllo dubio, qui ante pœnitentiam celebrat intra ecclesiam, erit irregularis; quandoquidem suspensio ab ingressu ecclesiæ transgressorem reddit irregularem, vt habetur in c. is cui. de sentent. excomm. lib. 6. At vero non est maior ratio de suspensione ab ingressu ecclesiæ; quam de alijs, si suspensiones per exercitia ordinum violentur. Ergo suspensio hęc, donec pœniteat, a quocunq; ordine, & actu Sacro suspendat, transgressorem efficiet irregularem.

31 Octauo, Simon Maiolus lib. 3. de irreg. cap. 19. numero 8. versic. decimaquinta. & Alphonsus Viuaid. tit. de suspens. numero, 147. putant, ex suspensione incurri posse irregularitatem absque vllo prorsus actuum ordinum exercitio, hoc ipso quod aliquis vltra annum in suspensione simpliciter, & indeterminate lata, & citat cap. cum bonæ, de ætat. & qualit. iuncta glossa, verum, quia neque textus illius capituli, tale quid dicit, neque glossa in verb. Suspensi. & in verbo, postmodum dicit talem esse irregularem, sed solum esse inhabilem ad beneficia; irregularitas autem per se primo non respicit beneficium, sed actus ordinis, & ex eo quod inhabilem reddit ad ordines, consequenter etiam inhabilitat ad beneficia, ideo nullo modo dicendum videtur sine exercitio actuum quempiam irregularem effici posse.

32 Nono, de suspenso seu, quod idem est, de interdicto de ingressu Ecclesiæ certum est, si intra ecclesiam exerceat solenniter actum ordinis, fit irregularis, vt expresse habentur in capitulo is cui. & ibi glo. in verbo, in ea. & ibi Steph. Costa, num. primo, de sentent. excommunic. lib. 6. & glos. in capit. Episcoporum, in verb. ingressum, de priuileg. lib. 6. Palud. 4. distinct. 19. quæst. 7. artic. 3. conclus. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto capitulo secundo, versic. item notat. Angelica, verb. suspensio, 3. numero 4. & 5. Summa Pisanel. in verb. suspensus. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta. versic. quid si quis suspenditur. Nauar. in Manuali, capit. 25. num. 75. & cap. 27. numero 170. versic. sexto dico. Maiol. libro 3. de irregul. cap. 20. numero septimo, Couar. in capit. alma mater. part. secunda, §. primo, numero tertio, de sentent. excommunic. lib. 6. & etiam Henriquez libro 12. de excommunic. & susp. cap. 32. §. secundo, sed si extra Ecclesiam, puta sub domo, vel tentorio, vel in domo priuata ingerat se diuinis, non est irregularis, ex glossa & DD. allatis. Et ratio est, quia dictum limitationis secundum suam limitationem intelligi debet, limitatum autem hæc pœna, cum scilicet celebratur in Ecclesia: ergo non habet locum, si extra Ecclesiam celebretur, maxime cum in pœnis benignior interpretatio facienda sit argumen. cap. in pœnis, & capit. odia de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione, ff. de pœnis. Circa quam materiam multa dubia moueri possunt.

33 Dubium primum sit, An si suspensus interdictus ab ingressu Ecclesiæ exerceat actum ordinis intra Ecclesiam non consecratam, quæ magis propriè dicitur Basilica, quam Ecclesia, cap. 1. & ibi glos. in verb. dedicanda. de relig. domib. fiat irregularis. Huic difficultati respondet Calderin. tract. de interdict. memb. 2. versic. nunc quæritur affirmatiue, & probat ex cap. fin. de consecrat. Eccles. vel altar. & capitulo penult. de immunitat. Eccles. quibus locis Ecclesia non consecrata æquiparatur consecratæ, iuncta glos. in d. cap. penult. in verb. adimitur. Quæ sententia mihi etiam videtur probabilis dummodo Ecclesia constructa sit auctoritate Episcopi, capit. nemo Ecclesiam, de consecr. distin. 1. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, capit. 2. versic. item nota. Steph. Costa in cap. is cui, num. 20. de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. c. 32. §. 2. Quod debet intelligi, dummodo Ecclesia sit publica, & quæ propriè vocari possit Basilica, seu oratorium publicum auctoritate Episcopi constructum, quia in priuato oratorio, seu Capella, quamuis auctoritate Episcopi construatur, licet cuiquam celebrare sine pœna irregularitatis, ex S. Anton. & Henriquez vbi suprà, quia tale oratorium propriè Ecclesia non est. quod tamen Henriquez limitat, dummodo non sit oratorium designatum ab Episcopo in perpetuum pro celebratione, tunc enim qui in eo celebraret, irregularem fore putat.

34 Dubium secundum sit, An Sacerdote cantante Missam intra Ecclesiam, si Diaconus, vel Subdiaconus ab ingressu Ecclesiæ suspensus Euangelium, vel Epistolam extra Ecclesiam cantet, talis Diaconus, vel Subdiaconus efficiatur irregularis; Calderin. vbi supra respondet affirmatiue; quia in Missa istæ singulæ sunt tanquam partes scilicet cantatio Euangelij, vel Epistolæ, & reliquum Missæ, quod dicitur à Sacerdote, ex quib. partibus illa, quæ dicitur à Sacerdote, est principalissima vnumque omnes hæ partes officiũ constituunt. Vnde à parte principali Missa denominatur cantata intra Ecclesiam, & sic officium Diaconi, vel Subdiaconi quamuis sit extra Ecclesiam exercitatum, à parte tamen principali trahitur ad conditionem Ecclesiæ, & huic officio cooperati sunt in actu sibi prohibito; quia igitur isti cantauerint in Missa, quæ facta est intra Ecclesiam, dicuntur violasse suam censuram, seu suspensionem, & consequenter dicuntur irregulares, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Reg. accessorium de reg. iur. lib. 6. pro qua opinione faciunt multa iura citata à Calderino, c. vnico, de consecr. Eccles. vel altar. lib. 5. cap. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. & ff. de acquir. rerum domin. in l. adeo. §. fin. & expresse docet S. Ant. 3. p. tit. 27. de interdicto, c. 3. ver. item notat, in fi.

35 Dubium tertium sit, An Sacerdos, qui cantat Missam inter Ecclesiam, ex hoc, quod admittit scienter Diaconum, vel Subdiaconum suspensos ab ingressu Ecclesiæ ad cantandum Euangelium, vel Epistolam extra Ecclesiam, fiat irregularis, Calderin. & S. Anton. vbi supra, vers. presbyter vero Syluester. verbo, interdictũ, 6. quæst. 6. Steph. Costa, in capit. is cui, num. 21. & seq. de sentent. excomm. lib. 6. irregularem esse putant; quia iste Sacerdos participat cum Diacono, vel Subdiacono suspenso in crimine criminoso, id quod probant ex cap. nuper, & capit. si concubinæ, de sent. excommun. ideoque irregularis efficitur. Qui duo canones, meo iudicio nihil omnino faciunt ad eorum intentionem probandã. Vnde respondeo, talem Sacerdotem non esse irregularem, etiamsi eosdem admitteret ad cantandum Euangelium, vel Epistolam intra Ecclesiam.

Primo quidem, quia licet concederemus esse participationem in crimine criminoso, adhuc tamen non sequitur istum esse irregularem, quia participatio in crimine criminoso ad summum potest pro prima vice inducere in eandem censuram, qua innodatus est ille, cum quo participatur, vt euidenter colligitur ex d. ca. nuper,

&c.

& c. si concubinę. Etenim irregularitas hæc incurri non potest, nisi ex violatione censuræ, At vero presbyter iste nondum erat censura innodatus, & per huiusmodi participationem ad summum incurrit censuram suspensionis: Ergo per hanc irregularis effici non potest, nisi postquam exercuit actum in suspensione.

Secundo, quia de censura suspensionis nullo iure reperitur participantem cum suspenso in crimine criminoso incurrere hanc suspensionem; iura namque quę de tali participatione loquuntur, de excommunicatione solum loquuntur, vt ex canonibus cit. & maxime ex c. si concubinæ, patet.

Tertio, quia adhuc participatio ista presbyteri huius nullo modo est participatio in crimine criminoso, vt patet ex d. c. si concubinæ, siquidem participare in crimine criminoso ex natura sua est, cum quis innodatus est aliqua censura propter aliquod crimen, cũ illo participare post latam sententiã censuræ in eodem crimine, vt ex ipsis nominis ratione apparet: nã participare in crimine criminoso est participare in crimine, cuius ille criminosus est, vt in d. c. si concubinæ, dicuntur excommunicati maiori excommunicatione Clerici, qui postquam concubinæ eorum excõicatæ fuerant, propterea quod ab ipsis non discederent, iterum se cum huiusmodi concubinis coniunxerunt, & sic cum illis in eodem crimine participauerunt, propter quod illæ excommunicatæ fuerãt. At vero in casu proposito Diaconus, vel Subdiaconus suspensi ab ingressu ecclesiæ, admissique a Sacerdote ad cãtandum euangelium, vel Epistolam, non fuerunt suspensi prius propter cantum ipsius Euangelij, vel Epistolæ, ergo Sacerdos, qui illos admisit, non dicetur cum illis in crimine criminoso participare, & proinde neque ex hoc capite sacerdos ille fit irregularis. Notandum vero est, non frustra a nobis dictum esse. Sacerdotem istum ex natura rei non participare in crimine criminoso, quia aliquando participatio hæc potest esse in crimine criminoso, eo quod si quis suspensus est, quia nescit legere epistolam; tunc enim Sacerdos admittens illum cantare, in crimine criminoso participare diceretur.

36 Obijciunt tamen nonnulli, c. significauit, de sentent. excom. vbi aperte dicitur Clericos participantes scienter cum excõicatis excõicatione maiori, in sacris, incurrere eandem excõicationem maiorem, ergo pari ratione participans cum suspenso, si participet in sacris, suspensus erit. Hæc tamen ratio non valet, primo, quia licet hoc esset simpliciter statutum de excõicato, adhuc tamen locum non habebit in suspenso; quia licet paritas rationis sufficiens sit ad inducendum peccatum, non tamen est semper sufficiens ad inducendam censuram. Secundo, non constat inter Doctores hoc esse simpliciter constitutum de ipsa excommunicatione; siquidem d. c. significauit, a plerisque intelligitur de participante in sacris in crimine criminoso, ab alijs vero intelligitur de excommunicatione, quę lata fuit non solum contra reos illos, sed etiam contra omnes participantes; & ita multo minus habebit locum in alijs censuris.

36 Dubium quartũ fit, an si Sacerdos celebrat Missam extra Ecclesiã, & Diaconus, vel Subdiaconus, cui est interdictus ingressus ecclesiæ Euangelium, vel epistolam canter intra ecclesiã, Diaconus, vel Subdiaconus exinde irregularis fit. Cald. S. Ant. in d. ver. Presbyter vero, Sylu. ver. interdictum, 6. q. 6. & Steph. Costa vbi supra, talem fieri irregularẽ affirmant; & ratio est: quia Diaconus, vel Subdiaconus iste, vere intra ecclesiam exercet actum, vbi prohibetur illum exercere, ea. is cui. de sent. excomm. lib. 6. Quæ sententia mihi etiam vera esse videtur, & multo verior, quam si Sacerdote celebrante intra ecclesiam isti cantassent epistolam, vel euangelium extra ecclesiam; quia in hoc posteriori casu cum vere actum suum exercuerint extra ecclesiam, non incurrunt irregularitatem, nisi consequenter, ex eo quod

accessorium trahitur a principali; in priori autem casu id est, de quo nunc loquimur, cum vere, & formaliter transgrediatur suam suspensionem, exercendo actum intra ecclesiam, multo fortius efficitur irregularis, vt de se manifestum est.

38 Dubium quintum fit, an Sacerdos, qui cantat Missam extra ecclesiam, ex eo, quod scienter admittat Diaconũ vel Subdiaconum suspensum ab ingressu ecclesiæ, ad cantandum euangelium, vel epistolam intra ecclesiam, efficiatur irregularis? Respondent Caldetin. S. Anton. & Steph. Costa vbi supra, & bene, non esse irregularem, vt patet ex his, quæ in dubio 3. diximus; & quia Sacerdos iste non est ipse suspensus, nec participat in crimine criminoso, & proinde nullo modo irregularis est, & quia dignum non est, quod principale, vel dignius, ad accessorium, vel minus dignum trahatur, & satis est, quod nullibi in iure hoc expressum sit.

De Absolutione Suspensionis. Cap. XVII.

SVMMA.

1 Absolutionis, relaxationis, & dispensationis, *voces qualiter inter se differant.*
2 *Suspensionis quadam absque vlla relaxatione, absolutione, vel dispensatione cessant.*
3 *Suspensio lata,* Donec quis satisfaciat, *satisfactione facta absolutione non indiget.*
4 *Excommunicatio lata sub ea conditione,* Donec satisfeceris, *absque absolutione non tollitur.*
5 *Suspensus,* Donec satisfecerit, *facta satisfactione, iudicis declaratione indiget de præmissa satisfactione.*
6 *Satisfecisse quis dicitur, vbi plene, & non ex parte creditori satisfecerit.*
7 *Minima non curari quo sensu verum esse censeatur.*
8 *Suspensus ob contumatiam, quæ in delictum non transit, cessante contumacia ipso iure absolutus est.*
9 *Iudex aliquem suspendens, donec coram eo compareat, statim ac comparuerit, absolutus est.*
10 *Suspensio ad certum tempus, vel absque ad aliquam actionem lata ante lapsum illius temporis, vel antequam fiat illa actio, a nullo nisi a Papa tolli potest.*
11 *Dispensare in iure solus conditor iuris potest, aut is, cui conditor committit.*
12 *Suspensio in iure simpliciter lata ob contumaciam ab Episcopo, vel vices eius gerente absolui potest.*
13 *Suspensio per Synodalem Constitutionem lata, & a Papa approbata, per Episcopum relaxari potest.*
14 *Suspensio in iure simpliciter ob delictum lata, & nulli reseruata, per Episcopum tolli, & relaxari potest.*
15 *Suspẽsiones, omnes iuris, fere propter crimen latę sunt.*
16 *Excommunicatio non solum medicina, sed etiam pœna grauissima est.*
17 *Suspensio, & pœna, & medicina est, & quare vocetur pœna spiritualis.*
18 *Suspensio in iure in perpetuum lata per Episcopum tolli non potest.*
19 *Episcopus sibi subditos in sua diœcesi a quibus suspensionibus post Conc. Trid. absoluere possit.*
20 *Concilium Trident. veterem Episcoporum authoritatem quoad potestatem absoluendi a suspensionibus non restringit.*

21 *Occultum crimen quodnam dicendum sit.*

22 *Crimen quando ad forum contentiosum deductum esse censeatur.*

23 *Episcopus an ex eo, quod crimen deductum sit ad forum contentiosum cum citatione partis, & eius depositione, perdat potestatem absoluendi ab illa censura.*

24 *Absoluere a suspensione hominis communiter ille solus potest, qui tulit sententiam, aut successor eius in dignitate.*

25 *Superior reum absoluendum regulariter ad iudicem, qui sententiam tulit, remittere debet.*

26 *Superior quibus in casibus licite sententiam inferioris relaxare possit.*

27 *Suspensus, quibus in casibus non a ferente sententiam, sed a summo Pontifice absolui queat.*

28 *Prælati Regulares subditos sibi a censuris absoluere possunt.*

29 *In absolutione suspensionis iuramentum aliquando de stando mandatis ecclesiæ exigi debet.*

30 *Forma consueta ecclesiæ de exigendo iuramento in absoluendo a censura quænam sit.*

31 *Mandatum, quod absoluendo confessore iniungendum est, quale esse oporteat.*

32 *Iuramentum quando ab eo, qui absoluendus est, exigi non debeat.*

33 *Absolutionis forma nec in suspensione, nec in alijs censuris cum certis aliquibus verbis determinata est.*

35 *Absolutionis forma talis esse debet, vt explicet, a qua censura absolutio fiat.*

36 *Absolutio suspensionis aliquando ad cautelam concedi potest, & solet.*

37 *Absolutio ad cautelam in suspenso quænam operetur.*

1 ANte omnia obseruandum est, Doctores communiter in hac materia suspensionis vti solere hac triplici voce, *Absolutionis*, *Relaxationis*, & *Dispensationis*. Fel. autem in cap. Apostol. extr. de except. putat absolutionem eam proprie esse, qua quis soluitur a censura iusta, vel etiam qua absoluitur ad cautelam. Relaxationem vero eam esse vult, qua soluitur a censura iniusta; quod probat ex capit. Odoardus, de sol. vbi cum sermo sit de iniusta censura lata, vtitur Gregor. IX. Papa hac voce *Relaxationis*. Dispensationis autem nomen locum habet in ea suspensione, quæ cum feratur in perpetuum, habet quodammodo naturam depositionis, seu priuationis, vt notant Guil. Duran. in Specul. tit. 2. §. Nunc ostendendum, & S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspen. ca. 4. non longe a fine. His igitur præsuppositis.

2 Primo certum est apud omnes Doctores, (excepto Decio in cap. 1. num. 8. in secunda lect. de iud.) non omnem suspensionem necessario egere aliquo istorum trium; sunt enim aliquæ suspensiones, quæ absque vlla absolutione, relaxatione, vel dispensatione cessant ex se, ita glos. in clem. 1. in vers. Donec. de decimis. Panor. in cap. fi. nu. 4. de matr. contract. contra interd. eccl. & in c. ad aures, nu. 3. de simo. vbi etiam refert pro hac re Io. Andr. & Inn. in c. cum bonæ. de ætat. & qual. Ripa, in c. 1. num. 23. & Fel. num. 7. ver. secundus casus. & ibi An. [illegible] Alciat. notab. 5. de iud. Couar. in c. alma mater. in 1. par. §. 11. nu. 5. ver. de absolutione ab excommunicationis sententia. de sent. excõ. lib. 6. qui alios etiam citat. [illegible] Hugol. de censur. eccl. tab. 4. c. 4. §. 2. nu. 1. & denique [illegible] recepta est DD. sententia, ex Couar. vbi supra, [illegible] etiam fatetur Decius cit. Huiusmodi autem sunt suspensiones illæ omnes, quæ pro pœna ad certum & determinatum tempus latæ sunt, puta ad annum, biennium, triennium, &c. sic enim suspensus, statim atque tempus elapsum est, ipso iure absolutus est, nec alia opus est absolutione, sic glos. in clem. 2. in ver. Donec, & ibi Ancha. numero 15. de decis. & glos. in capit. sacro, in verbo, per mensem. & ibi Marian. Soc. numero 258. de senten. excommunic. Innocen. in cap. cum bonæ, vers. vbi autem. & ibi Panorm. nume. 5. de ætat. & qual. idem Innocen. in capit. licet, numero 2. de cohab. cler. & mul. Barb. Med. libro 1. instr. confess. cap. 11. §. 8. Alphons. Vical. tit. de suspen. numero 180. Cosmus Philiarchus, de offic. Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 1. Corona Confess. tit. de suspens. numero 8. Toletus libro 1. capit. 16. Hugol. vbi supra, §. 2. numero 3. etenim ad tempus prohibitum post tempus illud permissum esse censetur, arg. l. Imperator. ff. de postula. Id quod procedit, siue quis a iure, siue ab homine suspensus sit, ex Felino, in cap. 1. nu. 7. de iud. nec vlla opus est declaratione, vt scilicet absolutus esse declaretur, ex Innoc. in d. c. cum bonæ, nu. 2. vers. vbi autem. de ætat. & qual. & Ripa, in c. 1. nu. 25. ver. secundus casus, de iudi. Panorm. in d. c. cum bonæ, num. 5. ver. quandoque quis est suspensus ad tempus.

3 Pari modo sunt aliquæ suspensiones latæ vsque ad aliquam exceptionem, scilicet, donec pœniteat, donec satisfaciat: Quo casu licet Inn. in ca. cum bonæ, nu. 1. & Io. Andr. quem ibi refert, & sequitur Pan. nu. 5. de ætat. & qualitat. innuere videantur etiam facta satisfactione requiri absolutionem, communis tamen Doct. opinio est facta satisfactione non opus esse alia absolutione, sic glo. in c. nullus Missam, in verb. audiat, d. 32. & eadem gl. in c. si qui sunt, in verbo, emendent, d. 81. & gl. in ca. qui sæpe. in verbo, Donec, & ibi Ancb. vers. septimo, & Gemin. nu. 17. de elect. lib. 6. & gl. in c. fi. in verbo, quousque de offic. ordin. lib. 6. & in c. exigit. in verbo, quousque. de censib. lib. 6. & ibidem Anch. & Gemi. & glo. in clem. 1. in verbo, Donec. de deci. idem sentit Inn. sibi contrarius, in c. sicut. de cohab. cler. & mulier. & etiam Pan. in c. 1. nu. 6. & Felin. nu. 7. & Ripa, nu. 25. de iud. & Panor. in c. ad aures. nu. 3. de Simon. glo. in c. cum tu. in ver. Donec, & ibi Panor. nu. 6. de vsur. gl. in c. nõ est. in verbo, Donec ibi fuerint, & ibi Panor. nu. 7. de sponsal. Angelica, in verbo, suspensio. 4. in princ. Syluest. verb. suspensio, q. 8. vers. primum. Tabiena, verbo, suspensio, num. 12. vers. decimo. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. Alphonsus Viualdus tit. de suspen. nu. 280. Corona Confess. tit. de suspens. nu. 8. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. ca. 1. Iacobus de Graffijs lib. 4. decis. cap. 25. nu. 14. Gregorius de Valentia to. 4. disput. 7. q. 18. puncto 1. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd.
4 cap. 16. Hugol. de censur. eccles. tab. 4. cap. 4. §. 2. nu. 4. Couar. in ca. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 5. ver. de absolutione ab excommunicationis sententia. de sent. excõ. libro 6. Qui omnes inter alia in hoc distingui putant excommunicationem ab interdicto, & suspensione, quod excommunicatio maior lata sub ea conditione, donec satisfeceris, non tollitur, aut dissoluitur absque absolutione, etiam secuta satisfactione, suspensio autem, vel interdictum sub ea conditione lata, donec aliquis satisfecerit, vel pœnituerit, facta satisfactione, aut adueniente conditione ipso facto relaxatur, nec alia indiget absolutione, adeo vt siue sit suspensus a iure, siue ab homine, statim atque satisfecerit, nulla alia interueniente absolutione diuina celebrare poterit, vt notat Felin. in capit. numero 7. & Domin. ab eodem relatus, de iudic. cuius differentiæ rationem assignat Hugolin. vbi supra, capit. 4. §. 3. num. 2. quia per excommunicationem maiorem eijcitur quis extra Ecclesiæ communionem, vt habetur in capit. qui merito, & cap. omnis Christianus. 82. quæst. 3. & ideo excommunicatus præcisus dicitur

sicut igitur quis in initio in Ecclesiam sine opera mini-
stri recipi non potest, arg. capit. debitum, de baptismo,
ita nec ab ea exclusus sine opera ministri eiusdem eccle-
siæ in eandem iterum recipi debet; & sicut ramus ab ar-
bore præcisus iterum inseri eidem arbori sine hominis
opera non potest; ita nec excommunicatus in ecclesiam
sine ministro introduci potest. Quæ ratio in suspensio-
ne, & interdicto cessat, cum per has censuras extra ec-
5 clesiam quis eiectus nõ sit. Sola igitur facta satisfactio-
ne, requiritur iudicis declaratio de præmissa satisfactio-
ne, & pœnitentia peracta, vt expresse docent glo. in di-
cta clement. 1. in verbo, *Donec*, de decim. & Iacobus de
Graffijs, Hugolinus, & alij supra, sic enim cessabit om
ne scandalum, cum viderint sic suspensum officia diui-
na, vt prius celebrantem, & ipsemet suspensus ex tali
declaratione se tueri possit contra aduersarium, si ei su-
6 spensionem objiciat. Tunc autem satisfecisse quis di-
cetur, vbi plenè creditori satisfecerit, arg. l. 5. ff. qui sa-
tisdare cogant. Dixi, plenè, quia si decem debeat, &
minimum quid reliquum factum sit, quod soluat, adhuc
suspensus erit, vt notant glos. in capit. quia sæpè, in ver-
bo, plenè, & ibi Aocbar. de elect. libro 6. & Hugolin.
de censur. eccles. tab. 3. capit. 4. §. 2. numero 7. adhuc
enim verum est dicere ipsum non soluisse decem, quæ
debebat, & sicut per decem dies suspensus absolutus
non est, nisi præterita omnino decimi diei hora postre-
ma, ita nec hic nisi & vno nummo, quod reliquum fue-
rat soluto: quod intelligitur, nisi creditor ei, quod reli-
quum est, remitteret, tunc enim absolutus censetur.

7 Nec obstat, quod vulgò dicitur, minima non curari,
arg. l. scio. ff. de in integrum restit. Quia id solum ve-
rum est, vbi non est eadem ratio in minimo, & in ma-
gno, vt in casu proposito contingit. Nam sicut verum
est ex illis decem nullis solutis eum decem non soluisse;
ita verum est, eundem illa decem non soluisse vbi vnus
etiam nummus deest.

8 Eodem modo, qui ob contumaciam suspensus est,
quæ in delictum non transit, cessante contumacia ipso
iure absolutus est, ex Innocen. in capit. cum bonæ, ver-
sic. si vero expressit, de ætat. & qualit. & in capit. sicut.
numero 2. de cohab. cler. & mulier. & Felyn. in capit.
ex litteris. numero 36. de constitut. & Decius ibidem
numero 16. versic. quarta conclusio. Vnde clericus ob
contumaciam suspensus præstita obedientia celebrare
potest absque alia suspensionis relaxatione, ex Innoc.
& Felino vbi supra, cessante enim contumacia & eius
pœna cessare debet, argum. capit. cum cessante. de ap-
pellat. Dixi, quando contumacia non transiuit in deli-
9 ctum, tunc enim ipso iure non liberatur, sed opus est ab-
solutione, argum. capit. ex tuæ, de cleric. non residen.
puta, si clericus sit contumax in non residendo in bene-
ficio suo: sic Panormit. in capit. ex litteris, numero 10.
& ibi Felin. nume. 41. de constitut. Foller. in praxi Cri-
min. Canon. in 3. par. iud. capit. 33. numero 89. Hugol.
vbi supra, capit. 4. §. 2. numero 2. vnde si Iudex aliquem
suspendat, donec coram eo compareat, statim ac com-
paruerit, absolutus est, quæ omnia ex communi Doct.
sententia confirmata sunt, vt propterea longiori expli-
catione non indigeant.

10 Secundò, Certum est apud multos authores has ip-
sas suspensiones, quæ, vt diximus, latæ sunt ad certum
tempus, vel vsque ad aliquam actionem, aut cessatio-
nem ab aliqua actione, antequam labatur illud tempus,
vel antequam fiat illa actio, vel antequam, ab illa actio-
ne cessetur, si sint latæ in iure, a nullo prorsus absolui
posse, nisi a Papa, vt colligitur ex his, quæ tradunt glos.
in cap. cupientes, §. cęterum, in verb. suspensos. de elect.
libro 6. & in clemen. 1. §. verum. in verbo excommuni-
cationis, de hæret. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 7. artic.
3. conclus. 11. Angelica, in verbo, suspensio 4. numero
5. Syluest. verb. suspensio. quæst. 8. versic. tertium. Ta-
biena verbo, suspensio versic. vndecimo. Hugolin. de
censur. eccles. tab. 4. capit. 4. §. 1. numero 1. Henriquez
libro 13. de excommunic. & suspens. capit. 35. §. 2. To-
letus libro 1. instruct. Sacerd. capit. 16. Ratio est: quia
absoluere istos ante lapsum temporis est dispensare in
iure, cum iura velint expresse illum manere suspensum
vsque ad illud tempus; dispensare verò in iure nemo po
11 test, nisi conditor iuris, vel cui conditor commisisset:
quam etiam rationem ita confirmat Palud. quia alio-
quin sequeretur istum absolutum ab inferiori statim
post absolutionem suam reincidere in eandem suspen-
sionem; quod patet: quia iste, vt supponitur, fuit absolu-
tus ab inferiori; ergo si hæc absolutio est valida, iam
sublata est suspensio, & tamen iura volunt istum mane-
re adhuc vlterius suspensum. ergo redibit suspensio,
quæ sublata prius erat.

12 Tertiò, De suspensione lata in iure simpliciter, siqui-
dem lata sit propter contumaciam, absolui potest ab
Episcopo, & ab eo qui vices eius gerit: sic gloss. in cle-
men. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis de hæ-
ret. Panorm. in capit. tam litteris vestris. numero 1. de
testibus, & in capit. 2. numero 5. de solutio. & citat In-
nocen. in capit. 5. de excess. prælat. Palud. 4. distinct.
18. quæstio. 7. artic. 3. conclus. 11. S. Anton. 3. par. titu.
28. de suspens. capit. 4. prope finem. Syluest. verbo, su-
spensio, quæstio. 8. versicul. tertium. Barth. Medina li-
bro 1. Instruct. confess. capit. 11. §. 8. Cosmus Philiar-
chus de officio Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 1. & Gre-
gor. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæstio. 18. puncto 1.
Angelica in verb. suspensio. 4. numero 1. Tabiena,
verbo, suspensio. §. vndecimo. Aretinus, & Felin. in
dicto capit. 2. de solutio. Nauar. in Manuali, capit. 27.
numero 162. vers. septimo dico. Henriquez libro 13. de
excommunic. & suspen. capit. 35. §. 2. Et à quacunque
suspensione absoluere potest Episcopus: absoluere
etiam possunt confessarij præsentati ordinum Mendi-
cantium ex Barth. Medina, vbi suprà, & consequenter
alij, qui gaudent priuilegijs eorum. Vbi obseruandum
est hoc habere locum, nisi Papa, vel ius reseruasset hanc
absolutionem Sedi Apostolicæ; tunc enim à nullo alio
absolui potest; quando autem non est reseruata, tunc eo
ipso videtur concessa, sicut de excommunicatione ex-
presse statutum est in capit. nuper, de sentent. excom-
munic. Quæ sententia apertè probari videtur ex cap. ex
litteris. de constitut. vbi expresse habetur pœnam sim-
pliciter inflictam propter contumaciam tam à iure,
quam ab homine, si non exprimatur, quod sit perpetua,
esse temporalem; vnde non debet vlterius durare,
quam quousque a contumacia cessetur. Ratio etiam id
postulat: quandoquidem pœna propter contumaciam
inflicta per se primo, & præcipuè respicit cessationem
ipsius contumaciæ, & ad illam ordinatur, ergo post-
quam quis a contumacia discesserit, a pœna illa libera-
ri debet; & hoc ipsum tenent Vincen. Hugo Goffred.
Inn. Bern. & Io. & Host. ex S. Anto. vbi supra. Idem iu-
dicium faciendum est, quãdo Constitutionem Synoda-
13 lem inferioris continentem pęnam propter contuma-
ciam Papa approbauit, aut cõfirmauit, ex S. Ant. Sylu.
Nauar. Henriquez Philiarcho, & alijs, arg. c. ex frequen
tibus, de instit. Ratio est, quia non plus operatur confir-
matio constitutionis inferioris per superiorem facta,
quam ipsius superioris constitutio, vnde, cum hæc ita
cessat, & illa etiam cessare debet, & ab ista, sicut ab illa
Episcopus dummodo absolutio alteri reseruata non
fuerit, absoluere poterit.

14 Quarto, de suspensione in iure simpliciter lata pro-
pter delictum maior est inter authores difficultas; In
qua re.

Prima sententia est Panorm. in cap. tam litteris, nu.
3. de testibus, & cap. 2. num. 5. de solution. & Nauar. in
Man. cap. 27. num. 162. & Felin. in d. c. tam litteris, &
in cap.

in capit. nuper, de sentent. excommunicatio. qui omnes cum Angelica, in verbo, suspensio, 4. num. 1. Syluestro verbo, Suspensio, quæst. 8. versic. tertium. Colmo Philarcho lib. 4. de offic. Sacerd. capit. 1. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 1. & Tabiena, verbo, suspensio, §. vndecimo, docent hanc suspensionem non posse per Episcopum tolli, sed per solum Summum Pontificem vbi etiam Nauarrus addit hoc ipsum à Panormit. vbi supra, efficaciter esse probatum. Probat autem hoc Panorm. locis cit. quia pœna suspensionis simpliciter apposita propter delictum intelligitur esse perpetua, vt in l. seruus, C. de pœnis, vbi pœna carceris simpliciter lata dicitur debere durare in perpetuum. Cum igitur hæ sententiæ eandem vim habeant, sunt tales, ac si in perpetuum latæ fuissent. Vnde certum est secundum istos nullum posse ab his sententijs absoluere, nisi qui potestatem habet supra ius; siquidem pęnam iuris perpetuam relaxare, est in iure dispensare, in quo solus Papa dispensare valet. Quod si obijcias ca. nuper, de sentent. excommunicat. vbi statuitur de excommunicatione, quod hoc ipso quod conditor canonis non sibi reseruat absolutionem, eam concedere videtur alijs: ergo pari ratione de suspensione dicendum est. Respondet Panorm locis cit. d. capit. nuper, solum habere locum in excommunicatione, non autem in suspensione, quia excommunicatio non est pœna, sed medicina, nec est perpetua, sed fertur quodammodo sub conditione tacita, donec fecerit, Vndè, inquit, Episcopus eam relaxando cum satisfactione nihil noui facit contra ius, sed potius ius commune exequitur, quia ius non vult eum manere in excommunicatione, quando satisfecerit; in suspensione verò aliter se res habet, quia suspensio est pœna, quę simpliciter lata intelligitur perpetua, ideoque si Episcopus tentaret absoluere, faceret contra ius commune, dum remittere vellet pœnam auctoritate iuris inflictam; non potest autem inferior tollere pœnam impositam per superiorem, argum. capit. si quem pœnituerit, §. notandum, 2. quæst. 3. Hanc eandem Panormitani sententiam amplexatus est Hugol. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 4. §. 1. num. 1. versic. prima igitur regula, vbi ait hanc sententiam non solum veram esse vbi suspensio iure communi lata est, sed etiam vbi synodali aliqua, seu diœcesana constituta sit ob aliquod delictum. Quare qui in suspensionem incidit lasam per statutum Episcopi Arimini, ab Episcopo suo Imolæ absolui non posset. Eandem etiam sententiam veram esse putat Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. capit. 35. §. 2. in suspensione, quæ fertur à iure in pœnam præteriti delicti adulterio grauioris, tunc enim Episcopum ab ea suspensione absoluere non posse putat, sicut nec in huiusmodi delictis adulterio maioribus dispensare valet, argumen. capit. at si Clerici, §. de adulterijs, de iudic. si tamen delictum sit adulterium, aut minus adulterio, etiam notorium, tunc suspensione ob huiusmodi delictum lata absoluet Episcopus, id quod etiam docuit Henriquez post Nauar. & Panorm. vbi suprà, qui etiam hanc distinctionem de suspẽsione ob delictum adulterio maius, vel minus lata adducunt.

Secunda sententia est gl. in Clem. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis, de hæret. & Innoc. in cap. 2. de solution. & fauent Felin. in d. cap. nuper, de sentent. excom. & in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordinar. Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. conclus. 11. Alphons. Vital. in suo Candelabro aureo, tit. de suspens. nu. 180. dicentium suspensionem in pœnam impositam sine temporis præfinitione posse per Episcopum tolli, & relaxari, sicut & excommunicationem, dummodo eam Canonis conditor alteri non reseruauerit. Quam etiam sententiam ipsemet Panormit. in d. cap. tam litteris, numero 3. de testib. & in capit. 2. de solut. num. 5. concedit communiter à DD. esse approbatam. Et hæc opinio mihi videtur non solum probabilior, sed etiam simpliciter vera; Primo quidem, quia teste Panormit. communior est. Secundo, quia mitior, & benignior est. Tertio à simili de excommunicatione, omnis enim excommunicatio, quæ non est reseruata, ab Episcopo tolli potest, capit. nuper, de sentent. excommunicat. ergo etiam & suspensio. Quamuis enim ibi solum agitur de excommunicatione, ratio tamen, quæ in excommunicatione ibi redditur, etiam in suspensione locum habet, vt etiam fatetur Panorm, de suspensione lata ob contumaciam, ergo etiam & d. c. nuper, dispositio in suspensione quacumque locum habere debet, argumen. ca. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Quarto, quia iura aliquando expresse reseruant hanc censuram, & suspensionem Summo Pontifice, vt c. cum quidam, cap. litteras, c. dilectus, de temp. ordin. Aliquã do autem iura non reseruant; sed dicendũ non est, quando reseruant, hanc reseruationem esse frustratoriam; sed quod verè in virtute illius reseruationis sententia hæc manet reseruata. Ergo non reseruando videntur eã alijs inferioribus concedere. Quinto, quia omnes fere suspensiones iuris, vt ex dictis constat, propter crimen
15 latæ sunt, & multæ simpliciter feruntur. Sexto, quia argumentum contrarium Panormitani meo iudicio nihil probat: nã pęnas iure simpliciter latas propter crimen esse perpetuas non aliundè probat, quam ex illa lege ciuili citata; quæ lex, etiamsi vniuersaliter loqueretur de pœnis, adhuc tamen locum non haberet in pœnis spiritualibus, quarum duratio ex iure canonico pendet, & non ex lege ciuili: sed nullo canone habetur expressum de pœnis spiritualibus, & pœnæ potius restringendæ, quam ampliandæ sunt, cap. odia. & capit, in pœnis, de regul. iur. libro sexto, Deinde lex illa ciuilis non loquitur vniuersaliter de omni pœna, sed de pœna carceris, neque loquitur de pœna in iure lata, sed de pœna lata per sententiam hominis, de qua ibi est sermo. Præterea non constat hunc esse sensum illius legis, quem putat Panorm. ibi enim solummodò sermo est de sententia pœnæ carceris lata sine temporis præfinitione; quã particulam (*Sine temporis præfinitione*) glossa ibidem ait in sententia fuisse expressam. Nec denique valet dictum illud Panormitani quo ait excommunicationem
16 non esse pœnam, sed medicinam; Quamuis enim verum sit esse medicinam, est tamen nihilominus pœna, & grauissima pęna, & ita est pœna, vt non esset medicina, si non esset pœna: ad eum modum, quo cultellus chirurgici in tantum medetur, in quantum secat, & pœna afficit. vnde solent communiter DD. excommunicationem vocare pœnam omnium grauissimam, quæ est in Ecclesia, sic S. Augustinus in lib. de corrept. & gratia, capit. 15. & refertur 24. quęst. 3. capit. corripiantur, & ibi glos. in verb. maior. & idem S. August. lib. 1. contra aduersar. legis, & prophet. capit. 17. & tract. 27. ad cap. 6. Ioan. & habetur 11. quęst. 3. capit. nihil. Sotus 4. dist. 22. quęst. 1. art. 1. vers. est ergo. Immo maximã pœnam esse tradit idemmet Panorm. in c. cum sit generale, nu. 9. de foro compet. & in c. olim inter, nu. 10. de restit. spoliat. & in cap. postulasti, numero 5. de Iudæis. & latius diximus lib. 1. de excommun. cap. 3. §. vndecimo. Immo vero comparando pœnas istas spirituales Ecclesiasticas pœnis temporalibus, & sæcularibus dicunt excommunicationem comparari deportationi, vt Bart.
17 in l. 2. de publ. iudic. Et denique suspensio & pœna, & medicina est, sicut & interdictum; vnde omnes istæ vocantur pœnæ spirituales, quia nimirum ordinatæ sunt ad salutem spiritualem siue illius, qui innodatur, siue aliorum; & etiam neruus Ecclesiasticæ disciplinæ appellantur, capit. cum inter, de consuetud. & Clem. 1. de sentent. excommunic. & Conc. Trid. sess. 25. capit. 3. de reform. eo quod homines maximè in officio continent,

& totam disciplinam Ecclesiasticam in viridi obserua-
tione conseruant.
18 Quinto, De suspensionibus in iure latis in perpe-
tuum, vel sine spe veniæ, & huiusmodi modis, qualis est
illa, quæ habetur in cap. 1. §. fin. de elect. libro sexto, &
illa, quę habetur in capitulo primo, de tempor. ordinat.
libro sexto, & aliæ similes, certum est Episcopum non
posse ab illis absoluere, nisi in casibus statim dicendis;
& ratio est: quia cum iura velint hanc pœnam esse per-
petuam, tolli non potest hæc perpetuitas illi, nisi per di-
spensationem in ipso iure, in iure autem solus Papa di-
spensare valet.
19 Sexto, Post Concilium Tridentinum in sessione 24.
de reform. capit. 6. potest Episcopus sibi subditos in sua
Diæcesi absoluere in foro interiori ab omni prorsus su-
spensione iuris, quantumcumque reseruata Sedi Apo-
stolicæ, & consequenter etiam sit lata in perpetuum,
dummodo crimen sit occultum, & res non sit deducta
ad forum contentiosum, & dummodo etiam non descē-
dat ex homicidio voluntario. Quod idem etiam conce-
dit Vicarijs Generalibus ipsorum Episcoporum; immo
verò Congregatio Cardin. censuit ab Episcopo posse
non tantum Vicario Generali, sed etiam Pœnitentia-
rio, aut Vicario ad id specialiter deputato, committi ab-
solutionem dicti capit. sexti: si autem proceda t ex deli-
cto non occulto, seruandum est ius commune, ex He-
nriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 35. §. 3. & Hugo-
lin. de censur. Ecclef. tab. 4. c. 4. §. 1. num. 1.
20 Circa hanc autem Concilij constitutionem tria præ-
cipue obseruanda sunt?

Primum est non esse mentem Concilij vllo modo re-
stringere veterem Episcoporum auctoritatem, sed so-
lum illam ampliare, vnde à quibuscumque suspensioni-
bus poterant Episcopi ante Concilium absoluere in fo-
ro exteriori, ab ijsdem etiā & iam possunt, & à quibus
nullo modo antea absoluere poterant, ab illis modo
possunt tantum in foro interiori.

Secundum est, Duo illa verba Concilij (*Ex delicto oc-
culto*) & (*Nondum deducta ad forum contentiosum*) non
21 idem significare. Non occultum vocatur crimen,
quod non est notorium, etiamsi ab vno, vel altero scia-
tur; quia verò ab vno, vel altero scitur, deduci potest ad
forum contentiosum, ideo quamuis sit occultum, potest
tamen esse deductum ad forum contentiosum. Dedu-
22 ctum autem ad forum contentiosum dicitur esse cri-
men, quod ad iudicem delatum est; & valde probabile
est, prçter hoc requiri etiam, vt sit intimatum parti, quia
sæpe crimina multa deferuntur ad iudicem, quæ tamen
per multum temporis postea a Iudice non intimantur
parti vel propter defectum testium, vel propter aliam
causam; vnde colligo, quod quamuis Episcopus non de-
beat absoluere eum, cuius crimen ad se, vel ad suum fo-
rum delatum est, sed expectare, si fortè probetur: si ta-
men post aliquod tempus viderit actorem non progre-
di in probatione, existimo Episcopum posse in foro inte
riori absoluere.
23 Tertium est magis dubium, An scilicet eo ipso, quod
crimen semel deductum est ad forum contentiosum,
etiam cum citatione partis, & eius depositione Episco-
pus perdat facultatem omninò absoluendi postea ab
illa censura? In qua re probabiliter omnino dicendum
esse puto, si posteaquam crimen est deductum ad fo-
rum contentiosum, reus vel confiteatur in iudicio, vel
de illo conuincatur, vel etiam per sententiam damne-
tur, non posse Episcopum amplius absoluere à censura
Papali incursa propter illud crimen: sin autem reus ita
benè se defendat, vt liberetur per sententiam, & decla-
retur innocens, puto simpliciter Episcopum tunc absol
uere posse: quia hæc deductio ad forum contentiosum
ita est per sententiam finita, vt non sit amplius in iudi-
cium deducenda, & ita est finita, vt reus nullum detri-

mentum passus sit in fama sua, vnde taliter manet cri-
men occultum, sicut antea fuit, vt latius lib. 7. cap. 7. nu-
mero 12. dicemus.

Septimo, a suspensione hominis nullus omnino ab-
24 soluere potest, sicut neque ab alijs censuris ab homine
latis ordinarie & licite, nisi ille ipse, qui tulit sententiā,
aut successor eius in dignitate, hic enim reputatur eadē
persona. Palud. 4. distin. 18. quæst. 7. artic. 3. conclusio.
11. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. in fine,
& Summa Astensis, par. 2. lib. 7. titu. 16. articu. 9. An-
gelica, verbo, suspensio, 4. num. 1. Syluest. verbo, suspē-
sio, §. 8. Tabiena, verbo eod. §. vndecimo. Armilla, ver-
bo eod. num. 22. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 162.
Henriquez lib. 13. de excommu. & suspensio. ca. 35. §.
2. Hugol. de censur. Ecclesia. tab. 4. cap. 2. Cosmus Phi
liarchus lib. 4. de officio Sacerdot. parte 1. capi. 1. Gre-
gorius de Valentia tom. 7. disputat. 7. quæst. 18. puncto
1. & Toletus lib. 1. capitulo 16. Superior etiam, vt præ-
fati authores testantur absoluere potest, quod verum
est in rigore loquendo, communiter tamen non debet
absoluere suspensum a suo inferiori, nisi de illius con-
scientia, qui tulit sententiam, vt colligitur ex capit. cum
ab Ecclesiarum, & ibi glo. in verbo, non relaxes. de of-
ficio ordin. Communiter enim superior remittere de-
25 bet reum absoluendum ad ipsum eundem Iudicem, qui
tulit sententiam, cap. ad reprimendam, de offic. ordina.
Quod si superior aliter aliquem absoluat, quamuis ab-
solutio teneat, ex glos. in d. cap. cum ab Ecclesiarum, in
verbo, non relaxes, & communi DD. sententia, com-
muniter tamen sic absoluendo peccat. Excipio solum
Summum Pontificem, qui tanquam supremus Pastor,
& Princeps totius Ecclesiæ simpliciter irrequisito inse
riore, ex plenitudine potestatis absoluere potest, quam-
uis non soleat hoc facere, & laudabile sit, & ecclesiæ
vtile id non facere.
26 Sunt tamen duo casus, in quibus superior senten-
tiam inferioris licite relaxare possit; vnus est, quando
inferior sententiam tulit sine solennitate requisita in
capitulo cum medicinalis, de sentent. excommunica-
tionis, libro sexto, tunc enim si reus ad Iudicem su-
periorem recurrit, statim potest, & debet ab illo
absolui.

Secundus est, quando interposita appellatione a sen-
tentia Iudicis inferioris ad superiorem, appellationis
Iudex remittit reum ad Iudicem qui tulit sententiam,
vt ab illo absoluatur; tunc enim si ille qui sententiam
tulit, absoluere recusat, potest Iudex appellationis il-
lum statim absoluere iuxta ea, quæ habentur in capit.
ad reprimendam, de offic. ordinat. & capit. per tuas, de
sentent. excommunicat. in antiq. & in capit. venerabili-
bus, §. porro, & §. fin. eod. tit. libro sexto. & Panormit.
in capitul. cum ab excommunicatio, numero 14 de re-
script. in absoluendo autem rationem hanc superior ob
seruare debet; si enim manifesto constet sententiam
iniustam fuisse, simpliciter, & statim absoluere debet,
ob id citat. capit. venerabilib. & citat. capit. ad repri-
mendam. Sin vero iuste censura hac innodatum fuis-
se constiterit, debet illi sub iuramento præcipere, vt suo
iudici competenti satisfaciat, & sic eum absoluat, vt in
d. capit. ad reprimendam, præcipitur; Quod si nullam
fuisse manifesto constet, nullam esse statim declarabit,
argumen. capit. venerabilibus, de sentent. excommun.
§. sane si certum est, libro 6. si vero dubitetur; vel statim
præstita cautione ad cautelam absoluat, vt habetur in
d. c. venerabilibus, §. sed si ex caula, & §. potest quoque
& c. solet. eod. tit. lib. 6. & in c. per tuas, de sent. excom-
municat. in antiq. vel prius, an nulla sit censura, nec ne,
cognoscat, & tunc vt causa postulabit, post eius cogni-
tionem aut nullam declaret, aut eum absoluat, vt ha-
betur in capit. cum contingat, de offic. delegat. & Deni
que vbi manifesto constat sententiam valere, tunc ad
Iudicem

Iudicem, a quo sententia lata fuit, absoluendum remittat, vt habetur in d. capit. venerabilibus, §. sane si certum est, quamuis & ab ipso absolutio tributa valeat, ex glos. ibi, in verbo, nec debet, ob vers. vbi autem superiori, in d. §. sane, & fauet glo. in cap. cum ab Ecclesiarum, in verbo, non relaxes, de offic. ordin. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 4. §. 2. num. 5. eo quod per appellationem et iurisdictio tributa sit, & ad eum causa transfertur, arg. c. Romana, §. si vero vocatis, & c. non solum, & c. si a iudice, de appel. lib. 6. & Panormit. in d. cap. ad reprimendam, num. 9. de offic. ord. & in c. pastoralis, §. verum, nu. 2. de app. Quis autem superior dicendus sit, & appellationis Iudex, abundè satis in lib. 2. de excomm. exposuimus, vbi de causa efficienti absolutionis ab excommunicatione disseruimus; quae enim ibi de excommunicatione dicta sunt, etiam de absolutione suspensionis intelligenda sunt.

Dixi, *Ordinarie*, quia, vt Toletus libro 1. instru. Saccerd. cap. 16. notat, si suspensio reseruata non sit, etiam si ab homine sit, poterit Episcopus, vel eius vicem gerens absoluere, siue talis sit inflicta propter contumaciam, siue propter poenam. Id quod mihi etiam non solum probabile, sed etiam verum videtur in sententia generali hominis, secundum ea, quae lib. 2. c. 19. nu. 5. & c. 20. nume. 2. de sententia generali excommunicationis ab homine latae diximus.

27 Octauo, Summistae notant tres casus, in quibus suspensus restitui, & absolui non potest à suo suspensore, sed necessario indiget auctoritate Summi Pontificis; quos casus ponunt Angelica, in verbo, suspensio, 4. numero 3. Syluester verbo, suspensio, quaest. 8. in fin. Alphons. Viuald. tit. de suspensione. nu. 181. Tabiena, verbo, suspensio, vers. duodecimo. Henriquez libro 13. de excomm. & suspens. §. 2.

Primus est, si Clerici, vel Regulares propter exhibitionem Sacramentorum haereticis denunciatis, aut propter receptionem eleemosynarum, vel oblationum ab eis, vel propter traditionem Ecclesiasticae sepulturae ab Ordinarijs eorum priuati sint officio, sic priuati non ab Episcopo priuante, sed a solo Papa restitui possunt, vt habetur in capit. excommunicamus, 1. §. credentes de haereticis. At certe, vt recte notat Nadar. in Man. capit. 27. numero 161. hic casus non loquitur de suspensis ab officio, sed de depositis. Vt autem notat Bern. Diaz in sua Praxi canon. crimin. cap. 107. Clericis Regularibus in his delinquentibus adiungitur alia poena, videlicet, vt sua priuilegia sibi non obseruentur in illa dioecesi, in qua talia praesumpserint perpetrare. Quod tamen intelligi debet de illis solis, qui delinquunt, non de tota Religione, secundum Anton. ibi, quem refert ac sequitur Anan. ibi.

Secundus est, si quis a proprio Episcopo esset degradatus, c. ex tua, de cler. non resid. Sed hic casus, vt etiam aduertit Nauar. vbi supra, cum de degradato loquatur, non pertinet ad suspensionem, vt patet.

Tertius est, qui vere pertinet ad suspensionem; quando aliquis existens culpabilis in collatione beneficiorum conferendo illa indignis vita, moribus, & doctrina, & semel, ac iterum monitus a Concilio Prouinciali adhuc post secundam monitionem inuentus fuerit culpabilis, & ideo ab ipso Concilio suspensus sit a collatione beneficiorum, talis restitui non potest auctoritate conferendi beneficia, nisi per Papam, aut propter Patriarcham, capit. graue nimis, de praeben. Quo loco nomine Patriarchae intelliguntur quatuor illi antiquissimi Patriarchae, vt ibi dicitur; Vnde res valde dubia est, an hoc habeat locum in alijs Patriarchis nouiter, & postea constitutis; & probabile est, cum sit fauor, extendi posse ad alios, cum illi etiam vere sint Patriarchae, & integram potestatem Patriarchalem habeant, Quibus addo, hoc etiam locum habere, etiamsi Episcopus ipse à Concilio esset suspensus; Sin vero Metropolitanus in hoc delinqueret, non debet per Concilium Prouinciale suspendi, sed solum denunciari superiori, scilicet Summo Pontifici, aut Patriarchae vt in d. ca. graue. ver. Metropolitani vero delictum habetur.

28 Nono, Magister Generalis ordinis Praedicatorum, & singuli Priores, tum Prouinciales, tum Conuentuales, & eorum Vicarij, in locis, & conuentibus sibi subiectis, fratribus sibi subditis, necnon & alijs fratribus eiusdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunque, impartiri possunt beneficium absolutionis a suspensione, excommunicatione, vel interdicto, quas sententias incurrissent in ipso ordine, vel ante ingressum eius, immo etiam & alijs laicis, qui ipsum ordinem velint ingredi, nisi adeo esset excessus enormis, vt merito esset Sedes Apostolica consulenda, vt testantur S. Anton. 3. par. titu. 28. de suspens. cap. 4. prope finem, & Tabiena, verbo, suspensio, numero 14. vers. decimo tertio. Quod priuilegium illis concessum fuit per Bonifac. & Alexand. Romanos Pontifices, vt habetur in quodam priuilegio, quod incip. Virtute. Item praedicti praelati dispensationem obtinere possunt a suis concessoribus super suspensione, & irregularitate, quam contraxissent ex eo, quod sententias suspensionis, & interdicti sine scriptis ex incautela protulissent, ex S. Anton. & Tabiena, vbi supra, vt habetur in priuilegio, quod incip. Exigentibus, à Clemente Papa concesse.

29 Decimo, in absolutione suspensionis, saepe exigendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesiae, iuxta formam Ecclesiae consuetam, vt habetur in capit. super eo. 2. & cap. venerabili, de sentent. excommunic. ex quibus solis canonibus, vt notat ibi Panorm. post Ioan. Andr. quem citat, colligitur in absolutione suspensionis requiri iuramentum.

30 Forma autem Ecclesiae consueta illa est quae habetur in capitu. ex tenore, de sentent. excommunic. & duo continet, vnum est, quod iurare debet ille, qui absoluendus est, parere mandato Ecclesiae, vel mandato ipsius absoluentis, vel mandato superioris, ad quem mittitur.

Secundum continet mandatum, quod iniungendum est illi, qui absoluitur, quod mandatum est multiplex:

31 Primo enim in virtute iuramenti praestiti iniungendum est illi, ne de cetero audeat committere illud ipsum crimen. Secundo, quando crimen, propter quod incursa est suspensio, vel alia censura, concernit tertiam personam, est etiam ei iniungendum, vt parti offensae satisfaciat, vt habetur in capit. porro. & capit. parochianos. de sentent. excommunic. Tertio ex vi eiusdem iuramenti potest, & communiter debet eidem iniungi aliqua moderata, & rationabilis poena, vt ex ea discat non facilis esse in delinquendo, vt colligitur ex capit. ex tenore, & capit. grauem. de sentent. excommunic. & obseruat communis praxis Ecclesiae. Hoc autem praecipue locum habet, quando crimen, propter quod incursa est censura, publicum, & notorium est. Cum enim huiusmodi peccata offendant, & scandalizent Ecclesiam, necessum est, vt aliqua satisfactio eidem Ecclesiae fiat. Quibus addo, quod quando quis ante absolutionem haec omnia praestare posset, tunc opus non est iuramento vllo; si enim haec omnia praestet antequam absoluatur, non est, quod iuret, nisi forte iuret non amplius illud committere.

33 Vndecimo, forma absolutionis a suspensione, haec communiter, vel non dissimilis ob id assignatur à Doctoribus; *Ego te absoluo a vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni tuorum ordinum vel officiorum*, & si suspensio erat ab aliquo determinato ordine, vel officio, dicendum erit, *restituo te*

tuo te executioni talis ordinis, vel officij, sin autem quis a beneficio suspensus sit, et si DD. nihil dicant de absolutione ab hac suspensione, hæc tamen commodè adhiberi poterit, vt notat Hugol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 16. *Absoluo te a vinculo suspensionis, in quam incurristi ob talem causam, & restituo te ad tuum beneficium*. Et postremo addenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, dicendo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hanc formam expresse ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. prope finem. Syluest. verbo, absolutio. 6. numero 2. & verb. suspensio, quæst. 8. ver. secundum, Tabiena, verbo, absolutio 3. nu. 12. Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 161. versi. sexto dico. Hugolin. cit. & Toletus, lib. 1. cap. 16. vbi Nauarr. addit, quod si suspensio dubia sit, dicendum erit, *si teneris aliquo vinculo Suspensionis, a quo te possum absoluere, absoluo te*.

34 Vbi tamen obseruandum est, quod licet hæc forma communiter tradatur a DD. ea tamen non est necessaria, neque vlla alia forma determinata cum certis aliquibus verbis, sed satis erit quæcunque verba proferre, dummodo tamen exprimatur actus absolutionis, idest, dummodo Iudex significet absoluere illum a suspensione, vt si dicatur, soluo te, remoueo, reuoco suspẽsionem tuam, remitto, aut tollo tibi suspensionem tuam, ex S. Anton. Syluestro, & Tabiena, locis proxime citatis, & Tabiena, in verbo, Suspensio, num. 12. ver. vndecimo. Angelica, verbo, Suspensio, 4. num. 2. & Hugolin. cit. §. 1. Immo verò etiamsi reo suspenso expresse petenti absolutionem a sua suspensione, Iudex responderet, *Absoluo te*, intelligendum est absolutum esse a suspensione. Nec minus puto absolutum fore, si reo sic suspenso, & absolutionem a suspensione petenti Iudex responderet, *fiat quod petis*. Idem, si iudex præsertim persona insignis, nihil responderet, sed solum illi sic petenti absolutionem a suspensione, *manu benedictionem impartiretur*. Quibus addo, quotiescunque habemus aliquod externum signum, quo vel exprimatur, vel insinuetur quoquo modo absolutio, iudicandum erit in fauorem ipsius suspensi, vt intelligatur absolutus. Et ratio est: quia absolutio a suspensione, & ab alijs censuris non est Sacramentalis, & consequenter non indiget ex natura sua, & intrinsece aliquo verbo.

35 Notandum tamen est, quamuis hoc, quod hactenus diximus, verum in rigore sit, non tamen debent facile iudices quacunque forma verborum vti pro suo beneplacito, quin saltem explicent se absoluere ab hac suspensione, vel illa, & hoc primo, quia id postulat communis praxis iudiciorum, & Ecclesia communiter formam supradictam obseruat: Secundo, quia aliàs sæpe magnæ quæstiones, & contentiones, nascerentur super valore ipsius absolutionis. Tertio autem eam ob causam exprimenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, vt homines cum reuerentia, & honore accipiant absolutionem, & censuras, & Prælatos Ecclesiæ reuereri assuescant.

36 Duodecimo, Absolutio suspensionis aliquando concedi solet ad cautelam, sicut & absolutio excommunicationis, ex Anchatano in cap. solet, nu. 5. versi. ad quartum & Gemin. ibi. §. in Secunda, num. 11. versic. eod. & Philippo Franco ibi, vers. quarto, & communi sententia DD. vt enim hoc habetur de excommunicatione, capit. Solet. & in cap. venerabilibus. de senten. excommunic. lib. 6. & in cap. per tuas. tit. eod. in antiq. ita etiam idem de suspensione colligitur ex cap. venerabili. de sent. excommun. & ex cap. Apostolicæ. de except. & latius tradit Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 22. §. 1. num. 9. Quod si petas, quidnam operetur absolutio ad cautelam in suspenso; non enim videtur operari posse illum
37 effectum, quem operari posset ad excommunicatum? Respondeo absolutionem ad cautelam duo præcipue operari; Vnum est, quod tollit censuram, & facit, vt homo legitime in iudicio agere possit; & ratione huius effectus necessaria est in excommunicato, non autem suspenso: quia excommunicatus cum sit priuatus communione aliorum, non potest agere in iudicio, neque Iudex illum audire valet. Secundum est, quod absolutio hæc operari potest hoc, vt homo possit exercere sua officia, vel etiam iurisdictionem, vel actus ordinum, si ab eis erat suspensus; vnde existente lite super valore suspensionis, vel eius nullitate, non debet vllo modo se illis ingerere, ne, si censura postea declaretur valida, vel irregularis inueniatur, si suspensio erat ab ordine, vel reus violatæ suspensionis; ideo si sine periculo officia sua, vt prius exercere velit, absolutionem ad cautelam prius quærere debet.

APPENDIX HVIVS CAPITIS, & totius Libri.

CVm frequens mentio tum in libro hoc, maxime ca. 12. num. 25. & deinceps, cap. 14. nu. 30. & cap. 16. num. 11. tum etiam lib. 6. cap. 12. nume. 9. & lib. 7. cap. 10. num. 29. 36. 38. & 40. facta sit Constitutionis cuiusdam Clementis Papæ VIII. qua rigorem alterius Bullæ Sixti V. moderatur, ad meliorem eorum omnium, quæ in præcedentibus, & sequentibus habentur notitiam, & intelligentiam, necessarium visum est vtriusque Constitutionis verba in fine libri huius inserere, prout in hac vltima Clementis VIII. Constitutione continentur. Titulus autem & tenor est huiusmodi.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Constitutio Moderatoria Bullæ fel. rec. SIXTI PAPAE V. contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.



ROMANVM Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter cōspicit expedire. Aliàs sane emanarunt literę fel. rec. Sixti Papę V. prędecessoris nostri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infrascripti, videlicet, Sixtus Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sāctum, & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Saluatore nostro Iesu Christo institutum, Beatisque Apostolis, & eorum legitimis successoribus singulari Diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, salutemque animarum sanctè, ac religiosè administrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa sanctorum Patrum prouidentia circa ordinandorum natales, ętatem, vitæ, ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per Sacros Canones, vel Apostolicas cōstitutiones, aut generalium Conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolatè obseruentur. Nam si in veteri testamento tam multa de integritate, & mundicia Sacerdotum, & ministrorum altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiā Prophetam: Labia Sacerdotis custodient scientiam & legē requirent ex ore eius, quia Angelus Dñi exercituum est, certe multo maior ratio, & diligētia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiā presbyteris, qui ad consummationē Sanctorum, in opus ministerij, in ędificationē Corporis Christi constituuntur; prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul Sanctorū Patrum statutis sæpissime traditū est. Quare nos pro ea, quæ nobis a Domino iniuncta est cunctarū Ecclesiarum, cura, & solicitudine, ipsos Pastores, & Præsules Ecclesiarū, quorum propriū munus est personas idoneas Clericali militiæ ascribere, & ad minores, maioresq; ordines ritè promouere, auctoritate nostra duximus admonēdos, vt in exequēdo hac in parte suo Pastorali officio attētius posthac inuigilēt: Canonicas sanctiones, vt par est, obseruēt: ac vt nemini detur offensionis occasio, neue eorū ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ de vitiosa, & minus Canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum

modo irregularis etiã Episcopus benedicẽdo virgines,
Ecclesias, vel altaria consecrando, & alia similia fa-
ciendo.
13 Quarto. Suspensionis violatio non solum irregula-
ritatem inducit per actum iure diuino competentem
ordini alicui, sed etiam per actum competentem ordi-
ni iure humano, vel ex præcepto Ecclesiæ, vel ex vni-
uersali consuetudine. Palud 4. dist. 18. q. 7. art. 3. con-
clus. 2. Specul. in tit. de dispen. §. iuxta, versic. item nota
quod suspensus. Angelica, verbo, suspensio 3. num. 8. S.
Anton. 3. par. tit. 29. de irregularitate, cap. 1. §. de Sub-
diaconatu, fauet Nauar. in Manua. capit. 27. num. 163.
Maiol. expresse lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. versi. no-
na, vt exempli gratia in choro inter officiandum dice-
14 re solenniter, *Deus in adiutorium*, aut dicere Capitulum
præsertim, in laudibus, & vesperis, dicere collectam, &
alia similia iure humano, vel ex consuetudine, sunt pro-
pria ordinis Sacerdotalis, & tamen ista omnia iure hu-
mano introducta sunt, & consequenter iure humano ip
si Sacerdotio annexa sunt. Addit Armilla in verbo,
15 interdictum, tit. 64. Sacerdotis, etiam officium esse, pu
rificationem mulierum post partum. Idem communi-
ter docent Doctores, de officio benedictionis nuptia-
rum; Idem de benedictione aquæ; Idem de absoluente
solenniter ab excommunicatione cum psalmis & ora-
tionibus, & cum stola, & alijs de quibus 11, q. 3. cap. de
bent. vnde vnusquisque à Sacerdotio suspensus hæc of-
ficia tanquam ex officio agens irregularitatem sic fa-
ciendo incurrit, ex Ioan. Andr. post Innoc. in cap. fina.
de excess. prælat. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta. versi.
quid de absoluente. Maiol. vbi supra, Hugolin. de cen-
16 sur. Eccles. tab. 1. capi. 14. §. 1. numero 5. Idem erit de
Episcopo, qui suspensus solenniter benedicit, per illa
verba. *Sit nomen Domini benedictum*, de qua agitur in
capitulo Abbates, de priuileg. libro sexto, & Clement.
2. de priuileg. erit enim irregularis, ita expressim scri-
psit Nicolaus Dionysij de Perusio scriptor, & erudi-
tus, & antiquus, in cap. primo, §. caueant. de senten. ex-
commun. lib. 6. quem refert, & sequitur Maiol. lib. 3. de
irregul. cap. 19. nume. 3. & expresse docet Hugolin. cit.
numero 3. & faciunt, quæ tradit glo. in c. ministrare, in
17 verbo, benedictionem, 26. quæst. 6. Hoc modo munus
cantandi Epistolam, quod proprium est ordinis Sub-
diaconatus, ex consuetudine Ecclesiæ limitatum est, vt
Subdiaconi proprium sit cum manipulo illam canta-
re; sine manipulo autem licet cuius Clerico illam can-
tare. Hinc omnes communiter concedunt Subdiaco-
num cantantem Epistolam sine manipulo non effici ir
regularem, si in suspensione eam sic cantet, vt S. An-
ton. 3. par. tit. 29. de irreg. capit. 1. §. de Subdiaconatu,
vbi ait, si alicubi sit consuetudo, vt non cantent vllo mo
do Epistolam nisi Subdiaconi, neque cum manipulo, ne
que sine eo, tunc si Subdiaconus suspensus a Subdiaco
natu, etiam sine manipulo cantet, irregularis erit, Ra-
tio est: quia cum ibi non soleant cantare Epistolam nisi
Subdiaconi, eo ipso quod aliquis Epistolam cantat, ge-
rit se tanquam Subdiaconum, & ex officio agit, & ideo
irregularis efficitur.
Ex quo dicto infero ego hoc aliud, quod si alicubi
18 consuetudo esset, vt etiam simplex Clericus Epistolam
cum manipulo cantaret, tunc Subdiaconus a suo ordi-
ne suspensus illam cantans etiam cum manipulo, non
erit irregularis: Ratio est: quia quod Subdiaconus illá
cantet ex officio est iuris humani, & consuetudinis,
ergo non habet maiorem auctoritatem hoc quam con
suetudo; ergo pari iure consuetudo contraria eandem
auctoritatem habebit. Nihilominus tamen ego adhuc
in vtroque casu magnam habeo difficultatem, scilicet,
& in illo dicto S. Antonini, & in altero dicto, quod ex
illo tituli, valdè enim dubito, an consuetudo particula-
ris in hoc casu inducere valeat irregularitatem, vbi ex

consuetudine vniuersali non inducitur, & è contra ad
non inducendam irregularitatem, vbi ex consuetudine
vniuersali inducitur; Et quoniam in pœnis facienda
est restrictio, & in priuilegijs ampliatio, ideo probabi-
lius est consuetudinem particularem nullo modo irre-
gularitatem inducere posse, vbi consuetudo vniuersa-
lis non inducit, & econtra consuetudinem particula-
rem posse non inducere irregularitatem, vbi consuetu-
do vniuersalis illam inducit; quia non inducere irregu-
laritatem est fauor, inducere vero irregularitatem est
odium; odia autem restringi, & fauores conuenit am-
pliari. c. odia, & c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6.
19 Illud autem ex S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. ca. 1.
§. 2. aduertendum est, quod subdiaconi suspensi a suo
officio, seu ordine, si quando Epistolam cantant sine
manipulo, (quod illis non obstante suspensione sine ir-
regularitate licet) si tamen exerceant alium actum, seu
exercitium ordinis subdiaconatus proprium, scilicet,
porrigant Sacerdoti, vel Diacono Calicem præpara-
tum, tunc sine dubio irregulares erunt, & videtur esse
communis opinio DD. & expresse Cosmus Philiat-
chus lib. 4. cap. 12. nu. 6. id docet.
20 Ceterum dubium esse potest, An suspensus ab offi-
cio prædicandi, vel etiam ab officio Diaconatus, si præ-
dicet, irregularitatem incurrat. In qua re quicquid
Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 163. versic. octauum
infertur, & Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. q.
decimaoctaua, puncto. 1. dub. 3. affirment talem fieri ir
regularem, ex eo quod prædicatio saltem ex consuetu-
dine coniuncta est cum ordine Diaconatus; contraria
tamen opinio & communior, & verior est hunc irregu-
larem contrauenienda non fieri, vt expresse docent An
gelica, in verbo, Suspensio, 3. num. 8. & in Clement. cu-
pientes; de pœnis notant Paul. & Calderin. Simon
Maiol. lib. 3. de irregul. capit. 19. nume. 21. Alphonsus
Viualdus tit. de Suspensione, num. 163. Toletus libro 1.
instruct. Sacerd. capit. 14. & Henriquez lib. 13. de ex-
communicat. & suspen. capit. 32. §. 5. Non enim appa-
ret, vnde probari possit prædicationis connexio cum
Diaconatu; Nam neque communiter & passim Dia-
coni prædicant, neque ad prædicandum admittuntur,
vbi est copia Sacerdotum, qui prædicare sciunt, & apud
ipsummet Romanum Pontificem admittuntur ad ser-
mones, seu homilias habendas in solennioribus diebus
intra Missarum solennia finito Euangelio non solum
Diaconi, sed etiam Subdiaconi. Quibus addo, quod
religiosi ferè omnes ad prædicandum mittere solent
etiam Clericos simplices, & quamuis conuenientissi-
mum sit, vt prædicatio non exerceatur nisi per homines
in sacris constitutos, maxime cum in primitiua Ecclesia
ipsimet Apostoli per se exercendum officium prædican
di sibi reseruassent, in defectu tamen istorum etiam
21 actus prædicandi solenniter, etiam cum benedictione
petita, & superpelliceo competere potest laico ex dispen
satione Episcopi, vt notant Henriquez vbi supra: In de-
fectu tamen Sacerdotum, & existentium in ordinibus
sacris puto melius esse prædicationem committi sim-
plici Clerico probo, & docto, quam malo, vel ignaro
Sacerdoti. Quod vero Maiol. vbi supra libro tertio,
de irregularitate, capitu. decimonono, numero 21. ver-
sic. decimatertia, & Alphonsus Viuald. tit. de suspens.
numero 163. dicant suspensum ab ordine, aut officio
Clericali fieri irregularem, si prædicet, quando huic an
nexum est officium prædicandi, aut prælegendi, puta
quando officium prædicandi annexum esset Archidia-
conatui, Prioratui, Archipresbyteratui, seu Plebanatui,
falsum omnino est, vt recte monet Henriquez lib. 13. de
excommun. & suspens. capit. 32. §. 5. in annotat. littera
K. quia talis annexio est omnino per accidens, vnde
nulla ratione irregularitatem incurrit, quia in suspen-
sione, ab ordine prædicandi munus exerceret.

22 Quinto, Dubium maius, & difficilius est de suspenso ab aliquo ordine, an hoc ipso, quod ascendit ad ordinem superiorem, efficiatur irregularis; Exempli gratia, An Subdiaconus suspensus a Subdiaconatu, si fiat Diaconus, fit irregularis; Ratio dubitandi est duplex, vna, quia ascendendo ad ordinem superiorem exercere videtur officium ordinis inferioris, a quo est suspensus, vt iste subdiaconus accedens ad recipiendum Diaconatum gerit se pro subdiacono, si quidem præsentat se inter subdiaconos, & in habitu, & apparatu subdiaconi, & ideo videtur esse irregularis. Alia ratio est, quia vix ascendere potest ad ordinem superiorem, quin exerceat illum ordinem, à quo suspensus est; Nam subdiaconis promouendis ad Diaconatum iniungi solet, vt cantent Epistolam; ergo irregularis erit. Couarruuias in capit. alma mater, parte secunda, §.3. numero 5. versic. septimo. & seq. de sentent. excommunicat. lib. 6. ait suspensum ab aliquo ordinum minorum ascendentem ad alium ordinem minorem non effici irregularem, suspensum vero ab aliquo ordine sacro ascendentem ad alium ordinem sacrum fieri irregularem; & dat rationem diuersitatis, quia ascendendo ad alium ordinem minorem non exercet actum proprium ordinis minoris iusta canonicam solemnitatem; at vero ascendendo ad aliquem ordinem sacrum solemniter exercere debet actum inferioris ordinis, a quo est suspensus, vel actum illius ordinis, quem recipit, vt verbi gratia, promotus ad subdiaconatum, vel Diaconatum, legit postea Ecclesiasticis vestibus indutus Epistolam, vel Euangelium ea solemnitate, qua solemnium Missarum celebratione legi; & suspensus a Diaconatu promotus ad Sacerdotium, eodem die dicit Missam simul cum Episcopo, & cum illo consecrante consecrat, vt notant Syluest. in verbo, Eucharistia, 2. quæst. 3. San. Thom. 4. distinct. 13. quæst. 1. art. secundo quæstiuncula 2. & 3. par. quæstio. 82. artic. 2. Palud. 3. d. 13. quæst. 4. artic. 2. Cum Couarruuia consentit Simon Maiol. lib. 4. de irregul. cap. 34. num. 1. & 2. vbi absolute dicit suspensum, vel interdictum ordines suscipiẽtem effici irregularem.

His tamen non obstantibus existimo huiusmodi suspensum hoc ipso, quod recipit ordinem superiorem, non effici irregularem, etiamsi promoueatur ad quemcumque ordinem sacrum. Id quod Thomas Zerula part. secunda, suæ praxis Episcop. verbo, irregularitas, dub. 2. de accipiente subdiaconatum, vel Diaconatum, in aliqua censura Ecclesiastica concedit. Idemque fatetur Fr. Hieronymus à Sorbo Capucinus in suis annotationibus ad compendium priuilegiorum Fratrum Mendicantium, in verbo, Ordines sacri. Neque enim verum est vniuersaliter istum in sua ordinatione debere necessario exercere actum alicuius ordinis, vt patet ex praxi; siquidem multoties ordinantur triginta, aut plures subdiaconi, & Diaconi, & si omnes Epistolam, aut Euangelium non cantant; neque ex eo, quod hic incedit in apparatu illius ordinis, à quo est suspensus, efficitur irregularis, quia apparatus simpliciter, & in se consideratus non dicit exercitium alicuius actus: Et quamuis suspensus a subdiaconatu accederet ad altare cum Sacerdote cum toto suo apparatu, si tamen in illa Missa nullum exerceat officium sui ordinis, irregularis non erit.

23 Solum igitur superest difficultas de eo, qui promouetur ad Sacerdotium, quia celebrat simul cum Episcopo celebrante; in qua re quicquid Couar. & Maior. vbi supra, Nauar. tom. 2. consil. consil. 4. de Cleric. excommunicat. minist. Thomas Zerula, & Fr. Hieronymus à Sorbo vbi supra, velint hunc irregularem fieri; loquendo tamen conformiter ad principia superius à nobis in hoc libro, cap. 3. in regulæ primæ declaratione posita, adhuc dico probabilissimum esse Sacerdotem hunc irregularem non fieri: diximus enim ibi suspensum ab aliquo ordine inferiori, consequenter ab ordine superiori suspensum esse, vbi annotauimus hoc quidem habere locum quantum ad peccatum propter naturalem quandam indecentiam, non habere tamen locum quantum ad irregularitatem; cuius rei rationem ibi latius exposuimus: & huic opinioni nostræ fauere videtur Barth. Medina de instruct. confess. lib. 1. capit. 11. §. 8. vbi asserit ordinatum ante tempus, & celebrantem Missam cum Episcopo ordinante irregularem non esse, quia Ecclesia reputat pro prima Missa illam tantum, quia quis per seipsum postea celebrare solet, & idem docet Henriquez libro decimoquarto, de irregul. cap. 3. §. 6. in fine.

24 Sexto, Difficultas inter authores est de Episcopo a Pontificalibus suspenso, an celebrando Missam in apparatu Pontificali efficiatur irregularis? hanc quæstionem disputarunt Doct. Innocent. Philip. Franc. Gemin. & Ancharan. in cap. cum medicinalis. de sentent. excommunicat. lib. 6. & alij, in qua tres sunt authorum sententiæ.

Prima est asserentium esse irregularem. sic Ioan. Calder. in tractatu de Ecclesiast. interdict. memb. 2. quæst. 3. quæ incipit, sed si cui. Gemin. in cap. cum medicinalis. §. si quis autem, nu. 5. de sent. excom. lib. 6. Angelica verbo, suspensio, 3. nu. 3. & Nauar. in Man. ca. 27. num. 163. vers. ex quo infertur primo. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. nu. 5. & nu. 6. Alphons. Viualdus tit. de suspens. num. 146. & fauet Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. concl. 2. Ratio est: quia Episcopatus est ordo, vt Canonum interpretes communiter concludunt, & gloss. in procem. decret. lib. 6. in verbo, Episcopus, & citat cap. Cleros. dist. 21. & Nauar. in Manuali, c. 22. nu. 18. & fauet Concil. Trident. sess. 23. de ordin. cap. 4. & Cano. 6. & 7. celebrare autem in apparatu Pontificali est exercere actum proprium ordinis Episcopalis; exercens autem actum ordinis, a quo quis suspensus est, irregularis est; ideoque Episcopus a Pontificalibus suspensus sic celebrando irregularis efficitur.

25 Secunda docet Episcopum a Pontificalibus suspensum, si celebrat, non fieri irregularem. sic Innoc. in cap. cum medicinalis, in verbo, a diuinis, de sentent. excom. lib. 6. Ioan. Monach. & Specul. in tit. de irregul. capit. quid sit irregularitas. colum. 12. versiculo. quid si Episcopus. S. Anton. 3. part. titulo 28. de suspensione, capit. 4. vltra medium, qui etiam citat Hostiensem, Syluest. verbo, suspensio, quæstio. 5. versiculo, cum autem suspensio. qui citat etiam pro hac sententia Rosellam, Archid. Host. Vercellium, & Guil. Durand. Panorm. in cap. cum dilectus, de consuetud. Couarr. in Clement. Si furiosus. par. 1. §. 1. vers. secundum. de homicid. Thomas Zerula in sua practica Episcopali in verbo, irregularitas, vers. decimooctauo, & in verbo, suspensio, dubio 6. & Iacobus de Graffijs lib. 4. decis. ca. 25. num. 3. Qui id probant primo, quia Pontificalia non sunt de substantia ordinis, celebrationis, aut officij; nam sine eis quodlibet officium fieri potest. Secundo, quia hoc nullo iure reperitur expressum, vt suspensus a Pontificalibus celebrando fiat irregularis: nullus autem irregularis efficitur, nisi vbi id iure cautum habetur, vt dicitur in ca. is, qui, de sent. exc. lib. 6. quæ opinio mihi videtur verior, etiamsi concedamus Episcopatum esse verum, & proprium ordinem, quia adhuc celebrare Missam cum apparatu Pontificali non est actus proprius Episcopalis, cum per characterem episcopalem cõmuni Theologorum, & Canonistarum sententia, Episcopus nullam recipiat potestatem nouam in ordine ad corpus Christi verum, sed solum in ordine ad corpus mysticum Christi.

26 Tertia sententia est, quæ non absolute vnam, aut alteram opinionem affirmat, aut negat, sed distinctione quadam

quadam vtitur Pontificalium, ad hoc vt sciatur, an ex eorũ vsu, & exercitio irregularitas incurratur, sic Barshol. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 14. §. 1. nu. 2. vbi ait, quod si nomine pontificalium ornamenta pontificum accipiamus, vt baculum, mitram, & id generis, quibus vtuntur, dum celebrant, sic suspensus diuina faciens illis vtendo irregularis non erit, cum huiusmodi ornamenta officia diuina non sint, vt constat; suspensus vero vt irregularis sit, officia diuina exequi debet. arg. c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. & cap. 1. de sent. excommun. lib. 6. Sin vero nomine pontificalium munera Pontificum propria accipiamus, vt sunt ordines conferre, baptizatos confirmare, ecclesias, aut virgines consecrare, & huiusmodi, sic a pontificalibus suspensus irregularis erit, etiamsi ornamentis illis non adhibitis hæc munera obeat; quia talis diuina facit, & ex officio, diuina vero faciens ex officio in suspensione irregularis est. c. 1. §. sciturus. de sent. & re iud. lib. 6. & c. cum medicinalis. §. caueant, de sent. excommun. lib. 6. vt autem hęc opinio, quæ omnium optima est, melius intelligatur, & etiam plenior tum huius difficultatis, tum aliarum, quæ de solemnitate contingere possunt, expositio habeatur, tria breuiter obseruanda sunt.

27 Primum est, In actibus sacris triplicem solemnitatem considerari posse;

Prima est solemnitas, quæ est propria alicuius actus non quatenus talis actus est, sed vt est actus talis ordinis determinati; ita vt idem prorsus actus sine solemnitate non sit proprius alicuius ordinis, sed possit per quemcunque exerceri cum illa vero solemnitate efficiatur actus proprius alicuius ordinis determinati, & consequenter cum eadem exerceri non possit nisi ab habente talem ordinem; vnde hæc solemnitas coniuncta actui dicitur determinare ipsum actum ad talem ordinem, vt baptizare sine solemnitate pertinet ad quemcunque non modo clericum, sed etiam laicum in necessitate, immo ad mulierem ex communi sententia DD. & ad infidelem; cum solemnitate vero est actus proprius ipsius Sacerdotis; idem dicendum de cantu Epistolæ.

Secunda solemnitas est propria alicuius actus Sacri, prout talis actus est, quia actus ille sacer, prout talis actus est, sine illa solemnitate licite exerceri non potest, & cõsequenter siue cum illa solemnitate, siue absq; vlla solemnitate, actus ille semper ad eundem ordinem pertinet, vt solemnitas, & apparatus Sacerdotij in dicẽda Missa, apparatus Diaconalis in cantando Euangelio, apparatus Pontificalis in actibus proprijs ipsius ordinis Pontificalis, vt in collatione ordinum, in confirmando, &c. & hæc solemnitas addita actui, sicut illi determinationem aliquam non addit; ita etiam ab actu separata determinationem suam illi non tollit.

Tertia solemnitas nullo modo est propria ipsi actui, sed mere accidentaliter illi additur, & hæc multiplex esse potest. Quædam enim consistit in maiori apparatu musico, vt fieri solet in solemnioribus anni diebus: Quædam consistit in maiori apparatu clericorum, vt in eisdem solemnioribus anni diebus solent plures clerici cum maiori apparatu officia exercere. Quædam denique est, quæ additur actui ratione maioris dignitatis personæ, vt Episcopi, & Abbates initiati Missam cantare solent cum maiori apparatu, scilicet Pontificali, qui apparatus in ordine ad actum sacrificandi extrinsecus omnino est, vt per se patet.

28 Secundum est, quando quis suspenditur a prima solemnitate, non suspenditur simpliciter ab exercitio ipsius actus, sed solum ab exercitio eius solenni, seu cum illa solennitate; vnde quantumcunque suspensus actum illum sine solennitate exercere potest, & in hoc exercitio non peccat mortaliter, & consequenter irregularis non est. Suspensio autem a secunda solennitate, siue fiat sub nomine ipsius solennitatis, siue sub nomine actus, vel ordinis, cui propriè competit solennitas illa, simpliciter prohibet exercitium illius actus, ita vt talis suspensus, neque cum illa solennitate, neque sine ea actum talem exercere possit: Vnde consequenter si durante suspensione actum illum exerceat siue cum illa solemnitate, siue absque illa, & peccat mortaliter, & irregularis efficitur. Suspensio verò a solennitate tertia, quantum ad omnia illa tria relata, siue fiat sub nomine solennitatis, siue sub ratione actus, aut ordinis, solum prohibet ipsam solennitatem, ita vt suspensus licite exercere possit actum, & actum, prout est talis ordinis proprius, & cum solennitate propria illius actus, sine hæc tamen solennitate accidentali, vt quando quis suspenditur ab officijs solennibus, a Missa cantata, & huiusmodi alijs modis. Vnde si quis transgrederetur hanc suspensionem exercendo solennitatem sibi prohibitam, quamuis peccet mortaliter, irregularitatem tamen non incurrit; quia ex violatione censuratum, & suspensionis in specie, vt initio huius capitis diximus, non incurrit vllam irregularitatem, nisi exercitio actus prohibiti per suspensionem; sed in hac suspensione nullo modo prohibetur actus, sed tantum solennitas, quæ omnino extrinseca est actui, & proinde per violationem istius suspensionis non incurritur irregularitas.

29 Tertium est, nomen Pontificalium, vt ca. 4. diximus, propriè ipsum apparatum Pontificium significat; Episcopus autem, seu Pontifex duo genera actuum exercere potest; Vnum est eorum actuum, qui non competunt illi, quatenus Episcopus est, sed quatenus est Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus; Alterum est eorum, qui competunt ei, quatenus est Episcopus, vt conferre ordines, & similia, & vtrumque genus actuum exercere potest Episcopus cum suo apparatu Pontificali. Hinc fit, vt suspensio a Pontificalibus hoc vtrumque genus actuum respiciat, & diuersos operatur effectus in ordine ad vnum genus, & in ordine ad alterum. Nam suspensio a Pontificalibus quatenus respicit actus, qui sunt proprij Episcopi, pertinet ad suspensionem ab apparatu secundi generis, & a solennitate secunda superius in primo, & secundo notabili dicta: Vnde simpliciter prohibet exercitium actuum Episcopalium, vt Episcopus eos neque cum apparatu Pontificali, neque sine illo exercere queat: eadem vero suspensio a Pontificalibus in ordine ad alios actus pertinet ad suspensionem a solennitate tertia superius dicta; & sic nullo modo prohibet substantiam illorum actuum, neque apparatum proprium in illorum exercitio requisitum, sed solum prohibet accidentalem hanc solemnitatem apparatus Pontificalis in illis actibus. Ex quibus omnibus sequitur, quod Episcopus suspensus a Pontificalibus, si exerceat actum aliquem proprium Episcopi siue cum apparatu Pontificali, siue absque illo, & peccat mortaliter, & efficitur irregularis: Sin autem exerceat aliquem actum alium non proprium Episcopi, sed alterius ordinis sine apparatu Pontificali, nec peccat, nec irregularis est, sed cum apparatu Pontificali peccat quidem, irregularis tamen non erit.

30 Septimo, De suspenso donec pœniteat, Dubium est an sit irregularis, si ante pœnitentiam exerceat actum, a quo est suspensus. Cuius dubij solutio pendet ex his quæ cap. 8. diximus; An scilicet suspensio hæc, Donec pœniteat, sit vera suspensio, quæ est ecclesiastica censura. Et quãuis nonnulli, vt ibidem dictũ est, hanc veram censuram non esse putauerint, sed solum esse suspensionem iuris Diuini, per quam peccator actus ordinis exercere prohibetur, donec pœniteat; nos tamen eo in loco probauimus veram censuram Ecclesiasticam esse, quia in cap. si qui sunt, dist. 81. fertur suspensio ab ingressu Ecclesiæ, sub hac forma, donec pœniteat: Su-

fpensio autem ab ingressu Ecclesiæ, vera censura est. Vnde si ante pœnitentiam exerceat actum ordinis extra Ecclesiam, non erit irregularis, si verò intra Ecclesiam actum ordinis exerceat, irregularis erit. Supposito igitur quod hæc suspensio, donec pœniteat, sit vera censura Ecclesiastica; respondetur ad difficultatem propositam eum, qui ante pœnitentiam transgreditur hanc suspensionem, simpliciter fieri irregularem, sic Tabiena, verb. suspensio, numero 10. versic. nono Nauar. in Manuali, capitulo 25. numero 77. & capitulo 27. numero 154. Couar. in element. si furiosus. par. 1. §. 1. numero 5. de homicid. vbi alios refert. Maiol. lib. 5. de irreg. ca. pit. 37. num. 1. vbi ait notorium fornicationis ante pœnitentiam celebrantem esse irregularem, & si contrarium libro 3. de irreg. cap. 19. numero 16. versic. quinta declaratio, docuerit. Hæc autem sententia nostra ex eo probari potest, quia si subsista formâ, donec pœniteat, feratur suspensio ab ingressu ecclesiæ, sine vllo dubio, qui ante pœnitentiam celebrat intra ecclesiam, erit irregularis; quandoquidem suspensio ab ingressu ecclesiæ transgressorem reddit irregularem, vt habetur in c. is cui. de sentent. excomm. lib. 6. At vero non est maior ratio de suspensione ab ingressu ecclesiæ, quam de alijs, si suspensiones per exercitia ordinum violentur. Ergo suspensio hec, donec pœniteat, a quocunq; ordine, & actu Sacro suspendat, transgressorem efficiet irregularem.

31 Octauo, Simon Maiolus lib. 3. de irreg. cap. 19. numero 8. versic. decimaquinta. & Alphonsus Viuald. tit. de suspens. numero, 147. putant, ex suspensione incurri posse irregularitatem absque vllo prorsus actuum ordinum exercitio, hoc ipso quod aliquis vltra annum in suspensione simpliciter, & indeterminate lata, & citat cap. cum bonæ, de ætat. & qualit. iuncta glossa, verum, quia neque textus illius capituli, tale quid dicit, neque glossa in verb. Suspensi. & in verbo, postmodum dicit talem esse irregularem, sed solum esse inhabilem ad beneficia; irregularitas autem per se primo non respicit beneficium, sed actus ordinis, & ex eo quod inhabilem reddit ad ordines, consequenter etiam inhabilitat ad beneficia, ideo nullo modo dicendum videtur sine exercitio actuum quempiam irregularem effici posse.

32 Nono, de suspenso seu, quod idem est, de interdicto de ingressu Ecclesiæ certum est, si intra ecclesiam exerceat solenniter actum ordinis, fit irregularis, vt expresse habetur in capitulo is cui. & ibi glo. in verbo, in ea. & ibi Steph. Costa, num. primo, de sentent. excommunic. lib. 6. & glos. in capit. Episcoporum, in verb. ingressum, de priuileg. lib. 6. Palud. 4. distinct. 19. quæst. 7. arti. 3. conclus. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto capitulo secundo, versic. item notat. Angelica, verb. suspensio, 3. numero 4. & 5. Summa Pisanel. in verb. suspensus. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta. versic. quod si quis suspenditur. Nauar. in Manuali, capi. 25. num. 75. & cap. 27. numero 170. versic. sexto dico. Maiol. libro 3. de irregul. cap. 20. numero septimo, Couar. in capit. alma mater. part. secunda, §. primo, numero tertio, de sentent. excommunic. lib. 6. & etiam Henriquez libro 12. de excommunic. & susp. cap. 32. §. secundo, sed si extra Ecclesiam, puta sub domo, vel tentorio, vel in domo priuata ingerat se diuinis, non est irregularis, ex glossa & DD. allatis. Et ratio est, quia dictum limitationis secundum suam limitationem intelligi debet, limitatum autem hæc pœna, cum scilicet celebratur in Ecclesia: ergo non habet locum, si extra Ecclesiam celebretur, maxime cum in pœnis benignior interpretatio facienda sit argumen. cap. in pœnis, & capit. odia de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione, ff. de pœnis. Circa quam materiam multa dubia moueri possunt.

33 Dubium primum sit, An si suspensus interdictus ab ingressu Ecclesiæ exerceat actum ordinis intra Ecclesiam non consecratam, quæ magis propriè dicitur Basilica, quam Ecclesia, cap. 1. & ibi glos. in verb. dedicanda. de relig. domib. fiat irregularis. Huic difficultati respondet Calderin. tract. de interdict. memb. 2. versic. nunc quæritur affirmatiue, & probat ex cap. fin. de consecrat. Eccles. vel altar. & capitulo penult. de immunitat. Eccles. quibus locis Ecclesia non consecrata æquiparatur consecratæ, iuncta glos. in d. cap. penult. in verb. admittitur. Quæ sententia mihi etiam videtur probabilis dummodo Ecclesia constructa sit auctoritate Episcopi, capit. nemo Ecclesiam, de consecr. distin. 1. & S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, capit. 2. versic. item nota. Steph. Costa in cap. is cui, num. 20. de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. c. 32. §. 2. Quod debet intelligi, dummodo Ecclesia sit publica, & quæ propriè vocari possit Basilica, seu oratorium publicum auctoritate Episcopi constructum, quia in priuato oratorio, seu Capella, quamuis auctoritate Episcopi construatur, licet cuiquam celebrare sine pœna irregularitatis, ex S. Anton. & Henriquez vbi suprà, quia tale oratorium propriè Ecclesia non est. quod tamen Henriquez limitat, dummodo non sit oratorium designatum ab Episcopo in perpetuum pro celebratione, tunc enim qui in eo celebraret, irregularem fore putat.

34 Dubium secundum sit, An Sacerdote cantante Missam intra Ecclesiam, si Diaconus, vel Subdiaconus ab ingressu Ecclesiæ suspensus Euangelium, vel Epistolam extra Ecclesiam cantet, talis Diaconus, vel Subdiaconus efficiatur irregularis; Calderin. vbi supra respondet affirmatiue; quia in Missa istæ singulæ sunt tanquam partes scilicet cantatio Euangelij, vel Epistolæ, & reliquum Missæ, quod dicitur à Sacerdote, ex quib. partibus illa, quæ dicitur à Sacerdote, est principalissima vnumque omnes hæ partes officiũ constituunt. Vnde à parte principali Missa denominatur cantata intra Ecclesiam, & sic officium Diaconi, vel Subdiaconi quamuis sit extra Ecclesiam exercitatum, à parte tamen principali trahitur ad conditionem Ecclesiæ, & huic officio cooperati sunt in actu sibi prohibitio; quia igitur isti cantauerunt in Missa, quæ facta est intra Ecclesiam, dicuntur violasse suam censuram, seu suspensionem, & consequenter dicuntur irregulares, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Reg. accessorium de reg. iur. lib. 6. pro qua opinione faciunt multa iura citata à Calderino, c. vnico, de consecr. Eccles. vel altar. lib. 5. cap. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. & ff. de acquir. rerum domin. in l. adeo. §. fin. & expresse docet S. Ant. 3. p. tit. 27. de interdicto, c. 3. ver. item notat, in fi.

35 Dubium tertium sit, An Sacerdos, qui cantat Missam inter Ecclesiam, ex hoc, quod admittit scienter Diaconum, vel Subdiaconum suspensos ab ingressu Ecclesiæ ad cantandum Euangelium, vel Epistolam extra Ecclesiam, fiat irregularis, Calderin. & S. Anton. vbi supra, vers. presbyter vero Syluester. verbo, interdictũ, 6. quæst. 6. Steph. Costa, in capit. is cui, num. 21. & seq. de sentent. excomm. lib. 6. irregularem esse putant; quia iste Sacerdos participat cum Diacono, vel Subdiacono suspenso in crimine criminoso, id quod probant ex cap. nuper, & capit. si concubinæ, de sent. excommun. ideoque irregularis efficitur. Qui duo canones, meo iudicio nihil omnino faciunt ad eorum intentionem probandã. Vnde respondeo, talem Sacerdotem non esse irregularem, etiamsi eosdem admitteret ad cantandum Euangelium, vel Epistolam intra Ecclesiam.

Primo quidem, quia licet concederemus esse participationem in crimine criminoso, adhuc tamen non sequitur istum esse irregularem, quia participatio in crimine criminoso ad summum potest pro prima vice inducere in eandem censuram, qua innodatus est ille, cum quo participatur, vt euidenter colligitur ex d. ca. nuper, & c.

21 *Occultum crimen quodnam dicendum sit.*
22 *Crimen quando ad forum contentiosum deductum esse censeatur.*
23 *Episcopus an ex eo, quod crimen deductum sit ad forum contentiosum cum citatione partis, & eius depositione, perdat potestatem absoluendi ab illa censura.*
24 *Absoluere a suspensione hominis communiter ille solus potest, qui tulit sententiam, aut successor eius in dignitate.*
25 *Superior reum absoluendum regulariter ad iudicem, qui sententiam tulit, remittere debet.*
26 *Superior quibus in casibus licite sententiam inferioris relaxare possit.*
27 *Suspensus, quibus in casibus non a ferente sententiam, sed a summo Pontifice absolui queat.*
28 *Prælati Regulares subditos sibi a censuris absoluere possunt.*
29 *In absolutione suspensionis iuramentum aliquando de stando mandatis ecclesiæ exigi debet.*
30 *Forma consueta ecclesiæ de exigendo iuramento in absoluendo a censura quænam sit.*
31 *Mandatum, quod absoluendo confessore iniungendum est, quale esse oporteat.*
32 *Iuramentum quando ab eo, qui absoluendus est, exigi non debeat.*
33 *Absolutionis forma nec in suspensione, nec in alijs censuris cum certis aliquibus verbis determinata est.*
35 *Absolutionis forma talis esse debet, vt explicet, a qua censura absolutio fiat.*
36 *Absolutio suspensionis aliquando ad cautelam concedi potest, & solet.*
37 *Absolutio ad cautelam in suspenso quænam operetur.*

1 ANte omnia obseruandum est, Doctores communiter in hac materia suspensionis vti solere hac triplici voce, *Absolutionis, Relaxationis, & Dispensationis*. Fel. autem in cap. Apostolicæ. de except. putat absolutionem eam proprie esse, qua quis soluitur a censura iusta, vel etiam qua absoluitur ad cautelam. Relaxationem vero eam esse vult, qua soluitur a censura iniusta; quod probat ex capit. Oduardus, de sol. vbi cum sermo sit de iniusta censura lata, vtitur Gregor. IX. Papa hac voce *Relaxationis*. Dispensationis autem nomen locum habet in ea suspensione, quæ cum feratur in perpetuum, habet quodammodo naturam depositionis, seu priuationis, vt notant Guil. Duran. in Specul. titu. 2. §. Nunc ostendendum, & S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspen. ca. 4. non longe a fine. His igitur præsuppositis.

2 Primo certum est apud omnes Doctores, (excepto Decio in cap. 1. num. 8. in secunda lect. de iud.) non omnem suspensionem necessario egere aliquo illorum trium; sunt enim aliquæ suspensiones, quæ absque vlla absolutione, relaxatione, vel dispensatione cessant ex se, ita glos. in clem. 1. in vers. Donec. de decimis. Panor. in cap. fi. nu. 4. de matr. contract. contra interd. eccl. & in c. ad aures, nu. 3. de simo. vbi etiam refert pro hac re Io. Andr. & Inn. in c. cum bonæ. de ætat. & qual. Ripa, i[illegible] 1. num. 23. & Fel. num. 7. ver. secundus casus, & ibi An[illegible] Alciat. notab. 5. de iud. Couar. in c. alma mater. in 1. par. §. 11. nu. 5. ver. de absolutione ab excommuni[illegible] [illegible] nis sententia. de sent. excō. lib. 6. qui alios etiam cit[illegible] [illegible] Hugol. de censu. eccl. tab. 4. c. 4. §. 2. nu. 1. & denique [illegible] æc. & recepta est DD. sententia, ex Couar. vbi supra, [illegible] etiam fatetur Decius cit. Huiusmodi autem sunt suspensiones illæ omnes, quæ pro pœna ad certum & determinatum tempus latæ sunt, puta ad annum, biennium, triennium, &c. sic enim suspensus, statim atque tempus elapsum est, ipso iure absolutus est, nec alia opus est absolutione, sic glos. in clem. 2. in ver. Donec, & ibi Ancha. numero 15. de decis. & glos. in capit. sacro, in verbo, per mensem. & ibi Marian. Soc. numero 258. de senten. excommunic. Innocen. in cap. cum bonæ, vers. vbi autem. & ibi Panorm. nume. 5. de ætat. & qual. idem Innocen. in capit. licet, numero 2. de cohab. cler. & mul. Barib. Med. libro 1. instr. confess. cap. 11. §. 8. Alphons. Vual. tit. de suspen. numero 180. Cosmus Philiarchus, de offic. Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 1. Corona Confess. tit. de suspens. numero 8. Toletus libro 1. capit. 16. Hugol. vbi supra, §. 2. numero 3. etenim ad tempus prohibitum post tempus illud permissum esse censetur, arg. l. Imperator. ff. de postula. Id quod procedit, siue quis a iure, siue ab homine suspensus sit, ex Felino, in cap. 1. nu. 7. de iud. nec vlla opus est declaratione, vt scilicet absolutus esse declaretur, ex Innoc. in d. c. cum bonæ, nu. 2. vers. vbi autem. de ætat. & qual. & Ripa, in c. 1. nu. 25. ver. secundus casus, de iudi. Panorm. in d. c. cum bonæ, num. 5. ver. quandoque quis est suspensus ad tempus.

3 Pari modo sunt aliquæ suspensiones latæ vsque ad aliquam exceptionem, scilicet, donec pœniteat, donec satisfaciat; Quo casu licet Inn. in ca. cum bonæ, nu. 1. & Io. Andr. quem ibi refert, & sequitur Pan. nu. 5. de ætat. & qualitat. innuere videantur etiam facta satisfactione requiri absolutionem, communis tamen Doct. opinio est facta satisfactione non opus esse alia absolutione, sic glo. in c. nullus Missam, in verb. audiat, d. 32. & eadem gl. in c. si qui sunt, in verbo, emendent, d. 81. & gl. in ca. qui sæpe. in verbo, Donec, & ibi Anch. vers. septimo, & Gemin. nu. 17. de elect. lib. 6. & gl. in c. fi. in verbo, quousque de offic. ordin. lib. 6. & in c. exigit. in verbo, quousque. de censib. lib. 6. & ibidem Anch. & Gemi. & glo. in clem. 1. in verbo, Donec. de deci. idem sensit Inn. sibi contrarius, in c. sicut. de cohab. cler. & mulier. & etiam Pan. in c. 1. nu. 6. & Felin. nu. 7. & Ripa, nu. 25. de iud. & Panor. in c. ad aures. nu. 3. de Simon. glo. in c. cum tu. in ver. Donec, & ibi Panor. nu. 6. de vsur. gl. in c. nō est. in verbo, Donec ibi fuerint, & ibi Panor. nu. 7. de sponsal. Angelica, in verbo, suspensio. 4. in princ. Syluest. verb. suspensio, q. 8. vers. primum. Tabiena, verbo, suspensio, num. 12. vers. decimo. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. Alphonsus Vualdus tit. de suspen. nu. 180. Corona Confess. tit. de suspens. nu. 8. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. ca. 1. Iacobus de Graffijs lib. 4. decis. cap. 25. nu. 14. Gregorius de Valentia to. 4. disput. 7. q. 18. puncto 1. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 16. Hugol. de censur. eccles. tab. 4. cap. 4. §. 2. nu. 4.
4 Couar. in ca. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 5. ver. de absolutione ab excommunicationis sententia. de sent. excō. libro 6. Qui omnes inter alia in hoc distingui putant excommunicationem ab interdicto, & suspensione, quod excommunicatio maior lata sub ea conditione, donec satisfeceris, non tollitur, aut dissoluitur absque absolutione, etiam secuta satisfactione, suspensio autem, vel interdictum sub ea conditione lata, donec aliquis satisfecerit, vel pœnituerit, facta satisfactione, aut adueniente conditione ipso facto relaxatur, nec alia indiget absolutione, adeo vt siue sit suspensus a iure, siue ab homine, statim atque satisfecerit, nulla alia interueniente absolutione diuina celebrare poterit, vt notat Felin. in capit. numero 7. & Domin. ab eodem relatus, de iudic. cuius differentiæ rationem assignat Hugolin. vbi supra, capit. 4. §. 3. num. 2. quia per excommunicationem maiorem eijcitur quis extra Ecclesiæ communionem, vt habetur in capit. quæ meruit, & cap. omnis Christianus. 11. quæst. 3. & ideo excommunicatus præcisus dicitur

Ii sicut

sicut igitur quis in initio in Ecclesiam sine opera ministri recipi non potest, arg. capit. debitum, de baptismo, ita nec ab ea exclusus sine opera ministri eiusdem ecclesiæ in eandem iterum recipi debet; & sicut ramus ab arbore præcisus iterum insert eidem arbori sine hominis opera non potest; ita nec excommunicatus in ecclesiam sine ministro introduci potest. Quæ ratio in suspensione, & interdicto cessat, cum per has censuras extra ecclesiam quis eiectus nō sit. Sola igitur facta satisfactio-
5 ne, requiritur iudicis declaratio de præmissa satisfactione, & pœnitentia peracta, vt expresse docent glo. in dicta element. 1. in verbo, *Donec*, de decim. & Iacobus de Graffijs, Hugolinus, & alij supra, sic enim cessabit omne scandalum, cum viderint sic suspensum officia diuina, vt prius celebrantem, & ipsemet suspensus ex tali declaratione se tueri possit contra aduersarium, si ei su-
6 spensionem obijciat. Tunc autem satisfecisse quis dicetur, vbi plenè creditori satisfecerit, arg. l. 1. ff. qui satisdare cogant. Dixi, plenè, quia si decem debeat, & minimum quid reliquum factum sit, quod soluat, adhuc suspensus erit, vt notant glos. in capit. quia sæpe, in verbo, plenè, & ibi Anchar. de elect. libro 6. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 3. capit. 4. §. 2. numero 7. adhuc enim verum est dicere ipsum non soluisse decem, quæ debebat, & sicut per decem dies suspensus absolutus non est, nisi præterita omnino decimi diei hora postrema, ita nec hic nisi & vno nummo, quod reliquum fuerat soluto: quod intelligitur, nisi creditor ei, quod reliquum est, remitteret, tunc enim absolutus censetur.

7 Nec obstat, quod vulgò dicitur, minima non curari, arg. l. scio. ff. de in integrum restit. Quia id solum verum est, vbi non est eadem ratio in minimo, & in magno, vt in casu proposito contingit. Nam sicut verum est ex illis decem nullis solutis eum decem non soluisse; ita verum est, eundem illa decem non soluisse vbi vnus etiam nummus deest.

8 Eodem modo, qui ob contumaciam suspensus est, quæ in delictum non transit, cessante contumacia ipso iure absolutus est, ex Innocen. in capit. cum bonæ, versic. si vero expressit, de ætat. & qualit. & in capit. sicut. numero 2. de cohab. cler. & mulier. & Felyn. in capit. ex litteris. numero 36. de constitut. & Decius ibidem numero 16. versic. quarta conclusio. Vnde clericus ob contumaciam suspensus præstita obedientia celebrare potest absque alia suspensionis relaxatione, ex Innoc. & Felino vbi supra, cessante enim contumacia & eius pœna cessare debet, argum. capit. cum cessante. de appellat. Dixi, quando contumacia non transiuit in deli-
9 ctum, tunc enim ipso iure non liberatur, sed opus est absolutione, argum. capit. ex tuæ, de cleric. non residen. puta, si clericus sit contumax in non residendo in beneficio suo: sic Panormit. in capit. ex litteris, numero 10. & ibi Felin. nume. 41. de constitut. Foller. in praxi Crimin. Canon. in 3. par. iud. capit. 33. numero 89. Hugol. vbi supra, capit. 4. §. 2. numero 1. vnde si Iudex aliquem suspendat, donec coram eo compareat, statim ac comparuerit, absolutus est, quæ omnia ex communi Doct. sententia confirmata sunt, vt propterea longiori explicatione non indigeant.

10 Secundò, Certum est apud multos authores has ipsas suspensiones, quæ, vt diximus, latæ sunt ad certum tempus, vel vsque ad aliquam actionem, aut cessationem ab aliqua actione, antequam labatur illud tempus, vel antequam fiat illa actio, vel antequam ab illa actione cessetur, si sint latæ in iure, a nullo prorsus absolui posse, nisi a Papa, vt colligitur ex his, quæ tradunt glos. in cap. cupientes, §. cæterum, in verb. suspensos. de elect. libro 6. & in clemen. 1. §. verum. in verbo excommunicationis, de hæret. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 7. artic. 3. conclus. 11. Angelica, in verbo, suspensio 4. numero 1. Syluest. verb. suspensio. quæst. 8. versic. tertium. Tabiena verbo, suspensio versic. vndecimo. Hugolin. de censur. eccles. tab. 4. capit. 4. §. 1. numero 1. Henriquez libro 13. de excommunic. & suspens. capit. 35. §. 2. Toletus libro 1. instruct. Sacerd. capit. 16. Ratio est: quia absoluere istos ante lapsum temporis est dispensare in iure, cum iura velint expresse illum manere suspensum vsque ad illud tempus; dispensare verò in iure nemo po-
11 test, nisi conditor iuris, vel cui conditor commisisset: quam etiam rationem ita confirmat Palud. quia alioquin sequeretur istum absolutum ab inferiori statim post absolutionem suam reincidere in eandem suspensionem; quod patet: quia iste, vt supponitur, fuit absolutus ab inferiori; ergo si hæc absolutio est valida, iam sublata est suspensio, & tamen iura volunt istum manere adhuc vlterius suspensum. ergo redibit suspensio, quæ sublata prius erat.

12 Tertiò, De suspensione lata in iure simpliciter, siquidem lata sit propter contumaciam, absolui potest ab Episcopo, & ab eo qui vices eius gerit: sic gloss. in clemen. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis de hæret. Panorm. in capit. tam litteris vestris. numero 3. de testibus, & in capit. 2. numero 5. de solutio. & citat Innocen. in capit. 5. de excess. prælat. Palud. 4. distinct. 18. quæstio. 7. artic. 3. conclus. 11. S. Anton. 3. par. titu. 28. de suspens. capit. 4. prope finem. Syluest. verbo, suspensio, quæstio. 8. versicul. tertium. Barth. Medina libro 1. Instruct. confess. capit. 11. §. 8. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 1. & Gregor. de Valentia tomo 4 disput. 7. quæstio. 18. puncto 1. Angelica in verb. suspensio. 4. numero 1. Tabiena, verbo, suspensio. §. vndecimo. Aretinus, & Felin. in dicto capit. 2. de solutio. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 162. vers. septimo dico. Henriquez libro 13. de excommunic. & suspen. capit. 35. §. 2. Et à quacunque suspensione absoluere potest Episcopus: absoluere etiam possunt confessarij præsentati ordinum Mendicantium ex Barth. Medina, vbi suprà, & consequenter alij, qui gaudent priuilegijs eorum. Vbi obseruandum est hoc habere locum, nisi Papa, vel iur reseruasset hanc absolutionem Sedi Apostolicæ; tunc enim à nullo alio absolui potest; quando autem non est reseruata, tunc eo ipso videtur concessa, sicut de excommunicatione expresse statutum est in capit. nuper, de sentent. excommunic. Quæ sententia apertè probari videtur ex cap. ex litteris. de constitut. vbi expresse habetur pœnam simpliciter inflictam propter contumaciam tam à iure, quam ab homine, si non exprimatur, quod sit perpetua, esse temporalem; vnde non debet vlterius durare, quam quousque a contumacia cessetur. Ratio etiam id postulat: quandoquidem pœna propter contumaciam inflicta per se primo, & præcipuè respicit cessationem ipsius contumaciæ, & ad illam ordinatur, ergo postquam quis a contumacia discesserit, a pœna illa liberari debet; & hoc ipsum tenent Vincen. Hugo Goffred. Inn. Bern. & Io. & Host. ex S. Anto. vbi supra. Idem iudicium faciendum est, quādo Constitutionem Synoda-
13 lem inferioris continentem pœnam propter contumaciam Papa approbauit, aut cōfirmauit, ex S. Ant. Sylu. Nauar. Henriquez Philiarcho, & alijs, arg. c. ex frequentibus, de instit. Ratio est, quia non plus operatur confirmatio constitutionis inferioris per superiorem facta, quam ipsius superioris constitutio, vnde, cum hæc ita cessat, & illa etiam cessare debet, & ab ista, sicut ab illa Episcopus dummodo absolutio alteri reseruata non fuerit, absoluere poterit.

14 Quarto, de suspensione in iure simpliciter lata propter delictum maior est inter authores difficultas; in qua re.

Prima sententia est Panorm. in cap. tam litteris, nu. 3. de testibus, & cap. 2. num. 5. de solution. & Nauar. in Man. cap. 17. num. 162. & Felin. in d. c. tam litteris, &

in cap.

in capit. nuper, de sentent. excommunicatio. qui omnes cum Angelica, in verbo, suspensio, 4. num. 1. Syluestro verbo, Suspensio, quæst. 8. versic. tertium. Cosmo Philiarcho lib. 4. de offic. Sacerd. capit. 1. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 1. & Tabiena, verbo, suspensio, §. vndecimo, docent hanc suspensionem non posse per Episcopum tolli, sed per solum Summum Pontificem vbi etiam Nauarrus addit hoc ipsum à Panormit. vbi supra, efficaciter esse probatum. Probat autem hoc Panorm. locis cit. quia pœna suspensionis simpliciter apposita propter delictum intelligitur esse perpetua, vt in l. seruus, C. de pœnis, vbi pœna carceris simpliciter lata dicitur debere durare in perpetuum. Cum igitur hæ sententiæ eandem vim habeant, sunt tales, ac si in perpetuum latæ fuissent. Vnde certum est secundum istos nullum posse ab his sententijs absoluere, nisi qui potestatem habet supra ius; siquidem pęnam iuris perpetuam relaxare, est in iure dispensare, in quo solus Papa dispensare valet. Quod si obijcias ca. nuper, de sentent. excommunicat. vbi statuitur de excommunicatione, quod hoc ipso quod conditor canonis non sibi reseruat absolutionem, eam concedere videtur alijs: ergo pari ratione de suspensione dicendum est. Respondet Panorm. locis cit. d. capit. nuper, solum habere locum in excommunicatione, non autem in suspensione, quia excommunicatio non est pœna, sed medicina, nec est perpetua, sed fertur quodammodo sub conditione tacita, donec fecerit, Vndè, inquit, Episcopus eam relaxando cum satisfactione nihil noui facit contra ius, sed potius ius commune exequitur, quia ius non vult eum manere in excommunicatione, quando satisfecerit; in suspensione verò aliter se res habet, quia suspensio est pœna, quę simpliciter lata intelligitur perpetua, ideoque si Episcopus tentaret absoluere, faceret contra ius commune, dum remittere vellet pœnam auctoritate iuris inflictam; non potest autem inferior tollere pœnam impositam per superiorem, argum. capit. si quem pœnituerit, §. notandum, 2. quæst. 3. Hanc eandem Panormitani sententiam amplexatus est Hugol. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 4. §. 1. num. 1. versic. prima igitur regula, vbi ait hanc sententiam non solum veram esse vbi suspensio iure communi lata est, sed etiam vbi synodali aliqua, seu diœcesana constituta sit ob aliquod delictum. Quare qui in suspensionem incidit latam per statutum Episcopi Arimini, ab Episcopo suo Imolæ absolui non posset. Eandem etiam sententiam veram esse putat Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. capit. 35. §. x. in suspensione, quæ fertur à iure in pœnam præteriti delicti adulterio grauioris, tunc enim Episcopum ab ea suspensione absoluere non posse putat, sicut nec in huiusmodi delictis adulterio maioribus dispensare valet, argumen. capit. at si Clerici, §. de adulterijs, de iudic. si tamen delictum sit adulterium, aut minus adulterio, etiam notorium, tunc suspensione ob huiusmodi delictum lata absoluet Episcopus, id quod etiam docuit Henriquez post Nauar. & Panorm. vbi suprà, qui etiam hanc distinctionem de suspẽsione ob delictum adulterio maius, vel minus lata adducunt.

Secunda sententia est gl. in Clem. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis, de hæret. & Innoc. in cap. 2. de solution. & fauent Felin. in d. cap. nuper, de sentent. excom. & in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordinar. Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. conclus. 11. Alphons. Viualdo in suo Candelabro aureo, tit. de suspens. nu. 180. dicentium suspensionem in pœnam impositam sine temporis præfinitione posse per Episcopum tolli, & relaxari, sicut & excommunicationem, dummodo eam Canonis conditor alteri non reseruauerit. Quam etiam sententiam ipsemet Panormit. in d. cap. tam litteris, numero 3. de testib. & in capit. 2. de solut. num. 5. concedit communiter à DD. esse approbatam. Et hæc opinio mihi videtur non solum probabilior, sed etiam simpliciter vera; Primo quidem, quia teste Panormit. communior est. Secundo, quia mitior, & benignior est. Tertio à simili de excommunicatione, omnis enim excommunicatio, quæ non est reseruata, ab Episcopo tolli potest, capit. nuper, de sentent. excommunicat. ergo etiam & suspensio. Quamuis enim ibi solum agitur de excommunicatione, ratio tamen, quæ in excommunicatione ibi redditur, etiam in suspensione locum habet, vt etiam fatetur Panorm. de suspensione lata ob contumaciam, ergo etiam & d. c. nuper, dispositio in suspensione quacumque locum habere debet, argumen. ca. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Quarto, quia iura aliquando expresse reseruant hanc censuram, & suspensionem Summo Pontifice, vt c. cum quidam, cap. litteras, c. dilectus, de temp. ordin. Aliquãdo autem iura non reseruant; sed dicendũ non est, quando reseruant, hanc reseruationem esse frustratoriam; sed quod verè in virtute illius reseruationis sententia hæc manet reseruata. Ergo non reseruando videntur eã alijs inferioribus concedere. Quinto, quia omnes fere suspensiones iuris, vt ex dictis constat, propter crimen
15 latæ sunt, & multæ simpliciter feruntur. Sexto, quia argumentum contrarium Panormitani meo iudicio nihil probat: nã pęnas iure simpliciter latas propter crimen esse perpetuas non aliundè probat, quam ex illa lege ciuili citata; quæ lex, etiamsi vniuersaliter loqueretur de pœnis, adhuc tamen locum non haberet in pœnis spiritualibus, quarum duratio ex iure canonico pendet, & non ex lege ciuili: sed nullo canone habetur expressum de pœnis spiritualibus, & pœnæ potius restringendæ, quam ampliandæ sunt, cap. odia. & capit. in pœnis, de regul. iur. libro sexto, Deinde lex illa ciuilis non loquitur vniuersaliter de omni pœna, sed de pœna carceris, neque loquitur de pœna in iure lata, sed de pœna lata per sententiam hominis, de qua ibi est sermo. Præterea non constat hunc esse sensum illius legis, quem putat Panorm. ibi enim solummodò sermo est de sententia pœnæ carceris lata sine temporis præfinitione; quã particulam (*Sine temporis præfinitione*) glossa ibidem ait in sententia fuisse expressam. Nec denique valet dictum illud Panormitani quo ait excommunicationem
16 non esse pœnam, sed medicinam; Quamuis enim verum sit esse medicinam, est tamen nihilominus pœna, & grauissima pęna, & ita est pœna, vt non esset medicina, si non esset pœna: ad eum modum, quo cultellus chirurgici in tantum medetur, in quantum secat, & pœna afficit. vnde solent communiter DD. excommunicationem vocare pœnam omnium grauissimam, quæ est in Ecclesia, sic S. Augustinus in lib. de corrept. & gratia, capit. 15. & refertur 24. quęst. 3. capit. corripiantur, & ibi glos. in verb. maior. & idem S. August. lib. 1. contra aduersar. legis, & prophet. capit. 17. & tract. 27. ad cap. 6. Ioan. & habetur 11. quęst. 3. capit. nihil. Sotus 4. dist. 22. quęst. 1. art. 1. vers. est ergo. Immo maximã pœnam esse tradit idemmet Panorm. in c. cum sit generale, nu. 9. de foro compet. & in c. olim inter, nu. 10. de restit. spoliat. & in cap. postulasti, numero 5. de Iudæis. & latius diximus lib. 1. de excommun. cap. 3. §. vndecimo. Immo vero comparando pœnas istas spirituales Ecclesiasticas pœnis temporalibus, & sæcularibus dicunt excommunicationem comparari deportationi, vt Bart.
17 in l. 2. de publ. iudic. Et denique suspensio & pœna, & medicina est, sicut & interdictum; vnde omnes istæ vocantur pœnæ spirituales, quia nimirum ordinatæ sunt ad salutem spiritualem siue illius, qui innodatur, siue aliorum; & etiam neruus Ecclesiasticæ disciplinæ appellantur, capit. cum inter, de consuetud. & Clem. 1. de sentent. excommunic. & Conc. Trid. sess. 25. capit. 3. de reform. eo quod homines maximè in officio continent,

& totam disciplinam Ecclesiasticam in viridi obseruatione conseruant.

18 Quinto, De suspensionibus in iure latis in perpetuum, vel sine spe veniæ, & huiusmodi modis, qualis est illa, quæ habetur in cap. 1. §. fin. de elect. libro sexto, & illa, quę habetur in capitulo primo, de tempor. ordinat. libro sexto, & aliæ similes, certum est Episcopum non posse ab illis absoluere, nisi in casibus statim dicendis; & ratio est: quia cum iura velint hanc pœnam esse perpetuam, tolli non potest hæc perpetuitas illi, nisi per dispensationem in ipso iure, in iure autem solus Papa dispensare valet.

19 Sexto, Post Concilium Tridentinum in sessione 14. de reform. capit. 6. potest Episcopus sibi subditos in sua Diœcesi absoluere in foro interiori ab omni prorsus suspensione iuris, quantumcumque reseruata Sedi Apostolicæ, & consequenter etiam sit lata in perpetuum, dummodo crimen sit occultum, & res non sit deducta ad forum contentiosum, & dummodo etiam non descẽdat ex homicidio voluntario. Quod idem etiam conceditur Vicarijs Generalibus ipsorum Episcoporum; immo verò Congregatio Cardin. censuit ab Episcopo posse non tantum Vicario Generali, sed etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato, committi absolutionem dicti capit. sexti: si autem procedat ex delicto non occulto, seruandum est ius commune, ex Henriquez lib. 13. de excom. & susp. cap. 35. §. 3. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 4. c. 4. §. 1. num. 1.

20 Circa hanc autem Concilij constitutionem tria præcipue obseruanda sunt?

Primum est non esse mentem Concilij vllo modo restringere veterem Episcoporum auctoritatem, sed solum illam ampliare, vnde à quibuscumque suspensionibus poterant Episcopi ante Concilium absoluere in foro exteriori, ab ijsdem etiã & iam possunt, & à quibus nullo modo antea absoluere poterant, ab illis modo possunt tantum in foro interiori.

Secundum est, Duo illa verba Concilij (*Ex delicto occulto*) & (*Nondum deducta ad forum contentiosum*) non

21 idem significare. Non occultum vocatur crimen, quod non est notorium, etiam si ab vno, vel altero scitur; quia verò ab vno, vel altero scitur, deduci potest ad forum contentiosum, ideo quamuis sit occultum, potest tamen esse deductum ad forum contentiosum. Dedu-

22 ctum autem ad forum contentiosum dicitur esse crimen, quod ad iudicem delatum est; & valde probabile est, præter hoc requiri etiam, vt sit intimatum parti, quia sæpe crimina multa deferuntur ad iudicem, quæ tamen per multum temporis postea à Iudice non intimantur parti vel propter defectum testium, vel propter aliam causam; vnde colligo, quod quamuis Episcopus non debeat absoluere eum, cuius crimen ad se, vel ad suum forum delatum est, sed expectare, si fortè probetur: si tamen post aliquod tempus viderit actorem non progredi in probatione, existimo Episcopum posse in foro interiori absoluere.

23 Tertium est magis dubium, An scilicet eo ipso, quod crimen semel deductum est ad forum contentiosum etiam cum citatione partis, & eius depositione Episcopus perdat facultatem omninò absoluendi postea ab illa censura? In qua te probabiliter omnino dicendum esse puto, si posteaquam crimen est deductum ad forum contentiosum, reos vel confiteatur in iudicio, vel de illo conuincatur, vel etiam per sententiam damnetur, non posse Episcopum amplius absoluere à censura Papali incursa propter illud crimen: sin autem reus ita benè se defendat, vt liberetur per sententiam, & declaretur innocens, puto simpliciter Episcopum tunc absoluere posse: quia hæc deductio ad forum contentiosum ita est per sententiam finita, vt non sit amplius in iudicium deducenda, & ita est finita, vt reus nullum detrimentum passus sit in fama sua, vnde taliter manet crimen occultum, sicut antea fuit, vt latius lib. 7. cap. 7. numero 12. dicemus.

24 Septimo, a suspensione hominis nullus omnino absoluere potest, sicut neque ab alijs censuris ab homine latis ordinariè & licitè, nisi ille ipse, qui tulit sententiã, aut successor eius in dignitate, hic enim reputatur eadẽ persona. Palud. 4. distin. 18. quæst. 7. artic. 3. conclusio. 1. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. in fine, & Summa Astensis, par. 2. lib. 7. titu. 16. articu. 9. Angelica, verbo, suspensio, 4. num. 1. Syluest. verbo, suspẽsio, §. 8. Tabiena, verbo eod. §. vndecimo. Armilla, verbo eod. num. 22. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 162. Henriquez lib. 13. de excommu. & suspẽsio. ca. 35. §. 2. Hugol. de censur. Ecclesia. tab. 4. cap. 2. Cosmus Philiarchus lib. 4. de officio Sacerdot. parte 1. capi. 1. Gregorius de Valentia tom. 7. disputat. 7. quæst. 18. puncto 1. & Toletus lib. 1. capitulo 16. Superior etiam, vt præfati authores testantur absoluere potest, quod verum est in rigore loquendo, communiter tamen non debet absoluere suspensum a suo inferiori, nisi de illius conscientia, qui tulit sententiam, vt colligitur ex capit. cum ab Ecclesiarum, & ibi glo. in verbo, neo relaxes. de officio ordin. Communiter enim superior remittere de-

25 bet reum absoluendum ad ipsum eundem Iudicem, qui tulit sententiam, cap. ad reprimendam, de offic. ordina. Quod si superior aliter aliquem absoluat, quamuis absolutio teneat, ex glos. in d. cap. cum ab Ecclesiarum, in verbo, non relaxes, & communi DD. sententia, communiter tamen sic absoluendo peccat. Excipio solum Summum Pontificem, qui tanquam supremus Pastor, & Princeps totius Ecclesiæ simpliciter irrequisito inferiore, ex plenitudine potestatis absoluere potest, quamuis non soleat hoc facere, & laudabile sit, & ecclesiæ vtile id non facere.

26 Sunt tamen duo casus, in quibus superior sententiam inferioris licitè relaxare possit; vnus est, quando inferior sententiam tulit sine solemnitate requisita in capitulo cum medicinalis, de sentent. excommunicationis, libro sexto, tunc enim si reus ad Iudicem superiorem recurrit, statim potest, & debet ab illo absolui.

Secundus est, quando interposita appellatione à sententia Iudicis inferioris ad superiorem, appellationis Iudex remittit reum ad Iudicem qui tulit sententiam, vt ab illo absoluatur, tunc enim si ille qui sententiam tulit, absoluere recusat, potest Iudex appellationis illum statim absoluere iuxta ea, quæ habentur in capit. ad reprimendam, de offic. ordinat. & capit. per tuas, de sentent. excommunicat. in antiq. & in capit. venerabilibus, §. porro, & §. fin. eod. tit. libro sexto. & Panormit. in capitul. cum ab excommunicatio, numero 14 de rescript. in absoluendo autem rationem hanc superior obseruare debet; si enim manifesto constet sententiam iniustam fuisse, simpliciter, & statim absoluere debet, ob id citat. capit. venerabilib. & citat. capit. ad reprimendam. Sio vero iuste censura hac innodatum fuisse constiterit, debet illi sub iuramento præcipere, vt suo iudici competenti satisfaciat, & sic eum absoluat, vt in d. capit. ad reprimendam, præcipitur; Quod si nullam fuisse manifesto constet, nullam esse statim declarabit, argumen. capit. venerabilibus, de sentent. excommun. §. sane si certum est, libro 6. si vero dubitetur; vel statim præstita cautione ad cautelam absoluat, vt habetur in d. c. venerabilibus, §. sed si ex causa, & §. potest quoque & c. solet. eod. tit. lib. 6. & in c. per tuas, de sent. excommunicat. in antiq. vel prius, an nulla sit censura, nec ne, cognoscat, & tunc vt causa postulabit, post eius cognitionem aut nullam declaret, aut eum absoluat, vt habetur in capit. cum contingat, de offic. delegat. & Denique vbi manifesto constat sententiam valere, tunc ad

Iudicem

Iudicem, a quo sententia lata fuit, absoluendum remittat, vt habetur in d. capit. venerabilibus, §. sane si certum est, quamuis & ab ipso absolutio tributa valeat, ex glos. ibi, in verbo, nec debet, ob vers. vbi autem superiori, in d. §. sane, & fauet glo. in cap. cum ab Ecclesiarum, in verbo, non relaxes, de offic. ordin. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 4. §. 2. num. 5. eo quod per appellationem ei iurisdictio tributa sit, & ad eum causa transfertur, arg. c. Romana, §. si vero vocatus, & c. non solum, & c. si a iudice, de appel. lib. 6. & Panormit. in d. cap. ad reprimendam, num. 9. de offic. ord. & in c. pastoralis, §. verum, nu. 2. de app. Quis autem superior dicendus sit, & appellationis Iudex, abundè satis in lib. 2. de excomm. exposuimus, vbi de causa efficienti absolutionis ab excommunicatione disseruimus; quæ enim ibi de excommunicatione dicta sunt, etiam de absolutione suspensionis intelligenda sunt.

Dixi, *Ordinarie*, quia, vt Toletus libro 1. instru. Sacerd. cap. 16. notat, si suspensio reseruata non sit, etiam si ab homine sit, poterit Episcopus, vel eius vicem gerens absoluere, siue talis sit inflicta propter contumaciam, siue propter pœnam. Id quod mihi etiam non solum probabile, sed etiam verum videtur in sententia generali hominis, secundum ea, quæ lib. 2. c. 19. nu. 5. & c. 20. nume. 2. de sententia generali excommunicationis ab homine latæ diximus.

27 Octauo, Summistæ notant tres casus, in quibus suspensus restitui, & absolui non potest à suo suspensore, sed necessario indiget auctoritate Summi Pontificis; quos casus ponunt Angelus, in verbo, suspensio, 4. numero 3. Syluester verbo, suspensio, quæst. 8. in fin. Alphons. Viuald. tit. de suspensione. nu. 181. Tabiena, verbo, suspensio, vers. duodecimo. Henriquez libro 13. de excomm. & suspens. §. 2.

Primus est, si Clerici, vel Regulares propter exhibitionem Sacramentorum hæreticis denunciatis, aut propter receptionem eleemosynarum, vel oblationum ab eis, vel propter traditionem Ecclesiasticæ sepulturæ ab Ordinarijs eorum priuati sint officio, sic priuati non ab Episcopo priuante, sed a solo Papa restitui possunt, vt habetur in capit. excommunicamus, 1. §. credentes de hæreticis. At certe, vt recte notat Nauar. in Man. capit. 27. numero 162. hic casus non loquitur de suspensis ab officio, sed de depositis. Vt autem notat Bern. Diaz in sua Praxi canon. crimin. cap. 107. Clericis Regularibus in his delinquentibus adiungitur alia pœna, videlicet, vt sua priuilegia sibi non obseruentur in illa diœcesi, in qua talia præsumpserint perpetrare. Quod tamen intelligi debet de illis solis, qui delinquunt, non de tota Religione, secundum Anton. ibi, quem refert ac sequitur Anan. ibi.

Secundus est, si quis a proprio Episcopo esset degradatus, c. ex tua, de cler. non resid. Sed hic casus, vt etiam aduertit Nauar. vbi supra, cum de degradato loquatur, non pertinet ad suspensionem, vt patet.

Tertius est, qui vere pertinet ad suspensionem; quando aliquis existens culpabilis in collatione beneficiorum conferendo illa indignis vita, moribus, & doctrina, & semel, ac iterum monitus a Concilio Prouinciali adhuc post secundam monitionem inuentus fuerit culpabilis, & ideo ab ipso Concilio suspensus sit a collatione beneficiorum, talis restitui non potest auctoritati conferendi beneficia, nisi per Papam, aut proprium Patriarcham, capit. graue nimis, de præben. Quo loco nomine Patriarchæ intelliguntur quatuor illi antiquissimi Patriarchæ, vt ibi dicitur; Vnde res valde dubia est, an hoc habeat locum in alijs Patriarchis nouiter, & postea constitutis; & probabile est, cum sit fauor, extendi posse ad alios, cum illi etiam vere sint Patriarchæ, & integram potestatem Patriarchalem habeant. Quibus addo, hoc etiam locum habere, etiamsi Episcopus ipse à Concilio esset suspensus; Si vero Metropolitanus in hoc delinqueret, non debet per Concilium Prouinciale suspendi, sed solum denunciari superiori, scilicet Summo Pontifici, aut Patriarchæ vt in d. ca. graue. ver. Metropolitani vero delictum habetur.

28 Nono, Magister Generalis ordinis Prædicatorum, & singuli Priores, tum Prouinciales, tum Conuentuales, & eorum Vicarij, in locis, & conuentibus sibi subiectis, fratribus sibi subditis, necnon & alijs fratribus eiusdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunque, impartiri possunt beneficium absolutionis a suspensione, excommunicatione, vel interdicto, quas sententias incurrissent in ipso ordine, vel ante ingressum eius, immo etiam & alijs laicis, qui ipsum ordinem velint ingredi, nisi adeo esset excessus enormis, vt merito esset Sedes Apostolica consulenda, vt testantur S. Anton. 3. par. titu. 28. de suspens. cap. 4. prope finem, & Tabiena, verbo, suspensio, numero 14. ver. decimo tertio. Quod priuilegium illis concessum fuit per Bonifac. & Alexand. Romanos Pontifices, vt habetur in quodam priuilegio, quod incip. Virtute. Item prædicti prælati dispensationem obtinere possunt a suis concessoribus super suspensione, & irregularitate, quam contraxissent ex eo, quod sententias suspensionis, & interdicti sine scriptis ex incautela protulissent, ex S. Anton. & Tabiena, vbi supra, vt habetur in priuilegio, quod incip. Exigentibus, a Clemente Papa concesse.

29 Decimo, in absolutione suspensionis, sæpe exigendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, iuxta formam Ecclesiæ consuetam, vt habetur in capit. super eo. 2. & cap. venerabili, de sentent. excommunic. ex quibus solis canonibus, vt notat ibi Panorm. post Ioan. Andr. quem citat, colligitur in absolutione suspensionis requiri iuramentum.

30 Forma autem Ecclesiæ consueta illa est quæ habetur in capitu. ex tenore, de sentent. excommunic. & duo continet, vnum est, quod iurare debet ille, qui absoluendus est, parere mandato Ecclesiæ, vel mandato ipsius absoluentis, vel mandato superioris, ad quem mittitur.

Secundum continet mandatum, quod iniungendum est illi, qui absoluitur, quod mandatum est multiplex:

31 Primo enim in virtute iuramenti præstiti iniungendum est illi, ne de cetero audeat committere illud ipsum crimen. Secundo, quando crimen, propter quod incursa est suspensio, vel alia censura, concernit tertiam personam, est etiam ei iniungendum, vt parti offensæ satisfaciat, vt habetur in capit. porro. & capit. parochianos. de sentent. excommunic. Tertio ex vi eiusdem iuramenti potest, & communiter debet eidem iniungi aliqua moderata, & rationabilis pœna, vt ex ea discat non facilis esse in delinquendo, vt colligitur ex capit. ex tenore, & capit. grauem. de sentent. excommunicat. & obseruat communis praxis Ecclesiæ. Hoc autem præcipue locum habet, quando crimen, propter quod incursa est censura, publicum, & notorium est. Cum enim huiusmodi peccata offendant, & scandalizent Ecclesiam, necessum est, vt aliqua satisfactio eidem Ecclesiæ fiat. Quibus addo, quod quando quis ante absolutionem hæc omnia præstare posset, tunc opus non est iuramento vllo; si enim hæc omnia præstet antequam absoluatur, non est, quod iuret, nisi forte iuret non amplius illud committere.

33 Vndecimo, forma absolutionis a suspensione, hæc communiter, vel non dissimilis ob id assignatur à Doctoribus; *Ego te absoluo a vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni tuorum ordinum vel officiorum*, & si suspensio erat ab aliquo determinato ordine, vel officio, dicendum erit, *restituo te*

tuo te executioni talis ordinis, vel officij, sin autem quis a beneficio suspensus sit, etsi DD. nihil dicant de absolutione ab hac suspensione; hæc tamen commodè adhiberi poterit, vt notat Hugol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 16. *Absoluo te a vinculo suspensionis, in quam incurristi ob talem causam, & restituo te ad tuum beneficium*. Et postremo addenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, dicendo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hanc formam expresse ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. prope finem. Syluest. verbo, absolutio. 6. numero 2. & verb. suspensio. quæst. 8. ver. secundum, Tabiena, verbo, absolutio 3. nu. 12. Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 161. versi. sexto dico. Hugolin. cit. & Toletus, lib. 1. cap. 16. vbi Nauarr. addit, quod si suspensio dubia sit, dicendum erit, *si teneris aliquo vinculo Suspensionis, a quo te possum absoluere, absoluo te*.

34 Vbi tamen obseruandum est, quod licet hæc forma communiter tradatur a DD. ea tamen non est necessaria, neque vlla alia forma determinata cum certis aliquibus verbis, sed satis erit quæcunque verba proferre, dummodo tamen exprimatur actus absolutionis, idest, dummodo Iudex significet absoluere illum a suspensione, vt si dicatur, soluo te, remoueo, reuoco suspẽsionem tuam, remitto, aut tollo tibi suspensionem tuam, ex S. Anton. Syluestro, & Tabiena, locis proxime citatis, & Tabiena, in verbo, Suspensio, num. 12. ver. vndecimo. Angelica, verbo, Suspensio, 4. num. 2. & Hugolin. cit. §. 1. Immo verò etiamsi reo suspenso expresse petenti absolutionem a sua suspensione, Iudex responderet, *Absoluo te*, intelligendum est absolutum esse a suspensione. Nec minus puto absolutum fore, si reo sic suspenso, & absolutionem a suspensione petenti Iudex responderet, *fiat quod petis*. Idem, si Iudex præsertim persona insignis, nihil responderet, sed solum illi sic petenti absolutionem a suspensione, *manu benedictionem impartiretur*. Quibus addo, quotiescunque habemus aliquod externum signum, quo vel exprimatur, vel insinuetur quoquo modo absolutio, iudicandum erit in fauorem ipsius suspensi, vt intelligatur absolutus. Et ratio est: quia absolutio a suspensione, & ab alijs censuris non est Sacramentalis, & consequenter non indiget ex natura sua, & intrinsece aliquo verbo.

35 Notandum tamen est, quamuis hoc, quod hactenus diximus, verum in rigore sit, non tamen debent facile iudices quacunque forma verborum vti pro suo beneplacito, quin saltem explicent se absoluere ab hac suspensione, vel illa, & hoc primo, quia id postulat communis praxis iudiciorum, & Ecclesia communiter formam supradictam obseruat: Secundo, quia aliàs sæpe magnæ quæstiones, & contentiones, nascerentur super valore ipsius absolutionis. Tertio autem eam ob causam exprimenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, vt homines cum reuerentia, & honore accipiant absolutionem, & censuras, & Prælatos Ecclesiæ reuereri assuescant.

36 Duodecimo, Absolutio suspensionis aliquando concedi solet ad cautelam, sicut & absolutio excommunicationis, ex Aneharano in cap. solet, nu. 5. versi. ad quartum & Gemin. ibi. §. in Secunda, num. 11. versic. ecd. & Philippo Franco ibi, vers. quarto, & communi sententia DD. vt enim hoc habetur de excommunicatione, capit. Solet. & in cap. venerabilibus. de senten. excommunic. lib. 6. & in cap. per tuas. tit. eod. in antiq. ita etiam idem de suspensione colligitur ex cap. venerabili. de sent. excommun. & ex cap. Apostolicæ. de except. & latius tradit Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 22. §. 1. num. 9. Quod si petas, quidnam operetur absolutio ad caute-

37 lam in suspenso; non enim videtur operari posse illum effectum, quem operari posset ad excommunicatum? Respondeo absolutionem ad cautelam duo præcipue operari; Vnum est, quod tollit censuram, & facit, vt homo legitime in iudicio agere possit; & ratione huius effectus necessaria est in excommunicato, non autem suspenso: quia excommunicatus eum sit priuatus communione aliorum, non potest agere in iudicio, neque Iudex illum audire valet. Secundum est, quod absolutio hæc operari potest hoc, vt homo possit exercere sua officia, vel etiam iurisdictionem, vel actus ordinum, si ab eis erat suspensus; vnde existente lite super valore suspensionis, vel eius nullitate, non debet vllo modo sese illis ingerere, ne, si censura postea declaretur valida, vel Irregularis inueniatur, si suspensio erat ab ordine, vel reus violatæ suspensionis; ideo si sine periculo officia sua, vt prius exercere velit, absolutionem ad cautelam prius quærere debet.

APPENDIX HVIVS CAPITIS, & totius Libri.

CVm frequens mentio tum in libro hoc, maxime ca. 12. num. 25. & deinceps, cap. 14. nu. 30. & cap. 16. num. 11. tum etiam lib. 6. cap. 12. nume. 9. & lib. 7. cap. 10. num. 29. 36. 38. & 40. facta sit Constitutionis cuiusdam Clementis Papæ VIII. qua rigorem alterius Bullę Sixti V. moderatur, ad meliorem eorum omnium, quæ in præcedentibus, & sequentibus habentur notitiam, & intelligentiam, necessarium visum est vtriusque Constitutionis verba in fine libri huius inserere, prout in hac vltima Clementis VIII. Constitutione continentur. Titulus autem & tenor est huiusmodi.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Constitutio Moderatoria Bullæ fel. rec. SIXTI PAPAE V. contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.



OMANVM Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter cõspicit expedire. Aliàs sane emanarunt literę fel. rec. Sixti Papę V. prędecessoris nostri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infrascripti, videlicet, Sixtus Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sãctum, & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Saluatore nostro Iesu Christo institutum, Beatisque Apostolis, & eorum legitimis successoribus singulari Diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, salutemque animarum sanctè, ac religiosè administrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa sanctorum Patrum prouidentia circa ordinandorum natales, ętatem, vitæ, ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per Sacros Canones, vel Apostolicas cõstitutiones, aut generalium Conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolate obseruentur. Nam si in veteri testamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & ministrorum altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiã Prophetam: Labia Sacerdotis custodient scientiam & legẽ requirent ex ore eius, quia Angelus Dñi exercituum est; certe multo maior ratio, & diligẽtia adhibenda erit in promouendis tam in feriorum graduum Clericis, quam etiã presbyteris, qui ad consummationẽ Sanctorum, in opus ministerij, in ędificatione Corporis Christi constituuntur; prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul Sanctorũ Patrum statutis sæpissime traditũ est. Quare nos pro ea, quæ nobis a Domino iniuncta est cunctarũ Ecclesiarum, cura, & solicitudine, ipsos Pastores, & Præsules Ecclesiarũ, quorum propriũ munus est personas idoneas Clericali militiæ ascribere, & ad minores, maioresq; ordines ritè promouere, auctoritate nostra duximus admonẽdos, vt in exequẽdo hac in parte suo Pastorali officio attẽtius posthac inuigilẽt: Canonicas sanctiones, vt par est, obseruẽt: ac vt nemini detur offensionis occasio, neue eorũ ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ de vitiosa, & minus Canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum

Cum enim multi, etiam interdũ inhabiles & indigni, nõ vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanę dolis decepti prætextu deuotionis, & pietatis rem quidem sacrã, & diuinum munus, intempestiue tamen, & inordinatè affectãtes, seu temporale aliquod commodum, aut lucrũ sibi proponentes, vel nimia simplicitate, & imperitia, malitiaue, aut fraude ad suscipiẽdum Clericalem characterẽ, aliosque ordines ante ætatem legitimã, vel à non suo Episcopo, aut non præuio debito examine, & approbatione, siue aliàs minus rite, vel etiam temere se ingerant: debẽt sane Episcopi paterna charitate, & prudentia eorum saluti, qui sæpe nesciunt, quid petant, melius etiã, quam ipsimet postulant, & salubrius cõsulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat considerare; summa verò diligentia prouidere, tum in alienæ diœcesis subditis ordinandis, ne quemquam promoueant sine eorũ Ordinarij litteris dimissorijs, tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falsò, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habet, confectę sint, tum deniq; in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ, vel alienæ diœcesis personis ad Clericalem honorem, & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum, quæ ex pręscripto sacrorum Canonum requiruntur.

Vt igitur Pręsules Ecclesiarum intelligant, si in rerã graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, se nõ modo in tremendo Dei iudicio, verum in hoc quoque sęculo Rom. Põtifici suæ villicationis rationem fore reddituros; præsenti constitutione perpetuo statuimus, & ordinamus, vt si in posterũ Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primiriali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primam tonsurã minoresq; ordines suis subditis cõferendos à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcunq; sęcularem, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularẽ ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui Ordinarij litteris, aut per saltũ, vel furtiuè, aut quoad sæculares sine titulo sufficiẽtis beneficij, vel patrimonij, aut ante ętatem per sacri generalis Tridentini Cõcilij decreta primæ tonsuræ, aut cuisque ordini pręscriptã, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus, ad plures Ordines Sacros, vel post vnũ ordinem susceptum sine causa rationabili, antequam tempus ab eodẽ Conc. Tridẽtino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico Clericali charactere non legitime insigniuerit, aut ad ordines minores, vel Sacros, vt præfertur, vel aliàs male promouerit; siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligẽtia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorãtia eum excuset, vt, in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumcunq; ordinũ, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Põtificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesię interdictus existat, alijsque grauioribus pœnis nostro, & pro tempore existentis Roman. Pont. arbitrio puniatur.

Quo si spreta huiusmodi suspẽsione, & interdicto in præmissis se temere ingesserit, etiã a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum per eũ in titulũ, vel commendam, seu aliàs obtentorũ suspẽsionem, eo ipso incurrat, eius-

que interdicti, aut suspensionis relaxationem aut pęnarum remissionem ab alio, quam a Roman. Pontif. pro tempore existente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij II. & aliorum Rom. Pont. nostrorũ prędecessorũ, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulas cõtra huiusmodi Clericos male promotos diuersas pœnas inflixerunt, vestigijs inhærentes eosdẽ Clericos post hac male promotos ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorũ, & ab omni spe, & facultate ascendẽdi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus; & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos omnibus, & quibuscunq; per eos in titulum, commendã, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis cũ cura, & sine cura, quomodocunque qualificatis, sæcularibus, vel cuiusuis ordinis, aut militię regularibus; ac etiam si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua, & passiua voce ipso facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterũ obtinẽda in perpetuũ inhabiles, & incapaces esse decernimus, & declaramus dignitatũ, officiorũ, & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium dispositionem nobis, & Apostolicę Sedi perpetuo reseruantes.

Vt autẽ homines, qui nimia indulgẽtia, & spe impunitatis, ac veniæ facilitate hactenus fuerũt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata, & præclusa ab his abstineant, & caueant in futurum, tã absoluendi, quam dispensandi facultatẽ in casibus superius expressis etiã in foro conscientiæ nobis, & successoribus nostris duntaxat auctoritate, & tenore premissis perpetuo reseruamus; Inhibentes ne a quoquã sæculari, vel cuiusuis ordinis regulari Presbytero, vel Prelato quauis auctoritate fungente, nec per quęcũque Iubilæa, & Indulgentias etiam plenissimas, & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmetipsos, vel successores nostros, anno Iubilæi, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ Sanctę, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, motu proprio & consistorialiter, seu ad quorumcunq; Principum, Regũ, aut Imperatoris instantiam, eorumque cõtemplatione, & intuitu, cum quibusuis amplissimis in genere, vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnũ, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum, quibusuis ordinibus, cõgregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis, per decreta Concilij Tridentini, aut officio sacrę Pęnitentiarię Apostolicę, vel minoribus, aut etiã Maiori, Pęnitentiarijs nostris, & Rom. Pont. pro tempore existentis, vel aliàs quomodolibet pro tempore concessorum, personæ, sic vt pręfertur, delinquentes, tam scilicet Antistes, seu Abbates promouẽtes, quã Clerici male insigniti, seu ordinati a reatibus, & excessibus pręfatis absolui, prȩterquam in mortis articulo possint, aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enimuero, quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibẽda remedia; & iuxta personarum, locorũ, ac temporum qualitates leges sunt immutãdę, pęnæq; aggrauandæ, & emolliendę; cũ huiusmodi peccatum Satana suggerente, hominumque fragilitate assentiente, videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse: Ideo, vt homines saltẽ pęnæ timore, proprij honoris cõfusione a peccato deterreantur, nouũ huic

huic veneno antidotum cogimur prępa rare. Ac propterea volumus, vt qui abso lutionem, & dispẽsationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictũ adhuc occultum extiterit, non per officiũ Sacrę Pęnitentiariæ, sed à nobis, & pro tempo re existente Rom. Pontifice in vtroq; fo ro absolutionẽ petere teneãtur: alioquin ipsæ cõcessiones, & absolutiones, etiã cũ clausula, quòd pręsentis cõstitutionis te nor, & alia prędicta habeãtur pro expres sis, prorsus nullæ, irritæ, & inualidæ exi stant, ac nemini penitus suffragentur.

Ceterum si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidẽ cunctis pręmissis, & cęte ris omnibus, quę in ipsius tonsuræ, & or dinũ collatione obseruari debent, perso nas habiles, & idoneas, sed tamẽ recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordinet con ferer, pecunia, pretio, vel præmio simo niace in futurũ insigniuerit, vel promo uerit; volumus, vt præter alias cẽsuras, & pęnas contra simoniace ordinãtes, & or dinatos a sacris canonibus, & constitu tionibus Apostolicis aliàs inflictas, & ir rogatas, quibus nequaquã derogare in tendimus, etiã omnia, & singula supra dicta in sic promouentibus, & promo tis locũ habeant: Decernentes præsentes litteras sub quibusuis concessionibus, fa cultatibus, & gratijs etiã in casibus qui buscunque Sedi Apostolicæ quomodo libet, etiã in Bulla Cęnę Domini reserua tis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij; vel Cruciatæ sanctę absoluendi faculta tem quibusuis personis generaliter, vel specialiter tribuẽtibus minime compre hendi: sed semper ab illis exceptas esse, & censeri: sicque in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunque Iudices, & Cõ missarios, etiã causarum Palatij Aposto lici Auditores, & S. R. E. Cardinales su blata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & de finiri debere, ac irritũ, & inane, quicquid secus super his à quoquã quauis aucto ritate, scienter, vel ignoranter contige rit attentari. Non obstantibus constitu tionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Cõcilijs etiã generalibus editis, ce terisque contrarijs quibuscunque. Vt au tem præsentes litteræ omnibus innote scant, mãdamus illas ad Valuas S. Ioan nis Lateranens & Principis Apostolorũ de Vrbe Basilicarũ, & in acie Campi Flo ræ affigi, & publicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui vero extra eã, & citra Montes, intra quatuor menses, qui demũ vltra Montes erũt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computãdos perinde afficere, & arctare, ac si eorũ cuique personaliter intimatæ fuissent, ac earundẽ præsentium littera rum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo per sonæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutę obsignatis, eandem fidẽ in iudicio, & ex tra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel osten sę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinatio nis, declarationum, priuationis, reserua tionum, inhibitionis, voluntatũ, decre torum, & mandati infringere, vel ei au su temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incur surum. Dat. Romę, apud S. Petrum An no Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus Nostri An no Quarto. Nos animaduertentes in di ctis litteris nihil fere, quo ad ea, quę in or dinum collatione seruanda sunt, dispo ni vltra id, quod in sacris Canonibus, & in Concilij Tridentini decretis, ac alio-

rum

rum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositũ fuit, sed diuersas pęnas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinũ collatione peccantes, & similiter contra Clericos tam sęculares, quam cuiusuis ordinis instituti, & militiæ regulares male promotos constitui, absolutionemque, & dispensatione Sedi Apostolicæ reseruati, & alias sicut in præfatis litteris continetur. Considerantesque tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines promouentur, sæpe censuris, & pęnis homini ob illarum multiplicitatem in eorum pernicieni animarum, varijs modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis, & Episcopis in conferendis hominis ordinibus nimis scrupulose procedere, multosque metu pęnarum, & censurarum pręfatarum ab ordinum collatione prorsus deterreri, adeo vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in pręmissis securitati, ac animarum saluti paterna charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione supradictas litteras ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis rec. mem. Pij Papę II. etiam pędecessoris nostri, quę incipit, Cum ex sacrorum ordinum. sub dat. videlicet Quintodecimo Kalen. Decembris, Pontificatus sui anno quarto, cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum sacri Tridentini Concilij restringimus, & reducimus, nec non cẽsuras, & pęnas in eisdem Sixti litteris contra quoscunque, præterquã contra Simoniace ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere (alijs etiam pęnis, & censuris per eosdem Canones, ac Constitutionem Pij II. Conciliumque Tridentinum iniunctis saluis, & firmis remanentibus) moderamur, & abolemus, Decernentes sic, & non aliter per quoscũque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs quibuscunque. Volumus, autem vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Pręlati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra illud habeatur, quę eisdem pręsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restrictionis, reductionis, moderationis, reuocationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalen. Martij Pontificatus nostri anno Quinto.

L. Card. Prodat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Quia

Quia vero quæ in hac Bulla Sixti V. contenta sunt superius exposita, & maxima ex parte reuocata, fuot per hanc nouam Clementis VIII. constitutionem, vt ex eiusdem tenore constat, solum in hoc loco annotare placuit hæc duo, quæ sequuntur; Quorum.

Primum est, quod licet omnia, quæ in præfata Bulla Sixti V. de male promotis Clericis, & Episcopis in ordinibus conferendis delinquentibus, continentur, excepto vno casu scilicet, simoniæ, tam in tonsuræ, aut ordinum collatione, quam in eorundem receptione commissæ ad terminos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis Pij Papæ II. quæ incipit, *Cum ex Sacrorum ordinum*. & ad dispositionem Decretorum Sacri Tridentini Concilij reducta sint, qui tamen in pœnas præfatę Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuerat, inciderint, a prædictis pœnis virtute huius posterioris Clementis VIII. constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem a Summo Pontifice petere, & obtinere tenetur, haud secus, ac si Bulla hæc Clementis VIII. edita non fuisset. Quamuis enim censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris contra sic delinquentes inflictas moderetur, & aboleat in futurum, antea tamen incursas neque tollit, neque earum absolutionem, aut dispensationem moderatur, vt ex ipsius Bullæ verbis manifestum est.

Secundum est, quod censuræ, & pœnæ omnes in præfatis Sixti V. litteris contra quoscunque simoniace ordinantes, & ordinatos inflictę non obstante hac Clementis VIII. constitutione in suo robore permanent; vnde, si quis Antistes, vel Abbas tonsuram, aut ordines conferrat personis alioquin habilibus, & idoneis, recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordines conferet pecunia, precio, vel premio Simoniace, a collatione quotumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus est. Et si sprcta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temere ingerat, etiam a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum obtentorum eo ipso suspensus est, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pœnarum remissionem a solo Pontifice pro tempore existente obtinere valet. Sic autem Simoniace scienter ordinatus ab executione ordinum susceptorum, & ab omni spe ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in eis ministrauerit, (etiam si Minores tantum sint, quod nouum est per hanc Sixti V. Bullam) fiunt irregulares, & a præfatis censuris absolui, aut ab irregularitatem propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, ab alio, quam a Papa dispensari nequit, immo nec Episcopus virtute Concilij Tridentini, aut Prelatus Regularis vigore, aut pretextu cuiuscunque priuilegij eum eo dispensare valet, vt ex dictę Bullę verbis manifeste colligitur. Deinde sic ordinati, & irregulares effecti, si Clerici sæculares sint, quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, & dignitatibus, & officijs obtentis; si vero Regulares sint, actiua etiam, & passiua voce ipso facto priuati sunt, & ad illa, ac alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles sunt, ac dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium dispositio Sedi Apostolicę perpetuo reseruatur. Quæ omnia ex verbis præfatæ Bullæ Sixti V. manifesta sunt. Quas autem pœnas alias sic simoniacè ordinati incorrunt, latius lib. 7. cap. 12. nu. 17. & seqq. ostendemus. Hæc interim de Bullæ vtriusque intelligentia, & suspensionis materia, nec non de toto hoc libro dicta sufficiant.

Finis Libri Quarti.

DE INTERDICTO ECCLESIASTICO.

Liber Quintus.

PRAELVDIVM.

Authores de Interdicto tractantes.



E Censura hac Interdicti, Theologi Scholastici sparsim tractare solent, siquidem de ea breuiter agunt Richard. 4. distin. 7. artic. 5. q. 1. Palud. 4. dist. 18. q. 8. Ioannes Bachonus. 4. dist. 11. q. vnica, artic. 4. Dominicus Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. Henriquez lib. 13. c. 41. & sequentib. Gregorius de Valentia tomo 4. Disput. 7. quæst. 18. puncto secundo. Canonistæ in varijs locis iuris. Summistæ, in verbo, Interdictum, vt Summa Pisanella, Angelica, Syluest. Tabiena, Summa Confessorum lib. 3. tit. 33. q. 219. & deinceps Astensis, lib. 7. tit. 16. S. Antoninus, 3. p. tit. 27. Caiet. in verbo, Interdicti violatio Bernardus Diaz in praxi Canonica, c. 121. Martin. Nauar. in Manuali, c. 27. a nu. 164. Couar. in c. alma mater par. 2. de sent. excom. lib. 6. & lib. 2. Variarum resolut. c. 8. num. 10. Bar. Medina, lib. 1. Instruct. Confess. c. 11. §. 13. Simon Maiol. lib. 3. de irregularitate, c. 20. & 23. M. Antonius Cucchius, lib. 4. Institut. iuris Canonici, ti. 12. Ioseph Angles in florib. 4. Sententiarum. par. 2. in q. de Excommun. art. 6. Martin. Alphons. Viual. in suo Candelabro Aureo, par. 2. in tract. de Interd. Iacob. de Graffijs lib. 4. suarum Decisionum Aurearum, c. 26. Bartholom Hugol. in tract. de Ecclesiast. Censuris. Tabula 5. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis, p. prima, lib. 4. c. 3. & 4. Maurus Antonius Bernarducius in Summa Corona Confess. p. 3. c. 10. tract. de interd. Thomas Zerula in sua praxi Episcopali, p. 1. & 2. in verbo, Interdictus, Toletus in sua Summa nuper edita, li. 1. cap. 18. & Sebastianus Medices, in Summa peccatorum Capitalium, titulo 9. a quæstione tertia, ad decimam, & alij Recentiores.

Quid, & Quotuplex sit interdictum. Cap. I.

S V M M A.

1 *Interdictum quot modis accipi soleat.*
2 *Interdictum secundum iurisperitos vel est restitutorium, vel exhibitorium, vel prohibitorium.*
3 *Interdicti nomen a verbo interdico, deducitur, & quę huius ratio sit.*
4 *Banniti, seu exules, quo sensu* Interdicti *dicuntur.*
5 *Interdicti vox secundum Canonistas duobus modis accipi solet.*
6 *Interdictũ, qđ cẽsura Eccles. est, quare sic appellatũ est.*
7 *Interdicti definitiones variæ ab authoribus afferũtur.*
8 *Interdictum à reliquis censuris, & à cessatione à diuinis qualiter distinguantur.*
9 *Interdicti definitio tria hæc exprimere dẽt, s. prohibitionẽ officiorũ diuinorum, Sacramẽtorũ, et sepulturę.*
10 *Interdictum in locale tantum, personale tantum, & locale, & personale simul diuiditur.*
11 *Interdictum locale tantum, seu loci quidnam sit.*
12 *Interdictum personale tantum quodnam dicendum.*
13 *Interdictum aliud Generale, aliud speciale esse potest.*
14 *Interdicti diuisiones, qualiter inter se differant, & vnde sumantur.*
15 *Interdictum personale generale, vel speciale quodnam censeri debeat.*
16 *Interdictum locale tribus præcipuè modis ferri potest, & quinam illi sint.*
17 *Interdictum ciuitatis, castri, seu villæ improprie ab Angelo interdictum speciale appellatur.*
18 *Interdictũ ꝑsonæ singularis, suspẽsio quare appelletur.*

1 QVoniam vero interdicti nomen ambiguum est, varia eius acceptio in primis exponenda erit, vt sic res ipsa melius intelligi possit, solet autem quatuor modis accipi.

Primo, amplissime, pro solẽni dicto Prętoris, aliquid, fieri præcipientis, siue præceptum illud prohibitorium sit, siue alterius modi, vnde glo. in Clem. 1. de foro com-

 petent.

petent. in hoc sensu, Interdictum esse dixit solemnem, & formatam quandam verborum conceptionem, quia Prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat, quod tunc maxime faciebat, eum de possessione, vel quasi possessione inter aliquas contendebatur, ita vt hoc sensu interdictũ sit quasi inter duos dictum Prætoris, quo inter Reum, & Actorem aliquid dicendo constituit, aliquidsjubens, aut prohibens fieri, vt habetur Instit. de interdict. circa princ. & ff. eodem. secundum quam acceptionem Interdictum in iure ciuili diuiditur in tria, scilicet, vt aliud
2 sit Restitutorium, aliud Exhibitorium, aliud Prohibitorium, vt cum Prætor prohibet ædes extrui in loco, in quo actor eas petebat extrui: aut cum iubet aliquid restitui, quod reus per exceptionem defendebat ab eo non esse restituendum. Quæ nominis acceptio vt amplissima est, ita etiam & impropria est.

3 Secundo accipitur strictius pro solo Interdicto, seu dicto Prætoris prohibitorio, deducto nomine à verbo *interdico*, quod significat prohibeo; vt interdico tibi ingressum domus meæ, aut interdico te ingressu, id est, prohibeo, vt habetur in Institut. de interdictis. §. exhibitoria, vers. sunt tamen, Z. bar. in cap. fin, num. 7. de excess. prælat. vt inter recentiores rectè annotauit Alphonsus Viualdus in Candelabro tit. de Interdicto, numc. 1. contra Syluestrum, verbo, Interdictum, in princip. qui Interdictum, quasi inter duos dictum, dici voluit. Quoniam autem Imperator in d. §. exhibitoria, attenta priori vocis huius significatione, hoc est, si interdictum quasi inter duos dictum sumatur, omnia illa tria, nimirum, siue prohibitoria, siue restitutoria, siue exhibitoria interdicta vocari velit; quia tamen propinquior, & notior, & magis vsitata deductio est, *ab interdicendo*, ideo magis propriè dicitur interdictum illud, quod est tantum prohibitorium: siquidem interdicere propriè significat prohibere, ac vetare, ne aliquid fiat; quo sensu exules Banniti vulgo nominati, interdicti dicuntur, quoniam in pa-
4 triam reditus ipsis prohibitus est, arg. l. relegatorum, ff. de interdictis, & relegat. Et si lege prohibitus, ne bona sua alienet, interdictus dicitur, argu. l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. Et etiam prohibitus postulare, & officium suum exercere, interdictus nominatur, in l. moris, & l. fin. ff. de pœn. & l. Imperator. ff. de postul. Et hæ duæ acceptiones sunt propriæ Iurisconsultorum, de quibus latius Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 2. num. 1. de sent. excom. lib. 6. Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 5. capitulo 24. §. 1. Henriquez libro 14. de excom. & interdicto, cap. 41. §. 1. Syluester verbo Interdictum, 1. in principio. Tabiena, verbo, interdictum, 1. num. 3. vers. secundo. Angelica, verbo, interdictum, 1. in princip. Panorm. in cap. pastoralis, num. 14. de causa possess. & propriet. Specul. tit. de interd. §. quia verò, vbi ponit nouem interdicta publica, & triginta octo priuata, glo. in Clem. vnica, de foro compet. vbi ponit 36. & eadem glo. in Clem. 1. de sepult. vbi alia plurima interdicta ponit.

5 Deinde in iure Canonico Interdicti vox duobus alijs modis sumi potest.

Primo, pro prohibitione Iudicis Ecclesiastici, seu iuris Canonici, & hoc modo non aliter differt à secunda acceptione Legistarum, nisi quod inibi sermo sit de prohibitione Prætoris: hic vero de prohibitione Iudicis, seu iuris Ecclesiastici; & hoc modo accipitur hæc vox 17. q. 4. c. mitor, & c. significasti, de offic. Archid. & c. cum illorum, de sent. exc. & in rub. sub tit. de matrimonio contract. contra interdict. Eccles. maximè capitulo 2. & 3.

Secundo accipitur pro sententia iuris, vel Prælati Ecclesiastici prohibentis alicui Diuina officia, Sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam in pœnam delicti, vel contumaciæ, siue illius, qui interdicitur, siue in pœnam
6 alicuius alterius. Quæ prohibitio eam ob causam rectè *Interdictum* appellatur, quod per ipsum diuina Ec-

clesiæ, vel hominibus, qui eius vinculo constricti sunt vel in locis, in quæ latum est, prohibentur; & huiusmodi prohibitionem transgrediens, exercitio alicuius actus ordinis, ad eum modum, quo infra dicetur, irregularis efficitur. Et hæc est maximè propria nominis huius acceptio, ex accommodatione iuris canonici, & DD. interpretatione, & secundum hanc significationem interdictum vna ex tribus censuris Ecclesiasticis dicitur, vt patet ex c. Quærenti, de verb. signific. de qua acceptione hoc in loco agemus.

7 Quoad eius definitionem, variæ afferuntur ab authoribus definitiones, Hugolinus enim vt à recentioribus exordiamur, de cens. Eccles. tab. 5. capit. 18. Interdictum in genere sumptum sic definit. *Interdictum Ecclesiasticum est censura Ecclesiastica, qua diuinorum Ecclesiæ vsus prohibetur seu diuina Ecclesiæ prohibentur, quatenus diuina sunt*. Paludan. in 4. d. 18. quæstio. 8. circa quartum principale art. 1. & Sum. Confess. libro 3. tit. 32. quæst. 219. sic definiunt, *Interdictum est censura Ecclesiastica in pœnam contumaciæ, vel offensæ lata, arcens præcipuè populum, ne communicet Sacramentis*. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titu. 16. artic. 1. sic definit. *Interdictum est priuatio quoad Ecclesiastica, per sententiam iuris, seu Iudicis facta*. S. Anton. 3. p. 3. e. tit. 27. de interdicto, cap. 1. ita definit, *Interdictum est separatio a certis Sacramentis, & omnibus officijs diuinis, & Ecclesiastica sepultura*. Quam Definitionem sequitur Tabiena, verbo, Interdictum, 1. num. 3. vers. secundo, in fine. Syluester verbo Interdictum, 1. numero 2 & Sotus, 4. d. 22. q. 3. art. 1. qui eam colligunt ex capitulo non est vobis, de sponsal. & ex capit. quod in te, de pœnit. & remiss. At Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 164. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. in tract. de Interdicto. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. nume. x. vers. potest autem, de sent. excom. lib. 6. Alphonsus Viualdus. titu. de Interdicto, numero 3. Iacobus de Graffijs libro 4. decis. capitulo 26. num. 1. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 4. Corona Confess. titu. de Interdicto, nume. 7. & Sebast. Medices, in Summa, par. 2. tit. 9. quæst. 3. Toletus libr. 1. cap. 18. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 41. §. 1. sic definiunt; *Interdictum Ecclesiasticum est Censura Ecclesiastica qua prohibentur diuina officia, & Sacramenta, & ecclesiastica sepultura actiuè & passiuè*. Alij aliter definiunt, qui tamē omnes verbis potius, quam re differunt.

8 Dicitur autem primo, *Censura ecclesiastica*, tanquam genus immediatum, quo genere differt, vt ait Paludan. à Legalibus interdictis, & vt ait Martin. Ledesm. cum quo consentiunt Nauar. & Henriquez, à cessatione à Diuinis, quæ non est censura ecclesiastica, sed prætermissio quædam diuinorum officiorum. Cetera verò quæ in dicta definitione apponuntur, ostendunt, quid per interdictum inhibeatur, & quomodo ab excommunicatione, & suspensione differat, quæ licet in genere côueniant, (quia Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum censuræ Ecclesiasticæ sunt, capitulo quærenti, de verb. signific.) in alijs tamen inter se differunt, quia Excommunicatio priuat ab omni ant certa communicatione, in quantum communio est, vnde nobis non solum diuina, sed etiam, quæ non sunt diuina adimit. Interdictum verò, à diuinis tantum nos separat. Suspensio impedit in toto, aut in parte exercitium officij, aut beneficij Ecclesiastici. quod suspensus habet; vnde, Clericos tātum impedit, quo minus ecclesiasticas functiones exercere valeant; Interdictum verò prohibet Sacramenta, officia diuina, & sepulturam, siue in eo, quod habet ex officio ea administrare, vel audire, aut dicere, siue non.

9 Dicitur secundo *prohibens diuina officia, Sacramenta, & sepulturam*. vt significetur proprius, & formalis effectus Interdicti.

Dicitur tertio *actiuè, & passiuè*. Quia suspensio communiter non prohibet Sacramenta saltem passiuè, sed actiuè

necessaria: siquidem, nullo modo per eam distinguitur Interdictum à reliquis censuris, cum omnes censuræ ferri possint propter hanc causam. Est tamen necessarium in definitione tria hæc exprimere, scilicet, prohibitionē officiorum diuinorum, & Sacramentorum, & sepulturæ: parum autem refert, siue dicamus prohibitione Sacramentorum absolutè, siuè limitatè prohibitionem aliquorum Sacramentorum; quia Interdictum ex sua natura habet prohibere omnia Sacramenta; ex particulari verò, & rationabili concessione ecclesiæ, ne huiusmodi censura efficiatur alicui causa damnationis, concessa sunt aliqua Sacramenta, vt Baptismus, & Pœnitentia, de qua re suo loco dicemus. Sed de definitione hactenus.

10 Diuiditur autem Interdictum communiter in locale, tantum, & personale tantum, sic Angelica, in verbo, interdictum, 1. nu. 1. Tabiena, verbo, interdictum 1. versic. tertio. Summa Astensis par. 2. libro 7. tit. 16. art. 1. Sotus 4. d. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 1. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 6. de sent. excom. lib. 6. Corona Confess. tit. de interdicto, num. 1. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 26. num. 2. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. num. 1. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 41. §. 3. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. cap. 5. & colligitur ex cap. si sententia, & ca. si ciuitas, & cap. præcipui, de sent. excom. lib. 6. cuius diuisionis ea est ratio, quia tria hæc, Officia diuina, Sacramenta, & Sepultura, per Interdictum prohibentur, ne alicubi fiant, quod ad locum pertinet, aut ne à quopiam suscipiantur, aut administrentur, quod ad homines spectat. Addunt autem nonnulli tertium membrum, scilicet, quod Interdictum sit mistum, id est, continens simul locale, & personale: fauet Tabiena, vbi supra, & expresse Syluester verbo, interdictum, 1. quæst. 2. Alphonsus Viuald. tit. de Interdicto, nu. 119. Gregorius de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 2. Bar. Medina, lib. 1. Instruc. Confess. cap. 11. §. 13. & Sebast. Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 4. Toletus lib. 1. cap. 18. Martin. Ledesm. in 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de interdicto, & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 166. Et quamuis hoc membrum sub alijs includatur, nec à duobus præcedentibus distinctum sit, non est tamen inconueniens huiusmodi distinctio, vt sic sciamus quando sit interdictum simplex, quando verò mistum.

11 Interdictum locale, seu loci est, quando solus locus, verbi gratia, ciuitas interdicitur, ne ibi officia à ciuibus, aut exteris audiantur, aut celebrentur, per hoc autem non interdicitur persona, quia extra locum illum vnusquisque exceptis illis, qui causam interdicto dederunt, officia celebrare, & Sacramenta sumere possunt.

12 Interdictum personale est, quo interdicitur populus, aut aliqua eius persona, non autem locus, & tunc personæ interdictæ nullibi officia audire, aut administrare Sacramenta valent. Interdictum mistum est, quod fertur in locum, & personas simul, scilicet, in locum cum populo laico, aut Clero, aut in tales, vel tales personas, quod Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 166. Henriquez vbi supra, c. 41. §. 3. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 18. & Hugol. de censur. eccl. tab. 3. c. 22. §. 1. nu. 2. de ambulatorium appellant, quod solet sub hac forma ferri, *Interdicimus Ioannem, & locum vbi est, vel fuerit, quam diu ibi fuerit*, sub qua forma latum est Interdictum in c. dilectis filijs, de appellat. & c. non est nobis, de sponsal. Et de hoc Interdicto, inquantum locale, iudicandum est per regulas Interdicti localis; inquantum verò personale, per Regulas personalis, ex Nauar. & Henriquez vbi supra.

13 Alia diuisio est. Interdictum aliud generale est, aliud speciale, & hoc loquendo tam de Interdicto loci, quam personæ. Sic Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. §. circa quartum principale, vers. quantum ad tertium. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. Summa Pisanella in verb. interdictum. 1. Syluest. verbo, interdictum 1. quæstio. 3. Tabiena verbo, interdictum, 1. num. 4. versic. 3. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. in tract. de interdicto. Nau. in Man. cap. 27. num. 166. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 9. de sent. exc. lib. 6. Alphons. Viuald. tit. de Interdicto, num. 119. Corona Confess. tit. de interdicto, num. 1. Iacobus Graff. vbi supra, cap. 26. num. 3. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. capitulo 41. §. 3. Hugolin.
14 de censur. Eccles. Tabula, 5. capit. 6. Hæc autem secunda diuisio differt à priori, quod illa desumitur penes passum, hoc est, penes id quod dicitur Interdictum; ista verò penes modum interdicendi, ex Ioan. Calderino, in tract. de interdicto, memb. 2.

Huic diuisioni nonnulli addunt tertium membrum, scilicet, particulare, seu singulare, vt hoc distinctum sit à speciali. Sic S. Anton. 3. par. tit. vigesimo septimo de interdicto, cap. 2. Angelica, verbo, interdictum, 1. nu. 1. & num. 11. & verbo, interdictum, 2. in princ. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 3. Vndè exemplificat, vt interdictum Generale loci sit, cum interdicitur regnum, vel prouincia, vel Diœcesis. Speciale cum interdicitur, aliqua ciuitas, vel aliquod castrum aut villa aliqua.

Singulare, cum interdicitur certa ecclesia, vel capella, vel certæ Ecclesiæ, vel capellæ.

15 Personale autem generale interdictum est, cum interdicitur vniuersaliter populus totius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Castri, Villæ.

Personale Speciale est, cum interdicitur pars aliqua populi, puta, aliquod determinatum collegium, vel vniuersitas aliqua inclusa in illo populo, puta studium Papiæ, & huiusmodi, vel Capitulum. Singulare, cum interdicitur aliqua certa, vel incerta persona; certa, vt quando designatur proprio nomine, aut circumlocutione æquiualenti: incerta, vt cum interdicitur, quisquis hoc, aut illud fecerit. Ita Angelica, in verbo, interdictum, 1. numero primo, & num. septimo, & nu. 11. de tribus membris interdicti personalis, & in verbo interdictum, 2. in princip. de tribus alijs membris interdicti localis. A quo non parum dissentit S. Anton. vbi supra, qui interdictum generale illud esse vult, quod fertur contra regnum, prouinciam, ciuitatem, castrum, aut villam, quantum ad interdictum loci, & quod fertur in vniuersitatem, vel collegium, quantum ad interdictum personæ. Speciale vero interdictum esse dicit, cum interdicitur aliqua Ecclesia, ac etiam cum interdicuntur omnes Ecclesiæ vnius ciuitatis, vel prouinciæ. Singulare autem Interdictum esse putat, cum interdicuntur alicui personæ singulari officia diuina, & Ecclesiastica Sacramenta, vel vniuersaliter, vel particulariter, quoad omnia, vel aliqua officia, vel Sacramenta. Qua ratione interdictum hoc singulare soli personali interdicto accommodat, & interdictum speciale & generale alio modo definit, quam Angelica vt constat. Ceterum supplementum relatum à Syluestro in verbo, interdictum, 1. numero 7. Rosella, verbo, interdictum, 1. in princip. & num. 4. Sotus, Martin. Ledesm. Nau. Henriquez, hanc sententiam Antonini, & Angeli refellunt, asserentes interdictum singulare, seu particulare idem esse cum speciali, loquendo tam de interdicto loci, quam personæ. De qua re, ne agamus potius de nomine, quam de re, duo mihi probabiliter dici posse videntur.

16 Primum est, interdictum locale tribus modis ferri posse, vel primo generaliter, vt cum interdicitur totum regnum, tota prouincia, tota ciuitas, totū castrum.

Secundò, potest ita ferri, vt interdicantur plura particularia loca, puta plures ecclesiæ, plures capellæ. Tertio, vt interdicatur vna tantum ecclesia, seu capella. Eodemque modo interdictum personale ferri potest, vel primo generaliter, vt comprehendat totum populum regni, prouinciæ, ciuitatis, castri, seu villæ: vel secundò, vt solum interdicatur aliqua pars hominum, scilicet aliquod collegium, vel aliqua vniuersitas inclusa in populo ciuitatis, prouinciæ, seu regni: vel tertio, interdici potest aliqua singularis persona, siue determinata, siue indeterminata.

17 Secundum est, siue interdictum primum ex relatis vocemus generale; secundum speciale, & tertium particulare, seu singulare, siue duo posteriora confuso nomine, modo specialia, modo particularia appellemus parum referre existimo: potest enim vnusquisque pro sua voluntate hoc, aut illo nomine illa appellare. Quamuis si cõsideremus iura, & modum loquendi canonum, saltem in locali Interdicto, non inueniemus speciale à singulari distinctum. Vndè non ita proprie Angelus vbi supra, interdictum ciuitatis, castri, aut villæ, interdictum speciale appellauit, cum secundum iura interdictum illud potius generale dicendum sit, vt in sequenti cap. dicetur.

18 His omnibus addi potest, interdictum personæ singularis à plerisque potius vocari suspensionem, quam interdictum, vt notant Calderin. in tract. de Eccles. interd. memb. 1. nu. 7. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. circa quartum principale. vers. quantum ad secundum. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 1. vers. Differunt autem. Syluest. ver. interdictum. 1. num. 5. Tabiena, verbo, interdictum. 1. §. primo. vers. tertio. & §. quinto. Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. num. de sent. exc. lib. 6. cum alijs.

De interdicto Locali. Cap. II.

S V M M A.

1 *Interdictum locale illud est, quod solum locum interdicit.*
2 *Interdicto locus proprie non afficitur, & quare.*
3 *Interdicto locali illius loci populus proprie non afficitur.*
4 *Interdictum loci hanc vim habet, vt interdicti censeantur homines in ordine ad illum solum locum.*
5 *Interdicto loco, qui culpabiles non sunt, alibi diuina officia facere, & audire possunt.*
6 *Interdictum locale, & personale qualiter inter se differant.*
7 *Interdictum personale ita personas ligat, vt nec ibi, nec alibi diuina possint audire, extranei vero in illo loco possunt.*
8 *Interdictum generale loci quid.*
9 *Interdictum parochiæ interdictum generale locale est.*
10 *Interdictum generale loci duo genera locorum continet, scilicet locum sacrum, & profanum.*
11 *Interdictum particulare loci quodnam censendum.*
12 *Ciuitas, in qua vna tantum Ecclesia est, si hæc interdicta sit, interdictum speciale est, non generale.*
13 *Interdictum speciale erit non generale, etiamsi omnes Ecclesiæ alicuius loci, castri, regni, aut totius mundi interdicantur, & quare.*
14 *Interdictum generale pro debito pecuniario per ordinarium, aut delegatum sine speciali Papæ licentia ferri non poest.*
15 *Interdicta Ecclesia, interdicuntur etiam Capellæ eiusdem, quæ ei contiguæ sunt, necnon cæmiteria contigua.*
16 *Interdicta Ecclesia, quare capellæ contiguæ interdictæ sint, non autem quæ ei contiguæ non sunt.*
17 *Contigua dicuntur ea, quorum extrema simul sunt.*
18 *Cæmiteria duo habentia parietem intermedium an contigua censenda sint.*
19 *Ecclesiæ duæ totales, & independentes vna ab altera, quamuis essent contiguæ, quare vna interdicta non sit etiam altera interdicta.*
20 *Interdicta Ecclesia, cui contiguum est Cœmiterium, & post illud Cœmiterium aliud illi contiguum, an, & quando interdictum sit vtrumque Cœmiterium.*

1 INterdictum locale, vt ex dictis constat, & nomen ipsum ostendit, est illud, quod solum locum interdicit.

2 Circa quem loquendi modum aduertendum est, quod licet locus ipse dicatur subijci interdicto, propriè tamen locus interdicto non afficitur: quia cum locus sit res quædam inanimata, propriè capax non est censuræ, & pęnæ Ecclesiasticæ, ex Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. §. quantum ad vigesimum. Innoc. in cap. tanta. num. 5. de excess. prælat. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 251. Immò verò neque locali interdicto

3 populus loci illius per se afficitur, quandoquidem interdicto loco, populus ipse in se non censetur interdictus: nam potest populus loci illius interdicti in alio loco non interdicto, & officia diuina dicere & audire, & Sacramenta dare, & recipere, exceptis illis, qui culpabiles sunt, causamque interdicto loci dederunt, tales enim etiam interdicto quamuis locali in sua persona afficiuntur. Vnde, si interdicta sit Ecclesia propter culpam, & personam Episcopi, ipse etiam Episcopus dicitur interdictus, vt colligitur ex c. si sententia, de sent. excommunic. li. 6. Sed

4 propriè interdictum loci hanc vim habere censetur, vt loco interdicto, interdicti censeantur homines in ordine ad illum locum tantum, & non ad alium, ita vt in illo loco, nec homines illius loci, nec alienigenæ exercere possint diuina officia, aut participare in Sacramentis, aut Ecclesiastica sepultura passiuè, vel actiuè. in alio vero loco non interdicto etiam illius loci habitatores, vt incolę, qui culpabiles non sunt, in illis tribus supra dictis actiuè, & passiuè participare possunt. Sic Angelica, in verbo, interdictum. 2. in princip. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 36. artic. 2. trac. de interd. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 167. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 6. de sentent. excommun. libro 6. Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. capit. 42. §. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. 1. Quę doctrina vera est, vt notat Angelica cit. non solum in interdicto generali loci, sed etiã speciali alicuius loci, vt extra illum locum, qui non sunt culpabiles, hæc omnia facere possunt.

5 Hinc infertur primo, non recte gloss. in capitulo si sententia in verbo. Domini de sent. excommun. libro sexto, & Innocentium, & Hostiensem, quos refert Angelus vbi supra, hanc doctrinam limitasse, cum voluerint d. capitolo si sententia, solum habere locum in interdicto locali, quod latum est propter delictum domini, vel rectoris, vt scilicet in hoc casu homines illius loci, qui non erant culpabiles, & causa interdicti, interesse possint diuinis, & alia facere extra illum locum; sin autem interdictum loci latum esset propter delictum populi, tunc populus loci illius nec ibi, nec alibi posset diuina officia facere, aut Sacramenta dare, vel sumere, aut sepulturam eligere, etiam qui non est in culpa. Quæ restrictio nec Angelo ibidem placet, & mihi falsa esse videtur, quandoquidem authores allati absolute, & simpliciter docent, personas loci interdicti, qui non sunt culpabiles, alibi diuina facere, & audire, & cetera vt prius agere posse: parum ergo, aut nihil refert, siue ob

delictum

delictum domini, aut rectoris: siue ob delictum popu-
li locus aliquis interdictus fuerit; semper enim qui cul-
pabiles non sunt, & diuina facere, & Sacramenta dare,
& accipere, & Ecclesiasticam sepulturam alibi eligere
possunt: cum enim in d. cap. si sententia. illi, qui non fue
runt causa interdicti, permittuntur alibi diuinis interes-
se, qui verò culpabiles erant, eisdem interesse prohiben-
tur, pari ratione hoc verum erit etiam, quando interdi-
ctum ob delictum populi fertur, vt etiam docet S. An-
ton. 3. part. titulo 27. de interd. capitulo terno in fine.
vers. item interdicto loco. nunquam enim totus popu-
lus culpabilis est, & proinde qui tunc etiam culpabi-
lis non erit, diuinis alibi interesse poterit. Neque va-
let, quod pro se afferunt Innocen. & Hostiensis cap. vt
priuilegia. de priuileg. quia, vt notat Angelus, caput il-
lud magis loqui videtur de interdicto personali, seu
quando populus est interdictus, quam de interdicto
loci.
6 Infertur secundo duplex discrimen inter interdictum
locale, & personale.
Primum est, quod interdictum locale non includit
populum, idest personas eius, nisi, ne in illo loco audiat
diuina, aut Sacramenta sumant, vel administret, aut
ibi sepeliantur, quod intellige vt supra, de personis, quæ
non sunt culpabiles, vnde tales, qui non sunt culpabi-
les extra illum locum omnia facere possunt, sicut prius:
in illo autem loco nec habitatores loci illius, nec exteri
facere, vel audire possunt, nec sepeliri, aut Sacramenta
sumere.
7 Secundum est, Interdictum personale non compre-
hendit locum. ita tamen personas ligat, vt nec ibi, nec
alibi audire diuina possint; extranei verò possunt in il-
lo loco audire, et celebrare diuina, etiam ianuis apertis,
cum locus ille non sit interdictus, sed tantum personæ,
vitatis tamen habitatoribus loci, ex S. Anto. 3. p. titul.
27. de interd. cap. 3. circa medium, versic. item cum
interdicitur populus. & vers. item si interdicatur popu-
lus. Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. quæstio. 4.
in fine. Angel. verbo, interdictum. 1. numero 1. Sotus 4.
dist. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 1. Martin. Ledesm. 2. 4.
q. 26. artic. 2. tract. de interdicto, notab. 3. Nauar. in
Man. cap. 27. num. 167. & num. 173. Toleto libro 1. In-
struct. Sacerd. cap. 18. Henriquez lib. 13. de excom. &
interd. c. 42. §. 1. Compend. Mendicantium in verbo in
terdictum, 3. §. 13. & facit text. cap. 1. de vsuris, libro 6.
& alij, quicquid Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 1.
nu. 7. vers. secundo, de sent. excomm. lib. 6. de hac re du
bius esse videatur.
8 Quia vero Interdictum locale duplex esse diximus,
generale, & speciale, quid vtrumque sit, breuiter expli-
candum est. Interdictum igitur generale loci est. quo in
terdicitur locus aliquis vniuersalis continens in se plu-
ra loca particularia, ex Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. §. cir-
ca quartum principale. vers. quantum ad tertium. Sum
ma Astensi, par. 2. libro 7. tit. 16. artic. 1. Ioan. Bachono
in 4. dist. 11. quæst. vnica, artic. 4. dub. 4. Soto 4. d. 22. q.
3. art. 1. conclus. 2. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract.
de interd. Nauar. in Manual. c. 27. num. 166. Couar. in
cap. alma mater. par. 2. §. 1. num. 9. de senten. excomm.
lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 41. §.
3. Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. capit. 6. & colligitur
ex cap. cum in partibus. & ibi gloss. in verbo, nomine
terræ, & ibi Panorm. numero 1. de verbor. signific. vel
vt alij definiunt, Interdictum generale est illud, quo in-
terdicitur vniuersitas localis, hoc est, quando aliquis lo
cus plura in se loca continens ita interdicitur, vt in nul
lo locorum contentorum officia diuina celebrari pos-
sint, vt quando interdicitur regnum, ciuitas, prouincia,
episcopatus, terra, castrum, villa, immo etiam quando
interdicitur parochia, est generale interdictum, vt ex-
presse docent Ledesm. Nauar. Henriquez & Hugol. lo
cis proxime allatis, Alphon. Viuald. num. 119. quicquid
Felin. in c. sanè. 2. nu. 3. de offic. deleg. & Couar. in ca.
alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. Gregorius
9 de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 2. velint
interdictum parochiæ esse speciale, id quod notandum
est, quia eo ipso, quod locus vniuersalis censeatur, non
potest pro debito pecuniario parochia interdici sine li-
centia expressa Summi Pontificis, vt colligitur ex con-
stitutione Bonifacij VIII. Extrauag. quæ incipit. Proui-
dè. de sent. excom. vt falso Felin. cit. docet. Parum enim
refert, vt notant Panor. in d. c. cum in partibus. nu. 1. &
Tabiena, verbo, interdictum. 1. nu. 4. vers. tertio. ad hoc
10 quod interdictum loci generale dicatur, quod locus sit paruus,
aut magnus, dicitur enim generale, quia nulla pars il-
lius loci excluditur; vnde ad generale interdictum re-
quiri existimo, vt duo locorum genera interdicantur,
seu, vt locus ille vniuersalis duo genera locorum conti-
neat, scilicet ecclesiam, seu locum sacrum, aut dedicatũ
cultui diuino, & locum profanum. Qua de causa inter-
dictum Parochiæ dicetur generale, quia tali interdicto
non solum prohibetur celebratio intra ecclesiam, sed
etiam extra ecclesiam in tota parochia.
1 Interdictum autem speciale, seu particulare loci est
illud, quo interdicitur aliquis locus particularis non cõ
tinens in se alia loca. s. sacra, & profana: nam quamuis
interdiceretur locus continens intra se plura loca etiam
sacra, erit tamen interdictum speciale; vt quando inter-
dicitur ecclesia, intelliguntur interdictæ etiam capellæ,
quę sunt intra ecclesiam. Imo interdictum etiam specia
le, seu particulare erit, quamuis interdicantur plura
loca sacra tantum, non profana, vt quando interdicun-
tur plures ecclesiæ; item quando interdicuntur omnes
ecclesiæ ciuitatis, quia semper licitum erit celebrare di-
uina extra ecclesias ipsius ciuitatis, ex Nauar. in Man.
ca. 27. nu. 166. Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de in-
terd. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 41. §. 3. Hu-
gol tab. 5. c. 6. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de
sent. exc. lib. 6. post Syluestrum in verb. interdictum, 1.
q. 2. & S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 2. §. speciale in-
terdictum. & Calder. in trac. de eccl. interd. memb. 2.
fol. 3. col. 1. et Alphõso Viualdo tit. de interdicto, n. 120.
qui tamẽ, licet timidè, & dubitãter ĩ hãc sētiam inclinat.
2 Ex quibus sequitur primò, quod si ciuitas vnã tantũ
ecclesiam habeat, & illa interdicatur, non erit interdi-
ctum generale, sed speciale, ex Couar. loco proximè ci-
tato, & Calder. Henriq. vbi supra, ob rõnem allatam,
quia extra eam licet celebrare, quicquid Palud. in 4. d.
18. q. 8. ar. 4. vers. quantum ad tertium, falso putet, quod
si villa, aut castrum vnam tantum habeat ecclesiam, &
illa supponatur interdicto, quod sit generale.
13 Sequitur secundò, quod etiamsi omnes ecclesiæ alicu-
ius loci interdicerentur, puta parochiæ, castri, ciuitatis,
Episcopatus, Prouinciæ, Regni, immo etiam totius mun
di, adhuc interdictum hoc speciale dicetur, non gene-
rale. sic Ioan. Calder. in tract. de interdictis, memb. 2.
vers. sed quæro. Philip. Franc. in c. præsenti. vers. in glo.
in verbo, generaliter. Ancharan. ibi, num. 2. vers. secun-
do quæro. & Gemin. nu. 2. vers. sed interdicta ecclesia-
rum. de sent. excõ. lib. 6. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd.
c. 2. vers. speciale interdictum. Tabiena, verbo interdi-
ctum, 1. nu. 4. vers. tertio. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. trac.
de interd. Nau. in Man. c. 27. num. 166. Henriq. lib. 13.
de excom. & interd. c. 41. §. 3. Hugolin. tab. 5. cap. 6. Co
uar. in c. alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. sa-
tis enim est, quod extra ecclesias illas in ijsdẽ locis offi-
cia diuina celebrari possint, scilicet in priuato orato-
rio, aut alibi, vt interdictum dicatur speciale, parumque,
aut nihil facit ad interdictum generale multitudo eccle
siarum interdictarum, nisi etiam alia loca simul interdi
14 cantur. Quæ sane distinctio interdicti generalis a spe-
ciali, diligenter notanda est, & vtilis, facit enim ad

tuo te executioni talis ordinis, vel officij. sin autem quis a beneficio suspensus sit, etsi DD. nihil dicant de absolutione ab hac suspensione, hæc tamen commodè adhiberi poterit, vt notat Hugol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 16. *Absoluo te a vinculo suspensionis, in quam incurristi ob talem causam, & restituo te ad tuum beneficium.* Et postremo addenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, dicendo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hanc formam expresse ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, cap. 4. prope finem. Syluest. verbo, absolutio. 6. numero 2. & verb. suspensio. quæst. 8. ver. secundum, Tabiena, verbo, absolutio 3. nu. 12. Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 161. versi. sexto dico. Hugolin. cit. & Toletus, lib. 1. cap. 16. vbi Nauarr. addit, quod si suspensio dubia sit, dicendum erit, *si teneris aliquo vinculo Suspensionis, a quo te possum absoluere, absoluo te.*

34 Vbi tamen obseruandum est, quod licet hæc forma communiter tradatur a DD. ea tamen non est necessaria, neque vlla alia forma determinata cum certis aliquibus verbis, sed satis erit quæcunque verba proferre, dummodo tamen exprimatur actus absolutionis, idest, dummodo Iudex significet absoluere illum a suspensione, vt si dicatur, soluo te, remoueo, reuoco suspẽsionem tuam, remitto, aut tollo tibi suspensionem tuam, ex S. Anton. Syluestro, & Tabiena, locis proxime citatis, & Tabiena, in verbo, Suspensio, num. 12. ver. vndecimo. Angelica, verbo, Suspensio, 4. num. 2. & Hugolin. cit. §. 1. Immo verò etiamsi reo suspenso expresse petenti absolutionem a sua suspensione, Iudex responderet, *Absoluo te*, intelligendum est absolutum esse a suspensione. Nec minus puto absolutum fore, si reo sic suspenso, & absolutionem a suspensione petenti Iudex responderet, *fiat quod petis.* Idem, si Iudex præsertim persona insignis, nihil responderet, sed solum illi sic petenti absolutionem a suspensione, *manu benedictionem impartiretur.* Quibus addo, quotiescunque habemus aliquod externum signum, quo vel exprimatur, vel insinuetur quoquo modo absoluo, iudicandum erit in fauorem ipsius suspensi, vt intelligatur absolutus. Et ratio est: quia absolutio a suspensione, & ab alijs censuris non est Sacramentalis, & consequenter non indiget ex natura sua, & intrinsece aliquo verbo.

35 Notandum tamen est, quamuis hoc, quod hactenus diximus, verum in rigore sit, non tamen debent facile iudices quacunque forma verborum vti pro suo beneplacito, quin saltem explicent se absoluere ab hac suspensione, vel illa, & hoc primo, quia id postulat communis praxis iudiciorum, & Ecclesia communiter formam supradictam obseruat: Secundo, quia aliàs sæpe magnæ quæstiones, & contentiones, nascerentur super valore ipsius absolutionis. Tertio autem eam ob causam exprimenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, vt homines cum reuerentia, & honore accipiant absolutionem, & censuras, & Prælatos Ecclesiæ reuereri assuescant.

36 Duodecimo, Absolutio suspensionis aliquando concedi solet ad cautelam, sicut & absolutio excommunicationis, ex Ancharano in cap. solet, nu. 5. vers. ad quartum & Gemin. ibi. §. in Secunda, num. 11. versic. eod. & Philippo Franco ibi, vers. quarto, & communi sententia DD. vt enim hoc habetur de excommunicatione, capit. Solet. & in cap. venerabilibus. de senten. excommunic. lib. 6. & in cap. per tuas. tit. eod. in antiq. ita etiam idem de suspensione colligitur ex cap. venerabili. de sent. excommun. & ex cap. Apostolicæ. de except. & latius tradit Hugolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 22. §. 1. num. 9. Quod si petas, quidnam operetur absolutio ad caute-
37 lam in suspenso; non enim videtur operari posse illum effectum, quem operari posset ad excommunicatum? Respondeo absolutionem ad cautelam duo præcipue operari; Vnum est, quod tollit censuram, & facit, vt homo legitime in iudicio agere possit; & ratione huius effectus necessaria est in excommunicato, non autem suspenso: quia excommunicatus cum sit priuatus communione aliorum, non potest agere in iudicio, neque Iudex illum audire valet. Secundum est, quod absolutio hæc operari potest hoc, vt homo possit exercere sua officia, vel etiam iurisdictionem, vel actus ordinum, si ab eis erat suspensus; vnde existente lite super valore suspensionis, vel eius nullitate, non debet vllo modo se illis ingerere, ne, si censura postea declaretur valida, vel irregularis inueniatur, si suspensio erat ab ordine, vel reus violatæ suspensionis; ideo si sine periculo officia sua, vt prius exercere velit, absolutionem ad cautelam prius quærere debet.

APPENDIX HVIVS CAPITIS, & totius Libri.

CVm frequens mentio tum in libro hoc, maxime ca. 12. num. 25. & deinceps, cap. 14. nu. 30. & cap. 16. num. 11. tum etiam lib. 6. cap. 12. nume. 9. & lib. 7. cap. 10. num. 29. 36. 38. & 40. facta sit Constitutionis cuiusdam Clementis Papæ VIII. qua rigorem alterius Bullę Sixti V. moderatur, ad meliorem eorum omnium, quæ in præcedentibus, & sequentibus habentur notitiam, & intelligentiam, necessarium visum est vtriusque Constitutionis verba in fine libri huius inserere, prout in hac vltima Clementis VIII. Constitutione continentur. Titulus autem & tenor est huiusmodi.

S. D.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Constitutio Moderatoria Bullæ fel. rec. SIXTI PAPAE V. contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter cōspicit expedire. Aliàs sane emanarunt litteræ fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infrascripti, videlicet, Sixtus Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sāctum, & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Saluatore nostro Iesu Christo institutum, Beatisque Apostolis, & eorum legitimis successoribus singulari Diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, salutemque animarum sanctè, ac religiosè administrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa sanctorum Patrum prouidentia circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ, ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per Sacros Canones, vel Apostolicas cōstitutiones, aut generalium Conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolate obseruentur. Nam si in veteri testamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & ministrorum altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiā Prophetam: Labia Sacerdotis custodient scientiam & legē requirent ex ore eius, quia Angelus Dñi exercituum est; certe multo maior ratio, & diligētia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiā presbyteris, qui ad consummationē Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationē Corporis Christi constituuntur; prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul Sanctorū Patrum statutis sæpissime traditū est. Quare nos pro ea, quæ nobis a Domino iniuncta est cunctarū Ecclesiarum, cura, & solicitudine, ipsos Pastores, & Præsules Ecclesiarū, quorum propriū munus est personas idoneas Clericali militiæ ascribere, & ad minores, maioresq; ordines ritè promouere, auctoritate nostra duximus admonēdos, vt in exequēdo hac in parte suo Pastorali officio attētius posthac inuigilēt: Canonicas sanctiones, vt par est, obseruēt: ac vt nemini detur offensionis occasio, neue eorū ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ de vitiosa, & minus Canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum

Cum enim multi, etiam interdū inhabiles & indigni, nō vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanę dolis decepti prætextu deuotionis, & pietatis rem quidem sacrā, & diuinum munus, intempestiue tamen, & inordinatè affectātes, seu temporale aliquod commodum, aut lucrū sibi proponentes, vel nimia simplicitate, & imperitia, malitiaue, aut fraude ad suscipiēdum Clericalem characterē, aliosque ordines ante ætatem legitimā, vel à non suo Episcopo, aut non præuio debito examine, & approbatione, siue aliàs minus rite, vel etiam temere se ingerant: debēt sane Episcopi paterna charitate, & prudentia eorum saluti, qui sæpe nesciunt, quid petant, melius etiā, quam ipsimet postulant, & salubrius cōsulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat considerate; summa verò diligentia prouidere, tum in alienæ diœcesis subditis ordinandis, ne quemquam promoueant sine eorū Ordinarij litteris dimissorijs, tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falsò, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habet, confectę sint, tum deniq; in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ, vel alienæ diœcesis personis ad Clericalem honorem, & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum, quæ ex pręscripto sacrorum Canonum requiruntur.

Vt igitur Pręsules Ecclesiarum intelligant, si in re rā graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, se nō modo in tremendo Dei iudicio, verum in hoc quoque sęculo Rom. Pōtifici suæ villicationis rationem fore reddituros; præsenti constitutione perpetuo statuimus, & ordinamus, vt si in posterū Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primitiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primam tonsurā minoresq; ordines suis subditis cōferendos à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcunq; sęcularem, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularē ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui Ordinarij litteris, aut per saltū, vel furtiuè, aut quoad sæculares sine titulo sufficiētis beneficij, vel patrimonij, aut ante ętatem per sacri generalis Tridentini Cōcilij decreta primæ tonsuræ, aut cuisque ordini pręscriptā, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus, ad plures Ordines Sacros, vel post vnū ordinem susceptum sine causa rationabili, antequam tempus ab eodē Conc. Tridētino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico Clericali charactere non legitime insigniuerit, aut ad ordines minores, vel Sacros, vt præfertur, vel aliàs male promouerit; siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligētia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorātia eum excuset, vt, in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumcunq; ordinū, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pōtificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesię interdictus existat, alijsque grauioribus pœnis nostro, & pro tempore existentis Roman. Pont. arbitrio puniatur.

Quo si spreta huiusmodi suspēsione, & interdicto in præmissis se temere ingesserit, etiā a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum per eū in titulū, vel commendam, seu aliàs obtentorū suspēsionem, eo ipso incurrat, eius-

que interdicti, aut suspensionis relaxationem aut pęnarum remissionem ab alio, quam a Roman. Pontif. pro tempore existente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij II. & aliorum Rom. Pont. nostrorũ prędecessorũ, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulas cõtra huiusmodi Clericos male promotos diuersas pœnas inflixerunt, vestigijs inhærentes eosdẽ Clericos post hac male promotos ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorũ, & ab omni spe, & facultate ascendẽdi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus; & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos omnibus, & quibuscunq; per eos in titulum, commendã, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis cũ cura, & sine cura, quomodocunque qualificatis, sæcularibus, vel cuiusuis ordinis, aut militię regularibus; ac ętiam si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua, & passiua voce ipso facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterũ obtinẽda in perpetuũ inhabiles, & incapaces esse decernimus, & declaramus dignitatũ, officiorũ, & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium dispositionem nobis, & Apostolicę Sedi perpetuo reseruantes.

Vt autẽ homines, qui nimia indulgẽtia, & spe impunitatis, ac veniæ facilitate hactenus fuerũt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata, & præclusa ab his abstineant, & caueant in futurum, tã absoluendi, quam dispensandi facultatẽ in casibus superius expressis etiã in foro conscientiæ nobis, & successoribus nostris duntaxat auctoritate, & tenore pręmissis perpetuo reseruamus; Inhibentes ne a quoquã sæculari, vel cuiusuis ordinis regulari Presbytero, vel Pręlato quauis auctoritate fungente, nec per quęcũque Iubilæa, & Indulgentias etiam plenissimas, & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmetipsos, vel successores nostros, anno Iubilæi, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ Sanctę, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, motu proprio & consistorialiter, seu ad quorumcunq; Principum, Regũ, aut Imperatoris instantiam, eorumque cõtemplatione, & intuitu, cum quibusuis amplissimis in genere, vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnũ, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum, quibusuis ordinibus, cõgregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis, per decreta Concilij Tridentini, aut officio sacrę Pęnitentiarię Apostolicę, vel minoribus, aut etiã Maiori, Pęnitentiarijs nostris, & Rom. Pont. pro tempore existentis, vel aliàs quomodolibet pro tempore concessorum, personæ, sic vt pręfertur, delinquentes, tam scilicet Antistites, seu Abbates promouẽtes, quã Clerici male insigniti, seu ordinati a reatibus, & excessibus pręfatis absolui, pręterquam in mortis articulo possint, aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enimuero, quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibẽda remedia; & iuxta personarum, locorũ, ac temporum qualitates leges sunt immutãdę, pęnæq; aggrauandæ, & emolliendę; cũ huiusmodi peccatum Satana suggerente, hominumque fragilitate assentiente, videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse: Ideo, vt homines saltẽ pęnæ timore, proprij honoris cõfusione a peccato deterreantur, nouũ huic

huic veneno antidotum cogimur pręparare. Ac propterea volumus, vt qui absolutionem, & dispẽsationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictũ adhuc occultum extiterit, non per officiũ Sacrę Pęnitentiariæ, sed à nobis, & pro tempore existente Rom. Pontifice in vtroq; foro absolutionẽ petere teneâtur: alioquin ipsæ cõcessiones, & absolutiones, etiã cũ clausula, quòd pręsentis cõstitutionis tenor, & alia prędicta habeâtur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ, & inualidæ existant, ac nemini penitus suffragentur.

Ceterum si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidẽ cunctis pręmissis, & cęteris omnibus, quę in ipsius tonsuræ, & ordinũ collatione obseruari debent, personas habiles, & idoneas, sed tamẽ recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordines contulerit, pecunia, pretio, vel præmio simoniace in futurũ insigniuerit, vel promouerit; volumus, vt præter alias cẽsuras, & pęnas contra simoniace ordinãtes, & ordinatos a sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis aliàs inflictas, & irrogatas, quibus nequaquã derogare intendimus, etiã omnia, & singula supradicta in sic promouentibus, & promotis locũ habeant: Decernentes præsentes litteras sub quibusuis concessionibus, facultatibus, & gratijs etiã in casibus quibuscunque Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiã in Bulla Cęnę Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij; vel Cruciatæ sanctę absoluendi facultatem quibusuis personis generaliter, vel specialiter tribuẽtibus minime comprehendi: sed semper ab illis exceptas esse, & censeri: sicque in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunque Iudices, & Cõmissarios, etiã causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, ac irritũ, & inane, quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Cõcilijs etiã generalibus editis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes litteræ omnibus innotescant, mãdamus illas ad Valuas S. Ioannis Lateranens. & Principis Apostolorũ de Vrbe Basilicarũ, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui vero extra eã, & citra Montes, intra quatuor menses, qui demũ vltra Montes erũt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computãdos perinde afficere, & arctare, ac si eorũ cuique personaliter intimatæ fuissent, ac earundẽ præsenti um litterarum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutę obsignatis, eandem fidẽ in iudicio, & extra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reseruationum, inhibitionis, voluntatis, decretorum, & mandati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Dat. Romę, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto. Nos animaduertentes in dictis litteris nihil fere, quo ad ea, quę in ordinum collatione seruanda sunt, disponi vltra id, quod in sacris Canonibus, & in Concilij Tridentini decretis, ac alio-

rum

rum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositũ fuit, sed diuersas pęnas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinũ collatione peccantes, & similiter contra Clericos tam sęculares, quam cuiusuis ordinis instituti, & militiæ regulares male promotos constitui, absolutionemque, & dispensationẽ Sedi Apostolicæ reseruari, & alias sicut in præfatis litteris continetur. Considerantesque tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines promouentur, sæpe censuris, & pęnis homini ob illarum multiplicitatem in eorum perniciem animarum, varijs modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis, & Episcopis in conferendis hominis ordinibus nimis scrupulose procedere, multosque metu pęnarum, & censurarum pręfatarum ab ordinum collatione prorsus deterreri, adeo vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in pręmissis securitati, ac animarum saluti paterna charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione supradictas litteras ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis rec. mem. Pij Papę II. etiam prędecessoris nostri, quę incipit, Cum ex sacrorum ordinum. sub dat. videlicet Quintodecimo Kalen. Decembris, Pontificatus sui anno quarto, cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum sacri Tridentini Concilij restringimus, & reducimus, nec non cẽsuras, & pęnas in eisdem Sixti litteris contra quoscunque, præterquã contra Simoniace ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere (alijs etiam pęnis, & censuris per eosdem Canones, ac Constitutionem Pij II. Conciliumque Tridentinum iniunctis saluis, & firmis remanentibus) moderamur, & abolemus, Decernentes sic, & non aliter per quoscũque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignotanter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs quibuscunque. Volumus, autem vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Pręlati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra illud habeatur, quę eisdem pręsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restrictionis, reductionis, moderationis, reuocationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalen. Martij Pontificatus nostri anno Quinto.

L. Card. Prodat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Quia

Quia vero quæ in hac Bulla Sixti V. contenta sunt superius exposita, & maxima ex parte reuocata, sunt per hanc nouam Clementis VIII. constitutionem, vt ex eiusdem tenore constat, solum in hoc loco annotare placuit hæc duo, quæ sequuntur; Quorum.

Primum est, quod licet omnia, quæ in præfata Bulla Sixti V. de male promotis Clericis, & Episcopis in ordinibus conferendis delinquentibus, continentur, excepto vno casu scilicet, simoniæ, tam in tonsuræ, aut ordinum collatione, quam in eorundem receptione commissæ ad terminos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis Pij Papæ II. quæ incipit, *Cum ex Sacrorum ordinum*. & ad dispositionem Decretorum Sacri Tridentini Concilij reducta sint, qui tamen in pœnas præfatę Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuerat, inciderint, a prædictis pœnis virtute huius posterioris Clementis VIII. constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem a Summo Pontifice petere, & obtinere tenetur, haud secus, ac si Bulla hæc Clementis VIII. edita non fuisset. Quamuis enim censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris contra sic delinquentes inflictas moderetur, & aboleat in futurum, antea tamen incursas neque tollit, neque earum absolutionem, aut dispensationem moderatur, vt ex ipsius Bullæ verbis manifestum est.

Secundum est, quod censuræ, & pœnæ omnes in præfatis Sixti V. litteris contra quoscunque simoniace ordinantes, & ordinatos inflictę non obstante hac Clementis VIII. constitutione in suo robore permanent; vnde, si quis Antistes, vel Abbas tonsuram, aut ordines conferat personis alioquin habilibus, & idoneis, recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut ordines conferet pecunia, pretio, vel pręmio Simoniace, a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus est. Et si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temere ingerat, etiam a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum obtentorum eo ipso suspensus est, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pœnarum remissionem a solo Pontifice pro tempore existente obtinere valet. Sic autem Simoniace scienter ordinatus ab executione ordinum susceptorum, & ab omni spe ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in eis ministrauerit, (etiam si Minores tantum sint, quod nouum est per hanc Sixti V. Bullam) fiunt irregulares, & a præfatis censuris absolui, aut ab irregularitatem propter pręmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, ab alio, quam a Papa dispensari nequit, immo nec Episcopus virtute Concilij Tridentini, aut Prelatus Regularis vigore, aut pretextu cuiuscunque priuilegij eum eo dispensare valet, vt ex dictę Bullę verbis manifeste colligitur. Deinde sic ordinati, & irregulares effecti, si Clerici sæculares sint, quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, & dignitatibus, & officijs obtentis; sin vero Regulares sint, actiua etiam, & passiua voce ipso facto priuati sunt, & ad illa, ac alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles sunt, ac dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium dispositio Sedi Apostolicę perpetuo reseruatur. Quæ omnia ex verbis præfatæ Bullæ Sixti V. manifesta sunt. Quas autem pœnas alias sic simoniacè ordinati incurrunt, latius lib. 7. cap. 12. nu. 17. & seqq. ostendemus. Hæc interim de Bullæ vtriusque intelligentia, & suspensionis materia, nec non de toto hoc libro dicta sufficiant.

Finis Libri Quarti.

DE INTERDICTO ECCLESIASTICO.

Liber Quintus.

PRAELVDIVM.

Authores de Interdicto tractantes.



DE Censura hac Interdicti, Theologi Scholastici sparsim tractare solent, siquidem de ea breuiter agunt Richard. 4. distin. 7. artic. 5. q. 1. Palud. 4. dist. 18. q. 8. Ioannes Bachonus. 4. dist. 11. q. vnica, artic. 4. Dominicus Sotus 4 d. 22. q. 3. art. 1. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art 2. Henriquez lib. 13. c. 41. & sequentib. Gregorius de Valentia tomo 4. Disput. 7. quæst. 18. puncto secundo. Canonistæ in varijs locis iuris. Summistæ, in verbo, Interdictum, vt Summa Pisanella, Angelica, Syluest. Tabiena, Summa Confessorum lib. 3. tit. 33. q. 219. & deinceps Astensis, lib. 7. tit. 16. S. Antoninus, 3. p. tit. 27. Caiet. in verbo, Interdicti violatio Bernardus Diaz in praxi Canonica, c. 121. Martin. Nauar. in Manuali, c. 27. a nu. 164. Couar. in c. alma mater par. 2. de sent. excom. lib. 6. & lib. 2. Variarum resolut. c. 8. num. 10. Bar. Medina, lib. 1. instruct. Confess c. 11. §. 13. Simon Maiol. lib. 3. de irregularitate, c. 20. & 23. M. Antonius Cucchius, lib. 4. Institut. iuris Canonici, ti. 12. Ioseph Angles in florib. 4. Sententiarum. par. 2. in q. de Excommun. art. 6. Martin. Alphons. Viual. in suo Candelabro Aureo, par. 2. in tract. de Interd. Iacob. de Graffijs lib. 4. suarum Decisionum Aurearum, c. 26. Bartholom Hugol. in tract. de Ecclesiast. Censuris. Tabula 5. Cosmus Philiatchus de officio Sacerdotis, p. prima, lib. 4. c. 3. & 4. Maurus Antonius Beinarducius in Summa Corona Confess. p. 3. c. 10. tract. de interd. Thomas Zerula in sua praxi Episcopali, p. 1. & 2. in verbo, Interdictus, Toletus in sua Summa nuper edita, li. 1. cap. 18. & Sebastianus Medices, in Summa peccatorum Capitalium, titulo 9. a quæstione tertia, ad decimam, & alij Recentiores.

Quid, & Quotuplex sit interdictum. Cap. I.

SVMMA.

1. *Interdictum quot modis accipi soleat.*
2. *Interdictum secundum iurisperitos vel est restitutorium, vel exhibitorium, vel prohibitorium.*
3. *Interdicti nomen a verbo interdico, deducitur, & quæ huius ratio sit.*
4. *Banniti, seu exules, quo sensu* Interdicti *dicuntur.*
5. *Interdicti vox secundum Canonistas duobus modis accipi solet.*
6. *Interdictũ, qđ cẽsura Eccles. est, quare sic appellatũ est.*
7. *Interdicti definitiones variæ ab authoribus afferũtur.*
8. *Interdictum à reliquis censuris, & à cessatione à diuinis qualiter distinguantur.*
9. *Interdicti definitio tria hæc exprimere dẽt, s. prohibitionẽ officiorũ diuinorum, Sacramẽtorũ, et sepulturæ.*
10. *Interdictum in locale tantum, personale tantum, & locale, & personale simul diuiditur.*
11. *Interdictum locale tantum, seu loci quidnam sit.*
12. *Interdictum personale tantum quodnam dicendum.*
13. *Interdictum aliud Generale, aliud speciale esse potest.*
14. *Interdicti diuisiones, qualiter inter se differant, & vnde sumantur.*
15. *Interdictum personale generale, vel speciale quodnam censeri debeat.*
16. *Interdictum locale tribus præcipuè modis ferri potest, & quinam illi sint.*
17. *Interdictum ciuitatis, castri, seu villæ impropriè ab Angelo interdictum speciale appellatur.*
18. *Interdictis psonæ singularis, suspẽsio quare appelletur.*

1 

QVoniam vero interdicti nomen ambiguum est, varia eius acceptio in primis exponenda erit, vt sic res ipsa melius intelligi possit, solet autem quatuor modis accipi.

Primo, amplissime, pro solẽni dicto Prætoris, aliquid, fieri præcipientis, siue præceptum illud prohibitorium sit, siue alterius modi, vnde glo. in Clem. 1. de foro com-

 petent.

petent. in hoc sensu, Interdictum esse dixit solemnem, & formatam quandam verborum conceptionem, quia Prętor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat, quod tunc maxime faciebat, cum de possessione, vel quasi possessione inter aliquas contendebatur, ita vt hoc sensu interdictũ sit quasi inter duos dictum Prætoris, quo inter Reum, & Actorem aliquid dicendo constituit, aliquid; iubens, aut probibens fieri, vt habetur; Institut. de interdict. circa princ. & ff. eodem. secundum quam acceptionem Inter-
2 dictum in iure ciuili diuiditur in tria, scilicet, vt aliud sit Restitutorium, aliud Exhibitorium, aliud Prohibitorium, vt cum Prætor prohibet ædes extrui in loco, in quo actor eas petebat extrui: aut cum iubet aliquid restitui, quod reus per exceptionem defendebat ab eo non esse restituendum. Quę nominis acceptio vt amplissima est, ita etiam & impropria est.
3 Secundo accipitur strictius pro solo Interdicto, seu dicto Prætoris prohibitorio, deducto nomine à verbo *interdico*, quod significat prohibeo; vt interdico tibi ingressum domus meæ, aut interdico te ingressu, id est, prohibeo, vt habetur in Institut. de interdictis. §. exhibitoria, vers. sunt tamen. Zabar. in cap. fin. num. 7. de excess. prælat. vt inter recentiores rectè annotauit Alphonsus Vivaldus in Candelabro tit. de Interdicto, nume. 1. contra Syluestrum, verbo, Interdictum, in princip. qui Interdictum, quasi inter duos dictum, dici voluit. Quamuis autem Imperator in d. §. exhibitoria, attenta priori vocis huius significatione, hoc est, si interdictum quasi inter duos dictum sumatur, omnia illa tria, nimirum, siue prohibitoria, siue restitutoria, siue exhibitoria interdicta vocari velit; quia tamen propinquior, & notior, & magis vsitata deductio est, *ab interdicendo*, ideo magis proprie dicitur interdictum illud, quod est tantum prohibitorium: siquidem interdicere propriè significat prohibere, ac vetare, ne aliquid fiat; quo sensu exules Banni-
4 ti vulgo nominati, interdicti dicuntur, quoniam in patriam reditus ipsis prohibitus est, arg. l. relegatorum, ff. de interdictis, & relegat. Et a lege prohibitus, ne bona sua alienet, interdictus dicitur, argu. l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. Et etiam prohibitus postulare, & officium suum exercere, interdictus nominatur, in l. moris, & l. fin. ff. de pœn. & l. Imperator. ff. de postul. Et hę duæ acceptiones sunt propriæ Iurisconsultorum, de quibus latius Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 2. num. 1. de sent. excom. lib. 6. Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. Hugolin. de cens. Eccles. tab. 5. capitulo 24. §. 2. Henriquez libro 14. de excom. & interdicto, cap. 41. §. 1. Syluester verbo Interdictum, 1. in principio. Tabiena, verbo, interdictum, 1. num. 3. vers. secundo. Angelica, verbo, interdictum, 1. in princip. Panorm. in cap. pastoralis, num. 14. de causa possess. & propriet. Specul. tit. de interd. §. quia verò, vbi ponit nouem interdicta publica, & triginta octo priuata, glo. in Clem. vnica, de foro compet. vbi ponit 36. & eadem glo. in Clem. 1. de sepult. vbi alia plurima interdicta ponit.
5 Deinde in iure Canonico Interdicti vox duobus alijs modis sumi potest.

Primo, pro prohibitione Iudicis Ecclesiastici, seu iuris Canonici, & hoc modo non aliter differt a secunda acceptione Legistarum, nisi quod inibi sermo sit de prohibitione Prætoris: hic verò de prohibitione Iudicis, seu iuris Ecclesiastici; & hoc modo accipitur hæc vox 17. q. 4. c. miror, & c. significasti, de offic. Archid. & c. cum illorum, de sent. exc. & in rub. sub tit. de matrimonio contract. contra interdict. Eccles. maximè capitulo 2. & 3.

Secundo accipitur pro sententia iuris, vel Prælati Ecclesiastici prohibentis alicui Diuina officia, Sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam in pœnam delicti, vel contumaciæ, siue illius, qui interdicitur, siue in pœnam
6 alicuius alterius. Quæ prohibitio eam ob causam rectè *Interdictum* appellatur, quod per ipsum diuina Ecclesiæ, vel hominibus, qui eius vinculo constricti sunt vel in locis, in quæ latum est, prohibentur; & huiusmodi prohibitionem transgrediens, exercitio alicuius actus ordinis, ad eum modum, quo infra dicetur, irregularis efficitur. Et hæc est maxime propria nominis huius acceptio, ex accommodatione iuris canonici, & DD. interpretatione, & secundum hanc significationem interdictum vna ex tribus censuris Ecclesiasticis dicitur, vt patet ex c. Quærenti. de verb. signific. de qua acceptione hoc in loco agemus.

Quoad eius definitionem, variæ afferuntur ab authoribus definitiones, Hugolinus enim vt à recentioribus exordiamur, de cens. Eccles. tab. 5. capit. 18. Interdi- 7
ctum in genere sumptum sic definit. *Interdictum Ecclesiasticum est censura Ecclesiastica, qua diuinorum Ecclesiæ vsus prohibetur seu diuina Ecclesiæ prohibentur, quatenus diuina sunt.* Paludan. in 4. d. 18. quæstio. 8. circa quartum principale art. 1. & Sum. Confess. libro 3. tit. 32. quæst. 229. ita definiunt, *Interdictum est censura Ecclesiastica in pœnam contumaciæ, vel offensæ lata, arcens præcipuè populum, ne communicet Sacramentis.* Summa Astensis, par. 2. libro 7. titu. 16. artic. 1. sic definit. *Interdictum est priuatio quoad Ecclesiastica, per sententiam iuris, seu Iudicis facta.* S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 1. ita definit, *Interdictum est separatio a certis Sacramentis, & omnibus officiis diuinis, & Ecclesiastica sepultura.* Quam Definitionem sequitur Tabiena, verbo, Interdictum, 1. num. 3. vers. secundo, in fine. Syluester verbo, Interdictum, 1. numero 2. & Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. qui eam colligunt ex capitulo non est vobis, de sponsal. & ex capit. quod in te, de pœnit. & remiss. At Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 164. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. in tract. de Interdicto. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 1. nume. 2. vers. potest autem, de sent. excom. lib. 6. Alphonsus Viuald. titu. de Interdicto, numero 3. Iacobus de Graff. libro 4. decis. capitulo 26. num. 1. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. libr. 4. cap. 3. Corona Confess. titu. de Interdicto, nume. 7. & Sebast. Medices, in Summa, par. 2. tit. 9. quæst. 3. Toletus libr. 1. cap. 18. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 41. §. 1. sic definiunt; *Interdictum Ecclesiasticum est Censura Ecclesiastica qua prohibentur diuina officia, & Sacramenta, & ecclesiastica sepultura actiuè & passiuè.* Alij aliter definiunt, qui tamẽ omnes verbis potius, quam re differunt.

8 Dicitur autem primo, *Censura ecclesiastica*, tanquam genus immediatum, quo genere differt, vt ait Paludan. à Legalibus interdictis, & vt ait Martin. Ledesm. cum quo consentiunt Nauar. & Henriquez, à cessatione à Diuinis, quæ non est censura ecclesiastica, sed prætermissio quædam diuinorum officiorum. Cetera verò quæ in dicta definitione apponuntur, ostendunt, quid per interdictum inhibeatur, & quomodo ab excommunicatione, & suspensione differat, quæ licet in genere côueniant, (quia Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum censuræ Ecclesiasticę sunt, capitulo quærenti, de verb. signific.) in alijs tamen inter se differunt, quia Excommunicatio priuat ab omni aut certa communicatione, in quantum communio est, vnde nobis non solum diuina, sed etiam, quæ non sunt diuina adimit. Interdictum verò, à diuinis tantum nos separat. Suspensio impedit in toto, aut in parte exercitium officij, aut beneficij Ecclesiastici, quod suspensus habet, vndè, Clericos tantum impedit, quo minus ecclesiasticas functiones exercere valeant; Interdictum verò prohibet Sacramenta, officia diuina, & sepulturam, siue incumbat ex officio ea administrare, vel audire, aut dicere, siue non.

9 Dicitur secundo *prohibens diuina officia, Sacramenta, & sepulturam*, vt significetur proprius, & formalis effectus Interdicti.

Dicitur tertio *actiuè, & passiuè.* Quia suspensio communiter non prohibet Sacramenta saltem passiuè, sed

actiuè

necessaria: siquidem, nullo modo per eam distinguitur Interdictum à reliquis censuris, cum omnes censuræ fieri posint propter hanc causam. Est tamen necessarium in definitione tria hæc exprimere, scilicet, prohibitionē officiorum diuinorum, & Sacramentorum, & sepulturæ: parum autem refert, siue dicamus prohibitione Sacramentorum absolutè, siuè limitatè prohibitionem aliquorum Sacramentorum; quia Interdictum ex sua natura habet prohibere omnia Sacramenta; ex particulari verò, & rationabili concessione ecclesiæ, ne huiusmodi censura efficiatur alicui causa damnationis, concessa sunt aliqua Sacramenta, vt Baptismus, & Pœnitentia, de qua re suo loco dicemus. Sed de definitione hactenus.

10 Diuiditur autem Interdictum communiter in locale, tantum, & personale tantum, sic Angelica, in verbo, interdictum, 1. nu. 1. Tabiena, verbo, interdictum 1. versic. tertio. Summa Astensis par. 2. libro 7. tit. 16. art. 1. Sotus 4. d. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 1. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 6. de sent. excom. lib. 6. Corona Confess. tit. de interdicto, num. 1. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 26. num. 2. Maiol. lib. 5. de irreg. cap. 20. num. 1. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 41. §. 3. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. cap. 5. & colligitur ex cap. si sententia, & ca. si ciuitas, & cap. præcip. 1. de sent. excom. lib. 6. cuius diuisionis ea est ratio, quia tria hæc, Officia diuina, Sacramenta, & Sepultura, per Interdictum prohibentur, ne alicubi fiant, quod ad locum pertinet, aut ne à quopiam suscipiantur, aut administrentur, quod ad homines spectat. Addunt autem nonnulli tertium membrum, scilicet, quod Interdictum sit mixtum, id est, continens simul locale, & personale: fauet Tabiena, vbi supra, & expresse Syluester verbo, interdictum, 1. quæst. 2. Alphonsus Viuald. tit. de Interdicto, nu. 119. Gregorius de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 2. Bar. Medina, lib. 1. Instruc. Confess. cap. 11. §. 13. & Sebast. Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 4. Toletus lib. 1. cap. 18. Martin. Ledesm. in 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de interdicto, & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 166. Et quamuis hoc membrum sub alijs includatur, nec à duobus præcedentibus distinctum sit, non est tamen inconueniens huiusmodi distinctio, vt sic sciamus quando sit interdictum simplex, quando verò mixtum.

11 Interdictum locale, seu loci est, quando solus locus, verbi gratia, ciuitas interdicitur, ne ibi officia a ciuibus, aut exteris audiantur, aut celebrentur, per hoc autem non interdicitur persona, quia extra locum illum vnusquisque exceptis illis, qui causam interdicti dederunt, officia celebrare, & Sacramenta sumere possunt.

12 Interdictum personale est, quo interdicitur populus, aut aliqua eius persona, non autem locus, & tunc personæ interdictæ nullibi officia audire, aut administrare Sacramenta valent. Interdictum mixtum est, quod fertur in locum, & personas simul, scilicet, in locum cum populo laico, aut Clero, aut in tales, vel tales personas, quod Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 166. Henriquez vbi supra, c. 41. §. 3. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 18. & Hugol. de censur. eccl. tab. 5. c. 22. §. 1. nu. 2. deambulatorium appellant, quod solet sub hac forma ferri, *Interdicimus Ioannem, & locum vbi est, vel fuerit, quamdiu ibi fuerit*, sub qua forma latum est Interdictum in c. dilectis filijs, de appellat. & c. non est nobis, de sponsal. Et de hoc Interdicto, inquantum locale, iudicandum est per regulas Interdicti localis; inquantum verò personale, per Regulas personalis, ex Nauar. & Henriquez vbi supra.

13 Alia diuisio est. Interdictum aliud generale est, aliud speciale, & hoc loquendo tam de Interdicto loci, quam personæ. Sic Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. §. circa quartum principale, versi. quantum ad tertium. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. Summa Pisanella in verb. interdictum. 1. Syluest. verbo, interdictum 1. quæstio. 3. Tabiena verbo, interdictum, 1. num. 4. versic. 3. Sotus, 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. in tract. de interdicto. Nau. in Man. cap. 27. num. 166. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 9. de sent. exc. lib. 6. Alphons. Viuald. tit. de Interdicto, num. 119. Corona Confess. tit. de interdicto, num. 1. Iacobus Graff. vbi supra, cap. 26. num. 3. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. capitulo 41. §. 3. Hugolin.
14 de censur. Eccles. Tabula, 5. capit. 6. Hæc autem secunda diuisio differt à priori, quod illa desumitur penes passum, hoc est, penes id quod dicitur Interdictum; ista verò penes modum interdicendi, ex Ioan. Calderino, in tract. de interdicto, memb. 2.

Huic diuisioni nonnulli addunt tertium membrum, scilicet, particulare, seu singulare, vt hoc distinctum sit a speciali. Sic S. Anton. 3. par. tit. vigesimo septimo de interdicto, cap. 2. Angelica, verbo, interdictum, 1. nu. 1. & num. 11. & verbo, interdictum, 2. in princ. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. libro 4. capit. 3. Vndè exemplificāt, vt interdictum Generale loci sit, cum interdicitur regnum, vel prouincia, vel Diœcesis. Speciale cum interdicitur, aliqua ciuitas, vel aliquod castrum aut villa aliqua.

Singulare, cum interdicitur certa ecclesia, vel capella, vel certæ Ecclesiæ, vel capellæ.

15 Personale autem generale interdictum est, cum interdicitur vniuersaliter populus totius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Castri, Villæ.

Personale Speciale est, cum interdicitur pars aliqua populi, puta, aliquod determinatum collegium, vel vniuersitas aliqua inclusa in illo populo, puta studium Papiæ, & huiusmodi, vel Capitulum. Singulare, cum interdicitur aliqua certa, vel incerta persona; certa, vt quando designatur proprio nomine, aut circumlocutione æquiualenti: incerta, vt cum interdicitur, quisquis hoc, aut illud fecerit. Ita Angelica, in verbo, interdictum, 1. numero primo, & num. septimo, & nu. 11. de tribus membris interdicti personalis, & in verbo interdictum, 2. in princip. de tribus alijs membris interdicti localis. A quo non parum dissentit S. Anton. vbi supra, qui interdictum generale illud esse vult, quod fertur contra regnum, prouinciam, ciuitatem, castrum, aut villam, quantum ad interdictum loci, & quod fertur in vniuersitatem, vel collegium, quantum ad interdictum personæ. Speciale vero interdictum esse dicit, cum interdicitur aliqua Ecclesia, ac etiam cum interdicuntur omnes Ecclesiæ vnius ciuitatis, vel prouinciæ. Singulare autem Interdictum esse putat, cum interdicuntur alicui personæ singulari officia diuina, & Ecclesiastica Sacramenta, vel vniuersaliter, vel particulariter, quoad omnia, vel aliqua officia, vel Sacramenta. Qua ratione interdictum hoc singulare soli personali interdicto accommodat, & interdictum speciale & generale alio modo definit, quam Angelica et constat. Ceterum supplementum relatum à Syluestro in verbo, interdictum, 1. numero 7. Rosella, verbo, interdictum, 1. in princip. & num. 4. Sotus, Martin. Ledesm. Nau. Henriquez, hanc sententiam Antonini, & Angeli refellunt, asserentes interdictum singulare, seu particulare idem esse cum speciali, loquendo tam de interdicto loci, quam personæ. De qua re, ne agamus potius de nomine, quam de re, duo mihi probabiliter dici posse videntur.

16 Primum est, interdictum locale tribus modis ferri posse, vel primo generaliter, vt cum interdicitur totum regnum, tota prouincia, tota ciuitas, totū castrum.

Secundò, potest ita ferri, vt interdicantur plura particularia loca, puta plures ecclesiæ, plures capellæ. Tertio, vt interdicatur vna tantum ecclesia, seu capella. Eodemque modo interdictum personale ferri potest, vel primo generaliter, vt comprehendat totum populum regni, prouinciæ, ciuitatis, castri, seu villæ: vel secundò, vt solum interdicatur aliqua pars hominum, scilicet aliquod collegium, vel aliqua vniuersitas inclusa in populo ciuitatis, prouinciæ, seu regni: vel tertio, interdici potest aliqua singularis persona, siue determinata, siue indeterminata.

17 Secundum est, siue interdictum primum ex relatis vocemus generale; secundum speciale, & tertium particulare, seu singulare, siue duo posteriora confuso nomine, modo specialia, modo particularia appellemus parum referre existimo potest: enim vnusquisque pro sua voluntate hoc, aut illo nomine illa appellare. Quãuis si cõsideremus iura, & modum loquendi canonum, saltem in locali Interdicto, non inueniemus speciale à singulari distinctum. Vidè non ita proprie Angelus vbi supra, interdictum ciuitatis, castri, aut villæ, interdictum speciale appellauit, cum secundum iura interdictum illud potius generale dicendum sit, vt in sequenti cap. dicetur.

18 His omnibus addi potest, interdictum personæ singularis à plerisque potius vocari suspensionem, quam interdictum, vt notant Calderin. in tract. de Eccles. interd. memb. 1. nu. 7. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. circa quartum principale. vers. quantum ad secundum. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 1. vers. Differunt autem. Syluest. ver. interdictum. 1. num. 5. Tabiena, verbo, interdictum. 1. §. primo. vers. tertio. & §. quinto. Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. num. de sent. exc. lib. 6. cum alijs.

De interdicto Locali. Cap. II.

SVMMA.

1 *Interdictum locale illud est, quod solum locum interdicit.*
2 *Interdicto locus proprie non afficitur, & quare.*
3 *Interdicto locali illius loci populus proprie non afficitur.*
4 *Interdictum loci hanc vim habet, vt interdicti censeantur homines in ordine ad illum solum locum.*
5 *Interdicto loco, qui culpabiles non sunt, alibi diuina officia facere, & audire possunt.*
6 *Interdictum locale, & personale qualiter interse differant.*
7 *Interdictum personale ita personas ligat, vt nec ibi, nec alibi diuina possint audire, extranei vero in illo loco possunt.*
8 *Interdictum generale loci quid.*
9 *Interdictum parochiæ interdictum generale locale est.*
10 *Interdictum generale loci duo genera locorum continet, scilicet locum sacrum, & profanum.*
11 *Interdictum particulare loci quodnam censendum.*
12 *Ciuitas, in qua vna tantum Ecclesia est, si hæc interdicta sit, interdictum speciale est, non generale.*
13 *Interdictum speciale erit non generale, etiamsi omnes Ecclesiæ alicuius loci, castri, regni, aut totius mundi interdicantur, & quare.*
14 *Interdictum generale pro debito pecuniario per ordinarium, aut delegatum sine speciali Papæ licentia ferri non poest.*
15 *Interdicta Ecclesia, interdicuntur etiam Capellæ eiusdem, quæ ei contiguæ sunt, necnon cœmiteria contigua.*
16 *Interdicta Ecclesia, quare capellæ contiguæ interdictæ sint, non autem quæ ei contiguæ non sunt.*
17 *Contigua dicuntur ea, quorum extrema simul sunt.*
18 *Cœmiteria duo habentia parietem intermedium an contigua censenda sint.*
19 *Ecclesiæ duæ totales, & independentes vna ab altera, quamuis essent contiguæ, quare vna interdicta non sit etiam altera interdicta.*
20 *Interdicta Ecclesia, cui contiguum est Cœmiterium, & post illud Cœmiterium aliud illi contiguum, an, & quando interdictum sit vtrumque Cœmiterium.*



1 INterdictum locale, vt ex dictis constat, & nomen ipsum ostendit, est illud, quod solum locum interdicit.

2 Circa quem loquendi modum aduertendum est, quod licet locus ipse dicatur subijci interdicto, propriè tamen locus interdicto non afficitur: quia cum locus sit res quædam inanimata, propriè capax non est censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ, ex Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4 §. quantum ad vigesimum. Innoc. in cap. tanta. num. 5. de excess. prælat. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 251. Immò verò neque locali interdicto
3 populus loci illius per se afficitur, quandoquidem interdicto loco, populus ipse in se non censetur interdictus: nam potest populus loci illius interdicti in alio loco non interdicto, & officia diuina dicere, & audire, & Sacramenta dare, & recipere, exceptis illis, qui culpabiles sunt, causamque interdicto loci dederunt, tales enim etiam interdicto quamuis locali in sua persona afficiuntur. Vnde, si interdicta sit Ecclesia propter culpam, & personam Episcopi, ipse etiam Episcopus dicitur interdictus, vt colligitur ex c. si sententia, de sent. excommunic. lib. 6. Sed
4 propriè interdictum loci hanc vim habere censetur, vt loco interdicto, interdicti censeantur homines in ordine ad illum locum tantum, & non ad alium, ita vt in illo loco, nec homines illius loci, nec alienigenæ exercere possint diuina officia, aut participare in Sacramentis, aut Ecclesiastica sepultura passiuè, vel actiuè. in alio vero loco non interdicto etiam illius loci habitatores, vt incolę, qui culpabiles non sunt, in illis tribus supra dictis actiuè, & passiuè participare possunt. Sic Angelica, in verbo, interdictum. 2. in princip. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 36. artic. 2. trac. de interd. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 167. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 6. de sentent. excommun. libro 6. Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. capit. 42. §. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. 1. Quæ doctrina vera est, vt notat Angelica cit. non solum in interdicto generali loci, sed etiã speciali alicuius loci, vt extra illum locum, qui non sunt culpabiles, hæc omnia facere possint.

5 Hinc infertur primo, non recte glossam in capitulo si sententia in verbo. Domini de senten. excommun. libro sexto, & Innocentium, & Hostiensem, quos refert Angelus vbi supra, hanc doctrinam limitasse, cum voluerint d. capitulo si sententia, solum habere locum in interdicto locali, quod latum est propter delictum domini, vel rectoris, vt scilicet in hoc casu homines illius loci, qui non erant culpabiles, & causa interdicti, interesse possint diuinis, & alia facere extra illum locum, sin autem interdictum loci latum esset propter delictum populi, tunc populus loci illius nec ibi, nec alibi possit diuina officia facere, aut Sacramenta dare, vel sumere, aut sepulturam eligere, etiam qui non est in culpa. Quæ restrictio nec Angelo ibidem placet, & mihi falsa esse videtur, quandoquidem authores allati absolute, & simpliciter docent, personas loci interdicti, qui non sunt culpabiles, alibi diuina facere, & audire, & cetera vt prius agere posse: parum ergo, aut nihil refert, siue ob

delictum

delictum domini, aut rectoris: siue ob delictum populi locus aliquis interdictus fuerit; semper enim qui culpabiles non sunt, & diuina facere, & Sacramenta dare, & accipere, & Ecclesiasticam sepulturam alibi eligere possunt: cum enim in d. cap. si sententia. illi, qui non fuerunt causa interdicti, permittuntur alibi diuinis interesse, qui verò culpabiles erant, eisdem interesse prohibentur, pari ratione hoc verum erit etiam, quando interdictum ob delictum populi fertur, vt etiam docet S. Anton. 3. part. titulo 27. de interd. capitulo tertio in fine. vers. item interdicto loco. nunquam enim totus populus culpabilis est, & proinde qui tunc etiam culpabilis non erit, diuinis alibi interesse poterit. Neque valet, quod pro se afferunt Innocen. & Hostiensis cap. vt priuilegia. de priuileg. quia, vt notat Angelus, caput illud magis loqui videtur de interdicto personali, seu quando populus est interdictus, quam de interdicto loci.

6 Infertur secundo duplex discrimen inter interdictum locale, & personale.

Primum est, quod interdictum locale non includit populum, idest personas eius, nisi, ne in illo loco audiat diuina, aut Sacramenta sumant, vel administret, aut ibi sepeliantur, quod intellige vt supra, de personis, quæ non sunt culpabiles, vnde tales, qui non sunt culpabiles extra illum locum omnia facere possunt, sicut prius: in illo autem loco nec habitatores loci illius, nec exteri facere, vel audire possunt, nec sepeliri, aut Sacramenta sumere.

7 Secundum est, Interdictum personale non comprehendit locum, ita tamen personas ligat, vt nec ibi, nec alibi audire diuina possint; extranei verò possunt in illo loco audire, et celebrare diuina, etiam ianuis apertis, cum locus ille non sit interdictus, sed tantum personæ, vitatis tamen habitatoribus loci, ex S. Anto. 3. p. titul. 27. de interd. cap. 3. circa medium, versic. item cum interdicitur populus. & vers. item si interdicatur populus. Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. quæstio. 4. in fine. Angel. verbo, interdictum. 1. numero 1. Sotus 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. tract. de interdicto, notab. 3. Nauar. in Man. cap. 27. num. 167. & num. 173. Toleto libro 1. Instruct. Sacerd. cap. 18. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 42. §. 1. Compend. Mendicantium in verbo interdictum, 3. §. 13. & facit text. cap. 1. de vsuris, libro 6. & alij, quicquid Couar. in cap. alma mater. par. 2. § 1. nu. 7. vers. secundo, de sent. excomm. lib. 6. de hac re dubius esse videatur.

8 Quia vero Interdictum locale duplex esse diximus, generale, & speciale, quid vtrumque sit, breuiter explicandum est. Interdictum igitur generale loci est, quo interdicitur locus aliquis vniuersalis continens in se plura loca particularia, ex Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. §. circa quartum principale. vers. quantum ad tertium. Summa Astensi, par. 2. libro 7. tit. 16. artic. 1. Ioan. Bachonio 4. dist. 11. quæst. vnica, artic. 4. dub. 4. Soto 4. d. 22. q. 3. art. 1. conclus. 1. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de interd. Nauar. in Manual. c. 27. num. 166. Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 1. num. 9. de senten. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 41. §. 3. Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. capit. 6. & colligitur ex cap. cum in partibus. & ibi gloss. in verbo, nomine terræ, & ibi Panorm. numero 1. de verbor. signific. vel vt alij definiunt, Interdictum generale est illud, quo interdicitur vniuersitas localis, hoc est, quando aliquis locus plura in se loca continens ita interdicitur, vt in nullo locorum contentorum officia diuina celebrari possint, vt quando interdicitur regnum, ciuitas, prouincia, episcopatus, terra, castrum, villa, immo etiam quando interdicitur parochia, est generale interdictum, vt expresse docent Ledesm. Nauar. Henriquez & Hugol. locis proximè allatis, Alphon. Viuald. num. 119. quicquid Felin. in c. sanè. 2. nu. 3. de offic. deleg. & Couar. in ca. alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. Gregorius
9 de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto 2. velint interdictum parochiæ esse speciale, id quod notandum est, quia eo ipso, quod locus vniuersalis censeatur, non potest pro debito pecuniario parochia interdici sine licentia expressa Summi Pontificis, vt colligitur ex constitutione Bonifacij VIII. Extrauag. quæ incipit. Prouidè. de sent. excom. vt falso Felin. cit. docet. Parum enim refert, vt notant Panor. in d. c. cum in partibus. nu. 1. & Tabiena, verbo, interdictum. 1. nu. 4. vers. tertio. ad hoc
10 quod interdictum loci generale dicatur, quod locus sit paruus, aut magnus, dicitur enim generale, quia nulla pars illius loci excluditur; vnde ad generale interdictum requiri existimo, vt duo locorum genera interdicantur, seu, vt locus ille vniuersalis duo genera locorum contineat, scilicet ecclesiam, seu locum sacrum, aut dedicatũ cultui diuino, & locum profanum. Qua de causa interdictum Parochiæ dicetur generale, quia tali interdicto non solum prohibetur celebratio intra ecclesiam, sed etiam extra ecclesiam in tota parochia.

1 Interdictum autem speciale, seu particulare loci est illud, quo interdicitur aliquis locus particularis non cõtinens in se alia loca. s. sacra, & profana: nam quamuis interdiceretur locus continens intra se plura loca etiam sacra, erit tamen interdictum speciale; vt quando interdicitur ecclesia, intelliguntur interdictæ etiam capellæ, quę sunt intra ecclesiam. Imo interdictum etiam speciale, seu particulare erit, quamuis interdicantur plura loca sacra tantum, non profana, vt quando interdicuntur plures ecclesiæ; item quando interdicuntur omnes ecclesiæ ciuitatis, quia semper licitum erit celebrare diuina extra ecclesias ipsius ciuitatis, ex Nauar. in Man. ca. 27. nu. 166. Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de interd. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 41. §. 3. Hugol tab. 5. c. 6. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. post Syluestrum in verb. interdictum, 1. q. 3. & S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 2. §. speciale interdictum. & Calder. in trac. de eccl. interd. memb. 2. fol. 3. col. 1. et Alphõso Viualdo tit. de interdicto, n. 120. qui tamẽ, licet timidè, & dubitãter ĩ hãc sñiam inclinat.

2 Ex quibus sequitur primò, quod si ciuitas vnã tantũ ecclesiam habeat, & illa interdicatur, non erit interdictum generale, sed speciale, ex Couar. loco proximè citato, & Calder. Henriq. vbi supra, ob rõnem allatam, quia extra eam licet celebrare, quicquid Palud. in 4. d. 18. q. 8. ar. 4. vers. quantum ad tertium, falso putet, quod si villa, aut castrum vnam tantum habeat ecclesiam, & illa supponatur interdicto, quod sit generale.

13. Sequitur secundò, quod etiam si omnes ecclesiæ alicuius loci interdicerentur, puta parochiæ, castri, ciuitatis, Episcopatus, Prouinciæ, Regni, immo etiam totius mundi, adhuc interdictum hoc speciale dicetur, non generale. sic Ioan. Calder. in tract. de interdictis, memb. 2. vers. sed quæro. Philip. Franc. in c. præsenti. vers. in glo. in verbo, generaliter. Ancharan. ibi, num. 2. vers. secundo quæro. & Gemin. nu. 2. vers. sed interdicta ecclesiarum. de sent. excõ. lib. 6. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 2. vers. speciale interdictum. Tabiena, verbo interdictum, 1. nu. 4. vers. tertio. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de interd. Nau. in Man. c. 27. num. 166. Henriq. lib. 13. de excom. & interd. c. 41. §. 3. Hugolin. tab. 5. cap. 6. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 1. nu. 9. de sent. exc. lib. 6. satis enim est, quod extra ecclesias illas in ijsdẽ locis officia diuina celebrari possint, scilicet in priuato oratorio, aut alibi, vt interdictum dicatur speciale, parumque, aut nihil facit ad interdictum generale multitudo ecclesiarum interdictarum, nisi etiam alia loca simul interdi
14 cantur. Quæ sane distinctio interdicti generalis a speciali, diligenter notanda est, & vtilis, facit enim ad

multa, & maxime ad constitutionem Bonifacij VIII. Extrauag. *Prouide*. de sent. exc. vbi cauetur, *quod pro debito pecuniario non debeat ferri interdictum generale per ordinarium, aut delegatum sine speciali licentia Papæ*. Facit etiã, quod quamuis olim non liceret tempore generalis interdicti submissa voce celebrare sine priuilegio, de quo in c. cum in partibus. de verb. signific. hodie tamen iure nouo licet, vt habetur in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. facit deniq; moderno tempore, quia multi habent priuilegia, quod tempore generalis interdicti possunt audire, percipere, vel celebrare diuina, quæ tamen omnia non habent locum in interdicto speciali, seu particulari, vt Panor. in c. cum in partibus. nu. 1. de verb. sign. Tabiena, verbo, interdictum, 1. nume. 4. vers. tertio, & Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 1. num. 9. de sent. exc. lib. 6. notarunt. His ita positis de interdicto generali, & speciali loci pro vtriusque interdicti cognitione, & meliori intelligentia dubia quædam examinanda sunt. Et quidem de interdicto particulari in hoc capite agemus, in sequenti deinceps de generali interdicto loci tractaturi.

15 Quoad interdictum ergo speciale loci, quo interdicitur aliqua ecclesia, vel aliquæ ecclesiæ ad modum, quo dictum est, huiusmodi interdictum particulare comprehendit sub se omnes capellas eiusdẽ ecclesiæ, vel earundem ecclesiarum, quæ ei, vel eis sunt contiguæ, necnon cæmiterium, vel cæmiteria quę contigua sunt, ita vt ibi nec officia diuina celebrari, nec ecclasiastica sepultura homines donari possint, ex Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 1. principali, §. quantũ ad 3. concl. 3. Summa Astensi p. 2. li. 7. tit. 16. art. 1. q. 4. Angelica, verbo interdictum, 2. nu. 7. Tabiena verbo interdictum, 1. nu. 9. §. octauo. vers. quinto notandum. Summa Pisanella verbo, interdictũ, 3. Nauar. Man. ca. 17. nu. 167. Mart Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de interdicto. versic. tertio considerandum Alphon. Viuald. tit. de interdi. nume. 166. Cosmo Philiarcho, de offic. Sacerd. lib. 4. cap. 3. Iacobo de Graff. libr. 4. c. 26. nu. 4. Corona Confess. tit. de interdicto, nu. 3. Toleto li. 1. c. 18. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 42. §. 4. vers. quarto. Hugol. de cens. eccl. tab. 5. c. 10. in prin. n. 2. & colligitur expresse ex c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. Dixi, si sint contigua: quia si capella, vel cę
16 miterium non essent contigua ecclesię interdictę, non intelligerentur interdicta, quamuis ecclesia ad quam pertinẽt, esset interdicta: Ratio prioris est: quia capellæ huiusmodi ecclesiæ interdictę partes sunt, & quia rationem accessorij habent huiusmodi capellę, & cęmiteria contigua, proinde principali interdicto, etiam hęc, quę accessoria sunt interdicta erunt. argumen. cap. accessorium, de reg. iur. in 6. Ratio posterioris est: quia neque partes sunt ecclesiæ interdictæ, nec ei accessoria sunt, ideoq; vna interdicta, altera interdicta non erit, & a fortiori interdicta vna ecclesia, non censetur interdicta altera ecclesia quantumuis ei vicina, & cohærens sit.

17 Contigua verò vocantur ea, quorum extrema sunt simul, vt docet Aristot. 5. phys. text. 26. & notant gl. in c. vnico, in verbo, contiguum, de consecr. eccl. vel altar. li. 6. & in c. si ciuitas. in verbo, contiguis. de sent. exe. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 1. principali, §. quãtum ad tertium. concl. 3. Tabiena, in verbo, interdictum, 1. §. octauo, vers. quinto, seu clarius, vt ipsum nomen indicat, cõtigua sunt, quorum extremitates se inuicem contingunt; vnde, vt præfati authores testantur. & colligitur ex d. cap. vnico, de consec. eccl. vel altar. si inter ecclesiam ex vna parte, & capellam, vel cæmiterium ex alia parte, non sit nisi paries intermedius, erunt contigua, quia vltimum ecclesiæ est suus paries, qui est simul cum terra capellæ, vel cęmiterij. & vtriusque superficies est simul, cum nihil solidum sit medium, quod si intra parietem ecclesiæ, & cæmiterium, seu intra parietem capellæ, & ecclesiæ esset intermedius aliquis locus siue plenus, siue vacuus (vt ait Tabiena, cit. esse Veronæ inter ecclesiam maiorem fratrum Prædicatorum, & aliam quandam paruam ecclesiam) quantumuis paruus sit locus intermedius, non essent contigua, quia non se tangunt, & ita interdicta ecclesia, illa non essent interdicta.

18 Est tamen non parua difficultas, an quando sunt duo cæmiteria, quæ habent parietem intermedium, illa sint contigua, necne, & consequenter an interdicta ecclesia, & priori cæmiterio contiguo ecclesiæ, interdictum censeatur aliud cæmiterium, quod est post parietem, & ita an interdicto vno cæmiterio, & alterum etiam interdictum intelligatur? In qua difficultate Tabiena vbi supra, putat hæc cæmiteria non esse contigua, ideo vno interdicto nõ esse interdictum alterum; quod probat, quia paries intermedius neutrius cæmiterij pars est, cæmiterium enim non continet parietem, sicut ecclesia, vel capella, quia paries ecclesiæ, vel capellæ est pars eius. Ego autem in hac re non facilè crederem hæc cæmiteria nõ esse contigua; quamuis enim cæmiterium non requirat parietem tanquam partem sui, quando tamen cæmiterium habet parietem, tunc paries est pars ipsius cæmiterij, vt constat, quia etiam intra parietem ipsius cæmiterij fieri possunt, & solent fossæ ad sepulturam. Deinde ex alio capite defendi potest, interdicto vno cæmiterio, non interdictum esse & alterum: quia scilicet sunt duo cæmiteria per se totalia, & vnum ab altero non dependet; vnde si illa duo cæmiteria ita se haberent, quod vnum sit pars alterius, tunc interdicto vno, interdicitur etiam & alterum. Et hoc mihi videtur necessariò dicendum attenta dispositione d. c. si ciuitas. de sent. exc. lib. 6. vbi constituitur, quod interdicta ecclesia, interdicitur etiam capella illi contigua & cæmiterium illi contiguum: quia nimirum capella hæc, & cæmiterium illud
19 sunt aliquid ipsius ecclesiæ, cui sunt contigua. Vnde, si essent duæ totales ecclesiæ, & independentes vna ab altera, quamuis essent contiguæ, vna interdicta, non esset altera interdicta, vt diximus. Idem dicendum, si post ecclesiam succedat cæmiterium contiguum, & post illud, cæmiterium aliud illi contiguum interdicta ecclesia interdictum esset vtrumque cæmiterium, si pertinet ad eandem ecclesiam, quia pro vno habentur, non autem si alterum ad aliam ecclesiam pertineat.

De Interdicto generali loci. Cap. III.

SVMMA.

1 *Interdicta ciuitate suburbia etiam, & continentia ædificia interdicta sunt.*
2 *Suburbiorum, & continentium ædificiorum nomine quid intelligatur.*
3 *Continentia ædificia quænam censenda.*
4 *Interdicta ciuitate, an ædificia contigua, vel adhærentia suburbijs interdicta sint.*
5 *Interdicta ciuitate, aut regno an interdicta sint suburbia, quando ad aliam ciuitatẽ, aut regnum pertinent.*
6 *Interdicta ciuitate, quæ ad vnum dominum pertinet, an interdicta sint continentia ædificia ad alium dominum pertinentia.*
7 *Interdicta ciuitate ab Episcopo illius, an interdicta sint suburbia, quæ ad alium Episcopum, & aliam diœcesim pertinent.*
8 *Interdicto relaxato quoad ciuitatem, vel castrum, intelligitur amotum quoad suburbia illius.*
9 *Suburbia partes sunt ciuitatis, nec plus facere licet in suburbijs interdictis, quam in ciuitate interdicta.*
10 *Interdicta Ciuitate, Cathedralis Ecclesia interdicta*

etiam

etiam censetur.

11 Interdicta ciuitate, ciues & habitatores eius interdicti non censentur.

12 Interdicta ciuitate, si postea augeatur ciuitas, pars aucta etiam interdicta erit.

13 Interdicta ciuitate destructa, adhuc locus ille interdictus manet.

14 Ecclesia destructa si restituatur, consecrari debet, & qua huius ratio sit.

15 Ecclesia destructa, cessant indulgentiæ illi concessæ, & quare.

16 Priuilegia Ecclesiæ concessa, etiam destructa illa, remanent, & quæ huius sit ratio.

17 Interdicta terra alicuius domini plures terras habentis, an omnes interdictæ sint, vel aliqua tantum.

18 Interdicta terra alicuius domini comprehenduntur omnes illæ, in quibus exercet iurisdictionem temporalem.

19 Interdicta terra domini alicuius, interdictæ sunt omnes illæ terræ, quas dictus dominus in feudum, & emphyteusim habet.

20 Interdicta terra alicuius, interdicuntur terræ omnes, quæ ad eum ratione dotis vxoris pertinent.

21 Interdicta alicuius terra, intelliguntur omnes terræ, in quibus dominus ille habet vsumfructum.

22 Interdicta terra Domini alicuius, interdicuntur omnes terræ, quæ dicto domino adhæserunt in crimine propter quod latum est interdictum.

23 Interdicta terra domini alicuius, an, & quando interdicta sit terra, quam dominus ille communem cum alio habet.

24 Interdicta terra pignorantis, an comprehendatur terra ei pignorata.

25 Interdictis terris domini alicuius, non comprehenduntur terræ, quas postea de nouo acquirit.

26 Interdicta terra, si eam dominus vendat, aut alio modo admittat, aut alienet, an adhuc interdicta maneat.

27 Fluuius idem est, quamuis aquæ de nouo semper fuerēdant.

28 Interdictum generale loci quinam seruare teneantur.

29 Interdictum generale loci exempti etiam, & religiosi seruare tenentur.

1 Ntea quid interdictum generale sit, exposuimus: nunc autem qualiter intelligi debeat, declarandum est.

Primo igitur interdicta ciuitate, intelliguntur etiam interdicta suburbia, & continentia ædificia, vt habetur expresse in cap. si ciuitas, de sent. excommun. lib. 6. quo in loco Pontifex ait se late interpretari, seu ampliare nomen ciuitatis, vt etiā extendatur ad ea, quæ sunt extra muros, cum alioquin ciuitas proprie significet solum id, quod murorum ambitu continetur, non autem illud, quod extra positum est, vt patet ex d. cap. si ciuitas, & l. 2. ff. de verb. sign. & quod de ciuitate dicitur, similiter de castro, & villa intelligendum est, vt in d. cap. si ciuitas, habetur, & DD. communiter tradunt, licet proprie hæc suburbia non habeant. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto cap. 4. ver. item si interdicatur locus. Angelica, verbo interdictum, 2. nume. 3. Summa Pisanella, verbo, interdictum, 2. Syluester, in verbo, interdictum 2. num. 5. ver. quartum. Tabiena, verbo, interdictum, 1. num. 13. §. duodecimo. Nauar. in Man. cap. 27. num. 167. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de interd. notab. 3. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 1. num. 8. vet. septimo. de sent. exc. lib. 6. Cosmus Philiarchus, de officio Sacerd. p. 1. c. 3. lib. 4. Corona Consef. tit. de interdicto, nu. 3. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 18. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 42. §. 4. Hugolin. de censur. Eccl. tab. 5. cap. 21. §. 1. post Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 1. conclus. 3. Causa vero propter quam facit Pontifex hanc tam latam odiosam interpretationem, singulariter notanda est, nimirum, ne eludatur, & frustratoria fiat sententia Interdicti, & ne suo fine, effectu & obseruatione careat; si enim interdicta ciuitate, suburbia interdicta non essent, possent in suburbijs celebrari omnia diuina officia, vnde posset etiam totus populus ciuitatis in suburbijs celebrare, ibique ad Diuina audienda omnes facile concurrerent. Quam etiam rationem Pontifex in cap. si sententia, in fine, de sent. exc. lib. 6. & in c. cum inter, de consue. in antiq. insinuauit. Ex qua cōstitutione hanc generalem regulā colligere possumus; Quotiescunque, si non fieret lata interpretatio in odijs, & pœnis, sententia est frustratoria, id est nullū cōsequeretur effectū, semper facienda est lata interpretatio.

2 Dubium tamen primum esse potest in hac materia, quid suburbiorum nomine intelligatur. Cui respondetur, suburbia ea esse, quæ communi nomine *Burgi* dicuntur, idest ædificia extra, & prope ciuitatem, in quibus domus sunt contiguæ vna ad alteram, ita vt faciant aliquam viam vnam, vel plures, vt colligitur ex Gemin. in d. cap. si ciuitas. & S. Ant. 3. par. tit. 37. de interd. c. 3. §. item si interdicatur locus. Syluestro, verb. interdictum, 2. vet. si. quartum. Corona Confessorum. tit. de interd. nu. 3. Hug. tab. 5. c. 21. §. 1. id quod nomen ipsum significat, est. n. suburbiū quasi sub vrbe constitutum, hoc est aggregatio ædium plurium proxime post vrbem existentium. Addunt aliqui aliam conditionem, vt s. faciat viam, quæ ducat recta ad portam ciuitatis, vt notat S. Ant. cit. verum cum ex situ, & qualitate loci nonnunquam contingat, ne faciant viam rectam, quæ ad portam ciuitatis ducit, parū, aut nihil referre puto situm ædium, satis enim est, quod sint prope ciuitatem. Aliqui etiam aliam conditionem addunt, nimirum, vt sint intra vlnmam portam, seu intra vltimum vallum, aut fossam, quæ tamen conditio mihi non videtur necessaria, quia multa sunt suburbia, quæ nec aliquam portam, nec vallum aliquod habent.

3 Continentia ædificia sunt domus sparsim hic, illic ve prope ciuitatem constructæ, & vrbana prædia, quæ nec villam nec suburbium faciunt, nec seruata contiguitate, aut ordine aliquo in diuersis locis ædificantur ex Gem. Anchar. & Philip. Franco, in d. c. si ciuitas, S. Ant. & Hug. vbi supra. Quatenus autem continentia ędificia, aut suburbia extendantur, ad hoc vt interdicta ciuitate, ipsa etiam interdicta esse censeantur, nisi aliunde constet, iudicis, seu boni viri arbitrio discernendum erit, qui hoc ipsum ex situ loci, ex communi loquendi vsu, & consuetudine, & ex alijs æstimabit, ex gl. in d. capitulo, si ciuitas, in verbo, continentibus, de senten. excom. lib. 6. & l. 2. & l. ędificia. & l. vt Alphenus. & l. qui in continentibus, ff. de verb. sign. Angelica, verbo, interdictum, 2. numero 4. Syluest. verbo, interdictum, 2. §. 4. Tab. verbo, interdictum, 1. num. 13. §. duodecimo. Couar. in c. alma mater, p. 2. §. 1. num. 8. in fi. ver. quod vero dicantur. de sent. exc. lib. 6. Summa Astensis p. 2. libro 7. tit. 16. art. 1. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 42. §. 4. Hugolin. tab. 5. c. 21. §. 1. & Corona Confessorum tit. de interdicto, nume. 3. Qui authores omnes addunt iudicem in arbitrando, quousque extendantur hæc continentia, debere attendere ad rationem in d. cap. si ciuitas, in quo ideo declarantur interdicta continentia sub interdicto Ciuitatis, ne sententia fiat frustratoria; vnde tantum debet extendere hæc continentia, vt populus non possit communiter illuc concurrere ad officia Diuina; & Angelica, & Syluester dicunt, sibi videri extendi posse per vnum milliare; quorum opinio videtur

satis

satis probabilis; quicquid Henriquez vbi supra maiorem distantiam requirat, satis enim est, vt tantum distet, vt valde laboriosum sit illuc ire, nec populus passim eò conuenire potest.

4 Quæritur vlterius Cald. in tract. de Ecclesi. inter. memb. 2. num. 16. an ædificia contigua, vel adhærentia suburbijs, & continentibus ædificijs comprehendantur etiam sub interdicto ciuitatis? Cui respondetur, quod domus illæ, quæ sunt contiguæ, vel adhærentes, aut valde propinquæ suburbijs, idest, Burgis, sint etiam interdictæ, quia sunt pars ipsorum suburbiorum? De illis verò, quæ adhærent ædificijs continentibus, respondeo secundum ea, quæ Angel. & Syluest. cit. tradunt, si vltra mille passus distant, probabile est non contineri. Quod autem diximus de suburbijs, & continentibus ædificijs, ciuitatis, intelligitur etiam de suburbijs, & continentibus ædificijs villæ, castri, aut alterius cuiuscunque loci, quomodocumque vocetur, vt ex d. c. si Ciuitas, & Doctoribus.

5 Dubium secundum est, An, si interdicatur regnum, aut prouincia, & extra vnam ciuitatem sint vnum, vel plura suburbia, aut continentia ædificia, quæ ad aliud regnum, aut ad aliam prouinciam pertineant, quæ sunt in confinibus regnorum, aut prouinciarum, an scilicet tunc interdicto regno illo, aut prouincia illa, intelligantur etiam interdicta suburbia, seu ædificia continentia quæ sunt in aliqua ciuitate illius regni, pertinentia ad aliud regnum, aut prouinciam; Ioann. Calderin. S. Anton. Syluester, & Tabiena, locis superius allatis, dicunt suburbia ista interdicta esse propter rationem d. ca. si ciuitas, & quia ibi sit absolute mentio suburbiorum, non determinando ad quã ciuitatem, siue ad quod regnum, aut quam prouinciam illa pertineant. In hac autem difficultate ego duo hęc probabiliter dici posse existimo.

Primum est, si sit interdicta ciuitas, quamuis suburbia pertineat ad aliam ciuitatem, vel ad aliud regnum, aut aliam prouinciam, intelliguntur etiam interdicta, & bne bene probant rationes allatæ.

Secundum est, si non interdicitur ciuitas, sed regnum, aut prouincia, tunc quidem probabilior mihi videtur contraria sententia; vt suburbia non sint interdicta, quia in hoc casu cessat ratio d. c. si ciuitas. siquidem ibi extenditur nomen ciuitatis, vt comprehendat etiam suburbia, ne sententia efficiatur frustratoria, id est, ne communiter omnes homines ciuitatis Diuinis interfint; in hoc autem casu, quando interdicitur regnum, non efficitur vllo modo sententia frustratoria, quia satis est, quod totum fere regnum illud interdictum seruet, & sic non efficitur frustratoria. Vnde sicut parum refert, si interdicta ciuitate, aliqui de ciuitate ad Diuina celebranda, vel audienda extra ciuitatem, & suburbia eant, ita etiam, si aliqui de toto Regno violent interdictum, non ideo sententia efficitur frustratoria.

6 Dubium tertium est, An, interdicta Ciuitate intelligantur interdicta suburbia alterius domini, & quæstio solum est, quando ciuitas ad vnum dominum pertinet, & suburbia ad alterum, & ciuitas interdicitur ob delictum domini ciuitatis. Respondeo etiam suburbia alterius domini esse interdicta, ex Couar. in ca. alma mater. par. 2. §. 1. num. 8. in fine, ver. est tamen intelligenda, de sentent. excommunicat. lib. 6. post Syluestrum, in verbo, interdictum. 2. vers. quartum, quia dispositio d. c. si ciuitas non se restringit ad suburbia, quæ sunt eiusdem domini, vel alterius, sed simpliciter, et absolute loquitur. Et quia militat ratio d. c. si ciuitas, in hoc casu ad eundem modum, quo si ciuitas illa pertineret ad diuersos dominos, & media pars ad vnum, & alia media pars ad alium dominum pertineret, & tamen in eo casu propter delictum vnius domini tantum, tota intelligeretur interdicta. Neque hoc mirum videri debet cum interdictum etiam feratur in Innocentem; & quia aliàs sententia frustratoria esset.

7 Dubium quartum est, An si ciuitas pertineat ad vnam diœcesim, & suburbia ad aliam, & sit interdictum hominis (nam de interdicto iuris constat ex dictis) latum ab Episcopo ciuitatis, intelligantur interdicta suburbia, quæ ad alterum Episcopum pertinent. Ratio dubitandi est: quia Episcopus ciuitatis nullam (vt supponitur) in suburbia iurisdictionem habet; ergo non videtur illa interdicere posse. Ioan. Calderin. in tract. de Eccles. interd. memb. 2. versic. circa quod. & versic. Sed nunquid. S. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 3. in fin. versi. item si interdicatur locus. Syluester, verbo, interdictum. 2. vers. quartum, & Tabiena verbo, interdictum, 1. §. duodecimo, & alij nonnulli putant, quod si loquamur de iure scripto, non esse interdicta illa suburbia; si tamen attendamus rationem d. capit. si ciuitas, posset dici esse interdicta, non quidem ab homine, sed à iure, argum. cap. nuper, de sent. excom. Quam etiam sententiam sequuntur Ioan. Andr. & Gemin. in d. cap. si ciuitas, num. 11. versic. quæro quia textus vult. Mihi tamen magis placet eorum opinio qui dicunt, etiam ex iure scripto suburbia interdicta esse, habemus enim expresse in iure, scilicet in d. cap. si ciuitas, nomine ciuitatis etiam comprehendi suburbia; ergo ex vi ipsius iuris scripti dicendum erit ista interdicta esse; & ita expresse sentiunt Archid. quem refert, ac sequitur Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. capit. 21. §. 1. numero x. Tabiena, in verbo, interdictum, 1. §. duodecimo. & fauet Couar. in cap. alma mater, par. x. §. 1. num. 8. in fine, ver. est tamen intelligenda responsio. de sentent. excom. lib. 6. Palud. expresse, in 4. dist. 18. quęst. 8. art. 1. principali, §. quantum ad primum, conclus. 3. vbi hanc regulam tradit; Si principalis locus est interdictus à iure, tunc totum est interdictum à iure; si autem principalis locus est interdictus ab homine, accessorius est interdictus ab homine.

8 Quod si quæras, si suburbia sint interdicta in hoc casu ex virtute, quis relaxare possit interdictum suburbiorum dictorum? Respondet Palud. cit. ipsum interdicentem, etiamsi inferior sit Episcopo, relaxare posse. Ratio est: quia interdictum hoc fertur à iure. & consequenter ad interdictum hominis, quia verò sublato principali remouetur accessorium, (quandoquidem accessorium, vt habetur in cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6. sequitur conditionem principalis) inde est, quod relaxato, vel amoto interdicto quoad ciuitatem, vel castrum, intelligatur amotum quoad suburbium, etiamsi amouens erat talis, qui nõ potuisset amouere interdictum iure principaliter positum, puta, inferior Episcopo; quia sicut hoc ipso, quod homo interdixerit ciuitatem, consequenter interdicta erant suburbia, ita hoc ipso, quod relaxat interdictum ciuitatis, consequenter intelligitur relaxare interdictum suburbiorum, quædam enim transeunt eum vniuersitate, quæ aliàs non transirent.

9 Dubium quintum est, an ita strictè intelligantur interdicta suburbia, sicut interdicta ciuitas? Respondetur eodem prorsus modo interdicta esse, nec quicquam amplius in illis licere, quam in ciuitate licet. Ratio est: quia d. ca. si ciuitas. facit suburbia partem ciuitatis, dum vult nomen ciuitatis ad illa extendi.

10 Dubium sextum est, An interdicta ciuitate, Cathedralis Ecclesia interdicta etiam censeatur? Ioan. Staphileus in tract. de literis gratiæ, & iustit. & refert Couar. in c. alma mater, p. x. §. 1. num. 4. vers. sed ob vnius, de sentent. excommunic. lib. 6. innuere videtur partem negatiuam, argum. capit. quamuis. §. quamquam, de præbend. lib. 6. Hugolin. autem in tab. 5. capit. 21. §. 5. numero 1. etiam in hoc casu interdictam Cathedralem esse putat. Quæ etiam sententia mihi placet: quia aliàs sententia redderetur frustratoria, si interdicta ciuitate in Eccle-

sia

sia Cathedrali diuina celebrari possent, contra capit. si sententia,& ea si ciuitas,de sentent.excommunic.lib.6. Addo tamen , Ecclesiam Cathedralem in interdicto speciali loci non includi, vnde , quamuis interdictum in totius diœcesis, & in omnes ciuitatis Ecclesias latum esset,Ecclesia tantum Cathedralis non censeretur inter dicta:sic Hugolin.vbi supra,& Henriquez lib. 13. de excommun. & interd.ca.42.§.1. citans Syluestrum , & Rosellam,& Couarr. loco proxime citato, qui pro hac re refert Ioan. Staphil.vbi supra,& alios plurimos,arg. d.cap.quamuis,de præben.lib.6.

11 Dubium septimum est, An interdicta ciuitate, ciues, & habitatores eius interdicti sint? Respondetur ex communi DD. sententia non comprehendi, nisi qui culpabiles sunt,& causam Interdicto dederunt. Sic Palud. 4.distin.18. quæstio. 8. in quarto articulo principali §. Quantum ad vigesimum. S. Anton.3.par.titu.27.de interdicto,capit.3.in fine,vers. item interdicto loco. Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.16.artic. 1. quæstio. 3. Calderin.tract.de interdic. memb.2.colum.4.fol.3. Fel. in cap.Rodulphus,colum.1.de rescript. Syluest.verbo,interdictum,2.versi. sextum. Martin. Ledesm.2.4.quæst, 26.artic.2.tract.de interd.notab.3.Nauar.in Manuali; cap.27.num.167. Couar.in cap.alma mater, part. 2. §. 1.numero 6.vers.his denique elucidatis.& num.8. vers. quarto,de sentent. excommunicat. lib. 6. Feder.de Sen. cons. 288. vbi late hanc rem tractat. Henriquez libro 13.de excommunicat. & interd.capit.42. §.primo. Hugolin. de censur. Eccles. tab.5.cap.sexto,§.secundo numero 6.& cap.21. §. 9.numero 1.Felicianus Episcopus Scalensis in Enchirid.de censur. capit. 7. de interdicto. Burgasius de irregul.& dispensat. par.6.de sentent. interdicti,numero 46.& colligitur expresse ex capit.si sententia,§. ceterum.& ibi Gemin. num.4.& Anchar.numero 3.& glo.ibi,in verbo,si sententia , & in verbo,interdicti,de sentent.excommunic. libro 6. & Panorm.in cap.non est vobis,numero 8.de sponsal.vnde extra ciuitatem, qui culpabiles non sunt, & Sacramenta sumere, & diuinis interesse, & in Ecclesia licite sepeliri possunt.

12 Dubium octauum est , An interdicta ciuitate, si postea augeatur ciuitas pars aucta interdicta sit? Respondetur etiam partem illam in interdictam esse; augmentum enim eius naturæ est, cuius est res , quæ augetur, vt pluribus tradit Philip.Prob.in addit.ad Ioan.Monach. in cap.quamquam, numero 4. & seq. de electione. lib.6. & idem dicendum est , si Ecclesia interdicta aucta sit, aut etiam paulatim per partes refecta sit , ita vt ex priori nulla pars remanserit,siquidem eadem esse,quæ prius existimatur,argumen.l.proponebatur.ff. de iudic. & l. quid tamen. §. plane si per partes. & in §. in nauis , ff. quibus modis vsufruct. amitt. vbi si ædes refectæ sint per partes , vel totæ nouæ factæ sunt sicut etiam & nauis,eædem esse existimantur,vt ibi dicitur,& ideo vsusfructus earum non amittitur,vt habetur in citata l.quid tamen. & ideo ob paritatem rationis idem in casu nostro dicendum erit,argum.cap.cum dilecta.de confirm. vtil.vel.inutil.

13 Dubium nonum est , An destructo loco, seu ciuitate interdicta,eo ipso interdictum tollatur? Ratio dubij est : quia Ecclesia semel destructa fundit is, & iterum constructa, non censetur eadem Ecclesia ex Goffred. in summa,de Eccles.ædific.in fine , vnde iterum consecrari debet,ex Panorm.in capit.proposuisti, de consecr. Eccles.vel altar. Cum igitur non sit eadem Ecclesia,interdictum censeri debet sublatum . Deinde destructa Ecclesia, reuocatæ censentur indulgentiæ illi concessæ, ex Palud.4.dist.20.quæst.4.artic.1.principali.§. quantum ad tertium. conclus. 4. & Nauar. in comment. de Iubilæo. notab. 31. numero 26. ergo à fortiori interdictum sublatum esse debet , cum interdictum sit pœna, indulgentia fauor, argumen. capit. odia, de regul. iur. lib.6.

Contraria tamen opinio mihi verior esse videtur ,
quam sequitur Hugolin.de cens. Eccles.tab.5.capit.21.
§.6.quod destructa ciuitate,seu Ecclesia,adhuc locus ille
interdictus manet, sicut etiam interdicto homine,etiam
post mortem interdictus est . Ratio est , quia interdi-
cta ciuitate adhuc locus manet , etiamsi destruantur
ædes, vnde,cum in tali interdicto locus interdictus sit,
ita vt nec in ædibus nec extra ædes sub Dio , aut tento-
rio diuina fieri possint, manente loco ciuitatis, interdi-
ctum manet , etiam destructis ædibus,eodemque modo
destructa Ecclesia , quia remanet locus sub nomine
Ecclesiæ interdictus (nihil enim aliud est ciuitatem ,
aut Ecclesiam interdicere , quam diuina eo in loco pro-
14 hibere , vbi ciuitas , atque Ecclesia est); Ecclesia , aut
Ciuitas destructa adhuc interdicta censetur . Nec va-
lent rationes in contrarium quia ideo Ecclesia destru-
cta si restituatur,consecrari debet , quia non est eadem
Ecclesia ; At vero interdicta Ecclesia , non interdicun-
tur parietes, sed ne in loco concluso ipsis parietibus di-
uina fiant, prohibetur , vnde cum interdictum inhæreat
loco,& locus idem maneat etiam destructis parietibus ,
& alijs constructis , adhuc manet interdictum idem
idem ob identitatem loci, cui interdicitur. Neque ob-
stat , quod de indulgentia dictum est ; ideo enim destru-
15 cta Ecclesia,tolluntur indulgentiæ , quia cessat causa
concessionis earum; ea enim de causa conceduntur ali-
cui Ecclesiæ indulgentiæ , vt Christi fideles eam magis
frequentarent , ibique Diuina facerent , vel audirent ,
quibus cessantibus ex destructione Ecclesiæ, merito ces-
sant indulgentiæ illi concessæ,argum. cap.cum cessante,
de appell. At vero destructa Ecclesia interdicta , non
cessat causa interdicti, quæ est , ne in loco,vbi Ecclesia ,
aut ciuitas est,diuina fiant, remanet enim locus,cui in-
terdictum inhæret,& ideo interdictum manet; sicut pri-
uilegia concessa Ecclesiæ,etiam destructa illa, remanet,
16 quia concessa esse censentur illi loco , in quo Ecclesia
fuit: vnde,sicut locus remanet , ita etiam refecta Eccle-
sia priuilegia sua retinet , vt docent Alexand. in l. inter
stipulantem,§.sacram,in fine, & ibi Iason . numero 30.
versic.quid autem de Ecclesia funditus destructa , ff.de
verb.oblig.& Fel.in capit. cum dilecta. vers.destructio,
num.97.de rescript. & est communis DD.opinio,vt Ale
xand.vbi supra testatur .

17 Secundo in hac materia de interdicto vniuersali loci nonnullæ aliæ difficultates esse possunt; Quarum

Prima est,quomodo intelligatur interdictum,quo interdicitur terra alicuius Domini , & quæstio solum est,quando dominus ille,cuius terra interdicta est, plures habeat : si enim vnam tantum terram habeat, dubium non est,quænam interdicta sit, illa enim interdicta erit,& hoc quacumque ratione illam habet, ex quo de alia intelligi non possit,argum.cap.nominatim,ff.de lib. et.& posth.alioquin sententia frustratoria,argum.ca. si sententia,vers.cum vero.de sentent.excommunic.lib. 6.& facit l.quoties.ff.de rebus dub. sola igitur difficultas est , quando plures terras habet , & interdicuntur terræ illius,quænam interdictæ censeantur; In qua re, vt optime notauit Hugol.de cens. Eccles. tab.5.cap.21. §. 4.& obscure,& confuse locuti sunt DD.maxime Ioan. Andr.in Nouella,Anch.Gemin.& Philip.Franc.in capitulo, si sententia.§.ceterum,de sentent. excommunicat.libro 6. & Summistæ etiam , quos inferius referemus, quorum dicta , vt clariora reddantur, & certa ab incertis distinguantur , ad certa capita reducenda sunt.

Primum est , si plures terras habeat vario iure, & appareat, quam , aut quas Iudex interdicere voluit , tunc illa , vel illæ interdictæ erunt , quocumque iure aut ratione illam, aut illas teneat , & hoc apud

omnes

omnes certum, est argum. capit. cum voluntate, de sent. excomm. & l. non omnis, ff. si cert. pet.

Secundum est, si plures terras habeat, & non satis apparet quam, aut quas Iudex interdicere voluit, tunc si in vna ex illis absolutum dominium habet, non autem in alijs probabile valde est illam solum interdici, in qua dominium absolutum habet, non aliàs, argum. l. cum quæritur, ff. de statu hom. sin autem in plurib. absolutum dominium habet, si commode adiri possit Iudex, consulendus erit, an voluerit omnes illas interdicere, an aliquas tantum, & standum erit dicto Iudicis; quod si adiri commode nequeat, quicquid Hugol. vbi supra, in hoc casu nullas omnino interdictas esse putet, ob sententiæ incertitudinem: communior tamen, & verior opinio est omnes illas terras, quę simpliciter, & absolute sunt propriæ illius domini, hoc interdicto comprehendi; vt colligi potest ex Syluestro, verbo, interdictum, 2. versic. secundum. Cum enim non sit maior ratio vnius, quam alterius, aut omnes, aut nullæ interdictæ erunt; quia vero frustratoria plane, & inutilis sententia esset si nullæ sub tali interdicto comprehenderentur, contra mentem, & intentionem iuris, & iudicis, cap. si sententia, versic. cum vero, de sent. excommunic. lib. 6. dicendum erit omnes interdictas censeri, ne alioquin sententia illuderetur.

Tertium est, si ex interdicti forma constet omnes alicuius domini terras interdixisse, vt habetur in extrauag. super gentes, de consuetud. tunc quidem certum est,

Primò tali interdicto cōprehendi omnes terras, quarum dominium absolutum habet.

18 Secundò, etiam comprehenduntur omnes illę, in quibus habet dominium Iurisdictionale, id est, in quibus exercet Iurisdictionem temporalem, argum. capit. sanè, 2. de offic. deleg. ex S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. ca. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 1. §. vndecimo. Angelica, verbo, interdictum, 2. num. 1. Syluest. verbo, interdictum, 2. num. 3. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 42. §. 2. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. circa quartū principale, §. quantum ad vigesimum. Alphonso Vualdo, tit. de interdicto, nu. 178.

19 Tertio comprehenduntur etiam omnes illę terræ quas dictus dominus habet in feudum, vel emphyteusim, & hoc propter dominium vtile, quod habet in illis terris; & facit cap. 1. de postul. præl. S. Anton. expresse, & Angelica, Tabiena, Syluest. Henriquez, & Alphons. Vuald. vbi supra, contra Rhodouensem, & Summam Confess. lib. 3. tit. 33. quæst. 225. qui putant non extendi ad feuda, quia pœnæ sunt restringendæ, nec contra eos est tex. d. cap. 1. in verbo, terram.

20 Quarto intelliguntur etiam omnes terræ, quæ pertinent ad eum ratione dotis vxoris, quia maritus constante matrimonio est dominus dotis vxoris, ff. de auro, & argento legato, l. quintus, & argum. l. doce ancillam, C. de rei vend. & in Instit. in princip. quibus licet alienare, vel non. S. Anton. Tabiena, Syluest. Alphons. Vuald. Henriquez vbi supra. Calder. tract. de interdict. membr. 2. num. 29.

21 Quinto intelliguntur etiam terræ, in quibus dominus ille habet vsumfructum. Ioann. Andr. & Geminian. in cap. si sententia, de sentent. excommun. lib. 6. Angelica, verbo, Interdictum, 2. num. 1. Syluester, Henriquez, vbi suprà, quicquid Calderin. cit. in hoc contrarium senserit, sed male, vt notat Tabiena, verbo, interdictum, §. vndecimo, in fine, quia vsusfructus in multis casibus est pars dominij. ff. de vsufruct. l. 4.

22 Sexto comprehenduntur etiam omnes terræ, quæ dicto domino adhæserunt in crimine propter quod latum est Interdictum; ita glo. in capit. 1. in verbo, terram, de postulat. prælat. & Innoc. & Hostiensis ibi relati a Syluestro cit. & Angel. in verbo interdictum. 2. numero 1. Summa Pisanel. verb. interdictum, 2. in prin. Palud. 4. distin. 18. q. 8. circa quartum principale, §. quantum ad vigesimum. & videtur expresse colligi ex d. ca. 1. de postul. prælat. vbi interdictum quoddam Papæ in terras Regis Francorum latum a Cardinali Summi Pontificis delegato, declaratum fuit vt comprehenderet terras, quæ dicto Regi adhæserunt, cuius Cardinalis declarationi statur in illo capite. Vbi obseruandum est, quod licet ibi mentio tantum fiat terrarum quæ adhæserunt dicto Domino, & non exprimatur quod adhæserunt in crimine, vnde videri potest æque bene intelligi posse de Terris, quæ aliquo modo pertinebant ad dictum Regem, siue tanquam ei commendatę, siue aliquo alio modo; tamen æquè bene, vel meo iudicio melius intelligi potest de terris, quæ Regi in crimine adhæserunt, tum propter auctoritatem Doctorum, quos supra retulimus, qui omnes ita intelligunt, tum etiam, quia hoc videtur esse adhærere alicui.

23 Secunda difficultas esse potest de terra, quam aliquis dominus communem cum alio habet, an hæc simul cum alijs terris eiusdem domini interdicta censeatur. Huic difficultati communiter respondent DD. vt Gemin. in capit. si sententia, de sent. excomm. lib. 6. Calderin. in tract. de interdicto, membr. 2. num. 30. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 3. Angelica, verbo, interdictum. 2. num. 2. Syluester in verbo interdictum, 2. vers. secundum. Alphonsus Vuald. tit. de interdicto, num. 178. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. vndecimo. distinguendo; vel enim terra hæc est indiuisa, & ab vtroque domino indiuisè possidetur, & sic terra hæc interdicta non censetur, ne dominus innocens propter delinquentem puniatur, argum. cap. fin. 1. q. 4. vel terra diuisa est in partes, & vnusquisque habet vnam certam partem, & sic tota illa pars, quæ pertinet ad illum Dominum, cuius terræ sunt interdictæ, interdicta est. argum. c. fin. de prębend. libro 6. & argum. l. quintus, ff. de auro, & argento legato. Quod si dicas hac ratione interdictum huius partis terræ frustratorium erit, quia omnes eius habitatores poterunt interesse Diuinis in altera parte terræ? Respondeo, etiamsi hoc verum sit, erit tamen nonnulla pœna illius Domini, quod in parte terræ, quæ ad eum pertinet, non celebrentur officia Diuina; vnde, quamuis sit frustratorium quantum ad populum, quantum tamen ad Dominum frustratorium non erit.

24 Tertia difficultas esse potest de terra alicui pignorata, an intelligatur interdicta, quando interdicuntur terræ pignorantis, an quando interdicuntur terrę illius, cui pignorata est. Cui respondeo.

Primo, quando interdicuntur terræ pignorantis, tunc certum est, interdictam esse, quia dominium huius terrę manet penes pignorantem, vnde dicitur esse terra ipsius pignorantis.

Secundo, quando interdicuntur terræ illius, cui pignorata est, distinguendum est, si enim feratur interdictum sub hac forma: *Interdicimus terras talis personæ*, nempe illius, cui pignorata est terra, tunc talis terra pignorata non est interdicta, quia hęc terra non potest dici esse illius vllo modo: sin autem feratur sententia sub hac forma, *Interdicimus terras quas possidet, quas tenet*, vel similibus modis, tunc etiam terra pignorata sub hac sententia continetur, siquidem is, cui res aliqua pignorata est, dicitur habere possessionē ipsius pignoris. ff. qui satisd. cog. l. sciēdum. §. creditor. facit c. cum Bertoldus. de sent. & re iudic. Fel. in c. ex tenore, nu. 21. de rescript. Rota decis. 8. nu. 2. in antiq. de elect. Angelica, verbo, interdictum, 2. n. 1. Syluest. in verb. interdictum, 2. versic. secundum. Alphonsus Vual. tit. de interdicto, nu. 178. Hugol. de censur. Eccles. tab. 5. c. 21. §. 4. & facit l. serui, ff. de vsuc. & communis opinio DD.

25 Quarta difficultas est, An si interdictis terris alicuius dñi, acquirat alias terras de nouo, interdictæ sint terræ

illæ

istæ, quas de nouo acquirit? Respondetur cum Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. artic. primo principali. §. quantum ad primum. conclus. 5. & artic. quarto principali, §. quantum ad vigesimum, in fine, Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 26. art. 1. quæst. 2. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interd. c. 3. Angelica, verbo, interdictum, 2. num. 6. Summa Pisanel. verbo, interdictum, 2. in princip. Syluestro, verbo, interdictum, 2. vers. secundum. Alphonso Viualdo, tit. de interdicto, num, 178. Summa Confessorum libro 3. tit. 33. quæstio. 226. Tabiena, verbo, interdictum, 1. §. Vndecimo. Gemin. in capit. si sententia, §. ceterum, numero 6. Anchar. ibidem, versic. sexto. Franc. ibidem, versic. sexto tangit, de sentent. excommu. libro 6. non esse interdictas nisi lator interdicti expressisset nedum terram habitam, sed etiam habendam. Ratio est: quia sententia non respicit futura, argum. cap. quia nonnulli, & ibi glo. in verbo, ad futuras, de rescript. & argumen. Clem. litteras, tit. eod. vbi etiam gratiæ non extenduntur ad futura; ergo multo minus pęnæ ad futura extendi debent; facit l. nó potest, ff. de iudicijs, & l. damnum, ff. de damno infecto. & hæc videtur esse communis DD. sententia, & fatet Hugol. de censur. eccle. tab. 5. cap. 21. §. 1.

26 Quinta difficultas est, An domino alienante aliquam terram interdictam, quam prius bona fide possedit, verbi gratia, vēdat, donec, aut alio modo amittat, terra sic alienata remaneat interdicta? Respondeo cum Palud. Summa Astensi, S. Anton. Angel. Tabien. Sylue. Summa Confess. Alphonso Viualdo, Anchar. & alijs Doc. in superiori dub. relatis, & Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capit. 42. §. 2. terram sic alienatam interdictam remanere. Ratio est: quia interdictum onus est, quod loco inhæret, & ideo ad quemcumque transit cum re ipsa, scilicet terra sic alenata, argum. ca. ex literis, de pignoribus. Et quia interdictum simpliciter latum in locum non tollitur, nisi per sententiam superioris. & idem significat Hugolin. tab. 5. §. 3. qui pro hac etiam sententia refert Calderin. tracta. de interd. memb. 2.

27 Circa has tamen duas difficultates vltimas, videtur esse difficultas, quia in interdicto generali personarum, vt infra dicemus, hoc ipso, quod aliquis de nouo incipit esse de populo interdicto, efficitur interdictus, & econtra hoc ipso, quod desinit esse de populo interdicto, desinit esse interdictus: ergo idem dicendum est de loco, aut saltem reddenda est ratio disparitatis. Respódeo tamen cum Palud 4. distin. 18. quęst. 8. artic. primo princip. §. quantum ad secundum. post conclusionem quartam, vers. sed hic notandum. disparem esse rationem interdicti localis, & personalis generalis in hac re: quia in interdicto generali personali interdicuntur omnes personæ, quatenus inueniuntur, & quatenus faciunt vnū populum; populus autem idem manet, quamuis aliqui de nouo ad illū accedant, & aliqui ab illo recedant; & dat exemplum in flumine, & aqua; quamuis enim aquæ semper fluant, & semper de nouo succedant, semper tamen dicitur idem fluuius: in interdicto autem locali generali interdicuntur multa loca singulariter, & non quatenus vniuntur sub vno domino: vnde interdictum generale loci afficit vnum quemque locum per se, quare licet dominus mutetur quia tamen locus non mutatur, ideo locus ille remanet interdictus. Vnde licet Viualdus vbi supra, ob rationem allatam in cótrarium dubius sit, tandem tamen in hanc sententiam inclinat, eamque communem esse affirmat.

28 Sexta difficultas esse potest, quinam generale interdictum loci seruare teneantur? In qua re

Primo certum est personas subiectas illi, a quo latum est interdictum, ad illud seruandum obligari.

Secundo obseruari debet etiam ab eo, qui illud tulit, alioqnin illud violando grauiter peccat, ex Calderin. tract. de interd. memb. 2. Syluestro verbo, interdictum, 5. vers. vigesimum. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. cap. 6. §. 1.

Tertio, obseruari debet non solum ab habitatoribus loci, sed etiam ab exteris, qui eò conueniunt, vt habetur in capit. licet, vers. ad ea tamen, de priuileg. lib. 6. & communis Doct. opinio testatur, quia Interdictum inhæret ipsi loco, ideoque illuc aduenientes a diuinis inde arcentur.

Quartò, obseruari debet non solum à laicis illius loci, arg. c. 3. §. quod si, & c. priuilegia. de priuileg. in antiq. & cap. licet, eod. tit. lib. 6. verum etiam à clericis, argum. cap. non est vobis. de sponsal. & ca. quod in te. de pœnit. & remiss.

29 Dubium solum est de exemptis, & etiam de religiosis, qui ferè omnes sunt exempti ab Ordinarijs per priuilegia Apostolica. Nihilominus tamen dicendum est, etiam istos teneri ad obseruandum huiusmodi interdictum, quamuis ab ordinario latum sit, vt habetur expressè in c. Auctoritate, de priuileg. in 6. & Clement. Ex frequentibus, de sent. excomm. & Conc. Trid. sess. 25. de regularib. c. 12. & testatur Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 42. §. 4. vbi expressè docet generale interdictum Episcopi extendi ad ecclesias vrbis, aut suburbij exemptas religionum, & ordinis militaris S. Ioannis, &c. ait ita obseruatum esse Salmanticæ, ex Sapientum consulatione, & plurimum facit Trid. vbi supra cap. 12. quia generaliter loquitur, & ca. 22. derogat priuilegijs religiosorum quoad hæc, & etiam Mari magno, & in particulari meminit militiæ Hierosolymitanæ; & idem docent Nauar. in Manual. c. 27. nu. 190. & Alphons. Viuoldus, tit. de interdicto, num. 162. & num. 178. Et certè dicit c. 12. Trid. iuncta Clem. Ex frequentibus. cit. hoc ipsum satis exprimunt, vbi præcipitur religiosis, vt obseruent interdicta omnia, quæ seruantur ab Ecclesia Cathedrali, vel ab Ecclesia Matrice, vel ab Ecclesia parochiali, & hoc non solum, si interdictum hoc latum sit à Sede Apostolica, sed etiam ab Ordinarijs locorum, & à Concilijs prouincialibus: & quoscumque contra facientes eo ipso excommunicatos esse decernit d. Clemen. Addo tamen, quod si aliqua religio post Conciliū Trident. & d. Clement. Ex frequentibus, constitutionem super hac re à Summo Pontifice speciale priuilegium haberet, aut etiam laici tale priuilegium obtinerent, non tenebuntur ad huiusmodi interdictum seruandum, argum. c. si. de sent. excom. lib. 6. & c. licet. de priuileg. lib. 6. Quam facultatem solus Papa concedere potest, vt docent glo. in c. ad hæc. 5. & ibi Panorm. de appell. et Quintil. Mandos. in tract. signatur. grat. de licent. quos refert, ac sequitur Hugolin. de cens. eccles. tab. 5. §. 2. num. 1. Et de generali interdicto loci hæc dicta sint, plura enim legi possunt lib. 3. ca. 33. excommunicatione decimatertia, vbi dictam Clemen. Ex frequentibus. de sentent. excom. latius explicauimus.

De interdicto personali. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Interdictum personale quidnam sit, & quotuplex:*

2 *Personæ omnes in quocumque interdicto expresse sic ea sententia ligantur, vt nullibi diuinis interesse possint.*

3 *Interdicto generali populi qualiter singuli censeantur interdicti.*

4 *Interdicti generaliter, licet quamdiu sint de populo illo, interdicti sint, si tamen desinant esse de illo populo, hoc*

lo, hoc ipso desinunt esse interdicti.

5 *Domicilium in alterum locum voluntariè transferens quando adhuc maneat interdictus.*

6 *Bannitus in perpetuum in alium locum non interdictum, desinit esse de populo interdicto.*

7 *Interdicto de populo existens, si ingrediatur religionem, post professionem desinit esse interdictus, & quare.*

8 *Interdicto populo, qui de nouo veniunt, & de populo illo fiunt, interdicti etiam censentur.*

9 *Interdicti generaliter quinam dicendi.*

10 *Interdicti specialiter quinam sint.*

11 *Interdicti nominatim quinam habendi.*

12 *Interdicto generali ligantur omnes illi, qui sunt de populo interdicto, etiamsi innocentes sint.*

13 *Interdicto generali ligantur etiam absentes, qui de illo populo sunt.*

14 *Interdicto generali comprehēduntur etiam Nobiles, & Duces, si membra sint populi interdicti.*

15 *Interdicto generali populi non ligantur personæ Ecclesiasticæ.*

16 *Interdicto generali populi non est interdictus locus.*

17 *Interdicto alterutro populo, an qui ciues sunt vtriusque populi, etiam ipsi interdicti sint.*

18 *Adscribi potest quis in aliquam Ciuitatem, & populum in varijs modis, & quinam illi sint.*

19 *Interdicto populo, an interdicti sint habitantes ibi ad tempus pro suis negotijs, si non sint de illo populo.*

20 *Interdicta vniuersitate, etiam, qui studiorum gratia ibi commorantur, interdicti sunt.*

21 *Interdicto generali populi non censentur interdicti infantes ratione carentes, & quæ huius ratio sit.*

22 *Infantes in ecclesia tempore interdicti sepeliri non possunt, & quare.*

23 *Interdicto populo ciuitatis, an, & quando habitantes in suburbijs illius interdicti censeantur.*

24 *Interdictum contra Clerum latum, ecclesiam, quæ ad Clericos interdictos pertinet non comprehendit.*

25 *Interdicto Clero, populus ad illam ecclesiam pertinens non intelligitur interdictus.*

26 *Interdicto Capitulo, seu Collegio Clericorum, omnes, etiam absentes ad Capitulum pertinentes sunt interdicti.*

27 *Interdicto Clero alicuius loci, comprehenduntur omnes habentes primam tonsuram, dignitates, & beneficia.*

28 *Interdicta familia alicuius, etiam includitur Clericus eiusdem familiæ.*

29 *Interdicto Clero an comprehendantur religiosi.*

30 *Interdicto Collegio Doctorum, solum Doctores laici Collegij, non autem Clerici interdicti sunt.*

31 *Persona singularis qualiter interdici possit, & soleat.*

32 *Interdictus ab exercitio actus Subdiaconatus actum Diaconatus exercere nequit.*



1 Est autem interdictum personale, quo personæ tantum, & non loca interdicuntur, quod bifariam diuiditur. Quoddam enim est generale aliquam hominum vniuersitatem interdicens, nempe populum, ciues, incolas, Collegium, Clerum; vt enim communiter tradunt scriptores propter peccatum Regis totus populus regni, aut propter delictum domini, totus populus ciuitatis, aut castri interdici potest. Quoddam verò est speciale aliquam certam, vel incertam personam, vel aliquas certas, vel incertas personas interdicens, vt interdicens eum, vel eos, qui hoc, aut illud fecerint, aut facient & hoc ob delictum personæ, aut personarum, quæ vel ex nomine vel alia circumlocutione interdicuntur, imponitur. Circa hoc ergo interdictum personale. Primo principaliter dicendum est, quod per-
2 sonæ omnes expressæ in ipso interdicto siue generaliter, siue specialiter, siue singulariter, tali sententia ligantur, ita vt non solum cum alijs in populo in communi, sed etiam nec seorsum, aut ibi, aut alibi interesse possint diuinis, aut ea celebrare, vt habetur expresse in capit. si sententia, de senten. excommun. lib. 6. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 8. an artic. 1. principali, §. quantum ad secundum, conclus. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 3. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titu. 16. artic. 1. quæst. 4. Tabiena, verbo, interdictum. 1. §. quarto. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. tract. de suspens. articul. 2. notab. 3. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 167. Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 1. num. 6. versic. quod si personæ, de sentent. excommun. l. 6. Sotus. 4. distinct. 22. quæst. 3. artic. 1, conclus. 1. Simon Maiol. libro 3. de irreg. cap. 20. in princip. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, numer. 170. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. ca. 42. §. 2. Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. cap. 12. §. 1. & Doctor. in dicto cap. si sententia, vers. non debent alicubi, vt Gemin. num. 4. Franc. notab. 4. vbi obseruandum est, quòd licet interdicto generali populi non interdicantur, singuli tanquam personæ singulares, sed tanquam pars populi solum, prohibentur tamen singuli singulariter interesse diuinis. Cuius rei rationem affert Calderin. tract. de interdicto. memb. 2. numero 30. quia interdicto prohibentur quædam actiones, actio-
3 nes verò sunt singularium suppositorum, & non vniuersitatis; ideoque quamuis interdictum cadat super singulos, quatenus sunt vnum aliquod in vniuersitate, hoc ipso tamen, quod eos afficit, impedit, ne etiam singulariter diuinis interesse possint. Quæ ratio desumpta est ex verbis d. cap. si sententia.

Notandum etiam est differentiam esse inter interdi-
4 ctos generaliter, & specialiter, seu particulariter interdictos: quod generaliter interdicti, licet quamdiu sint de illo populo interdicto, non possint interesse diuinis, neque in locis ipsius populi interdicti, neque in alijs locis, ita vt quocunque vadant, secum deferent suam sententiam; si tamen ita se transferant ad alium locum, vt omninò domicilium mutent, & desinant esse de illo populo, hoc ipso desinunt esse interdicti, propter rationem iam dictam: Quia generale interdictum populi cadit super eos singulos, quatenus faciunt vniuersitatem. Specialiter autem interdicti, quocumque vadunt commutando domicilium, & desinendo esse de populo interdicti quousque absoluantur; quia interdictum speciale, seu particulare afficit personas in se, & non quatenus sunt aliquid populi. Ex quibus sequitur in interdicto speciali parum referre mutationem loci, aut populi, in generali autem interdicto multum referre mutationem populi, mutationem vero solius loci parum, aut nihil, nisi quatenus redundat in mutationem populi. Quam doctrinam tradunt Calderin. trac. de interd. memb. 2. num. 33. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. c. 3. versic. item si aliquis. Summa Astensis, part. 2. libro 7. titu. 16. art. 1. quæstione 5. Angelica, in verbo, interdictum, 1. num. 1. in fine. Tabiena, verbo, interdictum. 1. §. decimo, Syluest. verbo, interdictum. 2. §. 9. Rosella, verbo, interdictum 1. §. 6. Alphons. Viuald. tit. de interdict. nu. 170. & num. 185. Henriquez lib. 13. de excommunic.

mun.& interd.cap.42.§.2.& Palud.4.distinct.decima octaua quæst. octaua in artic.1.principali.§. quantum ad secundum, in fine, vbi etiam aliam rationem affert, quia alias sequeretur, quòd si surressiue succederet alius populus, iste populus, qui succedit, nó esset interdictus, quod est falsum; quia populus, qui succedit, est idem numero populus, qui præcessit. Sicut enim est vna numero aqua, quamuis continue varietur, & quæ accedit, reputatur eadem, & quæ recedit, diuersa, sic in populo interdicto, quicunque incipit esse de nouo de hoc populo hoc ipso fit interdictus sine noua sententię prolatione, & econtra, quando desinit de nouo esse de populo, desinit esse interdictus; quia si aliter esset, tunc si populus, ad quem talis de nouo accedit, esset interdictus, ipse esset ligatus duplici interdicto, contra intentionem ferentium, qui nolebant ligare illos, qui non erant, Addit etiam ibidem Palud. quod etiam mortuis omnibus primis de populo, qui interdictus erat, & alijs subrogatis, immo etiam qui nascuntur ex interdictis primis, reputantur hi etiam interdicti, sicut si essent nati, & de populo illo tempore, quo illum erat interdictum; quia vniuersitas inquantum huiusmodi est interdicitur, & non personæ singulares, nisi per accidens. Quod autem dicitur in capit. si sententia, §. fina. de sentent. excommunic. libro sexto quod singuli extra euntes de populo interdicto non admittuntur ad Diuina, hoc est, quia non recedunt animo illum populum deserendi; tunc enim verum est quamdiu sunt de populo interdicto, sunt interdicti, non autem postquam desinunt esse de populo interdicto. Et hor quod diximus, locum habet, etiamsi omnes immutati sint, qui erant tempore interdicti lati, iuxta ea, quæ notat gloss. in cap. si sententia. in verbo, non competant. de sentent. excommunic. libro sexto, dummodo per partes mutati sint. Habet enim se interdictum generale hominum, sicut interdictum generale loci, at posito interdicto vniuersali loci, non modo in Ecclesiis tunc constructis, verum etiam & in ijs, quæ deinceps construuntur, diuina prohibita sunt, vt docet Panormit. in cap. cum in partibus. nume. 2. versic. Et est ratio. de verb. significat. Ceterum si vniuersus populus interdictus alicuius loci totus extinctus sit nemine superstite, qui postea eo ad habitandum venerior, interdicti non erunt, ex Hugolin. de censur. Eccles. tab.5. capitulo vigesimo, §. tertio, numero secundo. Ratio est: quia ex eo populo, & vniuersitate non sunt, quæ prorsus interijt. Etenim etsi nauis per partes refecta eadem nauis esse censeatur, non tamen eadem esse dicitur, si dissoluta tota sit, & iterum reficiatur; sicut etiam nec domus omnino collapsa, si iterum construatur, vt dicitur in leg. quid tamen. §. in nauis. ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. & collegium esse desijsse dicitur, sublatis omnibus ex eo, vt ait gloss. in leg. sicut. §. fina. in verbo, nomen vniuersitatis, ff. quod cuiusque Vniuersit. nom. Vnde extincta vniuersitate tota, vniuersitas quæ eo venerit ad habitandum, interdicta non erit.

. Ex quibus DD. superius allati communiter inferunt.

Primò, quod qui voluntarie se transfert, & domicilium in alium locum, vt efficiatur de populo alterius loci, definit esse interdictus. Quia cessat in eo causa efficiens, & conseruans, Sic Ioan. Calderin. Palud. S. Anton. Angelica, Tabiena, Syluester, & Henriquez locis proxime citatis, & Couar. in cap. alma mater. par.2.§.1. numero sexto, versic. quod si persona, de sentent. excommun. libro sexto. & libro secundo var. resolut. cap. 8. numero nono & 10. Alphonsus Viuald. cit. numero 570. & Corona Consc. titu. de interdicto, §. nota decimo, quicquid Astensis in Summa, pat.2. libro septimo tit.16. artic.1.q.5. falso putet talem interdictum etiam manere, donec sententia circa eum relaxetur, cuius sententia vera est, quando ille is in culpa fuerat, aliorum vero, quando inculpabilis fuerat.

6 Secundo, Idem dicendum est de eo, qui coacte transfert domicilium, vt est ille, qui est deportatus, vel qui relegatur, aut bannitus est in perpetuum, quia hoc ipso, qd in perpetuum separatur ab alio populo, non censetur esse amplius de illo populo; Quod verum est quando non fuit in culpa, vel specialiter interdictus; secus autem si ad tempus banniatur, ex Ioan. Calder. & Tabiena vbi supra, S. Anton. 1. par. titulo 27. de interdicto, 3. Angelica in verbo, interdictum, 1. numero 3. Hugolin. tab.5. capitulo vigesimo. §.4. Syluestro, verbo, interdictum, 2. §. decimum. Alphonso Viuald. cit. nume. 171. Quia adhuc censetur de populo illo, l. relegati, ff. de interd. & relegatis.

7 Tertio, Existens de populo interdicto si ingrediatur religionem, post professionem definit esse interdictus, quia per professionem solennem in religione approbata definit esse de populo, & consequenter post emissam professionem ad ordines omnes promoueri poterit, etiamsi populus ille maneat interdictus; ante professionem, vero tutum consilium est, vt non ordinetur, ex Io. Calderino, S. Anton. Tabiena, vbi supra. Syluest. verbo, interdictum, 2. §. 11. Anch. & Gemin. in cap. si sententia. de sent. excommunic. lib.6. Feder. de Sen. consil. 32. Angelica, verbo, interdictum, 1. num. 10. Maiol. lib. 3. de irregul. c. 20. num. 3. Hugolin. tab.5. cap. 20. §.4. nume. 2. Alphons. Viuald. cit. nume. 172. Summa Corona, cit. n. tab. 10. Quibus addo, quod licet etiam per susceptionem ordinis præsertim sacri, homo desinat esse de populo, tamen existens de populo interdicto ad ordines promoueri non potest, quia ordinaretur, cum sit interdictus, & consequenter fieret irregularis, sed necesse est, vt prius desinat esse de populo interdicto, vt postea ordinari valeat.

8 Quarto interdicto populo seu vniuersitate aliqua, si alij de nouo veniant, & fiant de populo interdicto interdicti sunt, sicut & alij, quia facti sunt membra, & partes illius corporis, & communitatis, & ideo debent eodem iure censeri, argum. cap.1. dist.12. Ioan. Calderin. tracta. de interdicto, memb.2. Palud.4. dist.18.q.8. in ar.1. principali, §. quantum ad secundum concl. 1. S. Anton.3.p. tit. 27. de interdicto, ca.3. Angelica, verbo, interdictum, 1. num. 2. Tabiena, verbo, interdictum, 1. §. decimo. Henriquez lib.13. de excomm. & interdicto, c.42. §.2. Ioan. Andr. in c. si sententia, de sent. excomm. lib.6. & Anch. & Franc. ibi, Panorm. in cap. quoniam. numero 1. de elect. ordinar. Hugoli. §.3. numero 1. Alphons. Viuald. cita. numer. 185. Nec obstat quod præcesserat sententia, quia lata fuit contra vniuersitatem, vel populum, qui non mutatur nouis populis superuenientibus; sicut nec fluuius nouis aquis sibi succedentibus.

9 Secúdo principaliter in hoc personali interdicto nónulli dicuntur esse generaliter interdicti, alij specialiter, seu particulariter, alij vero nominatim.

Generaliter interdicti sunt illi omnes, qui in interdicto generali populi, vel vniuersitans comprehendútur, & sunt aliqui, seu pars ipsius populi, vel vniuersitatis, & causam interdicti non dederunt, prout authores omnes communiter tradunt. Addidi (*& causam interdicti non dederunt*) siquidem, vt dicantur interdicti generaliter necessarium est, vt non sint culpabiles in illo delicto, ob quod interdictum latum est, tunc enim interdicti essent specialiter, & non generaliter ex communi Doctorum consensu.

10 Specialiter autem interdicti sunt isti;

Primo illi, qui specialiter interdicuntur, vt quando interdicitur familia, familia enim non facit vniuersitatem, nec vnum quid proprie, aut collegium. Hoc autem interdictum familiæ esse speciale, clare docet Palud.

lud.4.dist. 18.quæst.8.in artic.primo principali,§.quãtum ad primum.conclus.5.in fine,& §.quantum ab secundum conclus.4.in fine.

Secundo. Quicunque in generali interdicto erant culpabiles,illi omnes intelliguntur specialiter interdicti,sic Calderin.tract.de interdicto memb.2.num. 33. & S. Anton.3.part.tit.26.de suspensione cap.3. versic. item si aliquis. Tabiena,verbo,interdictum,1.§.decimo,& alij superius relati. Et hoc locum habet,siue hoc interdictum generale fuerit locale,siue personale, semper enim, qui culpabiles erant, specialiter interdicti sunt. Id quod de generali interdicto loci expresse colligitur ex c.si sententia,de sent.excom.lib.6.Martino Ledesm.2.4.quæstio.26.artic.2.tract.de suspensione. notab.3.Soto,4.d.22.q.3.art.1.concl.1.Angelica,in verbo,interdictum.2,S.Anton.3.par.tit.27.capit.3. versi. item interdicto loco.Tabiena verbo, interdictum.1.§. decimo.Nauar.in Manuali,cap.27.num.167.ergo id multo magis locum habebit in interdicto generali personali.

Tertio,Interdicti specialiter,seu singulariter dicuntur illi,qui in propria persona,id est,sine socijs interdicti fuerunt.

11 Nominatim autem interdictos Innoc.in capit.in Lateranensi,de præben. putat illos omnes esse, de quibus constat, quod sint interdicti. Hinc Calderinus vbi supra trac.de interdicto, membr.1.numero 10.infert interdicto aliquo Cõmuni,seu Vniuersitate aliqua, vel populo,singulos,quos constat de vniuersitate, aut populo illo esse etiam nominatim interdictos censeri, saltem post sententiæ denunciationem, quando quidem cõstat hos omnes interdictos esse;nam in huiusmodi interdictis inueniuntur duæ circumstantiæ indubitabiles, quæ vicem nominis proprij gerunt.vna est istos esse de hoc populo;altera est,hunc populum esse interdictum. Alij tamen ab eodem Calderino relati dicunt illud Innocentij dictum intelligi solum de illis, qui fuerunt culpabiles,quorum dolo,culpa,vel fraude latum est Interdictum, vel qui consilium, aut fauorem præbuerunt. Quæ tamen vtraque sententia pœnam hanc, non modo sine necessitate,sed etiam sine probabili ratione, vel iuris auctoritate mihi nimis ampliare videtur: nam si Calderini sententiam sequamur, etiam generaliter interdicti,nominatim erunt interdicti: sin autem sequamur alteram,specialiter interdicti etiam nominatim interdicti erunt. Solum igitur, nominatim interdictus ille censetur,qui expressus est aut nomine proprio,aut demonstratione, aut circumlocutione sufficienter designante personam illam determinatè,vt habetur in cap. licet ex quadam, & ibi gloss.in verbo, demonstratione, de testib. & attestation. aut qui indicijs æquipollentibus designantibus certam personam exprimitur,arg.c. tua nos,& ibi gloss.in verbo, æquipollentibus,de consang. & affin. & notat Tabiena,in verbo, interdictum, 1.§.quarto.

12 Tertio, principaliter quoad eos, qui interdicto generali ligantur, aliqua certa sunt, aliqua vero controuersa.

Primò enim certum est huiusmodi interdicto generali ligari illos omnes,qui & sunt de populo illo, & apud illum habitant, etiamsi sint innocentes, immò etiamsi contradixerint illi delicto, etiam mulieres, qui nihil sciuerunt;id quod colligi videtur ex capit. si sententia,de sentent.excommun.lib.6.& expresse ibidem tradit Dominicus,& idem habet Ioan. Andr. in capit. si sententia,vbi reprehendit quosdam religiosos affirmantes hoc interdicto generali non comprehendi innocentes,contra quos docet innocentes etiam interdicto ligari posse, idque iure expressum esse docet in capitul. non est vobis, de sponsal. & in capitul. si sententia. Quam etiam doctrinam probant Ioan. Calderin. vbi supra,Tabiena.in verbo,interdictum,1.§. decimo. S.Anton.3.par.tit.27.de interdicto,cap.3. versic. item de absente. Angelica,verbo,interdictum, 1. numero 6. Syluest.verb.interdictum,2.§.18.Hugolin.de censur. Eccel.Tab.5.cap.20.§.2.Nauar.in Manuali capitulo 27.numero 168.& Henriquez lib.13.de excommunic. & interd.capit.42.§.2. Simon Maiol, lib.5.de irregul. cap.20.num.1.in fine,& Armilla,verbo, interdictum. num.16.

13 Secundo, eodem interdicto ligantur etiam alij, qui sunt de illo populo,licet absentes sint,sic Ioann. Andr. in dict.cap.si sententia.Calderin. vbi supra, S. Anton. Syluest.verbo,Interdictum.2.§.12.& Tabiena, Henriquez,& Maiol.locis proximè allatis. Et probari potest; tum,quia absentes sunt de illo populo interdicto,& populus ille interdictus est,& proinde ipsi etiam interdicti sunt;tum,quia si illi redirent ad suum populum, & ad cohabitandum illic,sine dubio interdicti essent, non minus,ac illi,qui sunt de illo populo præsentes;cum tamen per istam cohabitationem non reciperent vllam nouam conditionem,propter quam deberent esse interdicti, quam prius non habebant; ergo eodem modo interdicti sunt,quamuis non accedant, nec cohabitent.

14 Tertiò, viri Nobiles, & Titulares, vt Duces,Marchiones,Comites,Barones & similes,si sint membra populi interdicti,etiam ipsi interdicto populi ligantur; quia licet sint membra nobilia,sunt tamen vera membra,& eiusdem corporis pars;sic Calderin.trac. de interdict. memb.2.S.Anton.3.par.tit.27.capi.3.in fin. Tabiena,verbo,interdictum,1.§.8.Syluest. vbi supra, §.14.Alphonsus Viuald.tit.de interdic.num.165. Henriquez lib.13.de excom.& interdic.c.42.§.2.Hugolin. de censur. Eccles.tab.5.ca.20.§.2. An vero huiusmodi viri sint membra illius populi, nec ne,ex hoc cognosci potest,quod vel subeant eadem onera,quæ populus ille,vel participent de honoribus, vel muneribus publicis,sicut alij.sunt de populo. In casu autem,quo isti viri nobiles essent per priuilegium exempti ab oneribus,vel ab honoribus, adhuc non desinunt esse de populo, quia hoc ipso,quod per priuilegium sunt exempti, manifeste conuincitur eos esse de populo illo,& solum liberos esse ab ijs rebus, a quibus sunt per priuilegium exempti. Id quod procedit,etiamsi ab omnibus tam rerum, quam personæ oneribus exempti sunt; nam exemptio illa ad personam,ac res profanas respectum habet, non autem ad Diuina, nisi contrarium de mente interdicentis,constet,ex Calder.trac.de interdicto,membr.2. versic.sed quid si existens de populo,& Philipp. Franco,in cap.si sententia,§.cum verò,notab.1.de sent.excom.lib.6. Hugolin.de censuris Eccles.tab.5.capitulo vigesimo. §. secundo Excipio vnum casum, scilicet, quando per priuilegium aut per consuetudinem præscriptam isti facti essent omnino sui iuris, ita vt in nullo participarent cum populo, nec à populo illo penderent, quia tunc nullo modo sunt de populo, & consequenter non sunt cum illo interdicti, vt ex DD. allatis colligitur.

15 Quartò certum est clerum, & personas Ecclesiasticas sub interdicto generali populi non comprehendi. & de clero id habetur expresse in cap.si sententia,& ibi gloss.in verbo,econuerso,de senten.excommun.lib. 6.Ratio est manifesta,quia Clerus non est pars populi,gloss.vbi supra,& Decius in cap.1.de præbend. De alijs personis Ecclesiasticis colligitur ex identitate rationis,quia isti nõ sunt pars populi:sic DD.communiter Ioann. Calderin.de Eccles.interd.memb.2.S. Anton.3.parte, tit.27.de interdicto,cap.3.circa med. Angelica,verbo,interdictum,1.numero 1. Tabiena, verbo interdictum,1.numero 9.§.octauo.Martin.Ledesm. 2.4.quæst.26.artic.2.trac.de interd. verbo,tertium considerandeddeddederan-

deradum. Nau. in Manual. c. 27. nu. 167. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 1. nu. 7. de sen. excom. li. 6. vbi ait esse communē DD. Henriquez li. 13. de excom. & interd. c. 42. §. 3. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. c. 20. §. 5.

16 Quinto, certum est interdicto populo, vel vniuersitate loci, non esse interdictum locum ipsum, vnde ex communi omnium DD. sententia possunt Clerici qui sunt in illo populo interdicto celebrare omnia officia diuina; solum est dubiū, an possint ea celebrare absque moderatione, c. alma mater, de sent. exco. li. 6. id est, an possint ea celebrare apertis ianuis, alta voce pulsatis campanis. Calderin. tractat. de interd. memb. 2. nu. 33. & Tabiena, verbo interdictum, 1. §. nono, dicunt Clericos de iure scripto hoc posse, quia nullo iure reperitur prohibitum, ne homines interdicti inuitati pulsu campanarum videntes ianuas apertas, inde occasionem sumant violandi interdicti, sicque parum ponderetur censura Ecclesiastica, & dirumperetur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, quod consilium valde rationabile est, mihique placet, quamuis Angelica in verbo, interdictum, 1. num. 1. talem moderationem non approbet.

17 Dubium autem est primo de illis, qui sunt ciues duarum ciuitatum, vel pertinent ad duos diuersos populos; vt sunt communiter illi, qui cum sint de aliquo populo, & vt plurimum degunt cum illo populo, honoris tamē gratia asciscuntur ad alium populum, quomodo præcipui quique Principes totius Italiæ, sunt asciti in ciues, & Nobiles Venetos: An huiusmodi interdicto alterutro populo, ipsi censendi sint interdicti. In qua re communior opinio videtur esse, quod tales sint interdicti, sic Calderin. tract. de interdicto, memb. secundo, numero 39. Angelica verbo, interdictum, 1. numero quarto. Tabiena verbo, interdictum, 1. §. decimo. Rosella verbo interdictum, 1. num. 8. & alij quos ipsi citant, quorum ratio est: quia qui sentit commodum, etiam & in commodorum particeps esse debet, c. qui sentit, de reg. iur. lib. 6. Alij vero, vt Syluester verbo, interdictum 2. numero 13. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 42. §. dicunt tales interdictos non esse, nisi fuerint in culpa. Ratio est: quia non potest quis simul esse interdictus, & non interdictus, at vero, cum iste sit ciuis duarum ciuitatum, non est maior ratio, quod cum populo interdicto censendus sit interdictus, quam cum populo libero, liber ad interdicto, dicatur. Nec valet ratio Calderini in contrarium, siquidem optime in eum retorquere potest, vt qui sentit incommodum, etiam & commodum sentiat; vnde cum iste sentit incommodum populi liberi ab interdicto, etiam & libertatis commodum sentire debet.

18 Ceterum, meo iudicio, hæc Doctorum dissensio, facile distinctione hac facta reconciliari poterit; duobus namq; modis in alium populum, seu in aliam ciuitatem ascribi quis potest; vno modo honoris tantum gratia, & pro cæremonia, vt communiter puto esse de ijs, qui in ciues Venetos adscribuntur: & tunc qui nullum omnino, vel fere nullum ex hac adscriptione commodum reportant, nullo modo incommodum interdicti sentire debēt, Alio modo ita adscribuntur in alium populum, vt inde notabiles vtilitates, & commoda reportarent, vt qui cum hac adscriptione mutarent sedem, & habitarent in loco, in quo adscripti sunt, ibique participes honorum, & dignitatum essent; & de his res valde dubia mihi videtur, & valde probabile est ligari interdicto ipsius populi, in quem adscripti sunt, quia magis esse videntur de illo populo, cui sunt adscripti quam de suo populo, in quo nati sunt. Quod si quis esset, qui medio quodam modo se haberet, id est, participaret aliquid honoris, & commodi, aut etiam incommodi, de huiusmodi probabilis est Syluestri sententia, quia non admittitus & fautorem populi non interdicti, cuius est pars.

19 Dubium secundum esse potest de habitantibus in populo, vel vniuersitate, interdicta, qui non sunt de illo populo, aut vniuersitate; sed solum ibi habitant ad tempus, pro suis negotijs an hi intelligantur interdicti, interdicto illo populo cum quo habitant. Respondetur ex communi DD. sententia, nō esse interdictos; sic Ioan. Calder. vbi supra, S. Ant. 3. p. tit. 27. de interdicto, cap. 3. vers. item si talis. Syluester verbo, interdictum 2. versic. decimumtertium. Tabiena, verbo, interdictum 1. §. decimo in fine. Angelica, verbo, interdictum, 1. nume. 4. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 42. §. 3. Nauar. in Manuali ca. 27. num. 167. versic. & quando interdicitur solus populus. Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de Censuris, in c. 7. Simon Marol. lib. 3. de irregul. capit. 20. nume. 2. Hugolin. de Censur. Eccles. tab. 5. capit. 20. §. 3. numero 3. & colligitur ex capit. si sententia, §. cum vero, versic. singulares ex eo personas, de sentent. excommunic. lib. 6. & Anchar. ibi Populo enim loci interdicto, singulares ex eo personas Pontifex interdictas esse dicit, ergo secus, si non sint ex eo populo. Excipio tamen eos, qui essent culpabiles, isti enim essent interdicti. Ratio est: quia in interdicto generali populi, illi qui sunt culpabiles, pro specialiter interdictis habentur, vt supra dictum est, arg. cap. fina. §. illis etiam, de senten. excommun. lib. 6. & cap. penult. §. fina. de priuileg. lib. 6. & cap. quod nonnullis, de priuileg. in antiq. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. capit. 20. §. 4. nume. 1. in fine; & ad interdictum speciale parum refert esse de illo populo, vel de alio. Qui verò non sunt culpabiles, generaliter interdicuntur, interdictum autem generale cadit supra vniuersos, & non supra singulos, nisi quatenus sint pars aliqua vniuersi; At vero isti qui non sunt de populo, seu de vniuersitate interdicta, non sunt pars ipsius populi, vel vniuersitatis, ideoq; de populo interdicto esse non censentur.

20 Hinc infert Hugolin. vbi supra, quod sicut qui studiorum gratia alicubi commorantur, interdicta Vniuersitate, ex qua sunt, interdicti sunt, quamuis tempore interdicti ibi præsentes non adsint; ita econtrario discipuli, qui studiorum gratia Bononiæ commorantur interdicto Bononiensi populo, interdicti ipsi non erunt, atque ideo officijs Diuinis interesse, & Sacramenta suscipere poterunt; si tamen locus interdictus esset, in eo Diuina audire non possent, sed extra.

Dubium tertium est de amentibus, & pueris, qui nondum habent vsum rationis, quales sunt communiter illi, qui non habent septimum annum completum, an isti generali interdicto populi includantur.

Prima opinio est asserentium non esse interdictos, si non sint doli capaces, secus si sint capaces doli. Sic Angelica verbo, interdictum, 1. nu. 5. Rosella, verbo, interdictum, 1. nu. 8. Syluester verbo, interdictum, 2. versic. decimum septimum. Corduba in Summa quæst. 60. conclu. 3. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 14. Gregorius de Valentia tomo 4. quæst. 18. disput. 7. Puncto 2. Tabiena, verbo, interdictum, 1. §. decimo in fine. Syluest. verbo, interdictum, quæst. 17. nu. 18. Summa Astēsis, p. 2. li. 7. tit. 16. art. 1. quæst. 8. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. de sent. excomm. lib. 6. & Henriquez lib. 13. de excommun. & Interd. c. 42. §. 3. qui omnes hanc sententiam acceperunt ex Ioan. de Deo, quem citant, & sequuntur, & probant; quia non sunt doli capaces, ergo nec culpabiles, & consequenter non merentur hanc pœnam.

Secunda opinio est Nauar. in Manuali cap. 27. num 168. in fine. Simon Maioli, lib. 3. de irreg. cap. 20. nu. 2. Hugolini, tab. 5. cap. 20. §. 2. & Cosmi Philiarchi de officio Sacerd. p. 1. li. 4. c. 3. & Summæ Coronæ tit. de Interd. numero 3. dicentium interdicto populo hos om-

Ll 2 nes

nes esse interdictos, & probant, quia interdictum etiam innocentes ligare potest.

Mihi autem magis placet opinio prima, maxime quia minor; puto autem hanc sententiam defendendam esse hac via, non quia isti sunt innocentes, interdicto ligati possunt; sed quia sunt incapaces culpæ rationeque carent, & quia eorum actus si intersint officijs Diuinis, non sunt actus humani, immo nec liberi, nec ex electione; hi siquidem nihil sentiunt, nec percipiunt quod officia diuina dicantur; vel cessent; Vnde sicut isti pœnas legum sæcularium non incurrunt, ita neque pœnas Ecclesiasticas incurrere videntur. Cui doctrinæ fauet S. Thom. 2.2.q.10. art. 12. vbi ait infantem non differe ab animali irrationali. Qua de causa infans, quem secū defert mater, aut pædagogus, non excluditur a Missa in interdicto loci generali, quia scilicet non magis videtur moraliter præsens Missæ modo humano, quam brutum animal. Sicut etiam ob eandem rationem infans licite admittitur ad claustrum monalium, vt notant Corduba casu 60. puncto 2. & Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 42. §. 3. in annotationibus in littera S. vbi citat etiam Nauar. nō obstante excōmunicatione lata a Concilio Trid. sess. 25. de reg. c. 5. cōtra intrantes claustra, & septa monialium: sepeliri tamen non possunt isti infantes in Ecclesia tempore Interdicti, quia sepulturæ prohibitio aliam rationem habet, quæ non deducitur ab aliqua cognitione prohibitionis eius actus, sed tantum ex eo, quod Ecclesia tempore interdicti nullum corpus, seu cadauer admittat, officia vero diuina prohibētur; ne quis ea audiat, aut celebret, quæ ratio aliquam eius actus cognitionem prærequirit. Sic Couar. in cap. alma mater, part. 2. §. 4. num. 5. versi. duodecimo, de senten. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 42. §. 3. Hugolin. de censu. Eccles. tab. 5. c. 9. in principio, & Gregorius de Valentia, & Corduba locis allatis.

23 Dubium, quartum est de illis, qui habitant in suburbijs, an censendi sint interdicti, populo ciuitatis, cui adiacent suburbia, interdicto. Respondeo cum Calderino tract. de interdicto, memb. 2. Syluestro, verbo, interdictum, 2. num. 15. versi. decimum quartum Tabiena verbo, interdictum, 1. nume. 9. §. octauo, versic. tertio notandum. Alphonso Viualdo, titu. de interd. nume. 184. Hugolin. de censur. Eccles. Tab. 5. cap. 20. §. 2. si isti nō sint de populo ciuitatis, sed sui iuris, vel de alio populo, non censentur interdicti, cum populo ciuitatis. Ratio est euidens, quia non sunt pars populi, nec cum eo vniuntur; Sin autem sint de populo ciuitatis, vtique interdicti erunt populo interdicto. An vero isti sint de populo ciuitatis, vel sui iuris, vel de alio populo, cognosci potest maxime ex hoc, si participent de honoribus, & oneribus ciuitatis, vel alterius populi, vel si habeant sua partialia onera, & suos honores.

24 Quarto principaliter circa interdictum latum contra Clerum, siue interdicatur Clerus totius ciuitatis, siue alicuius parochiæ, siue interdicatur nomine Cleri, siue nomine capituli, siue nomine collegij Clericalis, aliqua etiam certa sunt, aliqua vero dubia.

Primo autem certum est hoc interdicto non comprehendi ipsam Ecclesiam, quæ ad huiusmodi Clericos interdictus pertinet, vnde alij Clerici licite celebrant in illa. sic glos. in ca. si sententia, in verbo in Clerum, de sent. excommun. lib. 6. & idem docent Ioan. Calderin. cit. & Couar. in cap. alma mater. part. 2. §. 1. nume. 7. versic. primum, quod interdicto Clero, de sent. excommu. lib. 6. Tabiena, verbo, interdictum. 1. nu. 9. §. octauo. vet. quarto notādum. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 42. §. 4. versic. quinto. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 167. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de interd. vers. tertio, in fine, & Sylu ester, verbo, interdictum 2. §. octauum. Alphons. Vival. tit. de interd. nu. 160. Cosmus Philiarchus, de officio Sacerd. parte 1. lib. 4. cap. 3. Summa Corona tit. de interdicto, notab. 8. Toletus, lib. 1. instruct. Sacerd. ca. 18. & colligunt ex cap. per exemptionem, de priuile. lib. 6. vbi priuilegium exemptionis concessum Clericis alicuius Ecclesiæ non extenditur ad ipsam Ecclesiam, ergo multo minus extendi debet interdictum. Ratio est: quia priuilegium est fauor, interdictum est pœna.

25 Secundo interdicto Clero, non intelligitur interdictus populus pertinens ad illam Ecclesiam, sicut nec interdicto populo censetur clerus interdictus; vnde vno horum interdicto, alter ad diuina officia, & Sacramenta est admittendus, vt habetur ex c. si sententia, de sent. excom. lib. 6. & DD. citati.

26 Tertio, interdicto Capitulo, vel collegio Clericorū certum est intelligi interdictos omnes, & singulos, qui ad Capitulum; seu collegium pertinent, etiamsi absentes sint, & etiamsi dignitatem in illa Ecclesia habeant, quos sic interdictos quocunque tempore, ac loco sequitur hoc interdictum, ex Maiolo lib. 3. de irregul. ca. 20. num. 1. post Angel. in verbo, interdictum 1. num. 7. qui pro hoc refert. Ioan. Andr. & Gem. in d. cap. si sententia, additque interdictum hoc comprehendere tam Clericos, quam laicos, qui sunt de illo collegio. Excipio Episcopum, tum quia communiter in vsu loquendi canonum, & conciliorum, Episcopus contra distingui solet à capitulo, & Clero: tum, quia vt diximus in materia de suspensione; Episcopi non incurrunt suspensionem, aut interdictum, nisi de illis expressa mentio habeatur, vt habetur in c. quia periculosum, de sentent. exc. lib. 6.

27 Quarto, interdicto Clero alicuius loci, comprehenduntur omnes Clerici illius loci, etiam qui habent solam primam tonsuram vsque non solum ad Sacerdotes, sed etiam ad beneficiatos, & habentes dignitates. Post Concilium autem Trident. sess. 23. de reform. c. 6. puto tonsuratos, & existentes in minoribus non censeri interdictos nisi sint eiusmodi, vt gaudeant priuilegio Clericali. Ad hoc autem priuilegio gaudendum, requirit Tridentinum, vt incedant in habitu, & tonsura, & alicui Ecclesiæ inseruiant, vel Episcopum ad studendum in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate destinati sint. Hoc eodem interdicto Cleri non comprehenditur Episcopus ob dicta.

28 Quinto comprehenduntur Clerici sub Interdicto familiæ, vnde si interdicatur familia alicuius, etiam includitur Clericum eius familiæ, vt expresse docet Rhedonensis communiter receptus à Summistis, & ab Angelo, in verbo, interdictum, 1. num. 8. Summa Astens. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. quæst. 11. Roscl. verbo, interdictum, num. 14. Syluest. verbo, interdictum, 2. num. 27. versic. decimum sextum. Tabiena, verbo, interdictum, 1. num. 9. §. octauo, in fine, & citat Innoc. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæst. 244. Alphon. Viuald. tit. de interd. nu. 168. Summa Corona, tit. eod. notab. 9. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. nu. 1. & citat Armillam, in verbo, interdictum, nume. 11. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 42. §. 3. versic. Quarto. Hugol. de censur. Eccles. tab. 5. ca. 20. §. 5. num. 2. & citat Felicianum de censur. cap. 7. Ratio esse potest: quia familia non facit vniuersitatem, sed interdictum familiæ cadit super singulos, qui sunt de prædicta familia, ergo & supra Clericos, qui sunt de prædicta familia; vnde Clericus dictæ familiæ non desinit esse interdictus, eo quod recedat ab ea familia, & qui de nouo venit in eam familiam interdictam, non fit interdictus, ex Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in artic. primo principali, §. quantum ad primum, conclus. 5. in fine, & §. quantum ad secundum, conclus. 4. in fine. & Henriquez vbi supra, & est communis DD.

29 Dubium primum est, an interdicto clero, comprehendantur religiosi. Gemin. in cap. si sententia. de sent. excom. lib. 6. ait, quod clero interdicto, veniunt etiam clerici sæculares, & regulares, tam mares, quam feminæ, conuersi, & conuersæ; quia omnes illæ personæ iam desierunt esse de populo, ergo sunt de vniuersitate ecclesiastica, & consequenter pertinent ad clerum. & Couar. in cap. alma mater, 2. par. §. 1. num. 8. §. quinto, de sent. excom. lib. 6. ait hanc esse communem, & citat lo. Calder. trac. de interd. memb. 2. & S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 3. & idem habent Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 167. post Mart. Ledes. 2. 4. quæst. 26. art. 2. in tract. de interd. versic. tertio est considerandum. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. libro 4. cap. 3. Alphon. Viuald. tit. de interd. num. 159. Thomas Zerula, in praxi Episcopali. par. 2. verbo, interdictum, in fine. Sebast. Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 5. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 18. Alii vt Syluest. verbo, interdictum, 2. nume. 17. & Angel. verbo, interdictum 1. num. 9. dicunt hos non comprehendi, nisi habeant aliquam dignitatem; puto autem ipsos loqui de dignitate sæculari. Tabiena. verbo, interdictum, 1. nu. 9. §. octauo. Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20. nu. 6. & citat Specul. in c. si Canonici, in princip. de offic. ordin. libro 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 42. §. 3. Hugol. de censur. eccles. tab. 5. §. 5. nu. 3. absolute docent religiosos non intelligi sub interdicto cleri. Et hi omnes cum Angel. & Syluestro tandem assignant hanc regulam generalem, in fauoribus nomen cleri extendi ad regulares, & moniales, quamuis sint nouitij, ac subinde interdictis laicis, non interdicuntur regulares etiam nouitij; in pœnis autem, & odiosis clericorum appellatio solos sæculares complectitur, non autem claustrales, nec conuersos, nec nouitios, sicut è contra interdictis religiosis, non includuntur clerici sæculares, contra Martinum Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. trac. de interd. vers. tertio considerandum est. Nauar. in Manuali capit. 27. num. 167. Ego in hac re dicerem considerandā esse diligenter verba interdicti, & quidem si feratur sub nomine cleri, existimo non includi regulares; cum hi communiter sub nomine cleri, aut clericorum non veniant, sin autem feratur sub nomine personatum ecclesiasticarū, putarem regulares comprehendi: quia omnes personæ, quando seà populo sæculari separauerunt, & se diuino cultui, aut seruitio ecclesiæ dedicauerunt; immo etiam & qui dedicauerunt se seruitijs piorum locorum cum quibusdam conditionibus, vocantur personæ ecclesiasticæ; tum, quia sunt sub speciali cura, & protectione ecclesiæ, tum quia eorum labores ad ecclesię tendunt vtilitatem.

30 Quoad interdictum autem Doctorum, quo scilicet, interdicuntur Doctores ciuitatis, aut collegij, dubium secundum est, an intelligantur etiam clerici Doctores. In qua re certum est comprehendi omnes Doctores laicos ciuitatis, & collegij. De clericis autem, Tabiena in verbo, interdictum, 1. num. 9. §. octauo, in fine. Armilla verbo, interdictum, num. 11. Simon Maiol. lib. 3. c. 20. nu. 1. Alphon. Viual. tit. de interdicto, nu. 169. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. c. 42. §. 3. vers. quinto. dicunt etiam interdici, nisi aliunde de intentione cōstet; alij tamen, vt Angel. verbo, interdictum, 1. num. 9. Rosella verbo, interdictum, 1. num. 15. Syluest. verbo, interdictum, 2. num. 17. & Hugol. de cens. eccles. tab. 5. §. 5. nu. 3. interdictos esse negant: quia hoc interdictum comprehendit Doctores, vt faciunt aliquam vniuersitatem, seu communitatem; clerici autem Doctores non possunt esse de vniuersitate, vel collegio laicorum, & hæc sententia minor, & verior esse videtur.

31 Vltimo circa interdictum singulare aduertendum est, personam singularē dupliciter interdici posse; vno modo simpliciter, non specificando vnam rem magis, quam alteram, & sic huic singulari personæ interdicta sunt illa omnia, & singula, quæ ex natura interdicti prohibentur; alio modo, ita vt personæ huic interdicantur aliqua determinate expressa, vt eum illi interdicitur ingressus ecclesiæ, aut si alicui interdicatur exercitium vnius, aut alterius ordinis. Qui duo interdicendi modi inter se differunt, eo quod prior naturam ponus interdicti, posterior vero naturam potius suspensionis participet, adeo vt verbum illud interdicendi, in posteriori modo expressum, verbo prohibendi æquipolleat. Vnde si Petrus interdicitur simpliciter, omne quod per interdictum prohibetur, illi est prohibitum: si vero interdicitur a ministerio altaris tantum, omne aliud efficere potest; si autem interdicatur ab ingressu ecclesiæ, omnia diuina ei prohibentur intra eandem ecclesiam, quia includuntur in prohibitione ingressus illius; potest tamē diuina in domo, aut alio in loco extra ecclesiam audire, ex Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. trac. de interd. notab. 5. & interdictus ab vno actu, seu ab actu vnius ordinis, actus ordinis inferioris exercere potest, actus autem maioris, idest, actus ordinis superioris, exercere non potest. Tabiena, verbo, interd. 1. nume. 14. §. decimotertio. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 20. num. 4. Anton. in capit. vel non est. de temp. ord. Armilla, verbo, interdictum, nu. 20. arg. capit. solicitudinem, de appellat. sic interdictus ab exercitio actus Subdiaconatus, aut interdictus, ne

32 promoueatur ad ordinem Subdiaconatus, nec exercere potest actum Diaconatus, nec ad Diaconatum promoueri potest: & denique sic interdictus, vbique, locorum interdictus est, ne illi prohibita ante absolutionem exerceat: de qua re plura diximus, cū de Suspensione tractaremus; & latius eam explicat Henriq. li. 13. de exc. & interd. cap. 43. §. 1. & §. 6.

De effectu interdicti localis, & personalis: Quid circa diuina officia licitum, aut illicitum sit. Cap. V.

S V M M A.

1 *Interdictum omne hanc vim habet, vt a diuinis prohibeat.*

2 *Interdicto prohibentur officia diuina, Sacramenta, & sepultura ecclesiastica.*

3 *Missa semel in hebdomada ad Eucharistiam pro infirmis conficiendam, non obstante quouis interdicto, iure antiquo celebrari potuit.*

4 *Officia diuina per interdictum prohibita quænam sint.*

5 *Differentia inter ius antiquum, & nouum quoad Missæ celebrationem quænam sit.*

6 *Missa semel in hebdomada non solum in locis generaliter interdictis, sed etiam in Ecclesiis specialiter interdictis olim celebrari potuit, & etiam sæpius ex causa vrgenti.*

7 *Glossæ error circa celebrationem Missæ semel in hebdomada celebrandæ refellitur.*

8 *Missa semel in hebdomada celebranda in illis solum ecclesiis licita, in quibus Eucharistia pro infirmis seruari solet, non in aliis.*

9 *Missa semel in hebdomada celebranda per quos clericos fieri possit.*

10 *Officia diuina cuiuscunque interdicti tempore ad horas obligati priuatim recitare possunt, & tenentur, alias fructus respondentes pro rata omissionis amittunt.*

11 *Interdicti tempore duo, aut tres simul officium, & horas*

ras recitare possunt.

12 *Interdictum quid proprie circa officium prohibeat.*

13 *Interdicti generalis tempore in ecclesiis conuẽtualib. clerici bini, vel terni excommunicatis, et interdictis exclusis ianuis clausis horas recitare possunt.*

14 *Interdicti specialis tempore an clerici bini, aut terni horas simul recitare possint.*

15 *Interdicti generalis tempore cur Religiosis primum, vt officia diuina celebrare possint, concessum sit.*

16 *Interdicti generalis loci tempore, quare Episcopis sit concessum, vt diuina officia licite celebrare possint.*

17 *Templariis, & Hospitalariis, qui per villas, & ciuitates ad eleemosynam colligendam mittebantur, vt officia diuina interdicti generalis tempore celebrent, semel in anno conceditur.*

18 *Clericis sæcularibus, etiam vt interdicti generalis loci tempore diuina officia celebrare possint cum certa moderatione, iure nouo concessum est.*

19 *Priuilegia omnia, quæ cap.* alma mater, *præcesserunt, quatenus dicto cap. contrariantur, per Bonifacium VIII. reuocata sunt.*

20 *Cap.* alma mater, *de solo interdicto generali, & non de speciali loci intelligendum.*

21 *Officia diuina tam in ecclesiis sæcularibus, quam in monasteriis, & hospitalibus auctoritate Episcopi erectis interdicti generalis tempore celebrari possunt.*

22 *Officia diuina generalis interdicti tempore, etiam extra ecclesias, vt prius, seruatis quatuor conditionibus possunt celebrari.*

23 *Officium diuinum interdicti generalis tempore qualiter* voce submissa *celebrandum.*

24 *Officium diuinum tempore generalis interdicti,* exclusis excommunicatis, & interdictis, *celebrari debet, & etiam laicis omnibus, qui priuilegio carent.*

25 *Particula* Præsertim, *in cap.* alma mater, *quos comprehendat.*

26 *Laici priuilegio carentes cuiuscunque interdicti tempore a toto officio diuino, ac qualibet parte notabili illius excluduntur.*

27 *Missa sicca officium diuinum est, ad quam laici tempore interdicti non admitti debent.*

28 *Puer doli capax officia diuina tempore interdicti audire nequit.*

29 *Laici priuilegiati interdicti tempore ad officia diuina audienda admittuntur.*

30 *Priuilegium concessum collegio, vel conuentui audiendi diuina tempore interdicti ad familiares non extenditur, secus autem, si personæ singulari sit concessum.*

31 *Priuilegium concessum personæ particulari de Missa audienda tempore interdicti, ad familiares eius, qui causam interdicti dederunt, non extenditur.*

32 *Familiares laici priuilegiati diuina audire non possunt tempore interdicti, quando non sunt cum eo, qui hoc priuilegium habet.*

33 *Sacerdos clericum non habens, qui ei in celebratione Missæ inseruiat, famulum laicum assumere potest.*

34 *Clerici non omnes ad diuina officia tempore interdicti admittendi.*

35 *Clerici extranei, & religiosi, ad officia diuina in eorum Ecclesiis, seu monasteriis audienda, & etiam facienda admitti possunt.*

36 *Missa non solum conuentualis, sed etiam qualibet alia peculiaris, & priuata interdicti tempore dici potest.*

37 *Laici, quamuis interdicti tempore diuinis interesse nequeant, in ecclesia tamen priuatim orare possunt.*

38 *Officium commendationis animarum tempore interdicti licitum est, & quæ huius ratio sit.*

39 *Confessio generalis quam facere solent laici Sacerdoti, & absolutio generalis interdicti tempore licite fieri possunt.*

40 *Laici, qui confraternitates habent, litanias, et alias preces interdicti tempore publice cantare possunt.*

41 *Angelica salutatio tempore cuiuscunque interdicti siue generalis, siue specialis licita est.*

42 *Laici de populo, vel loco interdicto in die parasceues Crucem adorare, & osculari possunt.*

43 *Prædicatio verbi diuini tempore cuiuscunque interdicti licita est.*

44 *Lectio, & declaratio psalmorum, vel Euangeliorum cuiuscunque interdicti tempore licite fieri potest.*

45 *Purificationis mulierum officium an, & quatenus interdicti tempore fieri possit.*

46 *Officium defunctorum, an, & qualiter pro defunctis die sepulturæ, & aliis temporibus interdicti tempore dici possit.*

1 X his, quæ superius exposita sunt, interdictum omne vim hanc habere constat, vt a diuinis prohibeat; nullum enim interdictum est, siue locale, siue personale sit, quod hæc non prohibeat, vt de personali colligitur in cap. si sententia. de sent. excom. lib. 6. & de locali habetur in cap. si ciuitas, & cap. fin. de sent. excom. lib. 6. & in ca. Episcoporum. de priuil. lib. 6. & in clem. pen. de sent. excom. Ideoque, vt DD. communiter tradunt; siue in locum, siue in personam interdictum latum sit,
2 nec in illo loco diuina, nec ab illa persona interdicta alicubi diuina de more exerceri poterunt. Maioris autem claritatis gratia Doctores omnia diuina prohibita ad tria genera reuocarunt, s. ad officia diuina, ad Sacramenta, & ad sepulturã ecclesiasticã: aliqui vero, vt Hug. de cens. eccles. tab. 5. cap. 5. §. 2. num. 2. quartum addidit, nimirum, aditum in ecclesiam. Quæ omnia facile probari possunt: nam de Sacramentis id colligitur ex c. non est vobis. et ibi Panorm. num. 5. de spons. & c. quod in te, de pœn. et remis. & in cap. responso. de sent. exc. de officiis diuinis idem habetur in cap. & iuribus citatis. & in cap. ex rescripto. de iureiur. & c. 3. §. quod si. & in c. vt priuilegia. de priuil. in antiq. & in cap. Episcoporum. & in c. licet. de priuil. li. 6. & in c. si sent. & in c. alma mater. de sent. exc. li. 6. de sepultura ecclesiastica colligitur etiam ex c. quod in te, de pœn. & remis. & in c. 3. §. quod si. & c. vt priuilegia. de priuil. in antiq. & in c. Episcoporum. co. tit. lib. 6. & in cap. si ciuitas. de sent. exco. lib. 6. & tradit Couar. de his omnib. in c. alma mater. p. 2. §. 1. num. 10. de sent. exc. lib. 6. & DD. communiter, Hug. vbi supra, & Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 44. §. 1. Angelica, verbo, interdictum, 5. Summa Pisanella verbo, interdictum 4. in princ. Tabiena verbo, interdictum, 5. num. 1. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. conclus. 4. vers. igitur extra illa. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de interd. in prin. Nau. in Man. c. 27. nu. 171. de ingressu in ecclesiam colligitur ex c. ex rescripto, de iureiur. & ex c. is, cui. de senten. exc. lib. 6. Qui effectus strictius iure antiquo prohibebantur, quam nouo, vt ex his, quæ infra dicemus, manifestum erit.

Quia vero res hæc longior paulo futura est, quam vt vno capite explicari possit in hoc capite, quid circa diuina officia licitum, & illicitum sit, explicabimus.

3 Primò igitur principaliter per omne interdictum generale, vel speciale, locale, vel personale, vel mixtum iure antiquo nota, prot ius officia diuina modis omnib. prohi-

prohibebantur, c. ex rescripto, de iureiur. vt nec eam celebrare, nec audire licebat, ca. quod in te, de pœn. & remiss. & c. non est vobis, de spons. Et solum ex omnibus officijs permittebatur officium Missæ semel tantum in hebdomada, & hoc ad conficiendam Eucharistiam pro infirmis, vt habetur in cap. permittimus, de sent. excom. Quia tamen periculum erat, ne si diu cessarent officia diuina, pullularent hæreses, & magna indeuotio populorum, necnon infinita animarum damna sequerentur (vt contigit Vrbini, tempore Martini IIII. Pontificis, vbi per triginta, & quadraginta annos interdictum steterat, ita vt facta relaxatione, homines illius loci ob diuturnam Sacrorum desuetudinem, presbyteros Missam celebrantes, Missæque cæremonias deriderent, vt testantur glo. Ioan. Andr. in c. alma mater. in verbo, insurgunt, de sent. exc. lib. 6. & Simon Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20. numer. 2. Triginta enim Vrbinates Guidoni Montefeltrio fauebant, qui bellum Sedi Apostolicæ mouit, vniuersamque Flaminiam, quam Romandiolam dicunt, ab ecclesia seduxit: quam tamē historiā Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, nu. 183. figmentum vocat.) Bonifacius VIII. nouo iure, vt habetur in d. c. alma mater, concessit tempore generalis interdicti, vt officia diuina cum quadam moderatione celebrari possent.

4 Officia verò diuina quæ per interdictum prohibentur, hæc sunt, Missa, etiam sicca, idest, sine consecratione Sacramenti, cum sit de annotatis in Missali, & ita interpretatur consuetudo, ex Syluestro verbo, interdictū, 5. q. 3. in fine, Summa Corona, tit. de interdicto, num. 7. Horæ Canonicæ, siue officij maioris siue officioli B. Virginis, Defunctorum, & alia officia, vt benedictiones, & consecrationes quarumcumque rerum: vndè communiter tradunt Doctores per interdictum regulariter prohiberi omnia exercitia cuicumque ordini maiori deputata, vt Subdiacono prohibetur, ne solenniter cantet Epistolam cum manipulo, & Diacono, ne cantet Euangeliū, Sacerdoti, ne dicat Missam, aut officiet horas in Choro, Episcopo, ne conferat ordines etiā minores, consecret Abbates, virgines, aras, calices, quia hæc omnia exercitia inter officia diuina annumerantur; sic Aucharan. in capit. fina. de sentent. excom. lib. 6. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 4. princ. §. quantum ad decimum septimum. & S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. ar. 4. Angelica, verbo, interdictum, 5. & verbo, interdictū, 6. Pisanella, verbo, interdictum, 4. Syluester, verbo, interdictum, 5. Tabiena, verbo, interdictum, 5. Sotus 4. distin. 22. quæst. 3. arti. 1. conclus. 4. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de interd. ver. sed quæres, Nauar. in Manual. cap. 27. num. 171. & num. 172. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 154. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 1. num. 2, & §. 4. de senten. excom. lib. 6. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. capit. 20. nu. 8. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. capit. 44. §. 1. Hugolin. de censur. ecclesiast., tab. 5. cap. 8. in princip. & cap. 13. & alij omnes.

5 Hinc infertur primò differentia inter ius antiquum, & nouum quoad Missam celebrandam, quod iure veteri Missam semel in hebdomada celebrare licebat, idque causa consecrandi Eucharistiam pro infirmis, ex capit. permittimus, de sentent. excommun. iure autem nouo singulis diebus in Ecclesijs & Monasterijs Missæ celebrari possunt cum quadruplici hac moderatione; primò, vt celebretur voce submissa; secundò ianuis clausis; tertiò non pulsatis campanis; quartò exclusis excommunicatis, & interdictis, cap. fi. §. adijcimus, de sentent. excomm. lib. 6. & nec Missa illa, quæ in d. cap. permittimus. semel in hebdomada concessa fuit, nec hæc, quæ quotidie celebrari permittitur iure nouo, d. c. alma mater, nisi his conditionibus seruatis fieri potest.

6 Circa Missam verò illam, quę iure antiquo semel in hebdomada celebranda permittebatur, obseruandum est primò huiusmodi Missam licitam semper fuisse; & esse non solum in locis generaliter interdictis, sed etiā in ecclesijs specialiter interdictis, ex Martino Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tracta. de interdict. §. sed quæres, vers. sequitur secundò. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 3. & Nau. in Manual. ca. 27. num. 173. vers. nono dico. vbi etiam extendit concessionem d. ca. permittimus, vt non solum semel, sed etiam iterum, ac sæpius celebrari possit Missa in hebdomada ad conficiendam Eucharistiam pro infirmis, si necessitas postulauerit, id quod etiam testantur Hostiensis ibidem, & Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, nu. 222. & probari potest; quia intentio dicti cap. permittimus, est, vt Eucharistia pro infirmis nunquam desit; quia verò cōmuniter sufficiens numerus hostiarum consecrari potest semel pro tota hebdomada, ideo Gregorius Papa IX. ibi determinauit, vt semel in hebdomada Missa celebraretur. Principale ergo, quod statutū est, quod Eucharistia semper habeatur, & quod nunquam desit: minus autem principale est, vt semel in hebdomada celebretur. Quia verò hoc est priuilegium fauorabile, ideo conuenientissimè fit dicta ampliatio, vt in necessitate Missa plusquam semel in hebdomada celebrari possit. Dixi in necessitate, quia extra necessitatem fieri non poterit.

7 Ex quibus colligo errare glossam initio d. cap. permittimus, vbi ait dispositionem illius cap. hodie nihil valere, eo quod in d. capit. alma mater, concessum est Clericis quotidie Missam celebrare. In quo re errat, quia etiam hodie locum habet; si quidem in virtute d. c. permittimus, licitū est celebrare in Ecclesijs specialiter interdictis, quod tamen non licet in virtute d. cap. alma mater, quia ca. alma mater, & Syluest. verbo, interdictum, 5. n. 1. §. primum, solum de locis generaliter interdictis loquitur, vt notant Angel. ver. interd. 6. num. 1.

8 Secundò obseruandum est hanc Missam semel in hebdomada solum licitam esse in illis Ecclesijs, in quibus communiter Eucharistia pro infirmis seruari solet, & non in alijs, vt in Ecclesijs parochialibus & monasterijs monialium, & religiosorum exemptorum, quæ pro suis domesticis Eucharistiam seruare solent.

9 Quod verò Palud. in 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad decimum quartum. & Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 44. §. 3. Alphonsus Viuald. tit. de interd. nu. 223. & Nau. cap. 27. num. 173. dicant Missam hanc dici posse non solum per Clericos, qui sunt proprij ministri prædictarum Ecclesiarum, sed etiam per alios clericos ex commissione ministri illius ecclesiæ, quia quod per alios faciunt, per seipsos facere videntur, ff. de admin. tut. l. ita gessisse, mihi non placet, aduersari enim videtur expresse verbis d. cap. permittimus, vbi permittitur ministris Ecclesiarum, seu vt ait glossa, rectoribus Ecclesiarum, vt Missam celebrare possint. Potest tamen opinio Paludani in casu necessitatis admitti, scilicet, si minister Ecclesiæ dicere non posset illam Missam aut propter ægritudinem, aut propter aliquam aliam causam vrgentem, tunc enim satius erit, si per alium Missam celebrari faciat, quam vt desit Eucharistia; & in his omnibus cum Nauar. & alijs consentit Hugol. tab. 5. c. 10. in princip. & fauet Syluester, vbi supra, num. 1. §. secundum, qui tamen specialiter interdictus esset, Missam hanc celebrare non posset: & de Missa hæc satis sint.

10 Secundò principaliter quoad officia diuina, tempore cuiuscunq; interdicti siue localis, siue personalis, obligati ad horas, priuatim eas recitare possunt, & debent, siue ad eas teneantur ex voto speciali, siue ratione beneficij, siue rōne ordinis Sacri; adeo vt si quis teneatur ratione beneficij ad officium maius, vel ratione pensionis ad horas B. Virginis, non solum peccabit mortaliter

omit-

omittendo officium, vel totum, vel partem aliquam notabilem, vel aliquam horam, sed etiam non facit fructus suos respondentes pro rata dictæ omissionis, iuxta nouissimam Bullam Pij V. super hac re editam, quæ incipit, Ex primo Lateranensi, quam refert Nauar. in Manuali cap. 25. num. 122. quæ Bulla æquè locum habet tempore interdicti, ac quolibet alio tempore. Et idem docent Hugol. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 13. & tab. 5. cap. 13. in princip. & Nauar. in Man. capit. 27. nu. 175. in fine. & faciunt, quæ tradit glo. in cap. 2. in verb. præsumpserit, & in cap. illud, in verbo, officia, de Cler. excom. ministr. & glos. in capit. presbyterum. in verbo, priuatus est, distin. 28. Hostiensi. in Summa tit. de sent. excom. circa finem. §. consueuit & illud quæri. Angelica, verbo, interdictum, 5. num. 40. Syluester, verbo, interdictum, 5. quæst. 5. vers. nonum. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 3. num. 8. de sent. excom. lib. 6.

11 Quibus addo ex ca. quod in te. de pœnit. & remiss. & Hostiensi ibidem, & Nau. in Man. c. 27. nu. 175. & alijs non solum vnumquemque singulariter, sed etiam duos, aut tres simul posse tempore interdicti recitare officium, & horas tam domi, & in cubiculo, quam etiam in aperto campo, & domi ianuis non solum clausis, sed etiam apertis, dummodò ita dicatur, vt ab alijs facilè non audiatur; & ad tollendos scrupulos addit Nauarr. parum referre, etiamsi ea voce diceretur, quæ ab aliquibus tran seuntibus audiri possit, & casu: eadem tradunt Host. in d. capit. quod in te, Nic. Plouius tract. de interd. reg. 31. Syluest. verbo, interd. 5. q. 5. Calderin. tractat. de interd. fol. 30. Couar. in c. alma mater, par. a. §. 2. num. 7. vers. sed & olim, de sent. excom. lib. 6. & Henriquez lib. 13. c. 44. §. 3. Alphons. Viuald. tit. de interd. nu. 228. Quę sententia mihi probatur, quia parum pro nihilo reputatur. Et quamuis id tantum tradant Nauarr. eo in loco de locis generaliter interdictis, Syluester tamen verbo, interdictum, 4. num. 7. quæst. 5. & Angelus, verbo, interdictum, sexto, numero, 12. volunt etiam tempore specialis interdicti hæc licita esse, cum ea tamen conditione, vt ab alijs audiri non possint, nisi casu, & per modum transitus; alioquin, si ab alijs seriò, & ex proposito audirentur, violaretur interdictum, etiamsi officium extra ecclesiam diceretur, nam etiam extra ecclesiam eo modo dicere non licere. Vnde ex natura interdicti propriè circa officium duo prohibentur; vnum est officiare ipsam Ecclesiam, seu officiatio ipsius ecclesię, quando officia dicuntur in ecclesia, etiamsi nullus esset præsens; alterum est, officiatio populi, siue intra, siue extra ecclesiam fiat.

13 Tertiò, principaliter ex eodem cap. quod in te, de pœnit. & remiss. concessum est tempore generalis interdicti, vt in ecclesijs conuentualibus Clerici bini vel terni, excommunicatis, & interdictis exclusis, ianuis clausis horas canonicas non quidem cantare, sed legere voce ita submissa possint, vt extra nō audiantur, vt etiam tradunt Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 5. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. primo. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 2. num. 7. vers. sed. & olim, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. capit. 44. §. 3. Circa illam verò conditionem, quia dicitne Nauar. in Man. cap. 27. nu. 175. & eum secutus Alphonsus Viualdus tit. de interd. num. 230. 232. & 233. putant eam in rigore non omninò semper seruandam esse, ex sequentibus.

Primò enim ait posse tempore generalis interdicti Clericum vnumquemque per se solum recitare officium in Ecclesia ianuis apertis, dummodò ita submisse recitet, vt à nullo audiatur.

Secundò ait posse duos, aut tres Clericos separatim à frequentia hominum, quæ est in Ecclesia, diuisos, vel tam remotè distantes, aut voce tam submissa horas recitare, vt à nemine audiantur.

Tertiò ait posse a fortiori duos, aut tres Clericos separatim in aliqua capella Ecclesiæ dicere suas horas clausis ianuis ipsius capellæ, quamuis sint apertæ ianuæ ipsius Eclesiæ, contra Hostiens. Ioan. Andr. & Cardin. in dicto capit. quod in te. & probat hæc omnia: quia hæc non aduersantur intentioni canonis prædicti. Intentio enim dicti capit. quod in te, vbi præcipiuntur officia voce submissa, & ianuis clausis recitari, est, vt ab alijs non audiantur; quare licet ianuis apertis ita dicantur, vt ab alijs non audiantur, benè saluatur intentio Canonis prædicti: Quæ Nauarri doctrina mihi valdè probabilis videtur, & post factum consulenda, ante factum tamen dissuadenda, tum, quia verbis ipsius Canonis aduersari videtur: tum, quia facilè posset generare scandalum ex hoc ipso, quod fiat contra verba canonis; tum, quia qui sic recitat, alicui periculo se exponit; vnde Hugolin. tab. 5. capit. 8. §. 3. hanc Nauarri sententiam non probat.

14 Insuper aduertendum est, quod licet quantum ex dicto ca. quod te, colligi potest, hoc solum permissum esse tempore interdicti generalis; si tamen in rigore loquamur, adhuc aliqui saltem post factū ea omnia, quæ Nauarrus concedit in Ecclesia tempore generalis interdicti, putant etiam sine violatione interdicti fieri posse tempore specialis interdicti. Ratio, quæ eos monet, est: quia pari modo saluatur principalis intentio tum illius Canonis, tum aliorum, quia officia à nullo audiuntur, & deinde, quia si hoc secundo modo recitentur, nec officiatur Ecclesia, nec officiatur populus, & ita non violatur interdictum. Quorum opinio licet ob rationem allatam speciem veritatis habere videatur, nullo tamen modo in praxi tutam esse existimo, cum dictum capitulum quod in te, solum loquatur de interdicto generali, & in odiosis, & pœnalibus restrictio potius, quam ampliatio facienda est, maximè cum diuersa ratio sit interdicti generalis & specialis.

15 Quartò principaliter hæc omnia quæ diximus, nimirum, quod tempore generalis interdicti loci, omnia diuina officia celebrari possint, primò in fauorem vitæ regularis concessa sunt religiosis, id est regularibus, vt colligitur ex capit. quod in te, de pœnit. & remiss. Permissum autem fuit illud iure antiquo Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, vt scilicet in loco generaliter interdicto Missarum solennia celebrare possent super altare viaticum, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, voce submissa, vt habetur in cap. in his, de priuileg.

16 Quod idem etiam Episcopis iure antiquo concedebatur, capit. quod nonnullis, de priuileg. quibus etiam ob Episcopalis dignitatis authoritatem concessum est, seruatis prædictis conditionibus, vt non solum per seipsos, sed etiam per aliquem alium Sacerdotem Missam celebrandam esse statuerent, vt in capit. finali, de priuileg. lib. 6. habetur. Quod tamen priuilegium Episcoporum, & fratrum in Ecclesia specialiter interdicta locum nō habet, ex Ioan. Caldetino, & Villadieg. de irreg. capit. 5. num. 15. Syluestro verbo, interdictum, 5. quæst. 5. vers. quintum. & Couar. in capit alma mater, §. 2. num. 7. vers. poterant, de sent. excommunic. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 44. §. 6. & Couar. ait esse communem, & fauet glo. in d. capit. alma mater, in verbo, Ecclesijs, de sent. excommun. lib. 6. cum Angel. verbo, interdictum, 6. num. 1. quicquid in hac re contrarium senriat Hostien. in cap. quæsiuit. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit. qui voluit idem licere etiam in speciali interdicto loci, aut personæ.

17 Simile priuilegium ipso iure concedebatur Templarijs, & Hospitalarijs, qui per villas, & Ciuitates ad eleemosynam colligendam, & alios ad suam fraternitatem admittendos mittebantur: his enim religiosis permittebatur,

rebatur, vt in qualibet Ciuitate, villa, aut castro vnatantum Ecclesia constitueretur, in qua officia diuina celebrarentur, excommunicatis, & specialiter interdictis exclusis semel in anno ob iucundum eorum aduentum, etiam publicè apertis ianuis, alta voce; & admisso populo generaliter interdicto, vt colligitur ex cap. cum & plantare, §. quod si templarij. & cap. vt priuilegia. §. illud. de priuileg. Palud. 4. d. 18. quæstio. 8. art. 4. princip. §. quantum ad tertium decimum. Summa Astens. 2. par. lib. 7. tit. 16. artic. 3. quæst. 4. Couar. in cap. alma mater. par. 2. num. 8. versic. est templaris. de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 44. §. 6.

18 Quæ priuilegia nunc iure nouo conceduntur Clericis secularibus etiam primam tonsuram habentibus, ex Toleto, lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 20. vt constat ex ca. alma mater, §. adijcimus. de sent. excom. lib. 6. vbi conceduntur clericis omnia diuina officia tempore generalis interdicti loci, quæ extra tempus interdicti fieri solent, cum hac tamen moderatione, quæ in his quatuor conditionibus consistit, quarum

Prima est, vt Missæ, & diuina officia voce submissa dicantur.

Secunda est, vt clausis ianuis.

Tertia est, vt non pulsentur campanæ ad officia.

Quarta est, vt excludantur excommunicati, & interdicti. Quibus quatuot seruatis, & Missa, & alia officia diuina in Ecclesijs, vt prius celebrari quotidie possunt. Imò verò clericis his quatuor seruatis nō solum officia diuina celebrare possunt, sed etiam debent, aliàs, si officijs non intersint in Ecclesijs, distributiones amittunt, sicut interdicto perderent non extante, si officijs diuinis non adessent, vt in d. §. adijcimus, habetur. & expressè docet Syluester verbo, interdictum, 5. quæst. 1. §. primum.

Circa quam constitutionem, eiusque pleniorem intelligentiam quædam breuiter annotanda sunt.

19 Primò quidem, quod priuilegia omnia, quæ præcesserunt d. cap. alma mater, Bonifacij VIII. sunt reuocata per d. capit. alma. in fine, quod intellige ibi in verbo, *Concessis*. Vnde glos. fin. ibidem, quæ ait priuilegia Prædicatorum, & Minorum, & aliorum priuilegiatorum, quibus concessum erat, vt in tertis suis festiuitates suas celebrare possent tempore interdicti, interdum vsq; ad octauas, quatenus contraria sunt d. c. alma mater, reuocata esse; addit etiam reuocata esse priuilegia templariorum, & hospitalariorum, quibus in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiebatur vna Ecclesia in loco tempore interdicti. capit. vt priuilegia. de priuileg. Alia vero priuilegia, quæ post d. cap. alma. à Summis Pontificibus concessa sunt, non reuocantur, etiamsi contraria sint d. cap. alma. vt etiam ait glos. fin. ibidem constitutio cap. alma mater, priora priuilegia respicit, non posteriora, cum Pontifex legem suis successoribus imponere non possit, vnde consulenda sunt priuilegia sequentia, eorumque tenor attendendus est, vt quid liceat, aut non liceat intelligi possit, iuxta ea, quæ tradunt Tabiena, verbo, interdictum. 3. §. vndecimo. & Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 6. in fine.

20 Secundò, constitutio hæc solum loquitur de interdicto generali, non de speciali loci, ex glos. in d. capit. alma mater. in verb. ecclesijs. de sentent. excomm. lib. 6. & Anchar. Dominic. Franco, & alijs ibidem, Ioann. Andr. Anton. Cardin. Abb. in capit. quæsiuit. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit. Calderino tract. de Eccles. interd. memb. 2. folio 3. colum. 1. Gonsalo à Villadiego, in tracta. de irregul. cap. de interdicto, colum. 3. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 4. in princip. versic. item nota. Angelica, verbo, interdictum. 6. num. 1. Syluest. verbo, interdictũ, 5. q. 3. nu. 1. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. primo. & §. octauo. Nauar. in Man. ca. 27. nu. 175. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 4. nu. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi citat Felin. in cap. Apostolicæ. nu. 3. de except. Feder. consil. 70. Rotam in nouiss. 436. & alios. Vnde in ecclesia specialiter interdicta hæc non licent, sed tantum in ecclesijs, quæ sunt in ita locum generaliter interdictum.

21 Tertiò, hæc constitutio eadem officia celebrari permittit non solum in ecclesijs sæcularibus, sed etiam in monasterijs, & in hospitalibus, dummodo auctoritate Episcopi erecta fuerit: in fauorabilibus enim ecclesiæ appellatione hospitalia quoque comprehenduntur, præsertim, vbi mens ipsius constitutionis hanc interpretationem ob eandem rationem admittit, vt expressè testantur Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 4. numero 2. vers. quarto. de sentent. excommun. lib. 6. et Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. cap. 8. §. 5. num. 2. & faciunt, quæ tradunt Felin. in capit. de quarta. de præscript. Curt. iunior, cons. 20. Rebuff. in tract. nominationum, quæstio. 25. num. 12. & colligi potest ex Clement. per litteras, de præbend. & idem dicẽdum de monasterijs monialium, in illis enim seruatis quatuor prædictis officia celebrari possunt, vt expresse tradunt Syluest. verbo, interdictum, 5. quæstio. 1. & Couar. in d. cap. alma mater. par. 2. §. 4. num. 2. versic. quinto. de sentent. excommunicat. lib. 6. & Hugolin. tab. 5. cap. 8. §. 5. num. 2. Et quamuis

22 Couar. vbi supra, num. 1. vers. secundo. secutus Calderinum, Ancharan. & Francum velit extra ecclesias, & monasteria diuina officia celebrari non posse, etiam prædictis quatuor seruatis; rectius tamen docet Hugolinus cit. vbique locorum diuina, vt prius seruatis quatuor præmissis fieri posse; quia conceditur ibi seruatis illis quatuor, vt officia sicut prius celebrentur; sicut igitur extra ecclesias officia, sicut prius celebrari poterant, ita etiam & nunc fieri poterunt. Nec obstat, quod in d. cap. alma mater, dicitur *in Ecclesijs, & monasterijs*, quia canon solum meminit eius, quod frequẽtius, & ordinariè antea fieri solebat, quo casu non excluduntur loca extraordinaria, in quibus antea, & nunc diuina fieri poterunt, argum. l. 1. cum ibi nnt. C. de rapt. virgin.

Quartò, circa illam conditionem *voce submißa* ad-
23 uertendum est hanc conditionem ita intelligi debere, vt recitantes ea voce, & tono officium dicant, vt ab ijs audiantur, qui officio intersunt, ex Angelica verbo, interdictum, 6. nume. 11. Alphonso Viualdo, titul. de interdicto, nu. 228. & 229. Nauar. in Man. c. 27. nu. 174. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. ca. 46. §. 1. & Hugol. tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 1. aliàs, ait Henriquez. amittunt distributiones, nisi officium in tono fiat in choro, ita vt mutuo benè se audiant, vox tamen ita moderata esse debet, vt non audiatur ab aliquo extra ecclesiam, hoc est, vt non possit facilè, & communiter extra ecclesiam audiri; vnde non violaretur hæc conditio, si ea voce Missa, aut officia dicerentur, vt etiam ab aliquo curioso obseruatore audiri possent extra fores: hoc enim non obstat, si contingat sic ab aliquo audiri, cum id sit præter intentionem dicentium, ideoque hoc casu nec peccabunt, nec pœnam iuris incurrent.

Quintò aduertendum est, alteram conditionem *excommunicatis, & interdictis exclusis* latius intelligi, quam
24 verba ipsa prima fronte sonare videntur: si quidem hæc solum significare videntur, vt excludantur tantum excommunicati, & interdicti, nec aliquid dicitur de exclusione aliorum, cum tamen in rei veritate ex communi sententia Doctorum omnes laici, qui priuilegio carent, excludi debeant, solique clerici admittendi sint: sic glos. in c. alma mater, §. adijcimus. in verbo, interdictis, de sent. excom. lib. 6. & ibidem Gemin. Anch. & Franc. Feder. de Sen. cons. 70. nu. 2. vers. secundus casus. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. circa princip. §. item nota.

Ange-

Angelica verbo, interdictum, 6. num. 3. in fin. Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 16. §. decimoquinto. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 174. Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 1. vers. tertium. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 4. num. 4. vers. octauo, de sent. excom. lib. 6. Alphonsus Vivaldus. tit. de interdicto, nu. 225. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 46. § 3. Hugolin. tab. 5. c. 8. §. 4. nu. 1. & colligitur ex cap. licet, de priuileg. lib. 6. & argm. cap. quoniam Episcopi. de priuileg. lib. eo. quia quod per priuilegium vim conceditur, alteri denegatum comprobatur; si enim liceret laicis etiam nulla censura irretitis diuina ex vi d. cap. alma mater, aut iuris communis audire, non necesse haberent in priuilegio impetrare arg. l. 1. & ibi not. gl. ff. de municip. at priuilegio id conceditur, arg. cit. cap. licet, ergo communi iure non permittitur illis. Deinde, si laicis permitteretur, vt generalis loci interdicti tempore diuina audire possent, non iuberetur, vt ianuæ clauderentur, quæ ideo claudi iubentur, ne laici ingrediantur; sed neque prohiberentur pulsari campanæ, aut præciperentur diuina officia voce submissa celebrari, si laicis interesse liceret: nec denique ecclesia fratres Minores punirent recipientes fratres, ac sorores tertij ordinis ad diuina, vt habetur in Clem. 3. de sentent. excom. si laicis permitteretur, vt interdicti generalis loci tempore diuinis interessent.

25 Nec repugnat, quod in d. cap. alma mater, §. adijcimus, de sent. excomm. lib. 6. dicitur, *excommunicatis, atq; interdictis exclusis*, quasi secus sit, si non sint excommunicati, aut interdicti: quia vt notat Hugolin. vbi supra, valet argumentum, nisi aliud iure cautum esset, sicut hic cauetur, vt sensit glossa in capi. vnico, de ætat. & qualit. lib. 6. & in Clem. 1. in verbo, obseruare, de sentent. exc. & facit Clem. 2. de sent. excom. vers. aut qui, vt patet ex particula illa, præsertim, quæ particula significat laicos omnes excludi debere à diuinis officijs, & præsertim eos, qui excommunicationis, aut interdicti censura ligati sunt.

26 Sexto, aduertendum est laicos tempore cuiuscumque interdicti non solum excludi, vt diximus, ab ipsis officijs diuinis integris, sed etiam à qualibet parte officiociorum, intellige, notabili, ita vt neque admitti possint ad audiendam Missam, neque ad faciendam oblationem in medio Missæ, neque ipsis etiam extra Ecclesiam tradi potest pax eo tempore, quo in Missa traditur, neque aperienda est eis aliqua fenestra, aut foramen faciendum, vt videre possint in Missa Sanctissimum Sacramentum, vt colligitur ex Clemen. 1. de sent. excom. vbi reprehenduntur religiosi, eo quod in ecclesiæ valuis fenestras, & foramina facerent: idem docent Nauar. in Manua. cap. 27. num. 174. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. capit. 46. §. 1. vbi ait videre corpus Christi eleuatum esse partem Missæ, quam audire laici interdicti tempore non possunt, & Hugolin. de censur. eccles. tab. 5. cap. 8. §. 4. num. 2. & Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 11. Summa Astens. 2. par. libro 7. tit. 16. artic. 3. q. 4. Immo nec admitti possunt laici ad Missam quam vocat siccam, ex Syluestro, verbo, interdictum, 5. numero 5. quæst. 3. in fine, & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 177. quia etiam Missa quamuis sicca est officium diuinum. Nec solum à Missa, sed etiam ab alijs officijs diuinis audiendis, vt ab horis Canonicis, alijsque benedictionibus, & consecrationibus, quæ à clericis fiunt, excluduntur laici omnes, etiamsi cæci, aut surdi sint, ex Hugolino, tab. 5. capit. 8. §. 4. num. 2. non solum intra, sed etiam extra ecclesiam audiendis, qua de causa iubentur voce submissa dici, ne audiantur, & claudi ianuæ iubentur, ne à laicis conspiciantur, sed neque perforari possunt ianuæ, vt extra positi videant corpus Christi, vt diximus, quamuis laici ea intentione perforantes

28 non peccent mortaliter, vt tradit Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. c. 46. §. 1. Imò nec puer doli capax officia diuina tempore interdicti audire potest, non tamen prohibentur infantes septennio minores, ex Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. versic. duodecimo. de sentent. excom. lib. 6. & nos supra docuimus, quicquid Syluester; & alij ibi citati, & Hugol. loco proximè à nobis allato tab. 5. cap. 8. §. 4. num. 2. contrarium de infantibus affirment.

29 Septimò, quamuis regulariter laici omnes diuinis officijs interesse prohibeantur, vt dictum est, qui tamen priuilegium habent, (dummodo tamen causam interdicti non dederint, ex Toleto lib. 1. cap. 20.) illis licitè interesse possunt, vt habetur in cap. is qui, de sentent. excom. lib. 6. & in cap. licet. de priuileg. lib. 6. & cui singulari personæ per priuilegium conceditur, vt tempore interdicti celebrare, vel audire diuina possit voce submissa, & seruatis cæteris conditionibus, quibus suprà etiam secum familiares suos cum illo ad audiendum ea, vel celebrandum admittere potest, tales enim familiares gaudent priuilegio concesso ab homine, d. cap. licet. §. 1. de priuileg. lib. 6. & à fortiori gaudent priuilegio & permissione iuris. d. capit. alma mater. §. adijcimus. ex S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 4. §. item, si in tali ecclesia. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 4. Syluestro, verbo, interdictum, 5. quæst. 1. versic. quartũ. Summa Corona tit. de interdicto, in fine. Cosmo Philiarcho, de officio Sacerd. parte 1. libro 4. cap. 3. Alphonso Viualdo, tit. de interdicto, num. 314. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. decimoquinto. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 181. Hugolin. tab. 5. cap. 8. §. 4. numero 2. intelligitur autem de familiaribus illis, qui cum de more comitari solent, ex Anchar. in d. cap. licet. Nauar. & Hugolin. concessum autem est hoc, ne alioquin priuilegium inutile redderetur, multi enim viri Principes & Nobiles, vt sunt Duces, Marchiones, Reges, & huiusmodi, priuilegium istud habentes, ecclesias non adirent, nec diuinis interessent, si de more comitari id non possent, esset siquidem ab eorum dignitate alienum: non sunt tamen plures assumendi quam ij, qui cum comitari solent, vt sic fraus omnis euitetur, ex glos. pen. in d. cap. licet, & Summa Astensi, par. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 1. quæst. 9.

30 Dixi *quando priuilegium concessum sit singulari personæ*, puta Episcopo, Regi, Duci, Baroni, quia secus est in familiaribus alicuius conuentus, aut collegij: quamuis enim collegium, aut conuentus priuilegium habeat audiendi diuina tempore interdicti, familiares tamen, & domestici eius non sunt admittendi, nisi sint priuilegiati, vt in d. cap. licet, habetur. & præfati authores testantur. Ratio autem huius diuersitatis est: quia in primo casu, priuilegium aliquando redderetur inutile, nisi id etiam concederetur, quod esse non debet, argum. cap. in his, de priuileg. In secundo autem casu conuenientius potest per se collegium celebrare diuina sine familiaribus, & ideo priuilegium est restringendum, ne alioquin vilipendi contingeret sententiam interdicti, argum. cap. vt priuilegia. in fi. de priuileg.

Si quæras, an casu, quo in conuentu essent tres tantũ, & duo essent infirmi, nunquid tertius cum familiari celebrare posset? Quamuis Archid. dubitet, verius tamen docent Hostien. in c. quod nonnullis. de priuileg. et Ioan. Andr. in d. capit. licet, quos referunt, & sequuntur Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 10. & Angelica, verb. interdictum, 6. nu. 6. & Syluest. vbi sup. posse, ne priuilegium inutile esset, ad instar eius, quod de persona singulari dicitur in d. cap. licet. & tenet gl. pen. ibi.

31 Hoc tamen, quod diximus de familiaribus, nõ debet intelligi de illis, qui causam aliquam dederunt interdicto, vel ad perpetrãdum delictũ, cuius occasione interdictũ latum fuit, auxilium, consilium, vel fauorem dederunt, vt in d. cap. licet, habetur, & docent Astensis, Angelica,

ca, vbi supra, verbo, interdictum, 6. nume. 8. & Summa Corona tit. de interdicto, in fine, Toletus lib. 1. cap. 20. Neque etiam interesse possunt familiares huiusmodi diuinis officijs, quando non essent cum eo, qui hoc priui-
32 legium habet, vt colligitur ex d. ca. licet, versic. ad audiendum cum ea. à contrario sensu, vt notant Anchara. Gemin. & Franc. ibi, Hugolin. tabula 5. ca. 8. §. 4. num. 2. cessante enim causa priuilegij, etiam priuilegium cessare debet, arg. c. cum cessante. de appell. & cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6.

33 Ex qua doctrina inferunt Doctor. quod si Sacerdos Clericum non haberet, qui ei inseruiret in celebratione Missæ, posset assumere famulum laicum, qui ei inseruiat: Nec refert, an famulum illum laicum receperit ante interdictum, aut postea, & etiam in eius locum, si ægrotaret, vel abesset, alium etiam merè laicum assumere posset. Qui casus ruri, ac in villis sæpè contingere potest. Sic Ioan. Calder. trac. de eccles. interd. mēb. 6. Anchar. in cap. fina. de sentent. excommuni. lib. 6. & Franc. ibidem. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interd. cap. 4. vers. item si in tali Ecclesia. Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 1. vers. quartum, Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. decimoquinto. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 181. Couar. in cap. alma mater. p. 2. §. 4. num. 5. versi. vndecimo. Alphonsus Vitald. tit. de interdicto, num. 221. Toletus, lib. 1. c. 20. Hugolin. tab. 5. cap. 8. §. 4. num. 3. cum enim in d. c. fina. §. adijcimus, Clericis permissum sit, vt diuina interdicti huius tempore faciant, iure etiam ea omnia concedi censentur, sine quibus diuina facere nequeunt. Vnde si talis Sacerdos nec habeat, nec commodè conducere possit Clericum, vtique laici familiaris opera vti poterit, dummodo tamen talis laicus non sit aliquo modo causa interdicti, aut interdictus ipse, aut de populo interdicto non sit, aut alia de causa inhabilis ad hoc præstandum, puta; sit excommunicatus, interdicti enim, & excommunicati semper sunt à diuinis excludendi, vt Couar. vbi supra notauit, & sequitur Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 46. §. 3. vbi tamen addit laicum, qui nullam causam dedit interdicto, nec pars est populi generaliter interdicti, licet absque priuilegio Missam, vel officia diuina audiat, non peccare mortaliter, secluso contemptu, & scandalo, quia præceptum primariò imponitur clericis, de qua re inferius, quid sentiendum sit, latius ostendetur.

34 Octauò quoad clericos aduertendum est non omnes admittendos esse ad diuina tempore interdicti.

Primò enim admitti non debent Clerici, qui aliquo modo fuerunt culpabiles, & causa interdicti, eo quod isti sunt specialiter interdicti.

Secundò non debent admitti Clerici coniugati, quod intellige in Ecclesia Latina, in qua prohibitum est Clericis coniugium post ordines Sacros, & ante ordines Sacros, si qui contrahant matrimonium etiam cum vnica, & virgine, nec isti admittendi sunt, quandoquidem Clerici coniugati non gaudent priuilegio Clericali nisi duplici illo, de quo est sermo in cap. vnico, de Cler. coniug. lib. 6. nimirum canonis. *Siquis suadente diabolo*, 17. *quæst*. 4. & fori, ex communi sententia Doct. in dicto cap. vnico, de Cleric. coniug. libro 6. immo, post Concilium Trident. Sess. 23. de reformat. cap. 6. neque hoc duplici priuilegio gaudent, quamuis habitum, & tonsuram gestent, nisi de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ deseruiant: inter quæ duo priuilegia coniugatis Clericis concessa, non numeratur hoc, vt tempore interdicti diuinis interesse possint; vndè, quoad hoc, tanquam laici habendi sunt, & sicut illi à diuinis excludendi, ex Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 4. num. 4. versic. decimo. de sentent. excommun. lib. 6. & Hugolin. tab. 5. cap. 8. §. 5. nu. 5. in fine, Toleto, lib. 1. instruct. Sacerd. c. 20. et Nau. in Man. cap. 27. nu. 174. qui tamen benè addit, quod vbi esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, vt Clerici coniugati admittantur ad diuina, ibi possent admitti, argum. ca. fi. de consuetud. etiamsi per errorem iuris introducta esset.

35 Dubium tamen est, an his exceptis, alij omnes Clerici tam maiorum, quam minorum ordinum, etiam primæ tonsuræ admitti possint. In qua re Archid. voluit non esse admittendos Clericos extraneos venientes ad loca generaliter interdicta, sed tantum illos, qui sunt illius Ecclesiæ, aut religiosos, qui sunt illius conuentus, seu monasterij, vbi officia diuina recitanda sunt; quam sententiam probat ex cap. alma mater, §. adijcimus, de senten. excommun. lib. 6. vbi dicitur, *Canonicos, & Clericos Ecclesiarum admittendos esse*, quasi secus esset de Clericis Ecclesiarum aliarum. & Calder. de eccles. interd. memb. 6. num. 64. vt refert Gemin. in dicto capit. alma mater. tenet, quod post factum non essent irregulares, sed ante factum non auderet consulere, quod quis admitteret religiosos, vel Clericos extraneos: & Gemin. ipse ante factum vult consulendum esse Papam: quam Archidiaconi sententiam Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 174. testatur suo tempore fuisse obseruatam in Gallia, vbi pauca fuerunt interdicta. Contrariam tamen sententiam communiter tenent Doct. scilicet, virtute d. cap. alma mater, admitti posse quoscunque extraneos Clericos, & religiosos, tum ad officia diuina in eorum Ecclesijs, seu monasterijs audienda, tum etiam facienda. Sic Ioan. Andr. & Calderin. & Gemin. citati, & Franc. in d. cap. alma mater. & ibidem. Anchar. quæst. 3. Feder. consil. 70. 87. & 92. quos referunt, & sequuntur Angelica, verbo, interdictum, 6. numero tertio, Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 4. nu. 4. vers. nono. & Nauar. in Manuali, capit. 27 num. 174. vbi ait hanc sententiam communiter practicari in Castella, vbi feruntur infinita interdicta; & in Lusitania, vbi feruntur pauciora. Idem tenent Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 1. versic. tertium, Tabiena, verbo, interdictum, 6. §. octauo. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. capit. 4. in princip. vers. item notat. Felicianus Episcopus Scalensis in Enchirid. de censur. capit. 7. quem refert, & sequitur Hugol. tab. 5. cap. 8. §. 5. num. 5. Quæ opinio, vt communior, ita etiam mihi verior esse videtur, quæ & probari potest.

Primo, quia in prohibitione ex eo, quod prohibentur officia diuina in Ecclesijs, intelliguntur prohibita tā à Clericis ipsarum ecclesiarum, quam alienigenis: ergò & in concessione simpliciter facta, qua conceduntur officia in Ecclesijs, intelligi debent concessa tam Clericis extraneis, quam Clericis ipsarum Ecclesiarum: præsertim, cum prohibitio sit odiosa, & concessio fauorabilis sit, vt, propterea multo magis extendatur concessio ad Clericos extraneos, quam prohibitio.

Secundo, quia aliàs sequeretur moniales, quæ non habent capellanum proprium suæ Ecclesiæ, immo & religiosos, qui non habent proprium capellanum, tempore interdicti generalis loci diuinis officijs esse priuatos.

Tertiò, quia dicto capit. alma mater. seruatis quatuor conditionibus prædictis, celebrari permittit officia diuina, sicut prius; at verò tunc dubio procul quilibet Clericus tonsuratus, etiam exterius admittendus erat; ergo & modo. Et denique, quia diuina officia celebrari permittuntur tempore huius interdicti, non Clericorum gratia, sed ob cultum diuinum, & ne Ecclesiæ suis obsequijs priuentur, vt in d. cap. alma mater; habetur; at verò dubium esse non potest, quin diuinus cultus magis augeatur, ne Clerici extraneis admissi fuerint ad diuina facienda, & audienda. Nec valet ratio Archidiaconi, siquidem verba illa restringuntur ad distributiones quotidianas, quæ Clericis & Canonicis ipsius Ecclesiæ debentur, non autem ad diuinorum

rum

rum auditionem, & celebrationem, vt legenti verba textus perspicuum esse poterit. His tamen omnibus addi rem veram esse posse Archidiaconi sententiam, vbi contraria aliqua consuetudine præscriptum esset, ne Clerici exteri admittantur, vt in Gallia fit, teste Nauarro, illic enim consuetudini loci standum erit, argum. ca. fin. de consuetud.

36 Nono, aduertendum est ex Ioan. Andr. & Calderin. tract. de eccles. interd. membr. 6. nu. 74. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. ca. 4. circa princip. vers. item tum canonici. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 9. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. octauo. Couar. in c. aalma mater, par. 2. §. 4. nu. 3. vers. sexto, de sent. excom. lib. 6. Syluest. verb. interdictum, 5. quæst. 1. versic. secundum, contra Ioan. Monaldum, virtute d. c. alma mater, tempore interdicti dici posse non solum Missa conuentualis, vt loquuntur, sed etiam qualibet alia Missa peculiaris, & priuata. Ratio est: quia ibi permittuntur Missæ, & officia diuina, sicut prius, seruatis quatuor conditionibus prædictis; cum ergo Pontifex non restringat ad Missam conuentualem, nec nos restringere debemus. Addit autem Ioan. Andr. sibi videri neque Ioan. Monaldum contrarium sensisse, quamuis in contrarium ab authoribus citetur.

37 Decimò, sciendum est, quod licet cap. alma mater, solum loquatur de interdicto generali loci, idem tamen est iudicium de interdicto generali populi, vt constat ex his, quæ in superiori capitulo diximus, in tertio dicto principali, §. quinto. vt proinde laici ad officia diuina admitti non debeant temporibus interdicti, quando officia à Clericis dicuntur. Addo tamen quod licet interdicti huius tempore laici, vt dictum est, diuinis interesse nequeant, in Ecclesia tamen esse non prohibentur, ibique preces priuatas fundere, etiam si interdicti sint, vbi diuina non fiunt: ex Angelica, verbo, interdictum. 6. num. 14. vbi citat Monal. Rhodon. idem tenent Syluester, verbo, interdictum, 5. q. 5. num. 7. versic. tertium. Tabiena, verbo, interdictum, 6. §. decimosexto. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 176. Maiol. lib. 3. cap. 20. num. 10. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. cap. 8. §. 4. num. 4. quod intellige nisi eis interdictus esset Ecclesiæ ingressus.

38 Quinto principaliter circa alia, quæ non ita propriè pertinent ad officia diuina, quædam licita sunt, quædam verò illicita.

Primo licitum est officium commendationis animarum, quod morientibus legi solet: sic Ioan. Calderin. tractat. de Eccles. interd. memb. 6. num. 95. & Cardinalis relatus à Syluestro, verbo, interdictum, 5. quæst. 4. vers. sextum. & ipsemet Syluester ibi. Angelica, verbo, interdictum. 6. nu. 26. Nauar. in Manua. c. 27. num. 176. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 44. §. 2. Hugolin. tab. 5. capit. 8. in princip. num. 3. & S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. capit. 4. in fine, Alphons. Viuald. tit. de interd. numero 224. probat hoc Angel. vbi supra, quia hoc officium est annexum absolutionis faciendæ in pœnitentia; absolutio autem infirmorum licita est, ergo & hoc officium. Verum hæc ratio non ita efficaciter probat intentionem suam, quia non constat hoc officium esse ita annexum absolutioni, aliàs sequeretur ei, qui in pœnitentia non est absolutus, hoc officium legi non posse. Cæterum, quicquid sit de hac ratione, doctrina mihi valde probabilis est, præcipuè propter tot DD. auctoritatem, & sine dubio legi potest etiam ei, cui non est data absolutio, si solum petijt absolutionem, vel dedit signa, & etiam in casu, quo non dedit signa, vel non petijt pœnitentiam. Ratio Nauarri, & Alphonsi Viualdi est: quia non est officium diuinum: at vero ratio, quæ me magis mouet, est, quia officium commendationis animarum, in quo recitari solent Litaniæ, Psalmi pœnitentiales, Passio Christi, & Euangelium, multum confert animæ, & saluti spirituali ipsius infirmi, vbi non est probabile Ecclesiam velle in illo vltimo discrimine destituere infirmum periclitantem, & moriturum; notat tamen Henriquez Sacerdotem non debere dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc ad officium Diaconi pertinet.

39 Secundo Confessio generalis, quam solent laici facere Sacerdoti, & absolutio generalis, licitè tempore interdicti fieri possunt. sic expresse Calder. & Nauar. vbi supra. Angelus autem verbo, interdictum, 6. numero 20. & Henriquez vbi supra, & Syluester verbo, interdictum. 5. quæst. 6. versic. tertia. Alphons. Viuald. cit. non aliter hanc licitam esse putant, quam ipsum met Sacramentum pœnitentiæ, vnde solum illis personis hæc licet, quibus licet pœnitentia? Mihi tamen magis placet sententia Calderini, & aliorum, quia ista confessio generalis nullo modo pertinet ad Sacramentum pœnitentiæ, nec ipsa ad officium diuinum pertinere videtur.

40 Tertiò, laici, qui habent confraternitates, possunt tempore interdicti publicè cantare Litanias, seu rogationes, & Psalmos, & laudes Dei, & B. Virginis, & aliorum Sanctorum, etiam in ipsis ecclesijs suis in loco interdicto: sic Cald. tract. de interd. eccl. memb. 6. nu. 82. Tabiena, verbo, interdictum, 6. §. decimosexto. Nauar. in Man. capitulo 27. num. 176. Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censuris, c. 7. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 44. §. 1. versic. secundo. Simon Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 20. num. 10. Alphons. Viuald. cit. numero 224. Hugolin. tabula 5. cap. 8. in princ. numero 3. Qui etiam dicenti hoc licitum esse Clericis, & Regularibus, siue cum cantu, siue absque cantu, dummodo id faciant sicut laici, id est, sine ea solemnitate, qua solent vti, quando ex officio faciunt nimirum, Primo sine Crucis eleuatae gestatione; Secundo, sine gestatione stolæ, ac superpellicij; Tertiò, sine ordine procedendi; Quartò, sine Dominus vobiscum. Vnde non licet Sacerdoti in diebus Litaniarum, qui præcedunt Ascensionem Domini, & in festo S. Marci Euangel. in processione cum superpellicio, & præcedente Cruce, aut in alijs processionibus cantare solemniter Litanias tempore interdicti, cum hoc ad officium diuinum, & Sacerdotis pertineat, vt notat Henriquez, vbi supra.

41 Quartò, licita est Angelica salutatio tempore cuiuscumque interdicti, siue generalis, siue specialis, quæ fieri solet ter in die, videlicet mane, meridie, & vespere: sic Calderin. vbi supra, num. 95. Angelica, verbo, interdictum, 5. numero 7. Syluest. verbo, interdictum. 5. numero 7. quæst. 5. versic. sextum. Nauar. in Man. cap. 27. num. 177. Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 4. numero 5. vers. decimotertio, de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez, libro 13. de excom mun. & interd. cap. 44. §. 2. vers. quarto. Hugolin. tab. 5. cap. 8. in princ. num. 2. de qua re infra latius.

42 Quintò, laici de populo, vel loco interdicto licitè possunt in die parasceues ad Crucem accedere, eamque adorare, & osculari, iuxta vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem, quia huius adoratio non est officium diuinum, sed simplex oratio. Sic Calderin. vbi supra, membr. 6. num. 90. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 176. Henriquez lib. 13. cit. capitulo 44. §. 2. versic. tertio. Hugolin. tab. 5. cap. 8. in prin. numero 2. Idem mihi dicendum videtur de Clericis; si nihil amplius faciant, quam laici facere solent, id est, si absque vllo officio etiam ipsi ad Crucem accedant, osculentur, aut adorent. Imo cum per d. c. alma mater, concessa sint, vt diximus, tempore generalis interdicti loci, omnia officia vt prius, poterunt Clerici priuatim iuxta moderationem d. capituli alma mater, prius celebrare officium; & deinde siue priuatim, siue apertis ianuis, & publicè crucem adorare, & adorandam proponere.

43 Sexto,

43 Sextò, Prædicatio verbi diuini licita est tempore cuiuscunque interdicti, sic S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. ante fi. Ang. ver. interd. 6. nu. 11. Tabie. ver. interd. 6. §. quarto. Alphon. Viuald. cit. nu. 224. Cosmus Philiarchus de off. sacerd. lib. 4. c. 3. Tho. Zerula in Praxi Episcopali, ver. interd. Tolet. lib. 1. c. 20. Matt. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de interd. §. sed quçres. ver. non tamen prohibetur. Nau. in Man. c. 27. nu. 176. Henriq. li. 13. de exc. & interd. c. 44. §. 2. vers. 5. Hug. tab. 5. c. 8. in princ. nu. 3. & colligitur ex c. responso. de sent. exc. An autem ipsemet interdictus possit prædicare, pendet ex illa alia quæstione, An prædicatio sit actus proprius alicuius ordinis determinati, de qua Henriq. vbi sup. talem prędicare posse affirmat, & nos latius docuimus tract. de suspens. c. 16. in quarto dicto principali, in fi. Pari ratione licita est etiam lectio, & declaratio psalmorum, & Euangeliorũ, & aliorũ librorũ Sacræ Scripturæ, non solum illa, quæ
44 fieri solet in scholis sermone Latino, sed ẽt illa, quç populariter sermone vulgari fieri consueuit, & hoc propter identitatẽ rationis, quia huiusmodi lectio similis est concioni, & a fortiori licita erit lectio in Mensa, qualis esse solet communiter in mensa religiosorũ, & prælatorum.

Septimo quoad officium purificationis mulierũ post
45 partum, aliqui dicunt non licere, vt Cald. quem refert, ac sequitur S. Ant. 3. p. ti. 27. de interd. c. 4. ante fi. Ang. ver. interd. 6. nu. 15. & cit. Host. tab. ver. interdictum. 6. §. quarto. Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20. n. 8. & Hug. tab. 5. c. 8. in prin. n. 4. Alij licere putant, vt Syl. ver. interdict. 5. n. 6. q. 4. ver. quintũ. Nau. in Man. c. 27. n. 176. Hẽriq. lib. 13. de exc. & interd. c. 44. §. 2. ver. secũdo. Qui tamẽ authores re ipsa sensu non differunt, siquidem prioris soiæ authores id licere negant cũ stola, & ornatu Sacerdotali, & solẽni psalmorum introductione, sic. n. mulieres introducere ad officium diuinum pertinet, & ordinẽ Sacerdotalem, at vero sine tali solemnitate, & [illegible], absque stola poterit Sacerdos facta illi solum confessione generali eam ad ecclesiam introducere, vt Deo gratias ibi, vt mortis est, agere possit, quo solo sensu authores vltimã partẽ affirmatiuã tenẽt, vt legẽti manifestũ esse poterit.

46 Octauo officium defunctorũ non solũ pro ipsa sepultura. qñ mortuus sepeliendus est, sed neq; die tertio, septimo, trigesimo, & alijs consuetis, neque vllo die põt publice fieri. Ratio est: quia est officium diuinum, sic cõis DD. opin. Per dispõnẽ tñ c. alma mater. mihi valde probabilis est. posse priuatim, & iuxta d. c. alma. moderatione dici in sepultura clericorũ. Nec vr̃ omnino improbabile, cũ eadẽ moderatiõne dici posse officium pro defuncto laico, ꝑ quo oblõnes recipiunt̃. Rõ est, quia in d. c. alma mr̃, oia officia cũ illa moderõne, sicut prius, cõcedũtur.

Quid circa Benedictiones, & actus Iurisdictionis tempore interdicti licitum, aut illicitum sit. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Benedictio Aquæ de iure communi tempore interdicti probibita est, & quare.*

2 *Aspersio Aquæ benedictæ an, & qualiter tempore interdicti fieri possit.*

3 *Benedictio fontis pro baptismo in Sabbato Sancto fieri solita iure antiquo tempore interdicti prohibetur.*

4 *Benedictio Chrismatis in die Iouis Sancti, quare permissa sit tempore interdicti, non autem benedictio fontis in Sabbato Sancto.*

5 *Benedictio Chrismatis in die Iouis Sancti sine solemnitate iuxta moderationẽ* c. alma mater, *facienda est.*

6 *Benedictio Chrismatis ad officium diuinum pertinet.*

7 *Benedictio Calicis, Corporalium Altarium, Ecclesiarum, Paramentorum, & similium qualiter interdicti tempore licita sit.*

8 *Benedictio peræ, & baculi peregrinorum interdicti tempore licita est.*

9 *Benedictio mensæ omni tempore licita est.*

10 *Benedictio nuptiarum interdicti tempore prohibetur.*

11 *Episcopi, & alij Prælati interdicti tempore, populo solemniter benedicere non possunt.*

12 *Iurisdictionis actus, puta excommunicare, suspendere, interdicere, absoluere, & alij similes interdicti tempore etiam ab interdicto exerceri possunt.*

13 *Absolutio excõicationis cũ psalmo* Miserere *solemniter fieri solita interdicti tẽpore prohibetur, & quare.*

14 *Testamentum facere, & alios contractus inire, etiam interdictus facere potest.*

1 Voad Benedictiones, quædam licitæ sunt, quædam autem illicitæ.

Primo. n. Benedictio aquæ de iure cõi prohibita est tẽpore interd. Ratio est, quia aqua non benedicitur sine officio diuino. c. aquam. de cõsect. d. 3. & Cald. tract. de eccl. interd. memb. 6. n. 96. & Inn. ab eo relatus S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. ante fin. Nau. in Man. c. 27. nu. 174. Syl. vers. interd. 5. nu. 6. q. 4. ver. quintum. Alphõs. Viuald. tit. de interd. n. 225. Tab. ver. interd. 6. §. tertio. Arm. ver. interd. nu. 63. & versic. benedicere, n. 6. Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20. num. 8. Henriq. lib. 13. de exc. & interd. c. 44. §. vbi aduertendũ est, qd cũ prohibitio benedictionis aquæ nascatur ex officio diuino, cũ quo fit, ex eo qd in c. alma mater, cõcedantur oĩa officia diuina, consequenter concessa intelligitur benedictio aquæ tpe generalis interdicti loci, iuxta moderationem d. c. alma mater, vnde Sylu. vbi sup. de hac re vniuersalẽ regulã tradit. Benedictio oĩs, quæ cũ officio fit, pari modo cõcedit̃ cũ d. c. alma mater, moderatione.

2 Sola difficultas est, an Sacerdos, postquã aquã cũ prędicta moderatione priuatim benedixerit, poterit illa publice populum aspergere? In qua re, si loquamur de solẽni aspersione, quç fieri solet cũ Aña, *Asperges*, &c. & oratione, seu collecta, certũ ex communi DD. sententia non licere, tum quia est aliquid ordinis Sacerdotalis sic aspergere, tũ, quia est diuinũ officiũ: si vero loquamur de aspersione, quç fieret sine vlla solẽnitate, pręsertim si non solum sine Aña, et orõne, sed ẽt sine superpelliceo, & stola, certũ est nihil facere, quia ex omissione superpellicei, & stolæ, desinit esse actus ordinis, & ex omissio ne orõnis, & antiphonæ desinit eẽ officiũ diuinũ, vnde nõ apparet, quo titulo ꝓhibita sit, sic aspergere populũ.

3 Secundo benedictio fontis pro baptismo, quæ fieri solet in Sabbato Sancto, iure antiquo est prohibita ex Palud. 4. d. 7. quæst. 3. art. 2. concl. 3. S. Ant. 3. par. titu. 27. de interdict. c. 4. ante fi. Syl. vbi sup. Nauar. in c. 27. nu. 178. fauere videtur, expresse Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 5. nu. 6. ver. decimotertio. de sent. excommun. lib. 6. Henriq. lib. 13. de excom. & interd. c. 44. §. 1. Hug. tab. 5. c. 7. §. 4. nu. 4. Ratio est, quia habet officium diuinum, idque valde solenne, solum erit licita cum moderatione c. alma mater. tempore generalis interdicti loci.

4 Quod si obijciatur licitam etiam esse de iure antiquo benedictionem chrismatis in die Iouis Sancti, eo quod Chrisma est necessarium non solum ad sacramentum Confirmationis, sed etiam ad sacramentum, in quo sacerdos vngit chrismate verticem baptizati, & proinde si pro baptismo licet consecrare chrisma, multo magis licebit benedictio fontis baptismalis. Respondeo disparem esse rationem, eo quod Chrisma assumi non possit ad vsum Baptismi, & Confirmationis, nisi sit illius anni, c. si quis de alio, de cõsec. d. 4. ideoque necesse est vt singulis annis renouetur. De fonte ãũt baptismi nullũ extat præceptũ, vt sit illius anni, & proinde nõ est necessariũ benedici fontẽ, quãdoquidẽ ad hoc satis esset fons, quãuis nõ benedictus, chrisma vero necessario benedici debet,

5 Tertio, benedictio chrismatis non tam permittitur, quam licita, & permissa esse declaratur in c. quoniam. de sen. exc. li. 6. & ibi gl. fi. idq; ex eo, quod chrisma necessarium est ad baptismum, & etiam, vt fit illius aoni: facienda tamen est chrismatis benedictio iuxta moderationem d. cap. alma mater, vt notant Cald. cit. 91. cũ Io. Monald. Io And. Host. S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. ante fi. Angelica, ver. interdictum, 6. num. 28. & cit. Arch. Syluest. ver. interdictum, 5. q. 4. ver. quintum Tabiena, ver. interdictum, 5. §. 3. & verb. interdictum, 6. §. tertio. Nau. in Manua. c. 27. nu. 178. & Cnuar. in c. alma mater, p. 2. §. 2. nu. 7. de sen. exc. lib. 6. & §. 5. nu. 6. ver. decimotertio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tracta. de interdicto, §. sed quæres. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. nu. 8. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 45. §. 1. in fi. Hugol. de cens. eccles. tab. 5. c 7. §. 5. nume. 2. Quod licet non possit iure scripto tam bene probari, cum specialiter dicatur in d. c. quoniam, licere benedici chrisma, est tamen valde probabile, ex eo quod solum conceditur, quatenus est necessarium ad baptismum, sed solennitas illa non est necessaria, ergo probabile est illam non concedi, maxime cum interdictum minus, quam fieri potest, lędi debeat, ne ecclesiastice censuræ neruus dissoluatur, arg. ca. Episcoporum, de prin.
6 lib. 6. & Clem. 1. de sent. exc. Quib. addi potest benedictionem hanc chrismatis ad officium diuinum pertinere, officia vero diuina celebrari debent mixta moderatione d. c. alma mater, & proinde ianuis clausis, summissa voce, laicis, & excommunicatis, & interdictis exclusis confici debet, & est communis DD. sententia.

7 Quarto, & benedictio calicis, corporalium, altariũ, ecclesiarum, paramentorum, abbatum, abbatissarum candelarum in festo Purificationis, vel oliuarum in festo palmarum, campanarum, & huiusmodi non est licita Episcopis, aut Abbatib. tempore interdicti nisi secundum moderationem d. c. alma mater, ex Cald. vbi supra, S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. cap. 4. ante fi. Fed. de Senis consi. 3. nu. 6. Sylu. ver. interdictum, 5. q. 2. versic. tertium, in fi. & q. 4. ver. quintum. Tabiena verfi. interdictum, 6. §. tertio, Anch. & Franc. in d. c. alma, §. aducimus, nu. 7. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 177. Hugol. tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 3. Alphon. Viuald. nu. 225.

8 Quinto, benedictio peræ, & baculi peregrinorum licita est, ex summa Astensi, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 3. q. 3. & Guliel. & Rhodon. & Angelica, verbo, interdictum, 5. nu. 2. Sylu. ver. interdictum, 5. nu. 6. q. 4. ver. quintum Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 247. Tabiena ver. interdictum, 6. §. 3. in fi. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 44. §. 1. ver. 1. Nau. in Manuali, c. 27. nu. 172. Summa Pisal. ver. interdictum, 4. §. nunquid tempore interdicti. Et idem dicendum est de benedictione vestium volentium intrare in religionem, aut assumere habitũ tertij ordinis B. Frãcisci, ex Angel. cit. ratio est, quia nõ sũt actus ordinis, & quia nõ videtur hæc prohibita, vnde videntur concessa, quã etiam rationẽ reddit Sylu. vbi sup.

9 Sexto, benedictio mensæ omni iure licita est tempore interdicti, ex summa Pisan. ver. interdictum, §. quid de benedictione mensæ. Angelica, ver. interdictum, 6. nu. 58. Sylu. in ver. interdictum, 5. q. 4. ver. quintum. Tabie. ver. interdictum, 6. §. tertio. Nau. in Manuali, c. 27. n. 172. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. capit. 44. §. 1. ver. primo, & Calde. cit. qui alios refert, S. Ant. cit. c. 4.

10 Septimo benedictio nuptiarum non est licita, vt in seq. capite dicemus.

11 Octauo, Episcopi, & alii Prælati tempore interdicti non possunt solenniter benedicere populũ, cum baculo, & apparatu Pontificali, & ver. *Adiutorium nostrum*, & c. sic Cald. de ecclef. interd. memb. 6. n. 93. S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. ante fi. Syl. ver. interdictum, 5. q. 4. ver. quintum. Tabie. ver. interdictũ, 6. §. tertio. Nau. in Man. c. 27. nu. 177. Ang. ver. interdictũ, 5. n. 2. Hug. tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 4. & cit. Zab. in cle. fi. nu. 9. vers. sexto quæro, & Aneb. n. 4. de priu. Rõ est, quia talis benedictio actus est ordinis Pontificalis, cap. ecce. dist. 95. De simplici vero benedictione, quam solent facere Episcopi, & Prælati itinerãdo, si quidem illã faciant extra pompam solennem, & sine apparatu Pontificali, certum est non esse prohibitam, nec puto de hac re dubitari posse. De illa vero, quam facere solent incedẽtes in apparatu, in solemni pompa, seu Processione, res est magis dubia, & ante factum, sanum est consilium Cald. vt Episcopi abstineant ad maiorem securitatem. Mihi tamen videtur nõ esse prohibitã, quia cũ fiat sine baculo, & vers. nõ vr esse diuinum officiũ, nec actus ordinis Pontificalis.

12 Secũdo principaliter, quoad actus iurisdictionis, qua les sunt excõicare, suspendere, interdicere, absoluere, & alij similes, ex cõi DD. sñia dicendum est istos non esse prohibitos tempore interdicti, & proinde interdictus ea, quæ iurisdictionis sunt, tam fori Ecclesiastici, quam non Ecclesiastici libere, & licite exercere valet, vt colligitur ex c. tanta, & ibi Pan. n. 1. & 5. de exces. præl. Syluest. vec. interdictum, 5. nu. 5. q. 3. vers. sciendum, & nu. 9. q. 6. §. tertia, & q. 4. ver. primum. ver. de absol. Tabie. ver. interdictum, 6. num. 1. ver. idem si exerceat ea. Nauar. in Man. c. 27. num. 176. Cou. in c. alma mater, p. 2. §. 1. num. 3. vers. sub hac vero definitione. vbi id expresse docet de eo, cui est interdictus ingressus ecclesiæ; & idem de isto tenet gl. in ca. sacro, in ver. interdictum, de sent. exc. & idem Cou. in d. c. alma, p. 2. §. 2. n. 2. versic. ad eiusq, de sen. exc. li. 6. Sim. Maiol. lib. 3. de irreg. ca. 20. tit. 5. ver. in hac tamen re, & citat Arm. versic. interdictum. n. 58. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. cap. 43. §. 4. & Hug. de cens. Eccl. tab. 5. c. 5. §. 2. n. 2. Rõ est, quia neq; sunt officia diuina, neq; sunt actus ordinis, cũ ab Episcopo electo, & nondum cõsecrato fieri possint.

13 Solum dubium esse põt de illa absolutione excõmunicationis, quæ fieri solet solenniter cum psal. *Miserere*, & alijs orationibus eo quòd ista videntur bñe coniunctum diuinum officium, & consequenter vr esse actus ordinis. In qua re Cald. tract. de eccl. interd. memb. 6. cum Inn. Host. & Tab. & Hug. cit. putant non esse licitam tempore interdicti, eo quod talis excommunicatio solennis, aut absolutio solennis vere vr esse actus ordinis, & fateur Hẽriquez cit. & hæc mihi videtur tutior, & verior opinio, quicquid Sylu. vbi sup. q. 67. §. tertia, de hac re dubitare vr. Hinc sequitur interdictum posse esse in iudicio, vt actorem, ex Inn. in c. venerabili, in vers. ad cautelam, de sen. exc. & Fel. in c. intelleximus. n. 21. & ibi Pan. nu. 14. de iud. Hug. cit. Item potest testamẽtum facere, & ex testõ capere, & contractus inire, quia hæc oõ sunt prohibita interdicto, quin et in loco interd. fieri possiot, vt etiam quæ iurisdictionis sunt, ex Simon Maiol. & Hug. vbi supra, & Henriq. in d. §. 4. versic. 2.

Quæ Sacramenta tempore interdicti permissa, vel prohibita sint. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Baptismus tempore cuiuscunque interdicti nullo excepto iure antiquo quare solis paruulis concessus.*

2 *Baptismus iure nouo tempore interdicti licite adultis infirmis, & sanis administrari potest.*

3 *Baptismus tam paruulorum, quam adultorum an tempore interdicti solenniter cum catechismis, & exorcismis fieri possit.*

4 *Baptismus tam paruulorum, quam adultorum in ecclesia specialiter interdicta licite administrari potest.*

5 *Baptismus an a personis specialiter interdictis licite administrari possit.*

6 *Confirmatio non solum tempore interdicti generalis loci, sed etiã in ecclesia specialiter interdicta tam paruulis, quã adultis, cum solennitate consueta dari pot.*

7 Pœni-

7 *Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti ægrotantibus ad mortem iure antiquo concessum est.*
8 *Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti propter maximam eius necessitatem iure nouo sanis etiam est concessum.*
9 *Pœnitentiæ Sacramentum interdicti tempore excommunicatis nisi in mortis articulo conceditur.*
10 *Pœnitentiæ Sacramētum durante interdicto, illis, quorum culpa, dolo, vel fraude latum est interdictum, non conceditur.*
11 *Pœnitentiæ Sacramentum an, & quomodo interdicti tempore illis, qui consilium, vel auxilium dederunt ad delictum perpetrandum, ob quod latum est interdictum, concessum sit.*
12 *Pœnitentiæ ad Sacramentum qualiter personæ specialiter interdictæ admittendæ sint.*
13 *Pœnitentiæ Sacramentum iure antiquo interdicti tempore recipientibus signum Crucis, & peregrinis administrari potest.*
14 *Pœnitentiæ Sacramentum illis, qui semel in hebdomada celebratur erant, concessum fuit iure antiquo.*
15 *Pœnitentiæ Sacramentum quib. mulieribus partui propinquis interdicti tempore, antiquo iure concessum fuerit.*
16 *Eucharistia non solum iure antiquo, sed etiam nouo infirmis in probabili periculo mortis existentibus tempore interdicti administrari potest.*
17 *Eucharistia damnatis ad mortem interdicti tempore administrari valet.*
18 *Eucharistia quibus mulieribus prægnantibus interdicti tempore dari possit.*
19 *Eucharistia an, & quando obsessis ab hostibus, vel intrantib. mare ad nauigandum ministrari queat.*
20 *Sacerdotes Eucharistiam conficientes eam sumere tenentur, aliàs grauiter peccant, & quare.*
21 *Sacerdotes non celebrantes, & alij Clerici seculares de manu aliena Eucharistiam recipientes, tanquam laici, sub specie tantum panis communicare debent, & tempore interdicti eam non minus, ac laici sumere tenentur.*
22 *Religiosi, & moniales, an tempore interdicti in suis ecclesiis Eucharistiam licite sumere possint.*
23 *Corpus Christi tempore interdicti in quantum viaticum, & non aliter concessum censetur, & qua ratione dicatur viaticum.*
24 *Eucharistiam an licite sumant laici illi, quibus ex priuilegio Sedis Apostolicæ concessum est, vt interdicti tempore diuinis interesse possint.*
25 *Eucharistia omnium Sacramentorum diuinissimum.*
26 *Eucharistia tempore interdicti ad infirmos cum consueta solennitate, id est, cum gestatione luminarium, & alijs cęrimonijs deferri debet.*
27 *Campanæ pulsatio, dum eucharistia defertur ad infirmum, quare fiat.*
28 *Eucharistia tempore interdicti coram alijs astantibus infirmo ministrari potest.*
29 *Vnctionis extremæ Sacramentum tempore interdicti laicis administrari nequit.*
30 *Vnctionis extremæ Sacramentum clericis secularib. in loco generaliter interdicto conferri non potest,*
31 *Viaticum quare clericis, & alijs laicis in articulo mortis tempore interdicti concessum sit, non vnctio.*
32 *Vnctione extrema, an, & quibus religiosis tempore interdicti conferri possit.*
33 *Vnctio extrema in festiuitatibus nominatis in cap.* Alma mater. *interdicti tempore ministrari nequit, & quare.*
34 *Ordines tempore interdicti generalis, vel specialis loci conferri, aut recipi non possunt.*
35 *Ordinis sacramentum interdicti tempore, ab Episcopo qui interdictum decreuit celebrari nequit.*
36 *Interdicto populo, clerici, qui illic habitant, tum in loco illius populi, tum alibi ordinari possunt.*
37 *Interdicto loco, laici, qui culpabiles non fuerint, alibi ordinari possunt, secus autem, si sint culpabiles.*
38 *Ordines an in loco interdicto, saltem vrgente necessitate conferri possint.*
39 *Ordines interdicti tempore, an in sabbatho sancto conferri valeant.*
40 *Sponsalia tempore interdicti loci, & in loco interdicto licite fieri possunt.*
41 *Benedictio solemnis nuptiarum tempore interdicti fieri nequit.*
42 *Matrimonium tempore interdicti contractum etiam ab ipsis interdictis personaliter, validum est.*
43 *Matrimonium in ecclesia parochiali specialiter interdicta valide, etsi non licitè contrahi potest.*
44 *Matrimonium quo sensu in* Cap. capellanus, de feriis. *quocunque tempore contrahi posse dicatur.*
45 *Matrimonij ministri sunt ipsimet contrahentes, non parochus.*
46 *Benedictio nuptiarum quando vnus, vel vterque coniugum sit interdictus, si fiat in loco non interdicto, an, & quando licita.*
47 *Benedici an possint nuptiæ in festiuitatibus, de quibus agitur in c.* alma mater, *de sent. exc. lib. 6,*
48 *Benedici nuptiæ an possint in festiuitatibus Pentecostes, & Corporis Christi post Conc. Trid.*

VM per interdictum Sacramenta prohiberi dictum sit, nunc de singulis Sacramentis in particulari explicandum est, quid olim, & nunc in illis conficiendis, administrandisque permissum, aut prohibitum sit.

1 Primo igitur Baptismus tempore cuiuscunque interdicti nullo excepto, concedebatur pro paruulis, vt habetur expresse in cap. non est vobis, de sponsal. & c. quod in te, de pœn. & remiss. & ibi gl. in verbo, concedimus. in cap. responso, & ibi gl. in verbo, præter baptisma, de sent. exc. in antiq. & c. quoniam, de sent. excom. lib. 6. & gl. communiter recepta in c. fi. verb. sacramētis, de sent. excom. lib. 6. Palud. in 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad vndecimum. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, c. 4. ante med. Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 27. Summa Pisanella, verbo, interdictum, 4. §. verū tempore interdicti. Syluest. verb. interdictum, 5. nu. 9. vers. fallit tamen, Tabiena ver. interdictum, 5. §. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de interdicto, §. sed quæres. Sotus 4. dist. 22. q. 3. articulo 1. conclus. 4. Nauar. in Manua. capit. 27. numero 177. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 2. nu. 7. de sent. exc. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. ca. 45. §. 1. Hugolin. de cens. eccles. tab. 5. cap. 7. §. 4. nu. 1. Alphons. Viuald. tit. de interd. num. 199. Cosmus Philiarchus, de off. Sacerd. p. 1. lib. 4. c. 3. Sum. Corona titul. de interd. nu. 9. Marc. Ant. Cuchius lib. 4. Instit. iuris Canon. tit. 12. Tolet. li. 1. ca. 20. Ratio est: quia baptismus in re paruulis

ad salutem simpliciter necessarius est, ita vt nullum em nino aliud remedium h. beant. Et hoc non solum habet locum, si paruulus infirmetur, sed etiam, si sanus sit; tum quia in canonibus citatis absolutè conceditur baptismus paruulis; tum quia paruuli propter ætatis teneritudinem facile mori possunt.

2 Deinde verò postea concessus fuit baptismus etiam adultis non obstante interdicto, vt habetur in capit. quoniam, de sent. excommun. libro 6. Panorm. in d. capit. non est vobis. de sponsal. & omnes authores superius allati, & Burgas. de sententia interdicti, num. 49. p. 6. de irreg. & dispens. & hoc propter periculum morien di, & maximam vtilitatem, quam adulti re ipsa sumpto baptismo consequuntur. Quamuis enim adultis baptismus in re non sit necessarius simpliciter ad salutem, cum saluari possint per solum votum baptismi, si non possit verè, & re ipsis ministrari, vt habetur in Concil. Trident. sessio. 6. capitul. 4. & 6. latius tradunt Doctores Scholastici, in 4. distinct. 4. & S. Thom. 3. part. quæstione 68. articulo 2. & latius probant Sotus libro secundo de natura & gratia, capitulo 12. Bellar. libro 1. de bapti. capitulo quinto, & alij passim: est tamen illis adhuc valde necessarius, & vtilis, eo quod baptismus in voto non operatur remissionem peccatorum, nisi præsente vera contritione, vera autem contritio sine Sacramento non ita facile haberi solet. Quia verò in d. capit. quoniam, simpliciter conceditur baptismus adultis, & non restringitur ad adultos infirmos, ideo licitè adultis infirmis, ac sanis administrari poterit; vt enim Henriquez vbi supra notat, adultus licet contritione iustificari possit, habet tamen ius ad efficacius remedium baptismi, loquitur autem de adulto simpliciter, & absolutè.

3 Dubium tamen esse potest, An baptismus tam paruulorum, quam adultorum, qui vt dictum est, tempore interdicti permittitur, fieri possit solemniter; cum catechismis, exorcismis, vnctione chrismatis in vertice, publice, & apertis ianuis; Cui respondeo, cum in iure simpliciter permittatur & sine vlla moderatione, videtur etiam permitti cum solemnitatibus consuetis. ita Calderin. de interd. memb. 2. versic. sed nunquid. & Anchar. in cap. fina. numero 6. versic. testat videte, & Franc. in gloss. in verbo, Sacramentis, de senten. excom mun. libro 6. Angelica, verbo, interdictum 6. numero 27. S. Anton. Tabiena, Syluester. Martin. Ledesm. Nauar. Couar. Henriquez, & Hugolin. locis proximè citatis, & Gonsalus à Villadiego, de irreg. c. de interdicto. & probatur horum DD. sententia, tum quia solennitates istæ sunt accessoriæ baptismum; accessorium autem sequitur naturam sui principalis; tum quia quando aliquid simpliciter permittitur, intelligitur permissum cum ijs omnibus, cum quibus de iure exerceri solet, argum. l. si quando, C. de inoffic. testam. tum quia vbi canon aliquid fieri permittit tempore interdicti, & vsitatum ordinem seruari non vult, id exprimit, vt de Missæ Sacro, & diuinis officijs habetur in cap. quod in te, de pœnit. & remiss. & in capit. alma mater, de sentent. excommu. libro 6. cum ergo nihil de baptismo dicat, morem solitum obseruandum esse statuit. argum. l. præcipimus, C. de appell. & l. iubemus, C. de testam. Et de vnctione chrismatis in vertice, colligitur ex d. c. quoniam. Posse autem fieri publice, & apertis ianuis, & præsentibus alijs, præterquam, quod id affirmant DD. colligi etiam potest, tum ex eo, quod simpliciter permittitur, nulla facta limitatione, tum ex eo, quod aliquæ personæ necessario admittendæ sunt. Nam primo admittendus est ipsemet baptizandus; Secundo patrini, seu susceptores interesse poterunt, & debent, cum hi etiam ad baptismum requirantur, iuxta ea, quæ tradit Concilium Trident. sess. 24. de reform. Matrim. cap. 2. Præterea si sit puer, qui baptizandus est, admittenda etiā ipsa obste trix, & cum in iure nullibi exprimantur istæ personæ, consequenter non minus admitti possunt reliqui omnes, & expresse testatur Hugol. tab. 5. cap. 7. §. 4. nu. 3.

4 Dubium aliud est, An huiusmodi baptismus paruulorum, & adultorum fieri possit in Ecclesia specialiter interdicta; In qua re Ioan. Monaldus, in c. præsenti, de sent. excom. partem negatiuam tenere videtur, quem refert Anchar. in c. si ciuitas, nu. 5. vers. quinto, de sent. excomm. lib. 6. vnde consequenter affirmat irregulares esse eos, qui in Ecclesia specialiter interdicta baptizant. Contrariam sententiam docent Ioan. Calderin. in tractat. de Eccles. interd. memb. 2. vers. sed nunquid. Ancha. in d. c. etsi ciuitas, n. 3. Tabiena verbo, interdictum, 5. §. 2. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 7. nu. 9. vers. prima. Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 27. S. Anton. 3. p. titu. 27. de interdicto, c. 3. in princ. Couar. in ea. alma mater, p. 2. nu. 7. vers. hæc vero Sacramenta, de senten. exc. lib. 6. vbi ait esse communem opinioné. Hugol. tab. 5. c. 7. §. 4. nu. 1. & c. 10. §. 1. nu. 1. qui omnes docent baptismum fieri posse in Ecclesia specialiter interdicta, neque irregulares esse, qui in ea baptizant, addunt tamen honestius esse baptismum alibi celebrare, si commode id fieri possit. Posse autem licite fieri probant, & bene, quia in iure simpliciter permittitur iste baptismus sine vlla restrictione, vt in capit. quoniam, de sent. exc. lib. 6. & in cap. non est vobis, de sponsl. &c. quod in te, de pœnit. & remiss. ergo nec nos illum restringere debemus ad Ecclesiam non specialiter interdictam. Non debere autem fieri probant ex eo, quod in alia Ecclesia honestius hæc fiunt, nisi esset aliqua incommoditas. idem etiā docet Burgas. de sent. interdicti. nume. 27. cum sequent. par. 6. de irreg. & dispensat. vt refert Hugolin. supra, c. 10. Ego verò existimo non solum posse, sed etiam æque honeste fieri posse in Ecclesia specialiter interdicta, quia in iure simpliciter conceditur sine vlla restrictione: ergo etiam in Ecclesia specialiter interdicta, & quia eadem prorsus auctoritate iuris fit in Ecclesia specialiter interdicta, atque in Ecclesia generaliter interdicta, æque honestum est vtrumque. Ratio est: quia cum baptismus soleat administrari tantum in Ecclesijs parochialibus, magna esset incommoditas, & confusio si ad aliam Ecclesiam eundum esset; maximè cum baptismus, nisi necessitas id prohibeat, aut alicuius principis viri filius baptizandus sit, in Ecclesijs proprijs tribui debeat, vt habetur in Clem. vnica, de baptismo.

5 Dubium alterum esse potest, An huiusmodi baptismus conferri possit à personis specialiter interdictis? In qua re vnum certum est, alterum verò dubium. Certum enim est in necessitate posse quemcunque personā etiam specialiter interdictā & etiam denunciatam conferre Sacramentum baptismi sine solemnitate, ex Hug. de censur. Eccl. tab. 1. c. 13. §. 17. & tab. 5. c. 13. §. 1. quia in hoc casu conferri etiam posset ab excommunicatis, hereticis, & paganis. Dubium est solum, An Clericus vel Sacerdos baptizans extra necessitatem, possit solenniter baptizare, si ipse sit specialiter interdictus. Et mihi probabile est, non posse, eo quod ad satisfaciendum necessitati satis est sine solemnitate baptizare.

6 Secundo, quoad Sacramentum Confirmationis dicendum etiam est Sacramentum hoc tempore interdicti generalis loci, immò etiam in ecclesia, seu loco specialiter interdicto tam paruulis, quam adultis ministrari posse, etiam cum solemnitate consueta, & hoc de iure antiquo, vt colligitur ex capit. responso. §. præterea, de sentent. excommunic. in antiq. & capit. quoniam, eo. titu. libro 6. & Panorm. ind. capit. responso, numero 5. & in capitul. quod in te, numero sexto, de pœnit. & remiss. Palud. 4. distinc. decima octaua quæst. 3. in articulo quarto princip. §. quantum ad vndecimum, S. Anto. 3. part. titulo 27. de interd. capitulo 4. ante medium. versic.

versi. Item tempore interdicti. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 28. Syluest. verbo, interdictum. 6. numero 9. quæst. 7. versic. secunda. Tabiena, verbo, interdictum 5. §. quarto. Nauar. in Manuali. cap. 27. nu. 178. Couar. in cap. alma mater. parte 2. §. 2. numero septimo, vers. idē de confirmatione. de senten. excomm. lib. 6. Alphons. Viuald. cit. nu. 201. Cosm. Philiarch. de offic. Sacerd. par. 1. libro 4. cap. 3. Summa Corona tit. de interdicto, num. 9. Barthol. Medina de instruct. confess. libro 1. ca. 11. §. 13. Anton. Cuchius vbi supra. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 45. §. 1. Hugolin. tab. 5. cap. 7. §. 5. & capit. 10. § 1. quia Sacramentum hoc ad complementum quoddam Baptismi pertinet.

Tertio, quoad Sacramentum Pœnitentiæ, certum est primo, iure antiquo cōcessum fuisse morientibus idest, ægrotantibus ad mortem, seu existentibus in articulo mortis, qui est, quando iudicio medici periti desperata est vita, vt habetur in cap. non est vobis. de sponsal. & cap. quod in te, de pœnit. & remiss. & gl. & DD. ibi Palud. 4. distinct. 18. q. 8. in artic. 4. principali, §. quantum ad vndecimum. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 45. §. 1.

8 Secundò certum est iure nouo, concessum etiam esse sanis, idque propter summam Sacramenti huius necessitatem, tum ex promitate, & facilitate hominum ad peccandum, vt habetur in ca. alma mater, §. quia verò, de sent. excommun. lib. 6. vbi Sacramentum hoc tempore generalis interdicti loci conceditur tam sanis, quam ægrotis, & notant glo. ibi, in verbo, Sani. & Anchara. num. 9. & Franc. vers. vltimo not. & Gemin. num. 5. Panorm. in cap. quod in te. de pœnit. & remiss. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 4. ante med. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 19. Tabiena, verbo, interdictū, 5. §. quinto Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. trac. de interdicto, §. sed quæres. Nauar. in Manuali, capitulo 27. num. 178. Couar. in cap. alma mater, parte 2. §. 3. num. 1. de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 45. §. 1. Hugolin. tab. 5. ca. 7. §. 6. num. 1. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, numero 201. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte 1. libro 4. cap. 3. Corona Confess. tit. de interdicto. num. 9. Antonius Cuchius vbi supra, Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 20.

9 Excipiuntur tamen primo excommunicati, qui non admittuntur ad pœnitentiam, nisi in articulo mortis: & quamuis Angelica, Syluester, & Tabiena, vbi supra, quos sequitur Armilla verbo, interdictum, num. 45. velint hoc solum locum habere in illis excommunicatis ob delictum, propter quod interdictum latum est, non in alijs excommunicatis, seu aliam ob causam excommunicatis; Hugolinus tamen de omnibus excommunicatis hoc procedere putat, cuius ego sententiam amplexandam potius existimo, tum quia d. c. alma mater, loquitur de excommunicatis simpliciter, ergo debet simpliciter intelligi; tum, quia si aliud Pontifex voluisset, id exposuisset. Ratio potest esse; quia absolutio ab excommunicatione non nisi solennibus adhibitis precibus tribui solet. arg. c. a nobis, 2. de sent. excom. quæ interdicti huius tempore adhiberi non debent, ex Panorm. in cap. fi. nu. 5. de excess. prælat.

10 Secūdo excipiuntur illi, quorum culpa, dolo, vel fraude latum est interdictum.

11 Tertio excipiuntur illi, qui auxilium, consilium, fauoremve dederunt ad delictum perpetrandum, propter quod latum est interdictum. Isti enim absolui non possunt in pœnitentia, nisi prius satisfaciant; vel si hoc non possunt, idoneam saltem cautionem dent de satisfaciendo; aut si hoc non possunt, saltem iurent se, quam primum poterunt, satisfacturos, & daturos consilium, auxilium, & fauorem ad huiusmodi satisfactionem faciendam per eum, vel per eos, ad quem, seu ad quos, pertinet, & se pro posse suo fideliter in hoc laboraturos, vt in d. cap. alma mater, habetur.

12 His addo, quod licet in dicto cap. alma mater, solum sermo sit de interdicto generali loci, ex quo tamen cum prædictis conditionibus admittuntur ad Pœnitentiæ Sacramentum, qui fuerunt causa interdicti, quique consilium, auxilium, aut fauorem dederunt ad delictum committendum, cuius occasione ipsum interdictum latum est, qui omnes (vt ex supradictis constat) in sua persona specialiter interdicti sunt; colligi potest exinde etiam personas specialiter interdictas admitti posse ad Sacramentum Pœnitentiæ, & quidem, si culpabiles fuerint, non nisi cum supradictis conditionibus admitti debent, si vero non sunt culpabiles, simpliciter admitti possunt, quicquid Hugol. sine vlla firma ratione cōtrarium insinuet, tab. 5. capit. 15. §. 3. numero 2.

13 Sic etiam iure antiquo tempore interdicti recipientibus signum crucis, & peregrinis Sacramentum hoc administrari poterat, vt ex cap. quod in te, in fine, de pœnit. & remiss. habetur, quod locum habet, etiamsi personæ istæ nec proficiscantur, nec in periculo mortis constitutæ fuerint, ex Panorm. in d. capit. quod in te. nume. 6. Tabiena, verbo, interdictum. 5. §. quinto. & Couar. in cap. alma mater, parte 2. §. 2. numero 7. vers. præter hæc olim. de sent. excom. lib. 6. contra glossam fin. in d. cap. quod in te.

14 Item eodem iure antiquo concedebatur hoc Sacramentum Pœnitentiæ illis, qui semel in hebdomada celebraturi erant, iuxta cap. permittimus. de sent. excom. quia existens in peccato mortali celebrare non debet, nisi præmissa confessione, habita copia confessoris, ex Conc. Trid. sessione 13. cap. 7. & can. 11. etenim vbi aliquid conceditur, & id concessum esse creditur, sine quo haberi concessum non potest, arg. l. 2. & ibi Doc. ff. de iurisd. omn. iud. & cap. præterea, & ibi Panor. nume. 3. de offic. deleg.

15 Immo etiam & mulieribus, quæ sunt propinquæ partui, quando secundum suas conditiones probabiliter imminebat mortis periculum, antiquo iure Sacramentum hoc concedi poterat. ex Panorm. in c. quod in te. nume. 8. de pœnit. & remiss. & Tabiena, verbo, interdictum, nu. 5. §. quinto. Et de pœnitentia hæc sint satis.

16 Quarto, circa Sacramentum Eucharistiæ, certum est Eucharistiam iure antiquo, & etiam a fortiori iure nouo infirmis in probabili mortis periculo existentibus, interdicti tempore administrari posse, vt habetur in cap. quod in te. de pœnit. & remiss. vbi non tam conceditur, quam declaratur concessam esse Eucharistiam sub concessione pœnitentiæ, sed morientium; nam pœnitentia morientium non solum comprehendit Sacramentum pœnitentiæ, sed etiam viaticum, vt DD. ibi exponunt, & gl. ibi, in verbo, concedimus. & gl. in capit. non est vobis. in verbo, pœnitentias morientium. & Panorm. ibi, nu. 8. de sponsal. & gl. in c. alma mater, in verbo, Sacramentis, de senten. excommu. libro 6. & ibi Anchar. num. 7. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in artic. 4. princip. §. quantum ad vndecimum. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 4. ante medium Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 21. Syluest. verbo, interdictum, 5. nu. 9. vers. quarta. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. sexto, Sotus 4. distin. 22. quæstione 3. artic. 1. conclus. 4. Martin. Ledesm. 1. 4. quæstio. 26. artic. secundo, trac. de interdicto, §. sed quæres. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 178. Couar. in capit. alma mater. parte 2. §. 2. numero 7. & §. 3. numero 5. de sentent. excommun. libro 6. Alphonsus Viualdus titulo, de interdicto, num. 201. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte prima, libro 4. cap. 3. Toletus libro 1. capitulo 20. Henriquez libro 13. de excom. & interd. cap. 45. §. 2. Hugolin. tab.

5.cap.7.§.6.num.1.& idem habetur in c. permittimus, de sent.excom.

17 Dubium tamē est primo, An etiam damnatis ad mortem tempore interdicti ministrari poterit Eucharistia? Respondeo posse, ex communi DD. sententia, Calderini tract.de ecclesi.interd.fol.11.col.4. Anchar. in capitulo fina.numero 7.versic.viso de Baptismo, & Franc. ibi, de senten.excommun.libro 6.S.Anton. Angelica, Tabiena, Henriquez, & Hugolin. vbi supra. Couar. in d.cap.alma mater.parte 2.§.3.numero 3. & lib.2.var. resolut.cap.1.numero 11.Syluest.verbo, interdictum, 5.quæstione 7.numero 9.versic.quarta. Alphonsus Viuald.tit.de interdicto, nu.205.& facit Clemen.cum secundum.& ibi glo.in verbo, pœnitentia, de pœnitent.& remiss.fauet Nauar. in Manuali, capit.25.numero 23. vers.vndecimo. Ratio est: quia isti vere sunt morientes, & sunt verè in articulo mortis, & conforme est d. cap. non est vobis. de sponsal.& c.quod in te.de pœnit.vbi hoc Sacramentum morientibus conceditur, & non restringitur ad morientes ex infirmitate, sed ad morientes simpliciter: cum ergo verba Canonis istis conueniāt, etiam dispositio illis conuenire debet, argu.l.4.§.toties, ff.de damno infecto, a contrario sensu.

18 Dubium secundum est, An dari possit mulieribus prægnantibus tempore interdicti Sacramentum Eucharistiæ? Prima opinio negat, vt Anchar. in cap. alma mater.& Ioannes Andr.& Cardin. in capit.quod in te, de pœnit.& remiss.vt refert Couar.loco inferius citando. Ratio est: quia istæ non sunt morientes, rarum est enim istas mori in partu. Secunda sententia est Panorm.in dicto cap.quod in te, nume.8.& in cap. pastoralis.§.1.de offic.ordin. Angelica, verbo, interdictum, 6 nume.24. Syluest.verbo, interdictum, 5. quæst.7.nume.9. versic. quarta, Alphons. Viuald.cit.numero 206.fauet Tabiena, verbo, interdictum, 5.§.quinto, & §.septimo, in fine. Couarru.in cap. alma mater.parte 2.§.3.num.2.de senten.excomm.libro 6.Henriquez lib.13.de excomm. & interd.cap.45.§.2. Hugolin.tab.4.cap.7.§.6.numero 2.qui distinguunt in hac re, siquidem inspici debet natura, & conditio prægnantis, & examinanda res est iudicio peritorum in ea re. Sunt enim aliquæ mulieres ita cōstitutæ, vt in partu subeant probabilissimum mortis periculum; aliæ verò econtra vix subeunt aliquod periculum, vnde prioribus dari potest Eucharistia, posterioribus autem non potest.

19 Dubium tertium est; An dari possit Eucharistia obsessis ab hostibus, vel intrānbus mare ad nauigandum? Respondent authores proxime citati, cum S. Anton.3. parte titulo vigesimoseptimo, de interd.cap.quarto, circa medium, iuxta priorem distinctionem Panormitani, quod si apparet probabile, aut certum periculū mortis, dari potest illis, sin minus, non potest illis ministrari.

20 Dubium quartum est, An in qualibet Ecclesia existente in loco interdicto ministrari possit Eucharistia clericis illius Ecclesiæ, quibus per cap.alma mater, concessum est omnibus officijs diuinis interesse, & illa celebrare? In hac re, vnum certum est, & ab omnibus concessum, nimirum, quod Sacerdotes, qui Missam celebrant in illa, siue in alia ecclesia, non solum Eucharistiam licitè sumere possunt, sed etiam debent, quia tenentur consumare sacrificium, aliàs grauiter peccant, vt habetur in cap.relatum, & c.comperimus. de consecr. distinct.2.& Thom.3.p.quæstio.80.artic.12.ad 1.S.Anton.3.par.tit.27.de interd.ca.4.circa medium. Couar. in cap.alma mater.p.2.§.5.num.6.vers.duodecimo, de sent.excom.lib.6. Nauar.in Man.c.27.nu.179.Hugol. tab.5.c.7.§.6.num.4.quod vsq; adeo verum est, vt plerique putent hoc esse iuris diuini, eo quòd sit de integritate sacrificii.

21 Alterum vero valde dubium est, An scilicet Sacerdotes non celebrantes, & similiter alii clerici sæculares Eucharistiam tempore interdicti sumere possint? In qua re Calder.valde dubitat, tract.de ecclesi.interdict.memb. 6.versic.viso.& tandem in partem negatiuam inclinat, quia id videtur iure communi prohibitum; solum enim permittitur dari Eucharistia tempore interdicti morientibus, & Missam celebrantibus; in prohibitis autem, quod expresse permissum non est, prohiberi censetur, argumē. Clem.1.§.porro, de verbor.signifi.fauet Panor. in cap.quod in te, nume.2.de pœniten.& remiss. vbi ait nihil mutatum esse quoad Eucharistiam, per cap. alma mater.vnde sicut iure antiquo huiusmodi clericis Eucharistia concessa non fuerit, ita nec modo conceditur: eandem sententiam sequuntur Anchar.in dicto cap.alma mater, num.8.& Philippus Franc.ibidem, in fine, & S. Anton.3.part.cit. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §.sexto. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, nume. 207.& num.251.& Nauar.in Manuali, cap.27. nume. 278.versic.& sic non potest dari sanis. Couar.in cap. alma mater, parte 2.§.3.num.1.& §.5.num.6.vers. duodecimo, de sent.excomm. libro 6. Henriquez lib.13. de excom.& interd.cap.45.§.2. Hugolin. tab.5.capit.7.§. 6.numero 5. Quorum omnium ratio est: quia Eucharistia ex vi ipsius interdicti prohibita est; ergo non alia ratione licitè clericis ministrari poterit, quam in casibus iure expressis, scilicet Missam celebrantibus, & omnibus morituris & in cap.alma mater.non conceditur clericis Eucharistia, sed solum officium diuinum. Alij verò, vt Gemin.in dicto cap.alma mater.& Syluest. verbo, interdictum, 5.nu.9.versic.quarta, & Angelica, verbo, interdictum, 6.numero 22.ad finem, dicunt clericis eiusdem ecclesiæ, præterquam Sacerdotibus etiam non celebrantibus, posse concedi corpus Christi, quia eis videtur permitti, sicut assistere officijs diuinis, ita etiam Eucharistiam sumere. Et sanè hæc opinio est magis pia, & fauorabilis, nec potest aliter probari, quam dicendo priuilegia esse amplianda, prior tamen sententia videtur tutior, & vt ait Calderinus iuri scripto conformior, dū enim clerici etiam Sacerdotes Eucharistiam de manu aliena recipiunt, tanquam laici sub specie tantū panis cōmunicant, vnde vt laici censendi sunt quoad hoc, ideoque non magis quàm laici eam sumere possunt. Adde, quod cessant rationes, quibus ductus Bonifacius Papa VIII. in d.capi. alma mater.præcepit, vt officia diuina clerici, vt prius facerent; quamuis enim clerici non celebrantes Eucharistiam non sumant, non tamen excrescit indeuotio populi, nec hæreses pullulabunt, nec ecclesiæ suis debitis obsequiis fraudantur, vt constat, & proinde & d.cap.alma mater.dispositio cessare debet, Paludanus autem in 4. distinct. 18. quæstio octauo in articulo secundo principali, conclu.7. neutram sententiam defendere audet, sed solum ait Papam super hac re consulendum esse, maxime quoad communionem tempore Paschatis.

22 Dubium quintum est de religiosis, & monialibus, an tempore interdicti possit illis in eorum saltem ecclesiis Eucharistia ministrari? Calderinus in dicto tractatu de interdicto memb.6.& Palud.& S.Anton.Tabiena, Couar.& alii plerique Doctores, testantur religiosos tempore interdicti communiter solere Eucharistiam suis religiosis fratribus, & sororibus dare, an verò hoc licite fiat, Calderinus dubitat, imò ait esse contra ius scriptum, in interdictis enim, quod non inuenitur expresse permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ, vt probant authores recitati ex cap.consuluisti.2.quæst.5.& c.2.de transac.& Clem.1.§.porro.de verb.signif. Cum ergo per interdictum prohibeatur administratio Sacramentorū, certis casibus & Sacramentis exceptis vt est expressum in d.cap.alma mater.& similiter sit permissum corpus

Christi

23 Christi inquantum dicitur viaticum, capit. quod in te. de pœnit. & remiss. & non aliter, viaticum autem dicitur respectu morientium, consequenter istis non censetur concessa Eucharistia. Palud. 4. distinctione 18. quæstione 8. in articulo 2. princip. conclus. 7. ait consulendum esse Summum Pontificem. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 178. simpliciter affirmat hoc non licere. Couar. in capitulo alma mater, parte secunda. §. 3. numero primo, de sentent. excommunic. lib. quinto, ait omnes ferè religiosos, & religiosas priuilegium habere, vt Eucharistiam recipiant & dent saltem ijs, qui officijs interesse possunt: & idem dicunt Henriquez libro 13. de excommunicat. & interd. capitulo 45. §. secundo, in fine. Hugolin. tab. 5. capitulo septimo. §. 6. numero 5. & ita excusant religiosos virtute talis priuilegij a Sede Apostolica obtenti, quod priuilegium constat ex Compendio Priuilegiorum Mendicantium in verbo, *Communicare*, §. 8. Eugenius IIII. concessit Cisterciensibus teste Henriquez vbi supra. Qui etiam Eugenius IIII. in quodam priuilegio incipiente, *Et quaslibet personas*. anno Domini 1436. Patribus Congregationis nostræ Casinensis, aliàs sanctæ Iustinæ de Padua, concessit, *Quod si contingat ciuitates, terras, vel loca, in quibus monasteria, siue loca dictę Congregationis existunt, Ecclesiastico esse supposita interdicto, ipsi tamen dictę Congregationis Prelati, monachi, conuersi, commissi, ac Capellani, necnon laici, qui intra septa ipsorum locorum pro tempore habitauerint, a prefatę Congregationis monachis ad id deputatis, ianuis clausis. interdictis exclusis, & submissa voce Missas, & alia Diuina officia audire, & celebrare, ac Ecclesiastica Sacramenta licite ministrare, & suscipere valeant.* Hęc enim sunt Bullæ verba. Innocentius etiam IIII. concessit simile priuilegium Prædicatoribus; ex Tabiena, verbo, interdictum, tertio, §. decimo. Feliciano de interdicto, capit. septimo, & innuit Medina libro primo, instruct. capitulo vndecimo, §. decimotertio, in fine. & Henriquez vbi supra, testatur Paulum III. anno Domini 1549. concessisse priuilegium Societati Iesu, vt Sacerdos Societatis Iesu dare possit communionem etiam carentibus omni priuilegio, quia receptio priuata Sacramenti non censetur officium. Sic consulti viso diligenter eo priuilegio, & experti in materia de priuilegijs, vt ipse ait, & Claudius verbo, interdictum, §. primo. Angelus, in verbo, interdictum, sexto, numero vigesimo secundo, Syluester, verbo, interdictum, quinto, numero nono, versic. quarta, & alij putant cum Geminiano, simpliciter licere. In hac re ego dicerem religiosos non minus excusari consuetudine, quam huiusmodi priuilegio; vnde cum plerique Doctores teneant, religiosos a multis annis hoc consueuisse, mihi probabilissimum est, etiam illos, qui non habent priuilegium, virtute talis diuturnæ consuetudinis cognitæ, & permissæ, licite eam ministrare posse.

24 Dubium sextum est, an laicis illis, quibus ex priuilegio Sedis Apostolicæ conceditur, vt tempore interdicti Diuinis interesse possint, ijsdem licitum sit communicare? Respondeo cum distinctione; si enim priuilegium particulare concessum sit alicui personæ, aut familiæ, aut etiam monasterio, seu religioni, tunc quidem ex communi DD. sententia, quam sequitur Syluester, verbo, interdictum, quinto, quæstione septima, versic. quarta, nisi in priuilegio explicetur de participatione Sacramentorum, vel in specie, de Eucharistia communicare non possunt, quia Eucharistia nomine officiorum diuinorum non venit, sed Sacramentorum nomine, vnde depositum in vno, non potest in alio locum habere, separatorum enim separata debet esse natura, atque ratio, argumen. l. finalis, ff. de Calum. Sin autem sit priuilegium vniuersale toti Ecclesiæ concessum, quale est illud dicto capitulo, alma mater, de sentent. excommunic. libro sexto. vbi certis diebus laicis permissum est, vt Diuinis interesse possint, res magis dubia est, an illis festis diebus licite possit populus communicare. In qua re duæ sunt opiniones Doctores.

Prima enim, quæ & communis est Doctorum, ait, nec his duobus Eucharistiam bene valentibus laicis tribui posse: sic Anchar. in dicto capit. alma mater, numero secundo, versic. quarto vlterius. & Gemin. ibidem, in §. in festiuitatibus, numero 7. & Philip. Franc. versic. vltimo not. & Arch. ibi, ex Angelica, loco inferius citando. Ioan. Andr. de Bonon. in tract. de Eccles. interd. numero 142. Angelica, verbo, interdictum, 6. numero 23. Syluester verbo, interdictum, sexto, numero tertio quæstione secunda, versic. Tertium. Fauet Tabiena, verb. interdictum, 5. numero secundo, §. primo. Couar. in capitulo, alma mater, parte secunda, §. 5. numero 6. versic. decimo, de sentent. excommunic. libro 6. Hugolin. tab. 5. capitulo 8. §. 11. Ratio est: quia in dicto, cap. alma mater. §. in festiuitatibus, solum permittuntur officia diuina de more celebrari, at verò Sacramenta, & officia diuina sunt diuersa, & vt diuersa ponuntur, tum in capitulo si sententia, tum etiam in dicto capitulo, Episcoporum, de priuileg. libro 6. at vero a separatis, & diuersis non fit illatio, argumen. l. Papinianus exuli, ff. de minor. & quia cum Pontifex ibi de Sacramentis agat in priori parte, de officijs autem diuinis agat in posteriori, qua scilicet ratione facienda sint, nec aliquid de Sacramentis innouauit his diebus, restat vt sicut iure veteri non liceret laicis bene valentibus, Eucharistiam tempore interdicti præbere, nec etiam istis diebus festis illis tribui licebit. Immò vero nec tempore Paschatis illis tribui poterit, vt notat Hugolin. citat. ob impedimentum hoc interdicti, quo laicis prohibetur Eucharistia ministrari, prout etiam Ancharan. & Geminian. in dicto capitulo alma mater, & San. Anton. tertia parte, titulo 27. capitulo quarto, versic. notandum, docent.

Secunda opinio est Federic. cons. 111. num. 7. & Palud. 4. distinct. 18. quæst. 8. in artic. 2. princip. conclus. 7. vbi Federic. id affirmat licere, quia hoc est priuilegium fauorabile principis, concessum toti Ecclesiæ, & ideo ampliandum: & Paludan. licet putet consulendum Papam, hanc tamen putat probabilem, & inclinat Syluest. vbi supra, & aliqui recentiores hanc tamquam mitiorem probabilem esse docent; cui etiam accommodari potest, dicto capit. alma mater, tum propter illa verba, quibus dicitur in §. festiuitatibus vero. *Prefatis diebus participationem permittimus diuinorum*, quo loco nomine Diuinorum, non solum officiorum sed etiam Sacramentorum participatio intelligi potest, maxime, quando absolute ponitur, vt hoc loco, cum Eucharistia sit diuinorum diuinissimum. 25 Tum secundo, propter illa verba: *Quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus propinquent*, ex quibus inferri potest, ergo alij, qui non sunt culpabiles, altari appropinquare possunt. Et licet communior DD. sententia hoc exponat de appropinquatione, ad faciendam oblationem, vt videtur, de appropinquatione, ad faciendam oblationem, vt videtur de vsurarijs, & meretricibus, quod non faciant offertiorum, cap. quia in omnibus, de vsur. nihil tamen obstat dicere de appropinquatione ad communionem, quæ magis proprie vocatur appropinquatio ad altare. Et certe licet hæc secunda opinio sit probabilis, prima tamen, & tutior est, & meliora pro se argumenta habet, & in praxi sequenda: quia lex quamuis dura seruanda est, vt non extendatur, plusquam extensa sit: & facile solui possunt rationes, quas pro se opinio posterior affert: immo vero ex iam dictis in prima opinione satis diluuntur.

Dubium

26 Dubium septimum est. An tempore interdicti, quando Eucharistia defertur ad infirmos, deferri possit cum consueta solennitate, id est, cum gestatione luminarium, cum sono campanulæ, & cum recitatione Psalmorum, & cum apparatu Sacerdotis, & Christi fidelibus cum luminaribus ipsam Eucharistiam commitantibus? Respondeo cum Calder. tract. tit. de Eccles. inter. 1. memb. sexto, Anchar. in capit. alma mater, numero 8. Franc. ib dem, de sent. excommunicat. lib. sexto, Federic. de Senis. consil. 70. numero tertio, S. Anton. tertia parte, titulo vigesimo primo, de interdicto, capit. 4. circa medium, Angelica, verbo, interdictum, sexto numero vigesimo primo, Sylvest. verbo, interdictum, 5. numero 9 vertic. quinto exceptio. Tabiena, verbo interdictum 5. §. septimo. & Nauarr. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 179. Couar. in capit. alma mater, part. secunda, §. secundo, numero septimo, vers. tamen si Eucharistia, de sentent. excommunicat. lib. sexto, Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. cap. 45. §. 2. Hugolin. tab. 5. capit. septimo, §. 6. num. 6. Cosmo Philiarcho de offic. Sacerd. part. 1. libro 4. cap. 3. & Alphonso Viualdo, tit. de interdicto, num. 203. & posse, & debere Eucharistiam ita deferri. Ratio est; quia quando aliquid in iure permittitur, tunc intelligitur permissum, prout iura disponunt, & vsus obseruat. Cum ergo simpliciter permissa sit Eucharistia infirmis, vt de more fiat, permittitur. Et quia id maiorem pietatem, & reuerentiam erga hoc Sacramentum ostendit. Et de gestatione luminarium disponitur, in cap. Sane cum de celebr. Miss. & de sono campanulæ obseruat communis

27 Ecclesiæ vsus, quæ campanæ pulsatio ideo fit, dum Eucharistia ad infirmum defertur, vt fideles admoneantur ad Christum ibi adorandum & Sanctissimum Sacramentum comitentur. Solum enim prohibetur pulsatio campanarum tempore interdicti, ad Missam, & officia diuina; ne fideles ad ea audienda conueniant, illisque intersint. Idem dicendum est de recitatione Psalmorum, quia & ita obseruat Ecclesiæ consuetudo, & supra ostendimus licitum esse tempore interdicti recitare Psalmos, præsertim cum in gestatione Eucharistiæ Psalmi non recitentur per modum officij, sed tantum per modum diuinæ laudis. Adde quod communiter voce ita submissa recitari solent, vt vix audiri ab alijs possint. Potest etiam tunc astantibus alijs Eucharistia ministra-

28 ri, vt coram alijs, qui assistunt infirmo, aut coram ijs, qui Eucharistiam comitantur, & alijs quibuscumque; quia hoc ipso quod permittitur, Eucharistia infirmo, intelligitur permissa tum secundum formam ordinariam, tum iuxta conditionem ipsius infirmi; eius autem conditio requirit, vt habeat aliquos astantes, & præsentes, a quibus adiuuetur: fauent Sotus, 4. distinct. vigesimasecunda, quæstion. tertia, artic. primo, & Alponsus Viuald. cit. numero 208. Possunt etiam, qui astant infirmo, immo & debent Eucharistiam aspicere, & adorare, & in transitu debent omnes genuflectere, & adorare. Quia, vt præfati DD. notant, tempore interdicti non prohibetur aspectus Eucharistiæ, nec eius adoratio, nisi in ipsa Missa. Potest etiam Sacerdos, qui Eucharistiam ad infirmum detulit, in reditu ad Ecclesiam facere populo, qui ipsum comitatus est, confessionem generalem, hæc enim licite est tempore interdicti, & etiam Eucharistiam populo adorandam ostendere, etiam coram interdictis, & cum illa benedicere populo, ex Nauarr. in Manuali, cap. vigesimos. primo nu. 179. Alphonso Viualdo, Cosmo Philiarcho, Henriquez lib. 13. capit. 45 §. 2. in fine, & alijs citatis.

29 Quinto, quoad Sacramentum extremæ vnctionis.

Primo certum est, hoc Sacramentum tempore interdicti cuiuscumque, administrari nō posse laicis, vt constat ex capit. non est vobis. de sponsal. & capit. quod in te. de pœnit. & remiss. Anchar. in cap. alma mater, numero 12. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. art. 2. principali, conclus. 5. S. Anton. par. 3. tit. 27. de interd. capit. 4. circa medium. Angelica, verbo, interdictum. 6. numero 15. Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. decimo. Nauarr. in Manuali, cap. 27. numero 179. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de interdicto. §. sed quæres. Couar. in cap. alma. 1. par. 2. §. 2. numero 7. de sentent. excommun. lib. 6. & citat Calderin. Ioan. Andr. & Cardin. & alios Alphons. Viuald. tit. de interdicto numero 210. & Cosmo Philiarcho, de officio. Sacerd. lib. 4. capit. 3. Summa Corona tit. de interdicto, numero 9. Toleto lib. 1. capitulo 20. Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. cap. 45. §. 4. Hugolin. tab. 5. capit. 7. §. primo, & cap. 8. §. 11. & cap. 10. §. primo. Quia Sacramentum hoc non est necessitatis.

30 Secundo dubium est de Clericis sæcularibus, an saltem in loco generaliter interdicto illis conferri possit, quibus, vt infra dicam, conceditur Ecclesiastica sepultura: In qua re omnes authores citati, & Panormit. in d. capit. quod in te. numero nono, de pœnit. & Couar. cit. & §. 5. numero sexto, vers. decimo, expresse docent, nec illis alio tempore conferri posse, neque in illis festiuitatibus, de quibus in capit. alma mater. Ratio est, quia cum certum sit esse simpliciter prohibitum hoc Sacramentum, nec vllo iure inueniatur illis concessum, sed solum ex gratia conceditur Clericis sepultura Ecclesiastica, qui interdictum seruarunt, dict. cap. quod in te, dicendum erit, nec illis vnctionem hanc esse concessam, vt etiam tenet Syluest. verbo, interdictum, 5. numero 8. vertic. septimo quæritur. & citat Ioan. Andr. & Calderin.

31 Quod si quæras, quare potius conceditur viaticum, quam sacra vnctio. Panormit. in d. cap. quod in te, numero 9. de pœnit. & remiss. respondet, quia per ipsam vnctionem tunc deuenitur ad Sacramentum, & sic in ipsa participatione cum infirmo, tunc efficitur Sacramentum, sed Corpus Christi est, antequam Sacramentum exhibeatur, seu portetur ad infirmum; Et etiam quia maior familiaritas contrahitur in extrema vnctione, vbi dicuntur multæ orationes, quam in exhibitione corporis Christi. Tabiena vbi supra, verbo, interdictum, quinto, §. decimo, ait id esse, quia sic scriptum est. Melius meo iudicio dici potest, id esse, quia non est tantæ necessitatis, ac vtilitatis vnctio hæc, ac est Sacratissimi corporis Christi sumptio. Palud. autem quarta, distin. decimaseptima, quæst. 8. in articulo secundo principal. conclus. quinta, licite posse Clericis conferri posse, quia eo ipso quod ijs conceditur sepultura Ecclesiastica, quæ est vtilis corpori, intelligi debet etiam illis concessa extrema vnctio, quæ est vtilis animæ; sed hæc ratio parum, aut nihil valet, & eam potius tanquam opinionem aliorum recitat, qui in quod ipse met eam veram esse credat, siquidem in d. capit. quod in te. priuiquam dixerat Pontifex, quod vnctio, & sepultura omnibus interdicitur, permittit postea Clericis seruantibus interdictum loci sepulturam; ergo extremam vnctionem, ipsis ab eo denegatam interpretari debemus, argum. capit. nonne. de præsumpt. & l. cum Prætor. ff. de iudicat. & Panormit. vbi supra, quod etiam sentire videtur Palud. cit.

32 Dubium maius est de religiosis, an ipsis saltem Sacramentum hoc conferri possit? in qua dubitatione Ioann. Andr. Calderin. Syluest. Tabiena, Nauarr. Alphons. Viuald. Hugolin. & S. Anton. & Couar. cit. etiam illis negandam esse vnctionem docent, sicut & alijs Clericis, & hoc ob rationes easdem; Quia Sacramentum hoc omnibus videtur denegatum, nec alicubi religiosi exempti leguntur. Quibus addo, quod vbi Ecclesia quidpiam contra communes iuris regulas religiosis concedere vellet, id exprimere solet, argumen. capituli, vt priuilegia. de priuileg. & d. capit. quod in tit. de

te.de poenit. & remiss. at nullum priuilegium ipsis condonatum quoad hoc legitur. Palud. vbi supra, sicut de Clericis, ita etiam de Religiosis docet licere illis hanc conferre. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. capit. 45. §. 4. ait Religiosos habere priuilegium recipiendi vnctionem, sicut etiam & communionem, & citat compendium Minorum in verbo, *vnctio*. §. primo, & Claudium in verbo, *extrema vnctio*. atque dari posse etiam ijs, qui intra septa collegij, aut domus infirmati fuerint, non requisito parocho. Cuius opinio, supposito huiusmodi priuilegio religiosis concesso, vera est, aliorum verò, si tale priuilegium non habeant: vnde consulenda sunt priuilegia religiosis à Sede Apostolica, hac in re concessa.

33 Tertiò dubium est, An saltem in illis festiuitatibus, de quibus in capit. alma mater, licitum sit hoc Sacramentum vnctionis extremæ? Respondeo ex communi DD. cit. sententia, & etiam Couar. in d. capitulo, alma mater, parte secunda, §. 5. numero sexto, versic. decimo, de sentent. excommunicat. libro sexto, & Hugolin. tab. 5. capit. 8. §. vndecimo, Alphons. Viuald. tit. de interdicto, numero 253. & aliorum, non esse licitum; quia in illis festiuitatibus conceduntur solum officia diuina, non Sacramenta: at verò extrema vnctio Sacramentum est. Quamuis enim Feder. consil. 111. & Syluest. verbo, interdictum, 5. numero tertio, contrarium sentiant, quia est priuilegium Principis in publicum fauorem, & communem toti ecclesiæ, & consequenter ampliandum. Hęc tamen opinio mihi videtur esse falsa, & est contra communem DD. consensum, nec ratio satis firma pro ea affertur; si quidem eadem ratione ampliare possemus ad omnia Sacramenta; cum tamen nulla ibi mentio sit Sacramentorum. Optandum tamen esset, vt per sedem Apostolicam, sicut concessa est pœnitentia cum viatico pro morientibus, ita etiam concederetur extrema vnctio, quæ licet non sit adeo necessaria, vt illa alia Sacramenta, quæ diximus, est tamen valde vtilis, & sæpè etiam necessaria; frequenter enim contingit, vt ægrotus, si moriatur sine extrema vnctione, damnetur, qui si illam recepisset, saluaretur. fieri enim potest, vt quis post confessionem, & communionem in peccatum mortale incidat, & ignoret se eo peccato teneri, vnde non poterit illud noua confessione expiare; potest etiam fieri, vt confessionem, & communionem non ritè peregerit, & hoc ipsum ignoret; quæ sanè omnia reliquiæ peccatorum sunt, & hoc Sacramento tolluntur, nisi quis obicem ponat; ex quibus euidens est fieri aliquando posse, vt quis per hoc Sacramentum saluetur, qui alioqui planè damnandus erat, vt doctè Cardin. Bellarminus de Sacrament. extremæ vnctionis capitulo octauo, animaduertit.

34 Quarta, quoad Sacramentum ordinis aliqua certa sunt, aliqua verò incerta.

Primo certum est personas interdictas promoueri nō posse ad ordines.

Secundo etiam certum est personas interdictas non posse conferre ordines. Quæ duo manifesta sunt, constat enim Sacramentum ordinis cum alijs Sacramentis esse prohibitum interdictis, & non reperitur alibi concessum.

Tertio certum est, in loco interdicto siue generaliter, siue specialiter, & denunciato, non posse ordines recipi, aut conferri, vt patet ob rationem allatam, & DD. communiter testantur. sic Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 2. principali Conclus. 6. S. Anton. 3. par. tit. vigesimoseptimo, de interdicto, cap. 4. circa medium. Anchar. in ca. alma mater. num. 12. de sentent. excom. lib. 6. Calderin. de Eccl. interdicto, memb. 6. Innoc. & Præpos. col. 3. & Panorm. in c. non est vobis, num. 8. de spons. Angel. verbo, interdictum, 6. num. 38. Syluest. verbo, interdictum, quinto, nume. 9. versi. sexta. Tabiena, verbo, interdictū, quinto, §. nono. Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 179. in fine. Couar. in ca. alma mater, par. 2. §. 3. numero 4. vers. secundo, de sent. excomm. lib. 6. vbi ait hanc esse communem opinionem. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 211. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 45. §. 4. Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. §. 1. Probat Palud. quia cum ordines non nisi in Missa solemni dentur, & missa non debeat solemniter celebrari, ideo nec ordines in loco interdicto celebrari debent, etiā in his diebus festiuis, qui in cap. alma mater. §. in festiuitatibus, de sent. excommun. lib. 6. excipiuntur, nec in Sabbato Sancto, ex Paludan. cit. & Couarr. in d. §. 3. num. 4. versic. tertium, & communi DD. sententia, qui etiam addit ex eorundem DD. opinione Sacramentum hoc non posse ministrari tempore interdicti, adhuc ianuis clausis, & interdictis, & excommunicatis exclusis, quia iure antiquo hoc fuit prohibitum, & in iure nouo non est concessum; nam d. capit. alma mater, solum permittit officia diuina solenniter illis diebus celebrari, & extra illa tempora, & constitutio illa pertinet ad officia diuina, non autem ad ordinum celebrationem; Id quod ita verum est, vt tempore interdicti Sacramentum ordinis celebrari non possit ab Episcopo, aut Abbate, qui ipsum interdictum decreuerint; siquidem & ipsi etiam interdictum loci seruare tenentur, vel illud tollere, aut suspendere, alioquin irregulares erunt. cap. vlt. de priuileg. lib. 6. & notant Ioan. Calderin. de Eccles. interdicto, mem. 5. Couar. in capit. alma mater, par. 2 §. 3. num. 4. versic. sextum. de sent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 45. §. 4.

36 Quarto certum etiam est in generali interdicto populi Clericos etiam solum primam tonsuram habentes, qui habitant in illo populo, posse tum in ipsomet loco illius populi, tum alibi ad ordines promoueri. Ratio est: quia interdictum populi non ligat Clericos; nec interdictum populi afficit locum; Clerici ergo in illo ipso populo possunt ordinari: sic expressè Calderin. vbi supra S. Anton. cit. cap. 4. Syluest. & Tabiena citatis in locis, vbi licet Syluester solum concedat, quod Clerici illius loci extra locum illum promoueri possint, id tamen, quod diximus, verius est, ob rationem allatam, vt constat. Quibus addo etiam laicos, qui sunt de alio populo non interdicto, promoueri posse ad ordines in loco populi interdicti, sicut ibidem ad officia, & ad Sacramenta alia admitti possunt, vt ex dictis constat, non autem laici illius populi.

37 Dubium est, An loco existente interdicto, laici eiusdem loci ad ordines alibi promoueri possint? Respondeo ex communi DD. sententia, vbi supra, si non fuerint culpabiles, posse, quia, vt diximus cap. secundo, interdictum loci non afficit personas, nisi in ordine ad illum locum, si verò fuerint culpabiles, non posse nec ibi, nec alibi promoueri, quia vt diximus cap. 4. & in interdicto generali loci personæ culpabiles sunt specialiter interdictæ. Aduertendum autem est, quod Calderin. Anton. Syluest. Tabiena, & alij volunt, quod, si locus sit interdictus non propter delictum Principis, vel rectoris, sed propter delictum vniuersitatis, & populi populus ipse, nec ibi, nec alibi diuinis interesse, aut Sacramenta recipere possit, & consequenter nec ordines recipi possunt secundum illos: verum, vt diximus capit. secundo, in principio, siue interdictum feratur propter delictum principis, siue ob delictum populi, semper innocētes sunt æque immunes. Et quamuis in cap. si sententia, de sent. excommunic. libro 6. solum sermo sit de interdicto lato propter delictum principis, vel rectoris, ibi tamen non statuitur aliquid cum exclusione interdicti lati ex delicto populi, vnde, quod ibi dicitur de innocentibus, locum etiam in interdicto lato ex delicto populi habere poterit.

38 Dubium tertiū est, An saltem in necessitate possint ordines

dines in loco interdicto, & præcipue in interdicto generali conferri? Panorm. in cap. non est vobis, numero 8. de sponsal. verbo, interdictum, secundo, numero octauo Gonsalus à Villadiego in tract. de irregul. capit. de interdicto, putant conferri posse, & fauet Angelica, verbo, interdictum, sexto. num. 38. vbi ait sine necessitate nec Clericos, nec laicos ibi ordinari posse, insinuans posse vrgente necessitate. Henriquez vbi supra. lib. 13. capit. 45. §. 4. ait esse probabile, & propendet Couar. in c. alma mater, par. 2. §. tertio, nu. 4. vers. quinto, in fine, de sent. excom. lib. 6. & expresse Alphonsus Vivaldus tit. de interdicto, numero 21 t. ait probabilissimum, & omninò verum esse. Quod probant à simili: sicut enim ex eo, quod concessus est Baptismus tempore interdicti, & Confirmatio, licet etiam consecrare, schisma, eo quod est necessarium, tum ad Baptismum, in quo vertex, tum ad Confirmationem, in qua frons Chrismate signatur, vt expresse habetur in capit. quoniam, de sent. excommunic. lib. 6. & etiam tempore interdicti licitum est celebrare plures Missas, pro communicandis infirmis indigentibus, ita pari ratione, ex eo quod concessum est Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ saltem infirmis, si sit penuria Sacerdotum, qui hæc ministrent, licitè ordinabuntur Sacerdotes noui. cum hæc Sacramenta per alios, quàm per Sacerdotes ministrari non possint. Alij verò, vt Syluest. verbo, interdictum, §. 9. 7. ver. sexta. Couar. vbi supra, hanc veriorem esse putans, & Hugolin. tab. 5. capit. 7. §. 2. numero 2. conferri posse negant. Ratio est: quia est actus ordinis Episcopatus, & quia nullibi habetur expressum hanc necessitatem esse causam sufficientem ad hoc faciendum, sicut innititur expressum de consecratione chrismatis. In hac igitur DD. controuersia duo probabiliter mihi dici posse videntur, vnum est, Raro contingere posse talem necessitatem, quæ facilè prouideri poterit alijs modis in Sacerdotibus, si Episcopus loci interdicti, vel ipsemet exeat, & in loco non interdicto suos Clericos ordinet, vel eos mittat ad alios Episcopos vicinos ordinandos, vel conducat alios Sacerdotes externos.

Secundum est, si contingeret casus veræ necessitatis, ita vt non posset aliter prouideri de Sacerdotibus, poterit hoc fieri, id est, conferri possunt ordines in loco interdicto, vt si in loco interdicto ob pestem, quæ diu durauit, mortui essent fere omnes Sacerdotes, nec esset alius locus præter illum interdictum, licitum Episcopo alios ibi Sacerdotes initiare.

39 Dubium aliud esse potest. An in Sabbato Sancto possint conferri ordines tempore interdicti? Ratio dubitandi est, quia festiuitas Paschalis secundum alios inchoatur à Missa Sabbati Sancti, in festiuitate autem Paschali licita sunt officia diuina omnia, imo ordinatio videtur esse pars quædam officij ipsius Sabbati Sancti, ergo & ipsa permissa est. Respondeo tamen nō licere: quia ordinatio hæc Sacramentum est; Sacramenta verò illis etiam in festiuitatibus non permittuntur, ex Palud. 4. distinct. decimaoctaua quæstio. octaua in articulo secundo princip. conclus. sexta, & Couar. in capit. alma mater. parte secunda §. tertio, numero quarto, versiculo tertium. de sentent. excommun. libro sexto.

40 Septimò. circa Sacramentum matrimonij.

Primò, certum est sponsalia licitè fieri posse tempore interdicti loci, & in loco interdicto; quia hæc non sunt Sacramenta, sed simplex promissio futurarum nuptiarum, & ideo non prohibentur sponsalia, sicut prohibentur Sacramenta. Sic Hugolin. tabul. 5. cap. 7. §. 3. num. 2.

41 Secundo certum etiam est solemnem benedictionem nuptiarum, id est, sponsi, & sponsæ, vt habetur in Missali Romano, tempore interdicti fieri non posse. Sic Ioan. Calderin. de Eccles. Interd. fol. 12. column. 2. quem refert, ac sequitur Couar. loco inferius à nobis citando. Hostiensis, quem refert, ac sequitur Ancharan. in capitulo alma mater, numero decimo. vers. item dicto tempore interdicti. & Franc. ibi, in glossa, in verbo, Sacramentis. Paludan. 4. distinct. 18. quæst. 8. in artic. 2. principali, conclu. 4. S. Antonin. 3. par. titu. 27. de interdicto, capitulo 4. circa medium. Summa Astensis, par. 2. libro 7. tit. 16. artic. 3. quæst. 6. Angelica, verbo, interdictum, 6. numero 30. Syluest. verbo, interdictum, 5. numero 9. versic. quinta. Tabiena, verbo, interdictum. 5. §. decimotertio. Armilla, verbo, interdictum. §. 53. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 179. Couar. in capitulo alma mater. par. 2. §. 2. numero 7. ver. matrimonij autem Sacramentum, de senten. excommun. libro 6. Alphons. Viuald. tit. de interd. numero 209. & 251. Summa Corona, tit. eod. numero 9. Cosmus Philiarchus de Officio Sacerdot. par. 2. libro 4. capitulo 13. Barth. Medina, libro 1. Instructo. confess. capitulo 11. §. 13. Tho. Zerula in Praxi Episcopali, verbo, interdictum. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capitulo 45. §. 3. Hugolin. de censur. ecclesi. tab. 5. capitulo 7. §. 3. numero 4. & capitulo 8. §. 5. numero 3. Quia benedictio hæc à Sacerdote precibus adhibitis, & tempore Missæ fieri debet, præsentibus laicis, saltem sponso, & sponsa, vtgu. & capituli 1. & capituli 3. de secund. nupt. cum ergo benedictio hæc officium diuinum sit, & actus ordinis Sacerdotalis, laici verò tempore interdicti interesse non possint Missæ, & diuinis officiis, consequens est Benedictionem hanc tempore interdicti tribui non posse. Vndè rectè infert Hugolinus errasse Couartu. vbi supra, dicentem tempore interdicti solemnem hanc nuptiarum benedictionem, ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis, sine periculo irregularitatis fieri posse. Quia cum hæc actus Sacerdotalis sit, & officium diuinum, cui laici interesse non possunt, Sacerdos eos benedicens, interdicti censuram violando irregularis erit.

42 Tertio, matrimonium tempore interdicti contractum etiam ab ipsis interdictis specialiter, & personaliter validum est: sic gloss. in capitulo alma mater, in verbo, Sacramentis, de senten. excommun. libro 6. M. Anton. Cucchius libro 4. Institut. iuris Canonici. tit. 12. & omnes authores citati pro superiori dicto, & expresse Couar. Henriquez Hugolin. & Cosmus Philiarchus, vbi Couar. & Henriquez addunt, quod quamuis per Ecclesiam, aut Iudicis sententiam prohibeatur contrahi matrimonium tempore interdicti, adhuc tamen, si aliàs legitime contraheretur, validum erit. Ratio est: quia matrimonium est contractus, contractus autem tempore interdicti semper legitimè fieri potest.

43 Quarto, quamuis omnes DD. in secundo dicto allati absoluere dicant permitti matrimonium, seu post matrimonium tempore interdicti contrahi in loco interdicto, immò etiam in ecclesia parochiali (in hac enim fieri solet) specialiter interdicta, vt addit Henriquez ibi; meo tamen iudicio non ita intelliget debent, quasi velint matrimonium hoc interdicti tempore licitè contrahi posse, sed ita, vt validè contrahi putent, si contrahitur; & certè si attente legantur, non aliud dicere voluerunt, vt subtiliter, & verè animaduertit Hugol. tab. 5. c. 7. §. 3. num. 1. Siquidem authores illi omnes sequuntur sententiam glossæ, in capit. alma mater, in verbo, Sacramentis, de sent. excomm. lib. 6. Glossa verò non ait, licitè contrahi matrimonium tempore interdicti, sed contractum matrimonium tenere, sicuteriam contractum ab excommunicato maiori excommunicatione, capi. significasti, de eo qui dux. in matri. quam polluit per adult. At verò certum est excommunicatum non licitè, sed validè tantum contrahere, peccat enim sic contrahens vtendo cōmunione hominum sibi per excōicationem prohibita. Sunt igitur authores illi omnes ad sensum glossæ, quam

sequuntur

sequuntur, exponendi, vt solum velint validè contrahi posse tempore interdicti, non tamen licite, & si Syluester etiam hac voce, (licitè) vtatur. Ratio, quę me mouet, hæc est, quia vbi aliquid generaliter prohibetur, quod expresse non est exceptum, subiacet regulę prohibitiuæ, argum. Clem. 1. §. porro. de verb. significat. At tempore interdicti prohibentur Sacramenta ministrari, & non excipiuntur nisi hæc Sacramenta, videlicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, & Pœnitentia, vt colligitur ex c. fi. vers. nulla, & ibi glo. in verbo, Sacramentis, de sent. excomm. lib. 6. & cap. non est vobis, de sponsal. & c. quod in te. de pœnit. & remiss. & capit. quoniam. de sent. excommunic. lib. 6. Cum ergo nullibi hoc Sacramentum Matrimonij exceptum sit, nec consequenter permissum esse dicendum est; si enim Ecclesia id voluisset vtique hoc de Sacramento Matrimonij, sicut de alijs quatuor alicubi expressisset.

44 Quod si dicas, exceptum esse Matrimonium in capit. capellanus. de ferijs, vbi dicitur, *Matrimonium quocumque tempore contrahi posse*, & ideo etiam tempore interdicti contrahi potest. Respondeo id dici, vt ait Hugolin. quo ad consuetudinem, non autem quo ad ius scriptum; vel melius dicitur, id verum esse quo ad validitatem Matrimonij, non autem, quod licitè quocumque tempore contrahi possit, & maximè post Concilium Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. vbi requiritur *præsentia parochi, vel alterius Sacerdotis de parochi, aut Ordinarij loci licentia*, adeò vt licet Parochus propriè huius Sacra-

45 menti Minister non sit, sed ipsimet contrahentes, quia tamen eius præsentia omnino necessaria est, vt propterea quodammodo dici possit hoc Sacramentum ministrare, & tempore interdicti parochi Sacramenta ministrare prohibentur, valde probabile est Sacramentum hoc licitè contrahi non posse tempore interdicti, nec parochum, habito vtriusque contrahentium consensu, posse illos coniungere, dicendo, *Ego vos coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen*, prout Concilium fieri præscribit; præsertim, si id faciat in habitu Sacerdotali, cum hic actus proprius sit ordinis Sacerdotalis.

46 Dubium etiam est, An licita sit benedictio nuptiarum, quando vterque coniugum, vel alter tantum sit interdictus, si fiat in loco non interdicto? Respondeo ex Ioan. Calder. & Hostiensi, quos refert, ac sequitur Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. decimotertio. si ambo coniuges sint interdicti, nullo modo posse nuptias benedici. Ratio est, quia sic personæ interdictæ participes essent officij diuini, & benedictionis: Si verò sponsus sit interdictus, et non sponsa, adhuc neque benedici possunt nuptiæ, siue sponsus sit interdictus specialiter, & denunciatus, siue generaliter, quia est de populo interdicto denuntiato. Ratio est, quia cum benedictio nuptiarum fiat vtrique sponso, sic sponsus interdictus particeparet de benedictione, sin vero sponsa interdicta sit, & non sponsus, tunc si sponsa sit specialiter interdicta, non possunt nuptiæ benedici, quia interdictus specialiter quocumque vadit, trahit secum interdictum suum; sin verò sit interdicta generaliter, tamquam vna de populo, tunc adhuc distinguendum est, quia vel hæc benedictio facienda est ante contractum Matrimonium per verba de præsenti, vt prædicti DD. Cald. & Host. testantur in aliquibus locis fieri solere, & sic neque benedici possunt, quia mulier adhuc manet interdicta; vel facienda est benedictio post contractum per verba de præsenti, sicut de iure fieri debet, vt colligitur ex ea. consultationi, de spons. & sic benedici possunt nuptiæ, quia per contractum matrimonium de præsenti, mulier sortitur forum, munera, & honores viri sui, & consequenter desinit esse de populo parentem suorum, & incipit esse de populo sui mariti, ergò desinit esse de populo interdicto.

47 Dubium aliud est, An in illis solennitatibus, & festiuitatibus, de quibus in cap. alma. §. in festiuitatibus, & alijs similibus specialiter priuilegiatis, possint nuptiæ publicè, & solenniter benedici? Respondeo ex communi Doct. sententia, quantum est ex parte interdicti posse, quia benedictio hæc non est Sacramentum, sed officium diuinum, omnia autem officia diuina publicè permittuntur in prædictis festiuitatibus. Ceterum repugnat aliquibus ex prædictis festiuitatibus ex alio capite, ex eo scilicet quod in illis prohibita est solennitas nuptiarum. Hinc antiqui DD. ex quatuor festiuitatibus commemoratis in d. c. alma mater, in vna tantum licere posse hanc benedictionem docuerunt, scilicet in Assumptione B. Virginis, quia in illis alijs tribus, nuptiæ alio Ecclesiæ præcepto sunt prohibitæ, vt latius tradit Gratianus 33. quæst. 4. & habetur in c. capellanus. de ferijs. Sic tradunt Calder. Host. & alij relati à Syluestro, verbo, interdictum, 5. quæstione 2. num. 3. versic. tertium. S. Anton. 3. par. titulo 27. de interdicto, cap. 4. ante medium. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 5. nu. 6. vers. vndecimo. Feder. cons. 111. Anchar. Franc. & alij, in d. ca. alma mater. Hugol. de censur. Eccl. tab. 5. §. 10. num. 2.

48 post Concilium vero Trid. dicendum est idem licere in festiuitate Pentecostes eo quod Concilium sessio. 24. de reform. Matrim. c. 10. abstulit prohibitionem nuptiarũ pro tempore Pentecostes; Idem etiam dicendum est licere in festo sanctissimi corporis Christi. Vltimissime omnium docuit Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 253. & nu. 254. Et de Sacramentis hactenus.

Quid circa sepulturam tempore interdicti licitum, aut vetitum sit. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Sepulturam quinam tempore interdicti non directè, sed accessoriè tantum prohibitam esse censuerint.*
2 *Sepultura quid propriè sit, & quid ea prohibeatur.*
3 *Sepultura tempore cuiuscumque interdicti, personis, vel locis interdictis, prohibetur.*
4 *Sepultura laicis in Ecclesijs, & cæremonijs loci interdicti, durante interdicto loci prohibetur.*
5 *Sepultura tempore interdicti generalis loci excommunicatis, & interdictis prohibita est.*
6 *Sepeliri clerici tempore interdicti generalis loci quinã, & quo modo possint.*
7 *Clerici coniugati tempore interdicti in Ecclesijs, aut cæmiterijs sepeliri non possunt.*
8 *Clerici excommunicati, & interdicti priuilegio sepulturæ concesso Clericis tempore interdicti non gaudet.*
9 *Sepeliri possunt priuilegiati tempore interdicti, hoc tamen priuilegium solus Papa concedere potest.*
10 *Sepultura solennis cum officio an in festiuitatibus, de quibus mentio fit in c. alma mater. licita sit.*
11 *Sepulturæ benedictio cum ad officium diuinum pertineat, licita erit in festiuitatibus c. alma mater.*
12 *Sepeliri an possint Clerici in Ecclesia specialiter interdicta.*
13 *Sepeliri possunt tam Clerici eiusdem Ecclesiæ, quam exterius in Ecclesia interdicta ex authoris sententia.*
14 *Sepeliri debent Clerici in Ecclesia interdicta specialiter absque officio Missæ, absque cantu, & campanarum pulsatione, & quæ huius sit ratio.*
15 *Sepeliri possunt Religiosi, non secus ac Clerici in Ecclesia*

sia specialiter interdicta.

16 *Priuilegiatus vt tempore interdicti audire possit officia diuina, etiam in loco sacro sepeliri potest.*

17 *Parochiani, interdicta Ecclesia parochiali, vbi sepeliendi.*

18 *Interdicto populo, Clerici illius populi in Ecclesijs, & cæmiterijs sepeliri possunt.*

19 *Laici, durante interdicto, vbi sepeliendi.*

20 *Interdicti personaliter, seu culpabiles morientes vbi sepeliendi.*

21 *Sepulti extra locum sacrum tempore interdicti, quinā, relaxato postea interdicto, in loco sacro sepeliendi.*

22 *Sepultus in loco sacro tempore interdicti contra interdictum Ecclesiæ an, & quando exhumandus sit.*

23 *Mortuaria, seu funeralia, & oblationes an, & quando ab interdictis defunctis tempore interdicti, Clericis accipere liceat, & pro eis orare.*

1 ERrarunt olim qui tempore interdicti sepulturam non directè, sed consequenter, & accessoriè tantum prohibitam esse putarunt, vt Ioan. Caldet. tract. de Eccles. interd. memb. 6. numero 15. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, ca. 4. ante medium. & fauet Tabiena, verbo, interdictum, 5. numero 12. §. vndecimo. Volunt autem prædicti DD. prohibitam esse accessoriè, vel sub prohibitione ipsorum officiorum diuinorum, vel sub prohibitione sacramentorum. Et quamuis loquantur solum de interdicto generali, idem tamen & multo magis dicendum est de interdicto speciali. Potest autem non omninò male dici sub vtrisque coniunctim comprehendi sub officijs quidem diuinis, quatenus funus ad Ecclesiam deferri non debet, nisi cum officio, nec sine officio sepeliri, cap. qui diuina. 13. quæst. 2. Vnde fit, vt neq; tempore interdicti extra Ecclesiam cum officio sepeliri possit. Prohibetur etiam sepultura sub prohibitione sacramentorum, quatenus vel sepultura eget benedictione, & aspersione aquæ benedictæ, qui sunt actus sacramenti ordinis, vel quatenus ipsa benedictio sæpulturæ late sumpto vocabulo sacramenti, vocatur sacramentum; vnde fit, vt aliquo modo sub vtrisque prohibita sepultura sit. Nos tamen de ea particulariter clarioris doctrinæ gratis dicemus, cum etiam de ea particularis mentio fiat in capit. quod in te. de pœnit. & remiss. & in cap. 3. §. quod si. & in capit. vt priuilegia. de priuileg. in antiq. & in capit. Episcoporum. tit. eod. libro 6. in cap. si ciuitas, de

2 sentent. excommunicat. lib. 6. Est autem sepultura locus ab Episcopo consecratus, in quo Christi fidelium corpora sepeliuntur, vt cæmiterium, & Ecclesia consecrata, argum. cap. is, cui, §. talis quoque. de sent. excommunicat. lib. 6. Syluest. & Tabiena, & alij in verbo sepultura. Immo etiam & Ecclesia non consecrata talis est, dummodo ibi diuina fiant; argum. ca. penult. de immunit. Eccles. & c. fina. de consecr. Eccl. vel altar. Quibus addo ex Alphonso Viualdo, tit. de interdicto, num. 149. quod quoties prohibetur sepultura Ecclesiastica, id intelligendum est non solum cum defunctorum cadauera in loco sacro sepeliuntur, sed etiam quando in loco non sacro, sed cum pompa funerali Ecclesiastica sepeliuntur. Quibus &c.

3 Primo igitur certum est tempore interdicti cuiuscumq; generalis, aut specialis, personalis, aut localis, si simpliciter latum sit interdictum, prohiberi Ecclesiasticam sepulturam, vel illis personis, vel in illis locis, quæ interdicuntur. Dixi, *Si sit latum simpliciter*, quia interdictum simpliciter latum trahit secum omnes effectus; quando autem interdictum non fertur simpliciter, sed solum ab aliquo determinato actu, verbi gratia, ab officio Sacerdotali, ab officio prædicandi &c. tunc interdictum huiusmodi non secum trahit omnes effectus interdicti, sed illum solum effectum specialiter expressum, vt communis DD. sententia confirmat.

4 Secundo, certum est interdicto loci prohiberi laicis sepulturam in Ecclesijs, & cæmiterijs illius loci, quod intelligendum est de cæmiterijs per Episcopum benedictis, vel consecratis, non autem de cæmiterijs deputatis, ad sepulturam sine benedictione Episcopali, in illis enim possunt homines sepeliri, iuxta ea, quæ tradunt glo. in Clem. 1. in verbo, cæmiterijs, de sepult. S. Ant. 3. par. tit. vigesimoseptimo, de interd. capit. 4. ver. ratio, & citant cap. nemo, de consecrat. d. 1. & Ioan. Andr. & Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. vndecimo. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 44. §. 4. Hugol. tab. 5. cap. 9. §. 3. in fi. & Syluester, verbo, interdictum, 5. quæst. 8. versic. secundum.

5 Tertio, certum est sepulturam Ecclesiasticam tempore interdicti generalis loci prohiberi excommunicatis, & interdictis, capit. in nostra. de sepult. argum. cap. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & ca. is, cui, de sentent. excom. lib. 6. & Clement. 1. de sepult. Item laicis omnibus non priuilegiatis, quamuis nulla censura ligati sint, argum. capit. quod in te. de pœnit. & remiss. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 2. principali. conclus. 10. & in art. 4. principali, §. quãtum ad sextum decimum, & citat Innoc. in c. vt priuilegia. Summa Astensis, par. 2. lib. 7 tit. 16. art. 3. in princip. S. Anton. 3. parte, tit. 27. capit. 4. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 31. Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 12. §. vndecimo. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 176. Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 4. nu. 5. versic. duodecimo, de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 4. Hugolin. tab. 5. capit. 9. in princip. num. 2. & hoc siue laici adulti sint, siue infantes, ex Henriquez & Hugolino, post Couar. vbi supra, & fauet Nauar. in Manuali. c. 27. n. 168. in fine. Nam cadauer adulti, sicut & infantis, æquè expers rationis est, et eadem est vtriusque ratio, Ecclesia vero tempore interdicti prohibet admittere cadauer carentis priuilegio.

6 Quarto certum est, quod Clerici omnes, qui interdictum seruauerunt, nec ei causam dederunt, quantum est ex parte interdicti, non obstante generali interdicto loci, sepeliri possunt in Ecclesijs, & cæmiterijs, de iure quidem antiquo, cum silentio, idest non solum sine pulsu campanarum, sed etiam sine vllo officio, cap. quod in te, de pœnit. & remiss. & Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 8. vers. quartum. Tabiena, verbo, interdictum, 5. nume. primo, & numero duodecimo, §. vndecimo. Angelica, verbo, interdictum, 6 nu. 31. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in artic. 4. princip. §. quantum ad sextum decimum, S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 4. §. ratio. Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 176. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 4. versic. tertius. Couar. in capit. alma mater, par. 2 §. 2. nu. 7. versic. Clericis, de sentent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. capi. 44. §. 4. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 213. Summa Corona tit. eodem num. 10. Hugolin. tab. 5. cap. 9. §. 3. expresse colligitur ex d. cap. quod in te. vbi conceditur Clericis, qui interdictum seruauerunt, nec eius causa fuerunt, vt in cæmiterio ecclesiæ sepeliri possent, de consuetudine autem licet Clericos modo etiam intra Ecclesiam sepelire, (quod olim solis Episcopis, & viris insignibus concedebatur, capit. nullus. 13. quæst. 2. Alphons. Viuald. eit. num. 177.) & nouo iure. c. alma mater, sepeliri possunt etiam cum officio, dummodo officium fiat cum moderatione d. capit. alma mater, scilicet ianuis clausis, voce submissa, & absque pulsatione campanarum, &c. Quod ex eo probatur, quia cum ista moderatione conceduntur omnia prorsus officia, ergo & Missæ officium, & alia diuina officia,

ciū;& officia mortuorum recitari possunt. Quod si sepeliendi sint extra ecclesiam, scilicet in cœmiterio, si cœmiterium sit extra ecclesiam in loco aperto, cadauer defuncti officiandum erit intra ecclesiam, & postea in cæmiterio cum silentio sepeliendum est, & orationes, quæ in ipsomet actu sepeliendi dici solent, vel prius in ecclesia, vel postea dici possunt. Addit tamen Hugolin. & bene, vt supra, §. secundo, numero secundo, quod si interdictum aliquod generale loci latum esset, sublata moderatione dicti capit. alma mater. tūc quidem ad ius antiquum dicti capituli. quod in te. redeundum esset, & consequenter simplex sepultura sine recitatione officij clericis concederetur. Regula igitur generalis est, vt tempore interdicti generalis loci, sepultura ecclesiastica clericis concedatur. Quod procedit non solum, si ordines maiores habeant, sed etiam si primam tonsuram solummodo habeant, argument. capitul. cum contingat. & DD. ibi de ætate, & qualit. ord.

Procedit etiam tum in clericis sæcularibus, tum etiā in Religiosis: cum enim Pontifex priuilegium hoc simpliciter clericis concedat, & simplex, & indefinita oratio vniuersalis vim habeat, ex Bartol. doctrina in l. qui ædificium ff. de seruitut. vrbanor. prædiorum. & in l. si pluribus. ff. de legat. secundo, & in fauoribus nomen clerici extenditur æque ad regulares, & moniales, quamuis sint nouitij, vt diximus supra capitulo quarto, dubio primo, consequenter priuilegium clericis concessum, ipsis etiam concedi censetur.

Item procedit hæc Regula in clericis, quamuis verbo depositi essent etiam non effectuata actuali dispositione, non enim vt ait Hug. in d. §. secundo, numero primo, post glossam, in capitulo secundo, in verbo, priuilegio, de pœnis, libro sexto, Sylueſt. verbo, degradatio, numero 8. ver. sexto. & Tabiena, eodem §. primo. priuantur isti priuilegio clericali.

7 Dixi, *quantum est ex parte ipsius interdicti*, quia clerici coniugati etiamsi non sint bigami, non gaudent hoc priuilegio dicto capitulo. quod in te. Hi enim duo tantum priuilegia clericorum habent, fori, & Canonis, capit. si quis suadente Diabolo. decimaseptima, quæstione quarta, & hoc ob capit. vnic. de cleric. coniugat. libro sexto, Nauarr. in Manuali capitulo vigesimoseptimo, numero centesimoseptuagesimosexto, Couarru. in capitulo alma mater, parte secunda, §. quarto, numero quarto, versiculo decimo, de sentent. excommunicatíon. libro sexto, Alphons. Viuald. titul. de interdicto, numero ducentesimodecimoquarto, post Sotum in quarto, distinctione vigesimasecunda, quæstione tertia, articul. primo. conclus. quarta, nisi forte alicubi ex consuetudine gauderent priuilegio sepulturæ, vt in Aragonia, ex Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo, numero centesimoseptuagesimoquarto, & cente-
8 simoseptuagesimosexto, Henriquez libro decimotertio, de excommunic. & interdict. capitulo quadragesimoquarto, §. quarto, Hugolin. Tabul. quinta, capitulo nono, §. secundo.

Neque etiam excommunicati, & interdicti gaudent hoc sepulturæ priuilegio etiam in loco non interdicto: Neque qui ob aliquod delictum commissum sepultura priuantur, vt sunt torneamentarij, quibus ob terrorem interdicitur ecclesiastica sepultura, capitulo primo, de torneam. & gloss. in capitu. nullus. decimatertia quæstione secunda. Neque clerici, artem ioculatoriam exercentes, capitulo vnico, de vita, & honestat. clericor. libro sexto. Neque clerici, vt laici incedentes, si ter moniti non resipiscant, capit. in audientia, de sentent. excommunicatio. Neque actualiter depositi hoc priuilegio gaudent, vt habetur in ca. degradatio, de pœnis, lib. 6. Syluest. Tabiena, & Hugolin. locis proxime citatis.

9 Quinto, certum est priuilegiatos quoscunque, vt ecclesiastica sepultura tempore interdicti tumulari possint, licitè sepeliri posse, quod tamen priuilegium a solo Papa concedi potest, cum hac ratione iuri communi derogetur, cui quidem omnes, Summo Pontifice excepto, subijciuntur, argumento capituli primi, & capituli finalis de constitut. & capituli proposuit, de concessione præbendarum, vt rectè Hugolin. tabul. quinta, capitulo nono, §. tertio, numero primo, & tertio, annotauit.

Tale priuilegium concessum est Templarijs, vt qui eorum fraternitati fuerint ascripti, apud ipsorum Regularium ecclesias, vel aliorum non interdictas, tempore interdicti sepeliri possint, vt habetur in capitulo vt priuilegia, de priuileg. Quod intelligendum est de ijs confratribus, seu oblatis, qui mutato habitu se ipsos perpetuò dederint Monasterio, vel absque habitus mutatione se, & sua bona, vel omnia, vel secundum aliquos maiorem bonorum partem monasterio dederint inter viuos, retento sibi quamdiu vixerint in sæculo vsufructu. Nec requiritur, vt confratres isti assumant habitum Religiosorum, sed solummodo vt mutent sæcularem, vel sumant eorum habitum sine professione, requiritur. argumento capituli consulti, de regular. vt latius Paludan. quarto, distinctione decimaoctaua, quæstione octaua, in articulo quarto principali, §. quantum ad sextumdecimum, & Couar. in sæpedicto capitulo alma mater, parte secunda, §. secundo, numero octauo, de sentent. excommunicat. libro sexto, exponunt, & fauet Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo numero centesimo octuagesimoprimo.

10 Dubium primum est, an in illis diebus festiuis, quibus iuxta capitulum alma mater, licitum est tempore interdicti generalis loci celebrare publice officia diuina, licebit etiam in Ecclesijs, & Cœmiterijs sepelire laicos mortuos, etiam cum officio sepulturæ, idest mortuorum: quæ res controuersa est apud Doctores. & duæ sunt opiniones; Vna negatiua, quæ est glossæ, in Clementina prima, in verbo, a iure. de sepultur. & Zabarell. ibi, quæstione nona. Cardin. Imola, Abb. Ioan. Vanchelius, & Bonifac. columna tertia, & Ancharan. numero quinto, versiculo Quinto notab. ibidem Ioann. Andr. Dominic. Francis. Gemin. numero octauo, in capitulo alma mater, in §. in festiuitatibus. Federic. consil. centesimoundecimo, numero sexto, Gonsalus a Villadiego de irregul. capitul. de interdicto, quos refert Couarru. loco inferius citando. Paludan. quarta distinctione decimaoctaua, quæstione octaua, in articulo secundo princip. conclusione decima, dum dicit nihil immutari quo ad sepulturam in capitulo alma mater, Hugolin. tabul. quinta capitulo nono, §. primo. qui Imola, Gonsalus, & Hugolinus, contendunt in his festiuitatibus neque officium sepulturæ, seu mortuorum fieri posse, etiam si corpus extra Ecclesiam seu locum sacrum sepeliatur, cum hoc officium pertineat ad diuinorum officiorum celebrationem.

Hanc autem eorum opinionem, quam Federic. de Francis. cita. tutiorem, & Couarru. communiorem vocant, probare contendunt, primo, quia in defunctis cessat ratio, propter quam conceditur viuentibus participatio officiorum diuinorum in dict. cap. alma mater, quæ est, vt sic fideles inducantur ad ipsam reconciliationis, quæ reconciliationis spes in defunctis locum non habet.

Sed hæc ratio parum probat; nam æque valet in defunctis, ac in viuis, non quod defuncti hanc

spem reconciliationis habere possint, sed quia viuentes ex eo, quod vident defunctis concedi hanc reconciliationem, etiam in vita sibi multo facilius illam sibi concedendam fore sperabunt, & procurabunt.

Secundo probant, quia in capitulo cum & plantere, §. quod si templarij, de priuileg. & capitulo vt priuilegia, §. illud, titulo eodem, conceditur Templarijs, vt semel in anno tempore interdicti aperire possint ianuas Ecclesiæ, & celebrare officium, vbi tamen expresse cauetur, ne tunc mortui sepeliantur in loco sacro; ergo eodem modo interpretari oportet dictum capitulum finale, §. in festiuitatibus, de solis viuentibus, vt diuinis officijs interesse possint, non autem, vt mortui Ecclesiastica sepultura tumulari possint.

Sed hæc ratio multo minus eorum probat intentum: nam primo, vt constat ex glossa in dict. cap. cum & plantare, §. quod si templarij, in verbo, defunctorum, de priuileg. quamuis eo die anni, alij non admittantur ad sepulturam, fratres tamen horum templariorum nisi & illi excõmunicati, aut interdicti sint, ad sepulturam admitti possunt.

Nec mirum est, si alij excludantur, quia hoc priuilegium non est concessum in fauorem aliorum, sed solum in fauorem ipsorum fratrum templariorum; vnde satis est quod ipsi, in quorum fauorem factum est priuilegium, ad sepulturam admittantur; At vero, priuilegium dict. cap. Alma mater, in fauorem totius populi Christiani concessum est; ergo pari ratione qui libet de populo gaudebit illo priuilegio, & ad sepulturam poterit admitti.

Secundo, cum Pontifex in dicto capitulo cum & plantare, concessisset, vt semel in anno apertis ianuis in fauorem templariorum officia diuina celebrari possent, consequenter iuxta eam Regulam, cui communicamus viuo, possumus communicare & defuncto, capitulo sane quod super, vigesimaquarta quæstione secunda, tunc potuissent omnes ad sepulturam admitti, nisi Papa expresse prohibuisset. Vnde cum in dicto capitulo alma mater, non sit talis prohibitio, consequenter ex vi concessionis officiorum diuinorum, etiam sepultura concessa intelligitur. Ex eo ergo cap. cum & plantare, potius contraria sententia probatur.

11 Secunda, & verior opinio est asserentium his diebus Christi fideles sepultura Ecclesiastica donari posse; Sic Caldetin. de Ecclesi. interdict. membro sexto, versicul. item quæritur. Ancharan. sibi contrarius, in capitulo alma mater, numero secundo, versiculo, Sed hic incidenter, de sentent. excommunication. libro sexto. S. Antoni. tertia parte, titulo vigesimoseptimo, de interdi. capitulo quarto, ante medium. Angelica, verbo, interdictum, sexto, numero trigesimoquinto, Syluest. verbo, interdictum, quinta quæstione secunda, versiculo quartum, & Tabiena, verbo, interdictum, quinto, numero duodecimo, §. vndecimo, Rosella verbo, interdictum, secundo, numero duodecimo, immo Federic. vbi supra, consil. 11 t. fatetur Clericos officiando istis festiuitatibus circa laicos non fieri irregulares. Nauar. in Manuali capitulo vigesimoseptimo, numero 181. in fine, vbi ait hanc opinionem tanquam fauorabiliorem leuandam esse. Couar. in capitulo alma mater, parte secunda, §. quinto, numero sexto, versiculo Octauo, de sententia excommunicat. libro sexto, vbi ait hanc opinionem benigniorem, & iure, & æquitate defendi posse. Simon Maiol. libro tertio, de irregular. capitulo vigesimotertio, numero octauo, in hanc potius inclinat sententiam, & expresse Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. & interd. capitulo quadragesimoquarto, §. quinto, & capitulo quadragesimo septimo, §. quarto, Alphonl. Viuald. titul. de interdicto, numero 450. Quorum opinio intelligi debet, nisi laici fuerint specialiter, aut nominatim interdicti, aut causam dederint interdicto, aut consilium, auxilium, vel fauorem præbuerint ad delictum, propter quod interdictum latum sit, ex Anton. Angel. & Alphonso Viualdo cit. Quæ sententia probatur tum quia priuilegium hoc iuris, tanquam fauorabile, ample interpretandum est: tum quia cui communicamus viuo, etiam mortuo communicare possumus capitulo, sane, primo. 24. quæstione secunda. Sed in istis festiuitatibus viuentes admittuntur ad omnia diuina officia intra Ecclesiam, ergo & mortui ad officium, & sepulturam admitti possunt; tum quia sepultura vel prohibita est, quatenus pertinet ad officium, quatenus scilicet sepultura non debet fieri nisi cum officio, capitulo quia diuina. 13. quæstione secunda; vel quatenus sepultura pertinet ad Sacramenta, eo quod sepulturæ benedictio, ample sumpto vocabulo Sacramenti, Sacramentum vocari possit. Sed neutrum horum impedit, quo minus his diebus laici sepeliri possint, vt constat; non enim impediunt officia diuina, quia hæc concessa sunt, ergo & sepultura, quæ præcipue pertinet ad officium diuinum. Neque Sacramenta impediunt, quia benedictio sepulturæ proprie est officium, non Sacramentum, nisi valde improprie. Cum igitur in istis festiuitatibus concessa sint officia diuina, etiam sepultura concessa erit. ob quas rationes ego hanc veriorem sententiam esse censeo.

12 Dubium secundum est, an Clerici etiam Ecclesia specialiter interdicta sepeliri possint? In qua re variæ sunt DD. opiniones. Quidam enim simpliciter negant; sic Innocent. in capitulo finali, de excessi. prælator. & Ioann. Andr. in capitulo quod in te, de pœnitent. & remission. & Summa Astensis, parte secunda, libro septimo, titulo decimosexto, articulo tertio, in principio. Quia in dicto capitulo, quod in te, cum conceditur Clericis sepultura, his fit mentio generalis interdicti, & nulla prorsus fit mentio specialis interdicti, illa ergo concessio solum habet locum in interdicto generali loci, non in speciali.

Ideo autem conceditur in interdicto generali loci, ne cum omnia loca interdicantur, Clerici sepeliantur in loco profano, quod non contingit in speciali interdicto, tunc enim in ecclesia non interdicta sepeliri possunt. Alij, vt Panormitanus in dicto capitulo quod in te, numero decimo. de pœnitent. & remission. Rosella, verbo, interdictum, secundo, numero decimo. Angelica, verbo, interdictum, sexto numero trigesimosecundo, Syluestr. verbo, interdictum, quinto, numero decimo, quæstione octaua, versicul. quorum. Tabiena, verbo, interdictum, quinto, numero duodecimo, §. vndecimo, Couar. in capitulo alma mater, parte secunda, §. secundo, numero septimo, versiculo, Clericis, de sententiarum excommunication. libro sexto. Henriquez libro decimotertio de excommunication. & interdict. capitulo quadragesimoquarto, §. quarto, dicunt existente speciali interdicto alicuius ecclesiæ, Clericos illius ecclesię ibi sepeliri posse, alienos vero non posse. Ratio est: quia alij Clerici, qui non sunt de illa ecclesia, habent suas ecclesias non interdictas in quibus sepeliri possunt & proinde in ecclesia specialiter interdicta sepeliri non debent: Clerici vero illius ecclesiæ ibi sepeliri possunt, quia æquitas postulat, ne a suis ecclesijs Clerici excludantur. Alij, vt Hostiensis, in capitu. fin. de excess.

cef, prælat. vniuersaliter tenent Clericos quoscunque tam illius, quam alterius ecclesiæ in ecclesia interdicta sepeliri posse: & eandem sequi videtur Palud. 4. d. 18. quæst. 8. in art. 2. ptin. conclu. 10.

23 In hac re ita mihi videtur probabiliter dici posse.

Primum est, Clericos eiusdem ecclesiæ ibi sepeliri posse, ita communis opinio DD. habet, & facit c. vt priuilegia, de priuileg.

Secundum est, In rigore etiam Clerici alieni in eadem ecclesia sepeliri possunt, & hoc non solum, vbi reliquæ ecclesiæ specialiter fuerint interdictæ, sed etiamsi non essent. Ratio est, quia nullo iure inuenitur prohibitum; aut concessum magis propriæ ecclesiæ clericis, quam alienæ. Deinde, vt diximus cap. quinto. vbi de diuinis officijs egimus, in quarto dicto principali, in dubio post notab. 8. sicut in prohibitione à sepultura in locis sacris intelligitur prohibita tam Clericis ipsarum Ecclesiarum, quam alienigenis, ita in concessione sepulturæ Clericorum intelligi debet concessa tam clericis alienigenis, quam ipsis ecclesię proprijs, maxime, cum hoc sit beneficium principis, & fauorabile, & ideo ample interpretandum, arg. capit. cum dilecti, de donat. & l. beneficium principis. ff. de constit. Et confirmatur, quia prohibitio est odiosa, concessio est fauorabilis, ergo multo magis extendi poterit concessio ad clericos alienigenas, quam prohibitio, arg. c. odia, de regul. iur. lib. 6. præsertim, cum supra docuimus hoc idem dicendum esse de officijs diuinis, quę sunt principale, ergo, & de sepultura, quæ est accessoria, argu. c. accessorium, de reg. iur. lib. 6. Deinde, quia ratio huius concessionis est ordo clericalis, at hæc æque in alienigenis, ac in clericis eiusdem ecclesiæ militat, ergo tam illi, quam isti in ecclesia specialiter interdicta sepeliri possunt. Item, quia multi sunt clerici, qui nullius ecclesiæ sunt, vt sunt promoti ad titulum patrimonij, & qui nullius ecclesiæ seruitio destinati sunt, quos tamen durum est excludere a sepultura in ecclesia interdicta erga quam deuotionem habent, & vbi ante latum interdictum sepulturam elegerunt.

Et denique id probat Hostien. quia generale interdictum tantum valet quoad omnes ecclesias, quantum speciale quoad aliquas. argum. l. si duo, in fine, ff. de administr. tut. si ergo interdictum generale non impedit sepulturam clericorum etiam alienorum, nec speciale impedire debet.

Nec obstat, quod in d. cap. quod in te, solum mentio fiat generalis interdicti, & non specialis; quia hoc ideo fit, quia, vt plurimum fertur generale interdictum, non speciale: at vbi legislator aliquid statuit de casu frequentiori, idem de casu minus frequenti decreuisse censetur, arg. l. vnicæ, iuncta glo. in verbo, sponsam, C. de rapt. virg. & DD. ibi.

24 Tertium est, Quamuis clericus alienus in ecclesia specialiter interdicta sepeliri possit, vt diximus, honestius tamen est, vt in ecclesia non interdicta sepeliri se faciat, si commode eo deportari possit, & non longe abesset ab ecclesia aliqua non interdicta, sic enim major reuerentia ecclesiasticæ censuræ deferretur, & eius exemplo alij ad interdictum magis timendum prouocarentur. Quibus omnibus addendum est clericos in ecclesia specialiter interdicta sepeliendos esse absque officio Missæ, & absque cantu, & absque pulsatione campanarum: quia cap. alma mater, nihil concedit pro eo tempore, sed solum pro interdicto generali, vndè quoad interdictum speciale loci manet dispositio iuris antiqui. capit. quod in te. de pœnit. & remiss. & ita tradunt Palud. 4. d. 18. quæstio. 8. in art. 2. princ. conclu. 10. Coñar. in capit. alma mater, part. 2. §. 2. numero secundo, ver. Clericis, de senten. excommun. libro sexto. & Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 44. §. 4.

25 Dubium tertium est, An quæ dicta sunt de clericis circa sepulturam, procedant etiam in Religiosis? Respondeo affirmatiue ex Palud. 4. d. 18. q. 8. in articul. 2. prin. conclu. 10. & Tabiena, verbo interdictum 5. num. 12. §. vndecimo, in prin. Ratio est, quia vt antedictum est, priuilegium clericorum est fauor, fauores autem clericorum ad religiosos extenduntur, sicut videmus in iure plerosque fauores clericorum expresse ampliatos ad Religiosos. Et circa materiam interdicti, de qua nunc est sermo, prius concessa sunt hæc priuilegia religiosis, quam clericis sæcularib. vt colligitur ex c. vt priuilegia. & c. in his. de priuil. & c. quod in te, de pœ. & remi. præterea in c. alma mater, concessum est tam in ecclesijs clericorum, quam in monasterijs religiosorum fieri omnia officia diuina, sicut prius, cum certa tamen moderatione, vnde, quæ de clericis dicta sunt, pari ratione de religiosis dicenda erunt.

26 Dubium quartum esse potest. An priuilegiatus, vt interdicti generalis tempore officia diuina audiat, & Sacramēta suscipiat, ad sepulturam ecclesiasticam admitti, & in loco sacro sepeliri possit. Hug. tab. 5. cap. 9. §. 3. nu. 2. negat, eo quod sepultura nec officium diuinū est, nec Sacramentum. Alij tamen omnes, quos viderim, talem ad sepulturam admitti posse affirmant, siue sit priuilegiatus solum super auditione diuinorum non facta mentione Sacramentorum, siue sit priuilegiatus super participatione Sacramentorum tantum; & a fortiori si priuilegiatus sit tam super Sacramentorum sumptione, quam diuinorum auditione. Ratio est, quia cui communicamus viuo, etiam mortuo communicare debemus, arg. c. sane. 1. 24. quæst. 2. & cap. ex parte 2. de sepult. & idipsum docent Ioan. Calder. & Anchar. in cap. alma mater. numero 15. de senten. excommun. libro 6. S. Anto. 3. part. titulo 27. de interd. capit. 4. circa medium Angelica verbo, interdictum, 6. numero 36. Syluest. verbo interdictum, 5. quæst. 8. numero 10. ver. sextum. Tabiena, verbo, interdictum. 5. nume. 12. §. vndecimo. Federic. de Sen. consi. 186. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 44. §. 5. Qui omnes docent priuilegium pro officijs concessum, extendi debere ad sepulturam, quippe quæ præcipuè pertinet ad officium diuinum; & quia fauor principis late interpretandus est, & sequitur ex doctrina superius a nobis tradita.

27 Dubium quintum est, An ecclesia parochiali specialiter interdicta, vel tota parochia generaliter interdicta, parochiani illius parochiæ sepulturam eligere, & de facto in alia ecclesia non interdicta extra suam parochiam sepeliri possint. Huic difficultati respondent communiter DD. vt S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto. cap. 4. post medium. Syluest. verbo, interdictum. 5. quæst. 8. versiculo quintum prope finem. Tabiena. verbo, interdictum, 5. numero 12. §. vndecimo. in princip. Rosella, verbo, interdictum 2. numero 12. post Palud. in 4. distin. 18. quæstione octaua, in art. quarto. princip. §. quantum ad sextumdecimum, citantes etiam Innoc. in c. vt priuilegia. de priuileg. cum distinctione, si enim interdictum latum sit propter delictum populorum, id est, in pœnam laicorum temporalem, quæ eis infligitur, etiamsi non deliquerint ipsi populi parochiæ, sed eorū dominus, aut rector temporalis, aut saltem totus populus non deliquerit, sed pars tantum, tunc parochianos nec in ecclesijs interdictis, nec alibi sepeliri posse dicūt; sin autem ecclesia interdicta sit propter delictum clericorum tantum ad eos puniēdos, tunc quidem parochianos alibi sepeliri posse concedunt, pro quo facere videtur capitulū si sententia de sententia excommunicationis libro sexto, vbi expresse habetur, *Interdicto cleri, non comprehendi populum, neque etiam è conuerso.* Ex quo loco colligunt plerique Doctores, quod quando interdictum in pœnam populi, vel rectoris temporalis latum est, non posse, qui de illo populo sunt, neque ibi, neque alibi participare Diuinis. Ceterum meo

iudicio, nihil tale statuitur in illo capit. si sententia, solum enim qui sunt de illo populo prohibentur participare diuinis, quando non solum locus, sed etiam populus in pœnam domini, vel populi interdictus, est. Quandocunque ergo solus locus interdictus erit, qui culpabiles non existunt, alibi sepeliri possunt.

18 Dubium sextum est, An existente interdictio personali generali populi, Clerici, qui in illo populo sunt, in Ecclesijs, aut Cæmiterijs sepeliri possint? Respondeo ex communi DD. consensu posse, quia, vt antea dictum est, sub interdicto populi non comprehenditur locus, neque Clerici.

19 Dubium septimum est, vbinam sepeliri debeant Laici tempore interdicti; respondet Calderinus tract. de Eccles. interd. memb. 6. par. 2. notab. 8. posse, & debere sepeliri; cautum enim iure est, ne defunctorum corpora inhumata iaceant, cum sit contra pietatem humanam, argum. capituli placuit, 23. quæstio. quinta, & docent S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. vltra medium. Syluester verbo, interdictum, 5. quæst. 8. vers. tertium, Tabiena verbo, interdictum, 5. numero 12. §. vndecimo. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capit. 44. §. 4. Non tamen, vt præfati authores tradunt, in loco sacro sepelientur; sed si locus sit interdictus, extra locum illum in campo aliquo, aut etiam in Cæmiterio per Episcopum deputato, non tamen benedicto, & consecrato sepelientur, idque absque funere Ecclesiastico, & officio, dummodo viri personaliter interdicti non fuerint, nec caulam interdicto dederint, argum. cap. si sententia, §. ceterum, vers. qui culpabiles, a contrario sensu, de sent. excommun. lib. 6. & faciunt quæ tradit glos. in clement. 1. in verbo, Cæmiterijs, de sepult. quam sequitur Hugolin. de cens. Eccl. tab. 5. cap. 9. §. 4.

20 Dubium octauum est, de personis morientibus tempore interdicti generalis, vel specialis, supposito, quod personæ culpabiles fuerint, aut specialiter interdictæ? Respondeo, si huiusmodi moriantur cum pœnitentia, potuerint, & debuerint in articulo mortis absolui per Sacerdotem, cum nulla censura in eo articulo reseruata sit, & consequenter in Ecclesia, aut Cæmiterio & loco sacro sepeliri poterunt; sin vero cum pœnitentia moriantur, vel etiam cum signis pœnitentiæ, sed sine absolutione Sacerdotali, tunc quidem si signa pœnitentiæ ostenderint, etiam post mortem absolui possunt, si tamen ante mortem absoluti non essent, non debent in Ecclesia sepeliri, sed extra, ex Syluestro in verbo, interdictum, 5. q. 8. vers. primum: sin autem signa pœnitentiæ non dederint, aut erat persona huiusmodi, de qua probabile sit, quod petijsset pœnitentiam, & absolutionem, & sic etiam post mortem absolui potest; aut erat talis vitæ, vt probabiliter credatur non petiturum pœnitentiam, & absolutionem, & sic extra locum sacrum sepeliendus erit, præsertim si constet eum impœnitentem fuisse, & obstinatum, & si esset interdictus propter contumaciam.

21 Dubium nonum est, An sepulti extra locum Sacrum tempore interdicti, relaxato postea interdicto ad locum sacrum transferendi sint? Respondeo, si in morte apparuerint signa pœnitentiæ, dummodo non fuerint culpabiles, exhumari possunt, & de nouo ad locum sacrum transferri, ibique sepeliri. Sic Innocent. in capit. tanta, de exceß. prælat. qui citat capit. cum illorum, de sentent. excom. idem tenet Host. in capit. tanta, & allegat capit. a nobis, 2. de sent. excomm. & glo. in Clemen. 1. in verbo eis, quibus, de sepult. quæ Innoc. & Host. citat idem docet Panorm. in cap. quod in te, num. 10. in fine, de pœnitent. & remiß. qui etiam ad hoc citat Innoc. & Ioann. Andr. consentiunt etiam Calderin. tract. de Eccles. interd. memb. 6. par. 2. num. 14. Palud. 4. dist. 18. quæstio. 8. in artic. 4. principali, §. quantum ad sextumdecimum, qui citat d. cap. cum illorum, de sentent. excommun. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. capit. 4. vltra medium. Angelica, in verbo, interdictum. 6. numero 33. Syluester loco citato, in dubio octauo. Tabiena, verbo, interdictum, 5. numero 12. §. vndecimo. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. capitulo 9. §. 4. & Summa Astensis, par. 2. libro 7. tit. 16. art. 3. in principio. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nu. 176. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. capitulo 44. §. 5. qui ait sic in praxi obseruari. Summa Corona, titu. de interdicto, numero 10. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto. numero 176. Hinc colligo tempore localis interdicti caute aduertendum esse, vt defuncti sine signis pœnitentiæ separatim sepeliantur ab illis, qui cum signis pœnitentiæ mortui sunt, quia hi vltimi tantum sunt postea ad loca sacra transferendi.

22 Dubium decimum est, An si quis contra interdictum Ecclesiæ tēpore interdicti sepultus sit intra Ecclesiā, vel Cæmiterium, & antequam inde extrahatur, tollatur, seu relaxetur interdictum, exhumandus sit, & alibi sepeliendus? Respondeo, si sic sepultus in Ecclesia, vel Cæmiterio esset interdictus, & non dedit signa pœnitentiæ, præsertim cum dare potuisset, exhumandus erit quam primum, si tamen cadauer eius ab alijs distingui poterit, argumen. capit. sacris, de sepult. talis enim non est dignus sepultura Ecclesiastica. Dixi, *Si cadauer eius ab alijs distingui possit*, aliàs exhumandus non erit, ne innocentes, & non præscit. ab Ecclesia simul cum nocentibus, & præcisis, Ecclesiastica sepultura priuentur; sin autem non interdictus sepultus sit in Ecclesia, aut Cæmiterio tempore localis interdicti, tunc Doctores communiter concedunt post relaxatum interdictum, non esse amplius exhumandum, quia tunc res ad eum statum deuenit a quo incipere potuit, capit. placet, de conuersat. coniug. & l. quia ad eum, ff. ad legem Aquil. ita glos. in Clemen. 1. in verbo, eis, quibus, de sepult. & citat. Innocent. & Hostiens. in capitulo finali, de exceß. prælat. & gloß. in capit. si culitas, in verbo, sepeliri, de sentent. excommunicat. lib. 6. & gloß. in capit. a nobis, 2. in verbo, forma seruetur, de sentent. excom. in antiq. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. in art. 4. princ. §. quantum ad sextum decimum, San. Anton. 3. part. tit. 17. de interdicto capit. 4. post medium. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 33. Syluester in verbo, interdictum, 5. q. 8. vers. primum. Tabiena, verbo, interdictum, 5. nu. 12. §. vndecimo, Nauar. in Man. ca. 27. nu. 176. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 44. §. 5. Hugol. tab. 5. c. 9. §. 4. & capit. 11. §. 1. num. 14. Quamuis enim ibi sepultus sit contra præceptum Ecclesiæ, multa tamen fieri prohibētur, quæ facta tenent, & maxime, quia cessante interdicto, cessare debet & prohibitio, argum. c. cum cessante, de appellat. & ita praxis obseruat, vt Henriquez vbi supra, notauit.

23 Dubium vndecimum est, An tempore interdicti licitum sit Clericis accipere mortuaria, siue funeralia, & alias oblationes etiam ab interdictis defunctis, & pro illis orare? Respondeo, si mortui sint cum signis pœnitentiæ posse, Sic Caldet. tract. de Eccles. interd. memb. 6. par. 2. Innoc. in c. tanta. de exceß. prælat. Palud. 4. d. 18. q. 9. in art. 4. principali, §. Quantum ad sextum decimū S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. c. 4. vltra medium Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 37. Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 12. §. vndecimo. Syluest. verbo, interdictū, 5. §. 8. vers. 7. Nau. in Man. c. 27. nu. 174. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. ca. 44. §. 5. Hugol. tab. 5. c. 15. §. 4. num. 2. & citant pro hoc capit. quicumque intra, 11. quæst. 3. At vero si pœnitentes non sint, nec pro eis orandum est, nec eorum mortuaria recipienda sunt, argum. cap. finali, distinct. 88. ex Palud. Anton. & Syluestro, cit. Ceterum Ioan. Andr. in Clem. 1. de sepul. non ita simpliciter hoc concedere audet, sed distinctione opus esse affirmat; Aut enim, inquit, Clerici ista accipiunt

piunt

piunt tempore interdicti pro sepultura de facto præstita contra interdictum, & sic illicite accipiunt, quia præsumuntur participes delictus. Imò etiamsi non ipsi clerici, sed alij contra voluntatem eorum sepelirent in loco sacro contra interdictum, adhuc clerici ista recipere non possunt, quia participare videntur in crimine; sin vero mortui sepeliantur extra ecclesiam, non violaretur interdictum, & sic clerici mortuaria licitè accipere possunt. Et quamuis hæc Ioannis Andr. opinio in foro iudiciali locum habere possit, in quo statur præsumptionibus, in foro tamen conscientiæ, vbi cessat omnis præsumptio, locum non habebit. Vnde dicendũ est, si quis tempore interdicti reclamantibus vere clericis in ecclesia sepeliatur, poterunt clerici absque vllo scrupulo mortuaria accipere; quia ex aliorum delicto non debent clerici deterioris conditionis fieri, cessante ex parte ipsorum omni dolo, & fraude.

Quid circa pulsationem campanarum tempore interdicti liceat, & quid ei, cui aditus in Ecclesiam interdic tur, prohibitum sit. Cap. IX.

S V M M A.

1 *Campanæ ad horas canonicas dicendas, vel ad missarum celebrationem interdicti tpe pulsari nõ possunt.*

2 *Campanæ clericorum ad horas canonicas notificandas, quamuis deinceps officia diuina non recitentur, pulsari nequeunt, secus autem de laicorum campanis dicendum est.*

3 *Campanarum loco alijs instrumentis, vt in triduo Paschæ fit, interdicti tempore pulsare non licet.*

4 *Campanæ pro sepultura clericorum quando pulsari poterunt tempore interdicti.*

5 *Campanæ ad salutationem Angelicam ter in die tempore interdicti pulsari possunt.*

6 *Campanæ pulsatio ad salutationem Angelicam vnde desumpta, & quinam huius institutores fuerint.*

7 *Campanæ in aduentu prælati, aut Principis non obstante interdicto, pulsari possunt.*

8 *Campanæ pro reliquiarum ostensione tempore interdicti an pulsari queant.*

9 *Campanæ tempore interdicti ad concionem, seu prædicationem pulsari possunt.*

10 *Campanas pro literarum Apostolicarum, aut aliarum publicarum scripturarum ostensione interdicti tempore pulsari poterunt.*

11 *Campana pro gestatione sacramenti Eucharistiæ ad infirmos interdicti tempore pulsari possunt.*

12 *Campanæ ad festi solennitatem populo significandam non obstante interdicto, pulsari valent.*

13 *Campanæ pro quacunque alia re, quæ ad officium diuinum, sepulturam, & similia non pertinent, interdicti tempore pulsari possunt.*

14 *Campanæ pro omnibus officiis diuinis, non obstante interdicto, in festiuitatibus commemorationis in* c. alma, mater, *pulsari possunt.*

15 *Ingressus in Ecclesiam cui prohibitus est, in ecclesiam, quando diuina officia non celebrantur, ingredi potest.*

16 *Excõicatus quare ecclesiam ingredi non prohibeatur.*

17 *Interdicto, ne ecclesiam ingrediatur, non solum in ecclesiam interdictam, sed etiam in non consecratam, tempore quo celebrantur officia diuina, ingredi prohibetur.*

18 *Interdictus, ne ecclesiã ingrediatur, in ecclesia diuina facere nequit, in festis concessis in* c. alma mater.

19 *Interdictus cui est ingressus in ecclesiam, Sacramenta in ecclesia ministrare nequit.*

20 *Interdictus, ne in ecclesiam ingrediatur, alteri diuina facienti in ecclesia neque vt clericus, neque vt laicus inseruire potest.*

21 *Interdictus cui est ingressus ecclesia, nec sacramenta sumere, nec orationes priuatas ibi tempore diuinorum facere potest.*

22 *Episcopus interdictus, ne in ecclesiam ingrediatur, missam extra ecclesiam celebrare potest.*

23 *Interdictum de non ingrediendo ecclesiam non ecclesiæ, sed personæ inhærere censetur.*

24 *Interdictus, ne in ecclesiam ingrediatur, si durãte interdicto moriatur, nisi pænituerit, neque in ecclesia neq; in cæmiterio sepeliri potest, & quæ huius rõ sit.*

25 *Interdictum de non ingrediendo ecclesiam in articulo mortis, per quemcunq; Sacerdotem, siue generale, siue personale fuerit, relaxari potest.*

26 *Interdictus, ne in ecclesiam ingrediatur, bonorũ, quæ ab ecclesia publice, aut priuatim fiunt, particeps est, & quænam huius sit ratio.*

27 *Indulgentiarum an, & quando capax sit is, cui ingressus in ecclesiam est prohibitus.*

28 *Indulgentiæ illis tantum prosunt, qui illud faciunt, pro quo indulgentiæ conceduntur.*

1 QVoad pulsationem campanarum, hæc communiter ab authoribus traduntur.

Primo enim certum est, non posse pulsari campanas ad horas canonicas dicendas, aut ad Missarum solennia celebranda, etiam si clausis ianuis, & voce submissa horæ recitentur, & Missa celebretur, vt colligitur ex c. alma mater, §. adijcimus, de sent. excõ. lib. 6. & DD. ibi. Cald. de eccl. interd. p. 1. §. sed numquid. S. Anto. 3. par. tit. 27. de interd. c. 4. prope finem. Panor. in c. quod in te. nu. 4. de pœnit. & remiss. Ioan. Andr. Dominic. Anchar. n. 6. Franc. in d. c. alma mater, Angelica, verbo, interdictum, 5. n. 7. §. sexto. Syluest. verbo interdictum, 5. q. 5. vers. primam, & sextam. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 5. §. quarto. Gonsal. à Villadiego, de irreg. c. 2. de interdicto. Nau. in Man. c. 27. nu. 177. Coua. in c. alma mater. par. 2. §. 4. num. 5. versic. decimo tertio, de sent. excom. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 46. §. 1. Hugol. de censur. eccles. tab. 5. cap. 8. §. 2. Id quod procedit primo, siue intra ecclesiam sint, siue extra eam, longeque ab ecclesia remotæ sint, alioquin fraus fieret, contra c. quanto, de priuileg. & cap. cum quid vna via, de reg. iur. lib. 6. Ratio est: quia earum pulsatio non ideo prohibita est, quod in Ecclesia sint, sed ne ipsæ ad officia diuina pulsentur, & ideo siue intra ecclesiam sint, siue extra, ad officia diuina notificanda pulsari prohibentur. Secundo eadem ratione per paruã campanulã pulsari debet, qua conuocari solent clerici ad horas dicendas. Tertio neq; licet Sacristæ cum signo campanulæ conuocare hunc, aut illum Sacerdotem ad missam celebrandã, tum quia prohibitum est pulsari campanas, c. quod in te, de pœnit. & remiss. tum quia fieri potest, vt à vicinis audiantur. Sic Calder. & alij vbi supra. Quarto procedit etiam in pulsatione campanæ tempore eleuationis Eucharistiæ, neque enim tempore interdicti pulsari potest campana in signum eleuationis SS. Corporis Christi in Missa, ex Couar. Hugolino, & alijs vbi supra.

2 Secundo, pulsari non possunt campanæ Clericorum, & Ecclesiarum pro singulis horis canonicis, vt pro Tertia, Sexta, Nona & huiusmodi notificandis,

quamuis deinceps officia diuina tunc non recitentur, quia præsumeretur factum in fraudem ad horas recitandas, & homines inde scandalum paterentur, ex Calderin. vbi suprà Anch. ran. in c. alma mater, nume. 6. de sent. excomm. l. b. 6. Hugolin. cit. Dixi *campanas Clericorum*, quia campanæ laicorum etiam ad horas istas notificandas pulsari possunt, ex S. Ant. & Tabiena locis proxime allatis: Imò vero si laici Clericorum campanas pulsarent sine consensu eorum ad istas horas notificandas, excusarentur Clerici cessante fraude & dolo, vt notant Io. de Deo, relatus ab Angelo ver. interdictum, 5. nu. 7. quem ipse sequitur, & Syluest. ver. interdictum. 5. nu. 7. q. 5. ver. sextum, vbi addit contra Cald. etiam Clericos posse pulsare suas campanas ad horas notificandas, quod dictum, vt verum sit, intelligi debet cessante omni dolo, & fraude, ad communem populi vtilitatem, qui in suis exercitijs regitur pulsu istarum campanarum, vt experientia testatur; Quæ sane opinio Syluestri mihi in foro conscientiæ videtur probabilior, cum sententia Calderini in præsumptione fundata sit. Syluestro consentiunt Nauar. in Manual. c. 27. num. 177. ver. duodecimo, in illis verbis (*aut notificandum horas*) Couar. vbi supra, & Hugolin. tab. 5. c. 8. §. 2. & significat Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 46. §. 1. in fine.

3 Dubium tamen est, An alijs instrumentis loco campanarum pulsare liceat, vt fit triduo ante Pascha; Henriquez vbi supra, videtur affirmare hoc esse licitum, dum velit strepitu lignei instri, vel tubæ reuocari posse ad officia. Rectius tamen docet Hugol. cit. id non licere, dummodo per ea tunc diuina facienda esse significentur laicis. Ratio est: quia censetur loco campanarum; sub rogatum autem eius naturam sumit, in cuius locum subrogatur, arg. l. si eum, §. qui iniuriarû. & ibi. no. Iaf. ac DD. ff. si quis caut. & idē docet Couar. in d. c. alma mater, par. 2. §. 4. nu. 5. versi. decimo. tertio, in verbo, *Cymbalorum*. de sen. excom. lib. 6. ideo autem mentio campanarum solum fit, quia hæc sunt communia instrumenta, quæ de more ad diuina pulsantur. qua etiam de causa Toletus lib. 5. cap. 10. docet nec organa pulsari posse.

4 Tertio, Pulsari non possunt campanæ pro sepultura clericorum, nisi in festiuitatibus illis, de quibus infra dicetur. Sic S. Ant. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. vltra medium. Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 31. Tabiena verbo, interdictum, 5. num. 12. §. vndecimo. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 44. §. 4. & colligitur ex c. quod in te, de pœnit. & remiss. Quod enim ibi dicitur, *cum silentio*, non est intelligendum de silentio officij funeralis, quia cum conceditur, quod maius est, scilicet dicere Missam, & horas submisse, etiam & officium funerale concedi censetur, vt authores citati, Anton. Ang. Tabiena, Henriquez, & alij notarunt, sed de silentio campanarum satis.

5 Quarto, Pulsari possunt campanæ omnes ter in die ad salutationem Angelicam, cuius meminit glo. in verbo, Zabazala, in clem. 1. de Iudæis. ita Cald. vbi supra, nu. 97. S. Anton. 3. par. ti. 27. de interd. ca. 4. ante finem. Angelica, verbo, interdictum, 5. num. 7. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 5. versi. sextum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 5. §. quarto. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 177. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. ca. 46. §. 1. Couar. in c. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. versi. decimo tertio, qui alios refert, de sent. excom. lib. 6. Toletus. lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 20. Ratio est: quia salutatio illa gloriosæ Virginis, nec officium diuinum est, nec officio diuino, aut ordini annexa. Vbi obiter ad-

6 uertendum est ex Henriquez lib. 13. cap. 12. §. 4. hunc morem pulsandi ter ad precem Angelicam sumi ex *Psal. 54. vespere, mane, & meridie narrabo*. Theodoricus autem Archiepiscopus Coloniensis, censetur esse primus, qui instituit, vt mane recitaretur; Et Gagninus in vita Ludouici XI. Regis Galliæ refert, quod hic Rex instituit, recitari in meridie, quod confirmauit Calixtus Papa III. vt refert Platina in vita eius. Et Ioannes Papa XXI. qui vocari solet XXII. instituit dici vespere in memoriam incarnationis. Refert autem Christophorus Verucchinus Capucinus in Compendio suarum Meditationum, in fine meditationis decimæ septimæ, quæ est de incarnatione Christi, Patres Capucinos ex institutione S. Bonauenturæ, bis in die, videlicet, vespere, & mane, ad salutationem Angelicam campanas pulsare; vespere, quidem, in memoriam salutationis Angelicæ, quandoquidem creditur B. Virginem tunc temporis ab Angelo salutatam fuisse: Mane autem, eo quod circa illud tempus à B. V. recessisse Angelus Gabriel creditur. Huius etiam pulsationis campanarum mentionem faciunt Panor. seu potius Ant. de But. in cap. 1. nu. 2. de off. custod. inter opera ipsius Panor. & Sandoual. de offic. eccl. par. 2. c. 4.

7 Quinto Pulsari possunt campanæ in aduentu Prælati Ecclesiastici, necnon in aduentu Principis sæcularis, aut alterius insignis personæ, ex S. Ant. Tabiena, & Henriquez locis citatis, & Syluestro verbo interdictum, 5. q. 5. ver. sextum.

8 Sexto, Pulsari etiam possunt pro ostensione reliquiarum, ex S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. ante finem Tabiena verbo. interd. um, 6. §. Quinto. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 177. Henriquez lib. 13. ca. 46. §. 1. post Cald. de Eccl. interd. in mb. 6. num. 96.

9 Septimo, Pulsari possunt campanæ ad prædicationem verbi Dei, ex S. Ant. Tab. Syluest. Nau. Henriq. cit. Couar. in d. cap. alma mater, par. 2. §. 4. nu. 5. ver. decimo tertio, de sent. excom. lib. 6. Ratio est: quia prædicatio licita est tempore interdicti, & non est officium diuinum, vt supra diximus.

10 Octauo, Pulsari possunt pro ostensione litterarum Apostolicarum, vel etiam aliarum litterarum publicatarum, ex S. Ant. & Sebast. vbi supra.

11 Nono, Pulsari possunt pro gestatione Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos, sic S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 4. circa med. Angelica, verb. interd. 6. nu. 21. Tabie. ver. interdi. 5. §. septimo, Nau. in Man. c. 27. nu. 179. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 45. §. 2.

12 Decimo, Pulsari possunt pro festo ad significandum populo festi solennitatem, Ang. ver. interdictum, 5. n. 7.

13 Vndecimo, Pulsari possunt pro quacunque alia re; quæ non pertinet ad officium Diuinum, sepulturam, & similia, ex Ang. verbo, interdictum, 5. nu. 7. Tabiena, ver. interdictum. 6. §. quarto. Nau. in Man. c. 27. n. 177. Cou. in d. c. alma mater, cit. Henriq. li. 13. c. 46. §. 1.

14 Duodecimo, Pulsari possunt campanæ etiam pro omnibus officijs diuinis, sepultura, & huiusmodi in festiuitatib. illis, de quib. habet in c. alma mater, Plura de hac pulsatione campanarum videri possunt apud Ant. de But. in d. c. 1. de off. custodis. vbi ait. campanâ dici à Campania, vbi primo vsus eius fuit inuentus. Et de pulsatione campanæ hactenus. Quoad cum vero, cui ingressus in Ecclesiam interdictus est, hæc traduntur.

15 Primo enim talis in ecclesiam ingredi prohibetur, vt ipsorum verborum propria significatio denotare videtur, & docent Ioan. Cald. de interd. Eccl. memb. 2. ver. sed quæritur. Pan. in cap. cum ecclesia, nu. 5. de immu. eccl. Pen. Fulcus lib. 2. de vísit. & regi. eccl. cap. 32. nu. 7. & Hug. de cens. eccl. tab. 5. c. 16. §. 1. & colligitur ex c. is, cui, de sent. excom. lib. 6. vbi ei, cui ingressus ecclesiæ interdictus est, per consequens interdicta est celebratio Diuinorum in ecclesia. Vnde Pan. vbi sup. argumentatur in prim̃s, & antecedens, simpliciter aditum ei prohibitum esse. At vero alij, vt Innoc. in ca. sacro, ver. ingressum, de sent. exc. & Anc. & Gemi. in d. ca. is, cui, de sent. exc. lib. 6. Nau. in Man. c. 27. nu. 170. & Couar.

in

in cap.alma mater,part. 2.§.1.nu.3.ver.poterit tamen de sent.excommun.lib.6.& Alphons. Viuald. tit.de interdicto, numero 153. & Sebast.Medices vbi supra, quæstion. 9. talem in Ecclesiam ingredi posse, & orare, quando diuina non aguntur,existimant, ea ratione persuasi, quod excommunicatus in Ecclesia esse possit, ex glos.in capit.studet,1.quæst.1. Quæ tamen ratio parum valet, quia responderi potest, vt respondet Hugolinus vbi supra, ideo excommunicatum ingredi posse Ecclesiam, eo quod per excommunicationem solo consortio fidelium priuatus sit,non autem communione parti-
16 tum; cui autem interdicitur aditus in Ecclesiam, illi speciatim prohibetur ingressus in eam. Quamuis igitur si verborum significationem in suo rigore consideremus, opinio prima vera esse videatur, quia tamen rigor iuris nonnunquam temperandus est,& odia, quantum fieri potest, restringenda sunt, hanc secundam sententiam æquitati magis conformem esse puto, immo accedente fere communi Doctorum consensu, vt Ianus lib.4.capit.7.§. Decimusoctauus modus, diximus hanc etiam ipsi iuri magis consonam esse existimo, ità vt iura quæ ingressum in Ecclesiam prohibere videantur, intelligi debeant de ingressu publico, & tempore celebrationis,vt eo in loco expossuimus. Siue igitur hoc interdictum ab homine, siue à iure latum sit (nam de vtroque agitur in d.capit.is,cui,ex glo.ibi,in verbo, interdictus.& Ancharan.ibi.) in Ecclesiam modo exposito ingredi nequit. Quod procedit, quocumque sic interdictus proficiscatur, quia interdictum personæ inhæret,& Ecclesia vbique vna est, licet varijs in locis sita sit. ex glos.in capit.si quis presbyter,7.quæst. 1. & Anton. de But.in capit.2.numero 3.de offic.delegat.lib.6. Proce-
17 dit etiam in Ecclesia interdicta,cum enim hæc Ecclesiæ immunitatem retineat,vt notat Panorm.in cap.penult. num.8.de immunit. Eccles.nec in eam sic interdictus ingredi valet,sicut neque in Ecclesiam non consecratam, dum diuina officia celebrantur, ingredi poterit, dummodo auctoritate Episcopi fuerit erecta, cum & hæc immunitate Ecclesiæ consecratæ gaudeat, vt habetur in capit.pen. & ibi Panorm. de immunit. Eccles.& glo.in capit. finali, in verbo, non consecrata, de consecr. Eccl. vel altar. Calder. de Eccles.interd.memb.2. Anchar.& Gemin.in d.cap.is cui.
18 Secundo, Talis neque in Ecclesia diuina facere potest, vt colligitur ex d.cap.is cui, de sent.excommun. lib. 6.& DD.& glo.in cap.2.in verbo, interdictum, de censib.libro 6. Innoc.in capit. sacro, nu.2.in verbo, ingressum, de sent. excom.in antiq.& Panorm.in cap.cum dilectus,num.20.de consuetud. Immo verò neque in festis illis diebus,qui habentur in cap.alma mater. §. in festiuitatibus,de sent.excommun.lib.6.diuina facere potest; quamuis enim tunc interdictis permissum sit, vt Diuinis intersint,non tamen vt Diuina faciant, eis concessum est.
19 Tertio, Non potest Sacramenta in Ecclesia ministrare ob rationes allatas,vt expresse docent Innoc.in d.ca. sacro,nu.2.& Hugol.tab.5.c.16.§.2.num.3.
20 Quarto, Alteri Diuina facienti sic interdictus in Ecclesia inseruire non potest, non modo vt Clericus, sed neque vt laicus, cum ei ingressus in Ecclesiam, vt diximus,prohibitus sit,ex Philip.Franco,in d.ca.is cui, Immo vero, etiamsi Sacerdos extra Ecclesiam sacra faceret,sic interdictus in Ecclesia illi inseruire non posset, vt cantando Epistolam,aut Euangelium,vt Subdiaconus, aut Diaconus,ob rationes allatas. Sic Calderin.cit.& Anchar. in d.capit.is cui, num. 1.ver. ad idem, & Gemin.in initio,nu.8. Sed neque si Sacerdos intra Ecclesiā Missam faceret, interdictus iste extra Ecclesiam seruire potest,legendo Epistolam,vel Euangelium, vt authores citati docent,& sequitur Hugol.tab.5.capit.16.§.2. nu.2.quia huiusmodi functiones accessoriæ cum sint,na-turam sui principalis sequuntur,argum.c.accessorium, de reg.iur.lib.6.
21 Quinto, Sic interdictus nec interesse Diuinis in Ecclesia,dum ab alijs fiunt, nec ibi Sacramenta recipere, nec priuatas orationes tempore quo celebrantur diuina,in ea facere potest. Ratio est:quia ei ingressus in Ecclesiam prohibitus est,arg.cap.is,cui, de sent. excomm. lib.6.& expresse docent Innoc.in d.cap.sacro, num. 2. de sentent.excommunic. Fel.in cap.a nobis,num.6. de except. Couar.in d.capit.alma mater.par.2.§.1.num.5. vers.poterit tamen.de sentent.excomun.lib.6. Alphonsus Viualdus tit.de interdicto.nu. 152.Hugolin. tab.5. cap.16.§.3.nu.1. Dixi, *in Ecclesia*, quia extra Ecclesiam omnia,vt prius, facere potest, & consequenter Episcopus sic interdictus,quia priuilegium hoc habet, vt extra
22 Ecclesiam Missam celebrare possit, vt in ca.fina.de priuileg.lib.6.habetur,(& idem de alijs, qui simile priuilegium habent, dicendum est:)extra Ecclesiam Missæ Sacrum facere poterit; immo etiam & in priuatis oratorijs, vt docent Calder.in cita.Gemin.in d.cap. is cui,§. finali,numero 5.& Anchar.ibi,& glos. ibidem, in verbo,in ea.de sentent.excommunicat.libro sexto. Item in Cæmiterio Ecclesiæ,& hoc etiam, si cæmiterium illud Ecclesiæ contiguum esset,ex glo.in d.cap.is, cui,in verbo, Cæmiterium,& ibidem Franc. in glos. in verbo, in ea. Ratio est;quia limitata causa limitatum producit effectum,argum.l.in agris,ff.de acquir.rer.domin. At vero hoc interdicto solum prohibetur hæc facere in Ec-
23 clesia;& quia interdictum hoc personæ inhæret,non autem Ecclesiæ, vnde extra Ecclesiam & diuina facere, & facienti inseruire, & diuinis interesse, & etiam Sacramenta sic interdictus administrare potest,ex glos.in ca. is,cui,in verbo,in ea. Anchar. ibi,num.1.& Gemin. nu. 4.& Franc.de sentent.excommunic.lib.6. Panorm.in cap.cum dilectus,num.20.de consuetud. Anton.de Butrio,in cap.2.num.3.de offic.deleg. Nauar.in Manuali, c.27.nu.170.Couar.in ca.alma mater,par.2.§.1. num. 3.vers.sub hac vero definitione,de sent.excommunicat. lib.6.quos refert, ac sequitur Hugolin.tab.5.capit.16. §.3.num.2.
24 Sexto,sic interdictus,si durante interdicto moriatur, neque in Ecclesia, neque in Cæmiterio sepeliri potest, nisi pœnituerit,vt expresse habetur in capit. is, cui, de sentent.excommunic.lib.6.& DD.ibi,vt Franc.& alij, & Innoc.in c.sacro,nu.2.de sent.excom.in antiq. Hugo lin.tab.5.capit.16.§. 4. numero 1. Dixi, *nisi pœnituerit*, tunc enim in loco sacro sepeliri poterit,vt in d. capit.is, cui,habetur.Ioan.Andr.& Philip. Franc.ibi & Couar. in c.alma mater.par.2.§.1.nu.3.de sentent. excom.lib. 6.Non tamen inter se consentiunt Doctores in ratione assignanda huius dicti. Nonnulli enim, vt Ioan.Bernard. Diaz in prac.criminali,capit.121.in fine,id licere putant, quia omnis pœna delicti morte finitur. Quæ tamen ratio,vt docte notauit Couar.cit.parum valet, eo quod etiam in foro sæculari propter delictum nonnumquam etiam post mortem procedi solet in pœnis; vt quā do cadauer comburitur, aut inhumatum relinquitur, aut secatur in partes,&c. immo & in foro Ecclesiastico sæpe etiam in pœnam delicti negatur sepultura, vt San. Gregorius in Dialogis testatur sefecisse cuidam monacho proprietario, & ita etiam videmus aliquando Ecclesiam facere solere: & facit pro hac re capit.cum ad monasterium,§.1.de statu regular.& capit.quamquam, de vsur. lib. 6. & latius probat Couar. lib. 1.var.resol. capit. 1.num. 11. vnde hac ratione reiecta, Couarr. vbi supra, hanc assignat: Quia vbi interdictum hoc latum sit in contumaciam, nisi pœnituerit, ecclesia eum sepultura Ecclesiastica priuare censetur; vbi vere latum sit in pœnam delicti commissi, & remissi, non videtur esse mens Ecclesiæ in pœnam delicti post mortem priuare sepultura: sed hac mente Ecclesiæ, non-

certò

certò nobis cõstat, cum præsertim, vt diximus, in locali interdicto Ecclesia etiam post mortẽ priuet sepultura. Hæc ergo ratio satis probabilis assignari potest, quia etiam quando interdictum fertur in pœnam delicti, ita respicit ipsam pœnam, vt tamen pœna subordinetur culpæ vnde hoc ipso, quod in morte dantur signa pœnitentiæ, præsumitur cessare culpa, & consequenter etiam censetur cessare pena. Habet autem hoc potius locum in morte, quã in vita, quia in vita semper haberi potest remedium absolutionis: vt autem de pœnitentia innotescat Ecclesiæ, recurrendum ad eam est pro absolutione: si vero interdictum sit latum propter contumaciam, & in morte appareuerint signa penitentiæ, etiam in loco, sacro sepeliri poterit. Ratio est: quia hoc ipso, quod præbentur signa penitentiæ, cessatur à contumacia; sin verò quis moriatur sine penitentia, aut signis penitentiæ tunc quidem in loco sacro sepeliri non potest, vt colligitur ex d. cap. is, cui, de sentent. excommunic. lib. 6. quia eo ipso, quod in morte non dat signa pœnitentiæ, præsumitur obstinatus in sua contumacia. Addit autem Ioan. Andr. in d. cap. is, cui, de sentent. excommunic. libro 6.
25 hoc interdictum in articulo mortis, per quemcumque Sacerdotem relaxari posse, & est communis DD. opinio. Quod idem dicendum est de omni interdicto personali, vt ex dictis manifestum est.

26 Septimo, Sic interdictus bonorum, quæ ab ecclesia publice, aut priuatim fiunt, particeps est, sic Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 1. num. 4. de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de censur. Eccl. tab. 5. cap. 16. §. 4. nu. 2. Ratio est: quia, vt diximus, hic Ecclesiæ communione non priuatur, sed solum, ne Sacramenta sumat, Diuinis, dum fiunt, intersit, aut Clericus sit, ne illa faciat in Ecclesia, prohibetur; vnde pro interdictis etiam sic mortuis (dummodo penitentes fuerint) & oblationes recipere, & pro eis orare possumus, vt docet Innocent. in capit. finali, de excess. prælat. & latius à nobis in fine capitis præcedentis ostensum est.

27 Dubium solum est, An sic interdictus capax sit indulgentiarum? Huic respondet Hugolin. vbi supra, cum distinctione, si enim specialiter interdictus sit ob contumaciam, à qua non discessit, sic capax esse non potest; sin vero ob pœnam interdictum latum sit, si ea facere possit, quæ forma indulgentiarum requirit; sic eas consequi valet, aliàs non potest; vnde, si ad indulgentiam consequendam requirantur peccatorum confessio, & eucharistiæ susceptio, tunc quia hic in Ecclesiam ingredi nequit, nec Sacramenta sumere valet, indulgentias lucrari nequit; quandoquidem, vt communiter tradunt DD. quos sequitur Felin. in ferm. de indulgentia plenaria, num. 15. indulgentiæ illis tantum prosunt, qui faciunt illud, pro quo indulgentiæ conceduntur, & de his hactenus.

De Subiecto, ac Ministro interdicti. Cap. X.

SVMMA.

1 *Interdicere potest, quicumque excommunicare, & suspendere valet, & e conuerso.*
2 *Interdici passiue aliquid duobus modis potest.*
3 *Interdici non omnis homo, sed solus Christianus potest.*
4 *Interdici Christianus omnis, etiam innocens valet.*
5 *Interditi à iure, vel ab homine Papa nequit, & quare.*
6 *Amentes à natiuitate, & pueri vsum rationis non habentes, sub interdicto generali personali non comprehenduntur, & quæ vera huius rei ratio sit.*
7 *Interditi possunt non solum personæ singulares, sed etiam Vniuersitates, Collegia, & Capitula.*
8 *Priuilegium à Papa habens, ne interdici, aut excommunicari possit, à sententijs excommunicationis, aut interdicti Ordinarij sui non eximitur, nisi Rex sit, vel Regina, vel Regum filius, aut Religiosus ex eo ordine, & loco, cui priuilegium hoc concessum est.*
9 *Conuentus; & loca pia per Sedem Apostolicam à iurisdictione Ordinariorum exempta sub interdictis Ordinariorum non continentur.*
10 *Interdici directe, aut indirecte quidnam sit.*
11 *Ordinarij locorum, quibusnam in casibus per Concilii Trid. contra religiosos exemptos, non obstãtibus suis priuilegijs, procedere possint.*
12 *Exemptus à Papæ potestate, ne ab eo interdici possit nec in singulari, nec in communi aliquis esse potest, & quare.*
13 *Interdicere quilibet potest personas sibi subditas, qui in eas iurisdictionem spiritualem fori exterioris habet.*
14 *Papa qualibet loca, & quascumque personas totius orbis Christiani interdicere potest.*
15 *Legatus, & Nuncius Apostolicus quæ loca & personas interdicere queat.*
16 *Delegatus Papæ, aut alterius quosnam interdicere poterit.*
17 *Subrogatus tantum aliquando potest, quantum delegatus.*
18 *Episcopus electus, & confirmatus, quamuis non consecratus loca, & personas suæ diæcesis interdicere potest.*
19 *Episcopus, an Clericos, & Ecclesiam, sine consensu capituli interdicere possit.*
20 *Episcopos iurisdictionalia contra Capitulum ex consuetudine præscribere potest.*
21 *Prælati inferiores Episcopis iurisdictionem ordinariam fori exterioris habentes sibi subditos interdicere possunt.*
22 *Generalis religionis, & superiores monasteriorum sibi subditos interdicere possunt.*
23 *Capitulum an, & quibus in casibus interdictum valide ferre possit.*
24 *Concilium Generale, vel Prouinciale interdicti sententiam valide ferre potest.*
25 *Canonici quinam, & quibus in casibus interdictum ferre possint.*
26 *Femina quamuis Abbatissa, vel Priorissa sit, Ecclesias tamen, aut Clericos monasterio subiectos interdicere nequit, & quare.*
27 *Iurisdictio spiritualis de facto, & de iure communi Clericalem ordinem supponit.*

1 Communis est DD. sententia, quod quicumq; excommunicare potest, etiam suspendere & interdicere potest, & è conuerso; & similiter qui excommunicari potest, & etiam suspendi, & interdici poterit, & è conuerso, hæc enim tria sub censura ecclesiastica continentur, in e. quærenti, de verbor. signific. sic Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. ante finem. Angelica, verbo, interdictum, 3. in princ. Syluest. verbo, interdictum, 3. nu. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nu. 5. §. secundo. Nauar. in Man. ca. 27. nu. 168. Hugol. de censur. Eccles. tab. 5. c. 1. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 50. §. 1. & Sebast. Medices, par. 2. Summæ, tit. 9. q. 7. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 19. qui omnes docent, eos, qui excõmunicare aut excõmunicari possunt, etiam interdicere, & interdici posse.

2 Quoad

2 Quoad subiectum verò, seu personam, quæ interdicitur, aduertendum ante omnia est, aliquid passiuè interdici posse duobus modis; vno modo, vt interdici, sit solum priuari officijs diuinis, & alijs prohibitis in interdicto, & hoc modo latè accepto interdicti vocabulo, nõ solum homines, sed etiam res inanimatæ, vt sunt loca, interdici possunt, idest, officijs diuinis priuari possunt; alio modo, vt interdici, sit passiuè a sacri ipsa censura interdicti, & obligari ad eam sententiam seruandam, & pœnam irregularitatis, si non obstante interdicto, diuina celebrentur, & hoc modo solæ personæ capaces sunt interdicti passiuè: & hoc etiam duobus modis, vno modo in seipsis, vt in interdicto personali contingit, & sic quocumque vadunt, ferunt secum suum interdictum, & vbicumque celebrant, irregulares efficiuntur: alio modo in ordine ad locum, vt in interdicto locali fit, & sic solum obligantur ad obseruandum interdictum in illo loco, vnde extra illum locum sine vllo peccato, aut irregularitate diuina celebrare possunt. Et quia ex his, quæ de excommunicationis subiecto libro primo, capit. 8. diximus, ea omnia, quæ ad interdictum pertinent, facile intelligi possunt, hoc in loco materiam hanc paucis tantum explicare necessum erit.

3 Primò igitur non omnis homo capax est interdicti, sed solus Christianus. Ratio est, quia infideles neque Ecclesiæ, neque eius canonibus, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis subiecti sunt, argum. ca. multi. 2. q. 1. & cap. gaudemus, de diuor. Qui enim foris sunt, nihil ad nos, 1. Corint. 5. & Conc. Trident. sess. 14. de sacramen. Pœnitentiæ, c. 2.

4 Secundò omnis Christianus, etiam innocens interdici potest, argum. cap. si sententia, de sent. excom. lib. 6. Sotus 4. distin. 22. q. 3. art. 1. conncl. 3. ad 1. & 2. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 168. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 1. num. 4. de sentent. excom. lib. 6. & lib. 2. var. resol. cap. 8. nu. 10. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. ca. 50. §. 1. Quamuis enim vt infra dicemus, interdictum ferri non possit nisi propter delictum, non tamen necessario requiritur delictum in eo, qui interdicitur, sed vel in illo, vel in alio, vnde & vnus, & multi possunt pro alio interdici; vt enim communis DD. sententia tenet, propter vnius culpam, nempe illius, quidn minus, aut rector est loci, seu ciuitatis interdici potest ciuitas, aut locus, & ob Regis delictum totum Regnũ, vel etiam plura Regna interdici possunt, vt colligitur ex c. non est vobis, de sponsal. & d. cap. si sententia, & latius cap. seq. dicetur.

5 Tertiò, certum est Papam non subiacere interdictis a iure latis: lex enim legislatorem, aut supremum Principem non obligat, quantum ad vim coactiuam, & pat tem pœnalem, sed solùm quantum ad vim suam directiuam, censuræ autem ad coactiuam pertinent, & est communis doctrina omnium in materia de legibus, &c.

6 Quartò, dubium est de amentibus à natiuitate, & de pueris nondum habentibus vsum rationis, nec perfectum, nec imperfectum, vt sunt verbi gratia, ante quinquennium, & vt plurimum ante septennium, An istæ de facto contineantur sub generali interdicto personali sui populi, & an de possibili capaces sint huius pœnæ? Et quidem Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 168. in fine, putat istos non solum esse capaces, sed de facto sub sententia generalis interdicti populi comprehendi: quod probat, quia interdictum ligat etiam innocentes, isti autem non videntur aliunde excusari posse, quam ex innocentia. Alij tamen, vt Angelica, verbo, interdictum, 1. numero 5. & Ioannes de Deo ab eo relatus, & Syluest. verbo, interdictum, 2. §. 17. num. 18. Rosella, verbo, interdictum, 1. num. 8. Couar. in capit. alma mater, part. 2. §. 4. num. 5. vers. duodecimo, de sentent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 42. §. 3. docent hos de facto sub huiusmodi interdicto non comprehendi: de possibili verò nihil dicunt. Mihi autem valde probabile videtur etiã de possibili istos pœnæ huius non esse capaces, non quidem ex eo capite, quia sunt innocentes, sed ex alio capite, quia cum isti rationis, & doli capaces non sint, consequenter neque præcepti, aut prohibitionis, ergo consequenter videtur dicendum eos capaces non esse pœnæ additæ ad præcepta; sicut nec in foro sæculari pœnas legum ciuilium incurrunt. Adde, quod hoc ipsum, quod est officijs diuinis interesse, in huiusmodi personis non est actus humanus, ergo nec præmij, nec pœnæ capaces sunt, iuxta ea, quæ diximus cap. 4. §. 3. dub. 3.

7 Quintò, non solum singulares personæ, sed etiam communitates, & collegia, capitula, conuentus, vniuersitates, & totus populus interdici possunt, immo propriè magis interdicuntur istæ vniuersitates, & communitates, quam singulares personæ, & in hoc multum differt interdictum ab excommunicatione, cum vniuersitas in communi, ex communiori DD. sententia, excommunicari non possit, capit. Romana, §. in vniuersitatem, & cap. si sententia, de sentent. excommun. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 2. principali, in quæstiuncula 2. artic. 3. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 25. §. 4. & cap. 50. §. 1. & alij multi.

8 Sextò, personæ singulares priuilegiatæ per Sedem Apostolicam, ne excommunicari, aut interdici possint, non intelliguntur exemptæ à sententijs Ordinariorum, sed possunt non obstante tali priuilegio ab eis interdici, & excommunicari, nisi sint Reges, vel Reginæ, aut eorum filij, capit. ne aliqui, de priuileg. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. & Anchar. Item S. Anton. 3. par. tit. 25. capit. 75. in fine. Syluester in verbo, interdictum, 3. quæst. 4. vers. secundum. Marcus Antonius Cucchius lib. 4. Institut. iur. Canon. tit. 12. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 193. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 24. §. 5. Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 2. §. 12. num. 5. & hoc etiam si essent personæ Religiosæ, vt in d. cap. ne aliqui. habetur, intelligendo de priuilegio personali, idest, ratione personæ, non autem ordinis, seu religionis, est glo. in d. cap. ne aliqui, in verbo, Religione, de priuileg. lib. 6. Vnde religiosus aliquis priuilegium habens ne excommunicari, aut interdici possit, non obstante tali priuilegio suæ personę concesso, ab ordinario interdici, & excommunicari potest; secus autem, quando priuilegium conceditur ratione loci religiosi, v. g. monasterij, aut ordinis, quale priuilegium habent religiosi Mendicantes, vt ordo Prædicatorum, Minorum, Societatis Iesu, ne excommunicari possint, aut alia censura ferri ab ordinarijs, aut legato, nisi super hoc specialem licentiam, & auctoritatem Papę habeant, quæ faceret mentionem de ipso ordine, adeò vt si ferrent sententias contra eosdem, irritæ essent, & inanes. & idem de ordine S. Benedicti dicendum est de priuilegio Eugenij IIII. incipiente, Etsi ex debito, anno Domini 1434. Kalen. Martij, de qua re vide San. Anton. 3. par. cit. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 24. §. 2. lib. 13. cap. 24. §. 1. & Compend. priuileg. ordin. Minorum, in verbo, exemptio, vbi latè de hac re agitur.

9 Septimò, conuentus, & omnia loca pia per Sedem Apostolicam exempta à iurisdictione ordinariorum, & religiosi omnes eodem modo exempti ratione religionis, non autem personę, non continentur sub interdictis ordinariorum, quia per hanc exemptionem omninò à iurisdictione ordinariorum subtrahuntur. Quod intantum est verum, vt non solum ipsi, & eorum loca directè, sed neque indirectè interdici possint. capit. quantum, de priuileg. & fauet Syluester vbi supra, versic. primum.

10 Directè autem interdici; est ipsosmet interdicere; vel

vel eorum loca; Indirectè est interdicere alios ratione ipsorum, vt v. g. interdicere eos, qui eorum Ecclesias frequentant, qui cum illis negociantur, qui ab illis emunt, aut qui eis vendunt; qui molunt eis frumentũ, qui eis panem coquunt, &c. vt in d. capit. quanto. habetur. In tantum autem non possunt huiusmodi personas interdicere directè, vt si de facto interdicant, sententia est nulla, arg. cap. si ducibus. de appellat. capit. cum dilectus, de relig. domib. et Clemen. frequens, de excess. prælat.

11 Excipiuntur tamen casus, in quibus Concilium Tridentinum, non obstantibus suis priuilegijs, dat Ordinarijs potestatem, vt tanquam delegati, vel legati Sedis Apostolicæ, contra quoscumque etiam religiosos exemptos procedere possint, vt Sess. 5. capit. 2. & Sess. 24. de reform. ca. 4. vbi prohibetur Regularis prædicare absque Episcopi approbatione, & sess. 6. de reformat. capit. 3. degens extra monasterium, si delinquat, ab ordinario puniri potest. & Sess. septima, de reformat. cap. 7. 14. & 15. confirmat Clem. quia contingit. de relig. domib. vbi etiam exempti quibusdam casibus coram ordinarijs locorum conueniri possunt. Nauarrus in Manuali, ca. 25. nu. 13. & Henriquez lib. 13. de indulg. ca. 24. §. 2. in annot. littera O, vbi alia multa loca Concilij citat.

12 Octauò, quicumque quomodolibet exempti siue in singulari ratione personæ, siue in communi ratione loci, aut ordinis, & quocumque quamuis amplissimo priuilegio suffulti, ne possint interdici, non eximuntur à iurisdictione Papæ, quo minus ab eo interdici possint. Nam sicut à Dei potestate neminem Romanus Pontifex eximere potest, ita nec à se, qui ipsius Dei personam in terris gerit, vt habetur in capit. 2. de translat. prælat. vt docent Ioann. Andr. quem refert, ac sequitur Panormit. in capit. cum instantia, num. 6. de censibus. & Rebuff. in praxi benefic. versic. seu si venerabili fratri, form. nou. prouis. declarat. Hugol. tab. 1. ca. 2. §. 12. num. 11. & Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 25. §. 5. in annot. littera G. Sed neque immunes sunt ab interdictis latis in Bulla cenæ Domini, vt habetur expresse in istis nouissimis Bullis Cenæ Domini ante finem. Et de subiecto interdicti hactenus.

13 Quoad ministrum autem interdicti.

Primo, Communis regula est DD. omnem Prælatum, & iudicem habentem iurisdictionem fori exterioris spiritualem, siue Ecclesiasticam, siue ordinariam, siue delegatam, interdicere posse eas personas, & ea loca, in quibus iurisdictionem habet. capit. cum inter. de consuetud. cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. 2. Et denique, qui ordinaria potestate excommunicare potest, hic etiam interdicere potest, eamque facultatem vni Clerico aliqua censura non impedito delegare, vt authores initio huius capitis allati testantur, & Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. capit. 51. §. 1. & Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, nu. 124.

14 Secundo, Papa interdicere potest quascumque personas, & quæcumque loca, etiam totum orbem Christianum, si causa id postulet, cum iurisdictionem fori exterioris in omnes personas, & omnia loca habeat, arg. cap. tanta, de excess. prælat. Palud. 4. distin. 18. quæstio. 8. in art. 4. principali, §. quantum ad quintum. Syluest. in verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nu. 3. §. 2. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 51. §. 1. Alphonsus Viualdus vbi supra, num. 125.

15 Tertio, Legatus, & Nuncius Sedis Apostolicæ interdicere potest. cap. nouit. de offic. legat. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad quintum. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. ca. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nu. 3. §. secundo. Henriquez loco cit. §. 1. vers. tertio. Alphons. Viuald. vbi supra, num. 126. quod intelligitur in personas, & loca tantum suæ legationis, & hoc non solum, si in litteris suæ commissionis id exprimatur, seu addatur clausula hæc, *contradictores per censuram Ecclesiasticam compellendo, seu compescendo*, arg. ca. quærenti. de verb. signif. sed etiam simpliciter Legatus constituatur, nec apponatur talis clausula, ex S. Anton. Tabiena, Henriquez vbi supra. & fauet Viuald. nu. 127. qui cum hoc concedat de subdelegato, à fortiori idem de Legato concedere debet.

16 Quartò, Delegatus eiusdem Sedis Apostolicæ, ca. Sane, 2. de offic. deleg. potest interdicere personas, & loca, quarum, seu quorum causa ei delegata est, necnon & alias personas, ex quibus causæ cognitio pendet. S. Anton. Palud. Tabiena, Alphons. Viuald. locis proximè citatis. Et pari modo delegati aliorum Prælatorum idem possunt iuxta terminos suæ delegationis.

17 Quinto, Subdelegatus, idest, delegatus à delegato potest etiam interdicere. cap. ex litteris. de offic. deleg. S. Anton. & Tabiena, vbi supra, & Alphon. Viuald. n. 127. Potest etiam hic tantum, quantum ipse delegatus, quia delegatus potest delegare, & delegando dat subdelegato totam suam iurisdictionem.

18 Sexto, Episcopus etiam solum electus, & confirmatus, licet non sit consecratus, interdicere potest suos subditos, & loca suæ diœcesis, quia interdicere non est actus ordinis, sed iurisdictionis, cap. transmissa. de elec. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad quintum. Anton. 3. parte tit. 27. cap. 2. in fi. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæstione 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Alphonsus Viualdus. citat. numero 128. & 129. Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. cap. 51. §. Immo etiam interdicere potest personas per Sedem Apostolicam priuilegiatas, ne possint interdici, si priuilegium sit concessum tantum ratione personæ, nisi fuerint Reges, Reginæ, aut eorum filij, qui sic priuilegiati fuerint, aut nisi in filios speciales a Papa recepti sint, capit. 1. de verborum significat. libro 6. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 264. versic. octauo, & Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 196. vt ex prædictis constat: personas autem priuilegiatas, & exemptas ratione ordinis interdicere nequit, vt diximus.

19 Dubium est apud DD. an Episcopus interdicere possit Clericos, & Ecclesiam, sine consensu Capituli? Ratio dubitandi ex capit. 1. de excess. prælat. desumitur vbi Pontifex prohibet, *ne Clericos sine iudicio Capituli Episcopus suspendat, aut eorum Ecclesias interdicto subijciat*. & faciunt pro hoc capit. nouit. & capit. quanto. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli, & capit. cum in cunctis. de his, quæ fiunt à maiori par. capit. & certe tota difficultas in intellectu horum canonum maximè vero d. c. 1. consistit, quod à diuersis diuersimodè exponitur.

20 Prima enim expositio est Innocen. in d. cap. 1. de excess. prælat. & ibi Panorm. nu. 2. Palud. 4. d. 18. quæst. 8. in art. 4. principali, §. quantum ad sextum. S. Anton. 3. par. titulo 27. de interd. capit. 2. in fine. Syluestri. verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Viuald. cit. numero 128. Tabienæ, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. ca. 51. §. 1. Qui intelligunt caput illud de interdictis ferendis in perpetuum, aut in longum tempus, tunc enim existimant Episcopum non debere (vt S. Anton. Tabiena, Syluest. Viuald. & Henriquez loquuntur) aut non posse, vt Paludan. cum Innocent. docent Clericos, aut eorum Ecclesias interdicere, sine consensu capituli.

Secũda est eorundẽ, maximè Innoc. Palud. et Alphõsi Viualdi, qui etiam intelligunt de interdictis ferendis, qñ Eṗs procedit cõtra aliquos ex officio, siue præsentes, siue absen-

absentes, tunc enim quia cum maiori maturitate, sicut etiam in priori casu, procedendum est, requiritur consilium Capituli.

Tertia est, vt Calderinus in tract. de interd. memb. 3. num. 54. refert, Hostiensis, qui intelligit de interdictis ferendis, quando Episcopus procedit ad correctionem Canonicorum, & Clericorum, & maximè vt sic eorum contumaciam comprimat; tunc enim Canonicos ipsius capituli iurisdictioni subiacentes, non nisi ex consensu capituli interdicere valet, iuxta formam cap. irrefragabili, §. excessus, de offic. ordin. & cap. cum contingat. de foro compet.

Quarta est eiusdem Hostiensis, qui intelligit de interdictis ferendis, quando Episcopus cum capitulo habet omnia communia, etiam iurisdictionem; vt cum Episcopus non constituit, aut destituit sine consilio capituli, nec alia facit, quæ ad iurisdictionem pertinent, tunc enim interdicere non potest sine consilio capituli. Addit tamen Host. in his casibus etiam sententiam solius Episcopi esse timendam, quia quamuis iure prohibeatur hoc facere, nullo tamen iure declaratur factum esse irritum.

Quinta est Calderini vbi suprà, qui intelligit hoc cap. simpliciter, & vniuersaliter, prout iacet, & verba sonat, quantum est ex viiuris communia, & iuris scripti, vt Episcopus non possit interdicere Ecclesias, nec Clerum sine consensu ipsius capituli, & facit capit. Episcopus nullius. 15. q. 7. & faciunt d. c. nouit. &c. quanto, de his quæ fiunt a prælat. Immo addit Calderinus hoc non solum habere locum in Episcopo, sed etiam in omni Prælato habente sub se capitulum. & idem docet quoad hoc vltimum Palud. cit. §. quantum ad sextum. Cum Calderino consentiunt glo. in d. c. 1. in verbo, capituli, & Panorm. ibi, & Hugolin. de censur. Eccle. tab. 5. cap. 1. §. 1. qui id docent verum esse de iure scripto, vt sine consensu capituli Clericos suspendere, aut interdicere non possit. Addunt tamen Panormit. Calderin. & Hugolin. hodie Episcopos ex consuetudine præscripsisse iurisdictionalia contra capitulum, vt sine consensu capituli quascunque censuras ferre possint, & clerum, & Ecclesias interdicere, quæ præscriptio, & consuetudo valet, vt experientia, & vsus quotidianus declarat, argum. capit. 3. de consuetud. lib. 6. Nemo enim Episcopus hodie est, qui per se iurisdictionem non exerceat. Quarum expositionum, & sententiarum hæc quinta, & vltima mihi videtur verior, & textui conformior, & quotidie ab Episcopis practicatur. Post hanc locum habere possunt prima, & secunda, tertia verò, & quarta non videntur mihi commodè adaptari posse textui. Quibus omnibus addo cum Hugolino, vbi supra, absque controuersia Episcopum sine consensu capituli in laicos censuram quamcumque ferre posse, id quod iuri scripto, & experientiæ conforme omnino est.

21 Septimo, Prælati inferiores Episcopis habentes iurisdictionem spiritualē ordinariam fori exterioris Interdicere possunt sibi subditos, cap. cum inter, de consuetud. & cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. & ibi glos. in verb. Ecclesiasticæ sententiæ, vbi notat, qui nam sint illi prælati, dicens esse Abbates, & Prælatos Ecclesiarum Collegiatarum, qui licet subsint Episcopis, sunt tamen Iudices Ordinarij in plebe sua. Idem docent. Palud. 4. distinct. decima octaua, quæstion. 8. in artic. 4. princip. §. quantum ad quintum, & §. quantum ad sextum. S. Anton. 3. part. titul. vigesimoseptimo, de interdict. cap. 2. in fine. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Sotus 4. distinct. 22. quæst. 3. artic. 1. conclus. 2. Alphons. Viuald. num. 130. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 51. §. 1. vbi ait tales in suo territorio interdicere posse, siue ex iure, siue ex consuetudine, siue ex priuilegio hanc iurisdicionem habeant: immò, etiam & Abbates sæculares, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Et Innocent. in d. c. cū inter. de consuetud. idem posse Decanos affirmat, quod probat ex c. dilectis. de appellat. An autem illi interdicere possint Clerum, & Ecclesiam sine consensu capituli, dicendum est, vt supra de Episcopis diximus.

22 Eodem modo Generalis religionis interdicere potest subditos sibi, qui tamen, vt notat Henriquez vbi suprà, in consuetudine non habet, vt opidum, aut castrum interdicat, nec si esset consuetudo in oppositum, est admittenda, nisi in illud habeat spiritualem Iurisdictionem, ex Soto, & Henriquez vbi supra. Sic etiam Priores, & Guardiani, & superiores monasteriorum subditos suos interdicere possunt ab audiendis diuinis, aut confessionibus, ex Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 3. & ca. 51. §. 1. locum tamen, aut personam simpliciter interdicere nequeunt, & fauet Palud. cit.

23 Octauo capitulum de iure communi non potest interdicere, quia nullam habet iurisdictionem ordinariam. Excipitur tamen

Primo casus vacationis Sedis Episcopalis, quo casu tota iurisdictio deuoluitur ad ipsum capitulum, paucis exceptis ex Henriquez lib. 23. de excom. cap. 24. §. 1. in fine, & faciunt ad hoc capit. his, quæ, & ibi glos. fina. & ca. cum olim. & ibi glo. in verbo, capitulo, vbi docet, in quibus non deuoluitur iurisdictio ad capitulum, de maior. & obed. & c. ad abolendam, in princ. & ibi glos. in verbo, Sede vacante, de hæret. & ca. pen. & vlt. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. & c. cum nullus, & ibi glo. in verbo, capitulum, de temp. ordin. lib. 6. & d. 65. c. vlt. & d. 23. c. in nomine domini, & 7. q. 1. c. Pontifices, vt refert gl. in d. c. his, quæ Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. princ. §. quantum ad quintum. Hostiens. in d. c. ad abolend. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo, Alphons. Viuald. nu. 131. & n. 135. Henriquez lib. 13. c. 24. §. 1. & c. 51. §. 2. Nunc autem mortuo Episcopo vicarius à capitulo eligendus est, qui iurisdictionem exerceat, ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. ca. 16. Excipitur secundo casus specialis priuilegij Sedis Apostolicæ, sicubi ex priuilegio concessa sit capitulo talis iurisdictio. Excipitur tertio casus, consuetudinis præscriptæ, sicubi capitulum vllam iurisdictionem præscripsit ex consuetudine in oppida sibi subiecta, vt capitulum Ecclesiæ Salmanticensis in opida Valdoperæ, de la Valdobla, vt Henriq. in d. cap. 51. §. 2. testatur. idem docet Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. in fi.

24 Nono, Communitas etiam quædam habet iurisdictionem interdicendi, vt Concilium Generale, Prouinciale, aut Episcopale, vt Henriquez cit. & communis DD. sententia testatur.

25 Decimo, Dubium est de canonicis, an ipsi interdicere possint, & intelligitur maxime de Canonicis Ecclesię Cathedralis, in qua re hæc communiter ab authoribus traduntur.

Primo, certum est neque singulares Canonicos seorsim, neque plures canonicos simul posse interdicere Ecclesias Episcopis subiectas sine consensu ipsius Episcopi, & aliorum canonicorum, vt habetur in capit. quæsiuit, de ijs, quæ fiūt à maio. par. Cap. Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. principali. §. quantum ad sextum. Angelica, ver. interdictum, 3. nu. 1. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Alphonsus Viuald. nu. 132. etsi de facto interdicunt, neq; tenetur Episcopus interdictum illud seruare, neq; permittere dēt ab alijs seruari, vt Cælestinus III. in d. c. quęsiuit, expresse determinauit, et statuit.

Secundo, si canonicus aliquis Episcopale ius habeat in aliqua ecclesia, illam interdicere potest, ex glos. in d. capit. quæsiuit, in verbo, Ecclesiam.

Tertio, si canonicus præbendam aliquam habet, cui Ecclesia est annexa, vt in ca. extirpandæ, §. si vero, de præbend. in qua de consuetudine iurisdictionem fori

fori exterioris spiritualem exercet, iuxta capit. super eo, de præbend. lib. 6. illam interdicere potest. ex Calderino tract. de Eccles. interd. memb. 3. num. 55. & Palud. 4. dist. 18 q. 8. art. 4. princ. §. quantum ad sextum. Tabiena verbo, interdictum, 2. numer. 3. §. secundo. in fine, et Alphonso Viualdo cit. num. 133.

Quarto, si Canonicus de cōsuetudine præscripta exercet Iurisdictionem spiritualem fori exterioris in terram, seu territorium ipsius præbendæ, ipsum territorium, & terram interdicere potest; sic Calder. & Tab. cit. contra Paludanum in d. §. quantum ad sextum.

Quinto, si canonicus ex præscripta consuetudine exerceret iurisdictionem super aliquos homines, seu personas, super quas habet aliquam prælationem, verbi gratia, quia sunt, vel habitant in eius præbenda, tunc omnes, & singulos illos homines interdicere potest, vt notant Calderin. & Palud. vbi suprà, & consentit Innoc. in cap. quæsiuit, de iis, quæ fiunt à maio. par. Cap. Addit etiam Palud. in d. §. quantum ad sextum, non posse consuetudine induci, vt pro communibus factis Ecclesiæ collegiatæ, vel canonicorum, vel Ecclesiæ simul, & canonicorum, quilibet canonicus interdicat aut excommunicet homines Ecclesiæ, quia cum de factis communibus agatur, communi sententia opus est; & idem expresse docent Calder. cit. & Innoc. in d. cap. quæsiuit, nō enim quilibet de Capitulo est dominus hominū Ecclesiæ, sed vniuersitas. Pari ratione puto non solum seorsim singulos, sed neque aliquos, tres, aut quatuor, &c. simul posse interdicere, sed necessario requiritur maior pars suffragiorum ad interdicendum.

26 Vndecimo, Fœmina interdicere non potest, etiā si Abbatissa, vel Priorissa sit, & etiam si Ecclesias monasterio subiectas, aut Clericos subiectos habeat, quia non est capax iurisdictionis spiritualis, tum ratione sexus; tum quia non est capax ordinis Clericalis; spiritualis autem iurisdictio saltem de facto, & de iure communi ordinē

27 Clericalem supponit. Sic S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. num. 3. §. secundo. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. capit. 51. §. 1. Hugolin. tab. 1. cap. 2. §. 7. Felin. Panorm. & Innoc. in cap. dilecta, de maior. & obed. & idem Panorm. & DD. in capit. nnus, de pœnit. & remiss. & Sylvest. in verbo, Interdictum, 3. quæst. 3. & Alphonsus Vitualdus tit. de interdicto, nu. 134.

De causa dispositiua, & forma ferendi sententiam interdicti. Cap. XI.

S V M M A.

1 *Interdictum non nisi ob causam, & culpam grauem ferri debet.*
2 *Interdictum extensiue pœna grauior est, quam excommunicatio, quamuis intensiue leuior sit.*
3 *Culpa, & causa grauis ad ferendum interdictum qualis esse debeat.*
4 *Censuræ Ecclesiasticæ neruus sunt disciplinæ Ecclesiasticæ.*
5 *Interdici in particulari ob alterius culpam nemo potest.*
6 *Interdictum vt valide in Collegium, aut vniuersitatem feratur, vt singuli culpabiles sint, non est necessum.*
7 *Interdictum generale loci, vel personarum, ob vnius delictum non nisi ex speciali Papæ licentia, & tunc pro ordine, & modo ferendum.*
8 *Delictum Principis populi, seu Rectoris Ciuitatis habentis iurisdictionem temporalem, causa sufficiens est, vt ciuitas, seu locus interdicatur.*
9 *Delictum Episcopi causa sufficiens esse potest, vt Ecclesia Cathedralis, & tota etiam diœcesis interdicatur.*
10 *Delictum principalium membrorum ciuitatis, seu Vniuersitatis causa sufficiens esse potest interdicendi ciuitatem.*
11 *Delictum magnæ partis ciuitatis causa sufficiens est ad ciuitatem, vel populum interdicendum.*
12 *Delictum personæ priuatæ an, & quando sufficiens sit causa interdicendi ciuitatem, vel populum.*
13 *Innocentes quare sacri Canones interdici posse statuerint.*
14 *Causa ferendi interdictum duplex esse potest, delictum scilicet, & contumacia.*
15 *Delictum, & contumacia quidnam sint.*
16 *Cōtumacia peccatum duplex esse potest, & quod vtrūque sit.*
17 *Interdictum pro contumacia domini, aut Episcopi loci, aut pro debito pecuniario, contra ciuitatem, prouinciam, aut territorium, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia ferri non potest.*
18 *Legatus Papæ pro debito pecuniario interdictum ferre nequit in locum, aut ciuitatem aliquā suæ legationis.*
19 *Interdictum speciale loci pro debito pecuniario ferri potest.*
20 *Interdictum contra parochiam pro debito pecuniario ferri nequit, & quæ huius ratio sit.*
21 *Interdictum generale personale pro pecuniario debito ferri valide potest.*
22 *Interdictum loci longo tempore decerni non debet, & quamobrem.*
23 *Forma, ac modus ferendi interdictum qualisnam sit.*
24 *Monitio, vt interdictum ab homine feratur, necessariæ est, non autem, si feratur a iure, & quare.*
25 *Interdictum non nisi in scriptis ferri debet.*
26 *Interdictum non nisi expressa eius causa ferendum.*
27 *Exemplar scripturæ, & causa, ob quam interdictum fertur, parti petenti a Iudice tradi debet.*
28 *Effectus iudicii a iudice pro suo arbitrio limitari pōt.*
29 *Interdictum vt obliget, parti intimandum & publicandum est.*
30 *Publicatio interdicti contra ciuitatem, populum, aut vniuersitatem latiqualiter fieri debeat, vt obliget.*
31 *Interdictum generale ab Episcopo latum etiam ad exemptos extenditur, non tamen ex sententia ipsius hominis, quam ex iuris communis dispositione.*
32 *Promulgatio sententiæ interdicti ad eius obligationem omnino est necessaria.*

1 Paludanus 4. dist. 18. q. 8. in artic. 4. principali, §. quantum ad quartum, de causa ferendi interdicti agens, existimat omnino difficile esse perstringere, quam ob causam interdictum poni possit, cum hoc sit de officio iudicum, quorum officium latissimum est. Et certe res hæc difficilior redditur ex eo, quod cum ex communi DD. sententia interdictum contra innocentes fieri possit, alicui videri potest interdictum non egere causa. Ceterum, vt recte docet Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. conclus. 3. & veritas ipsa comprobat, ad interdictum requiritur non solum causa sed etiam grauis, & digna, cum sit grauis pœna. Id quod ex intrinseca ratione pœnæ colligitur; omnis pœna,
2 quatenus pœna est, punitio, & vindicta est culpæ: vnde consequens est, vt tā grauis pœna, non nisi ob grauē causam feratur. Cum enim locus, & populus interdici possint,

sint, adeo vt in tali interdicto etiam innocentes comprehendantur, ex Nauar. in Manuali capit. 27. numero 168. Couar. in ca. alma mater, par. 2. §. 1. numero 4. de sent. excom. lib. 6. & lib. 5. var. resol. c. 8. num. 10. Soto 4. dist. 22. q. 3. art. 1. concl. 3. & ad 4. & 5. Toleto lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 19. & Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 50. §. 1. poena tamen interdicti extensiuè grauior est, quam excommunicatio, quamuis intensiuè leuior sit, arcet à sacris audiendis, propter delictum, aut suspensionem, quam excommunicatio, iuxta ea, quæ tradunt S. Thom. in addit. 3. par. q. 22. art. 5. ad 2. & Henriquez loco proximè citato, §. 2. in annot. litera f. ideoq; ex genere suo requirit peccatum grauius, quam sit peccatum inobedientiæ, ob quod ferri solet excommunicatio, vt Sotus, & Henriquez vbi supra testan-
3 tur. Graue autem in hac materia vocatur non solum illud, quod est peccatum mortale, sed etiam illud, quod pluribus nocet, quamuis non grauiter singulis noceat. Ratio autem, cur graue debeat esse delictum, colligitur tum ex cap. quæsitum, de ijs, quæ fiunt à maiori par. capi. tum ex cap. cum medicinalis, de sentent. excommunic. lib. 6. tum ex Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 3. tum ex SS. Patribus, ne censuræ Ecclesiasticæ, quæ debent esse neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, & gladius Ecclesiasticæ potestatis, & iustitiæ, vilescant, si ex leuibus causis ferantur, & hoc maximè locum habet, quando interdictum in multos fertur.

5 Quia verò nonnumquam aliqua persona in particulari interdicitur, aliquando autem multi, ideo de vtrisque dicendum est. Et quidem, cum quis singulariter, seu speciatim interdicitur, tunc necessariò culpa præcedere debet in eo, qui interdicitur, alterius enim culpa quis in particulari puniri nó debet, argum. l. sancimus, C. de poenis, & tot. tit. eod. C. ne filius pro patre, vnde si is, qui interdicitur, verè coram Deo sit innocens, sententia interdicti contra eum prolata verè non ligatur, vt ex ijs, quæ tradunt Richard. 4. dist. 18. art. 3. quæst. 3. ad 5. Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. c. 50. §. 2. & Hugol. tab. 5. c. 19. §. 1. colligitur. Quando
6 autem simul interdicuntur multi siue generaliter, vt cum interdicitur populus, collegium, vniuersitas, &c. siue specialiter, vt quando interdicitur familia, tunc quidem non necessariò requiritur culpa in singulis, qui interdicuntur, imò rarissimum est singulos esse culpabiles, sed propter culpam aliquorum, plures innocentes simul cum illis interdicuntur.

7 Obseruandum autem est, non satis esse culpam cuiuscumque ad ponendum interdictum generale loci, vel personæ, seu quodlibet interdictum multorum; non enim ob vnius priuati delictum ciuitas tota, aut totus populus interdici debet, vt notat Ioan. Monach. in capit. 1. de vsur. lib. 6. & post eum idem docent Henric. in capit. in quibusdam, de poenis. Cosmas in pragmat. Sanct. tit. de interdicto, in verbo, priuatæ, & Summa Confessor. lib. 3. tit. 33. quæst. 231. in fine. Sebast. Medices. parte 5. Summæ, tit. 9. quæst. 8. nisi id speciali licentia Papæ fiat, quæ magna cum difficultate concedi solet, & in hunc modum: vt primo interdictum decernatur in Ecclesiam parochialem aduersarij, & simul in alteram Ecclesiam parochialem, vel collegiatam; deinde crescente malitia, & contumacia in duas Ecclesias collegiatas, vel duo monasteria; tertiò demum non resipiscente contumace, tota diœcesis supponitur interdicto; & adhuc illius corde indurato Cathedralis Ecclesia interdicitur, ex Ioan. Staphilæo, de litteris gratiæ, & iustitiæ, Florenc. 156. colum. 2. quem refert, ac sequitur Couar. in capit. alma mater, part. 2. §. 1. numero 4. vers. sed ob vnius priuati, de sentent. excommunicat. lib. 6. qui duo authores docent Cathedralem Ecclesiam non censeri interdictam, etiamsi in totius diœcesis, & in omnes ciuitatis Ecclesias interdictum latum sit, prout latius capit. 3. dub. 6. num. 10. exposuimus, argum. cap. quamuis, §. quamquam de præb. lib. 6. vbi habetur Ecclesiam Cathedralem appellatione Ecclesiarum ciuitatis, aut Diœcesis, in litteris ad beneficia Ecclesiastica non contineri. Id quod locum etiam habere putant Compostellanus in capit. capitulum, de rescript. Oldrad. cons. 185. Staphil. cit. fol. 61. col. 1. Fel. in c. in nostra, corol. 39. de rescript. & in ca. postulasti, num. 4. tit. eo. & Ioan. de Silua, de benefic. par. 3. q. 21. qualitate 21. in qualibet odiosa dispositione, qualis est materia interdicti, de qua nunc agitur.

8 Ad hoc igitur, vt pro alterius culpa, & delicto vniuersitas, seu locus interdicatur, necessariò requiritur culpa aliquorum ex his.

Primo delictum Principis, populi, vel rectoris ciuitatis, habentium iurisdictionem temporalem, cap. non est vobis, de sponsal. & cap. sane, & ibi Fel. de offic. deleg. & cap. vbi periculum, §. præterea, de elect. lib. 6. & capit. si sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. extrauag. Super gentes de consuetud. S. Thom. in addit. 3. parte, quæst. 52. art. 5. ad secundum. Angelica, verbo, interdictum, 3. num. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 3. n. 1. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæst. 5. vers. primo. Sotus. 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 1. nu. 4. de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 50. §. 3. Hugolin. tab. 5. c. 20. §. 1. numero 1. & Tolet. lib. 1. cap. 19. Id quod rationabiliter fit, eo quod poena eorum, qui subiecti sunt, ad ipsorum dominos, & rectores redundat, vnde & domini grauius puniuntur, ex eo quod non solum in seipsis, sed etiam in subditis suis puniuntur, vt docent Gratian. in capitulo, Ecclesiæ, §. item peccato ciuium. 1. quæst. 4. & glos. in Extrauagan. dierum crescente malitia, in verbo, quomodolibet. de poenit. Sotus 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. in solut. argumento primo. Hugolin. cit. & colligitur ex d. cap. si sententia, versic. dummodò. & ipsi, de sentent. excommunic. libro sexto. Præterquam quod facilius rector, aut dominus subiectorum clamore à contumacia sua recedet, ex Feliciano in Enchirid, de censur. capit. 9. de interdicto.

9 Secundo, Delictum Episcopi potest esse sufficiens ad supponendam interdicto Ecclesiam Cathedralem, & alias Ecclesias ei subiectas, necnon ad interdicendum capitulum, & Clerum, immo, si causa sit grauis, etiam ad interdicendum populum, & ciuitatem, & totam diœcesim. Quod patet à simili; Si enim sufficit delictum rectoris sæcularis, etiam & delictum Prælati Ecclesiastici satis erit. Id quod procedit, etiam si Episcopus eo in loco Iurisdictionem tantum spiritualem, & Ecclesiasticam habeat, ex Archid. in capit. si sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. Dominic. ibi, & Gemin. ibidem, §. ceterum, num. 8. vbi alios idem sentientes refert. Item Fel. in cap. sane, 2. num. 2. & Decius notab. 7. de officio. deleg. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 1. nu. 4. de sent. excomm. lib. 6. Hugolin. tab. 5. cap. 20. §. 5. nu. 2. qui tres vltimi hanc communiorem opinionem DD. esse testantur; Quamuis Card. in d. capit. sane 5. & Panormit. num. 7. & Vincent. quem citat. & Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. capit. 50. §. 3. velint textum illum procedere, quoties Episcopus Iurisdictionem simul temporalem, illius loci habeat, prior opinio magis communis est.

10 Tertio, Delictum principalium membrorũ aliquorũ ciuitatis, vel vniuersitatis, vt delictum Consulum, Conseruatorum, Balliuorum, Consiliariorum vniuersitatis, & quocumq; nomine vocentur, eorum, qui communitatem gubernant, causa sufficiens esse potest, vt ciuitas interdicatur. Id quod inde probatur: quia ferri potest pro delicto rectoris, ergo, & pro delicto istorum.

11 Quarto, Delictũ magnæ partis multitudinis popula-

ris, est etiam sufficiens causa ad interdicendum Populum, ciuitatem, vel vniuersitatem: quia magna pars popularis multitudinis paucis consiliarijs, seu magistratibus æquiualet.

12 Quinto, Delictum cuiuscunque personæ priuatæ aliquando potest esse sufficiens causa ad interdicendum populum, vel vniuersitatem, vel locum, scilicet in hoc casu tantum, quando eius delictum redundat in delictum principis, rectoris, aut membrorum ciuitatis, aut magnæ partis multitudinis, vt ex dictis constat, & habetur in constitutione Concilij Basileensis, sessione 20. anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto. Quod quidem Concilium quoad illa omnia, quæ circa censuras Ecclesiasticas, materiam fidei, & causas beneficiales habet, approbatum, & confirmatum fuit per Nicolaum V. In quo Concilio statutum est, quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa propter culpam, aut causam cuiuscumque personæ priuatæ auctoritate quacumque ordinaria, vel delegata interdici possit, nisi his tribus concurrentibus.

Primus est, quod talis persona prius excommunicetur, aut denuncietur excommunicata in Ecclesia.

Secundum est, quod auctoritate Iudicis Ecclesiastici, domini, seu rectores, vel officiales locorum requisiti sint, vt huiusmodi personam excommunicatam ex loco, vel ciuitate ejiciant.

Tertium est, quod post huiusmodi requisitionem infra biduum si vere, & cum effectu non ejiciant, aut ad satisfactionem compellant: hoc casu, quia iam delictum priuatæ personæ redundat in delictum Principis, vel officialium ciuitatis, non ejicientium talem personam, ferri potest Interdictum generale loci, seu ciuitatis. Idem ad verbum habetur in constitutione decimasexta, Leonis X in Bullario, quæ constitutio incipit, In eminenti. Anno Domini 1516. 15. Kal. Septembris post medium Bullæ. Ex quibus constat, quanta cum maturitate concilij Ecclesiasticum interdictum ferendum sit.

Ex his, quæ diximus duo inferuntur, vnum est, qua de causa Sacris canonibus statutum sit, vt etiam innocentes interdicto affici possint, quæ duplex esse potest, eaque valde rationabilis, & honesta.

Prima est, vt omnibus inferioribus, & subditis clamantibus, & conquerentibus, & instantibus apud dominũ, seu rectorem, tandem dominus loci resipiscat.

Secunda est, vt cum propter suum delictum domini, & capita ciuitatum, & locorum se puniri etiam in suis subditis videant, eorum saltem causa, & afflictione commoueantur.

Alterum est causam ferendi interdictum duplicem in vniuersum assignari posse, nimirum, delictum, & contumaciam: quæ duo in hac materia & similibus ita distinguuntur, non quod vnum necessariò excludat alterum. (nam & contumacia ipsa delictum est, &

15 quod delictum est contumacia) sed quia delictum in hac materia dici solet peccatum præteritum in quo non amplius persistitur; contumacia verò dicitur peccatum quodcumque post debitam monitionem perseuerans, vnde contumacia est delictum respiciens futurum.

16 Potest autem duplex esse peccatum contumaciæ, Vnum, quod ad nullum aliud peccati genus reduci potest, sed est vera contumacia, id est, mera inobedientia contradicens præcepto superioris, quod est, quando materia, quæ à superiori præcipitur, neque est bona in se, neque mala, sed indifferens. Aliud verò genus & peccatum contumaciæ est, quod coniunctum est cum aliquo alio peccato, scilicet quando materia, quæ præcipitur, aut prohibetur à superiori, per se, & ex sua natura est bona, vel mala, & fugienda, vel sequenda. Siue ergo contumacia sit sola, siue coniuncta cum alio peccato, propter illam ferri potest interdictum, dummodò tamen, vt superius de delicto diximus, contumacia ipsa sit grauis non solum ex parte ipsius contumaciæ, quia scilicet omnino contradicitur Prælato, eiusque imperium contemnitur, sed etiam grauis sit ex parte obiecti, quia scilicet in re graui contemnitur obedientia Prælati, & superioris. Vnde communis est DD. sententia pro graui tantum contumacia, & delicto interdictum ferri debere, siue id personale fuerit, siue locale, prout iure communi factum legimus. De personali habetur in cap. felicis. §. fin. de pœnis, lib. 6. vbi interdicto subijcitur vniuersitas, quæ persecutores Cardinalium quouis modo adiuuit. & in cap. quamquam, de censib. lib. 6. eadem pœna afficitur, quando à personis Ecclesiasticis portoria, aut vectigalia exigit. & in cap. 1. de vsur. lib. 6. vbi permittit vsurarios manifestos, & in Clement. si quis suadente, de pœnis, vbi grauiter in suum Episcopum deliquit. Idem de interdicto locali habetur in capit. vbi periculum, §. præterea, de electio. lib. 6. vbi interdicitur locus ob non seruatam debitam formam in electione Summi Pontificis. Et in capit. non est vobis, de sponsal. quia Rex filijs vxores non restituit. & in cap. sane, 2. de offic. deleg. quia delegato Papæ non obtemperabatur, & in extrauaganti, super gentes, de consuetud. quia Legatus Apostolicæ Sedis non recipiebatur. & idem de alijs multis ostendemus in seq. ca. sicut ergo lex, non nisi ob graue delictum, aut contumaciam fert, ita nec homo, qui est lex animata, interdictum aliquod nisi pro graui contumacia, & delicto ferre debet.

17 Hinc etiam constat, quam rationabiliter à Bonifacio VIII. constitutum sit, in Extrauag. Prouide attendentes, de sent. excommun. in communibus, quæ etiam est constitutio prima eiusdem in Bullario, ne pro contumacia domini, aut Episcopi loci alicuius in detinendo æs alienum, & debito pecuniario non soluendo quacumque auctoritate ordinaria, vel delegata interdici possit aliqua prouincia, ciuitas, castrum, locus territorium, sine speciali licentia Sedis Apostolicæ litteris patentibus expressa, qui non nisi raro, & cum difficultate id alijs committit, & aliter latum interdictum irritum & inane sit, quocumque pacto, vel conditione non obstante. Quam Bonifacij VIII. constitutionem confirmauit postea Clemens Papa VII. anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nono Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno septimo, vt constat ex constitutione trigesimaquinta, eiusdem in Bullario, incip. licet ea, quæ, de qua relegendi sunt Panormit. in capit. cum in partibus, de verbor. significat. Gemin. in cap. præsenti, numero secundo de sententia excommunicat. libro sexto & ibidem Ioan. Andrea. Dominic. & Philip. Franc. Calderin. tract. de Ecclesia. interdict. memb. primo, numero vigesimo primo, Palud. quarto, distinctione 18. quæstione 8. articulo 4. princip. §. quantum ad quartum. S. Anton. tertia parte, titulo vigesimoseptimo, capitulo tertio, §. Etsi pro pecuniario debito. Angelica verbo, interdictum, tertio, numero tertio. Tabiena, verbo, interdictum, tertio, numero primo in fine. Syluest. verbo, interdictũ. 3. quæstione quinta, versiculo, secundum Felio. in capitulo sane, secundo de officio delegat. Sotus quarto, distinct. vigesimasecunda, quæstione tertia, articulo primo, cõclusio. tertia, Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 168. Couar. in capitulo alma mater, parte secunda, §. primo, numero quinto, de sententia excommunicat. lib. sexto, Henriquez libro 13. de excommunicatione. & interd. capitulo 50. §. tertio, vbi ait collectorem subsidij, & commissarium cruciatæ in Hispania habere talem commissionem & licentiam à Papa. Alphons. Vualld. titulo de interdicto, numero 194. Thomas Zerula in

sua

in sua Praxi episcopali, in verbo, interdictum, dub. 6. par. 1. & verbo, eodem, par. 2. in fine Toletus libro 1. cap. 9. Hugol. tab. 5. cap. 1. §. 1. num. 2. ex quibus patet neque Legatum a latere, pro huiusmodi causa ferre posse interdictum tale, nisi de speciali Papæ licentia
28 in litteris patentibus. Constant etiam, quod si pro non soluto debito pecuniario, quæ res communiter est magni momenti, prohibetur ferri huiusmodi Interdictum multo minus pro rebus leuioribus ferendum est. sicut pro non soluto debito pecuniario Domini Rectoris ciuitatis, aut Episcopi ferri non potest, ita nec pro debito officialium, incolarum, & habitatorum loci ferri queat.

19 Circa hanc autem extrauagan. prouide attendentes. Bonifacij VIII. aduertendum est, omnes DD. citatos, excepto Conarruuia, docere illam tantum procedere de Interdicto generali loci, de quo solo ibi mentio habetur, vt scilicet pro huiusmodi debito pecuniario ferri non possit interdictum generale loci, pro quo tamen debito speciale interdictum loci, verbi gratia in ecclesiam aliquam vnius è pluribus vnius opidi, aut ciuitatis, ferri posse putant, non obstante d. extrauaganti. Prouide attendentes. Vnde solus Couarruuias est, qui extrauagantem illam de interdicto speciali loci intelligit, existimans nec aliquam specialem ecclesiam pro debito pecuniario interdici posse, quod ex eo probat, quia sunt, inquit, vbique Iudices sæculares, & Regij, qui facile possunt quemlibet cogere ad soluendum debitum pecuniarium absque innocentium periculo, & damno, quod prouenit ex his interdictis. De qua re duo mihi dicenda videntur, vnum est, si loquamur, an debeat, seu conueniens sit, vt interdictum speciale ponatur pro debito pecuniario, sic verum est, quod Couarruuias affirmat, eo quod alia via debitum hoc facile exigi poterit. Alterum est, si loquamur de nullitate talis interdicti, si de facto feratur, sic falsum esse puto, quod idem author affirmauit; quia nullum omnino verbum est in d. extrauag. quod accommodari possit ad Interdictum speciale.

20 Quod verò Toletus, & Nauar. cit. specificant, neque interdictum parochiæ ferri posse pro debito pecuniario, mihi verum esse videtur, & iuri conforme, quia omne interdictum generale non solum in dicta extrauagan. Prouide attendentes, prohibetur, sed etiam irritatur; interdictum autem parochiæ generale est vt superius exposuimus.

21 Addit denique Calderin. cit. memb. 1. num. 22. prædictam extrauagan. habere locum etiam in interdicto generali personali, cum interdicitur Populus, communitas, ciues, incolæ, sub istis, vel similibus appellationibus, idque ait non quidem haberi ex verbis ipsius extrauagan. sed ex eius mente, & legislatoris intentione; & pro se, suaque opinione multos canones citat, legesque ciuiles, prima, quæstione septima, capiitulo Marcion, & capitulo intelligentia, de verborum significatione, & leg. scire, ff. de legatis, & l. item veniunt, §. apranda, ff. de petit. hæredit. sed de hac re idem dicendum censeo, quod de sententia Couarruuiæ dictum est, id quidem bene dici, si de conuenientia loquamur, sin autem de verbis extrauagan. agatur falsum esse puto. Quod autem dicit id ex mente canonis colligi, qua ratione verum sit, valde dubito, quandoquidem canon de interdicto generali loci tantum loquitur, pœnæ vero restringendæ potius sunt, quam ampliandæ.

22 Illud vltimo aduertendum est, quod monent Sotus quarto, dist. vigesima secunda, quæstione tertia, articulo primo, conclus. tertia, & Henriquez libro decimo tertio, de excom. & interd. c. 50. §. 2. interd. interdictũ loci non debere longo tempore decerni, quia cedit in damnum populi, & quorundam innocentum, & in diuini cultus detrimentum, minuitque plurimum deuotionem hominum; si prolisum sit, imò etiam & Clerus ipse remissior, pigriorque fit ad Diuina celebranda, prout Summus Pontifex in capitulo alma mater, de sent. excom. lib. 6. insinuat.

Quoad Formam autem, & modum ferendi Interdictum, hæc breuiter ex DD. colliguntur.

23 Primo enim, quamuis nulla certa, & determinata verborum forma in iure expressa sit, quæ, ad sententiam Interdicti ferendam necessario requiritur, ea tamen verba omnino adhibenda sunt, quibus & interdictum ferri significatur, & in quos, siue in hominem, siue in locum, & an in personam particularem, aut hominum vniuersitatem; aut in locum particularem, vt in hanc, vel illam Ecclesiam, aut in locum vniuersalem, vt in parochiam, villam, castrum, ciuitatem, regnum, & huiusmodi fertur, manifestum sit, argu. capit. si sententia & c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. vndè quibuscunque verbis exprimatur actus interdicendi, persona, aut locus, qui interdicitur, & causa, propter quam interdicitur, satis est, vt sententia legitima sit. Solent autem DD. hanc formam, vel huic similem communiter assignare. *Nos talem personam, verbi gratia, Petrum; vel talem vniuersitatem seu populum, verbi gratia populum Bononiensem; vel talem Ecclesiam; vel ciuitatem, Castrum. aut Regnum, propter talem causam supponimus Ecclesiastico Interdicto*, arg. capituli cum partibus, de verbor. significat. & additur communiter, *Ecclesiastico*. ex Summa Confess. libro 3. titu. 33. quæstio. 212. & S. Anton. & Tabiena, ad differentiam Interdicti legalis. Hanc ponunt Paludan. 4. d. 18. quæst. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad octauum, S. Anton. 3. par. tit. de interdicto, cap. 5. in princ. Angelica, verbo, interdictum, 3. num. 5. Tabiena, verbo, interdictum, 3. num. 1. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæs. 7. Armilla, verbo, interdictum, num. 24. Sotus 4. dist. 12. q. 3. artic. 1. conclus. 3. ver. debet præterea. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capitulo 50. §. 4. Hugolin. tab. 5. cap. 22. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, numero 196. Toletus libro 1. capitulo 19.

24 Secundo, quamuis † nulla monitio præcedens necessaria sit, quando a iure, vel ab homine fertur propter excessum, seu delictum commissum, iuxta ea, quæ docuimus de suspensione libro preced. capitulo. 2. & latius traduut Innoc. & alij, quos S. Anton. Tabiena, & Syluester, q. 6. vbi supra referunt, ac sequuntur, & hoc siue speciale, siue generale sit loci, aut personæ, quia ipsa iuris cognitio pro monitione habetur; Quoties tamen ab homine fertur ob contumaciam, præuiam monitionem requirit, sine qua contumax quis esse nequit, argu. capituli reprehensibilis, de appellat. & c. cum medicinalis, de sent. excommun. libro 6. Palud. in d. art. 4. principali, §. quantum ad septimum, S. Anton. Tabiena, & Henriquez locis proximè citatis. Angelica, verbo, interdictum, 3. numero 4. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. titu. 16. art. 8. Sotus vbi supra, Alphons. Viuald. tit. de interdicto numero 192. & Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæstio. 231. vnum addo ex Hugolino, tab. 5. c. 20. §. 1. nu. 4. vbi vniuersitas ob alterius culpam interdicitur, non ipsam vniuersitatem prius admonendam esse, sed eum, cuius culpa interdictum ferendum est. Is enim, qui contumax est, admoneri, debet, vt a contumacia discedat; vniuersitas autem ipsa contumax non est: & idem de in interdicto loci ob alicuius culpam ferendo dicendũ est.

25 Tertio, censura hæc sicut & reliquæ ferri debet in scriptis, vt habetur in cap. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. & omnes authores citati testantur. Syluest. d. q. 7. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 143. & nu. 190.

26 Quarto, in ijsdẽ scriptis exprimi dẽt causa, pp quã sentẽtia interdicti fert' ex d. c. cũ medicinalis, & DD. citatis.

27 Quinto, exemplar huius scripturæ infra mensem a iudice, si requisitus fuerit parti petenti tradi debet, d. cap. cum medicinalis. Quod si Iudex Ecclesiasticus in

sententia interdicti ferenda contra aliquod horum trifi fecerit, ab ingressu Ecclesiæ, & a Diuinis officijs per mensem suspensus est; quod si infra mensem quo suspensus est, officia diuina prosequatur sicut prius, irregularitatem incurrit, super qua non nisi per summum Pontificem dispensari poterit, vt in d. cap. cum medicinalis, habetur.

28 Sexto, potest iudex pro libera voluntate limitare effectum interdicti, puta ab ingressu tantum ecclesiæ, vel a sepultura, vel ab horis, vel a Missa cum cantu. Potest etiam iudex pro voluntate sua ab interdicto excipere, & subijcere aliquos, quos nominauerit, & etiam pro tempore, quo vult, vt quamdiu dominus terræ ibi fuerit, & huiusmodi, arg. c. non est vobis, de sponsal. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 5. in princip. Syluest. verbo, interdictum. 3. quæstio. 7. Summa Confess. libr. 3. tit. 33. quæstione 232. Tabiena, verbo, interdictum, 3. numer. 1. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 51. §. 4. interdictum vero iuris semper declarat effectus, quos habet.

29 Septimo, interdictum vt obliget, intimandum est parti, & publicandum, quod si interdictum sit contra singularem personam, communiter intimanda est sententia ipsi personæ, quod si persona non comparet, satis est vel in iudicio publicari, vel in ecclesia, vel ad fores domus ipsius interdicti pro consuetudine iudiciorum, post quam publicationem, communiter non datur in foro exteriori allegatio ignorantiæ, nisi sufficienter probetur. 30 Sin vero interdictum feratur in ciuitatem, vel in populum, vel in vniuersitatem, publicatio sententiæ non est facienda singulis, sed satis est fieri in locis consuetis iudiciorum, ex S. Anton. 3. par. cit. capit. 5. in principio, & Tabiena, verbo, interdictum, 3. §. primo, nu. 2. & Alphonso Viualdo, tit. de interdicto num. 287. & nu. 288. & Toleto lib. 1. c. 19. qui ait satis esse intimare Ecclesiæ Matrici, arg. cap. 1. de postulat. prælat. quam alij sequuntur. Post quam promulgationem licet aliqui adhuc ignorent sententiam, & consequenter inuincibiliter ignorando excusentur a peccato in foro interiori, & ab irregularitate, & alijs pœnis, quam primum tamen postea habuerint notitiam, cessare debent ab omnibus Diuinis; immo, etiamsi solum audiuerint rumorem, & famam de sententia, saltem propter securitatem cessare debent, quousque certiores reddantur. item, si vident, aut sciunt vicinos suos, aut Ecclesiam Cathedralem, vel Matricem recepisse, & obseruare sententiam, (quamuis forrassis aliæ parochiæ illam non seruent) aliæ omnes ecclesiæ, etiam religiosorum, tam exemptorum, quam non exemptorum eam seruare debent, siue interdictum illud a Sede Apostolica siue ab Ordinario loci latum sit, quibuscunque non obstantibus, & non seruando, excommunicationem incurrunt ipso facto. Clem. 1. de sent. excom. Conc. Trid. sess. 25. de regular. c. 12. Tabiena verb. excōmunicatio, 5. casu 52. & ver. interd. 3. n. 2. §. primo Nau. in Man. cap. 27. nu. 146. Henriq. lib. 13. de exc. & interd. c. 50. §. 3. in fi.

31 Et si quis arguat Episcopum contra exemptos nullam sententiam ferre posse, Respondet Tabiena vbi supra post Hostiensem & Ioan. Andr. quos citat, id verum esse de sententia speciali, tunc enim eos talis sententia non ligaret; secus autem, quando sententia interdicti generalis est, tunc enim etiam ad exemptos extenditur, non tam ex sententia hominis, quam ex iuris ipsius communis dispositione, cui regulares subijciuntur.

32 Hæc autem promulgatio sententiæ, ita necessaria est, vt etiamsi ego certissime sciam Iudicem sententiam ferre ipsisse, immo etiam si dictante Iudice egomet scripserim, quousque Iudex illam promulget, ad nihil teneor, vt ex his, quæ communiter ab authoribus in materia de legibus traduntur, manifestum est.

De interdictis in iure latis; Cap. XII.

S V M M A.

1 *Interdictum generale triplici ex causa in iure latum reperitur, & quænam causæ illæ sint.*

2 *Impediens, ne Legatus, vel Nuncius Sedis Apostolicæ officium suum in Regno, ciuitate, aut loco sibi subiecto exequi possit, & peccat, & Regnum aut ciuitas, & alia loca eius interdicto supposita sunt.*

3 *Episcopum iniuriose, vel temere percutientis, capientis, bannientis, occidentis, aut hæc fieri mandantis, territoria interdicta sunt.*

4 *Dominus quilibet, rectores, & officiales loci in quo moritur Papa obseruari nō faciēs, ad quę ex iure obligantur, & peccant, & locus, & ciuitas interdicitur.*

5 *Episcopus, & alij tam superiores, quam inferiores Ecclesiastici, qui per mensem in excommunicatione, vel suspensione contra eos lata, quod vsurarios alienigenas non expellunt, permanent, post mensem terræ ipsorum interdictæ sunt.*

6 *Ciuitas, aut Vniuersitas, quæ pedagia, & alia similia a personis Ecclesiasticis pro rebus suis exigit, interdicta est, quousque restituat, & satisfaciat.*

7 *Ciuitas, quæ Episcopum iniuriose capit, percutit, aut occidit, aut hæc fieri mandat, interdicta est.*

8 *Ciuitas quæuis præter Vrbem, quæ causa est aliquo modo, vt Cardinalis aliquis occidatur, vel percutiatur, ipso facto interdicta est.*

9 *Clerici tam sæculares, quam regulares, qui aliquem compellunt, aut fide interposita ad eligendam sepulturam in eorum Ecclesia inducunt, quando interdictæ censeantur Ecclesiæ eorum, & quousque.*

10 *Hæreticus, qui scienter in sepultura sacra reconditur, & exhumandus est, & locus ille in perpetuum quoad sepulturam interdicitur.*

11 *Interdictus an sit populus loci, quando locus generaliter propter delictum vniuersitatis, aut populi interdicitur.*

12 *Vniuersitas concedens represalias, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, aut bona earum, quando interdicta censeatur.*

13 *Vniuersitas personis Ecclesiasticis decimas, talias & Collectas imponens, aut eas ab illis exigens ipso facto interdicta est, & a solo Papa absolui potest.*

14 *Vniuersitas, collegia, aut capitula, quæ a sententijs ordinationibus, & mandatis summi Pontificis ad futurum Concilium Generale appellāt, interdicta sunt.*

15 *Capitulum Sede vacante, infra annum a die vacationis alicui dimissorias concedēs, quando interdictum censeatur.*

16 *Capitulum, quod aliquid abstulit contra Extrauag. vnicam ne sede vacante, quousque interdicto Ecclesiastico subijciatur.*

17 *Iudex Ecclesiasticus censuram sine scriptis, vel sine monitione, aut non expressa causa ferens, ab ingressu Ecclesiæ suspensus est.*

18 *Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem de manu laici recipiens, ab ingressu Ecclesiæ est suspensus, seu interdictus.*

19 *Episcopus, & alij superiores, necnon Abbates, &*

alij

alij regulares, aut sæculares aliquid de redditibus Ecclesiæ vacantis vsurpantes, quousque interdicti sint.

20 *Alienans non legitimæ bona ecclesiæ, siue Abbas, siue Episcopus sit, interdicitur ab ingressu ecclesiæ.*

21 *Metropolitanus qui Suffraganeum, & Suffraganeus antiquior residens, qui Metropolitanum vltra annum non residentem, ad Papam intra tres menses nō defert, ab ingressu ecclesiæ est interdictus.*

22 *Visitator, qui in visitatione aliquid vltra licitum accipit, ab ingressu ecclesiæ interdicitur.*

23 *Vitare interdictum quemlibet in diuinis officiis, Sacramentis, aut alijs similibus nemo nisi post denunciationem, aut specialem declarationem tenetur.*

24 *Interdictum quodcunque à iure, vel ab homine promulgatum seruare nemo tenetur, nisi specialiter & expresse à Iudice promulgatum fuerit.*

25 *Interdictum nemo seruare tenetur, si ille, in cuius gratiam, ac fauorem latum est, illud non custodiat.*

26 *Interdictus qui est, quamuis denunciatus non sit, interdictum tamen illud seruare tenetur.*

27 *Interdictum alij seruare tenentur, quamuis ille, ob cuius delictum positum sit, illud non obseruat.*



CVm in superioribus dictum sit interdictum omne generale, vel speciale loci, aut personæ esse, ideo in hoc capite suo ordine sententias omnes interdicti in iure latas recensebo, & primò quidem de Interdicto generali, & speciali loci; deinde vero de Interdictis generalibus, & specialibus personarum dicemus.

1 Primo igitur interdictum generale loci in iure latum reperitur ex triplici causa, Prima est, ex culpa domini temporalis. Secunda, ex culpa Episcoporum, & Clericorū, seu personarum ecclesiasticarum. Tertia, ex culpa ipsiusmet ciuitatis, seu ciuium. Ex culpa domini temporalis, in his casibus fertur, & incurritur interdictum iuris.

2 Primus est, quando dominus regni, castri, Ciuitatis, oppidi, aut alicuius loci impedit, ne Legatus, vel Nuncius Apostolicus exequi possit officium suum in suis locis, tunc eius regnum, ciuitas, terræ, & quælibet loca ei subiecta, tamdiu sūt eo ipso ecclesiastico supposita interdicto quamdiu in huiusmodi contumacia dominus persliterit, vt expresse habetur in extrauag. super gentes, de consuet. inter communes, Angelica, verbo, interdictum, 4. Martin. Ledesm. 2.4.q.26.art.2.tract. de interdicto Hugolin.tab.5.c.3.nu.6. Syluest. verbo, interdictū.4.q.1.§.7. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nume.13. Sebast. Medic. par. 2. Summæ, tit. 9.q. 8. Tolet. lib. 1.c.21.§.primus.

3 Secundus est, quando quis quemcunque Episcopum iniuriose, vel temere percutit, capit, seu bannit, occidit, aut hæc fieri mandat, aut ab alijs facta rata habet, vel consilium facienti dat, vel eundem scienter defensat, aut socius eius sit, tunc terra ipsius (dummodo vltra vnam diœcesim non contineat) vsque ad condignam satisfactionem interdicta est; & locus etiā, vbi Episcopus captus detinetur, interdictus est, quamdiu durat detentio, vt habetur cum multis alijs circa hāc materiam in Clemen. 1. de pœnis, §. terra quoque ipsius. Martin. Ledes. 2.4.q.26.art.2.cit.& Hugol. de censur. Eccl. tab.5.c.3. nu.6. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c.2. in princ. vers. sexto. Tabiena, verbo, interdictum, 2. num. 1. vers. sexto, Angelica verbo, interdictum. 4. in princip. versic. sextus. Syluest. vbi supra, q.1.§.5.& §.6.& Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 12.

4 Tertius est, quando dominus aliquis, rectores, vel officiales ciuitatis, in quo moritur Summus Pontifex, & in qua facienda est electio Romani Pontificis iuxta ea, quæ habentur in ca. vbi periculum, de elect. lib. 6. non faciunt ea inuiolabiliter obseruari absque vlla fraude, & dolo, quæ in d.c. constituta sunt, tunc locus, & ciuitas ipso facto interdicta est, vt ibidem habetur, §. præterea, ver. ciuitas, Palud. 4. distin. 18.q.8.art.1. princip¸ §. quantum ad primum, conclus. 5. S. Anto. 3. part. tit. 27. de interd. cap. 2. in princip. vers. quarto, Angelica, verbo interdictum. 4. in princ. vers. primus Syluest. vbi supra. 1. §. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nume. 1. vers. quarto. Sotus 4. dist. 22. qu. 3. art. 1. conclus. 3. ante finē. Toletus lib. 1. capit. 21. §. quartus. Hugolin. tab. 5. c. 3. nu. 6. Alphons. Viuald. cit. nu. 8.

5 Secundo, ex delicto Episcopi, & Clericorum Interdictum generale loci inuenitur latum, quando Episcopus, Archiepiscopus, & alij tam superiores, quam inferiores Ecclesiastici per mensem sustinuerunt sententiam excommunicationis, vel suspensionis contra ipsos in iure latam, eo quod manifestis vsurarijs alienigenis locant, vel alio titulo concedunt domos ad fœnus exercendum, eosque non expellunt, post mensem enim omnes terræ ipsorum interdictæ sunt, quamdiu ijdem vsurarij in eis commorantur, vt habetur in capit. 1. de vsur. lib. 6. iuncta gl. in verbo, sustinuerint. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 1. prin. §. quantum ad primum. Conclus. 1. vbi notat terras laicorum non esse interdictas, sed interdicendas. S. Anton. 3. par. tit. 27. ca. 2. in princ. ver. secundo. Tabiena, verbo, interdictum, 1. nu. 1. vers. secundo. Angelica, verbo, interdictum, 4. in prine. versic. quartus Hugolin. tab. 5. capit. 3. num. 5. Alphons. Viuald. cit. numero 10.

Tertio, ex culpa ciuitatis, seu communitatis interdictum generale loci fertur in his casibus.

6 Primus est, quando ciuitas, seu vniuersitas, aut collegium delinquit exigendo à personis Ecclesiasticis, aut Ecclesijs pædagia, guidagia, vel alia per se, vel per aliū, de rebus suis exportandis, vel importandis, quas non causa negociationis deferunt, terra ipso facto interdicto subiacet, donec acceptum totum restituerit, ac pro delicto huiusmodi competenter satisfecerit. cap. quamquam, de censib. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 1. prin. conclus. 2. S. Ant. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 2. in princip. ver. primo. Angelica, verbo, interdictum, 4. in prin. versic. tertius. Sylue. verbo, interdictum, 4. q. 1. §. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in princip. versic. primo. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 3. ante finem. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. trac. de interd. Nauar. in Man. cap. 27. num. 169. Hugolin. tab. 5. cap. 3. nume. 5. in princ. Alphons. Viuald. titu. de interdicto. num. 6. Summa Corona tit. eod. num. 5. Toletus libro 1. ca. 21. §. secundus.

7 Secundus est, si ciuitas Episcopum iniuriose, vel temere ceperit, percusserit, bannierit, occiderit, vel hæc fieri mandauerit, vel ab alijs facta rata habuerit, vel socia fuerit facientis, aut dederit consilium, vel fauorem, vel scienter defensauerit, ipsa interdicta est, vt habetur in Clem. prima, de pœnis, §. ciuitas. donec satisfecerit. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdic. c. 2. in princip. vers. sexto. Angelica, verbo interdictum, 4. in princ. ver. sextus. Tabiena, verbo, interdictum, secundo, in princip. versic. sexto. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo, tract. de interdicto. Nauar. in Man. capit. vigesimoseptimo. c. centesimosexagesimonono. Hugol. tab. 5. n. 3. numero sexto, Syluest. vbi supra, quæstio. 1. §. 5. Alphons. Viuald. cit. nu. 12. Toletus lib. 1. c. 21. §. quintus.

8 Tertius est ciuitas quæuis præter Vrbem, quæ consentit dando consilium, auxilium, vel fauorem occidentibus, vel percutientibus, Cardinalem San-

& Romanæ Ecclesiæ, vel quæ infra mensem delinquẽtes huiusmodi, prout enormitas facientis exigeret, & difficultas affuerit, non punierit, ipso facto interdicta est. capitulo, felicis, de pœnis. libro sexto. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. arti. 1. princip. conclus. 4. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 2. in princip. versic. quinto Angelica, verbo, interdictum, 4. in princip. versi. secundus. Syluest. cit. quæst. 1. §. 2. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in princ. versic. quinto. Hugolin. tab. 5. cap. 3. nume. 6. Alphons. Viuald. cit. num. 41. Toletus, libro 1. c. 21. §. tertius.

Secundo, interdictum speciale loci in iure latum reperitur in his casibus.

9 Primus est, quando Clerici siue sæculares, siue regulares induxerint aliquem ad vouendum, iurandum vel fide interposita, seu aliàs promittendum, vt in eorum ecclesia eligat sepulturam, vel semel electam vlterius non immutet, si postea in eorum ecclesia, vel cœmeterio hunc sepelire præsumpserint, tunc, si infra decendium ecclesiæ, vbi de iure sepeliendus erat, omnia, quæ occasione sepulturæ habuerunt, non restituant, & etiam ipsum cadauer, si petatur, ipso facto eorum ecclesiæ, & Cœmiteria eo vsque interdicuntur, quousque facta fuerit prædictorum omnium plenaria restitutio, vt habetur in c. vt animarũ. de sepulturis, lib. 6. Palud. 4. d. 18. quæst. 8. art. 4. princip. §. quantum ad tertium. conclus. 1. Angelica, verbo interdictum, 4. in princ. versic. quintus, Syluest. verb. interdictum, 4. quæst. 3. §. secundo Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo tract. de interd. Nauar. in Man. capit. 27. nume. 169. in fine, Alphons. Viuald. cit. num. 29. & Toletus libro 1. capit. 21. in fine. Vbi aduertendum est, quod licet aliqui velint hoc cap. intelligi, si in Ecclesia fuerit sepultus, quod tunc ecclesia cum Cœmiterio contiguo interdicta sit, secus autem, si vel in contiguo cœmeterio, vel in cœmiterio non contiguo fuerit sepultus, quasi tunc solum cœmiterium interdictum sit, non autem ecclesia. Alij tamen & rectius, quos sequitur Palud. cit. dicunt indifferenter, quod in quocunque illorum sepeliatur, vtrumque illorum, idest, ecclesia, & cœmiterium ipsorum inducentiũ interdicto subijcitur, quia hic vtrumque per se interdicitur. Quibus, etiam addendum est ex eodem Palud. quod si quis sine dolo, & fraude, & obligatione alium inducat ad eligendum, vel mutandum sepulturam, non ipsum obligans ad non mutandum locum, non habet locum hæc constitutio. Sin autem ipsemet curatus hãc inductionem faciat, apud quem de iure tumulandus erat, nec ecclesia, nec cœmiterium erunt interdicta, ex Palud. vbi supra, cum hæc constitutio in fauorem parochorum facta sit, cui parochus renunciare potest.

10 Secundus est, quando hæreticus traditur scienter Ecclesiasticæ sepulturæ, locus ille in perpetuum interdicitur (quoad sepulturam, ita vt nullus ibi in perpetuum poterit sepeliri) quantum autem ad alia, locus ille non censetur interdictus, capitu. quicunque, de hæret. libro sexto. Palud. 4. distinct. 18. quæstio. octaua articulo primo, princip. §. quantum ad tertium. conclus. secunda, Tabiena verbo, interdictum, secundo, numero secundo versiculo primo, in casu septimo. Qui ambo docent reconciliationem nihil valere, nec Episcopum posse hoc interdictum remouere: quia quando dicit Perpetua, remouere videtur dispensationem inferiorum, & fauet Alphons. Viuald. cit. numero nonagesimoprimo.

Tertio interdictum generale personale in his casibus latum est in iure.

11 Primus est amplissimus, vt a multis refertur, qui tamen non est vsque adeo certus, quando locus est interdictus generaliter propter delictum vniuersitatis, seu populi, tunc totus populus illius loci generaliter interdictus est. Hunc casum ponit Syluest. verbo, interdictum, 4. num. 2. & facit gloss. in capi. si sententia, in verbo, domini, de sentent. excon. munic. lib. 6. & Angel. in verbo, interdictum, 2. in princ. refert Innocen. & Hostiensem dicentes, quando locus est generaliter interdictus propter delictum populi, tunc illos loci homines non posse nec ibi, nec alibi interesse diuinis, quod est ipsosmet homines esse interdictos. Et fundat se in d. cap. si sententia, vbi dicitur, Quando locus est interdictus propter delictum principis, vel Rectoris, posse homines illius loci, qui non sunt culpabiles, alibi interesse Diuinis; vnde isti inferunt, ergo quando locus est interdictus propter delictum ipsius populi, non possunt alibi interesse Diuinis. Mihi vero magis probatur sententia Nauar. in Manuali. cap. 27. num. 167. scilicet personas loci interdicti, quæ non sunt culpabiles, siue interdictũ latum sit propter delictum principis, siue propter delictum populi, nunquam esse interdictas, & consequenter posse alibi Diuinis interesse. Id quod ex dicto capitulo si sententia, colligi potest, vbi dicitur: *Quando interdictum locale est ex delicto domini, personæ, quę non sunt culpabiles non sunt interdictæ*. ergo neque in interdicto loco ex delicto populi, sunt interdictæ; Quia vtrobique par est ratio innocentium, ergo par ius vtrorumque erit.

12 Secundus est, quando vniuersitas concedit represalias, seu pignorationes contra personas ecclesiasticas, vel earum bona, necnon, quando easdem represalias quantumcunque generaliter concessas ab alijs, cuiusuis consuetudinis prætextu, quæ potius abusus est, ad personas ecclesiasticas, earumve bona extendit, tunc enim nisi prædicta vniuersitas concessionem, vel extensionẽ huiusm. di reuocauerit intra mensem a die concessionis, vel extensionis computandum, ipso iure in interdictum incidit, vt habetur in cap. vnico, de iniurijs, libro sexto. Palud. 4. distinctio. decima octaua. quæstio. 8. capit. primo. principali. §. quantum ad secundum. conclus. 3. S. Anton. tertia par. titul. 27. de interdicto, capi. secundo, in principio. versic. tertio, Angelica, verbo, interdictum, 4. num. 1. vers. quartus. Syluest. verbo, interdictum, 4. quæstio. 1. §. 8. Alphons. Viuald. cit. numero 9. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in principio. vers. tertio. Nauar. in Manuali capitu. 27. numero 136. Henriquez lib. 12. de excommunic. & interd. capitulo 43. §. quinto. vers. tertio, & Hugolin. tab. 5. capit. tertio. numero 5. Represaliæ vero sunt, quando Dux aut Iudex (postquam monuit Rempubl. satisfacere læsis, nec illa satisfacit) concedit licentiam generalem, vt in recompensam rapiatur bona a quocunque illius ciuitatis.

13 Tertius est, quando communitas, seu vniuersitas imponit, exigit, vel recipit a personis ecclesiasticis decimam, tallias, collectas; seu quando bona ecclesiarum, aut personarum ecclesiasticarum in ecclesijs deposita arrestauerit, occupauerit, vel arrestari, aut occupari fecerit, seu dederit in his consilium, auxilium, vel fauorem scienter, ipso facto interdicta est, nec nisi de speciali mandato Sedis Apostolicæ absoluitur, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, per Constitutionem Bonifacij VIII. in cap. clericis. de immun. eccle. lib. 6. Quod tamen interdictum cum tota illa constitutione, & declarationibus, & alijs ex ea consecutis, reuocatum fuit per Clemen. vnicam, de immun. eccles. S. Anton. 3. par. titulo 27. de interd. in princip. versic. sexto, in fine, Angelica. verbo, interdictum, quarto numero primo. versic. primus. & alij. Syluest. vbi supra, quæst. 2. versic. secundo. Alphons. Viuald. cit. numero decimoseptimo.

14 Quartus est, in Bulla Cena Domini in nouissimis Bullis nostri temporis in canone secundo, vbi inter-

interdicuntur vniuersitates, collegia, & capitula, quocunque modo vocentur, quæ a sententijs, ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis appellant ad futurum Concilium Generale, & ij etiam quorum consilio, & fauore fuit appellatum. Alphonsus Viualdus, cit. num. 15.

15 Quintus est, interdicitur capitulum, quod Sede vacante infra annum a die vacationis concedit alicui dimissorias ad ordines, præterquam in vno casu, quando scilicet aliquis est ordinandus ratione beneficij accepti, vel accipiendi. Quod intelligendum est si illud beneficium talem ordinem requirat, vt habetur in Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 10. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. ca. 43. §. 5. versic. secundo. Alphons. Viuald. cit. nu. 18.

16 Sextus est, capitulum quod aliquid abstulit contra extrauag. vnic. ne sede vac. donec ablatum restituerit, interdicto Ecclesiastico subijcitur, ex d. extrauagan. & Hugol. tab. 5. c. 4. nu. 5.

Quarto, interdictum personale particulare, seu speciale in iure latum reperitur in casib. quorum

17 Primus habetur in c. cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. vbi iudex Ecclesiasticus, qui sententiam cuiuscumque censuræ propter dictæ pronunciat sine scriptis, vel in scriptis quidem, sed sine admonitione, aut non exprimendo causam, vel qui parti petenti non concedit intra mensem exemplar scripturæ, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. capit. 43. §. 5. vbi ait Prælatum regularem posse absque scriptis proferre censuram contra suos.

18 Secundus habetur in cap. si quis deinceps, 16. quæst. 7. vbi interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, qui Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem de manu laici recipit.

19 Tertius habetur in c. præsenti, de offic. ordin. lib. 6. vbi Episcopus, ipsove maior, necnon Abbates, seu alij regulares, aut sæculares, qui sibi aliquid vsurpant ex redditibus dignitatis vacantis, aut Ecclesiarum subditarum, interdicto ab ingressu Ecclesiæ puniuntur, quousque de prædictis restitutionem fecerint. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 43. §. 5.

20 Quartus habetur in extrauag. vnica, de reb. Eccles. non alien. vbi Episcopus, aut Abbas, qui bona Ecclesiæ non legitimè alienat, ab ingressu Ecclesiæ suspenditur, seu interdicitur. Hugol. tab. 5. cap. 3. nu. 2.

21 Quintus habetur in Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. vbi interdicitur ab ingressu Ecclesiæ Metropolitanus, qui Suffraganeum, & Suffraganeus antiquior residens, qui Metropolitanum vltra annum non residentem non defert ad Rom. Pontificem intra tres menses, vel per nuncium, vel saltem per literas.

22 Sextus habetur in Conc. Trid. sess. 24. de reformat. c. 3. vbi renouatur interdictum latum in capit. exigit, de censib. lib. 6. quo suspenditur, seu interdicitur ab ingressu Ecclesiæ visitator qui in visitatione aliquid accipit vltra ea, quæ in d. cap. ei conceduntur, vt latius in dicto Concilio continetur.

23 Aduertendum est autem neminem teneri ad vitandum quemlibet interdictum, neque in officijs diuinis, neque in sacramentis, aut alijs, nisi post denunciationem, seu declarationem specialiter, & expresse factam per iudicem Ecclesiasticum.

Immo vero sub nulla censura prohibemur in humanis cum vllo viro interdicto participare, in diuinis vero tam laicus, quam Clericus talem vitare tenentur, quamuis præceptum hoc per se, & directè potius Clericis impositum sit, vt colligitur ex capitulo non est vobis, de sponsal. vbi dicitur, *Ne celebretis, nec aliquem celebrare permittatis*. Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. & interdict. capit. quadragesimotertio, §. septimo, in annotatione litera C. Sin vero tota communitas, aut populus, aut collegium de interdicto personali denuncietur, quilibet est pars, & culpabilis, falsitem communitatis eius, censetur quasi nominatim interdictus. Quod si quidam sint tantum generaliter interdicti, vt fautores, aut receptatores Petri; aut si diuersus iudex interdicat participantes in communi, hos non tenemur vitare (sicut nec vitare tenemur notorie excommunicatos) aut si idem Iudex ferat excommunicationem contra participantes, nec tamen illos nominet, requiritur enim, vt participantes nominentur ad hoc, vt eos vitare teneamur.

24 Similiter nemo interdictum quodcumque generaliter promulgatum a iure, vel ab homine seruare tenetur, nisi fuerit promulgatum specialiter, & expresse a iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut certum locum. Quæ omnia habentur expresse ex iure nouo instituto in extrauagan. Ad euitanda scandala. in Concilijs Basileensi, & Constantiensi sub Martino V. vt refertur apud Felinum, in capit. Rodulphus. numero 5. de rescriptis. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 5. ante finem. Tabiena, in verbo, interdictum, 2. numero 1. in fine, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de interdicto, Sot. 4. distin. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 3 versic. Estque notandum, Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 187. Hugolin. tab quinta, capit. sexto, §. secundo, numero 2. & capit. decimoseptimo, §. secundo, num. 2. Toletus lib. primo, capit. vigesimoprimo, Henriquez lib. decimotertio, de excommunicat. & interd. capit. quadragesimotertio, §. septimo, Cuius extrauagantis ratio duplex causa fuit, Vna vitatio scandalorum; Altera conscientiarum quies & tranquillitas, vt ex dicta extrauag. colligitur. Item, nec interdictum seruare tenetur, qui a Romano Pontifice licentiam, aut priuilegium habet, arg. cap. fin. de sentent. excommunic. lib. 6. & capit. licet, de priuileg. lib. 6. quam licentiam, quodque priuilegium solus Papa dare potest, ex glos. in capit. ad hæc, 5. in verbo, interdictum, & ibi Panorm. de appellat. Neque etiã seruare tenetur quis, vbi interdictum suspensum est, argumen. d. capit. finalis, §. in festiuitatibus vero, de sent. excommun. lib. 6. in tali tamen suspensione forma suspensionis diligenter consideranda est, ne contra interdictum quid fiat, si enim simpliciter suspendatur, diuina omnia, ibi, vt prius fieri poterunt, si ad quędam, ea tãtum fient, & si vsque ad certum tempus, eousque, & non vlterius diuina officia celebrari poterunt, argumen. d. §. in festiuitatibus vero, & argumen. cap. non est vobis. de sponsal. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 183. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 257. Hugol. tab. 5. c. 6. §. 2. num. 3.

25 Præterea interdictum nemo seruare tenetur, vbi ab eo non seruatur, cuius gratia latum ipsum est, vt habetur in capitulo petistis, de priuileg. & ibi communiter DD. San. Anton. tertia parte, tit. vigesimoseptimo, de interdicto, capitulo tertio, in princip. Tabiena, verbo, interdictum, tertio, numero octauo, §. septimo. Alphonsus Viualdus citat. numero 188. in quo casu, si plurium gratia interdictum promulgatum sit, requiritur, vt maior pars eorum interdictum violet, & animum perseuerandi habeat, ex Panormit. in dicto capit. petistis, num. 2. de priuileg. id quod ex actibus eorum percipi potest, ad hoc, vt alij impune interdictum violent.

26 Excipitur tamen semper ipse interdictus, siue enim spectatim, siue per vniuersitatem quis interdictus sit, & quamuis denunciatus non sit, seruare tamen interdictum debet, cum ei nullo modo per d. extrauag. Ad euitanda scandala, subueniatur. Immo, etiamsi is, ob cu-
27 ius crimen, vel delictum positum est, illud non obseruet, nihilominus tamen alij obseruare debent, vt recte Alphons. Viuald. cit. num. 188. docet.

De

De Suspensione interdicti, & quibus modis id fiat. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Interdictum generale loci, quibus festis diebus in iure suspensum reperiatur.*
2 *Interdictum generale loci in festiuitatibus commemoratis in cap.* alma mater, *nec tollitur, nec in totum, seu ad omnem effectum suspenditur.*
3 *Ordines, aut extrema Vnctio in festiuitatibus cap.* alma mater, *conferri non possunt.*
4 *Interdictum generale loci in festiuitatibus cap.* alma mater, *pro prima tantum die earum, non autem pro alijs sequentibus suspenditur.*
5 *Officia diuina, quæ in quibusdam festiuitatibus tempore interdicti generalis loci permittuntur, a primis vesperis ipsum diem festum antecedentibus inchoantur.*
6 *Festum Corporis Christi a primis vesperis diei antecedentis incipere censetur.*
7 *Festa Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini, quoad eorum officia, a Missa vigilia eorum inchoantur.*
8 *Officia festiuitatum in c.* alma mater, *non solum secundas vesperas earum, sed etiam Completorium comprehendere censentur.*
9 *Completorium tempore interdicti generalis loci suspensi quo tempore, & hora recitandum.*
10 *Missa, & officia diuina non locum de festo proprio, sed etiam qualibet alia tam publica, quam priuata, in festiuitatibus, cap.* alma mater, *celebrari possunt.*
11 *Nuptiæ in festiuitatibus Pentecostes, Corporis Christi, & Assumptionis B. Virginis, tempore interdicti generalis loci, benedici possunt.*
12 *Sepeliri possunt laici etiam officio solenni, in festiuitatibus, cap.* alma mater, *& quæ huius sit ratio.*
13 *Laici in festiuitatibus cap.* alma mater, *etiam interdicti officijs diuinis interesse possunt.*
14 *Laicorum interdictorum oblationes in festiuitatibus cap.* alma mater, *in missa accipi non debent.*
15 *Laici interdicti, quamuis in festiuitatibus. cap.* alma mater, *officijs diuinis interesse possint, altari tamen apropinquare prohibentur.*
16 *Interdictum generale loci a primis vesperis in festo Corporis Christi, & per totam eius octauam, suspensum est.*
17 *Interdictum generale loci an in festiuitate Conceptionis B. Virginis, & per totam eius octauam, tunc vt olim censeatur suspensum.*
18 *Officia omnia diuina, 200. annorum antiquitatem non excedentia, per Bullam Pij V. de officio Romano recitando reuocata sunt.*
19 *Interdictum generale loci an per aduentum Regis in locum illum suspensum sit.*
28 *Interdictum generale loci an in festo omnium Sanctorum, & in die Commemorationis omnium defunctorum sit suspensum.*
21 *Interdictum per priuilegium speciale suspendi potest, quale a Summo Pontifice religiosis concedi solet.*
22 *Priuilegia omnia cuiusuis ordinis religiosorum de celebrandis officijs diuinis tempore interdicti concessa an, & quatenus per c.* alma mater *reuocata sint.*
23 *Priuilegia quænam prius concessa per, cap.* alma mater, *reuocata censeantur.*
24 *Priuilegia religiosorum quibus religiosi in festis Sanctorum sui ordinis, & per octauas eorum, non obstante generali interdicto loci, in suis Ecclesijs, excommunicatis duntaxat exclusis, diuina officia celebrare possunt, an per Concilium Tridentinum reuocata sint.*
25 *Concil. Trident. Sess. 25. de regular. cap. 12. & 22. priuilegia quædam generalia tantum, non specialia reuocat.*
26 *Legatus a latere priuilegium celebrandi tempore interdicti an, & quatenus concedere possit.*
27 *Interdictum suum non solum Episcopus, sed etiam prælati inferiores suspendere possunt.*
28 *Interdictum personale ab Ecclesiastico iudice, vel quo ad omnes eius effectus, vel quoad aliquos tantum pro arbitrio suo suspendi potest.*
29 *Interdictum quoad tempus, quantum ad aliquem, vel omnem effectum suspensum redit, quamuis, qui causam eius dederunt, satisfecerint.*
30 *Interdicti sententia suspensa, an appellatio valida interponi possit.*

1 Interdictum tribus præcipuè modis suspendi potest, Primo, generali priuilegio; Secundo, priuilegio speciali seu particulari; Tertio, sententia iudicis Ecclesiastici, de quibus singulis breuiter in hoc capite dicendum est.

2 Primo, generale interdictum loci generali priuilegio inuenitur suspensum in his quatuor anni festiuitatibus, scilicet, *Natiuitate Domini, Resurrectione Domini, Pentecoste, & Assumptione B. Virginis, vt habetur in ca. alma mater. §. in festiuitatibus, de sentent. excommunicat. lib. 6.* Quibus festiuitatibus prout prius, *campanæ pulsantur, & officia diuina, voce alta, & ianuis apertis, solemniter celebrantur, excommunicatis prorsus exclusis, non interdictis quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum, (vt ipsi interdicti ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum facilius inclinentur) præfatis diebus participatio diuinorum permittitur, sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi prolatum est, altari nullatenus apropinquent,* vt in d. §. habetur. Dixi, *interdictum generale loci,* siquidem interdictum particulare his festiuitatibus non suspenditur, vt ex textu d. *ca.* alma mater. & glos. ibi, in verbo, Ecclesijs. Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 173. vers. nono, dico. Couar. in capit. alma mater, part. 2. §. quarto, num. 1. qui multos alios citat, & Marco Antonio Cucchio lib. 4. Institutis Canon. tit. 12. Alphonso Viualdo tit. de interdicto, num. 255. & alijs colligi potest. Circa quam suspensionem nonnulla adnotanda sunt.

20 Primum est in his festiuitatibus non tolli interdictum, sic enim omnia Sacramenta administrari possent hoc tempore, quod falsum est, vt infra dicemus, sed tantum suspenditur, argumen. eorum, quæ tradunt glo. in capit. vt priuilegia, in verbo, semel in anno, & ibi Panorm. numero 3. de priuileg. Nauar. in Manuali, ca. 27. nume. 185. Henriquez libro 13. de excommunicat. & interdict. capit. 47. §. secundo, Hugolin. tab. 8. §. 12. numero primo. Immo, nec suspenditur in totum, idest, non quantum ad omnem effectum: nam in dicto §. in festiuitatibus, expresse prohibetur, ne interdicti qui dederunt causam, vllatenus appropinquent altari, quæ particula, qualiter intelligenda sit, inferius dicemus.

Secun-

3 Secundum est, ex communi Canoninistarum sententia, in ijsdem festiuitatibus non possunt conferri ordines, neque etiam extrema vnctio morientibus, ex Couar. in capitulo alma mater. par. 2. §. 5. versic. decimo. de sent. excom. libro 6. Hug. tab. 5. cap. 8. §. 12. quia tunc solum permittuntur officia diuina, non Sacramenta. Quid autem de alijs Sacramentis sentiendum sit, abunde satis cap. 6. a nobis expositum est.

4 Tertium est, in his festis interdictum solum suspenditur pro prima die earum, non autem pro duobus alijs consequentibus vnde prima solum die licite celebrantur diuina officia, vt prius, ex communi DD. opinione. Sic Archid. quem refert, ac sequitur Sylu. in verb. interdictum, 5. q. 2. num. 3. vers. secundum S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 4. §. item nota. Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 2. §. 1. ante fi. Nauar. in Manu ali, c. 27. num. 182. vers. decimo quinto. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 47. §. 2. Hug. tab. 5. c. 8. §. 9. Et patet, quia priuilegium hoc concessum est ob salutarem Christi ortum, & ob gloriosam eiusdem resurrectionem, & aduentum Spiritus Sancti, quę vno die facta sunt, vt scripturæ testantur; at vero limitata causa limitatum producit effectum, arg. capit. cum cessante. de appellat. Et quia reliqui duo dies sequentes de octaua sunt, & officium de octaua fit, non de die; imò in Natali officium fit de alijs Sanctis, & est communis opinio DD. quicquid Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. concl. 4. & Alphonl. Viuald. titu. de interd. num. 237. 238. 239. & seqq. contrarium sine vlla efficaci ratione, vel auctoritate doceant.

5 Quartum est, quoad inchoationem diuinorum officiorum, quæ permittuntur, docent communiter DD. inchoari a primis vesperis antecedentibus ipsum diem festum; sic in c. alma mater. §. in festiuitatibus, in verbo, Assumptionis, de sent. exc. lib. 6. & citatur in margine Archid. & idem docent Gemin. Phil. Franc. & Ancbar. numero 3. ibidem. Io. in. Andr. ibi. Cald. de eccl. interd. memb. 6. ver. vilo de effectu. col. 8. S. Anton. 3. par. titu. 27. de interd. c. 4. §. item nota. Sylu. verbo, interdictum, 5. q. 2. numero 3. ver. secundum. Armilla verbo, interdictum, num. 43. vbi att esse communem, & Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censur. c. 7. Hug. tab. 5. c. 8. §. 7. Nauar. in Man. c. 27. nu. 184. etenim in primis vesperis incipiunt officia diuina, ex glos. in c. 2. de ferijs, & in c. quod dec. dist. 75. vbi dicitur, *Dominicum diem Resurrectionis a vesperis Sabbati initium habere*, & idem colligitur ex elem. vnica, in fi. vers. *Qui autem in primis vesperis*, de reliq. & vener. Sanctor. vbi festum Corporis

6 Christi incipere dicitur a vesperis antecedentis diei, & est communis opinio, quam etiam sequitur Sotus vbi supra, quicquid Io. Monac. quem refert, non tamen sequitur Ang. verb. interdictum, 6. num. 18. falso putauerit diem festum inchoari tantum ipsomet die festo illucescente, & mane vesperi comprehendi, iuxta illud Gen. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus*, cuius opinio falsa est: etenim licentia his dieb. ea de causa concessa est, vt officia diuina in eis celebrentur, officia vero illa cum sint duplicia, a vesperis antecedentis diei inchoantur.

7 Ceterum Paludan. 4. d. 18. q. 8. art. 2. principali, conclus. 7. singulariter præ ceteris notat, quod licet officium solemnitatis communiter incipiat a primis vesperis, vt tamen dictum est, in his tantem festis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis, officium inchoari putat a Missa vigiliæ, i. die præcedenti, quem sequitur Tabiena, verbo, interdictum, 5. numer. 2. §. primo. ante fin. id, quod etiam Alphonl. Viuald. vbi supra, num. 242. & rationabile, & iuri consonum esse arbitratur. Probari potest de singulis. Primo de festo Resurrectionis, quia Missa vigiliæ Sabbati Sancti antiquitus consueuit dici sub vesperam, vt patet ex collecta eius, in qua dicitur, *Deus qui hanc Sacratissimam noctem* vnde illa Missa pertinet ad noctem Paschalem, non autem Paschalis ad ipsius Paschæ festiuitatem pertinet. Deinde omnes concedunt officium solemnitatis cuiusque inchoari primis vesperis, vesperæ autem Sabbati Sancti intra Missam dicuntur, & cum eadem prorsus collecta Missæ concluduntur, & proinde missa in eadem festiuitate, & vesperis includitur, & par honor vtrique tribui debet, & de festo Paschæ idem cum Palud. & Tabiena sentiunt Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 1. concl. 4. Polancus in directl. Confessar. c. de interd. ante fi. Henriq. lib. 13. de excom. & interd. c. 47. §. 3. id quod de hac festiuitate Paschali mihi etiam videtur certum, et indubitatum. Et similiter de Missa vigiliæ Pentecostes idem probat Palud. vbi supra, quia in vigilia Missæ Pentecostes dicitur eadem præfatio quæ dicitur in ipsomet die Pentecostes, ergo & illa Missa pertinet ad festiuitatem Pentecostes. De Natali Domini probat: quia missa vigiliæ, & simul officium e laudib. est duplex, quod non fit in alijs vigilijs, ergo & officium ipsius vigiliæ a laudib. cum missa pertinet ad festiuitatem Natalis. Cuius sane opinio, quam Polancus, & Henriq. vbi supra sequuntur, de festis Pentecostes, & Natiuitatis Domini, mihi etiam valde probabilis videtur, non tamen adeo certa est, sicut de festo Paschatis: & facit, quia cum sit priuilegiũ Principis, & fauorabile, potius ampliandum, & latè interpretandum erit, quam restringendum, arg. reg. odia. de reg. iur. lib. 6. In Assumptione vero B. Virginis solemnitas inchoatur a primis vesperis.

8 Quintum est, quamuis glo. in c. alma mater, §. in festiuitatibus, in verbo, assumptionis, de sentent. excom. lib. 6. & Ioan. Andr. & Anch. ibid. Calder. tract. de interd. memb. 6. §. vilo de effectu, col. 8. existiment suspensionem interdicti in his festiuitatib. terminari ipso die festiuitatis, vesperis iam peractis: arg. tex. in ca. 2. de ferijs, vbi dicitur, *de vespera in vesperam celebrabitis Sabbata vestra*. Alij tamen omnes, vt Arch. quem refert, & sequitur Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 18. Dom. & Franc. in d. c. fi. de sent. excom. lib. 6. & Gemin. ibid. nu. 9. Feder. de Sen. consl. 111. nu. 6. Gonsal. de Villadiego de irreg. ca. de interdicto, col. 5. Syluest. verb. interdictum, 5. quæst. 2. num. 3. vers. secundum. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 5. nu. 5. vers. sexto, de sent. excom. lib. 6. Nau. in Man. ca. 27. nu. 284. Barth. Med. lib. 1. instruct. Confes. ca. 11. §. 13. Henriq. lib. 13. de extr. de interd. c. 48. §. 3. Alphon. Viuald. de interdicto, n. 246. Corona Confess. tit. de interd. nu. 8. Ioseph Angles, in Florib. 4. Sent. p. 2. in q. de extr. art. 6. diffic. 2. concl. 1. Hug. tab. 5. r. 8. §. 8. docent nó solum secundas vesperas dici, sed etiam Completorium eius festi alta voce ianuis apertis, & pulsatis campanis celebrari posse, idemq; docet Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. art. 2. princip. conclus. 7. & est communis opin. Ratio est, quia Completorium festi duplicis est pars officij illius diei, vnde etiam iure dicitur duplex, & officium cuiusque diei in Completorio terminatur. Cum igitur licita sint quæcumque officia diuina toto illo die apertis ianuis, & voce alta, multo magis Completorium, quod ad diem illum pertinet, & hoc maxime, quia cum sit beneficium principis, latè interpretandum erit, vt etiam Completorium ipsius diei festi comprehendat, arg. c. cum dilecti. de donat. & in l.

9 beneficium, ff. de constit. princ. Quibus addo, quod licet in matrice etiam, puta quam in alijs Ecclesijs finitum sit Completorium puta hora 5. post meridiem, & repetatur interdictum cũ pulsu campanarũ; licebit nihilominus in alijs Ecclesijs etiã regularium hora solita, puta hora 5. post meridiē, seu hora diei 24. cantare Cõpletorium cum prædictis solemnitatib. vt consuetudo interpretatur. & Henriq. Med. & Viuald. vbi supra testantur. Nec his obstant, quæ ex cap. 2. de fer. pro contraria sententia afferuntur; illud enim in veteri lege obseruatũ fuit, nũc autẽ festus dies mutatus est. Deinde dici potest cum Arch. quem refert, ac sequitur Ang. verb. interdictum,

vel eorum loca; Indirectè est interdicere alios ratione ipsorum, vt v. g. interdicere eos, qui eorum Ecclesias frequentant, qui cum illis negociantur, qui ab illis emunt, aut qui eis vendunt; qui molunt eis frumentũ, qui eis panem coquunt, &c. vt in d. capit. quanto. habetur. In tantum autem non possunt huiusmodi personas interdicere directè, vt si de facto interdicant, sententia est nulla, arg. cap. si ducibus. de appellat. capit. cum dilectus, de relig. domib. et Clemen. frequens, de excess. prælat.

11 Excipiuntur tamen casus, in quibus Concilium Tridentinum, non obstantibus suis priuilegijs, dat Ordinarijs potestatem, vt tanquam delegati, vel legati Sedis Apostolicæ, contra quoscumque etiam religiosos exemptos procedere possint, vt Sess. 5. capit. 2. & Sess. 24. de reform. ca. 4. vbi prohibetur Regularis prædicare absque Episcopi approbatione, & sess. 6. de reformat. capit. 3. degens extra monasterium, si delinquat, ab ordinario puniri potest. & Sess. septima, de reformat. cap. 7. 14. & 15. confirmat Clem. quia contingit. de relig. domib. vbi etiam exempti quibusdam casibus coram ordinarijs locorum conueniri possunt. Nauarrus in Manuali, ca. 25. nu. 13. & Henriquez lib. 13. de indulg. ca. 24. §. 2. in annot. littera O, vbi alia multa loca Concilij citat.

12 Octauò, quicumque quomodolibet exempti siue in singulari ratione personæ, siue in communi ratione loci, aut ordinis, & quocumque quamuis amplissimo priuilegio suffulti, ne possint interdici, non eximuntur à iurisdictione Papæ, quin minus ab eo interdici possint. Nam sicuta Dei potestate nemnem Romanus Pontifex eximere potest, ita nec à se, qui ipsius Dei personam in terris gerit, vt habetur in capit. 2. de translat. prælat. vt docent Ioann. Andr. quem refert, ac sequitur Panormit. in capit. cum instantia, num. 6. de censibus. & Rebuff. in praxi benefic. versic. seu si venerabili fratri, form. nou. prouis. declarat. Hugol. tab. 1. ca. 2. §. 12. num. 11. & Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 25. §. 5. in annot. littera G. Sed neque immunens sunt ab interdictis latis in Bulla cænæ Domini, vt habetur expresse in istis nouissimis Bullis Cænæ Domini ante finem. Et de subiecto interdicti hactenus.

13 Quoad ministrum autem interdicti.

Primo, Communis regula est DD. omnem Prælatum, & iudicem habentem iurisdictionem fori exterioris spiritualem, siue Ecclesiasticam, siue ordinariam, siue delegatam, interdicere posse eas personas, & ea loca, in quibus iurisdictionem habet. capit. cum inter. de consuetud. cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. 2. Et denique, qui ordinaria potestate excommunicare potest, hic etiam interdicere potest, eamque facultatem vni Clerico aliqua censura non impedito delegare, vt authores initio huius capitis allati testantur, & Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. capit. 51. §. 1. & Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, nu. 124.

14 Secundo, Papa interdicere potest quascumque personas, & quæcumque loca, etiam totum orbem Christianum, si causa id postulet, cum iurisdictionem fori exterioris in omnes personas, & omnia loca habeat, arg. cap. tanta, de excess. prælat. Palud. 4. distin. 18. quæstio. 8. in art. 4. principali, §. quantum ad quintum. Syluest. in verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nu. 3. §. 2. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 51. §. 1. Alphonsus Viualdus vbi supra, num. 125.

15 Tertio, Legatus, & Nuncius Sedis Apostolicæ interdicere potest. cap. nouit. de offic. legat. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8 in art. 4. princip. §. quantum ad quintum. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. ca. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nu. 3. §. secundo. Henriquez loco cit. §. 1. vers. tertio. Alphons. Viuald. vbi supra, num. 126. quod intelligitur in personas, & loca tantum suæ legationis, & hoc non solum, si in litteris suæ commissionis id exprimatur, seu addatur clausula hæc, *contradictores per censuram Ecclesiasticam compellendo, seu compescendo*, arg. ca. quærenti. de verb. signif. sed etiam simpliciter Legatus constituatur, nec apponatur talis clausula, ex S. Anton. Tabiena, Henriquez vbi supra. & fauet Viuald. nu. 127. qui cum hoc concedat de subdelegato, à fortiori idem de Legato concedere debet.

16 Quartò, Delegatus eiusdem Sedis Apostolicæ, ca. Sane, 2. de offic. deleg. potest interdicere personas, & loca, quarum, seu quorum causa ei delegata est, nec non & alias personas, ex quibus causæ cognitio pendet. S. Anton. Palud. Tabiena, Alphons. Viuald. locis proximè citatis. Et pari modo delegati aliorum Prælatorum idem possunt intra terminos suæ delegationis.

17 Quinto, Subdelegatus, idest, delegatus à delegato potest etiam interdicere. cap. ex litteris. de offic. deleg. S. Anton. & Tabiena, vbi supra, & Alphon. Viuald. n. 127. Potest etiam hic tantum, quantum ipse delegatus, quia delegatus potest delegare, & delegando dat subdelegato totam suam iurisdictionem.

18 Sexto, Episcopus etiam solum electus, & confirmatus, licet non sit consecratus, interdicere potest suos subditos, & loca suæ diœcesis, quia interdicere non est actus ordinis, sed iurisdictionis, cap. transmissa. de elec. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad quintum. Anton. 3. parte tit. 27. cap. 2. in fi. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæstione 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Alphonsus Viualdus. citat. numero 128. & 129. Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. cap. 51. §. Immo etiam interdicere potest personas per Sedem Apostolicam priuilegiatas, ne possint interdici, si priuilegium sit concessum tantum ratione personæ, nisi fuerint Reges, Reginæ, aut eorum filij, qui sic priuilegiati fuerint, aut nisi in filios speciales a Papa recepti sint, capit. 1. de verborum significat. libro 6. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 264. versic. octauo, & Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 196. vt ex prædictis constat: personas autem priuilegiatas, & exemptas ratione ordinis interdicere nequit, vt diximus.

19 Dubium est apud DD. an Episcopus interdicere possit Clericos, & Ecclesiam, sine consensu Capituli? Ratio dubitandi ex capit. 1. de excess. prælat. desumitur vbi Pontifex prohibet, *ne Clericos sine iudicio Capituli Episcopus suspendat, aut eorum Ecclesias interdicto subijciat.* & faciunt pro hoc capit. nouit. & capit. quanto. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli, & capit. cum in cunctis. de his, quæ fiunt à maiori pat. capit. & certe tota difficultas in intellectu horum canonum maximè vero d. c. 1. consistit, quod à diuersis diuersimodè exponitur.

20 Prima enim expositio est Innocen. in d. cap. 1. de excess. prælat. & ibi Panorm. nu. 2. Palud. 4. d. 18. quæst. 8. in art. 4. principali, §. quantum ad sextum. S. Anton. 3. par. titulo 27. de interd. capit. 2. in fine. Syluestri. verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Viuald. cit numero 128. Tabienæ, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. ca. 51. §. 1. Qui intelligunt caput illud de interdictis ferendis in perpetuum, aut in longum tempus, tunc enim existimant Episcopum non debere (vt S. Anton. Tabiena, Syluest. Viuald. & Henriquez loquuntur) aut non posse, vt Paludan. cum Innocent. docent Clericos, aut eorum Ecclesias interdicere, sine consensu capituli.

Secũda est eorundẽ, maximè Innoc. Palud. et Alphõs. Viualdi, qui etiam intelligunt de interdictis ferendis, qñ Eps procedit cõtra aliquos ex officio, siue præsentes, siue absen-

absentes, tunc enim quia cum maiori maturitate, sicut etiam in priori casu, procedendum est, requiritur consilium Capituli.

Tertia est, vt Calderinus in tract. de interd. memb. 3. num. 54. refert, Hostiensis, qui intelligit de interdictis ferendis, quando Episcopus procedit ad correctionem Canonicorum, & Clericorum, & maximè vt sic eorum contumaciam comprimat; tunc enim Canonicos ipsius capituli iurisdictioni subiacentes, non nisi ex consensu capituli interdicere valet, iuxta formam cap. irrefragabili, §. excessus, de offic. ordin. & cap. cum contingat. de foro compet.

Quarta est eiusdem Hostiensis, qui intelligit de interdictis ferendis, quando Episcopus cum capitulo habet omnia communia, etiam iurisdictionem; vt cum Episcopus non constituit, aut destituit sine consilio capituli, nec alia facit, quæ ad iurisdictionem pertinent, tunc enim interdicere non potest sine consilio capituli. Addit tamen Host. in his casibus etiam sententiam solius Episcopi esse timendam, quia quamuis iure prohibeatur hoc facere, nullo tamen iure declaratur factum esse irritum.

Quinta est Calderini vbi suprà, qui intelligit hoc cap. simpliciter, & vniuersaliter, prout iacet, & verba sonat, quantum est ex vi iuris communis, & iuris scripti, vt Episcopus non possit interdicere Ecclesias, nec Clerum sine consensu ipsius capituli, & facit capit. Episcopus nullius. 15. q. 7. & faciunt d. c. nouit. &c. quanto, de his quæ fiunt a prælat. Immo addit Calderinus hoc non solum habere locum in Episcopo, sed etiam in omni Prælato habente sub se capitulum. & idem docet quoad hoc vltimum Palud. cit. §. quantum ad sextum. Cum Calderino consentiunt glo. in d. c. 1. in verbo, capituli, & Panorm. ibi, & Hugolin. de censur. Eccle. tab. 5. cap. 1. §. 1. qui id docent verum esse de iure scripto, vt sine consensu capituli Clericos suspendere, aut interdicere non possit. Addunt tamen Panormit. Calderin. & Hugolin. hodie Episcopos ex consuetudine præscripsisse Iurisdictionalia contra capitulum, vt sine consensu capituli quascunque censuras ferre possint, & clerum, & Ecclesias interdicere, quæ præscriptio, & consuetudo valet, vt experientia, & vsus quotidianus declarat, argum. capit. 3. de consuetud. lib. 6. Nemo enim Episcopus hodie est, qui per se iurisdictionem non exerceat. Quarum expositionum, & sententiarum hæc quinta, & vltima mihi videtur verior, & textui conformior, & quotidie ab Episcopis practicatur. Post hanc locum habere possunt prima, & secunda, tertia verò, & quarta non videntur mihi commode adaptari posse textui. Quibus omnibus addo cum Hugolino, vbi supra, absque controuersia Episcopum sine consensu capituli in laicos censuram quamcumque ferre posse, id quod iuri scripto, & experientiæ conforme omnino est.

21 Septimo, Prælati inferiores Episcopis habentes iurisdictionem spiritualē ordinariam fori exterioris interdicere possunt sibi subditos, cap. cum inter, de consuetud. & cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. & ibi glos. in verb. Ecclesiasticę sententię, vbi notat, qui nam sint illi prælati, dicens esse Abbates, & Prælatos Ecclesiarum Collegiatarum, qui licet subsint Episcopis, sunt tamen Iudices Ordinarij in plebe sua. Idem docent. Palud. 4. distinct. decimaoctaua, quæstion. 8. in artic. 4. princip. §. quantum ad quintum, & §. quantum ad sextum. S. Anton. 3. part. titul. vigesimoseptimo, de interdict. cap. 2. in fine. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæst. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Sotus 4. distinct. 22. quæst. 3. artic. 1. conclus. 2. Alphons. Viuald. num. 130. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 51. §. 1. vbi ait tales in suo territorio interdicere posse, siue ex iure, siue ex consuetudine, siue ex priuilegio hanc iurisdictionem habeant: immò, etiam & Abbates sæculares, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Et Innocent. in d. c. cū inter. de consuetud. idem posse Decanos affirmat, quod probat ex c. dilectis. de appellat. An autem illi interdicere possint Clerum, & Ecclesiam sine consensu capituli, dicendum est, vt supra de Episcopis diximus.

22 Eodem modo Generalis religionis interdicere potest subditos sibi, qui tamen, vt notat Henriquez vbi suprà, in consuetudine non habet, vt opidum, aut castrum interdicat, nec si esset consuetudo in oppositum, est admittenda, nisi in illud habeat spiritualem Iurisdictionem, ex Soto, & Henriquez vbi supra. Sic etiam Priores, & Guardiani, & superiores monasteriorum subditos suos interdicere possunt ab audiendis diuinis, aut confessionibus, ex Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 5. & ca. 51. §. 1. locum tamen, aut personam simpliciter interdicere nequeunt, & fauet Palud. cit.

23 Octauo capitulum de iure communi non potest interdicere, quia nullam habet iurisdictionem ordinariam. Excipitur tamen

Primo casus vacationis Sedis Episcopalis, quo casu tota iurisdictio deuoluitur ad ipsum capitulum, paucis exceptis ex Henriquez lib. 13. de excom. cap. 24. §. 1. in fine, & faciunt ad hoc capit. his, quæ, & ibi glos. fina. & ca. cum olim. & ibi glo. in verbo, capitulo, vbi docet, in quibus non deuoluitur iurisdictio ad capitulum, de maior. & obed. & c. ad abolendam, in princ. & ibi glos. in verbo, Sede vacante, de hæret. & ca. pen. & vlt. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. & c. cum nullus, & ibi glo. in verbo, capitulum, de temp. ordin. lib. 6. & d. 65. c. vlt. & d. 23. c. in nomine domini, & 7. q. 1. c. Pontifices, vt refert gl. ind. c. his, quæ Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. princ. §. quantum ad quintum. Hostiens. in d. c. ad abolendā, S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo, Alphons. Viuald. nu. 131. & n. 135. Henriquez lib. 13. c. 24. §. 1. & c. 51. §. 2. Nunc autem mortuo Episcopo vicarius à capitulo eligendus est, qui iurisdictionem exerceat, ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. ca. 16. Excipitur secundo casus specialis priuilegij Sedis Apostolicæ, sicubi ex priuilegio concessa sit capitulo talis iurisdictio. Excipitur tertio casus, consuetudinis præscriptæ, sicubi capitulum vllam iurisdictionem pręscripsit ex consuetudine in opida sibi subiecta, vt capitulum Ecclesiæ Salmanticensis in opida Valdoperæ, de la Valdobla, vt Henriq. in d. cap. 51. §. 2. testatur. idem docet Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. in fi.

24 Nono, Communitas etiam quædam habet iurisdictionem interdicendi, vt Concilium Generale, Prouinciale, aut Episcopale, vt Henriquez cit. & communis DD. sententia testatur.

25 Decimo, Dubium est de canonicis, an ipsi interdicere possint, & intelligitur maxime de Canonicis Ecclesię Cathedralis. in qua re hæc communiter ab authoribus traduntur.

Primo, certum est neque singulares Canonicos seorsim, neque plures canonicos simul posse interdicere Ecclesias Episcopis subiectas sine consensu ipsius Episcopi, & aliorum canonicorum, vt habetur in capit. quæsiuit, de ijs, quæ fiūt à maio. par. Cap. Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. principali. §. quantum ad sextum. Angelica, ver. interdictum, 3. nu. 2. Tabiena, verbo, interdictum, 2. §. secundo. Alphonsus Viuald. nu. 132. etsi de facto interdicunt, neq; tenetur Episcopus interdictum illud seruare, neq; permittere dēt ab alijs seruari, vt Cælestinus III. in d. c. quęsiuit, expressè determinauit, et statuit.

Secundo, si canonicus aliquis Episcopale ius habeat in aliqua ecclesia, illam interdicere potest, ex glos. in d. capit. quæsiuit, in verbo, Ecclesiam.

Tertio, si canonicus præbendam aliquam habet, cui Ecclesia est annexa, vt in ca. extirpandæ, §. si vero, de præbend. in qua de consuetudine iurisdictionem fori

fori exterioris spiritualem exercet, iuxta capit. super eo, de præbend. lib. 6. illam interdicere potest. ex Calderino tract. de Eccles. interd. memb. 3. num. 55. & Palud. 4. dist. 18 q. 8. art. 4. princ. §. quantum ad sextum. Tabiena verbo, interdictum. 2. numer. 3. §. secundo. in fine, et Alphonso Vualdo cit. num. 133.

Quarto, si Cononicus de cōsuetudine præscripta exerceat Iurisdictionem spiritualem fori exterioris in terram, seu territorium ipsius præbendæ, ipsum territorium, & terram interdicere potest; sic Calder. & Tab. cit. contra Paludanum in d. §. quantum ad sextum.

Quinto, si canonicus ex præscripta consuetudine exerceret Iurisdictionem super aliquos homines, seu personas, super quas habet aliquam prælationem, verbi gratia, quia sunt, vel habitant in eius præbenda, tunc omnes, & singulos illos homines interdicere potest, vt notant Calderin. & Palud. vbi suprà, & consentit Innoc. in cap. quæsiuit, de ijs, quæ fiunt à maio. par. Cap. Addit etiam Palud. in d. §. quantum ad sextum, non posse consuetudine induci, vt pro communibus factis Ecclesiæ collegiatæ, vel canonicorum, vel Ecclesiæ simul, & canonicorum, quilibet canonicus interdicat aut excommunicet homines Ecclesiæ, quia cum de factis communibus agatur, communi sententia opus est; & idem expresse docent Calder. cit. & Innoc. in d. cap. quæsiuit, nō enim quilibet de Capitulo est dominus hominū Ecclesiæ, sed vniuersitas. Pari ratione puto non solum seorsim singulos, sed neque aliquos, tres, aut quatuor, &c. simul posse interdicere, sed necessario requiritur maior pars suffragiorum ad interdicendum.

26 Vndecimo. Fœmina interdicere non potest, etiā si Abbatissa, vel Priorissa sit, & etiam si Ecclesias monasterio subiectas, aut Clericos subiectos habeat, quia non est capax iurisdictionis spiritualis, tum ratione sexus; tum quia non est capax ordinis Clericalis; spiritualis autem iurisdictio saltem de facto, & de iure communi ordinē
27 Clericalem supponit. Sic S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, interdictum, 2. num. 3. §. secundo. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. capit. 51. §. 1. Hugolin. tab. 1. cap. 2. §. 7. Felin. Panorm. & Innoc. in cap. dilecta, de maior. & obed. & idem Panorm. & DD. in capit. nouit, de pœnit. & remiss. & Syluest. in verbo, Interdictum, 3. quæst. 3. & Alphonsus Vualdus tit. de interdicto, nu. 134.

De causa dispositiua, & forma ferendi sententiam interdicti. Cap. XI.

S V M M A.

1 *Interdictum non nisi ob causam, & culpam grauem ferri debet.*
2 *Interdictum extensiue pœna grauior est, quam excommunicatio, quamuis intensiue leuior sit.*
3 *Culpa, & causa grauis ad ferendum interdictum qualis esse debeat.*
4 *Censuræ Ecclesiasticæ nerrus sunt disciplinæ Ecclesiasticæ.*
5 *Interdici in particulari ob alterius culpam nemo potest.*
6 *Interdictum vt valide in Collegium, aut vniuersitatem feratur, vt singuli culpabiles sint, non est necessum.*
7 *Interdictum generale loci, vel personarum, ob vnius delictum non nisi ex speciali Papæ licentia, & tunc pro ordine, & modo ferendum.*
8 *Delictum Principis populi, seu Rectoris Ciuitatis habentis iurisdictionem temporalem, causa sufficiens est, vt ciuitas, seu locus interdicatur.*
9 *Delictum Episcopi causa sufficiens esse potest, vt Ecclesia Cathedralis, & tota etiam diœcesis interdicatur.*
10 *Delictum principalium membrorum ciuitatis, seu Vniuersitatis causa sufficiens esse potest interdicendi ciuitatem.*
11 *Delictum magnæ partis ciuitatis causa sufficiens est ad ciuitatem, vel populum interdicendum.*
12 *Delictum personæ priuatæ an, & quando sufficiens sit causa interdicendi ciuitatem, vel populum.*
13 *Innocentes quare sacri Canones interdici posse statuerint.*
14 *Causa ferendi interdictum duplex esse potest, delictum scilicet, & contumacia.*
15 *Delictum, & contumacia quidnam sint.*
16 *Cōtumaciæ peccatum duplex esse potest, & quod vtrūque sit.*
17 *Interdictum pro contumacia domini, aut Episcopi loci, aut pro debito pecuniario, contra ciuitatem, prouinciam, aut territorium, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia ferri non potest.*
18 *Legatus Papæ pro debito pecuniario interdictum ferre nequit in locum, aut ciuitatem aliquā suæ legationis.*
19 *Interdictum speciale loci pro debito pecuniario ferri potest.*
20 *Interdictum contra parochiam pro debito pecuniario ferri nequit, & quæ huius ratio sit.*
21 *Interdictum generale personale pro pecuniario debito ferri valide potest.*
22 *Interdictum loci longo tempore decerni non debet, & quamobrem.*
23 *Forma, ac modus ferendi interdictum qualisnam sit.*
24 *Monitio, vt interdictum ab homine feratur, necessaria est, non autem, si feratur a iure, & quare.*
25 *Interdictum non nisi in scriptis ferri debet.*
26 *Interdictum non nisi expressa eius causa ferendum.*
27 *Exemplar scripturæ, & causa, ob quam interdictum fertur, parti petenti a Iudice tradi debet.*
28 *Effectus indicti a iudice pro suo arbitrio limitari pōt.*
29 *Interdictum vt obliget, parti intimandum & publicandum est.*
20 *Publicatio interdicti contra ciuitatem, populum, aut vniuersitatem latiqualiter fieri debeat, vt obliget.*
31 *Interdictum generale ab Episcopo latum etiam ad exemptos extenditur, non tamen ex sententia ipsius hominis, quam ex iuris communis dispositione.*
32 *Promulgatio sententiæ interdicti ad eius obligationem omnino est necessaria.*

1 PAludanus 4. dist. 18. q. 8. in artic. 4. principali, §. quantum ad quartum, de causa ferendi interdicti agens, existimat omnino difficile esse perstringere, quam ob causam interdictum poni possit, cum hoc sit de officio iudicum, quorum officium latissimum est. Et certe res hæc difficilior redditur ex eo, quod cum ex communi DD. sententia interdictum contra innocentes fieri possit, alicui videri potest interdictum non egere causa. Ceterum, vt recte docet Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. conclus. 3. & veritas ipsa comprobat, ad interdictum requiritur non solum causa sed etiam grauis, & digna, cum sit grauis pena. Id q̄d ex intrinseca ratione penæ colligitur; quia omnis pœna,
2 quatenus pena est, punitio, & vindicta est culpæ: vnde consequens est, vt tā grauis pœna, non nisi ob grauē causam feratur. Cum enim locus, & populus interdici possint,

sint, adeo vt in tali interdicto etiam innocentes comprehendantur, ex Nauar. in Manuali capit. 27. numero 168. Couar. in ca. alma mater, part. 2. §. 1. numero 4. de sent. excom. lib. 6. & lib. 2. var. resol. c. 8. num. 10. Soto 4. dist. 22. q. 3. art. 1. concl. 3. & ad 2. & 3. Toleto lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 19. & Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 50. §. 1. poena hæc interdicti extensiuè grauior est, quam excommunicatio, quamuis sit intensiuè leuius, si arceat à diuinis audiendis propter delictum, aut suspensionem, quam excommunicationem, iuxta ea, quæ tradunt S. Thom. in addit. 3. par. q. 22. art. 5. ad 2. & Henriquez loco proximè citato, §. 2. in annot. littera L. ideoque ex genere suo requirit peccatum grauius, quam sit peccatum inobedientiæ, ob quod ferri solet excommunicatio, vt Sotus, & Henriquez vbi supra testan-
3 tur. Graue autem in hac materia vocatur non solum illud, quod est peccatum mortale, sed etiam illud, quod pluribus nocet, quamuis non grauiter singulis noceat. Ratio autem, cur graue debeat esse delictum, colligitur tum ex cap. quæ sunt, de ijs, quæ fiunt à maiori par. capit. tum ex cap. cum medicinalis, de senten. excommunic. lib. 6. tum ex Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 3. tum ex SS. Patribus, nc censuræ Ecclesiasticæ, quæ debent esse neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, & gladius Ecclesiasticæ potestatis, & iustitiæ, vilescant, si ex leuibus causis ferantur, & hoc maximè locum habet, quando interdictum in multos fertur.

5 Quia verò nonnunquam aliqua persona in particulari interdicitur, aliquando autem multi, ideo de vtrisque dicendum est. Et quidem, cum quis singulariter, seu specialiter interdicitur, tunc necessariò culpa præcedere debet in eo, qui interdicitur, alterius enim culpa quis in particulari puniri nõ debet, argum. l. sancimus, C. de pœnis, & tot. tit. eod. C. ne filius pro patre, vnde si is, qui interdicitur, verè coram Deo sit innocens, sententia interdicti contra eum prolati verè non ligatur, vt ex ijs, quæ tradunt Richard. 4. dist. 18. art. 3. quæst. 3. ad 1. Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. c. 50. §. 2. & Hugol. tab. 5. c. 19. §. 1. colligitur. Quando
6 autem simul interdicuntur multi siue generaliter, vt cum interdicitur populus, collegium, vniuersitas, &c. siue specialiter, vt quando interdicitur familia, tunc qui dem non necessariò requiritur culpa in singulis, qui interdicuntur, imò rarissimum est singulos esse culpabiles, sed propter culpam aliquorum, plures innocentes simul cum illis interdicuntur.

7 Obseruandum autem est, non satis esse culpam cuiuscumque ad ponendum interdictum generale loci, vel personæ, seu quodlibet interdictum multorum; non enim ob vnius priuati delictum ciuitas tota, aut totus populus interdici debet, vt notat Ioan. Monach. in capit. 1. de vsur. lib. 6. & post eum idem docent Henric. in capit. in quibusdam, de pœnis. Cosmas in pragmat. Sanct. tit. de interdicto, in verbo, priuatæ, & Summa Confessor. lib. 3. tit. 33. quæst. 231. in fine. Sebast. Medices parte 1. Summæ, tit. 9. quæst. 8. nisi id speciali licentia Papæ fiat, quæ magna cum difficultate concedi solet, & in hunc modum: vt primo interdictum decernatur in Ecclesiam parochialem aduersarij, & simul in alteram Ecclesiam parochialem, vel collegiatam; deinde crescente malitia, & contumacia in duas Ecclesias collegiatas, vel duo monasteria; tertiò demum non resipiscente contumace, tota diœcesis supponitur interdicto; & adhuc illius corde indurato Cathedralis Ecclesia interdicitur, ex Ioan. Staphilæo, de litteris gratiæ, & iustitiæ, Florent. 156. column. 2. quem refert, ac sequitur Couar. in capit. alma mater, part. 2. §. 1. numero 4. vers. sed ob vnius priuati, de senten. excommunicat. lib. 6. qui duo authores docent Cathedralem Ecclesiam non censeri interdictam, etiamsi in totius diœcesis, & in omnes ciuitatis Ecclesias interdictum latum sit, prout latius capit. 3. dub. 6. num. 10. exposuimus, argum. cap. quamuis, §. quamquam de præb. lib. 6. vbi habetur Ecclesiam Cathedralem appellatione Ecclesiarum ciuitatis, aut Diœcesis, in litteris ad beneficia Ecclesiastica non contineri. Id quod locum etiam habere putant Compostellanus in capit. capitulum, de rescript. Oldrad. cons. 185. Staphil. cit. fol. 61. col. 1. Fel. in c. in nostra, corol. 39. de rescript. & in ra. postulasti, num. 4. tit. eo. & Ioan. de Silua, de benefic. par. 3. q. 11. qualitate 21. in qualibet odiosa dispositione, qualis est materia interdicti, de qua nunc agitur.

8 Ad hoc igitur, vt pro alterius culpa, & delicto vniuersitas, seu locus interdicatur, necessariò requiritur culpa aliquorum ex his.

Primo delictum Principis, populi, vel rectoris ciuitatis, habentium iurisdictionem temporalem, cap. non est vobis, de sponsal. & cap. fane, & ibi Fel. de offic. deleg. & cap. vbi periculum, §. præterea, de elect. lib. 6. & capit. si sententia, de senteut. excommunicat. lib. 6. extrauag. Super gentes de consuetud. S. Thom. in addit. 3. parte, quæst. 22. art. 5. ad secundum. Angelica, verbo, interdictum, 3. num. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 3. n. 1. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæst. 5. vers. primo. Sotus 4. dist. 22. q. 3. art. 1. conclus. Couar. in cap. alma mater. par. 2. §. 1. nu. 4. de sent. excommun. lib. 6. Henriquez l. b. 13. de excommun. & interd. c. 50. §. 3. Hugolin. tab. 5. c. 20. §. 1. numero 1. & Tolet. lib. 1. cap. 19. Id quod rationabiliter fit, eo quod pœna eorum, qui subiecti sunt, ad plurium dominos, & rectores redundat, vnde & domini grauius puniuntur, ex eo quod non solum in seipsis, sed etiam in subditis suis puniuntur, vt docent Gratian. in capitulo, Ecclesiæ, §. item peccato ciuium, 1. quæst. 4. & glos. in Extrauagan. dictum crescente malitia, in verbo, quo modolibet, de pœnit. Sotus 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. in solut. argumento primo. Hugolin. cit. & colligitur ex d. cap. si sententia, versic. dummodò, & ipsi, de senten. excommunic. libro sexto. Præterquam quod facilius rector, aut dominus subiectorum clamore à contumacia sua recedet, ex Felicitano in Enchirid. de cenlut. capit. 9. de interdicto.

9 Secundo, Delictum Episcopi potest esse sufficiens ad supponendam interdicto Ecclesiam Cathedralem, & alias Ecclesias ei subiectas, necnon ad interdicendum capitulum, & Clerum, immo, si causa sit grauis, etiam ad interdicendum populum, & ciuitatem, & totam diœcesim. Quod patet à simili; Si enim sufficit delictum rectoris sæcularis, etiam & delictum Prælati Ecclesiastici satis erit. Id quod procedit, etiam si Episcopus eo in loco Iurisdictionem tantum spiritualem, & Ecclesiasticam habeat, ex Archid. in capit. si sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. Dominic. ibi. & Gemin. ibidem, §. ceterum, num. 8. vbi alios idem sententes refert. Item Fel. in cap. fane, 2. num. 2. & Decius notab. 7. de officio deleg. Couar. in c. alma mater. par. 2. §. 1. nu. 4. de sent. excomm. lib. 6. Hugolin. tab. 5. cap. 20. §. 1. nu. 2. qui tres vltimi hanc communiorem opinionem DD. esse testantur; Quamuis Card. in d. capit. fane 2. & Panormit. num. 7. & Vincent. quem citat. & Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. capit. 50. §. 3. velint textum illum procedere, quoties Episcopus Iurisdictionem simul temporalem, illius loci habeat, prior opinio magis communis est.

10 Tertio, Delictum principalium membrorũ aliquorũ ciuitatis, vel vniuersitatis, vt delictum Consulum, Conseruatorum, Balinorum, Consiliariorum vniuersitatis, & quocumque nomine vocentur, eorum, qui communitatem gubernant, causa sufficiens esse potest, vt ciuitas interdicatur. Id quod inde probatur: quia ferri potest pro delicto rectoris, ergo, & pro delicto istorum.

11 Quarto, Delictũ magnæ partis multitudinis popula-

in sua Praxi episcopali, in verbo, interdictum, dub. 6. par. 1. & verbo, eodem, par. 2. in fine Toletus libro 1. cap. 9. Hugol. tab. 5. cap. 1. §. 1. num. 2. ex quibus patet neque Legatum a latere, pro huiusmodi causa ferre posse interdictum tale, nisi de speciali Papæ licentia
18 in litteris patentibus. Constant etiam, quod si pro non soluto debito pecuniario, quæ res communiter est magni momenti, prohibetur ferri huiusmodi interdictum multo minus pro rebus leuioribus ferendum est. sicut pro non soluto debito pecuniario Domini Rectoris ciuitatis, aut Episcopi ferri non potest, ita nec pro debito officialium, incolarum, & habitatorum loci ferri queat.
19 Circa hanc autem extrauagan. prouide attendentes. Bonifacij VIII. aduertendum est, omnes DD. citatos, excepto Conarruuia, docere illam tantum procedere de Interdicto generali loci, de quo solo ibi mentio habetur, vt scilicet pro huiusmodi debito pecuniario ferri non possit interdictum generale loci, pro quo tamen debito speciale interdictum loci, verbi gratia in ecclesiam aliquam vnius è pluribus vnius opidi, aut ciuitatis, ferri posse putant, non obstante d. extrauaganti. Prouide attendentes. Vnde solus Couarruuias est, qui extrauagantem illam de interdicto speciali loci intelligit, existimans nec aliquam specialem ecclesiam pro debito pecuniario interdici posse, quod ex eo probat, quia sunt, inquit, vbique Iudices sæculares, & Regij, qui facile possunt quemlibet cogere ad soluendum debitum pecuniarium absque innocentum periculo, & damno, quod prouenit ex his interdictis. De qua re duo mihi dicenda videntur, vnum est, si loquamur, an debeat, seu conueniens sit, vt interdictum speciale ponatur pro debito pecuniario, sic verum est, quod Couarruuias affirmat, eo quod alia via debitum hoc facile exigi poterit. Alterum est, si loquamur de nullitate talis interdicti, si de facto feratur, sic falsum esse puto, quod idem author affirmauit; quia nullum omnino verbum est in d. extrauag. quod accommodari possit ad Interdictum speciale.
20 Quod verò Toletus, & Nauar. cit. specificant, neque interdictum parochiæ ferri posse pro debito pecuniario, mihi verum esse videtur, & iuri conforme, quia omne interdictum generale non solum in dicta extrauagan. Prouide attendentes, prohibetur, sed etiam irritatur; interdictum autem parochiæ generale est vt superius expofuimus.
21 Addit denique Calderin. cit. memb. 1. num. 22. prædictam extrauagan. habere locum etiam in interdicto generali personali, cum interdicitur Populus, communitas, ciues, incolæ, subistis, vel similibus appellationibus, idque ait non quidem haberi ex verbis ipsius extrauagan. sed ex eius mente, & legislatoris intentione; & pro se, suaque opinione multos canones citat, legesque ciuiles, prima, quæstione septima, capitulo Marcion, & capitulo intelligentia, de verborum significatione, & leg. scire, ff. de legatis, & l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petit. hæredit. sed de hac re idem dicendum censeo, quod de sententia Couarruuiæ dictum est, id quidem bene dici, si de conuenientia loquamur, sin autem de verbis extrauagan. agatur falsum esse puto. Quod autem dicit id ex mente canonis colligi, qua ratione verum sit, valde dubito, quandoquidem canon de interdicto generali loci tantum loquitur, pœnæ vero restringendæ potius sunt, quam ampliandæ.
22 Illud vltimo aduertendum est, quod monent Sotus quarto, dist. vigesimasecunda, quæstione tertia, articulo primo, conclus. tertia, & Henriquez libro decimo tertio, de excom. & interd. c. 50. §. 2. interd. interdictū loci non debere longo tempore decerni, quia cedit in damnum populi, & quorundam innocentum, & in diuini cultus detrimentum, minuitque plurimum deuotionem hominum; si prolixum sit, imò etiam & Clerus ipse remissior, pigriorque fit ad Diuina celebranda, prout Summus Pontifex in capitulo alma mater, de sent. excom. lib. 6. insinuat.

Quo ad Formam autem, & modum ferendi Interdictum, hæc breuiter ex DD. colliguntur.
23 Primo enim, quamuis nulla certa, & determinata verborum forma in iure expressa sit, quæ, ad sententiam Interdicti ferendam necessario requiritur, ea tamen verba omnino adhibenda sunt, quibus & interdictum ferri significatur, & in quos, siue in hominem, siue in locum, & an in personam particularem, aut hominum vniuersitatem; aut in locum particularem, vt in hanc, vel illam Ecclesiam, aut in locum vniuersalem, vt in parochiam, villam, castrum, ciuitatem, regnum, & huiusmodi feratur, manifestum sit, argu. capit. si sententia & c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. vnde quibuscunque verbis exprimatur actus interdicendi, persona, aut locus, qui interdicitur, & causa, propter quam interdicitur, satis est, vt sententia legitima sit. Solent autem DD. hanc formam, vel huic similem communiter assignare. *Nos talem personam, verbi gratia, Petrum; vel talem vniuersitatem seu populum, verbi gratia populum Bononiensem; vel talem Ecclesiam; vel ciuitatem, Castrum, aut Regnum, propter talem causam supponimus Ecclesiastico Interdicto*, arg. capituli cum partibus, de verbor. signif. & additur communiter, *Ecclesiastico*. ex Summa Confess. libro 3. titu. 33. quæstio. 232. & S. Anton. & Tabiena, ad differentiam Interdicti legalis. Hanc ponunt Paludan. 4. d. 18. quæst. 8. in art. 4. princip. §. quantum ad dictamum, S. Anton. 3. par. tit. de interdicto, cap. 5. in princ. Angelica, verbo, interdictum, 3. num. 5. Tabiena, verbo interdictum, 3. num. 1. Syluest. verbo, interdictum, 3. quæst. 7. Armilla, verbo, interdictum, num. 24. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 3. ver. debet præterea. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capitulo 50. §. 4. Hugolin. tab. 5. cap. 22. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, numero 196. Toletus libro 1. capitulo 19.
24 Secundo, quamuis † nulla monitio præcedens necessaria sit, quando a iure, vel ab homine fertur propter excessum, seu delictum commissum, iuxta ea, quæ documus de suspensione libro præced. capitulo. 2. & latius traduut Innoc. & alij, quos S. Anton. Tabiena, & Syluester, q. 6. vbi supra referunt, ac sequuntur, & hoc siue speciale, siue generale sit loci, aut personæ, quia ipsa iuris cognitio pro monitione habetur; Quoties tamen ab homine fertur ob contumaciam, præuiam monitionem requirit, sine qua contumax quis esse nequit, argu. capituli reprehensibilis, de appellat. & c. cum medicinalis, de sent. excommun. libro 6. Palud. in d. art. 4. principali, §. quantum ad septimum, S. Anton. Tabiena, & Henriquez locis proximè citatis. Angelica, verbo, interdictum, 3. numero 4. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. titu. 16. art. 8. Sotus vbi supra, Alphons. Viuald. tit. de interdicto numero 192. & Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæstio. 231. vnum addo ex Hugolino, tab. 5. c. 20. §. 1. nu. 4. vbi vniuersitas ob alterius culpam interdicitur, non ipsam vniuersitatem prius admonendam esse, sed eum, cuius culpa interdictum fereudum est. Is enim, qui contumax est, admoneri, debet, vt a contumacia discedat; vniuersitas autem ipsa contumax non est: & idem de interdicto loci ob alicuius culpam ferendo dicendū est.
25 Tertio, censura hæc sicut & reliquæ ferri debet in scriptis, vt habetur in cap. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. & omnes authores citati testantur. Syluest. d. q. 7. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 143. & nu. 190.
26 Quarto, in ijsdē scriptis exprimi dēt causa, ppquā sententia interdicti fertꝰ ex d. c. cū medicinalis, & DD. citatis.
27 Quinto, exemplar huius scripturæ infra mensem a iudice, si requisitus fuerit parti petenti tradi debet, d. cap. cum medicinalis. Quod si Iudex Ecclesiasticus in

sententia interdicti ferenda contra aliquod hotum triū
fuerit, ab ingressu Ecclesiæ, & a Diuinis officijs per
mensem suspensus est; quod si infra mensem quo suspen
sus est, officia diuina prosequatur sicut prius, irregu-
laritatem incurrit, super qua non nisi per summum
Pontificem dispensari poterit, vt in d.cap.cum medici-
nalis, habetur.

Sexto, potest iudex pro libera voluntate limitare ef-
28 fectum interdicti, puta ab ingressu tantum ecclesiæ, vel
a sepultura, vel ab horis, vel a Missa cum cantu. Po-
test etiam iudex pro voluntate sua ab interdicto exci-
pere, & subijcere aliquos, quos nominauerit, & etiam
pro tempore, quo vult, vt quamdiu dominus terræ ibi
fuerit, & huiusmodi, arg.c.non est vobis, de sponsal. S.
Anton.3.par.tit.27.de interdicto, c.5. in princip. Syl-
uest.verbo, interdictum.3.quæstio.7. Summa Confess.
libr.3.tit.33.quæstione 232. Tabiena, verbo, interdi-
ctum, 3.numer.1. Henriquez lib.13.de excomm. & in-
terd.cap.51.§.4. interdictum vero iuris semper decla-
rat effectus, quos habet.

Septimo, interdictum vt obliget, intimandum est
29 parti, & publicandum, quod si interdictum sit contra
singularem personam, communiter intimanda est sen-
tentia ipsi personæ, quod si persona non comparet, sa-
tis est vel in iudicio publicari, vel in ecclesia, vel ad fo-
res domus ipsius interdicti pro consuetudine iudicio-
rum, post quam publicationem, communiter non da-
tur in foro exteriori allegatio ignorantiæ, nisi sufficien
30 ter probetur. Sin vero interdictum feratur in ciuita-
tem, vel in populum, vel in vniuersitatem, publicatio sen
tentiæ non est facienda singulis, sed satis est fieri in lo-
cis consuetis iudiciorum, ex S. Anton.3.par.cit.capit.
5.in principio, & Tabiena, verbo, interdictum, 3.§.pri-
mo, nu.2.& Alphonso Viualdo, tit.de interdicto num.
287.& nu.288.& Toleto lib.1.c.19. qui ait satis esse in
timare Ecclesiæ Matrici, arg.cap.1.de postulat.prælat.
quam alij sequuntur. Post quam promulgationem li-
cet aliqui adhuc ignorent sententiam, & consequenter
inuincibiliter ignorando excusentur a peccato in foro
interiori, & ab irregularitate, & alijs pœnis, quam pri-
mum tamen postea habuerint notitiam, cessare debent
ab omnibus Diuinis; immo, etiamsi solum audiuerint
rumorem, & famam de sententia, saltem propter secu-
ritatem cessare debent, quousque certiores reddantur.
item, si vident, aut sciunt vicinos suos, aut Ecclesiam
Cathedralem, vel Matricem recepisse, & obseruare sen
tentiam, (quamuis fortassis aliæ parochiæ illam non
seruent) aliæ omnes ecclesiæ, etiam religiosorum, tam
exemptorum, quam non exemptorum eam seruare de-
bent, siue interdictum illud a Sede Apostolica siue ab
Ordinario loci latum sit, quibuscunque non obstanti-
bus, & non seruando, excommunicationem incurrunt
ipso facto. Clem.1.de sent.excom. Conc. Trid. sess. 25.
de regular.c.12. Tabiena verb. excōmunicatio, 5.casu
52.& ver.interd.3.n.2.§.primo Nau.in Man.cap. 27.
nu.146. Henriq.lib.13.de exc.& interd.c.50.§.3. in fi.

31 Et si quis arguat Episcopum contra exemptos nul-
lam sententiam ferre posse, Respondet Tabiena vbi su-
pra post Hostiensem & Ioan.Andr. quos citat, id ve-
rum esse de sententia speciali, tunc enim eos talis sentē-
tia non ligaret; secus autem, quando sententia inter-
dicti generalis est, tunc enim etiam ad exemptos ex-
tenditur, non tam ex sententia hominis, quam ex iu-
ris ipsius communis dispositione, cui regulares subij-
ciuntur.

32 Hæc autem promulgatio sententiæ, ita necessaria
est, vt etiamsi ego certissime sciam Iudicem sententiam
scripsisse, immo etiam si dictante Iudice egomet scripse
rim, quousque Iudex illam promulget, ad nihil teneor,
vt ex his, quæ communiter ab authoribus in materia
de legibus traduntur, manifestum est.

De interdictis in iure latis; Cap. XII.

SVMMA.

1 *Interdictum generale triplici ex causa in iure latum reperitur, & quænam causæ illæ sint.*

2 *Impediens, ne Legatus, vel Nuncius Sedis Apostolicæ officium suum in Regno, ciuitate, aut loco sibi subiecto exequi possit, & peccat, & Regnum aut ciuitas, & alia loca eius interdicto supposita sunt.*

3 *Episcopum iniuriose, vel temere percutientis, capientis, bannientis, occidentis, aut hæc fieri mandantis territoria interdicta sunt.*

4 *Dominus quilibet, rectores, & officiales loci in quo moritur Papa obseruari nō faciēs, ad quę ex iure obligantur, & peccant, & locus, & ciuitas interdicitur.*

5 *Episcopus, & alij tam superiores, quam inferiores Ecclesiastici, qui per mensem in excommunicatione, vel suspensione contra eos lata, quod vsurarios alienigenas non expellant, permanent, post mensem terræ ipsorum interdictæ sunt.*

6 *Ciuitas, aut Vniuersitas, quæ pędagia, & alia similia à personis Ecclesiasticis pro rebus suis exigit, interdicta est, quousque restituat, & satisfaciat.*

7 *Ciuitas, quæ Episcopum iniuriose capit, pecutit, aut occidit, aut hæc fieri mandat, interdicta est.*

8 *Ciuitas quæuis præter Vrbem, quæ causa est aliquo modo, vt Cardinalis aliquis occidatur, vel percutiatur, ipso facto interdicta est.*

9 *Clerici tam sæculares, quam regulares, qui aliquem compellunt, aut fide interposita ad eligendam sepulturam in eorum Ecclesia inducunt, quando interdicta censeantur Ecclesia eorum, & quousque.*

10 *Hæreticus, qui scienter in sepultura sacra reconditur, & exhumandus est, & locus ille in perpetuum quoad sepulturam interdicitur.*

11 *Interdictus an sit populus loci, quando locus generaliter propter delictum vniuersitatis, aut populi interdicitur.*

12 *Vniuersitas concedens represalias, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, aut bona earum, quando interdicta censeatur.*

13 *Vniuersitas personis Ecclesiasticis decimas, talias & Collectas imponens, aut eas ab illis exigens ipso facto interdicta est, & a solo Papa absolui potest.*

14 *Vniuersitas, collegia, aut capitula, quæ a sententijs ordinationibus, & mandatis summi Pontificis ad futurum Concilium Generale appellāt, interdicta sunt.*

15 *Capitulum Sede vacante, infra annum a die vacationis alicui dimissorias concedēs, quando interdictum censeatur.*

16 *Capitulum, quod aliquid abstulit contra Extrauaga. vnicam ne sede vacante, quousque interdicto Ecclesiastico subijciatur.*

17 *Iudex Ecclesiasticus censuram sine scriptis, vel sine monitione, aut non expressa causa ferens, ab ingressu Ecclesiæ suspensus est.*

18 *Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem de manu laici recipiens, ab ingressu Ecclesiæ est suspensus, seu interdictus.*

19 *Episcopus, & alij superiores, necnon Abbates, &*

alij

alij regulares, aut sæculares aliquid de redditibus Ecclesiæ vacantis vsurpantes, quousque interdicti sint.

20 *Alienans non legitimæ bona ecclesiæ, siue Abbas, siue Episcopus sit, interdicitur ab ingressu ecclesiæ.*

21 *Metropolitanus qui Suffraganeum, & Suffraganeus antiquior residens, qui Metropolitanum vltra annum non residentem, ad Papam intra tres menses nō defert, ab ingressu ecclesiæ est interdictus.*

22 *Visitator, qui in visitatione aliquid vltra licitum accipit, ab ingressu ecclesiæ interdicitur.*

23 *Vitare interdictum quemlibet in diuinis officijs, Sacramentis, aut alijs similibus nemo nisi post denunciationem, aut specialem declarationem tenetur.*

24 *Interdictum quodcunque à iure, vel ab homine promulgatum seruare nemo tenetur, nisi specialiter & expresse à Iudice promulgatum fuerit.*

25 *Interdictum nemo seruare tenetur, si ille, in cuius gratiam, ac fauorem latum est, illud non custodiat.*

26 *Interdictus qui est, quamuis denunciatus non sit, interdictum tamen illud seruare tenetur.*

27 *Interdictum alij seruare tenentur, quamuis ille, ob cuius delictum positum sit, illud non obseruat.*



Vm in superioribus dictum sit interdictum omne generale, vel speciale loci, aut personæ esse, ideo in hoc capite suo ordine sentētias omnes interdicti in iure latas recensebo, & primò quidem de Interdicto generali, & speciali loci; deinde vero de Interdictis generalibus, & specialibus personarum dicemus.

1 Primo igitur interdictum generale loci in iure latum reperitur ex triplici causa, Prima est, ex culpa domini temporalis. Secunda, ex culpa Episcoporum, & Clericorū, seu personarum ecclesiasticarum. Tertia, ex culpa ipsiusmet; ciuitatis, seu ciuium. Ex culpa domini temporalis, in his casibus fertur, & incurritur interdictum iuris.

2 Primus est, quando dominus regni, castri, Ciuitatis, oppidi, aut alicuius loci impedit, ne Legatus, vel Nuncius Apostolicus exequi possit officium suum in suis locis, tunc eius regnum, ciuitas, terræ, & quælibet loca ei subiecta, tamdiu sūt eo ipso ecclesiastico supposita interdicto quamdiu in huiusmodi contumacia dominus loci perstiterit, vt expresse habetur in extrauag. super gentes, de consuet. inter communes, Angelica, verbo, interdictum. 4. Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de interdicto Hugolin. tab. 5. c. 3. nu. 6. Syluest. verbo, interdictū. 4. q. 1. §. 7. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nume. 13. Sebast. Medic. par. 2. Summæ, tit. 9. q. 8. Tolet. lib. 1. c. 21. §. primus.

3 Secundus est, quando quis quemcunque Episcopum iniuriose, vel temere percutit, capit, seu bannit, occidit, aut hæc fieri mandat, aut ab alijs facta rata habet, vel consilium facieti dat, vel eundem scienter defensat, aut socius eius sit, tunc terra ipsius (dummodo vltra vnam diœcesim non contineat) vsque ad condignam satisfactionem interdicta est; & locus etiā, vbi Episcopus captus detinetur, interdictus est, quamdiu durat detentio, vt habetur cum multis alijs circa hāc materiam in Clemen. 1. de pœnis, §. terra quoque ipsius. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. cit. & Hugol. de censur. Eccl. tab. 5. c. 3. nu. 6. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 2. in princ. vers. sexto. Tabiena, verbo, interdictum, 2. num. 1. vers. sexto, Angelica verbo, interdictum. 4. in princip. versic. sextus. Syluest. vbi supra, q. 1. §. 5. & §. 6. & Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 12.

4 Tertius est, quando dominus aliquis, rectores, vel officiales ciuitatis, in quo moritur Summus Pontifex, & in qua facienda est electio Romani Pontificis iuxta ea, quæ habentur in ca. vbi periculum, de elect. lib. 6. non faciunt ea inuiolabiliter obseruari absque vlla fraude, & dolo, quæ in d. c. constituta sunt, tunc locus, & ciuitas ipso facto interdictā est, vt ibidem habetur, §. præterea, ver. ciuitas, Palud. 4. distin. 18. q. 8. art. 1. princip. §. quantum ad primum, conclus. 5. S. Anto. 3. part. tit. 27. de interd. cap. 2. in princip. vers. quarto, Angelica, verbo interdictum. 4. in princ. vers. primus Syluest. vbi supra. 1. §. Tabiena, verbo, interdictum, 2. nume. 1. vers. quarto. Sotus 4. dist. 22. qu. 3. art. 1. conclus. 3. ante finē. Toletus lib. 1. capit. 21. §. quartus. Hugolin. tab. 5. c. 3. nu. 6. Alphons. Viuald. cit. nu. 8.

5 Secundo, ex delicto Episcopi, & Clericorum Interdictum generale loci inuenitur latum, quando Episcopus, Archiepiscopus, & alij tam superiores, quam inferiores Ecclesiastici per mensem sustinuerunt sententiam excommunicationis, vel suspensionis contra ipsos in iure latam, eo quod manifestis vsurarijs alienigenis locant, vel alio titulo concedunt domos ad fœnus exercendum, eosque non expellunt, post mensem enim omnes terræ ipsorum interdictæ sunt, quamdiu ijdem vsurarij in eis commorantur, vt habetur in capit. 1. de vsur. lib. 6. iuncta gl. in verbo, sustinuerint. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 1. prin. §. quantum ad primum. Conclus. 1. vbi notat terras laicorum non esse interdictas, sed interdicendas. S. Anton. 3. par. tit. 27. ca. 2. in princ. ver. secundo. Tabiena, verbo, interdictum, 1. nu. 1. vers. secundo. Angelica, verbo, interdictum, 4. in princ. versic. quartus Hugolin. tab. 5. capit. 3. num. 5. Alphons. Viuald. cit. numero 10.

Tertio, ex culpa ciuitatis, seu communitatis interdictum generale loci fertur in his casibus.

6 Primus est, quando ciuitas, seu vniuersitas, aut collegium delinquit exigendo à personis Ecclesiasticis, aut Ecclesijs pædagia, guidagia, vel alia per se, vel per aliū, de rebus suis exportandis, vel importandis, quas non causa negociationis deferunt, terra ipso facto interdicto subiacet, donec acceptum totum restituerit, ac pro delicto huiusmodi competenter satisfecerit. cap. quanquam, de censib. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 1. prin. conclus. 2. S. Ant. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 2. in princip. ver. primo. Angelica, verbo, interdictum, 4. in prin. versic. tertius. Sylue. verbo, interdictum, 4. q. 1. §. 3. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in princip. versic. primo. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 3. ante finem. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. trac. de interd. Nauar. in Man. cap. 27. num. 169. Hugolin. tab. 5. cap. 3. nume. 5. in princ. Alphons. Viuald. titu. de interdicto. num. 6. Summa Corona tit. eod. num. 5. Toletus libro 1. ca. 21. §. secundus.

7 Secundus est, si ciuitas Episcopum iniuriose, vel temere ceperit, percusserit, bannierit, occiderit, vel hæc fieri mandauerit, vel ab alijs facta rata habuerit, vel socia fuerit facientis, aut dederit consilium, vel fauorem, vel scienter defensauerit, ipsa interdicta est, vt habetur in Clem. prima, de pœnis, §. ciuitas. donec satisfecerit. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdic. c. 2. in princip. vers. sexto. Angelica, verbo interdictum, 4. in princ. ver. sextus. Tabiena, verbo, interdictum, secundo, in princip. versic. sexto. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo. tract. de interdicto. Nauar. in Man. capit. vigesimoseptimo. e. centesimosexagesimonono. Hugol. tab. 5. c. 3. numero sexto, Syluest. vbi supra, quæstio. 1. §. 5. Alphons. Viuald. cit. nu. 12. Toletus lib. 1. c. 21. §. quintus.

8 Tertius est ciuitas quæuis præter Vrbem, quæ consentit dando consilium, auxilium, vel fauorem occidentibus, vel percutientibus, Cardinalem San-

ctæ Romanæ Ecclesiæ, vel quæ infra mensem delinquentes huiusmodi, prout enormitas facientis exigeret, & difficultas affuerit, non punierit, ipso facto interdicta est. capitulo, felicis, de pœnis. libro sexto. Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. arti. 1. princip. conclus. 4. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 2. in princip. versic. quinto Angelica, verbo, interdictum, 4. in princip. versi. secundus. Syluest. cit. quæst. 1. §. 2. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in princ. versic. quinto. Hugolin. tab. 5. cap. 3. nume. 6. Alphons. Viuald. cit. num. 41. Toletus, libro 1. c. 21. §. tertius.

Secundo, interdictum speciale loci in iure latum reperitur in his casibus.

9 Primus est, quando Clerici siue sæculares, siue regulares inducunt aliquem ad vouendum, iurandum vel fide interposita, seu aliàs promittendum, vt in eorum ecclesia eligat sepulturam, vel semel electam vlterius non immutet, si postea in eorum ecclesia, vel cœmiterio hunc sepelire præsumpserint, tunc. si infra decendium ecclesiæ, vbi de iure sepeliendus erat, omnia, quæ occasione sepulturæ habuerunt, non restituant, & etiam ipsum cadauer, si petatur, ipso facto eorum ecclesiæ, & Cœmiteria eo usque interdicuntur, quousque facta fuerit prædictorum omnium plenaria restitutio, vt habetur in c. vt animarũ. de sepulturis, lib. 6. Palud. 4. d. 58. quæst. 8. art. 4. princip. §. quantum ad tertium. conclus. 1. Angelica, verbo interdictum, 4. in princ. versic. quintus, Syluest. verb. interdictum, 4. quæst. 3. §. secundo Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo tract. de interd. Nauar. in Man. capit. 27. nume. 169. in fine, Alphons. Viuald. cit. num. 29. & Toletus libro 1. capit. 21. in fine. Vbi aduertendum est, quod licet aliqui velint hoc cap. intelligi, si in Ecclesia fuerit sepultus, quod tunc ecclesia cum Cœmiterio contiguo interdicta sit, secus autem, si vel in contiguo cœmiterio, vel in cœmiterio non contiguo fuerit sepultus, quasi tunc solum cœmiterium interdictum sit, non autem ecclesia. Alij tamen & rectius, quos sequitur Palud. cit. dicunt indifferenter, quod in quocunque illorum sepeliatur, vtrumque illorum, idest, ecclesia, & cœmiterium ipsorum inducentiũ interdicto subijcitur, quia hic vtrumque per se interdicitur. Quibus, etiam addendum est ex eodem Palud. quod si quis sine dolo, & fraude, & obligatione alium inducat ad eligendum, vel mutandum sepulturam, non ipsum obligans ad non mutandum locum, non habet locum hæc constitutio. Sin autem ipsemet curatus hãc inductionem faciat, apud quem de iure tumulandus erat, nec ecclesia, nec cœmiterium erunt interdicta, ex Palud. vbi supra, cum hæc constitutio in fauorem parochorum facta sit, cui parochus renunciare potest.

10 Secundus est, quando hæreticus traditur scienter Ecclesiasticæ sepulturæ, locus ille in perpetuum interdicitur (quoad sepulturam, ita vt nullus ibi in perpetuum poterit sepeliri) quantum autem ad alia, locus ille non censetur interdictus, capitu. quicunque, de hæret. libro sexto. Palud. 4. distinct. 18. quæstio. octaua articulo primo, princip. §. quantum ad tertium. conclus. secunda, Tabiena verbo, interdictum, secundo, numero secundo versiculo primo, in casu septimo. Qui ambo docent reconciliationem nihil valere, nec Episcopum posse hoc interdictum remouere: quia quando dicit Perpetua, remouere videtur dispensationem inferiorum, & fauet Alphons. Viuald. cit. numero nonagesimoprimo.

Tertio interdictum generale personale in his casibus latum est in iure.

11 Primus est amplissimus, vt a multis refertur, qui tamen non est vsque adeo certus, quando locus est interdictus generaliter propter delictum vniuersitatis, seu populi, tunc totus populus illius loci generaliter interdictus est. Hunc casum ponit Syluest. verbo, interdictum, 4. num. 2. & facit gloss. in capit. si sententia, in verbo, domini, de sentent. excommunic. lib. 6. & Angel. in verbo, interdictum, 2. in princ. refert Innocen. & Hostiensem dicentes, quando locus est generaliter interdictus propter delictum populi, tunc illius loci homines non posse nec ibi, nec alibi interesse diuinis, quod est ipsosmet homines esse interdictos. Et fundat se in d. cap. si sententia, vbi dicitur, Quando locus est interdictus propter delictum principis, vel Rectoris, posse homines illius loci, qui non sunt culpabiles, alibi interesse Diuinis; vnde isti inferunt, ergo quando locus est interdictus propter delictum ipsius populi, non possunt alibi interesse Diuinis. Mihi vero magis probatur sententia Nauar. in Manuali. cap. 27. num. 167. scilicet personas loci interdicti, quæ non sunt culpabiles, siue interdictũ latum sit propter delictum principis, siue propter delictum populi, nunquam esse interdictas. & consequenter posse alibi Diuinis interesse. Id quod ex dicto capitulo si sententia, colligi potest, vbi dicitur: *Quando interdictum locale est ex delicto domini, personæ, quæ non sunt culpabiles non sunt interdictæ*. ergo neque in interdicto loco ex delicto populi, sunt interdictæ; Quia vtrobique par est ratio innocentium, ergo par ius vtrorumque erit.

12 Secundus est, quando vniuersitas concedit represalias, seu pignorationes contra personas ecclesiasticas, vel earum bona, necnon, quando easdem represalias quantumcunque generaliter concessas ab alijs, cuiusuis consuetudinis prætextu, quæ potius abusus est, ad personas ecclesiasticas, earumve bona extendit, tunc enim nisi prædicta vniuersitas concessionem, vel extensioné huiusmodi reuocauerit intra mensem a die concessionis, vel extensionis computandum, ipso iure in interdictum incidit, vt habetur in cap. vnico, de iniurijs, libro sexto. Palud. 4. distinctio. decima octaua. quæstio. 8. capit. primo. principali. §. quantum ad secundum. conclus. 3. S. Anton. tertia part. titul. 27. de interdicto, capi. secundo, in principio. versic. tertio, Angelica, verbo, interdictum, 4. num. 1. vers. quartus. Syluest. verbo, interdictum, 4. quæstio. 1. §. 8. Alphons. Viuald. cit. numero 9. Tabiena, verbo, interdictum, 2. in principio. vers. tertio. Nauar. in Manuali capitu. 27. numero 136. Henriquez lib. 12. de excommunic. & interd. capitulo 43. §. quinto. vers. tertio, & Hugolin. tab. 5. capit. tertio. numero 5. Represaliæ vero sunt, quando Dux aut Iudex (postquam monuit Rempubl. satisfacere læsis. nec illa satisfacit) concedit licentiam generalem, vt in recompensam rapiant bona a quocunque illius ciuitatis.

13 Tertius est, quando communitas, seu vniuersitas imponit, exigit, vel recipit a personis ecclesiasticis decimam, tallias, collectas; seu quando bona ecclesiarum, aut personarum ecclesiasticarum in ecclesijs deposita arrestauerit, occupauerit, vel arrestari, aut occupari fecerit, seu dederit in his consilium, auxilium, vel fauorem scienter, ipso facto interdicta est, nec nisi de speciali mandato Sedis Apostolicæ absoluitur, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, per Constitutionem Bonifacij VIII. in cap. clericis, de immun. eccle. lib. 6. Quod tamen interdictum cum tota illa constitutione, & declarationibus, & alijs ex ea consecutis, reuocatum fuit per Clemen. vnicam, de immun. eccles. S. Anton. 3. par. titulo 27. de interd. in princip. versic. sexto, in fine, Angelica. verbo, interdictum, quarto numero primo. versic. primus. & alij. Syluest. vbi supra, quæst. 2. versic. secundo. Alphons. Viuald. cit. numero decimoseptimo.

14 Quartus est, in Bulla Cenæ Dominĩ in nouissimis Bullis nostri temporis in canone secundo, vbi inter-

interdicuntur vniuersitates, collegia, & capitula, quocunque modo vocentur, quæ a sententijs, ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis appellant ad futurum Concilium Generale, & ij etiam quorum consilio, & fauore fuit appellatum. Alphonsus Viualdus, cit. num. 15.

15 Quintus est, interdicitur capitulum, quod Sede vacante infra annum a die vacationis concedit alicui dimissorias ad ordines, præterquam in vno casu, quando scilicet aliquis est ordinandus ratione beneficij accepti, vel accipiendi. Quod intelligendum est si illud beneficium talem ordinem requirat, vt habetur in Concil. Triden. sess. 7. de reform. cap. 10. Henriquez libro 13. de excommun. & interd. ca. 43. §. 5. versic. secundo. Alphons. Viuald. cit. nu. 18.

16 Sextus est, capitulum quod aliquid abstulit contra extrauag. vnic. ne sede vac. donec ablatum restituerit, interdicto Ecclesiastico subijcitur, ex d. extrauagan. & Hugol. tab. 5. c. 2. nu. 5.

Quarto, interdictum personale particulare, seu speciale in iure latum reperitur in casib. quorum

17 Primus habetur in c. cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. vbi iudex Ecclesiasticus, qui sententiam cuiuscumque censuræ proprie dictæ pronunciat sine scriptis, vel in scriptis quidem, sed sine monitione, aut non exprimendo causam, vel qui parti petenti non concedit intra mensem exemplar scripturæ, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. capit. 43. §. 5. vbi ait Prælatum regularem posse absque scriptis proferre censuram contra suos.

18 Secundus habetur in cap. si quis deinceps, 16. quæst. 7. vbi interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, qui Episcopatum, Abbatiam, vel aliam dignitatem de manu laici recipit.

19 Tertius habetur in c. præsenti, de offic. ordin. lib. 6. vbi Episcopus, ipsove maior, necnon Abbates, seu alij regulares, aut sæculares, qui sibi aliquid vsurpant ex redditibus dignitatis vacantis, aut Ecclesiarum subditarum, interdicto ab ingressu Ecclesiæ puniuntur, quousque de prædictis restitutionem fecerint. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 43. §. 5.

20 Quartus habetur in extrauag. vnica, de reb. Eccles. non alien. vbi Episcopus, aut Abbas, qui bona Ecclesiæ non legitimè alienat, ab ingressu Ecclesiæ suspenditur, seu interdicitur. Hugol. tab. 5. cap. 3. nu. 2.

21 Quintus habetur in Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. vbi interdicitur ab ingressu Ecclesiæ Metropolitanus, qui Suffraganeum, & Suffraganeus antiquior residens, qui Metropolitanum vltra annum non residentem non defert ad Rom. Pontificem intra tres menses, vel per nuncium, vel saltem per literas.

22 Sextus habetur in Conc. Trid. sess. 24. de reformat. c. 3. vbi renouatur interdictum latum in capit. exigit, de censib. lib. 6. quo suspenditur, seu interdicitur ab ingressu Ecclesiæ visitator qui in visitatione aliquid accipit vltra ea, quæ in d. cap. ei conceduntur, vt latius in dicto Concilio continetur.

23 Aduertendum est autem neminem teneri ad vitandum quemlibet interdictum, neque in officijs diuinis, neque in sacramentis, aut alijs, nisi post denunciationem, seu declarationem specialiter, & expresse factam per iudicem Ecclesiasticum.

Immo vero sub nulla censura prohibemur in humanis cum vllo viro interdicto participare, in diuinis vero tam laicus, quam Clericus talem vitare tenetur, quamuis præceptum hoc per se, & directè potius Clericis impositum sit, vt colligitur ex capitulo non est vobis, de sponsal. vbi dicitur, *Ne celebretis, nec aliquem celebrare permittatis*. Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. & interdict. capit. quadragesimotertio, §. septimo, in annotatione litera C. Sin vero tota communitas, aut populus, aut collegium de interdicto personali denuncietur, quilibet est pars, & culpalis, saltem communitatis eius, censetur quasi nominatim interdictus. Quod si quidam sint tantum generaliter interdicti, vt fautores, aut receptatores Petri; aut si diuersus iudex interdicat participantes in communi, hos non tenemur vitare (sicut nec vitare tenemur notorie excommunicatos) aut si idem Iudex ferat excommunicationem contra participantes, nec tamen illos nominet, requiritur enim, vt participantes nominentur ad hoc, vt eos vitare teneamur.

24 Similiter nemo interdictum quodcumque generaliter promulgatum a iure, vel ab homine seruare tenetur, nisi fuerit promulgatum specialiter, & expresse a iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut certum locum. Quæ omnia habentur expresse ex iure nouo instituto in extrauagan. Ad euitanda scandala. in Concilijs Basileensi, & Constantiensi sub Martino V. vt refertur apud Felinum, in capit. Rodulphus. numero 5. de rescriptis. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 5. ante finem. Tabiena, in verbo, interdictum, 2. numero 1. in fine, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de interdicto, Sot. 4. distin. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 3 versic. Estque notandum, Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 187. Hugolin. tab quinta, capit. sexto, §. secundo, numero 2. & capit. decimoseptimo, §. secundo, num. 2. Toletus lib. primo, capit. vigesimoprimo, Henriquez lib. decimotertio, de excommunicat. & interdict. capit. quadragesimotertio, §. septimo, Cuius extrauagantis ratio duplex causa fuit, Vna vitatio scandalorum; Altera conscientiarum quies & tranquillitas, vt ex dicta extrauag. colligitur. Item, nec interdictum seruare tenetur, qui a Romano Pontifice licentiam, aut priuilegium habet, arg. cap. fin. de sentent. excommunic. lib. 6. & capit. licet, de priuileg. lib. 6. quam licentiam, quodque priuilegium solus Papa dare potest, ex glos. in capit. ad hæc, 5. in verbo, interdictum, & ibi Panorm. de appellat. Neque etiã seruare tenetur quis, vbi interdictum suspensum est, argumen. d. capit. finalis, §. in festiuitatibus vero, de sent. excommun. lib. 6. in tali tamen suspensione forma suspensionis diligenter consideranda est, ne contra interdictum quid fiat, si enim simpliciter suspendatur, diuina omnia, ibi, vt prius fieri poterunt, si ad quędam, ea tãtum fient, & si vsque ad certum tempus, eousque, & non vlterius diuina officia celebrari poterunt, argumen. d. §. in festiuitatibus vero, & argumen. cap. non est vobis. de sponsal. Nauar. in Manuali, ca. 27. nu. 183. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 257. Hugol. tab. 5. c. 6. §. 2. num. 3.

25 Præterea interdictum nemo seruare tenetur, vbi ab eo non seruatur, cuius gratia latum ipsum est, vt habetur in capitulo petistis, de priuileg. & ibi communiter DD. San. Anton. tertia parte, tit. vigesimoseptimo, de interdicto, capitulo tertio, in princip. Tabiena, verbo, interdictum, tertio, numero octauo, §. septimo. Alphonsus Viualdus citat. numero 188. in quo casu, si plurium gratia interdictum promulgatum sit, requiritur, vt maior pars eorum interdictum violet, & animum perseuerandi habeat, ex Panormit. in dicto capit. petistis, num. 2. de priuileg. id quod ex actibus eorum percipi potest, ad hoc, vt alij impune interdictum violent.

26 Excipitur tamen semper ipse interdictus, siue enim specialiter, siue per vniuersitatem quis interdictus sit, & quamuis denunciatus non sit, seruare tamen interdictum debet, cum ei nullo modo per d. extrauag. Ad euitanda scandala, subueniatur. Immo, etiamsi is, ob cu-
27 ius crimen, vel delictum positum est, illud non obseruet, nihilominus tamen alij obseruare debent, vt rectè Alphons. Viuald. cit. num. 188. docet.

De

De Suspensione interdicti, & quibus modis id fiat. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Interdictum generale loci, quibus festis diebus in iure suspensum reperiatur.*
2 *Interdictum generale loci in festiuitatibus commemoratis in cap.* alma mater, *nec tollitur, nec in totum, seu ad omnem effectum suspenditur.*
3 *Ordines, aut extrema Vnctio in festiuitatibus cap.* alma mater, *conferri non possunt.*
4 *Interdictum generale loci in festiuitatibus cap.* alma mater, *pro prima tantum die earum, non autem pro alijs sequentibus suspenditur.*
5 *Officia diuina, quæ in quibusdam festiuitatibus tempore interdicti generalis loci permittuntur, a primis vesperis ipsum diem festum antecedentibus inchoantur.*
6 *Festum Corporis Christi a primis vesperis diei antecedentis incipere censetur.*
7 *Festa Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini, quoad eorum officia, a Missa vigiliæ eorum inchoantur.*
8 *Officia festiuitatum in c.* alma mater, *non solum secundas vesperas earum, sed etiam Completorium comprehendere censentur.*
9 *Completorium tempore interdicti generalis loci suspensi quo tempore, & hora recitandum.*
10 *Missa, & officia diuina non locum de festo proprio, sed etiam qualibet alia tam publica, quam priuata, in festiuitatibus, cap.* alma mater, *celebrari possunt.*
11 *Nuptiæ in festiuitatibus Pentecostes, Corporis Christi, & Assumptionis B. Virginis, tempore interdicti generalis loci, benedici possunt.*
12 *Sepeliri possunt laici etiam officio solenni, in festiuitatibus, cap.* alma mater, *& quæ huius sit ratio.*
13 *Laici iu festiuitatibus cap.* alma mater, *etiam interdicti officijs diuinis interesse possunt.*
14 *Laicorum interdictorum oblationes in festiuitatibus cap.* alma mater, *in missa accipi non debent.*
15 *Laici interdicti, quamuis in festiuitatibus cap.* alma mater, *officijs diuinis interesse possint, altari tamen apropinquare prohibentur.*
16 *Interdictum generale loci a primis vesperis in festo Corporis Christi, & per totam eius octauam, suspensum est.*
17 *Interdictum generale loci an in festiuitate Conceptionis B. Virginis, & per totam eius octauam, tunc vt olim censeatur suspensum.*
18 *Officia omnia diuina, 200. annorum antiquitatem non excedentia, per Bullam Pij V. de officio Romano recitando reuocata sunt.*
19 *Interdictum generale loci an per aduentum Regis in locum illum suspensum sit.*
28 *Interdictum generale loci an in festo omnium Sanctorum, & in die Commemorationis omnium defunctorum sit suspensum.*
21 *Interdictum per priuilegium speciale suspendi potest, quale a Summo Pontifice religiosis concedi solet.*
22 *Priuilegia omnia cuiusuis ordinis religiosorum de celebrandis officijs diuinis tempore interdicti concessa an, & quatenus per c.* alma mater *reuocata sint.*
23 *Priuilegia quænam prius concessa per, cap.* alma mater, *reuocata censeantur.*
24 *Priuilegia religiosorum quibus religiosi in festis Sanctorum sui ordinis, & per octauas eorum, non obstante generali interdicto loci, in suis Ecclesijs, excommunicatis duntaxat exclusis, diuina officia celebrare possunt, an per Concilium Tridentinum reuocata sint.*
25 *Concil. Trident. Sess. 25. de regular. cap. 12. & 22. priuilegia quædam generalia tantum, non specialia reuocat.*
26 *Legatus a latere priuilegium celebrandi tempore interdicti an, & quatenus concedere possit.*
27 *Interdictum suum non solùm Episcopus, sed etiam prælati inferiores suspendere possunt.*
28 *Interdictum personale ab Ecclesiastico iudice, vel quo ad omnes eius effectus, vel quoad aliquos tantum pro arbitrio suo suspendi potest.*
29 *Interdictum quoad tempus, quantum ad aliquem, vel omnem effectum suspensum redit, quamuis, qui causam eius dederunt, satisfecerint.*
30 *Interdicti sententia suspensa, an appellatio valida interponi possit.*



1 Interdictum tribus præcipuè modis suspendi potest, Primo, generali priuilegio; Secundo, priuilegio speciali seu particulari; Tertio, sententia iudicis Ecclesiastici, de quibus singulis breuiter in hoc capite dicendum est.

2 Primo, generale interdictum loci generali priuilegio inuenitur suspensum in his quatuor anni festiuitatibus, scilicet, *Natiuitate Domini, Resurrectione Domini, Pentecoste, & Assumptione B. Virginis, vt habetur in ca. alma mater. §. in festiuitatibus, de sentent. excommunicat. lib. 6.* Quibus festiuitatibus prout prius, *campanæ pulsantur, & officia diuina, voce alta, & ianuis apertis, solenniter celebrantur, excommunicatis prorsus exclusis, non interdictis quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum, (vt ipsi interdicti ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum facilius inclinentur) præfatis dielus participatio diuinorum permittitur, sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi prolatum est, altari nullatenus apropinquent,* vt in d. §. habetur. Dixi, *interdictum generale loci,* siquidem interdictum particulare his festiuitatibus non suspenditur, vt ex textu d. ca. alma mater. & glos. ibi, in verbo, Ecclesijs. Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 173. vers. nono, dico. Couar. in capit. alma mater, part. 2. §. quarto, num. 1. qui multos alios citat, & Marco Antonio Cucchio lib. 4. Instit. iuris Canon. tit. 12. Alphonso Viualdo tit. de interdicto, num. 255. & alijs colligi potest. Circa quam suspensionem nonnulla adnotanda sunt.

2 Primum est in his festiuitatibus non tolli interdictum, sic enim omnia Sacramenta administrari possent hoc tempore, quod falsum est, vt infra dicemus, sed tantum suspenditur, argumen. eorum, quæ tradunt glo. in capit. vt priuilegia, in verbo, semel in anno, & ibi Panorm. numero 3. de priuileg. Nauar. in Manuali, ca. 27. nume. 185. Henriquez libro 13. de excommunicat. & interdict. capit. 47. §. secundo, Hugolin. tab. 8. §. 12. numero primo. Immo, nec suspenditur in totum, id est, non quantum ad omnem effectum: nam in dicto §. in festiuitatibus, expresse prohibetur, ne interdicti qui dederunt causam, vllatenus appropinquent altari, quæ particula, qualiter intelligenda sit, inferius dicemus.

3 Secundum est, ex communi Canoninistarum sententia, in iisdem festiuitatibus non possunt conferri ordines, neque etiam extrema vnctio morientibus, ex Couar. in capitulo alma mater. par. 2. §. 5. versic. decimo. de sent. excom. libro 6. Hug. tab. 5. cap. 8. §. 11. quia tunc solum permittuntur officia diuina, non Sacramenta. Quid autem de alijs Sacramentis sentiendum sit, abunde satis cap. 6. a nobis expositum est.

4 Tertium est, in his festis interdictum solum suspenditur pro prima die earum, non autem pro duobus alijs consequentibus vnde prima solum die licite celebrantur diuina officia, vt prius, ex communi DD. opinione. Sic Archid. quem refert, ac sequitur Sylu. in verb. interdictum, 5. q. 2. num. 3. vers. secundum S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 4. §. item nota. Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 2. §. 1. ante fi. Nauar. in Manuali, c. 27. num. 182. vers. decimoquinto. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 47. §. 2. Hug. tab. 5. c. 8. §. 9. Et patet, quia priuilegium hoc concessum est ob salutarem Christi ortum, & ob gloriosam eiusdem resurrectionem, & aduentum Spiritus Sancti, quę vno die facta sunt, vt scripturæ testantur; at vero limitata causa limitatum producit effectum, arg. capit. cum cessante. de appellat. Et quia reliqui duo dies sequentes de octaua sunt, & officium de octaua fit, non de die; imo in Natali officium fit de alijs Sanctis, & est communis opinio DD. quicquid Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. concl. 4. & Alphons. Viuald. titu. de interd. num. 237. 238. 239. & seqq. contrarium sine vlla efficaci ratione, vel auctoritate doceant.

5 Quartum est, quoad inchoationem diuinorum officiorum, quæ permittuntur, docent communiter DD. inchoari a primis vesperis antecedentibus ipsum diem festum; sic in c. alma mater. §. in festiuitatibus, in verbo, Assumptionis, de sent. exc. lib. 6. & citatur in margine Archid. & idem docent Gemin. Phil. Franc. & Anchar. numero 3. ibidem. Ioan. Andr. ibi. Cald. de eccl. interd. memb. 6. ver. viso de effectu. col. 8. S. Anton. 3. par. titu. 27. de interd. c. 4. §. item nota. Sylu. verbo, interdictum, 5. q. 2. numero 3. ver. secundum. Armilla verbo, interdictum, num. 43. vbi ait esse communem, & Felicianus Episcopus Scalensis in Enchiridio de censur. c. 7. Hug. tab. 5. c. 8. §. 7. Nauar. in Man. c. 27. nu. 184. etenim in primis vesperis incipiunt officia diuina, ex glos. in c. 2. de ferijs, & in c. quod die. dist. 75. vbi dicitur, *Dominicum diem Resurrectionis a vesperis Sabbati initium habere*, & idem colligitur ex clem. vnica, in fi. vers. *Qui autem in primis vesperis*, de reliq. & vener. Sanctor. vbi festum Corporis
6 Christi incipere dicitur a vesperis antecedentis diei, & est communis opinio, quam etiam sequitur Sotus vbi supra, quicquid Io. Monac. quem refert, non tamen sequitur Ang. verb. interdictum, 6. num. 18. falso putauerit diem festum inchoari tantum ipsomet die festo illucescente, & mane vesperi comprehendi, iuxta illud Gen. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus*, cuius opinio falsa est: etenim licentia his dieb. ea de causa concessa est, vt officia diuina in eis celebrentur, officia vero illa cum sint duplicia, a vesperis antecedentis diei inchoantur.

7 Ceterum Paludan. 4. d. 18. q. 8. art. 2. principali, conclus. 7. singulariter præ ceteris notat, quod licet officium solennitatis communiter incipiat a primis vesperis, vt iam dictum est, in his tamen festis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis, officium inchoari putat a Missa vigiliæ, i. die præcedenti, quem sequitur Tabiena, verbo, interdictum, 5. numer. 2. §. primo. ante fin. id, quod etiam Alphons. Viuald. vbi supra, num. 242. & rationabile, & iuri consonum esse arbitratur. Probari potest de singulis. Primo de festo Resurrectionis, quia Missa vigiliæ Sabbati Sancti antiquitus consueuit dici sub vesperam, vt patet ex collecta eius, in qua dicitur, *Deus qui hanc Sacratissimam noctem* vnde illa Missa pertinet ad noctem Paschalem, non autem Paschalis ad ipsius Paschæ festiuitatem pertinet. Deinde omnes concedunt officium solennitatis cuiusque inchoari primis vesperis, vesperæ autem Sabbati Sancti intra Missam dicunt, & cum eadem prorsus collecta Missæ concluduntur, & proinde missa in eadem festiuitate, & vesperis includitur, & par honor vtrique tribui debet, & de festo Paschæ idem cum Palud. & Tabiena sentiunt Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 1. concl. 4. Polancus in direct. Confessar. c. de interd. ante fi. Henriq. lib. 13. de excom. & interd. c. 47. §. 3. id quod de hac festiuitate Paschali mihi etiam videtur certum, et indubitatum. Et similiter de Missa vigiliæ Pentecostes idem probat Palud. vbi supra, quia in vigilia Missæ Pentecostes dicitur eadem præfatio quæ dicitur in ipsomet die Pentecostes, ergo & illa Missa pertinet ad festiuitatem Pentecostes. De Natali Domini probat; quia missa vigiliæ, & simul officium a laudib. est duplex, quod non fit in alijs vigilijs, ergo & officium ipsius vigiliæ a laudib. cum missa pertinet ad festiuitatem Natalis. Cuius sane opinio, quam Polancus, & Henriq. vbi supra sequuntur, de festis Pentecostes, & Natiuitatis Domini, mihi etiam valde probabilis videtur, non tamen adeo certa est, sicut de festo Paschatis: & facit, quia cum sit priuilegiũ Principis, & fauorabile, potius ampliandum, & latè interpretandum erit, quam restringendum, arg. reg. odia. de reg. iur. lib. 6. In Assumptione vero B. Virginis solennitas inchoatur a primis vesperis.

8 Quintum est, quamuis glo. in c. alma mater, §. in festiuitatibus, in verbo, assumptionis, de sentent. excom. lib. 6. & Ioan. Andr. & Anch. ibid. Calder. tract. de interd. memb. 6. §. viso de effectu, col. 8. existiment suspensionem interdicti in his festiuitatib. terminari ipso die festiuitatis, vesperis iam peractis: arg. tex. in ca. 2. de ferijs, vbi dicitur, *de vespera in vesperam celebrabitis Sabbata vestra.* Alij tamen omnes, vt Arch. quem refert, & sequitur Angelica, verbo, interdictum, 6. nu. 18. Dom. & Franc. in d. c. fi. de sent. excom. lib. 6. & Gemin. ibid. nu. 9. Feder. de Sen. cons. 211. nu. 6. Gonsal. de Villadiego de irreg. ca. de interdicto, col. 5. Syluest. verb. interdictum, 5. quæst. 2. num. 3. vers. secundum. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 5. nu. 5. vers. sexto, de sent. excom. lib. 6. Nau. in Man. ca. 27. nu. 184. Barth. Med. lib. 1. instruct. Confes. ca. 11. §. 13. Henriq. lib. 13. de exc. & interd. c. 48. §. 3. Alphon. Viuald. de interdicto, n. 246. Corona Confess. tit. de interd. nu. 8. Ioseph Angles, in Floreb. 4. Sent. p. 2. in q. de exc. art. 6. diffic. 2. concl. 1. Hug. tab. 5. c. 8. §. 8. docent nõ solum secundas vesperas diei, sed etiam Completorum eius festi alta voce ianuis apertis, & pulsatis campanis celebrari posse, idemq; docet Palud. 4. dist. 18. quæst. 8. art. 2. princip. conclus. 7. & est communis opin. Ratio est, quia Completorium festi duplicis est pars officij illius diei, vnde etiam ipsum dicitur duplex, & officium cuiusque diei in Completorio terminatur. Cum igitur licita sint quæcumque officia diuina toto illo die apertis ianuis, & voce alta, multo magis Completorium, quod ad diem illum pertinet, & hoc maxime, quia cum sit beneficium principis, latè interpretandum erit, vt etiam Completorium ipsius diei festi comprehendat, arg. c. cum dilecti. de donat. & in l.
9 beneficium, ff. de constit. princ. Quibus addo, quod licet in matrice citius, quam in alijs Ecclesijs finitum sit Completorium puta hora 3. post meridem, & repetatur interdictum cũ pulsu campanarũ; licebit nichilominus in alijs Ecclesijs etiã regularium hora solita, puta hora 5. post meridiẽ, seu hora diei 24. cantare Cõpletorium cum prædictis solennitatib. vt consuetudo interpretatur. & Henriq. Med. & Viuald. vbi supra testantur. Nec his obstant, quæ ex cap. 2. de fer. pro contraria sententia afferuntur; illud enim in veteri lege obseruatũ fuit, nũc autẽ festus dies mutatus est. Deinde dici potest cum Arch. quem refert, ac sequitur Ang. verb. interdictum,

ctum,6.nu.18. vesperis illis etiã Completoriũ compre-
hendi;& facit ca.fi.dist.92.& ibi gl.vbi totum officium
diuinum,in matutinum,& vespertinum diuiditur.

10 Sextum est,in his festiuitatibus licet honestius,& iu-
stius sit,saltem quantum ad principalem missam, quæ
in Ecclesia celebratur,vt de festo ipso proprio dicatur,
quia id est inductum in honorem illarum solẽnitatum,
& ideo de eis celebrandum; nihilominus tamen alia
quæcumque officia diuina tam publica, quam priuata,
tam ordinaria,quam extraordinaria, siue coniuncta
sint cum benedictionibus siue absque benedictionibus
fiant, publice celebrari possunt; Quia textus genera-
liter dicit, *Missæ celebrentur, & alia diuina officia dican-
tur, sicut prius.* Sic glos.in d.cap.alma mater, §. in festi-
uitatibus. in verb.sicut prius,S.Anton. 3.par.tit.27.de
interd. capit.4. Tabiena,verb.interdictum,5. num.2.§.
primo,ante finem. Mart. Ledesm. 2.4.quæst.26.art.2.
tract.de interdicto. Calder.de Eccles. interd. memb.6.
fol.12.col.4. Anch.in d.c.alma mater,& Franc.& Co-
uar.2.par.§.5.nu.5.vers.septimo.Nauarr.in Manuali,
ca. 27.num.185. Alphons. Viuald.tit.de interdicto,nu-
mero 248.& nu.249.Hugol.tab.5.cap.8.§.10.nu.1.&
ita obseruat consuetudo. Vnde consequenter his diebus
potest Episcopus in illis consecrare Abbates, Abbatis-
sas,calices, Ecclesias,virgines,corporalia, & alios ap-
paratus altaris,vela, & alia similia,ex S.Anton.vbi su-
pra,Sylu. vbi supra,vers. tertium. Alphons.Viuald.cit.
nume.249.& Nauarr.capit.27.in Manuali,num.186.
Couar.in d.c.alma mater,par.2.§.5.nu. 6. vers. nono.
Anch.& alijs,de sent.exc.lib.6. Angelica,verbo, inter-
dictum,6.num.18.Feder.cons.111. Calder. de Eccles.
interd.memb. 6. Item benedicere potest Sacerdos his
diebus aquam,eaque populum aspergere,vt præfati au-
thores testantur.

11 Possunt etiam in Assumptione B. Virginis, & Pente-
costes,& festo Corporis Christi fieri benedictiones nu-
ptiales,quæ pertinent ad officium, ex S. Anton.3.par.
cit. Tabiena vbi supra,& alijs; Soto 4. dist.22. quæst.3.
art.1.concl.4.Couar.in c.alma mater, parte 2.§.5.nu.
6.vers.vndecimo,de sent.exc.lib.6. Anchar. & Franc.
ibi.Syluester post Host.in verbo,interdictum,5.quæst.
2.Feder.cons.111.Henriquez lib. 13.de exc. & interd.
ca. 47.§.4.Alphonso Viual.tit.de interd.nu.254.Hug.
tab.5.c.8.§.10.nu.2.non tamen in festis Natiuitatis, &
Resurrectionis, cum id iure prohibitum sit in Concil.
Trid.sess.14.de reform.matrim.cap.10.

12 Possunt etiam his diebus sepeliri mortui etiam laici
cum solẽni officio sepulturæ,quia sepultura, vt superius
diximus, non aliter tempore interdicti prohibita est,
quam ratione officij, vel ratione benedictionis cœmi-
terij, in his autem festiuitatibus licitum est omne offi-
cium diuinum,quale est officium sepulturæ, & omnis
benedictio. Sic Calder.de Eccles.interd.memb.6. An-
char.in d.c.alma mater,§.in festiuitatibus, num.2. &
Couar.ibi par.2.§.5.nu.6.vers. octauo. Angelica,ver-
bo,interdictum,6.num.35.S.Anton.3.par. tit. 27. de
interdicto.ca.4.Syluest.vbi supra versic.quartum. Al-
phonsus Viuald.cit.num.250.Nauar.in Manuali,cap.
27.num.181.Henriquez lib.13.de excom. & interd.c.
47.§.4.Quod intelligi debet ex S.Anton.& Angel. nisi
aliud obstet, puta, quia sunt specialiter aut nominatim
interdicti:aut quia fuerunt in culpa, aut quia ad hoc de-
derunt consilium, auxilium,vel fauorem,propter quod
interdictum latum sit.

13 Septimum est, In his festiuitatibus interdicti etiam
laici ad participationem diuinorum admittuntur, hoc
est, officijs diuinis interesse possunt, hoc enim interdi-
ctis permittitur,in d.capit.alma mater,§.in festiuitati-
bus,de sent. excommunic. lib.6. *dummodo tamen ij, ob
quorum excessum interdictum latum est, altari nullate-
nus appropinquent.* Hoc autem quod est *altari non ap-
propinquare*, nonnulli interpretantur de sumptione
Eucharistiæ, vt non liceat istis, qui culpabiles erant
Eucharistiam dare,id quod verum est, non tamen exi-
stimo hunc esse horum verborum sensum,quia interdi-
ctum suspensum est solum quoad officia diuina, non
autem quoad Eucharistiam;& quia ibi agitur de ijs in-
terdictis,qui adhuc in contumacia, & peccato perseue-
rabant,vt colligi potest ex illis verbis *vt ipsi ad humili-
tatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinen-
tur.* constat autem tales non posse Christi corpus acci-
pere,& proinde non opus erat vlla huius rei expositio-
ne ad eos excludẽdos ab eius sumptione. Alij vero com-
muniter exponunt, vt Tabiena, verbo,interdictum,5.
14 nu.2.vers.primo. Henriquez libro 13. de excommun.
& interd.cap.47.§.2.Polanc.in direct.confess.cap.de
interdicto,& Corona Confessorum, titulo de interdi-
cto,numero 8.de offertorio in Missa scilicet,ne oblatio
nes eorum accipiantur in Missa, quæ expositio vera est
de interdictis viuis, non pœnitentibus;oblationes enim
eorum, qui cum pœnitentia mortui sunt licitẽ accipi
15 possunt, vt capit.7.in fine,ex communi DD. senten-
tia diximus. Item intelligitur de loco altaris,vt verba
sonant, *ne scilicet altari apropinquent*; Quamuis enim
eis permittatur, vt diuinis intersint,dum tamen oran-
di causa ad Ecclesiam his festiuitatibus veniunt, eis al-
tari appropinquare prohibetur, id quod ob eam rem
fit, quo rubore perfusi a contumacia discedant, argu-
men. capit.1.de except. lib. 6. Sic enim & ad Ecclesiæ
valuas quis aliquando ponitur,vt pœnam luat, argu-
men.capit. in capite, distinctio. 50. Sic Henriquez lib.
13. citat. inter alias huius loci expositiones, hanc ma-
teriam affert, & Hugolin. tab. 5. capit. 8. §. 12. nu-
mero 5. hanc genuinam, & propriam horum verbo-
rum expositionem esse dicit. Quam etiam expositio-
nem secutus est Alphonsus Viuald. tit. de interdicto,
numero 235. & fauet Cosmus Philiarchus part. 1. de
officio Sacerd.lib.4.capit.3.casu 13. Item Henriquez
vbi supra vult intelligi, ne Clerici, qui culpabiles erãt,
Missam his diebus celebrent, aut in ordine sacro mi-
nistrent.

16 Item secundo, generali priuilegio suspensum est in-
terdictum in festiuitate Corporis Christi, & per totam
eius octauam,vt in quatuor prædictis. Quæ suspensio
facta est per Martinũ V.solum pro die festiuitatis Cor-
poris Christi, eam autem postea Eugenius Papa
IIII. in quadam extrauagan.quæ incipit, Excellen-
tissimi, ad octauam vsque diem extendit, vt notant S.
Anton.3.par.tit.27.de interd.capit.4.Angel.in verbo,
interdictum, 6. num. 16.Syluest.verbo, interdictum,5.
quæst.2.Tabiena,verbo,interdictum,5.nu.2.§.primo.
Mart.Ledesm.2.4.q.26.art.2.tract.de interd. Nauar.
in Manuali,cap.27.nu.182.Couar.in cap.alma mater,
par.2.§.5.n.1.vers.primum,de sent.excom.lib.6.Mar.
Anton.Cucchius lib.4.instit.iuris canon. tit. 12. Bart.
Medina,lib.1.Instruct.Confess.ca. 11.§.13. Alphons.
Viuald. tit. de interdicto, num. 243. Corona Confess.
vbi supra numero 8. Cosmus Philiarchus loco citato,
casu 13. Toletus lib.1.capit.10. Henriquez libro 13. de
excommun.& interd.cap.47.§.4.& Hugol.tab.5.cap.
8.§.6.num. 2. Quibus diebus eadem fieri possunt,&
eodem modo,quo in prædictis quatuor festiuitatib.ex-
positum est. Est enim mens Pontificum eodem modo
in hac festiuitate, & per totam eius octauam suspende-
re interdictum, sicut suspenditur in capit. alma mater,
de sentent.excommunicat.lib.6.cui priuilegio accedunt
multa, quæ de hac solennitate statuta decisa fuere in
Clem.vnica,de reliq.& ven.sanct.vbi gl.in verbo, re-
uelatum, prædixit hanc Martini V. & Eugenij IIII.
concessionem.

17 Item tertio,generali priuilegio suspenditur interdi-
ctũ in festiuitate Conceptionis B. Virginis,& per totam
eius

eius octauam per quandam Bullam Leonis X. vt habetur in compendio priuilegiorum Ordinis Mendicantium, in verbo, Conceptio, §.11.& in verbo, Interdictum, 2.§.8.& huius etiam meminerunt Nauar. in Manuali, capit. 27.num.182.& num.186. Alphonsus Vi-ualdus tit. de interdicto, num. 243.& 256. Cosmus Philiarchus lib.4.de Officio Sacerdotis, ca.3.in fine. Toletus lib.1.cap.20.& Couar.in capit.alma mater, par. 2.§.5.num.2.versic.secundo, de sentent. excommunic. lib.6. Henriquez lib.13.de excomm.& interd. cap. 47. §.4. Difficultas tamen est, an vbique, vel in certo aliquo loco valeat hæc suspensio. Couar.cit. putat solum habere locum in Hispanijs: Nauarr. & Toletus docent solum valere in illis Ecclesijs, in quibus dicitur officium Conceptionis ordinatum per Protonotarium nomine Leonardum Nogarolum, & Missa eiusdem quæ incipit, Egredimini, vbicumque officium hoc. & Missa dicuntur, & non alibi. Quæ sententia non differt forte a sententia Couar. quia forte in solis Ecclesijs Hispaniæ dici solet hoc officium. Et nunc post Bullam Pij V. de officio Romano recitando (quæ incipit, Quod a nobis, & est 72. in ordine eiusdem, edita 1568. Septimo Idus Iulij, Pontificatus sui anno 3. reuocata sunt omnia antiqua officia, quæ 200. annorum antiquitatem non excedunt, & consequenter reuocatum est hoc officium, quod ex concessione huius priuilegij probabiliter non excedit antiquitatem Leonis X. nisi forte vel per eundem Pium V. aut alium suum successorem de nouo concessum sit hoc officium in Ecclesijs Hispaniæ. Henriquez autem vbi supra, docet etiam ex consuetudine concedi, vt generaliter liceat quoduis aliud officium, sicut in alijs festiuitatibus, & Missas, quæ ad festum non pertinent, dicere, & celebrare; quia textus dicit, *vt Missæ celebrentur, & alia officia diuina, sicut prius*, id quod etiam, Nauarrus in Manuali, capit. 27. numero 186. seipsum retractans tandem fatetur, nec compendium priuilegiorum, vbi supra, mentionem alicuius officij, aut Missæ particularis facit.

19 Itē quarto nonnulli, vt Ioannes Staphilæus in tract. de litteris gratiæ, & iustitiæ, fol.157. colum. 1. & Couar. in cap. alma mater. par.2.§.5.num.4. versic. quinto, de sent. excommunic. lib.6. Henriquez lib.13. de excommunic. & interd. cap.47.§.4.& Hugol. lib.5.cap. 86.num. 2. addunt interdictum generale loci suspendi etiam in aduentu Regis, in aliquam ciuitatem quæ interdicta est, saltem in die aduentus, vel altero sequenti, non tamen quoad totum tempus, quo Rex in aliqua ciuitate manserit, cum id admodum graue esset, & in dispendium censuræ Ecclesiasticæ. Sed vt recte notant Henriquez, & Hugolin. hoc nullo priuilegio, aut iure communi cautum est, vnde solum fundari videtur in quadam rationabilitate, & decentia Regiæ dignitatis, vt cum summa sit festiuitas, & lætitia communis in aduentu Regis, decens est relaxari, seu suspendi interdictum; Et certe probabile est, non esse mentem Papæ in hoc casu communem eorum lætitiam impedire.

20 Addit quinto Paludan.4.distinct.18.quæstio. 8.in articulo 2.principali. conclus. 7. se vehementer cupere, vt interdictum generale etiam suspendatur in festo omnium Sanctorum, & in die commemorationis omnium defunctorum, quia, inquit, maxime decens est, vt in festo omnium Sanctorum suspendatur, cum illa festiuitas dicata sit Deo, B. Virgini, & Sanctis omnibus, vt patet ex eius officio. In commemoratione vero omnium defunctorum, idem conueniens est: quia peccata viuentium impedire non debent suffragia defunctorum, præsertim cum defuncti iam sint constituti in alio foro, & in grauissimis pœnis, maxime vero suffragia tam vniuersalia, & tam magna, quæ in toto orbe fiunt, & fauet Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 244. citans Armillam, verbo, interdictum, num. 54. & Episcopum Scalensem de interdicto, cap.7. Addit tamen idem Paludan. quod lex quamuis dura seruanda sit, vt non extendatur, plusquam extensa sit.

21 Secundo principaliter suspenditur interdictum speciali priuilegio, siue illud positum sit in iure, siue non. Hoc autem priuilegium primo, & communiter & ordinarie concedi solet per Sedem Apostolicam, vt multa fuerunt olim priuilegia concessa religiosis, & Episcopis circa celebrationem tempore interdicti, vt expresse colligitur ex capit. cum & plantare, §. quod si templarij, & ex cap. vt priuilegia, & ex cap. quod nonnullis, de priuileg. Multa etiam conceduntur priuilegia Templarijs, & Hospitalarijs; multa etiam concessa sunt religiosis, quæ non habentur in iure, sed referuntur a S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, capit. 5. ante finem. Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 11. §. decimo, quæ licet ab ipsis referantur concessa ordini Prædicatorum, per communicationem tamen priuilegiorum Mendicantium factam, valent etiam alijs Religiosis, vt late ostendit Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. capit. 48. §. 1. quæ priuilegia religiosorum consulenda sunt, & referuntur in compendio Mendicantium, verbo, communicatio, & verbo, interdictum.

22 Aduertendum autem est omnia priuilegia, quæ cuinis ordini sub quacumque forma, vel tenore concessa sunt antiquitus ante constitutionem Bonifacij VIII. in capit. alma mater, reuocata sunt per §. vltimum, d. capit. alma mater, si aliquo modo aduersantur dispositioni d. cap. alma mater, vt notant Tabiena, verbo interdictum, 3. num. 12. §. vndecimo, & Henriquez libro 13. de excommunicat. & interd. capit. 48. §. 1. Et quamuis glos. fi. d. cap. alma mater, dicat errare fratres Prædicatores, & Minores. & alios priuilegiatos in eo, quod dicant posse se certis suis festiuitatibus celebrare tempore Interdicti, interdum vsq; ad octauas: quia scilicet priuilegia quorum virtute hoc faciunt, iam reuocata sunt per d. cap. alma mater: tamen certum est post Sixtum IV. hoc dictum glossæ non esse verum; Nam Sixtus IV. in quodam priuilegio quod incipit Regimini, vt refert Tabiena, loco proxime allato, confirmauit, & de nouo concessit Fratribus Prædicatoribus omnia priuilegia antiquitus eis concessa per præcedentes Romanos Pontifices circa celebrationem tempore interdicti, quæ concessio per communicationem priuilegiorum valet etiam alijs religiosis.

23 Notandum insuper est in d. ca. alma mater. solum reuocari priuilegia concessa prius de actiuè celebrando tempore interdicti, si sint contraria d. cap. alma mater, non tamen irritat priuilegia posterius data, neq; etiam, quæ prius data fuerant, si non sint contraria dispositioni d. c. alma mater, nec quæ data sunt de audiendo, seu de interessendo officijs diuinis passiuè, vt notant Tabiena, verbo, interdictum, 5. num. 12. §. vndecimo, versic. quartum pater. Armilla, verbo, interdictum, §. 41. Henriquez lib. 13. cap. 48. §. 1. vt colligitur ex illis verbis, cap. alma mater, in fine, vbi ait. *Sufficere debet, vt tempore interdicti religiosi, & alij celebrent iuxta moderationem d. cap. alma mater*, non autem dicit, *sufficere, vt intersint modo præmisso*, idest iuxta eandem moderationem d. ca. alma mater, vt subtiliter deducit Tabiena cit. contra Pal. 4. d. 18. q. 8. artic. 1. principali, conclus. 11. vnde infert Tabiena, priuilegium, quo gaudent Cruce signati, per Inquisitores virtute Priuilegij Innocentij IV. quod incipit: Malitia huius temporis, vt possint interesse Diuinis officijs tempore interdicti, & cetera illius priuilegij non esse reuocata per dictum ca. alma mater. & addit idem sensisse Ioannem Calderin. in quodam consilio, quod fecit

vir Fratri Paulino de Forliuio, quod seruatur Bononiæ in scrinio Inquisitorum,quod testatur se ibi vidisse, & legisse. Addit idem Tabiena, non reuocari per d. capitulū alma mater privilegium Honorij IV. quod incipit, Meritis vestræ Religionis, concessum ordini Prædicatorum, quo conceditur non reuocari priuilegia Prædicatorum litteris impetratis, aut impetrandis a Sede Apostolica,nisi ordinis, & priuilegiorum eius, specialis mentio de verbo ad verbum in huiusmodi litteris fiat. Quale etiam priuilegium Eugenius Papa IIII. in quodam suo priuilegio incipiente. Ex iniuncto nobis. Anno Dominicæ incarnationis Millesimo Quadringentesimo Trigesimosexto, Quinto Idus Iulij. Pontificatus sui anno sexto, Congregationi Casinensi, aliàs S. Iustinæ de Padua,ordinis S.Benedicti concessit,In quo Statuit,ordinat,& decernit, quod quæcunque litteræ Apostolicæ, etiam Motu Proprio sub quacunque expressione verborum,aut clausularum derogatoriarum confectæ, aut in futurum conficiendæ, quæ indulgentijs, priuilegijs, gratijs, immunitatibus, exemptionibus,& concessionibus huiusmodi dictæ Congregationi hactenus concessis, & in futurum concedendis, in toto, vel in parte obuient,nisi appareat euidentissime, & apertissimè quod Summus Pontifex,qui pro tempore fuerit, præfatis indultis, & Priuilegijs in toto,vel in parte velit derogare,per litteras Apostolicas facientes specialem mentionem de verbo ad verbum ex certa scientia de huiusmodi priuilegijs,ac ipsa Congregatione,expressèrit que,quod ijsdem priuilegijs, indultis & concessionibus intendit derogare. Insuper in ijsdem litteris nominatim, & seriatim expressa fuerint omnia nomina monasteriorum dictæ Congregationis,nullius sint roboris,vel momenti. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Et simile priuilegium Societati Iesu concesserunt Paulus III. in Bulla Societatis Iesu anno 1549.& Gregorius XIII. in alia,vt refert Henriquez libro 13. de excom. & interd. capitulo 48.§.1.

24 Difficultas autem est , an priuilegia religiosorum (quibus nonnulli religiosi possunt in festis Sanctorum, sui ordinis, & per octauas eorum , etiamsi sit generale interdictum loci, in suis Ecclesijs, & oratorijs diuina officia celebrare, excommunicatis duntaxat exclusis, quo etiam tempore conceditur , vt in suis ecclesijs admittere valeant alios regulares, aut sæculares Sacerdotes ad celebrandum publicè, perinde ac liceat in quatuor festis per capitulū alma mater,) reuocata sint per Concil. Trident. sess. 25. de regular. capitulo duodecimo, & vigesimosecundo , vbi præcipitur sub generali clausula regularibus, *Vt obseruent interdicta posita ab Episcopo non obstantibus eorum priuilegijs etiam Mari Magno, & concessis ordini Militari Sancti Ioannis*. In qua re Nauarrus in Manuali, vulgari docuit Concilium non habere locum in festis Sanctorum ordinum Mendicantium, sequutus dispositionem Bullæ Pij V. quæ incipit, Et si Mendicantium. Post Bullam verò Gregorij XIII. quæ incipit, In tanta negotiorum mole, quæ priorem Pij V.Bullam reuocauit, omnia annullando,quæ erant contra Concilium Trident. in Manuali, Latino.capitulo vigesimoseptimo numero 190. tenens dispositionem Pij V. esse contra Concilium Trident. affirmat supradicta priuilegia regularium, cum sint contra ius commune,per Concilium Trident. vbi supra reuocata esse. Alij tamen vt Fr. Medina libro primo, Instruc. Confess. capitulo vndecimo,§. decimotertio. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & interd. capitulo quadragesimooctauo,§.1. Emanuel Rodriquez in exposit. Bullæ cruciatæ.§.quinto, numero decimosexto,& Hieron. a Sorbo Capucinus in comment. ad Collectorem in compend. priuileg. Mendicant. in verbo interdictum, tertio,in principio, docent dicta priuilegia per Concilium Tridentinum, reuocata non esse; necesse contra Concilium Tridentum,& Gregorium XIII. solum reuocasse concessiones Pij V. & suorum antecessorum, quæ erant contra Concilium, & non etiam in vsu, alias vero concessiones omnes, & priuilegia, quæ non sunt contra Concilium Trident.& sunt in vsu,confirmauit, & denuo concessit Gregorius, sicut & Pius V. cuiusmodi est priuilegium, quo regulares in festis sanctorum sui ordinis suspendunt interdictum in suis ecclesijs. Vnde ad Concilium Tridentinum respondent, regulares teneri ad obseruanda interdicta Apostolica, & Ordinariorum , sicut etiam obseruant : quandoquidem qui statim finita Missa noua , aut finito completorio sui festi, iterum ponunt, & replicant interdicta Apostolicæ, vel Ordinariorum (prout faciunt Religiosi nec Concilio Tridentino repugnant,& interdicta Ordinariorum suo tum plenè obseruant. Qui enim ex priuilegio speciali quale est hoc religiosorum) suspendit ad tempus, quantum ad vnum effectum , interdictum positum ab Ordinario (prout faciunt Religiosi) hic simpliciter dicitur eo

25 enim tempore seruare interdictum. Concilium autem Trident. locis citatis non reuocat priuilegia specialia, sed quædam generalia , quæ in quibusdam religionibus haberi videbantur, quæ concedebant, vt non obligarentur ad vlla interdicta seruanda, etiamsi ab ecclesia matrice seruarentur ; qualia habere se asserebant Fratres Milites. DD. Ioannis Hyerosolimitani Hospitalis,ex concessione Anastasij IIII. Alexandri III. & IIII. Vrbani III. Clementis III. & IIII.& Gregorij IX. vt refert collector priuilegiorum ordinis Mendicantium,in verbo interdictum, primo, §. vigesimosexto,& vigesimoseptimo. Credebant enim præfati Milites, virtute priuilegiorum a prædictis Summis Pontificibus sibi concessorum, non teneri se ad seruanda interdicta aliqua ab Ordinarijs locorum lata,etiamsi Matrix Ecclesia seruaret, credentes intelligi etiam de interdicto generali,cum tamen vt in Salmantina Vniuersitate declaratum fuit, priuilegia eorum intelligi solum debeant de interdicto speciali, seu particulari, scilicet, quod Ecclesiæ Fratrum S. Ioannis Hospitalis Hierosolimitani ab Ordinarijs locorum specialiter interdici nequeant, vt ex tenore priuilegiorum constat, & testatur, Collector priuilegiorum vbi supra. Non enim potest Ordinarius loci, aut Cardinalis , aut Auditor Rotæ immediatè ecclesias ordinis militaris S. Ioannis,siue aliorum regularium interdicere, nisi dum generale interdictum decernat in locum, in quo sitæ sunt Ecclesiæ istorum. vt latius ostendit Henriquez libro decimotertio, de excommun. & interd. capitulo quadragesimooctauo,§. tertio, in fine post Collectorem vbi supra.

25 Non solum Papa , sed etiam Legatus a Latere concedere potest priuilegium celebrandi tempore interdicti,& suspendere interdictum, quam potestatem siue habeat Legatus, ex vi ipsius legationis, siue ex speciali concessione in litteris legationis expressam, certum est primo posse Legatum dare priuilegium, quo suspendantur interdicta ipsius, & successorum eius, & Episcoporum, & aliorum Prælatorū,qui sunt sub eius legatione, vt expresse docent Laudunus , & Angelica , verbo , interdictum,octauo,numero quinto, & Summa Astensis,par. secunda,libro septimo, titulo decimosexto, artic. nono, in fine. & Sylnestr. verbo, interdictum, tertio, numero decimo,& Tabiena verbo interdictum, tertio, numero septimo,§. sexto. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & interd. capitulo 48.§. tertio, & Alphonsus Vinaldus,titu. de interdicto,numero 195. Certum etiam est secundo , priuilegium legati valere non solum pro tempore legationis , sed etiam post expirationem legationis,nisi specialiter a successore reuocetur ex præfatis DD. Tertio docent priuilegio legati etiam suspendi posse interdicta a Sede Apostolica lata , & desumunt argu-

argumentum a c. dilectus filius, 2. de rescript. quod certe non videtur id probare, vnde puto rem pendere ex forma concessionis legationis, quæ fit ipsi legato.

27 Tertio principaliter suspendi potest interdictum per iudicis sententiam. Et quidem

Primo certum est suspendi posse per sententiam Summi Pontificis, quia Papa concedere potest priuilegium tam speciale, quam generale, quod est maius, ergo etiã suspendere potest per sententiam, quod est minus.

Secundo etiam certum est Legatum Sedis Apostolicæ suspẽdere posse interdictum, vt constat, quia etiam ipse, vt dictum est, concedere potest priuilegium, vnde eam omnia interdicta saltem per sententiam suspendere potest, quæ per priuilegium concedere valet.

Tertio etiam potest Episcopus interdictum suum suspendere: ita Landun. Tancred. & Vincent. quos refert Angelica, verbo, interdictum, 8, nu. 3. & num. 7. argum. c. ad hæc quoniam, de appel. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 5. ante finem. Innoc. in cap. vt priuilegia, de priuileg. Syluest. verbo, interdictum, 3. nu. 8. & Summa Confessorum, lib. 3. tit. 3. q. 233. qui omnes docent Episcopos suspendere posse interdictum suum locale.

Quarto idem mihi dicendum videtur, vt multi dicunt etiam de Prælatis inferioribus Episcopis, quod satis colligitur ex cap. dilectis filijs, de appellat. vbi quidam Decanus Altissiodorensis Ecclesiæ refertur confessus esse coram Sede Apostolica se suspendisse quoddam interdictum a se latum: & præterea idem Decanus appellatione per partem interposita, tempore huiusmodi suspensionis progressus est in causa; & ibi reprehenditur in eo, quod suum interdictum suspendit. Non ergo male fecit suspendendo suum met interdictum locale; immò, quod maius est, approbatur ibi, meo iudicio satis aperte ista suspensio, quia in tantum reprehensibilis dicitur ille Decanus, quod post appellationem in causa processerit, in quantum appellatio fuit valida; appellatio autem illa aliunde valida esse non potuit, nisi quia fuit interposita, quando sententia interdicti suspensa erat; ergo suspensio illa interdicti fui legitima omnino fuit.

28 Quoad suspensionem autem interdicti personalis idem omnino dicendum est, quod libro superiori ca. 10. dub. 2. de sententia suspensionis diximus. Potest enim interdictum personale a Iudice Ecclesiastico vel simpliciter, & omnino suspendi quoad omnes eius effectus, vel quamdiu ei videbitur, & in ordine ad illos effectus, qui videbuntur, vt DD. communiter tradunt. Sic Palud. 4. distin. 18. q. 8. in art. 2. principali, conclus. 8. & 9. Syluest. verbo, interdictum, 3. §. 8. Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. conclus. 3. ver. atqui illud, vbi expresse docet cum Innoc. & Hostiensi, quos refert posse iudicem illud suspendere, vel in vnum diem, vel ad longius tempus, & causa alicuius officij celebrandi, aut defuncti sepeliendi, &c. Idem docent Nau. in Man. c. 27. nu. 183. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, num. 257. Toletus libro 1. c. 22. & Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 2. num. 4. de sent. exc. lib. 6. vbi docet contra Pan. in ca. ad hæc quoniam, de appel. & in ca. vt priuilegia, de priuilegijs, etiã suspendi posse huiusmodi personale interdictum ad tẽpus, quamuis latum esset in culpam propriam eius, qui in ea adhuc permanet, cum multa accidere possint, quæ iustissime mouere iudicem valeant ad suspẽsionem illã interdicti temporalem constituendam potius, quam simplicem eius relaxationem, vel obseruationem. Idem docent Decius, in d. c. ad hæc quoniam, vbi Panormit. refellit, & Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 47. §. 1. ver. quarto, & c. 51. §. 4. Ratio est: quia censuræ Ecclesiasticæ regulariter ligant ad nutum & voluntatem Iudicis eas decernentis, cap. veniens, 2. de testib. & c. significasti, de eo, qui dua. in matrim. quam pol. Moneo di tamen sunt huiusmodi Iudices, & Prælati, ne ex quauis causa facile suspẽdant interdictum, sed ex causa graui, & ne ad longum tempus illud suspendant, ne priuilegium dare aduersus ius commune, seu in iure dispensare videantur, vt recte Couar. vbi supra annotauit. Quibus addo secundum eosdem DD. quod interdictum, dum ad tempus suspenditur, quantum ad aliquem, aut omnem effectum redit, quamuis, qui causam dederunt, plene satisfecerint, vt in particulari Henriquez vbi sup. cap. 51. §. 4. tradit.

29 Dubium solum restat, An quamdiu sententia interdicti manet suspensa, interponi possit appellatio valida. Cui ex communi DD. sententia respondeo, posse ad eũ modum quo lib. preced. c. 9. in fine, de sent. suspensionis latius docuimus: & probant Summa Astensis, parte 2. lib. 7. tit. 16. ar. 9. q. 4. S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. ca. 5. & Sũma Confess. lib. 3. tit. 33. q. 233. Alphons. Viuald. tit. de interd. nu. 299. Quibus addo vnum, quod hactenus a nullo vidi animaduersum; quod ad hoc, vt appellatio ista valida esse possit, necessario requiritur, vt interdictum suspensum sit, quantum ad omnes effectus eius: si enim suspensum esset quoad aliquos effectus tantum etiã plures, imò etiam quoad maiorem partem, dummodo tamen quoad vnum tantum effectum maneat, appellatio interposita erit nulla, et irrita, quod probari potest: nam totum fundamentum, in quo Doctores fundant valorem appellationis, tempore, quo sententia manet suspẽsa, hoc solũ est, quia tẽpore huius suspẽsionis sententia hæc æquiparatur conditionali, vt docere videntur Sũma Confes. vbi supra, & Sũma Pilanella, verbo, interdictũ, 1. §. vlt. quãdiu autẽ ponitur cõditio, sententia pro illo tempore non habet coniunctum effectum; at vero quando interdictum manet etiam quoad vnum solum effectum, non æquiparatur conditionali, & habet illum saltem effectum coniunctum, & proinde non potest tunc valide appellari. Quæ doctrina diligenter annotãda est, eo quod minime interdictum aliquod quoad omnes effectus suspensum esse legitur.

De Peccato, & Pœnis violantium interdictum. Cap. XIV.

SVMMA.

1 *Laici transgrediendo interdictum an mortaliter, vel venialiter peccent.*

2 *Laici transgrediendo interdictum quibus in casibus mortaliter peccent.*

3 *Laicus transgrediendo personale interdictum, quamuis mortaliter, aut venialiter peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

4 *Laici, regulares, monachi, seu moniales violantes interdictum, peccant mortaliter, irregulares tamen non efficiuntur, & quæ vtriusque sit ratio.*

5 *Clerici Seculares, vel Regulares sacris initiati interdictum personale, vel locale violantes mortaliter peccant.*

6 *Ignorantia quænam clericos ab omni peccato interdictum violantes excuset.*

7 *Clerici violantes interdictum beneficijs omnibus priuandi sunt.*

8 *Clerici interdictum violantes in perpetuum sunt deponendi.*

9 *Clerici in loco interdicto diuina celebrantes nec ad beneficia ecclesiastica, & dignitates eligi, nec eligere valent.*

10 *Clerici interdictum transgredientes ad ecclesiasticã dignitatem postulari non possunt.*

11 *Celebrans, vel celebrare faciens in loco generaliter*

interdicto interdictus est ab ingressu Ecclesiæ.

12 *Clericus interdictum loci non seruans ab officio, & beneficio suspensus est.*

13 *Religiosi interdictum generale non obseruantes ubi Cathedralis, aut Matrix ipsorum Ecclesia illud obseruat, ipso iure excommunicati sunt.*

14 *Domini terrarum, qui in locis interdictis aliquem Diuina facere compellunt, & mortaliter peccant, & ipso facto excommunicationem incurrunt.*

15 *Fratres Minores recipientes alios in suis Ecclesiis ad officia diuina tempore interdicti quando excommunicati sint.*

16 *Sepeliens mortuos in loco sacro tempore generalis interdicti loci, præterquam in casib. à iure permissis, quousque excommunicatus sit, & à quo absoluêdus.*

17 *Clericus interdictus moriens quando sepultura Ecclesiastica priuandus sit.*

18 *Clericus quodcumque interdictum exercitio ordinis sacri violans irregularis efficitur.*

19 *Officiorum Diuinorum nomine quænam intelligantur.*

20 *Interdictus actum ordinis sacri solenniter in quocumque loco exercens irregularitatem incurrit.*

21 *Clericus non interdictus actum proprium ordinis sacri in loco specialiter, vel generaliter ab homine, vel à iure interdicto exercens irregularitatem à solo Papa dispensandam incurrit.*

22 *Diaconus Euangelium, Subdiaconus Epistolam solenniter cantans, vel Sacerdos Missam celebrans in loco interdicto irregularis efficitur.*

23 *Diaconus, vel Subdiaconus Episcopo ordines in loco interdicto conferenti assistens in vestibus sacris, irregularis est.*

24 *Diaconatum, vel Subdiaconatum in loco interdicto assumens irregularitatem incurrit.*

25 *Responsoria, vel Psalmos, & Horas in loco interdicto cantans quando fiat irregularis.*

26 *Aquam benedicens aspergendo populum cum versiculo* Asperges, *in loco interdicto irregularis est.*

27 *Missam audiens, & officia diuina in loco interdicto, licet peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

28 *Clerico, tempore generalis interdicti loci unam, aut plures ex conditionibus positis in cap.* alma mater, *omittens an interdictum violare censeatur.*

29 *Interdicti transgressor est, qui officia diuina recitando unam ex conditionibus positis in cap.* alma mater, *tempore generalis interdicti loci omittit.*

30 *Violans moderationem aliquã c.* alma mater, *et cum eadê violatione postea celebrãs irregularis efficitur.*

31 *Clericus violans aliquam conditionũ c.* alma mater, *animo, ut officia diuina celebrentur, nulla diuinorum celebratione secuta irregularis non est.*

32 *Clericus, aliis celebrantibus campanas pulsans tempore interdicti quare irregularitatem non incurrat.*

33 *Campanas pulsans, ita vt causa sit, cur alii tempore interdicti officia diuina celebrent, irregularis est.*

34 *Celebrans coram interdictis, ac interdictos publice ad officia diuina, vel sepulturam in loco non interdicto admittens, quamuis irregularis non sit ab ingressu tamen Ecclesiæ interdicitur.*

35 *Interdictus cui est ingressus Ecclesiæ, in Ecclesia, vel cæmiterio contiguo celebrans, irregularis efficitur.*

36 *Celebrans in Ecclesia, vel Cæmiterio pollutis, nec suspensus, nec irregularis est.*

1 PRimo, quoad laicos, Doctores non ita cõueniunt qualiter transgrediendo, peccent. Nam Innocent. in capit. tanta, nu. 2. de excess. prælat. relatus a S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 4. ante finem, indistincte affirmat grauiter peccare, & S. Anton. vbi supra, his ait peccatum mortale, si scienter aliquid contra interdictum faciat laicus, quia est contra obedientiam Ecclesiæ; et laus ad hoc cap. si qui sunt. dist. 81. Sic etiam Archid. apud Syluest. verbo, interdictum, 6. §. 7. & Ioseph Angles in floribus, 4. sent. par. 2. in q. de excommunicatione, artic. 6. Difficult. 3. conclus. 3. Idem Syluester, vbi supra, & Angelica, verbo, interdictum, 7. num. 9. indistincte putant hoc non esse peccatum mortale, nisi in quatuor casibus positis in Clem. 1. de sepult. & Clemen. grauis, de sentent. excommunicat. & præterea quando hoc facerent in contemptum Ecclesiæ. Quatuor autem casus in d. Clem. Grauis, *sunt cogentes interdictos officia diuina celebrare, seu in locis interdictis, aliquem celebrare,* Item *euocantes interdictos, aut excommunicatos, vt eadem officia audiant.* Item *prohibentes, ne sic excommunicati aut interdicti in Ecclesiis exeant dum Missarum solennia aguntur à celebrantibus, moniti generaliter, vel specialiter, vt exeãt.* Item *sic excommunicati, et interdicti remanentes in Ecclesia postquam sic moniti fuerint, vt exeant.* Caietanus, in verb. interdicti violatio, §. pen. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 187. §. decimooctauo. & etiam Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 7. Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 281. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto secundo, in fine. Toletus lib. 10. 20. necnon Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. capit. 46. §. 3. distinguere videntur de violatione interdicti localis, aut personalis. Si enim laicus solũ violat interdictũ locale, ex eo scilicet, quod videns in loco interdicto celebrari, accedit, id est, interest Diuinis; etiamsi illic (secluso contemptu, & scandalo) intersit simul cum personis interdictis, nullo modo eum in hoc casu peccare putant, intellige præcise ex hoc, quod iste modo Diuinis intersit; aut si peccatum aliquod sit, solum erit veniale. ex Caietan. Soto & Toleto cit. Idea Caietano probatur, quia mandatum obseruandi interdictum Clericis datur proprie, non laicis ex Caiet. citat. Soto quarto, distinct. 22. quæst. 3. art. 1. Conclus. 6. & ad primum Maiol. lib. 3. de irreg. capit. 20. numero 9. & Tabiena, verbo, interdictum. 5. num. 15. §. decimo quarto. Gregorio de Valentia vbi supra notab. 3. & Alphonso Viualdo loco citato, nu. 278. vt colligi poterit ex cap. is, qui, de sentent. excommun. lib. 6. Idemque tradit Maiol. lib. 3. de irregularit. cap. 20. numero 9. & quia sic interesse non est cooperari peccato, sed solum vti peccato alieno. Et quidem meo iudicio vtraque ratio probabilis est, neque enim apparet, quo præcepto prohibitum sit laicis interesse Diuinis in loco interdicto, si ibi celebrentur, sed solum Clericis præcipitur, ne celebrent, & per ca. alma mater, de sent. excomm. lib. 6. vt celebrent clausis ianuis, &c. laicis non admissis Sin vero aliquid aliud accedat ex quo laicus fiat cooperator, & particeps delicti, tunc sine dubio peccabit Missam, & alia officia diuina audiendo.

2 Communiter autem peccat laicus in his casibus mortaliter.

Primo, si sit aliquo modo causa illius celebrationis, scilicet, præcepto, exhortatione, aut alio simili modo, tũc enim peccat mortaliter, etiamsi ipse non interesset.

Secundo, si laicus sua præsentia esset fomentum Clericis ad celebrandum, vt quando ex hoc, quod laici concurrant ad officia Diuina, Clerici mouerentur ad ea celebranda;

Tertio, si ipsi laici in Ecclesia, vel in suis oratoriis tempore interdicti localis celebrent illa officia, quæ Clericis sunt prohibita, vt si publice in choro dicant

Horas,

Horas,& officia diuina,quia tenetur posito eo officio, seruare præceptum Ecclesiæ vt Clericus; immò in hoc casu peccatum laici, quia est Ecclesiasticum, a Iudice Ecclesiastico puniri potest,vt notat Nauar. in Manuali,cap.27.num.187.§.decimo octauo. Summa Corona tit.de interdicto,num.11.in fine,post Calderin. de Eccles.interdict.memb.6.col.10.

Quartò, si ingrediatur ad interessendum Diuinis, mentiendo se Clericum,aut priuilegiatum: quasi mendacium hoc perniciosum sit contra duplex præceptum iuris, & hominis.

Quinto, etiam peccat mortaliter in quatuor casib. d.Clement.grauis.de sent.excom.& in his consentiunt Nauar.vbi suprà,& Henriquez lib.13.de excom.& interd.ca.46.§.3.quamuis, dubius sit hic author de casu tertio, & in casu quarto non putet esse mortale, sed verior,& communior est Nauarri, & aliorum opinio.

Sexto, Quotiescumque excommunicatio lata est contra volentes interdictum,vel violari facientes, illud violando mortaliter peccant. Quod etiam procedit in eo, qui sententiam contemnit, vel ratione scandali, quod alijs præbet,ex Alphonso Viualdo. tit.de interdicto, numero 281. Quæ omnia intelliguntur de violatione interdicti localis.

3 Quod laicus violet interdictum personale, sic videtur semper peccare mortaliter,ex Soto 4.dist.22.quæst. 3.art.1.conclus.6.Nauar.in Manuali,cap.27. numero 187.Armilla,verbo,interdictum, §. 36. Simon Maiol. lib.3.de irreg.c.20.nu.9.§.laicorum.et Henriquez lib. 13.de excommun.& interd.ca.46. §. 3.id quod intelligunt præfati DD. siue sit generaliter interdictus idest non nominatim interdictus, sed de populo interdicto, siue specialiter interdictus sit. Quia populum prohibere,ne diuina audiat, est præceptum rei grauis, transgressio autem in re graui est mortalis, & quidem in interdicto specialiter res est manifestam; in interdicto autem generaliter Caiet. in verbo, interdicti violatio, in fine existimat,quod si laicus sine scandalo ex deuotione interesset diuinis bona fide putans se posse impunè, & licitum adesse, voluit piè pœnarum interpretatione, præsertim erga innocentes talem excusari,si non à toto peccato, saltem à tanto,v.g. si aliàs esset mortale,ex hoc fieret veniale quam Caietani moderationem licet Nauar. vbi suprà non approbet sicut nec admittere videtur Henriquez cap. si tamen id ex probabili ignorantia faceret, non mihi videtur hoc Caietani dictum negari posse. Quibus omnibus addo ex Innocent. S. Anton.& Syluest.vbi suprà,& Palud.4.distinct.18.quæst. 8.artic. 4. principali, §. quantum ad decimum octauum, Summa Confess. lib. 3. titulo 33. quæst.267. Alphonso Viualdo,vbi suprà,num.279. Maiolo, lib.3. de Irreg. capit. 20. nu. 9.quod laici, quamuis in prædictis casibus venialiter, aut mortaliter peccent irregularitatem tamen non incurrunt, cum nec ordinem habeant, nec officium;& cap.is,qui, de sentent. excommunicat. lib.6.vt Maiol.& Viuald. testantur, solos Clericos exprimit:possunt tamen aliàs puniri, puta excommunicatione; & si contempserint, & Episcopus emendare non potuerit, Regis, seu domini temporalis iudicio ad requisitionem Ecclesiæ exilio condemnari debent, cap. 2.de Clerico excommunicat.ministr. Innoc.& Summa Confess. locis citatis.

4 Secondo, laici regulares, quales sunt moniales, & monachi, alijque religiosi non habentes ordinem, violantes interdictum,vt pote, quia officiarent Ecclesiam, vt prius, aut breuiter illa facerent, quæ Clericis intelliguntur prohibita, tanquam competentia ex aliquo ordine, etsi Irregularitatem non incurrant, cum non sit in iure expressum (capit.enim is,qui,de sentent.excommunicat.lib.6.loquitur de sola Irregularitate,quæ procedit ex celebratione diuinorum, vel ordinum executione) mortaliter tamen peccant. Summa Confess.lib. 3.tit.33.quæst.267. Sic S. Anton. 3.par.titulo 27.de interd.capit. 4.ante finem. Summa Astensis,par.2.lib.7. tit.16.art.6. Angelica,verbo,interdictum,7.ou.4.Syluest.verbo,interdictum,6.quæst.3.versic.secundū. Tabiena,verbo,interdictum,5.num.16.§.decimoquinto. Sotus 4.distin.22.quæst.3.art....conclus.5.Nauarr. in Manuali,capit.27.num.187.§. decimonono. Caietan. verbo,interdicti violatio.Henriquez.lib.13.de excom. & interd. cap.46.§.3. Alphonsus Viualdus vbi suprà, num.282.& num.284.Hugol.tab.5.capit.11.§.1.num. 10.qui omnes hoc ipsum probare videntur ex grauitate pœnæ appositæ, sunt enim ineligibiles, & impostulabiles actiuè,& passiuè: Quamuis enim ordinem Clericalem non habeant, immò moniales ordinis incapaces sunt,ratione sexus, & status sui,habent officium celebrandi diuina secundum suam cōditionem, vnde illam pœnam incurrunt, cuius sunt capaces. Sed præterea aliàs puniri possunt secundum Calder.vbi suprà, mēb. 6.& in arctiori monasterio ad faciendam pœnitentiam includi debent,vt habetur in capit.postulastis,§.quæsiuistis,de Cleric.excommunicat.minist. Quæ tamen ratio non ita firma,& solida est;quia in d. capit.postulastis,sermo tantum est de illis religiosis transgressoribus interdicti,qui adeo sunt contumaces in transgressione, vt etiam propter hoc excommunicati nolint desistere. Ratio igitur melior est, quia violant interdictum in re graui,& cum scandalo.

5 Tertio,Clerici tam sæculares,quam regulares sacris initiati violantes interdictum,ex communi DD.consensu,quos Summa Corona tit.de interdicto, num.11. & Ioseph Angles,in florib.4. Sentent.quæstio.de excommunicatione,artic.6.difficul.3.conclus. 1. Toletus lib. 1.ca.20.sequuntur, peccant mortaliter, siue sit interdictum personale,siue locale, hoc est,siue ipsi interdicti sint,siue in loco interdicto aliquid prohibitum faciant, tunc autem censetur violari interdictum à Clericis,quādo actum aliquē ordinis exercent in loco interdicto, vt Missam aut aliud officium diuinum quodcumque de more celebrent, vt si generalis interdicti loci tempore hæc faciant pulsatis campanis,ianuis Ecclesiæ apertis, alta voce, laicis ad diuina officia admissis; aut etiam si quis interdictus hæc eadem faceret, etiam cum moderationibus istis,de quibus in cap.alma mater, de sentent. excommunicat.lib.6. Et quidem de interdicto personali res tam certa est,vt nec probatione indigeat. De locali etiam patet,quia locali interdicto directè,& per se prohibetur Clericis Diuinorum celebratio; vnde, si in loco,interdicto celebrent,vel etiam in loco,in quo possunt,non tamen cum illa moderatione,ad quam tenentur, transgrediuntur præceptum Ecclesiæ in re graui,

6 & etiam peccatum in se grauem. Excusarentur tamen illi ex ignorantia inuincibili,probabili,seu iusta ab omni peccato,vt docent Henriquez lib. 13.de excommun. & interd.capit. 46.§.3.& Couar. in capit.alma mater, par.2.§.2.num.3. Hęc autem,de sentent.excommunic. lib.6. qui tamen loquitur de excusatione ab irregularitate: sed de opinione Henriquez non est dubitandum ignorantia verò crassa,& supina non excusat, vt latius dictum est,cum de excommunicatione disseruimus, & DD. communiter affirmant. Et de peccatis violantium interdictum hactenus.

7 Quarto, Clerici violantes interdictum merentur aliquas pœnas, alias ipso facto incurrunt.

Prioia pœna quam merentur, est spoliatio ab omnibus beneficijs,vt habetur in capit.postulastis, quæsiuistis, de Cler. excom. ministr. Palud.4.dist.18.q.8.art. 4.principali, §. quantum ad decimum octauum. Summa Confess.lib.3.tit.33.q.267.S.Anton.3.part. titulo 27.de interdict.cap.4.ante finem.Summa Astensis, 2. parte, lib. 7. tit.16.artic.6.Angelica, verbo, Interdictum,

ctum,7.num.4. Syluest.verbo,interdictum, 6. quæst.3. vers.primum. Henriquez lib.13.de excomm. & interd. cap.46.§.3. Hugolin.tab.5.cap.11.§.1.num.8.

8 Secunda est pœna depositionis,perpetua, cap. Clerici,de Cleric.excomm.ministr. Quam depositionem Panorm.ibi num.1.notat debere esse ab officio, & beneficio,& facit glos.in d.ca. Clerici,in verbo,moniti. Item de Sacerdote sic violante interdictum celebrando, expressum est deponendum esse ab officio, seu ordine Sacerdotali,in capit.latores, & ibi glo.in verbo, deponas, & Panorm.num.1.de Cler.excomm. ministr. Hæc tamen pœna in duobus casibus meretur dispensationem, & mitigationem.

Primus est,si violans interdictum,cum primum fuerit per Ecclesiam monitus,vt desistat, desistit, vt habetur in d.cap. Clerici, iuncta glos.ibi in verbo,moniti,de Cler.excom.ministr.

Secundus est,si tam magnus numerus Clericorum in hoc delinquat;vt pertingat ad quadraginta, vt habetur in d.cap.latores,tunc enim solum in perpetuum deponuntur,qui authores,& capita delicti fuerunt.

9 Tertia est,celebrans in loco interdicto, aut diuina ibi faciens,nec ad beneficia Ecclesiastica, & dignitates eligi potest, aut eligere.cap.Is qui,§. is vero,de sentent. excom.lib.6. & ibi gl.in verbo,intelligibilis,& in verb. cum alijs. Summa Cofessorum lib.3.tit.33.quæst.267. Innoc.in c.1.nu.3.de postul.prælat.& in cap. finali, de excess.prælat.nume. 5. Alphons. Viuald.tit.de interdicto,nume. 147.& num. 159. & Summa Corona titulo eod.num.11.S. Anton.3.par.tit.27.de interd. ca.4.ante finem. Summa Astensis, par.2.lib.7.tit.16.artic.6. Angelica,verbo,interdictum,7.num.2.Syluest. verbo, interdictum,6.q.2.versic.secundum,Tabiena , verbo, interdictum,6.nu.1.in princip.Sotus 4.d. 22.quæst.3. art.1.conclus.5.Nauar.in Manuali,cap.27.num. 187. §.decimono,Henriquez lib.13.de excom.& interd.ca. 46.§.3.Hugol.tab.5.cap.11.§.1.nu.2.Panorm.in cap. postulastis,num.5.de Cler.excom.ministr.& Hentic. Bohic.in c.finali,nu.5 de excess.prælat.

10 Quarta est.quod nec postulati ad dignitatem Ecclesiasticam valet,arg.c.1.de postul.præl.gl.pen. in d.ca. is,qui de sent.exc.lib 6. Angelica,cit.nu.3.Tabiena,Sotus,Henriquez, & Hug.vbi supra,nu.3.

11 Quinta est,celebrans, vel celebrare faciens in loco generaliter interdicto,vltra ea, quæ de iure conceduntur, etiamsi exemptus sit,interdictum ab ingressu Ecclesiæ incurrit,quousque ad arbitrium eius satisfecerit, cuius interdictum violauit,cap. Episcoporum,de priuileg. libro 6. & ad arbitrium Episcopi,si violet interdictum iuris,Palud.4.distin.18.quæst.8.art. 3. principali conclus.1.S. Anton.3.p.tit.27 de interd.capit.4.ante finem Angelica verbo,interdictum,7.nume.5. Syluest. verb.interdictum,6.quæst.1.versic.tertium , Tabiena , verbo,interdictum,6.in princip. Hugol.tab.5.capit.11. §.1.nu.5. Et quamuis aliqui velint hoc solum habere locum in Clericis priuilegiatis,alij tamen, vt gloss. ibi, in verbo,ingressum,rectius intelligunt vniuersaliter de omnibus Clericis etiam non priuilegiatis. Quorum opinio textui conformior est, ibi enim expresse dicitur *Clerici seculares , aut regulares quantumcumque exempti &c.* Quo loco verbum illud, *Quantumcumque* non est restrictiuum , sed potius ampliatiuum , vt sit sensus , Clerici seculares , aut regulares etiam exempti ; aliter melius esset dicere , Clerici sæculares , vel regulares exempti. Eandem interdicti ab ingresso Ecclesiæ pœnam ad arbitrium eius , cuius sententiam violauit , & ad arbitrium Episcopi , si interdictum iuris violet , incurrit , qui etiam in loco non interdicto , coram tamen publice denunciato interdicto celebrat , vt in dicto capitulo, Episcoporum, de priuileg. libro sexto habetur.

12 Sexta est , Clericus qui non seruat interdictum loci, ab officio,& beneficio suspensus est,capit.finali, de excess.prælat.& gloss.& DD. communiter ibi , & Summa Confess.lib.3.tit.33.quæst.267. Angelica , verbo , interdictum,7.num.7. Syluest.verbo , interdictum, 6. q.3.§.primum. Marcus Anton. Cucchius lib.4. Institut. Iuris Canonici tit.12.& Hugolin. tab. 5. capit.11.§.1. num.4.& sic suspensus,ea,quæ iurisdictionis sunt,exercere non potest,ex Panorm. Anchar.& DD.communiter in d.capit.fin. Palud.4.d.18.q.8.art.4.principali §. quantum ad decimum octauum. Syluest.verbo, suspensio,num.5.Couar.in cap.alma mater,part.2.§.1.num. 2.vers.secundo ex præmissa,de sent.excomm. lib.6.vbi docet communem esse DD. sententiam suspensum ab officio consequenter iurisdictione priuari, quæ ei ratione officij competit;& Hugolin.vbi supra. Quæ doctrina,quamuis probabilis admodum sit, ob communem DD.sententiam,quam colligunt ex d.capit.finali, de excess. prælat. vbi declarantur omnes institutiones iritæ. & destitutiones.& excommunicationes factæ per Episcopum quendam Colibriensem post violatum ab eo interdictum,ex eo tamen cap. non ita certo colligitur priuari hominem omni iurisdictione,sed solum annullari omnes illos actus iurisdictionis, qui facti erant ab illo Episcopo,ea occasione,vt puniret eos , qui noluerunt violare interdictum , & præmiaret eos, qui illud violarent,vt ex d.cap.final.constat;tum,quia ibi expresse est sermo de institutionib. & excommunicationibus ea occasione factis,tum,quia ibi Gregorius Papa IX. Episcopo Bracarensi præcipit , vt suspendat ab officio omnes transgressores illius interdicti. Cum igitur tunc suspendendi erant per sententiam, consequenter non erant ipso iure suspensi ab officio, super quo est iurisdictio.

13 Septima est, Religiosi interdictum generale non obseruantes , vbi Cathedralis , aut Matrix Ecclesia ipsorum illud obseruat,ipso iure excommunicati sunt , vt habetur in Clement.1.de sentent.excommun. Palud.4. d.18.q.8.art.3.principali,conclus.4. Angelica, verbo, interdictum,7.num.8. Tabiena,verbo, interdictum, 3. nu.2.§.primo,ante finem. Syluest.verbo, interdictum 6.quæstio.tertia,versic.secundum Hug.tab.5. cap.11. §.1.numero 9. Alphons. Viuald.tit.de interdicto,num. 162.& Summa Corona,tit eod.numero 11. Ioseph. Angles in Florib.4.Sent.in quæst. de excommun. artic.6. difficult.3.conclus.1. Quousque autem partat hæc pœna,docent Angelica citat.& Nauar.in Manuali,capit. 27.num.146.& DD.ibi.

14 Octaua est, Domini terrarum, qui in locis interdicto subiectis aliquem Diuina celebrare cogunt, mortaliter peccant, & ipso facto excommunicati sunt, vt habetur in Clement.2.de sentent.excommun.& DD. ibi Nau. in Man.cap.25.num.16.§.septimo,& cap.27. numero 4. Alph.Viuald.tit.de interdicto,nu.275.

15 Nona est, Fratres Minores , qui in suas Ecclesias ad Diuina officia interdicti tempore tertij ordinis Sancti Francisci fratres,sororesue recipiunt itidem in excommunicationem ipso iure incidunt. Clement. 3. de sent. excommunicat.glos. & Doctores , ibi & Hugolin.tit. num.12.

16 Decima est , In loco facto interdicti generalis loci tempore mortuos in casibus non permissis sepeliens ipso facto in excommunicationem incidit , a qua absolui nequit , nisi prius ad arbitrium Ordinarij illis, quibus ob id iniuria irrogata est , omnino satisfecerit, vt habetur Clem.1. de sepult.glo.& DD. ibi Hug.tab. 5.cap.11.§.num.13. Alphon. Viuald.tit.de interdicto, num. 276.

17 Vndecima est , Clericus interdictus decedens Ecclesiastica sepultura priuatus est , vt habetur in capitulo is , cui,de sentent. excommunic.libro sexto, Angelica,ver-

ea, verbo, interdictum, 7. num. 1a. & Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 1. §. quintum. Henriquez. lib. 13. de excomm. & interd. c. 49. §. 3. in fine. Alphonf. Viuald. tit. de interdicto, num. 213. & nu 175. & 176. quod intelligitur, nisi moriens pœnituerit, vt in d. ca. is cui dicitur & hoc procedit, siue a iure, siue ab homine interdictus fuerit, ex glo. in d. cap. is cui, in verbo, interdictus.

18 Duodecima est, Clericus interdictum quodcunq; exercitio alicuius ordinis sacri violans irregularis est, vt colligitur ex cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & c. cum medicinalis, §. caueant autem, & ca. is vero, de sentent. excommunic. lib. 7. Innoc. & DD. in cap. fin. de excess. prælat. Calderin. de Eccles. interd. memb. 6. idem Innoc. in d. ca. cum medicinalis. Panorm. in c. 2. nu. 4. & in c. illud, nu. 8. de Cleric. excom. ministr. Henriq. in cap. vlt. eod. tit. & lib. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 3. princ. per totum, & art. 4. principali, §. quantum ad decimum septimum. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 267. Idem Innocent. in capit. tanta, num. 5. de excess. prælat. Summa Astensis, p. 2. lib. 17. tit. 16. ar. 6. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 25. & seq. Rich. 4. d. 13. q. 1. art. 4. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. capit. 4. ante finem. Syluest. verb. interdictum 6. quæst. 2. Tabiena, verbo, interdictum 7. num. 2. Nicol. Plouius tract. de interd. reg. 29. & in tractat. de irreg. reg. 45. & seq. Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclusio. 5. Caiet. verbo, interdicti violatio. in princi. Simon Maiol. lib. 3. c. 20. & 25. Nauar. in Manual. c. 27. nume. 244. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 2. nu. 2. & nu. 3. de sent. excommu. lib. 6. Alphonf. Viual. tit. de interdicto, nu. 146. & num. 238. & seqq. Summa Corona, titu. eo. nume. 11. Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. par. 2. in quæst. de excom. art. 6. Difficult. 3. conclus. 1. Toletus lib. 1. c. 20. Hug. tab. 5. c. 11. nu. 1. §. 1. vbi Couarr. hanc regulam tradit, vt quis irregularis propter officij diuini celebrationem indicetur, aduertere oportet, an actus ille pertineat ad ordinem aliquē Ecclesiasticum, aut diuinorum celebrationem, quam etiam tradit Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 2. §. primum. Diuinorum autem nomine ex eodem Syluest.

19 cit. & Paludan. vbi supra, in art. 3. princ. conclus. 6. veniunt Missæ, Horæ Canonicæ, exequiæ, benedictiones solennes, & huiusmodi, de qua re dicenda suntilla omnia, quæ lib. præced. ca. 16. de irregularitate, quæ ex violatione suspensionis incurritur, diximus. Ex qua doctrina hæc colliguntur.

20 Primum est, Interdictus actum ordinis sacri in quocumque loco siue interdicto, siue non interdicto solenniter exercens, irregularis efficitur, est communis DD. sic Angel. verbo, interdictum, 7. num. 1. & Sylnest. verbo, interdictum, 6. q. 2. vers. secundum, & citant ad hoc cap. is qui, & c. is, cui, de sent. excomm. lib. 6. & ca. cum æterni. de sentent. & re iudic. lib. 6. & Alphonf. Viuald. citat. nu. 260. & Summa Corona, vbi supra nu. 11. & hoc siue denunciatus sit interdictus, siue non, enim extrauag. Martini V. Ad euitanda scandala, ipsi met interdictis nullo modo suffragetur.

21 Secundum est, Non interdictus actum ordinis sacri proprium in loco specialiter, vel generaliter ab homine, vel a iure interdicto exercens, irregularis efficitur, & a solo Papa cum eo dispensatur, ca pit. is qui, §. is, vero, de sentent. excomm. lib. 6. & DD. omnes vbi supra ad Gemin. Anchar. Franc. ibidem, gl. in c Episcoporū, in verbo, a iure, de priuileg. lib. 6. Panor. in cap. postulastis, nu. 5. de Cleric. excom. minist. Henric. Bohic. in c. fin. nu. 11. de excess. prælat. Richar. 4. d. 13. q. 1. artic. 4. & alij, vt Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 3. princ. concl. 1. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 264. & præterea suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium Iudicis, qui tulit sententiam interdicti, vel ad arbitrium Episcopi, si sit interdictum iuris, vt diximus supra in pœna quinta, & procedit, siue Clericus sæcularis sit, siue regularis, canon non enim generaliter loquitur; procedit etiam, vel exemptus simpliciter sit, ob illa verba, *Nisi super hoc priuilegiatus existat*. quæ habētur in d. ca. is, qui, §. is vero, quæ verba priuilegium particulare ad hoc requiri significant, ne celebrans irregularis reddatur, quod quidem priuilegium iure communi exempti non habent, argum. ca. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & Clemen. 1. de sent. excom. vt Hugol. vbi supra tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 1. subtiliter annotanit.

22 Hinc Diaconus, vel Subdiaconus Euangelium, vel Epistolam solenniter cantans in loco interdicto, irregularitatem incurrit. Sacerdos in eodem loco celebrans Missam, aut aliquod Sacramentum ministrans itidem irregularis est, sicut etiam quoties aliquid quod proprium est Sacerdotis, ibidem exercet. Episcopus etiam ibidem ordines maiores, vel minores, aut primam tonsuram conferens, & idem de Abbate conferente ordines minores, aut primam tonsuram irregularis efficitur, cum hæc vel Episcopalis Ordinis sint, vel saltem a solo Sacerdote tribui soleant, argumē. ca. cum contingat. de æta. & qualit. ordin. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 25. nu. 7. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta. vers. sed quæro, vtrum is, & Ioā. Andr. in addit. ad Spec. ibi. Feder. de Sen. consil. 231. & etiam Palud. 4. distin. 18 q. 8. art. 2. prin. conclusio. 6. ordines igitur sic conferens, etiam clausis ianuis, & excommunicatis, & interdictis exclusis iuxta formam cap. alma mater, §. adijcimus. de senten. excomm. lib. 6. & etiamsi id faciat in illis festis ibi permissis, irregularis est, quia eo tempore, & ea forma seruata, permittuntur tantum officia Diuina, non autem Sacramenta. Sed neque si immineat necessitas, ordines conferre potest, ex Syluestr. verbo, interdictum, 5. nu. 9. §. sexta. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 3. num. 4. versic. quinto, de sentent. exc. lib. 6. Hugol. tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 1. Qui duo vltimi authores idem procedere docent, etiamsi ipsemet Episcopus interdictum tulerit, is enim illud seruare tenetur, vel illud tollere, aut suspendere, alioquin irregularis erit, argum. cap. vlt. de priuileg. lib. 6. Calderin. de Eccles. interd. memb. 3.

23 Itē irregulares sunt, qui assistētes Episcopo, dū ordines in loco interdicto confert, Diaconi, vel Subdiaconi munus vestib. sacris induti exercent, ex Cou. cit. nu. 5. ver. decimo. agunt enim actus tempore interdicti ordini sacro conuenientes, ideoque fiunt irregulares.

24 Sic etiā irregulares sunt, qui interdicti tēpore Diaconatum, vel Subdiaconatum sumunt in loco interdicto, multoq; magis, qui presbyter ordinatus est, vt Couar. & Hug. vbi supra tradunt, quorum tamen opinio quoad hoc, quod vltimo tradunt, nobis, non placet, vt latius in lib. præced. cap. 19. dub. 5. de suspensione docuimus. Exercens igitur actum ordinis sacri, si id faciat solenniter, siue presbyter, siue Diaconus sit, siue Subdiaconus, in loco interdicto generaliter, vel specialiter, irregularis efficitur; secus autem, vbi exerceret actū non

25 deputatum ordini sacro, vt cantans responsoria, vel recitans Psalmos, & horas diurnas, vel nocturnas, legens Euangelia, quod quilibet potest in terra interdicta, sicut & prædicare. c. responso. de sent. exc. non enim hæc faciens erit irregularis, ex Host. & Vernec. quos refert, ac sequitur Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 4. vers. primum quod intellige, si non faciat officiando principaliter, ideo ex officio suo, vt Clericus solenniter officiando Ecclesiam vel populum, & inchoando, vel perficiendo, vt est hebdomadarius, qui dicitur agere ex officio suo, cū hoc sit proprium Sacerdotis, tunc enim esset irregularis, secus si hæc faceret, vt laicus, etiam in Choro.

26 Sic etiā irregularis esset, qui aquā benediceret aspergendo populū, cū ver. *Asperges*, in principio Missæ, & ēt qui benediceret Calices, paramenta, corporalia, can

delas in festo Purificationis, oliuas in die palmarum, cum hæc Sacerdotum sint, ideoque nec ab interdicto, nec a non interdicto, in loco interdicto nisi secundum moderationem c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. sine irregularitate fieri possunt. ex Syluestr. verbo, interdictū. 5. q. 4. §. quintum, Tabie. verbo, interdictum, 6. nu. 4. §. 3. Alph. Viual. tit. de interdicto n. 224. & 277.

27 Quibus addo ex Syluest. verb. interdictum, 5. q. 4. §. primum. in fine. Tabiena. verbo, interdictum, 6. nu. 1. ante finem. Simone Maiol. li. 3. c. 20. nu. 7. ver. audi- tio etiam Missæ. Hugolino tab. 5. c. 11. §. 1. nu. 1. Nauarr. in Manuali, c. 27. nu. 187. & Alphonso Viualdo, ti. de interdicto, nu. 174. quod licet audiens Missam, & officia diuina in loco interdicto malè faciat, & peccet, irregularitatem tamen non incurrit, dummodo interfit solum ex deuotione, non contemnendo; si tamen ex contēptu, & authorizando audiat, vt quia Prælatus ali quis iubeat coram se diuina celebrari, irregularis erit, ut Syluest. Tabiena, Maiol. cit. & gl. in Clem. Archiepi scopo. in uerbo, celebrari, de priuileg. docent, & etiam Panor. in c. fi. nu. 6. de excess. prælat. quem sequitur Alphonsus Viualdus ubi supra, num. 274. Vnde maxime cauere debent prelati, ne tempore excommunicationis, suspensionis, uel interdicti coram se celebrari faciant, quia ut Panor. & Tabiena, cit. notaot, uidentur tunc authorizare.

28 Dubium esse potest circa hoc secundum dictum, An scilicet Clericus, qui tempore generalis interdicti loci unam, aut plures ex quatuor illis conditionibus positis in c. alma mater, omiserit, interdictum nihilominus uio lare dicatur, & consequenter irregularis fiat? Exempli gratia Diuina officia celebrat, pulsatis tantum campa- nis, aut ianuis Ecclesiæ tantum clausis, aut uoce alta tā- tum, aut exclusis tantum excommunicatis, & interdi- ctis. Hanc quæstionem tractarunt Io. Calderin. tract. de eccles. interd. memb. 6. a nu. 75. ad 78. inclusiue, Io. And. Anch. nu. 3. Gemin. nu. 3. & Philip. Franc. in c. al ma mater. §. adijcimus. de sent. exc. li. 6. Zabar. in cap. permittimus. de sent. excomm. in antiq. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 5. uer. primum. Tabien. uerbo, interdi ctum, 5. nu. 2. §. primo. in prin. Armilla, verbo, interdi- ctū, n. 43. S. Ant. 3. p. tit 27. de Interdicto, c. 4. in princ. Couar. in c. alma mater 6. 2. §. 4. nu. 6. ver. decimoquar to. de sent. exco. lib. 6. Alphonsus Viual. vbi supra, nu. 264. & num. 266. Hugol. tab. 5. cap. 11. §. 2. num. 1. Ex quibus hæc colligi possunt.

29 Primum est, Transgressor interdicti censetur, qui vnā ex prædictis conditionibus tempore generalis interdi- cti loci prætermittit, officia diuina recitando, & in hac re omnes conueniunt. Ratio est: quia ex prima institu- tione interdicti, isti actus officiorum diuinorum simpli citer prohibiti sunt, & per ecclesiam non sunt concessi, nisi cum illa quadruplici moderatione; & consequen- ter aliquam ex illis conditionibus uiolans, & omittens transgressor est interdicti.

30 Secundū est, quoad pœnam irregularitatis, in quo ta mē DD. cit. nō ita cōueniunt, sed tria in hac re dicunt.

Vnum est, si ille ipse, qui uiolauit moderationem ali- quā ex prædictis, eā eadem violatione postea celebret, tunc irregularem eum esse putant, etiamsi pulsatis tan- tum cāpanis celebret, aut etiamsi alta tantum uoce cele bret. Sic Hostien. Ioan. Andr. Syluest. S. Anton. Tabie na, Couar. Hugol. cit. Henriquez lib. 14. cap. 7. §. 3. & Ioan. Calder. qui addit, quod licet ista dura uideantur, sufficit tamen ita scriptum esse, argu. ca. in memoriam, dist. 19. Et ratio est: quia quodlibet horum expresse pro hibetur in d. cap. alma mater. Et quamuis nonnulli re- centiores in suis scriptis hoc dictum falsum esse putent, eo quod ex pulsatione campanarum tantum non incur- ritur irregularitas, cum hec non sit actus ordinis sacri, (cuius etiam sententiæ est Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 266.) Vnde uolunt, quod si quis pulset campanas, nec tamen ianuas aperiat, & ideo nullus intrat ecclesiam, nō interest Diuinis, quam- uis ipse, qui pulsauit, celebret, non tamen fore irregula- rem, & quod maius est, existimant non fore irregularē, etiamsi aperiat ianuas, & celebret, si nullus ingredia- tur, & Diuinis intersit. Immo addunt, quod si quis in ec clesia sua in solitudine Missam celebraret alta voce, nō esset irregularis, si nullus audiat, vnde totam rationem prohibitionis in hoc sitam esse putant, ne laici intersint. Hæc tamen recentiorum sententia nec mihi placet, & omnino falsa est: quia non solum per ecclesiam clericis prohibetur, ne præsentibus laicis, atque audientibus, Di uina faciant, uerum etiam ipsis Clericis prohibetur, ne contra formam hanc celebrent, quo minus etiam audi- ri possint, vt in ca. quod in te. de pœnit. & remiss. habe- tur. vbi dicitur: *Et voce ita demissa Diuina fiant, quod exte rius audiri non possint.* Ex quibus constat Diuina officia non solum celebranda non esse, vbi à laicis audiuntur, sed nec etiam sic celebrari posse, ut laici audire possint. Negatiua enim illa *Non* præposita verbo *possint*, omnē potentiam denegat. Quam etiam sententiam manifeste satis docuisse uidetur Gregorius de Valentia, tom. 4. di spu. 7. q. 18. pūcto 2. not. ib. 3. vbi asserit interdicto duo prohiberi. Vnum primario, & quasi per se, videlicet, ne illi, quorum est administrari diuina officia, administrēt illa. Alterum secundario, & consequenter, ne scilicet alij possint illis interesse, aut illa participare. Et quamuis sola pulsatio campanarum, aut sola apertio ia nuarum non sint actus alicuius ordinis sacri, quorum exercitio solum incurri irregularitatem superius diximus, quia tamen celebratio Missæ, aut alterius alicuius actus ordinis sacri exercitium, cum violatione alicuius illarum quatuor conditionum ab istiusmodi fit, conse- quenter irregularis efficitur clericus, qui vel vnam ex illis quatuor celebrando Missā, aut ordinis sacri actum exercendo interdictum violauerit.

31 Alterum, quod iti DD. tradūt, est: clericus, qui vetē, & de facto aliquam prædictarum conditionum violat, puta, aperit ianuam, aut pulsat campanam, & ingre- diuntur laici, & hæc eo animo facit, vt officia celebren- tur, si tamen nulla diuinorum celebratio sequatur, istū Archid. hunc irregularem esse putat, alij tamen, vt S. Anton. Syluest, Tabiena, & Hugolin. rectius docent, in hoc casu nullam irregularitatem incurrere. Ratio est, quia, vt omnes præfati authores, & Anchar. in d. capit. alma mater. §. adijcimus, num. 6. & Franc. ibi tradunt, irregularitas actum perfectum requirit. 15. q. 1. c. fi. vel vt alij, quia irregularitas non nisi alicuius actus ordinis sacri exercitio incurritur.

32 Tertium, q dicitur, est, clericus, qui alijs celebrātib. cā- panas pulsauerit, vel ecclesiæ ianuas aperuerit, tunc et si ipse etiam non celebrat, irregularis tamen efficitur, vt Cal. Ioan. And. Anton. Syluest. & Tabiena affirmant. Ratio eorum est, quia participat in crimine criminoso. Facit c. si concubinæ, de senten. excom. quorum dictum omnino falsum esse puto, id q et docet Couar. vbi sup.

Primo quidem, quia nullo iure habetur ex presum participantem in hoc casu in crimine criminoso effici ir regularem; irregularitas autem non incurritur, nisi qua tenus iure expressa est. ca. is qui, de sent. exc. lib. 6. Archid. in c. excom. 11. q. 3. Fel. in c. ad audientiam, in fi- ne, de homic. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. ca. 2. nu. 2. §. sexta. Nicolaus Dion. de Petusio. in d. c. is qui, dicebat, q qui dicit aliquem esse irregularem, casum legis ad- ducere debet.

Secundo, quia participās in crimine criminoso nō in- currit nisi illā pœnam, quam incurreret primus crimino sus, vt patet aperte in d. c. si concubinæ, & tradit Hériq. lib. 14. c. 7. §. 4. hoc enim loco nihil tale est, & si qua pœna incurrēda esset, esset pœna interdicti, & irregularitatis,

Ter-

Tertiò, quia, vt rectè arguit Couar. irregularitas nõ incurritur nisi exercitio actus ordinis sacri contra interdictum; at verò campanas pulsare, vel ianuas aperire tempore interdicti ad officia diuina alicuius ordinis sacri actus proprij non sunt, immo possunt per laicos agi, & quotidie aguntur, ideoque ex his irregularitas non contrahitur.

33 Addo tamen cum eodem Couarru. quod si quis auctoritate publica, vel priuata vsus, vel campanas pulset, vel ianuas aperiat, & ab alio celebrantur diuina, quasi ipse auctoritatem præbeat tempore interdicti diuinorum officiorum celebrationi, hac ratione irregularis erit, vt habet communis DD. opinio. Innoc. & Panor. in c. fi. num. 6. de excess. prælat. Gonsalus a Villadiego, tract. de irreg. cap. de interdicto, Tabiena, verbo, interdictum, 6. nume. 1. ante finem, etiamsi Henriquez libro 14. cap. 7. §. 4. contrarium sentiat, eo quod non sit actus ordinis sacri, nec in iure exprimatur esse irregularem; sed cum idem auctor, §. 3. concedat excommunicatum, vel alia censura ligatum auctorizando officis diuina coram se celebrari faciat, esse irregularem, cum tamen hoc non sit actus ordinis sacri, nec iure expressum, ∫pari ratione concedere debet esse irregularem in casu proposito, aut rationis disparitatem assignare. vnde Alphons. Viuald. Couarruuiæ sententiam amplexus est tit. de interdicto, nu. 266. Quæ autem in hoc dubio dicta sunt, de interdicto generali loci accipienda sunt: Interdictum enim speciale loci violatur, etiamsi seruatis illis quatuor conditionibus, in loco interdicto diuina fiunt, neq; enim ea forma adhibita diuina ibi fieri possunt. glo. in c. alma mater. §. adijcimus. in verbo, ecclesijs, & ibi Franc. de sent. exc. li. 6. Nau. in Manuali, cap. 27. nu. 173. vers. nono. Couar. in ca. alma mater. p. 2. §. 5. nu. 2. vers. tertio. de sent. exco. lib. 6. Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. eccl. c. 32. nu. 4. Tabiena, verbo. interdictum, 5. nu. 2. §. primo. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 1. vers. primum. Hugolin. tab. 4. c. 10. nu. 5. & c. 11. in princ. nu. 2. in fine, ideoque illis omnibus seruatis celebrans, aut actum ordinis sacri exercens contra prohibitionem interdicti, nisi in casibus à iure concessis, irregularis efficitur.

34 Tertiũ principale quod colligitur ex dictis est, quod scienter celebrans coram publicè interdictis à iure, vel ab homine, vel recipiens publicè interdictos ad diuina officia, vel sepulturam ecclesiasticam, vel ad Sacramenta; dummodo hæc in loco non interdicto faciat, non est irregularis, est tamen interdictus illi ingressus Ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium eius, cuius sententiã contempsit. c. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 1. principali, conclul. 2. & 3. Richard. 4. d. 13. art. 4. quæst. 1. S. Anton. 3. parte, tit. 27. de interdicto, ca. 4. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 6. Angelica, verbo, interdictum, 8. nu. 5. Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 2. §. tertium. Tabiena, verbo, interdictum, 6. num. 2. §. primo. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, nu. 272. & Summa Corona tit. eo. nume. 11. Quia nullibi iure cautum est hunc irregularem esse, & pœnæ non sunt ampliandæ.

35 Quartum est, Cui interdictus est solus ingressus ecclesiæ, si celebrat in ecclesia, vel cœmiterio contiguo irregularis est, c. is, cui, de sent. exco. lib. 6. si verò ingerat se diuinis extra ecclesiam, puta sub dio, vel tentorio irregularis non esset, ex gl. in d. c. is cui. in verbo, in ea, si vero celebrat in oratorio, ita vt non sit ecclesia, non erit irregularis, si verò sit ecclesia, sed nondum consecrata, quæ propriè dicitur basilica, est irregularis, quia satis est quod sit Episcopi auctoritate fundata, ex Syluestr. verbo, interdictum, 6. q. 5. Nauar. in Man. c. 25. nume. 75. & c. 27. nu. 170. & Couar. in cap. alma mater, p. 2. §. 1. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. Alphons. Viuald. cit. nu. 272. sin autem suspensus esset non solum ab ingressu ecclesiæ, sed etiam a diuinis, tunc vbicunq; diuina celebraret, irregularis esset, c. cum medicinalis. §. fi. de sen. exc. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 3. princip. concl. 7. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 1. in fi. Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 5.

36 Quintum est, celebrans in ecclesia, vel cæmiterio pollutis, vel quodcunque aliud diuinum faciens, nec suspensus est, nec irregularis, c. is qui. de sent. exc. li. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 3. princ. concl. 5. Richar. 4. dist. 15. art. 4. q. 1. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 252. Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 2. in fine, idem Sotus 4. d. 13. q. 2. art. 3. Nau. in Man. c. 25. n. 83. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 6. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 2. §. 1. in fi. Henriquez lib. 13. cap. 51. §. 5. & lib. 14. ca. 7. §. 3. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 265.

De Absolutione, seu relaxatione interdicti, & Ministro illius. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Absolutio, seu relaxatio interdicti ab homine, vel a iure simpliciter lati, aliqua forma uerbali fieri debet.*

2 *Interdictum ad tempus, vel vsque ad aliquam actionem, vel actionis cessationem latum, elapso tempore, seu facta actione, eiusve cessatione, ipso facto tollitur sine alicuius absolutione.*

3 *Interdictum ante lapsum temporis, vel exercitium, aut cessationem actionis sola absolutione Summi Pontificis, relaxari, & tolli potest.*

4 *Interdictum à nullo citra Papam sola intentione relaxari potest, sed sicut verbo fertur, ita verbo relaxandum est.*

5 *Interdictum, propterea quod ab eo non seruatur, qui illud tulit, sublatum non censetur.*

6 *Ignorantia reuocationis interdicti violatores ab irregularitate excusat.*

7 *Interdictũ generale loci ad cautelã relaxari non põt.*

8 *Interdictum speciale loci an ad cautelam relaxari possit, & quare.*

9 *Interdicto speciali loci durante, ibi officia diuina celebrari non possunt.*

10 *Interdictum speciale personale ad cautelam relaxari potest, dummodò cum sic interdictus pœnituerit.*

11 *Interdictum generale personale quare ad cautelam relaxari poterit.*

12 *Interdictum improuidè latum sine difficultate relaxandum est.*

13 *Interdictum generale, si persona principalis, ob quam latum est, satisfaciat, relaxari debet.*

14 *Interdictum iuris, si nulli reseruatum sit, ab ordinario relaxari potest.*

15 *Interdictum alicui reseruatum ab eo solo, aut alio de illius mandato absoluendum est.*

16 *Interdictum iuris Sedi Apostolicæ, vel alteri reseruatum, quando per Episcopum, aut eius ad id specialiter deputatum vicarium, absolui possit.*

17 *Excommunicatio contra personas singulares, & interdictum contra vniuersitatem ob idem delictum in eodem canone latum si illa reseruata sit, an hoc etiam reseruatum censeatur.*

18 *Lex de duobus disponens, & vnum reseruans, alterũ non, illud alterum liberum relinquere censetur.*

19 *Interdictum hominis ab eo solo, a quo fertur, relaxari debet, & non a superiori absque eius consensu.*

20 *Interdictum a suffraganeis suis latum Archiepiscopus regulariter tollere nequit.*

21 In-

21 *Interdictum ab inferiori indebitè latum superior relaxare potest,& debet.*

22 *Parochus ab interdicto,& suspensione,quare sicut ab excommunicatione iuris,aut generali hominis nulli reseruata absoluere non possit.*

23 *Interdictum quodcunque personale speciale Sacerdos quilibet in articulo mortis relaxare potest.*

24 *Interdictus ab ingressu ecclesiæ,si in articulo mortis ipsum peniteat,in loco sacro sepeliri potest.*

25 *Interdictus nominatim mortuus in interdicto quando post mortem absolui poterit.*

26 *Interdictum relaxans,partes vocare,& iuramentum de stando mandatis ecclesiæ exigere debet.*



V M maxima sit inter suspensionem, & interdictum in multis conuenientia, quæ de absolutione à suspensione dicta sunt, huic etiam accommodari possunt; vt autem certior,& facilior huius rei doctrina habeatur; hæc breuiter ex DD. tradi possunt.

1 Primum est, Quoties à iure, vel ab homine latum est interdictum simpliciter, & non ad tempus,& cum aliqua conditione,tunc licet non sit tradita specialis forma absolutionis necessariò seruanda, vti tamen oportet aliqua forma verbali, (quandoquidem sicut verbis fertur,ita verbis tolli debet,argum.cap.1.de reg.iur.in antiq.& l.nihil tam naturale,ff.eod.) satis autem erit dicere, *Absoluo te a vinculo interdicti*, seu *absoluo te ab interdicto*, seu *remoueo, vel reuoco interdictum*, vel alia verba adhibere, quibus interdictum tolli significatur. sic Summa Confess.lib.3.tit.33.q.269.S. Ant.3. p.tit. 27. de interd.c.5.Summa Astensis,par.2.lib.7.tit.16. art. 9. Angelica,verb.interdictum,8. in princip. Sylu. verbo,interdictum,3.q.9.versic. primum Tabiena,verbo, interdictum,3.num.4.§.tertio,circa medium. Armilla, verbo,interdictum,nu.31. Felicianus Episc. Scalens.in Enchirid.de censur.c.21.de interdicto. Hugol.de censur.eccl.tab.5.ca.23.nu.1.& Henriquez lib.13.de excomm.& interd.c.50.§.4. Alphons. Viuald.tit.de interdicto,num.293.

2 Secundum est,interdictum latum ad tempus, vel vsque ad aliquam actionem,vel cessationem actionis,puta *vsque ad annum*, vel *donec satisfecerit, restituerit*, vel *donec a contumacia cessauerit*, vel *donec talis ibi moretur*, vel huiusmodi, elapso illo tempore, vel facta restitutione, vel satisfactione illa, vel deposita contumacia illa, ipso facto tollitur interdictum, sine alicuius absolutione, & licitè post hoc celebratur,& hoc intellige, siue ab homine,siue à iure latum fuerit,vt probatur in c. dilecti filij.& Panorm.ibi,nu. 10.de appell.glo.in c.non est vobis,in verb.donec,& Panorm.ibi,nume.7. de sponsal. Summa Astensis,p.2.lib.7.tit.16.art.9. Angelica, verbo,interdictum,8.in princ. Syluest.verbo,interdictum, 3.q.9.vers.secundum. Tabiena, verbo ,interdictum,3. nu.4.§.tertio,ante fi. Marc. Antonius Cucchius, lib.4. Institut.iuris Canonici,titu.12. Burgas. de sent. interd. nu.57.de irreg.& dispensat.p.6. Felicianus Episc. Scalens.in Enchirid.de censur.capit.20. Hugol. tab.5. ca. 4.num.3.& cap.23.num.3. Henriquez lib.13.cap. 47. §.1.& c.50.§.4.& Alphonsus Viual.tit.de interdicto, num.291.& nu.293.vt latius lib.4. cap.17. num.5.exposuimus.

3 Tertium est, Interdictum ante lapsum temporis, vel exercitium, aut cessationem actionis, non aliter quam per relaxationem,& absolutionem tolli potest: quod si fuerit interdictum iuris, relaxari antea non potest, nisi per Sedem Apostolicam. Tabiena,verbo,interdictum, 3.num.9.§.octauo,in fi. Tolerus lib.1 cap.22.vt de suspensione diximus lib.præced.cap.17.§. secundo.Quia

qui antea absolueret,dispensaret in iure, quod non potest Episcopus. Quod autem de Sede Apostolica diximus,intelligitur etiam secundum aliquos, nec improbabiliter,de legatis a latere.

4 Quartū est, Interdictum a nullo citra Papā sola intētione relaxari pōt,sed sicut verbo fertur,ita verbo relaxandum est. Neq; per hoc relaxari censetur interdictū, ꝙ Papa alicui licentiam det celebrandi in ecclesia à se specialiter interdicta, sed solum suspenditur interdictū pro illo casu,ex Inn. & Host. & Bernard. quos citant Summa Astensis p.2.li.7.tit.16.ar.9.q.3.Syluest. verbo,interdictum,3.q.9.vers.primum. Henriq.lib.13. de exc.& interd.c.50.§.4. Alphons. Viual.cit.nume.295.

5 Sed neq; tollitur interdictū, propterea quod ab eo non seruatur,qui illud tulit;sin autem proferens interdictum non seruando illud,intendat illud eo ipso relaxare,& id verbis exprimat, dicendo verbi gratia, *Vbi non obseruo interdictum tunc intelligo illud relaxare*, tunc si ipse illud non obseruat, relaxatum est, ex Calder. trac.de interd.membr.5.in fine,ibi, sed vbi proferens, & Syluest. verb. interdictum, 3.qu.9.ver. primum. & Tabiena,verbo,interdictum,3.nu.8.§.septimo. Henriquez lib.13.de exc.& interd.c.50.§.4.& Alphonsus Vivaldus vbi supra,num.295. Quicquid Hugolin. tab.5. cap.23.num.2.contrarium sentiat, eo ductus argumento,quod interdictum verbis aliquibus id significantibus tollendum sit, quæ in casu proposito non adsunt, cum eo loquendi modo significat solum se illud tollere velle,non autem de facto tollere. Cuius opinio falsa est, & ratio friuola,siquidem cum censura hæc,sicut & aliæ vim suam habeant ad nutum, & voluntatem iudicis eam proferentis, arg.cap.veniens,2. de testib. & cap. significasti. de eo qui duxit in Matrim.quā poll. & latius probat Couar.in c.alma mater.p.2.§.2.num.4.de sent.excom.lib.6. Iudex hæc verba proferens satis exprimit intentionem suam esse,vt interdictum hoc neminem liget,dummodo ipse illud non seruet. Vnde censura hæc conditionalis esse videtur, & ligare eo vsque iudicatur,quousque qui eam tulit, ipsam obseruet, qua sublata conditione,& ipsa etiam censura interdicti cessabit. Addo tamen cum præfatis DD. quòd vbi proferens hoc non dixit, licet mente gereret illud relaxare, vbi ipsemet illud non seruauerit, nō censetur sublatum interdictum, eo quod ipse illud non seruet; quia sicut verbo fertur,ita verbo tolli,& relaxari debet, arg. cap. 1.de reg.iur. Quod verum est, præterquam in Papa,
qui legibus non subijcitur.ff.de legib.l.Princeps: Vn-
6 de sola mente reuocare potest. Ignorantes autem, quod
esset reuocatum, quamuis violantes interdictum peccarent, irregularitatem tamen,& alias iuris pœnas non incurrerent, ex Caldet. Syluest. Tabiena, & Henriquez,ubi supra.

7 Quintum est, Interdictum generale loci ad cautelā relaxari non pōt.c.præsenti.& ibi gl.de sent.exc.lib.6. & ibi Franc.& Gemin.qui alios refert, Innoc.in c.ad hæc,quoniam,nu.7.de appel. Ang.verbo, interdictum, 8.nu.2.Summa Astensis,p.2.lib.7.tit.16.ar.6.Syluest. verbo,interdictum,3.q.9.nu.14.vers.tertium. Tabiena,verb.interdictum,3.nu.3.§.2. Mar. Ant. Cucchius lib.4.Instit. Iuris Canon.tit.12.in fi.Nau.in c.cum contingat.de rescript.remedio 6.num.2.Couar. in c. alma mater.p.2.§.2.nu.5.ver.præter hæc de sent.exc. lib.6. Henriq.lib.13.de exc.& interd.ca.29.§.5.& c.51.§.4.
Hugol.de cēsur.eccl.tab.1.c.22.§.1.nu.9.in fi.Specia-
8 le autem interdictum loci ex communiori DD.sententia bene potest ad cautelam relaxari,sic Ioan.Monach. quem Ioan. Andr. Dominic.& Perus.cum communi sequuntur contra Archid.idem tenent Rota decis. 436. vtrum interdictum,quæ in nouè impressis Rubrica est 9.de sentent.excommunic. Felin.in capit. Apostolicæ, num.3.de except. Nicol.Miles,in Repertorio,in verbo,

inter-

interdictum. Caldet. de eccle. interdicto, pag. 8. memb. 2. vers. sed quæro secundum Petrum. Anchar. Franc. & Gemin. in d. cap. præsenti, & Nauar. & Couar. locis proximè allatis, & Syluest. & Tabiena, in hanc sententiam potius inclinant, & Hugolin. vbi supra. Henriquez libro 13. capitul. 29. §. 5. in fine, ita obtinet vsus Curiæ Romanæ, vt Felious testatur, & ratio esse potest, quia capitul. præsenti. de sentent. excommun. libro 6. loquitur de generali interdicto loci, quod scilicet ad cautelam relaxari non potest, secus ergo de speciali interdicto in aliquam ecclesiam, vel locum; præsertim, quia in speciali interdicto loci alia ratio est, quam in generali vt colligi potest ex his, quæ tradit glo. in d. capit. præ-

9 senti, in verbo, declaramus. Hæc autem mihi magis probatur, quia in interdicto speciali loci periculum inesse potest, diuina enim ibi nulla ratione fieri possunt, vt habetur cap. is qui, §. fin. de sentent. excommun. lib. 6. At verò in interdicto generali propositio, & diuina fieri possunt voce submissa, & Sacramenta magis necessaria administrari queunt, vt habetur in capit. alma mater. de sentent. excommunic. lib. 6. & ideo speciale

10 ad cautelam relaxari potest, non generale. Quoquid autem sit de speciali quantum ad locum, certum est interdictum speciale personale ad cautelam relaxari posse: quia absolutio ad cautelam fit, vt persona participare possit Sacramentis, & diuinis officijs interesse, quę omnia specialiter interdicto denegantur, donec absoluatur sic DD. omnes vbi supra. Quod tamen Angelica, verbo, interdictum, 8, nu. 2. limitat, dummodo sic personaliter interdictum pœniteat, & relaxatio expediens sit, ex Syluest. cit. aliàs non: quia sic relaxatio causam daret peccandi, nisi fortè in casu, sicut cum absoluitur inuitus ab excommunicatione, quando nimirum excommunicatio non prodest excommunicato, & nocet communicati; tunc enim absolui potest inuitus, ex Panorm. in capitul. Apostolicæ. de ex-

11 cept. & Angelica, verbo, absolutio, 3. §. septimo. Et quod diximus de interdicto speciali personali, quod scilicet absolui possit ad cautelam, dicendum est de interdicto generali personali, scilicet, quando fertur in vniuersitatem, & collegium hominum, sic enim latum etiam ad cautelam relaxari potest, vt notant Gemin. Anchar. & Franc. in d. capit. præsenti, & Hugolin. vbi supra, etenim & in hoc periculum aliquod inesse potest, vbi homines interdicto subiecti sunt, vt dictum est, quibus Sacramenta denegantur, donec absoluantur, maximè, quando culpabiles sunt, vt superius diximus.

12 Sextum est, quando sententia interdicti improuidè lata est, sine difficultate relaxanda est, argum. ex. Grane gerimus, de offic. ordin. & cap. cum medicinalis, de sent. excommunic. lib. 6. Et si quis pro contumacia, vel alia causa interdictus sit, & offert se ad iustitiam de his, pro quibus interdictus est, Iudex qui eam tulit, nem sententia decedat, absoluere cum poterit, etiamsi pata aduersa obstaculum appellationis, ne absoluatur interponat, recepta cautione, quod iuris parebit æquitati, arg. cap. qua fronte. de appell. ex Palud. 4. d. 18. q. 8. in att. 4. princ. §. quantum ad decimum nonum S. Anton. 3. pat. tit. 27. de interdicto, cap. 5. post medium, Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 269.

13 Septimum est, quando est interdictum generale, si principalis persona, vel principales personæ, propter quam, vel quas latum est interdictum, offerunt satisfactionem, illi admitti debent, & relaxari debet interdictum: si verò satisfactionem offerant aliæ personæ, quæ non sunt principales, sed dederunt fauorem, consilium, aut auxilium, tunc quidem acceptanda est satisfactio hæc, & iniungenda est pœnitentia, non tamen relaxandum est interdictum. Palud. 4. distin. 18. quæstio. 8. artic. 4. princip. §. quantum ad decimum nonum, S. Anton. 3. par. titul. 27. de interd. cap. 5. ante finem. Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 15. quæstio. 9. vers. quarum, & numero 19. quæstio. 13. & Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 5. §. quarto. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 50. §. 4. & Alphonsus Vivaldus titul. de interdicto, numero 174. & numero 300. Ratio est, quia manet adhuc causa principalis ipsius interdicti.

Quoad Ministrum autem absolutionis, seu relaxationis interdicti hæc colliguntur ex DD.

14 Primò, Interdictum iuris, si non sit expressè reseruatum, relaxari potest ab ordinario ipsius interdicti, capitul. nuper. de sentent. excommunic. vbi dicitur, *Hoc ipso quod conditor iuris sibi sententiam non reseruat, alijs eam relinquit.* & Archid. quem refert, ac sequitur Franc. in capitul. si ciuitas, in glos. 1. & Gemin. ibi, numero 11. de senten. excommun. lib. 6. Anchar. in clem. vnica, numero 12. vbi alios refert, de rebus eccles. non alien. Syluest. verbo, interdictum, 3. numer. 16. quæstio. 10. §. primum. Tabiena, verbo, interdictum, 3. num. 9. §. octauo. Armilla, verbo, interdictum, numer. 36. Sot. 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. conclus. 3. versic. quin verò. Angel. verbo, interdictum 8. in princip. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. in princip. Marcus Antonius Cucchius lib. 4. Institu. iuris Canon. titulo 12. Alphons. Vivald. tit. de interdicto, numero 298. Toletus lib. 1. cap. 22. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 51. §. 3. Hugolin. tabul. 5. capit. 4. Excipitur tamen vbi ad tempus certum latum sit, quia tunc ante illud absoluere non potest ordinarius, ex Syluest. & Hugolin. cit. & fac. glos. in cap. cupientes. in verbo, suspensos, §. cete-

15 rum. de elect. libro 6. Dixi, *Quando nulli est reseruatum*, quando enim reseruatur, non nisi per eum, cui reseruatur, relaxari potest, aut per eum, cui mandauerit, vt ex d. cap. nuper colligi potest.

16 Secundò, quando interdictum iuris est reseruatum Sedi Apostolicæ, vel alteri, de iure quidem antiquo a nullo prorsus absolui poterat in quocunque casu, nisi in articulo mortis; iure tamen nouo Concilij Tridentini Sess. 24. de reform. capit. 6. relaxari potest per Episcopum, aut eius Vicarium ad id specialiter deputatum, quoties crimen occultum est, & ad forum contentiosum non deductum, quod intelligitur in foro conscientiæ. vt potest in omni suspensione occulta etiam reseruata, quamuis Concilium hoc non ita exprimat de interdicto, vt docet Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 51. §. 3.

17 Tertiò, quando in eodem canone fertur excommunicatio contra singulares personas, & interdictum contra vniuersitates propter idem delictum, si excommunicatio reseruata sit, nulla tamen facta mentione interdicti, non censetur reseruatum interdictum consequens, & annexum, vnde ab ordinario tolli, & relaxari potest interdictum, quamuis sibi Papa absolutionem excommunicationis reseruauerit. Sic glo. in clement. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis, de hæret. Philip. Franc. in cap. si ciuitas, & Gemin. ibi, numero 13. de sent. excommunic. libro 6. & Ioann. Andr. quem referunt Franc. & Gemin. & alij, & Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 9. §. octauo. Toletus libro 1. capit. 22. & Hugolin. tab. 5. capit. 4. nume. 2. Quicquid Archid. quem refert, ac sequitur Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 16. quæst. 10. in hoc casu velint consequenter etiam reseruatum esse interdictum, ea ratione moti, quia quoties vitium nascitur ex vna, eademque

18 radice, consequens est, vt eadem lege tollatur, C. de nupt. l. si libertam. Sed contraria opinio, vt communior est, ita etiam & verior; quia lex disponens de duobus & vnum reseruans alterum non illud alterum liberum relinquere videtur, arg. cap. nupet. de sent. excommunic. Et quia in pœnis nullo modo facienda est amplia-

tio.

tio. Vnde ordinatius eius, qui interdicto subiectus est, interdictum tollere potest.

19 Quartò, Interdictum hominis solùm potest, & debet relaxari ab eo, à quo latum est, & non ab alio; & quamuis superiore ipsius tolli queat, non tamen debet nisi præuia satisfactione, & de consensu eius, qui illud tulit, capit. cum ab Ecclesiarum. de offic. ordinar. Archid. quem refert, ac sequitur Franc. in capit. si ciuitas, vers. in glos. 1. de senten. excommunicat. lib. 6. Ancha. in clemen. vnica, numero 12. de rebus eccles. non alien. Summa Confessorum libro 3. titul. 33. quæst. 269. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titulo 16. articulo 9. Angelica, verbo, interdictum, 8. in princip. Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 16. quæst. 10. Tabiena, verbo, interdictum, 5. numero 9. §. octauo. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 5. post medium. Sotus 4. d. 22. quæst. 3. artic. 1. conclus. 5. vers. Atqui illud. Hugolin. tab. 5. capit. 2. Marc. Anton. Cucchius libro 4. Institut. iuris Canon. tit. 12. Alphonsus Viualdus tit. de interdi-
20 cto, numero 297. Immo neque Archiepiscopus relaxare valet interdictum a suis suffraganeis latum, nisi vbi illi ex præscripta consuetudine competit. capit. Romana. de senten. excommunic. libro 6. & facit cap. venerabilibus, eod. tit. & lib. iuncta glo. ibi, & est communis DD. sententia, Tabiena, verbo, interdictum, 5. §. quinto. Syluest. cit. q. 11.

21 Quintò, Si inferior aliquem indebitè interdixerit nô seruata forma cap. cum medicinalis, de sentent. excommunic. lib. 6. tunc iudex superior, ad quem recurritur, non solum potest, sed etiam debet statim relaxare interdictum, nec tenetur vllo modo deferre interdicenti, vt habetur expresse in d. c. cum medicinalis.

22 Sextò, mihi omnino verum videtur, quod habet Henriquez libro 13. de excommunic. & interdicto, cap. 51. §. 3. Quod licet parochus ex tacita commissione absoluere possit ab excommunicatione iuris, aut generali hominis, si non reseruetur, ab interdicto tamen, & suspensione eidem absoluere non conceditur, quicquid aliqui contrarium affirment posse, sicut ab excommunicatione, ita etiam ab istis censuris. Ratio discriminis est: quia ideo conceditur facultas absoluendi ab excommunicatióne, eo quod absolutio eius ad receptionem Sacramenti omnino prærequiritur, absolutio verò suspensionis, & interdicti non est necessaria ante absolutionem a peccatis. Per Bullam autem cruciatę conceditur confessario electo priuilegium absoluendi ab interdicto personali, & alijs censuris, vt Henriquez vbi supra testatur.

23 Septimò, in articulo mortis absolui, & relaxari potest quodlibet interdictum personale, præsertim verò speciale, seu particulare per quemcunque Sacerdotem; quia hæc est ecclesiæ pietas, vt nullum omnino delictum, nullam censuram voluerit in articulo mortis non posse absolui, vt colligitur ex Concil. Trident. sess. 14. de Sacramen. pœnit. cap. 7. Nauar. in Man. cap. 26. nu. 26. & cap. 27. nu. 272. Henriquez lib. 13. de excommu. & interd. c. 51. §. 3.

24 Octauò interdictus ab ingressu ecclesiæ, si in articulo mortis ipsum pœniteat, in loco sacro sepeliri potest, ca. is, cui. de senten. excommun. libro 6. Et quia ibi non requiritur confessio, vel absolutio, sed solum pœnitentia, pœnitere autem dicitur, qui dat signa pœnitudinis in illo articulo, ideo, qui solum signa dederit pœnitentię puto sic sepeliri posse.

25 Nonò, quamuis nominatim interdictus, & mortuus in suo interdicto in loco sacro sepeliri non possit sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, vt habetur in clemen. 1. de sepult. Si tamen signa pœnitentiæ dederit, ab interdicto post mortem absolui potest, & postea in loco sacro sepeliri: id quod colligi potest ex regula quadam Panorm. in capit. a nobis. 2. numero 8. de sentent. excommunicat. vbi ait, *omnia quæ principaliter pertinent ad corpus, posse post mortem applicari ipsi defuncto*; Sed sepultura, & consequenter relaxatio interdicti ad effectum sepulturæ principaliter pertinet ad corpus, cum ex signis pœnitentiæ datis in morte præsumamus quantum ad animam, sic interdictum absolutum à Deo: potest igitur post mortem absolui vt sepeliatur. Hæc tamen absolutio post mortem non nisi ab eo fieri potest, ad quem de iure in vita absoluere pertinebat, vt in d. c. a nobis, 2. habetur.

26 Decimò ante absolutionem, aut relaxationem interdicti præcedere debet satisfactio partis, vnde relaxans interdictum vocare debet partes, vt eas componat, vbi id opus erit. Et præmittenda erit nonnunquam ante absolutionem cautio iuratoria, idest, iuramentum de stando mandatis ecclesiæ, vel saltem cautio ad eum modum, quo in fine tract. de absolutione suspensionis latius expositum est, ex Alphonso Viualdo tit. de interdicto, num. 146. & alijs. Et hæc de interdicto sufficiant.

De violatione Ecclesiæ, & quibus casibus fiat. Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Violatio, seu pollutio Ecclesiæ, quæ in re similis sit interdicto loci.*
2 *Violatur Ecclesia per effusionem iniuriosam sanguinis humani intra Ecclesiam.*
3 *Effusionis vox, abundantiam significat.*
4 *Effusio sanguinis humani vt polluat Ecclesiam, peccatum mortale esse debet.*
5 *Vulnus sine sanguinis effusione in Ecclesia inflictum ecclesiam non polluit, nisi &c.*
6 *Effusio sanguinis aliorum animalium præter hominum violationem ecclesiæ non inducit.*
7 *Occisio ante ecclesiam facta, etiam si occisus postea in ecclesiam delatus sit, ecclesiam non polluit.*
8 *Effusio sanguinis desuper in tecto, aut infra sub specu, aut loco subterraneo ecclesiæ illam non polluit.*
9 *Ecclesiæ nomine tam non consecrata, quam consecrata ecclesia intelligitur.*
10 *Effusio sanguinis, vt celebrationem in ecclesia impediat publica esse debet.*
11 *Effusio sanguinis, aut seminis facta abhinc multis diebus, quomodo hodie, & non antea celebrationem officiorum diuinorum impedire possit.*
12 *Homicidium voluntarium mortale intra ecclesiam factum ecclesiam polluit.*
13 *Homicidium casuale ecclesiam non violat.*
14 *Effusio sanguinis ob fidem Catholicam occisi, aut vulnerati in ecclesia, eam polluit.*
15 *Percussio mortalis in ecclesia facta, licet extra eam moriatur, ecclesiam polluit.*
16 *Sententia mortis contra aliquem in ecclesia lata eam non polluit, dummodo mortis executio extra illam fiat.*
17 *Seminis humani effusio illicita intra ecclesiam illam polluit.*
18 *Seminis aliorum animalium præterquam hominis effusio ecclesiam non polluit.*
19 *Matrimonialis coitus in ecclesia ecclesiam polluere censetur.*

20 *Mollities, & sodomia intra ecclesiam commissa illam polluit.*

21 *Pollutio voluntaria indirectè in somno ecclesiam non violat.*

22 *Excommunicatus denunciatus intra ecclesiam sepultus ecclesiam polluit.*

23 *Infidelis intra ecclesiam sepultus ecclesiam polluit.*

24 *Cathecumenus ante baptismum in ecclesia sepultus, ecclesiam polluere non censetur.*

25 *Filius fidelium ante baptismum mortuus, in loco sacro an sepeliendus sit.*

26 *Filius infidelium in ecclesia sepultus ecclesiam polluit.*

27 *Ecclesia per Episcopum publicè excommunicatum consecrata polluta censetur.*

28 *Polluta ecclesia, pollutum est Cæmiterium contiguum, sed non e contra.*

29 *Missam in ecclesia polluta celebrans, quamuis mortaliter peccet, irregularis tamen non est.*

30 *Festis, in quibus suspenditur de iure interdictum loci, in ecclesia polluta celebrare non licet.*

31 *Ecclesia consecrata polluta à quo, & qualiter reconcilianda.*

32 *Ecclesia solùm benedicta, & polluta à quo, & qualiter reconciliari debeat.*

33 *Ecclesia an consecrata, vel benedicta sit, quomodo cognosci poterit.*

1 QVoniam pollutio, seu violatio ecclesiæ similis est interdicto loci in hoc, quod in ecclesia benedicta prohibentur celebrari Missæ, & alia officia diuina sub peccato mortali, si illius violatio publica fit, ideo breuiter casus illos ponere oportet, quibus ecclesia violatur, qui casus à iure feruntur, cum ab homine nunquam imponi soleant.

2 Primus est, quando effunditur iniuriosè sanguis hominis viuentis intra ecclesiam. cap. ecclesijs. dist. 68. & cap. ecclesijs, de consecr. distin. 1. & cap. proposuisti, de consecr. eccles. vel altar. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 2. princip. §. quantum ad quartum. conclus. 1. Host. in Summa lib. 3. tit. de consecr. eccles. vel altar. nume. 5. §. Et an sit iteranda. Summa Confess. lib. 3. titul. 24. quæst. 150. Summa Astensis par. 2. lib. 6. titul. 29. art. 4. S. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 6. §. de violatione ecclesiarum. Angelica, verbo, consecratio ecclesiæ, nume. 4. Pisanella, verbo, consecratio, 2. Syluest. verbo, consecratio, 2. quæst. 5. vers. secundus casus. Tabiena verbo, consecratio, 2. num. 4. §. tertio. Ioan. Bachon. 4. distin. 10. q. 2. artic. 3. Sotus 4. distin. 13. quæst. 2. artic. 3. circa medium. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tractat. de irregul. in fine. Nauar. in Manuali, cap. 27. numer. 256. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 57. §. 5. Alphonsus Viualdus titulo de interdicto, numero 54. Summa Corona, titulo eodem, numero 6. Iacobus de Graffijs, libro secundo. decis. cap. 48. numero 12. & numero 22. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis par. 1. lib. 4. cap. 4. & Thomas Zerula in Praxi Episcopali, par. 1. in verbo, pollutio ecclesiæ. Franciscus Victoria, in Summa, numero 99. Sebast. Medices, par. 2. tit. 9. quæstio. 10. & alijs, Toletus lib. 5. instruct. Sacerd. cap. 8. In eo quod dicitur quod sit Effusio denotatur, quod debet esse in abundantia: effusio, enim hoc loco abundantiam significat, ex Toleto, & alijs. vbi supra, & Panorm. in cap. proposuisti. de consecrat. eccles. & glo. in cap. cum illorum, in verbo effusionem sanguinis, de sentent. excommunicat. quicquid Alphonsus à Castro, libro 1. cap. 7. coroll. 2. de potest. leg. pœnal. velit ex quauis modica effusione sanguinis ecclesiam pollui, nisi forte vna, aut altera tantum gutta effunderetur, tunc enim neque secundum illum ecclesia polluetur. Ex modica igitur sanguinis effusione non polluitur ecclesia, nec reconciliatione indiget, vt DD. præfati testantur. Imò si quis fortè cum aliquo in ecclesia contendens, pugno eum percusserit in naribus, & flueret sanguis (vt contingere solet in rixis puerorum) etiam in magna quantitate, non polluitur ecclesia, vt Victoria, Sotus, & Iacobus de Graffijs vbi suprà, numero 25. Thomas Zerula vbi supra citans etiam Panorm. in ca. proposuisti. num. 3. de consecrat. eccles. vel altar. & Ioan. Siluan. tract. de beneficijs. par. 1. quæst. 6. numero 128. testantur.

4 Debet etiam hæc effusio esse *Iniuriosa, seu iniuriosè fieri*. ita vt sit mortalis culpa: quia non sufficit naturalis effusio sanguinis a naribus, aut ex ore, aut ob aliquem euentum fortuitum, puta ob casum, aut lapsum lapidis aut tegulæ per se de ecclesia cadentis, etiamsi eum occideret: Sed nec illa, quæ propter iustam defensionem sui fit: nec, quæ loco, & recreatione, subintellige, iusta & licita facta est. Quæ tamen, vt rectè Martin. Ledesm. & Nauar. vbi supra dicunt in ecclesia raro fieri potest nisi fortè ad pia repræsentanda, argum. capit. cum decorem, de vita, & hon. Cler. & capit. decet. de immunit. eccles. libro 6. Neque ex Alphonso Castro. libro 1. capitulo 7. de potest. leg. pen. si chirurgus, dum vulnus curat in ecclesia, aut venam incidit, effundat sanguinem inculpatè. Neque sufficit effusio sanguinis facta per furiosum, aut amentem, ebrium, aut infantem vsu rationis carentem. Secus tamen, si quis seipsum vulneraret, dummodò sanæ mentis esset, ex Gemin. in cap. vnico, de consecr. eccles. lib. 6. quem refert, ac sequitur Syluest. vbi suprà.

5 Debet etiam *effundi sanguis*. quia, vt notant Syluest. Ledesm. Nauar. Viuald numero 57. Iacobus de Graff. numero 24. vbi suprà, & fauet Panor. in d. capit. proposuisti, non sufficit vulnus sine sanguinis effusione, etiamsi terat carnes, & confringat ossa. & facit glo. in capit. vnico. & in cap. final. eod. titul. in antiq. fit mentio de sanguinis effusione, & hoc tenet Ioann. Bachon. vbi suprà. Id quod intelligendum est, vt verum sit, eo modo, quo inferius numero 8. dicemus, scilicet, nisi postea opus fuerit vulnus illud ferro aperire; tunc enim si occasione illius sanguinis in abundantia exiret, ecclesia polluta erit.

6 Effundi debet sanguis hominis, quandoquidem effusio sanguinis aliorum animalium non inducit violationem ecclesiæ, ex Ledesm. Viualdo nume. 58. & Nauar. citato post glo. in ca. vnico, in verbo, Sanguinis, de consecr. eccles. lib. 6.

7 Debet etiam effusio hæc sanguinis esse *hominis viuentis*. Vnde, si quis ante ecclesiam occisus, mox intra ecclesiam inferatur, occisor verò, aut alius mortuum esse non credens, corpori adhuc calido plagam infligat, ex qua sanguis fluit, non polluitur ecclesia, vt colligi potest ex Henriquez vbi suprà, quicquid contrarium putet Bachon. cit.

8 Præterea. Effusio hæc sanguinis fieri debet *intra Ecclesiam*. Non enim sufficit, si extra ecclesiam fiat, etiam desuper in tecto, aut infra sub specu, aut loco subterraneo, ex glo. in d. cap. vnico, lib. 6. Vndè si quis alibi extra Ecclesiam vulneratus ad ecclesiam confugiens illic multum sanguinis effunderet, non pollueretur ecclesia. Econtrà verò, si quis intra ecclesiam vulneratus, antequam ad terram sanguis decurreret, vt puta quia in scutella colligitur, exiret, nihilominus, quia intra ecclesiam effusionis sanguinis causa facta est, polluitur ecclesia, & reconciliatione indiget. glo. in d. cap. vnico, in verbo, sanguinis, de consecrat. eccles. libro 6. Palud. Bachon. Syluest. Summa Confessorum. cit. quæst.

cit Fratri Paulino de Forliuio, quod seruatur Bononiæ in scrinio Inquisitorum, quod testatur se ibi vidisse, & legisse. Addit idem Tabiena, non reuocari per d. capitulū alma mater, priuilegium Honorij IV. quod incipit, Meritis vestræ Religionis, concessum ordini Prædicatorum, quo conceditur non reuocari priuilegia Prædicatorum litteris impetratis, aut impetrandis a Sede Apostolica, nisi ordinis, & priuilegiorum eius, specialis mentio de verbo ad verbum in huiusmodi litteris fiat. Quale etiam priuilegium Eugenius Papa IIII. in quodam suo priuilegio incipiente. Ex iniuncto nobis. Anno Dominicę incarnationis Millesimo Quadringentesimo Trigesimosexto, Quinto Idus Iulij. Pontificatus sui anno sexto, Congregationi Casinensi, aliàs S. Iustinæ de Padua, ordinis S. Benedicti concessit, In quo Statuit, ordinat, & decernit, quod quæcunque litteræ Apostolicæ, etiam Motu Proprio sub quacunque expressione verborum, aut clausularum derogatoriarum confectæ, aut in futurum conficiendæ, quæ indulgentijs, priuilegijs, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, & concessionibus huiusmodi dictæ Congregationi hactenus concessis, & in futurum concedendis, in toto, vel in parte obuient, nisi appareat euidentissime, & apertissimè quod Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit, prefatis indultis, & Priuilegijs in toto, vel in parte velit derogare, per litteras Apostolicas facientes specialem mentionem de verbo ad verbum ex certa scientia de huiusmodi priuilegijs, ac ipsa Congregatione, expresseritque, quod ijsdem priuilegijs, indultis & concessionibus intendit derogare. Insuper in ijsdem litteris nominatim, & seriatim expressa fuerint omnia nomina monasteriorum dictæ Congregationis, nullius sint roboris, vel momenti. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et simile priuilegium Societati Iesu concesserunt Paulus III. in Bulla Societatis Iesu anno 1549. & Gregorius XIII. in alia, vt refert Henriquez libro 13. de excom. & interd. capitulo 48. §. 1.

24 Difficultas autem est, an priuilegia religiosorum (quibus nonnulli religiosi possunt in festis Sanctorum, sui ordinis, & per octauas eorum, etiamsi sit generale interdictum loci, in suis Ecclesijs, & oratorijs diuina officia celebrare, excommunicatis duntaxat exclusis, quo etiam tempore conceditur, vt in suis ecclesijs admittere valeant alios regulares, aut sæculares Sacerdotes ad celebrandum publicè, perinde ac licet in quatuor festis per capitulū alma mater,) reuocata sint per Concil. Trident. sess. 25. de regular. capitulo duodecimo, & vigesimosecundo, vbi præcipitur sub generali clausula regularibus, *Vt obseruent interdicta posita ab Episcopo non obstantibus eorum priuilegijs etiam Mari Magno, & concessis ordini Militari Sancti Ioannis*. In qua re Nauarrus in Manuali, vulgari docuit Concilium non habere locum in festis Sanctorum ordinum Mendicantium, sequutus dispositionem Bullæ Pij V. quæ incipit, Et si Mendicantium. Post Bullam verò Gregorij XIII. quæ incipit, In tanta negotiorum mole, quæ priorem Pij V. Bullam reuocauit, omnia annullando, quæ erant contra Concilium Trident. in Manuali, Latino, capitulo vigesimoseptimo numero 190. tenens dispositionem Pij V. esse contra Concilium Trident. affirmat supradicta priuilegia regularium, cum sint contra ius commune, per Concilium Trident. vbi supra reuocata esse. Alij tamen vt Fr. Medina libro primo, Instruc. Confess. capitulo vndecimo, §. decimotertio. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & interd. capitulo quadragesimooctauo, §. 1. Emanuel Rodriguez in exposit. Bullæ cruciatæ. §. quinto, numero decimosexto, & Hieron. a Sorbo Capucinus in comment. ad Collectorem in compend. priuileg. Mendicant. in verbo interdictum, tertio, in principio, docent dicta priuilegia per Concilium Tridentinum, reuocata non esse; necesse contra Concilium Tridentin. & Gregorium XIII. solum reuocasse concessiones Pij V. & suorum antecessorum, quæ erant contra Concilium, & non erant in vsu; alias vero concessiones omnes, & priuilegia, quæ non sunt contra Concilium Trident. & sunt in vsu, confirmauit, & denuo concessit Gregorius, sicut & Pius V. cuiusmodi est priuilegium, quo regulares in festis sanctorum sui ordinis suspendunt interdictum in suis ecclesijs. Vnde ad Concilium Tridentinum respondens, regulares teneri ad obseruanda interdicta Apostolica, & Ordinariorum, sicut etiam obseruant: quandoquidem qui statim finita Missa noua, aut finito completorio sui festi, iterum ponunt, & replicant interdicta Apostolica, vel Ordinariorum (prout faciunt Religiosi) nec Concilio Tridentino repugnant, & interdicta Ordinariorum suo tum plenè obseruant. Qui enim ex priuilegio speciali quale est hoc religiosorum) suspendit ad tempus, quantum ad vnum effectum, interdictum positum ab Ordinario (prout faciunt Religiosi) hic simpliciter dicitur eo

25 etiam tempore seruare interdictum. Concilium autem Trident. locis citatis non reuocat priuilegia specialia, sed quædam generalia, quæ in quibusdam religionibus haberi videbantur, quæ concedebant, vt non obligarentur ad vlla interdicta seruanda, etiamsi ab ecclesia matrice seruarentur; qualia habere se asserebant Fratres Milites. DD. Ioannis Hyerosolimitani Hospitalis ex concessione Anastasij IIII. Alexandri III. & IIII. Vrbani III. Clementis III. & IIII. & Gregorij IX. vt refert collector priuilegiorum ordinis Mendicantium, in verbo interdictum, primo, §. vigesimosexto, & vigesimoseptimo. Credebant enim præfati Milites, virtute priuilegiorum a prædictis Summis Pontificibus ibi concessorum, non teneri se ad seruanda interdicta aliqua ab Ordinarijs locorum lata, etiamsi Matrix Ecclesia seruaret, credentes intelligi etiam de interdicto generali, cum tamen vt in Salmantina Vniuersitate declaratum fuit, priuilegia eorum intelligi solum debeant de interdicto speciali, seu particulari, scilicet, quod Ecclesiæ Fratrum S. Ioannis Hospitalis Hierosolimitani ab Ordinarijs locorum specialiter interdici nequeant, vt ex tenore priuilegiorum constat, & testatur, Collector priuilegiorum vbi supra. Non enim potest Ordinarius loci, aut Cardinalis, aut Auditor Rotæ immediatè ecclesias ordinis militaris S. Ioannis, aut aliorum regularium interdicere, nisi dum generale interdictum decernat in locum, in quo sitæ sunt Ecclesiæ istorum. vt latius ostendit Henriquez libro decimotertio, de excom mun. & interd. capitulo quadragesimooctauo, §. tertio, in fine post Collectorem vbi supra.

25 Non solum Papa, sed etiam Legatus a Latere concedere potest priuilegium celebrandi tempore interdicti, & suspendere interdictum, quam potestatem siue habeat Legatus, ex vi ipsius legationis, siue ex speciali concessione in litteris legationis expressam, certum est primo posse Legatum dare priuilegium, quo suspendantur interdicta ipsius, & successorum eius, & Episcoporum, & aliorum Prælatorū, qui sunt sub eius legatione, vt expresse docent Laudunus, & Angelica, verbo, interdictum, octauo, numero quinto, & Summa Astensis, par. secunda, libro septimo, titulo decimosexto, artic. nono, in fine. & Syluestr. verbo, interdictum, tertio, numero decimo, & Tabiena verbo interdictum, tertio, numero septimo, §. sexto. Henriquez libro decimotertio, de excommun. & interd. capitulo 48. §. tertio, & Alphonsus Viualdus, titu. de interdicto, numero 195. Certum etiam est secundo, priuilegium legati valere non solum pro tempore legationis, sed etiam post expirationem legationis, nisi specialiter a successore reuocetur ex præfatis DD. Tertio docent priuilegio legati etiam suspendi posse interdicta a Sede Apostolica lata, & desumunt

argu-

argumentum a c. dilectus filius, 2. de rescript. quod certe non videtur id probare, vnde puto rem pendere ex forma concessionis legationis, quæ fit ipsi legato.

27 Tertio principaliter suspendi potest interdictum per iudicis sententiam. Et quidem

Primo certum est suspendi posse per sententiam Summi Pontificis, quia Papa concedere potest priuilegium tam speciale, quam generale, quod est maius, ergo etiã suspendere potest per sententiam, quod est minus.

Secundo etiam certum est Legatum Sedis Apostolicæ suspẽdere posse interdictum, vt constat, quia etiam ipse, vt dictum est, concedere potest priuilegium, vnde ea omnia interdicta saltem per sententiam suspendere potest, quæ per priuilegium concedere valet.

Tertio etiam potest Episcopus interdictum suum suspendere: sic Landun. Tancred. & Vincent. quos refert Angelica, verbo, interdictum, 8. nu. 3. & num. 7. argum. c. ad hæc quoniam, de appel. S. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 5. ante finem. Innoc. in cap. vt priuilegia, de priuileg. Syluest. verbo, interdictum, 3. nu. 8. & Summa Confessorum, lib. 3. tit. 3. q. 233. qui omnes docent Episcopos suspendere posse interdictum suum locale.

Quarto idem mihi dicendum videtur, vt multi dicunt etiam de Prælatis inferioribus Episcopis, quod satis colligitur ex cap. dilectis filijs, de appellat. vbi quidam Decanus Altissiodorensis Ecclesiæ refertur confessus esse coram Sede Apostolica se suspendisse quoddam interdictum a se latum: & præterea idem Decanus appellatione per partem interposita, tempore huiusmodi suspensionis progressus est in causa; & ibi reprehenditur in eo, quod suum interdictum suspendit. Non ergo male fecit suspendendo suummet interdictum locale; immò, quod maius est, approbatur ibi meo iudicio satis aperte ista suspensio, quia in tantum reprehensibilis dicitur ille Decanus, quod post appellationem in causa processerit, in quantum appellatio fuit valida; appellatio autem illa aliunde valida esse non potuit, nisi quia fuit interposita, quando sententia interdicti suspensa erat; ergo suspensio illa interdicti sui legitima omnino fuit.

28 Quoad suspensionem autem interdicti personalis idem omnino dicendum est, quod libro superiori ca. 10. dub. 2. de sententia suspensionis diximus. Potest enim interdictum personale a Iudice Ecclesiastico vel simpliciter, & omnino suspendi quoad omnes eius effectus, vel quamdiu ei videbitur, & in ordine ad illos effectus, qui videbuntur, vt DD. communiter tradunt. Sic Palud. 4. distin. 18. q. 8. in art. 2. principali, conclus. 8. & 9. Syluest. verbo, interdictum, 5. §. 8. Sotus 4. d. 22. q. 3. art. 1. conclus. 3. ver. atqui illud, vbi expresse docet cum Innoc. & Hostiensi, quos refert posse iudicem illud suspendere, vel in vnum diem, vel ad longius tempus, & causa alicuius officij celebrandi, aut defuncti sepeliendi, &c. Idem docent Nau. in Man. c. 27. nu. 183. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, num. 257. Toletus libro 1. c. 22. & Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 2. num. 4. de sent. exc. lib. 6. vbi docet contra Pan. in ca. ad hæc quoniam, de appel. & in ca. vt priuilegia, de priuilegijs, etiã suspendi posse huiusmodi personale interdictum ad tẽpus, quamuis latum esset in culpam propriam eius, qui in ea adhuc permanet, cum multa accidere possint, quæ iustissime mouere iudicem valeant ad suspẽsionem istã interdicti temporaliam constituendam potius, quam simplicem eius relaxationem, vel obseruationem. Idem docent Decius, in d. c. ad hæc quoniam, vbi Panormit. refellit, & Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 47. §. 1. ver. quarto, & c. 51. §. 4. Ratio est: quia censuræ Ecclesiasticæ regulariter ligant ad nutum & voluntatem Iudicis eas decernentis, cap. veniens, 2. de testib. & c. significasti, de eo, qui dux. in matrim. quam pol. Monendi tamen sunt huiusmodi Iudices, & Prælati, nec ex quauis causa facile suspẽdant interdictum, sed ex causa graui, & ne ad longum tempus illud suspendant, ne priuilegium date aduersus ius commune, seu in iure dispensare videantur, vt recte Couar. vbi supra annotauit. Quibus addo secundum eosdem DD. quod interdictum, dum ad tempus suspenditur, quantum ad aliquem, vel omnem effectum redit, quamuis, qui causam dederunt, plene satisfecerint, vt in particulari Henriquez vbi sup. cap. 51. §. 4. tradit.

29 Dubium solum restat, An quamdiu sententia interdicti manet suspensa, interponi possit appellatio valida. Cui ex communi DD. sententia respondeo, posse ad eũ modum quo lib. præced. c. 9. in fine, de sent. suspensionis latius documus: & probant Summa Asteosis, parte 2. lib. 7. tit. 16. ar. 9. q. 4. S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. ca. 5. & Sũma Confess. lib. 3. tit. 33. q. 233. Alphons. Viuald. tit. de interd. nu. 299. Quibus addo vnum, quod hactenus a nullo vidi animaduersum; quod ad hoc, vt appellatio ista valida esse possit, necessario requiritur, vt interdictum suspensum sit, quantum ad omnes effectus eius: si enim suspensum esset quoad aliquos effectus tantum etiã plures, imò etiam quoad maiorem partem, dummodo tamen quoad vnum tantum effectum maneat, appellatio interposita erit nulla, et irrita, quod probari potest: nam totum fundamentum, in quo Doctores fundant valorem appellationis, tempore, quo sententia manet suspẽsa, hoc solũ est, quia tẽpore huius suspẽsionis sententia hæc æquiparatur conditionali, vt docere videntur Sũma Confes. vbi supra, & Sũma Pilanella, verbo, interdictũ, 1. §. vlt. quãdiu autẽ ponitur cõditio, sententia pro illo tempore non habet coniunctum effectum; at vero quando interdictum manet etiam quoad vnum solum effectum, non æquiparatur conditionali, & habet illum saltem effectum coniunctum, & proinde non potest tunc valide appellari. Quæ doctrina diligenter annotãda est, eo quod minime interdictum aliquod quoad omnes effectus suspensum esse legitur.

De Peccato, & Pœnis violantium interdictum. Cap. XIV.

S V M M A.

1 *Laici transgrediendo interdictum an mortaliter, vel venialiter peccent.*

2 *Laici transgrediendo interdictum quibus in casibus mortaliter peccent.*

3 *Laicus transgrediendo personale interdictum, quamuis mortaliter, aut venialiter peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

4 *Laici, regulares, monachi, seu moniales violantes interdictum, peccant mortaliter, irregulares tamen non efficiuntur, & quæ vtriusque sit ratio.*

5 *Clerici Sæculares, vel Regulares sacris initiati interdictum personale, vel locale violantes mortaliter peccant.*

6 *Ignorantia quænam clericos ab omni peccato interdictum violantes excuset.*

7 *Clerici violantes interdictum beneficijs omnibus priuandi sunt.*

8 *Clerici interdictum violantes in perpetuum sunt deponendi.*

9 *Clerici in loco interdicto diuina celebrantes nec ad beneficia ecclesiastica, & dignitates eligi, nec eligere valent.*

10 *Clerici interdictum transgredientes ad ecclesiasticã dignitatem postulari non possunt.*

11 *Celebrans, vel celebrare faciens in loco generaliter*

interdicto interdictus est ab ingressu Ecclesiæ.

12 *Clericus interdictum loci non seruans ab officio, & beneficio suspensus est.*

13 *Religiosi interdictum generale non obseruantes vbi Cathedralis, aut Matrix ipsorum Ecclesia illud obseruat, ipso iure excommunicati sunt.*

14 *Domini terrarum, qui in locis interdictis aliquem Diuina facere compellunt, & mortaliter peccant, & ipso facto excommunicationem incurrunt.*

15 *Fratres Minores recipientes alios in suis Ecclesiis ad officia diuina tempore interdicti quando excommunicati sint.*

16 *Sepeliens mortuos in loco sacro tempore generalis interdicti loci, præterquam in casib. à iure permissis, quousque excommunicatus sit, & à quo absoluendus.*

17 *Clericus interdictus moriens quando sepultura Ecclesiastica priuandus sit.*

18 *Clericus quodcunque interdictum exercitio ordinis sacri violans irregularis efficitur.*

19 *Officiorum Diuinorum nomine quænam intelligantur.*

20 *Interdictus actum ordinis sacri solenniter in quocumque loco exercens irregularitatem incurrit.*

21 *Clericus non interdictus actum proprium ordinis sacri in loco specialiter, vel generaliter ab homine vel à iure interdicto exercens irregularitatem à solo Papa dispensandam incurrit.*

22 *Diaconus Euangelium, Subdiaconus Epistolam solenniter cantans, vel Sacerdos Missam celebrans in loco interdicto irregularis efficitur.*

23 *Diaconus, vel Subdiaconus Episcopo ordines in loco interdicto conferenti assistens in vestibus sacris, irregularis est.*

24 *Diaconatum, vel Subdiaconatum in loco interdicto assumens irregularitatem incurrit.*

25 *Responsoria, vel Psalmos, & Horas in loco interdicto cantans quando fiat irregularis.*

26 *Aquam benedicens aspergendo populum cum versiculo* Asperges, *in loco interdicto irregularis est.*

27 *Missam audiens, & officia diuina in loco interdicto, licet peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

28 *Clerico, tempore generalis interdicti loci vnam, aut plures ex conditionibus positis in cap.* alma mater, *omittens an interdictum violare censeatur.*

29 *Interdicti transgressor est, qui officia diuina recitando vnam ex conditionibus positis in cap.* alma mater, *tempore generalis interdicti loci omittit.*

30 *Violans moderationem aliquã c.* alma mater, *et cum eadẽ violatione postea celebrãs irregularis efficitur.*

31 *Clericus violans aliquam conditionũ c.* alma mater, *animo, vt officia diuina celebrentur, nulla diuinorum celebratione secuta irregularis non est.*

32 *Clericus, aliis celebrantibus campanas pulsans tempore interdicti quare irregularitatem non incurrat.*

33 *Campanas pulsans, ita vt causa sit, cur alij tempore interdicti officia diuina celebrent, irregularis est.*

34 *Celebrans coram interdictis, ac interdictos publicè ad officia diuina, vel sepulturam in loco non interdicto admittens, quamuis irregularis non sit ab ingressu tamen Ecclesiæ interdicitur.*

35 *Interdictus cui est ingressus Ecclesiæ, in Ecclesia, vel cæmiterio contiguo celebrans, irregularis efficitur.*

36 *Celebrans in Ecclesia, vel Cæmiterio pollutis, nec suspensus, nec irregularis est.*

1 PRimo, quoad laicos, Doctores non ita conueniunt qualiter transgrediendo, peccent. Nam Innocent. in capit. tanta, nu. 2. de excess. prælat. relatus a S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, c. 4. ante finem, indistincte affirmat grauiter peccare, & S. Anton. vbi supra, his ait peccatum mortale, si scienter aliquid contra interdictum faciat laicus, quia est contra obedientiam Ecclesiæ; citans ad hoc cap. si qui sunt. dist. 81. Sic etiam Archid. apud Syluest. verbo, interdictum, 6. §. 7. & Ioseph Angles in floribus, 4. sent. par. 2. in q. de excommunicatione, artic. 6. Difficult. 3. conclus. 3. Idem Syluester, vbi supra, & Angelica, verbo, interdictum, 7. num. 9. indistincte putant hoc non esse peccatum mortale, nisi in quatuor casibus positis in Clem. 1. de sepult. & Clemen. grauis, de sentent. excommunicat. & præterea quando hoc facerent in contemptum Ecclesiæ. Quatuor autem casus in d. Clem. Grauis, *sunt cogentes interdictos officia diuina celebrare, seu in locis interdictis, aliquem celebrare,* Item *euocantes interdictos, aut excommunicatos, vt eadem officia audiant.* Item *prohibentes, ne sic excommunicati aut interdicti in Ecclesiis exeant dum Missarum solennia aguntur à celebrantibus, moniti generaliter, vel specialiter, vt exeãt.* Item *sic excommunicati, et interdicti emanentes in Ecclesia postquam sic moniti fuerint, vt exeant.* Caietanus, in verb. interdicti violatio, §. pen. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 187. §. decimooctauo. & etiam Sotus 4. dist. 22. q. 3. artic. 1. conclus. 7. Alphonsus Vivaldus tit. de interdicto, numero 281. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 18. puncto secundo, in fine. Toletus lib. 10. 20. nec non Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. capit. 46. §. 3. distinguere videntur de violatione interdicti localis, aut personalis. Si enim laicus solũ violat interdictũ locale, ex eo scilicet, quod videns in loco interdicto celebrari, accedit, id est, interest Diuinis; etiamsi illic (secluso contemptu, & scandalo) interesit simul cum personis interdictis, nullo modo eum in hoc casu peccare putant, intellige præcise ex hoc, quod iste modo Diuinis intersit; aut si peccatum aliquod sit, solum erit veniale. ex Caietan. Soto & Toleto cit. Ita Caietano probatur, quia mandatum obseruandi interdictum Clericis datur proprie, non laicis ex Caiet. citat. Soto quarto, distinct. 22. quæst. 3. art. 1. Conclus. 6. & ad primum Maiol. lib. 3. de irreg. capit. 20. numero 9. & Tabiena, verbo, interdictum. 5. num. 15. §. decimo quarto. Gregorio de Valentia vbi supra notab. 3. & Alphonso Vivaldo loco citato, nu. 278. vt colligi poterit ex cap. is, qui, de sentent. excommun. lib. 6. Idemque tradit Maiol. lib. 3. de irregularit. cap. 20. numero 9. & quia sic interesse non est cooperari peccato, sed solum vti peccato alieno. Et quidem meo iudicio vtraque ratio probabilis est, neque enim apparet, quo præcepto prohibitum sit laicis interesse Diuinis in loco interdicto, si ibi celebrentur, sed solum Clericis præcipitur, ne celebrent, & pec ca. alma mater, de sent. excomm. lib. 6. vt celebrent clausis ianuis, &c. laicis non admissis Sin vero aliquid aliud accedat ex quo laicus fiat cooperatoe, & particeps delicti, tunc sine dubio peccabit Missam, & alia officia diuina audiendo.

2 Communiter autem peccat laicus in his casibus mortaliter.

Primo, si sit aliquo modo causa illius celebrationis, scilicet, præcepto, exhortatione, aut alio simili modo, tũc enim peccat mortaliter, etiamsi ipse non interesset.

Secundo, si laicus sua præsentia esset fomentum. Clericis ad celebrandum, vt quando ex hoc, quod laici concurreant ad officia Diuina, Clerici mouerentur ad ea celebranda:

Tertio, si ipsi laici in Ecclesia, vel in suis oratorijs tempore interdicti localis celebrent illa officia, quæ Clericis sunt prohibita, vt si publicè in choro dicant

Horas,

Horas,& officia diuina,quia tenetur posito eo officio, seruare præceptum Ecclesiæ vt Clericus; immò in hoc casu peccatum laici, quia est Ecclesiasticum, a Iudice Ecclesiastico puniri potest,vt notat Nauar. in Manuali,cap.27.num.187.§.decimo octauo. Summa Corona tit.de interdicto,num.11. in fine,post Caldecin. de Eccles.interdict. memb.6.col.10.

Quartò, si ingrediatur ad interessendum Diuinis, mentiendo se Clericum,aut priuilegiatum: quasi mendacium hoc perniciosum sit contra duplex præceptum Dei, & hominis.

Quinto, etiam peccat mortaliter in quatuor casib. d.Clement.grauis.de sent.excom.& in his consentiunt Nauar. vbi suprà,& Henriquez lib.13.de excom.& interd. ca.46.§.3.quamuis, dubius sit hic author de casu tertio, & in casu quarto non putet esse mortale, sed verior,& communior est Nauarri, & aliorum opinio.

Sexto, Quotiescumque excommunicatio lata est contra volentes interdictum,vel violari faciètes, illud violando mortaliter peccant. Quod etiam procedit in eo, qui sententiam contemnit, vel ratione scandali, quod alijs præbet,ex Alphonso Viualdo, tit.de interdicto, numero 281. Quæ omnia intelliguntur de violatione interdicti localis.

3 Quod laicus violet interdictum personale, sic videtur semper peccare mortaliter,ex Soto 4.dist.22.quæst. 3.art.5.conclus.6. Nauar.in Manuali,cap.27. numero 187. Armilla,verbo,interdictum, §. 56. Simon Maiol. lib.3.de irreg.c.20.nu.9.§.laicorum.et Henriquez lib. 13.de excommun.& interd.ca.46. §. 3.id quod intelligunt præfati DD. siue sit generaliter interdictus idest non nominatim interdictus, sed de populo interdicto, siue specialiter interdictus sit. Quia populum prohibere,ne diuina audiat, est præceptum rei grauis, transgressio autem in re graui est mortalis, & quidem in interdicto specialiter res est manifestam; in interdicto autem generaliter Caiet. in verbo, interdicti violatio, in fine existimat, quod si laicus sine scandalo ex deuotione interesset diuinis bona fide putans se posse impunè, & licitum adesse, volunt piè pœnarum interpretatione, præsertim erga innocentes talem excusari,si non à toto peccato, saltem à tanto;v.g.si aliàs esset mortale,ex hoc fieret veniale quam Caietani moderationem licet Nauar. vbi suprà non approbet sicut nec ea admittere videtur Henriquez cap.si tamen id ex probabili ignorantia faceret, non mihi videtur hoc Caietani dictum negari posse. Quibus omnibus addo ex Innocent. S.Anton.& Syluest. vbi suprà,& Palud.4.distinct.18.quæst. 8.artic. 4. principali, §. quantum ad decimum octauum, Summa Confess. lib. 3. titulo 33. quæst.267. Alphonso Viualdo,vbi suprà,num.279. Maiolo, lib.3.de Irreg. capit. 20. nu. 9. quod laici,quamuis in prædictis casibus venialiter,aut mortaliter peccent irregularitatem tamen non incurrunt, cum nec ordinem habeant, nec officium;& cap.is,qui,de sentent. excommunicat. lib.6.vt Maiol.& Viuald. testantur, solos Clericos exprimi:possunt tamen aliàs puniri, puta excommunicatione; & si contempserint, & Episcopus emendare non potuerit, Regis, seu domini temporalis iudicio ad requisitionem Ecclesiæ exilio condemnari debent, cap. 2.de Clerico excommunicat.ministr. Innoc.& Summa Confess. locis citatis.

4 Secundo, laici regulares, quales sunt moniales, & monachi, aliique religiosi non habentes ordinem, violantes interdictum,vt pote, quia officiarent Ecclesiam, vt prius, aut breuiter illa facerent,quæ Clericis intelliguntur prohibita, tanquam competentia ex aliquo ordine, etsi Irregularitatem non incurrant, cum non sit in iure expressum (capit.enim is,qui,de sentent. excommunicat.lib.6.loquitur de sola Irregularitate,quæ procedit ex celebratione diuinorum, vel ordinum execu-tione) mortaliter tamen peccant. Summa Confess.lib. 3.tit.33.quæst.267. Sic S. Anton. 3.par.titulo 27.de interd.capit. 4.ante finem. Summa Astensis,par.2.lib.7. tit.16.art.6. Angelica,verbo,interdictum,7.nu.4.Syluest.verbo,interdictum,6.quæst.3.versic.secundū.Tabiena,verbo,interdictum,5.num.16.§.decimoquinto. Sotus 4.distin.22.quæst.3.art.... conclus.5.Nauarr. in Manuali,capit.27.num.187.§. decimonono. Caietan. verbo,interdicti violatio. Henriquez.lib.13.de excom. & interd. cap.46. §.3. Alphonsus Viualdus vbi suprà, num.282.& num.284. Hugol.tab.5.capit. 11.§.1.num. 10.qui omnes hoc ipsum probare videntur ex grauitate pœnæ appositæ, sunt enim ineligibiles, & impostulabiles actiuè,& passiuè: Quamuis enim ordinem Clericalem non habeant, immò moniales ordinis incapaces sint;ratione tamen status sui,habent officium celebrandi diuina secundum suam cōditionem, vnde illam pœnam incurrunt, cuius sunt capaces. Sed prætereà aliàs puniri possunt secundum Caldec.vbi suprà, mēb. 6.& in arctiori monasterio ad faciendam pœnitentiam includi debent,vt habetur in capit. postulastis,§.quæsiuistis,de Cleric.excommunic.minist. Quæ tamen ratio non ita firma,& solida est;quia in d. capit. postulastis,sermo tantum est de illis religiosis transgressoribus interdicti,qui adeo sunt contumaces in transgressione, vt etiam propter hoc excommunicati nolint desistere. Ratio igitur melior est, quia violant interdictum in re graui,& cum scandalo.

5 Tertio,Clerici tam sæculares,quam regulares sacris initiati violantes interdictum,ex communi DD.consensu,quos Summa Corona tit.de interdicto, num.11. & Ioseph Angles,in florib.4. Sentent.quæstio.de excommunicatione,artic.6.difficul.3.conclus. 1. Toletus lib. 1.ca.20.sequuntur, peccant mortaliter, siue sit interdictum personale,siue locale, hoc est,siue ipsi interdicti sint,siue in loco interdicto aliquid prohibitum faciant, tunc autem censetur violari interdictum à Clericis,quādo actum aliquē ordinis exercent in loco interdicto, vt Missam aut aliud officium diuinum quodcumque de more celebrent, vt si generalis interdicti loci tempore hæc faciant pulsatis campanis, ianuis Ecclesiæ apertis, alta voce, laicis ad diuina officia admissis; aut etiam si quis interdictus hæc eadem faceret, etiam cum moderationibus istis,de quibus in cap.alma mater, de sentent. excommunicat.lib.6. Et quidem de interdicto personali res tam certa est,vt nec probatione indigeat. De locali etiam patet,quia locali interdicto directè, & per se prohibetur Clericis Diuinorum celebratio; vnde, si in loco,interdicto celebrent,vel etiam in loco,in quo possunt,non tamen cum illa moderatione,ad quam tenentur, transgrediuntur præceptum Ecclesiæ in re graui,

6 & etiam peccatum in se grauem. Excusarentur tamen isti ex ignorantia inuincibili,probabili,seu iusta ab omni peccato,vt docent Henriquez lib.13.de excommun. & interd.capit. 46.§.3.& Couar.in capit.alma mater, par.2.§.2.num.3. Hęc autem,de sentent.excommunic. lib.6. qui tamen loquitur de excusatione ab irregularitate: sed de opinione Henriquez non est dubitandum ignorantia verò crassa,& supina non excusat, vt latius dictum est,cum de excommunicatione disseruimus, & DD. communiter affirmant. Et de peccatis violantium interdictum hactenus.

7 Quarto,Clerici violantes interdictum merentur aliquas pœnas, alias ipso facto incurrunt.

Prima pœna quam merentur, est spoliatio ab omnibus beneficijs,vt habetur in capit. postulastis, quæsiuistis, de Cler. excom. ministr. Palud.4.dist.18.q.8.art. 4.principali, §. quantum ad decimum octauum. Summa Confess.lib.3.tit.33.q.267.S.Anton.3.part. titulo 27.de interdict.cap.4.ante finem.Summa Astensis, 2. parte, lib. 7. tit.16.artic.6. Angelica, verbo, Interdi-

ea, verbo, interdictum, 7. num. 12. & Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 2. §. quintum. Henriquez. lib. 13. de excomm. & interd. c. 49. §. 3. in fine. Alphons. Vivald. tit. de interdicto, num. 213. & nu 175. & 276. quod intelligitur, nisi moriens pœnituerit, vt in d. ca. is cui dicitur & hoc procedit, siue a iure, siue ab homine interdictus fuerit, ex glo. in d. cap. is cui, in verbo, interdictus.

18 Duodecima est, Clericus interdictum quodcumq; exercitio alicuius ordinis sacri violans irregularis est, vt colligitur ex cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & c. cum medicinalis, §. caueant autem, & ca. is vero, de sentent. excommunic. lib. 7. Innoc. & DD. in cap. fin. de excess. prælat. Calderin. de Eccles. interd. memb. 6. idem Innoc. in d. ca. cum medicinalis. Pauorm. in c. 2. nu. 4. & in c. illud, nu. 8. de Cleric. excom. ministr. Henriq. in cap. vlt. eod. tit. & lib. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 3. princ. per totum, & art. 4. principali, §. quantum ad decimum septimum. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 267. Idem Innocent. in capit. tanta, num. 5. de excess. prælat. Summa Astensis, p. 2. lib. 17. tit. 16. ar. 6. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 25. & seq. Rich. 4. d. 13. q. 1. art. 4. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. capit. 4. ante finem. Syluest. verb. interdictum 6. quæst. 2. Tabiena, verbo, interdictum 7. num. 2. Nicol. Plouius tract. de interd. reg. 29. & in tractat. de irreg. reg. 45. & seq. Sotus 4. dis. 22. q. 3. artic. 1. conclusio. 5. Caiet. verbo, interdicti violatio. in princi. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20. & 23. Nauar. in Manual. c. 27. nume. 244. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 2. nu. 2. & nu. 3. de sent. excommu. lib. 6. Alphons. Vinal. tit. de interdicto, nu. 146. & num. 258. & seqq. Summa Corona, titu. eo. nume. 11. Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. par. 2. in quæst. de excom. art. 6. Difficult. 3. conclus. 1. Toletus lib. 1. c. 20. Hug. tab. 5. c. 11. nu. 1. §. 1. vbi Couarr. hanc regulam tradit, vt quis irregularis propter officij diuini celebrationem indicetur, aduertere oportet, an actus ille pertineat ad ordinem aliquẽ Ecclesiasticum, aut diuinorum celebrationem, quam etiam tradit Syluest. verbo, interdictum, 6. quæst. 5. §. primum. Diuinorum autem nomine ex eodem Syluest. cit. & Paludan. vbi supra, in art. 3. princ. conclus. 6. ve-

19 niunt Missæ, Horæ Canonicæ, exequiæ, benedictiones solennes, & huiusmodi, de qua re dicenda sunt illa omnia, quæ lib. præced. ca. 16. de irregularitate, quæ ex violatione suspensionis incurritur, diximus. Ex qua doctrina hæc colliguntur.

20 Primum est, Interdictus actum ordinis sacri in quocumque loco siue interdicto, siue non interdicto solenniter exercens, irregularis efficitur, est communis DD. sic Angel. verbo, interdictum, 7. num. 1. & Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 2. vers. secundum, & citant ad hoc cap. is qui. & c. is, cui, de sent. excomm. lib. 6. & ca. cum æterni. de sentent. & re iudic. lib. 6. & Alphons. Viuald. citat. nu. 260. & Summa Corona, vbi supra nu. 11. & hoc siue denunciatus sit interdictus, siue non, cum extrauag. Martini V. Ad euitanda scandala, ipsismet interdictis nullo modo suffragetur.

21 Secundum est, Non interdictus actum ordinis sacri proprium in loco specialiter, vel generaliter ab homine, vel a iure interdicto exercens, irregularis efficitur, & a solo Papa cum eo dispensatur, capit. is qui, §. is, vero, de sentent. excomm. lib. 6. & DD. omnes vbi supra ad Gemin. Anchar. Franc. ibidem. gl. in c. Episcoporũ, in verbo, a iure, de priuileg. lib. 6. Panor. in cap. postulastis, nu. 5. de Cleric. excom. minist. Henric. Bohic. in c. fin. nu. 11. de excess. prælat. Richar. 4. d. 13. q. 1. artic. 4. & alij, vt Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 3. princ. concl. 5. Alphonsus Viuald. tit. de interdicto, num. 264. & præterea suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium Iudicis, qui tulit sententiam interdicti, vel ad arbitrium Episcopi, si sit interdictum iuris, vt diximus supra in pœna quinta, & procedit, siue Clericus sæcularis sit, siue regularis, canon non enim generaliter loquitur; procedit etiam, vel exemptus simpliciter sit, ob illa verba, *Nisi super hoc priuilegiatus existat*. quæ habẽtur in d. ca. is, qui, §. is vero, quæ verba priuilegium particulare ad hoc requiri significant, ne celebrans irregularis reddatur, quod quidem priuilegium iure communi exempti non habent, argum. ca. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & Clemen. 1. de sent. excom. vt Hugol. vbi supra tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 2. subtiliter annotauit.

22 Hinc Diaconus, vel Subdiaconus Euangelium, vel Epistolam solenniter cantans in loco interdicto, irregularitatem incurrit. Sacerdos in eodem loco celebrans Missam, aut aliquod Sacramentum ministrans ibidem irregularis est, sicut etiam quoties aliquid quod proprium est Sacerdotis, ibidem exercet. Episcopus etiam ibidem ordines maiores, vel minores, aut primam tonsuram conferens, & idem de Abbate conferente ordines minores, aut primam tonsuram irregularis efficitur, cum hæc vel Episcopalis Ordinis sint, vel saltem a solo Sacerdote tribui soleant, argumẽ. ca. cum contingat. de ætat. & qualit. ordin. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 25. nu. 7. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta. vers. sed quæro, vtrum is, & Ioã. Andr. in addit. ad Spec. ibi. Feder. de Sen. consil. 231. & etiam Palud. 4. distin. 18 q. 8. art. 2. prin. conclusio. 6. ordines igitur sic conferens, etiam clausis ianuis, & excommunicatis, & interdictis exclusis iuxta formam cap. alma mater, §. adijcimus. de senten. excomm. lib. 6. & etiamsi id faciat in illis festis ibi permissis, irregularis est, quia eo tempore, & ea forma seruata, permittuntur tantum officia Diuina, non autem Sacramenta. Sed neque si immineat necessitas, ordines conferre potest, ex Syluestr. verbo, interdictum, 5. nu. 9. §. sexta. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 3. num. 4. versic. quinto, de sentent. exc. lib. 6. Hugol. tab. 5. cap. 11. §. 1. num. 5. Qui duo vltimi authores idem procedere docent, etiamsi ipsemet Episcopus interdictum tulerit, is enim illud seruare tenetur, vel illud tollere, aut suspendere, alioquin irregularis erit, argum. cap. vlt. de priuileg. lib. 6. Calderin. de Eccles. interd. memb. 3.

23 Itẽ irregulares sunt, qui assistẽtes Episcopo, dũ ordines in loco interdicto confert, Diaconi, vel Subdiaconi munus vestib. sacris induti exercent, ex Cou. cit. nu. 5. ver. decimo. agunt enim actus tempore interdicti ordini sacro conuenientes, ideoque fiunt irregulares.

24 Sic etiã irregulares sunt, qui interdicti tẽpore Diaconatum, vel Subdiaconatum sumunt in loco interdicto, multoq; magis, qui presbyter ordinatus est, vt Couar. & Hug. vbi supra tradunt, quorum tamen opinio quoad hoc, quod vltimo tradunt, nobis, non placet, vt latius in lib. præced. cap. 19. dub. 5. de suspensione docuimus. Exercens igitur actum ordinis sacri, si id faciat solenniter, siue presbyter, siue Diaconus sit, siue Subdiaconus, in loco interdicto generaliter, vel specialiter, irregularis efficitur; secus autem, vbi exerceret actũ non

25 deputatum ordini sacro, vt cantans responsoria, vel recitans Psalmos, & horas diurnas, vel nocturnas, legens Euangelia, quod quilibet potest in terra interdicta, sicut & prædicare. c. responso. de sent. exc. non enim hæc faciens erit irregularis, ex Host. & Vernec. quos refert, ac sequitur Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 4. vers. primum quod intellige, si non faciat officiando principaliter, ideo ex officio suo, vt Clericus solenniter officiando Ecclesiam vel populum, & inchoando, vel perficiendo, vt est hebdomadarius, qui dicitur agere ex officio suo, cũ hoc sit proprium Sacerdotis, tunc enim esset irregularis, secus si hæc faceret, vt laicus, etiam in Choro.

26 Sic etiã irregularis esset, qui aquã benediceret aspergendo populũ, cũ ver. *Asperges*, in principio Missæ, & ẽt qui benediceret Calices, paramenta, corporalia, can

de las in festo Purificationis, oliuas in die palmarum, com hæc Sacerdotum sint, ideoque nec ab interdicto, nec a non interdicto, in loco interdicto nisi secundum moderationem c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. fine irregularitate fieri possunt. ex Syluestr. verbo, interdictū. 5. q. 4. §. quintum, Tabie. verbo, interdictum, 6. nu. 4. §. 3. Alph. Viual. tit. de interdicto n. 224. & 277.

27 Quibus addo ex Syluest. verb. interdictum, 5. q. 4. §. primum. in fine. Tabiena verbo, interdictum, 6. nu. 1. ante finem. Simone Maioln, li. 3. c. 20. nu. 7. ver. audito etiam Missæ. Hugolino tab. 5. c. 11. §. 1. nu. 1. Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 187. & Alphonso Viualdo, ti. de interdicto, nu. 174. quod licet audiens Missam, & officia diuina in loco interdicto malè faciat, & peccet, irregularitatem tamen non incurrit, dummodo intersit solum ex deuotione, non contemnendo; si tamen ex contēptu, & authorizando audiat, vt quia Prælatus aliquis iubeat coram se diuina celebrari, irregularis erit, ut Syluest. Tabiena, Maiol. cit. & gl. in Clem. Archiepiscopo. in verbo, celebrari, de priuileg. docent, & etiam Panor. in c. fi. nu. 6. de excess. prælat. quem sequitur Alphonsus Viualdus ubi supra, num. 174. Vnde maxime cauere debent prelati, ne tempore excommunicationis, suspensionis, uel interdicti coram se celebrari faciant, quia ut Panor. & Tabiena, cit. notant, uidentur tunc authorizare.

28 Dubium esse potest circa hoc secundum dictum, An scilicet Clericus, qui tempore generalis interdicti loci unam, aut plures ex quatuor illis conditionibus positis in c. alma mater, omittat, interdictum nihilominus uiolare dicatur, & consequenter irregularis fiat? Exempli gratia Diuina officia celebrat, pulsatis tantum campanis, aut ianuis Ecclesiæ tantum clausis; aut uoce alta tāntum; aut exclusis tantum excommunicatis, & interdictis. Hanc quæstionem tractarunt Io. Calderin. tract. de eccles. interd. memb. 6. a nu. 75. ad 78. inclusiue, Io. And. Anch. nu. 3. Gemin. nu. 3. & Philip. Franc. in c. alma mater. §. adiicimus. de sent. exc. li. 6. Zabar. in cap. permittimus. de sent. excomm. in antiq. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 5. uer. primum. Tabien. uerbo, interdictum, 5. nu. 2. §. primo. in prin. Armilla, verbo, interdictū, n. 43. S. Ant. 3. p. tit. 27. de Interdicto, c. 4. in princ. Couar. in c. alma mater p. 2. §. 4. nu. 6. ver. decimoquarto. de sent. exco. lib. 6. Alphonsus Viual. vbi supra, num. 264. & num. 266. Hugol. tab. 5. cap. 11. §. 2. num. 2. Ex quibus hæc colligi possunt.

29 Primum est, Transgressor interdicti censetur, qui vnā ex prædictis conditionibus tempore generalis interdicti loci prætermittit, officia diuina recitando, & in hac re omnes conueniunt. Ratio est: quia ex prima institutione interdicti, isti actus officiorum diuinorum simpliciter prohibiti sunt, & per ecclesiam non sunt concessi, nisi cum illa quadruplici moderatione: & consequenter aliquam ex illis conditionibus uiolans, & omittens transgressor est interdicti.

30 Secundū est, quoad pœnam irregularitatis, in qua tamē DD. cit. nō ita cōueniunt, sed tria in hac re dicunt.

Vnum est, si ille ipse, qui uiolauit moderationem aliquā ex prædictis, eā eadem violatione postea celebret; tunc irregularem eum esse putant, etiamsi pulsatis tantum cāpanis celebret, aut etiamsi alta tantum uoce celebret. Sic Hostien. Ioan. Andr. Syluest. S. Anton. Tabiena, Couar. Hugol. cit. Henriquez lib. 14. cap. 7. §. 3. & Ioan. Calder. qui addit, quod licet ista dura uideantur, sufficit tamen ita scriptum esse, argu. ea. in memoriam, dist. 19. Et ratio est: quia quodlibet horum expresse prohibetur in d. cap. alma mater. Et quamuis nonnulli recentiores in suis scriptis hoc dictum falsum esse putent, eo quod ex pulsatione campanarum tantum non incurritur irregularitas, cum hec non sit actus ordinis sacri, (cuius etiam sententiæ est Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 266.) Vnde uolunt, quod si quis pulset campanas, nec tamen ianuas aperiat, & ideo nullus intrat ecclesiam, nō interest Diuinis, quāmuis ipse, qui pulsauit, celebret, non tamen fore irregularem, & quod maius est, existimant non fore irregularē, etiamsi aperiat ianuas, & celebret, si nullus ingrediatur, & Diuinis intersit. Immo addunt, quod si quis in ecclesia sua in solitudine Missam celebraret alta voce, nō esset irregularis, si nullus audiat, vnde totam rationem prohibitionis in hoc sitam esse putant, ne laici intersint. Hæc tamen recentiorum sententia nec mihi placet, & omnino falsa est: quia non solum per ecclesiam clericis prohibetur, ne præsentibus laicis, sique audientibus, Diuina facient. verum etiam ipsis Clericis prohibetur, ne contra formam hanc celebrent, quo minus etiam audiri possint, vt in ca. quod in te. de pœnit. & remiss. habetur, vbi dicitur: *Et voce ita dimissa Diuina fiant, quod exterius audiri non possint.* Ex quibus constat Diuina officia non solum celebranda non esse, vbi à laicis audiuntur, sed nec etiam sic celebrari posse, ut laici audire possint. Negatiua enim illa *Non* præposita verbo *possint*, omnē potentiam denegat. Quam etiam sententiam manifeste satis docuisse videtur Gregorius de Valentia, tom. 4. disputa. 7. q. 18. pūcto 2. ver. ob. 3. vbi asserit interdicto duo prohiberi. Vnum primario, & quasi per se, videlicet, ne illi, quorum est administrari diuina officia, administrēt illa. Alterum secundario, & consequenter, ne scilicet alij possint illis officijs interesse, aut illa participare. Et quamuis sola pulsatio campanarum, aut sola apertio ianuarum non sint actus alicuius ordinis sacri, quorum exercitio solum incurri irregularitatem superius diximus, quia tamen celebratio Missæ, aut alicuius alterius actus ordinis sacri exercitium, cum violatione alicuius illarum quatuor conditionum abstiusmodi fit, consequenter irregularis efficitur clericus, qui vel vnam ex illis quatuor celebrando Missā, aut ordinis sacri actum exercendo interdictum violauerit.

31 Alterum, quod hi DD. tradūt, est: clericus, qui verè, & de facto aliquam prædictarum conditionum violat, puta, aperit ianuam, aut pulsat campanam, & ingrediuntur laici, & hæc eo animo facit, vt officia celebrentur, si tamen nulla diuinorum celebratio sequatur, etsi Archid. hunc irregularem esse putet, alij tamen, vt S. Anton. Syluest. Tabiena, & Hugolin. rectius docent, in hoc casu nullam irregularitatem incurrere. Ratio, quia, vt omnes præfati authores, & Anchar. in d. capi. alma mater. §. adijcimus, num. 6. & Franc. ibi tradunt, irregularitas actum perfectum requirit. 13. q. 1. c. fi. vel, vt alij, quia irregularitas non nisi alicuius actus ordinis sacri exercitio incurritur.

32 Tertium, quod dicit, est, clericus, qui alijs celebrātibus cāpanas pullauerit, vel ecclesiæ ianuas aperuerit, tunc ēt si ipse non celebrat, irregularis tamen efficitur, vt Cal. Ioan. And. Anton. Syluest. & Tabiena affirmant. Ratio eorum est, quia participat in crimine criminoso. Facit c. si concubinæ, de senten. excom. quorum dictum omnino falsum esse puto, id quod ēt docet Couar. vbi sup.

Primo quidem, quia nullo iure habetur expressum participantem in hoc casu in crimine criminoso effici irregularem; irregularitas autem non incurritur, nisi quatenus iure expressa est. ca. is qui, de sent. exc. lib. 6. Archid. in c. excom. 11. q. 3. Fel. in c. ad audientiam, in fine, de homic. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. ca. 2. nu. 2. §. sexta. Nicolaus Dien. de Perusio. in d. c. is qui, dicebat, quod qui dicit aliquem esse irregularem, casum legis adducere debet.

Secundo, quia participās in crimine criminoso nō incurrit nisi illā pœnam, quam incurreret principalis criminosus, vt patet a pari in d. c. si concubinæ, & tradit Hēriq. lib. 14. c. 7. §. 4. hoc aūt loco nihil tale est, & si qua pœna incurrēda esset, esset pœna interdicti, & irregularitatis.

Ter-

Tertiò, quia, vt recte arguit Couar. irregularitas nō incurritur nisi exercitio actus ordinis sacri contra interdictum; at verò campanas pulsare, vel ianuas aperire tempore interdicti ad officia diuina alicuius ordinis sacri actus proprij non sunt, immo possunt per laicos agi, & quotidie aguntur, ideoque ex his irregularitas non contrahitur.

33 Addo tamen cum eodem Couarru. quod si quis auctoritate publica, vel priuata vsus, vel campanas pulset, vel ianuas aperiat, & ab alio celebrantur diuina, quasi ipse auctoritatem præbeat tempore interdicti diuinorum officiorum celebrationi, hac ratione irregularis erit, vt habet communis DD. opinio. Innoc. & Panor. in c. fi. num. 6. de excess. prælat. Gonsalus a Villadiego, tract. de irreg. cap. de interdicto, Tabiena, verbo, interdictum, 6. nume. 1. ante finem, etiamsi Henriquez libro 14. cap. 7. §. 4. contrarium sentiat, eo quod non sit actus ordinis sacri, nec in iure exprimatur esse irregularem; sed cum idem auctor, §. 3. concedat excommunicatum, vel alia censura ligatum auctorizando officia diuina coram se celebrari faciat, esse irregularem, cum tamen hoc non sit actus ordinis sacri, nec iure expressum, pari ratione concedere debet esse irregularem in casu proposito, aut rationis disparitatem assignare. vnde Alphons. Viuald. Couarruuiæ sententiam amplexus est tit. de interdicto, nu. 266. Quæ autem in hoc dubio dicta sunt, de interdicto generali loci accipienda sunt: Interdictum enim speciale loci violatur, etiamsi seruatis illis quatuor conditionibus, in loco interdicto diuina fiunt, neq; enim ea forma adhibita diuina ibi fieri possunt. glo. in c. alma mater. §. adijcimus. in verb. ecclesijs, & ibi Franc. de sent. exc. li. 6. Nau. in Manuali, cap. 27. nu. 173. vers. nono. Couar. in ca. alma mater. p. 2. §. 5. nu. 2. vers. tertio. de sent. exco. lib. 6. Paul. Fusc. lib. 2. de visit. & regim. eccl. c. 32. nu. 4. Tabiena, verbo, interdictum, 5. nu. 2. §. primo. Syluest. verbo, interdictum, 5. q. 1. vers. primum. Hugolin. tab. 4. c. 10. nu. 5. & c. 11. in princ. nu. 2. in fine, ideoque illis omnibus seruatis celebrans, aut actum ordinis sacri exercens contra prohibitionem interdicti, nisi in casibus à iure concessis, irregularis efficitur.

34 Tertiū principale quod colligitur ex dictis est, quod scienter celebrans coram publicè interdictis à iure, vel ab homine, vel recipiens publicè interdictos ad diuina officia, vel sepulturam ecclesiasticam, vel ad Sacramenta; dummodo hæc in loco non interdicto fiat, non est irregularis, est tamen interdictus illi ingressus Ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium eius, cuius sententiā contempsit. c. Episcoporum. de priuileg. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 1. principali, conclus. 2. & 3. Richard. 4. d. 13. art. 4. quæst. 1. S. Anton. 3. parte, tit. 27. de interdicto, ca. 4. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 6. Angelica, verbo, interdictum, 8. nu. 5. Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 2. §. tertium. Tabiena, verbo, interdictum, 6. num. 2. §. primo. Alphonsus Viualdus, tit. de interdicto, nu. 272. & Summa Corona tit. eo. nume. 11. Quia nullibi iure cautum est hunc irregularem esse, & pœnæ non sunt ampliandæ.

35 Quartum est, Cui interdictus est solus ingressus ecclesiæ, si celebrat in ecclesia, vel cœmiterio contiguo irregularis est, c. is, cui, de sent. exco. lib. 6. si verò ingerat se diuinis extra ecclesiam, puta sub dio, vel tentorio irregularis non esset, ex gl. in d. c. is cui. in verbo, in ea, si vero celebrat in oratorio, ita vt non sit ecclesia, non erit irregularis, si verò sit ecclesia, sed nondum consecrata, quæ propriè dicitur basilica, est irregularis, quia satis est quod sit Episcopi auctoritate fundata, ex Syluestr. verbo, interdictum, 6. q. 5. Nauar. in Man. c. 25. nume. 75. & c. 27. nu. 170. & Couar. in cap. alma mater, p. 2. §. 1. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. Alphons. Viuald. cit. nu. 272. sin autem suspensus esset non solum ab ingressu ecclesiæ, sed etiam a diuinis, tunc vbicunq; diuina celebraret, irregularis esset, c. cum medicinalis. §. fi. de sen. exc. lib. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 3. princip. concl. 7. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 1. in fi. Syluest. verbo, interdictum, 6. q. 5.

36 Quintum est, celebrans in ecclesia, vel cæmiterio polluto, vel quodcunque aliud diuinum faciens, nec suspensus est, nec irregularis, c. is qui. de sent. exc. li. 6. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 3. princ. concl. 5. Richar. 4. dist. 13. art. 4. q. 1. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 252. Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 2. in fine, idem Sotus 4. d. 13. q. 2. art. 3. Nau. in Man. c. 25. n. 83. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 6. Tabiena, verbo, interdictum, 6. nu. 2. §. 1. in fi. Henriquez lib. 13. cap. 51. §. 5. & lib. 14. ca. 7. §. 3. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 265.

De Absolutione, seu relaxatione interdicti, & Ministro illius. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Absolutio, seu relaxatio interdicti ab homine, vel a iure simpliciter lati, aliqua forma verbali fieri debet.*

2 *Interdictum ad tempus, vel vsque ad certam actionem, vel actionis cessationem latum, elapso tempore, seu facta actione, eiusve cessatione, ipso facto tollitur sine alicuius absolutione.*

3 *Interdictum ante lapsum temporis, vel exercitium, aut cessationem actionis sola absolutione Summi Pontificis, relaxari, & tolli potest.*

4 *Interdictum à nullo citra Papam sola intentione relaxari potest, sed sicut verbo fertur, ita verbo relaxandum est.*

5 *Interdictum, propterea quod ab eo non seruatur, qui illud tulit, sublatum non censetur.*

6 *Ignorantia reuocationis interdicti violatores ab irregularitate excusat.*

7 *Interdictū generale loci ad cautelā relaxari non pōt.*

8 *Interdictum speciale loci an ad cautelam relaxari possit, & quare.*

9 *Interdicto speciali loci durante, ibi officia diuina celebrari non possunt.*

10 *Interdictum speciale personale ad cautelam relaxari potest, dummodò eum sic interdictus pœnituerit.*

11 *Interdictum generale personale quare ad cautelam relaxari poterit.*

12 *Interdictum improuidè latum sine difficultate relaxandum est.*

13 *Interdictum generale, si persona principalis, ob quam latum est, satisfaciat, relaxari debet.*

14 *Interdictum iuris, si nulli reseruatum sit, ab ordinario relaxari potest.*

15 *Interdictum alicui reseruatum ab eo solo, aut alio de illius mandato absoluendum est.*

16 *Interdictum iuris Sedi Apostolicæ, vel alteri reseruatum, quando per Episcopum, aut eius ad id specialiter deputatum vicarium, absolui possit.*

17 *Excommunicatio contra personas singulares, & interdictum contra vniuersitatem ob idem delictum in eodem canone latum si illa reseruata sit, an hoc etiam reseruatum censeatur.*

18 *Lex de duobus disponens, & vnum reseruans, alterū non, illud alterum liberum relinquere censetur.*

19 *Interdictum hominis ab eo solo, a quo fertur, relaxari debet, & non a superiori absque eius consensu.*

20 *Interdictum a suffraganeis suis latum Archiepiscopus regulariter tollere nequit.*

21 *Interdictum ab inferiori indebitè latum superior relaxare potest, & debet.*

22 *Parochus ab interdicto, & suspensione, quare sicut ab excommunicatione iuris, aut generali hominis nulli reseruata absoluere non possit.*

23 *Interdictum quodcunque personale speciale Sacerdos quilibet in articulo mortis relaxare potest.*

24 *Interdictus ab ingressu ecclesiæ, si in articulo mortis ipsum pœniteat, in loco sacro sepeliri potest.*

25 *Interdictus nominatim mortuus in interdicto quando post mortem absolui poterit.*

26 *Interdictum relaxans, partes vocare, & iuramentum de stando mandatis ecclesiæ exigere debet.*

V M maxima sit inter suspensionem, & interdictum in multis conuenientia, quæ de absolutione à suspensione dicta sunt, huic etiam accommodari possunt; vt autem certior, & facilior huius rei doctrina habeatur, hæc breuiter ex DD. tradi possunt.

1 Primum est, Quoties à iure, vel ab homine latum est interdictum simpliciter, & non ad tempus, & cum aliqua conditione, tunc licet non sit tradita specialis forma absolutionis necessariò seruanda, vti tamen oportet aliqua forma verbali, (quandoquidem sicut verbis fertur, ita verbis tolli debet, argum. cap. 1. de reg. iur. in antiq. & l. nihil tam naturale, ff. eod.) satis autem erit dicere, *Absoluo te a vinculo interdicti*, seu *absoluo te ab interdicto*, seu *remoueo, vel reuoco interdictum*, vel alia verba adhibere, quibus interdictum tolli significatur. sic Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 269. S. Ant. 3. p. tit. 27. de interd. c. 5. Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. Angelica, verb. interdictum, 8. in princip. Sylu. verbo, interdictum, 3. q. 9. versic. primum Tabiena, verbo, interdictum, 3. num. 4. §. tertio, circa medium. Armilla, verbo, interdictum, nu. 31. Felicianus Episc. Scalens. in Enchirid. de censur. c. 21. de interdicto. Hugol. de censur. eccl. tab. 5. ca. 25. nu. 1. & Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. c. 50. § 4. Alphons. Viuald. tit. de interdicto, num. 293.

2 Secundum est, interdictum latum ad tempus, vel vsque ad aliquam actionem, vel cessationem actionis, puta *vsque ad annum*, vel *donec satisfecerit, restituerit*, vel *donec a contumacia cessauerit*, vel *donec talis ibi moretur*, vel huiusmodi, elapso illo tempore, vel facta restitutione, vel satisfactione illa, vel deposita contumacia illa, ipso facto tollitur interdictum, sine alicuius absolutione, & licitè post hoc celebratur, & hoc intellige, siue ab homine, siue à iure latum fuerit, vt probatur in c. dilecti filij. & Panorm. ibi, nu. 10. de appell. glo. in c. non est vobis, in verb. donec, & Panorm. ibi, nume. 7. de sponsal. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. Angelica, verbo, interdictum, 8. in princ. Syluest. verbo, interdictum, 3. q. 9. vers. secundum. Tabiena, verbo, interdictum, 3. nu. 4. §. tertio, ante fi. Marc. Antonius Cucchius, lib. 4. Institut. iuris Canonici, titu. 12. Burgas. de sent. interd. nu. 57. de irreg. & dispensat. p. 6. Felicianus Episc. Scalens. in Enchirid. de censur. capit. 20. Hugol. tab. 5. ca. 4. num. 3. & cap. 25. num. 3. Henriquez lib. 13. cap. 47. § 1. & c. 50. § 4. & Alphonsus Viual. tit. de interdicto, num. 291. & nu. 293. vt latius lib. 4. cap. 17. num. 5. exposuimus.

3 Tertium est, Interdictum ante lapsum temporis, vel exercitium, aut cessationem actionis, non aliter quam per relaxationem, & absolutionem tolli potest: quod si fuerit interdictum iuris, relaxari antea non potest, nisi per Sedem Apostolicam. Tabiena, verbo, interdictum, 3. num. 9. §. octauo, in fi. Toletus lib. 1. cap. 22. vt de suspensione diximus lib. præced. cap. 17. §. secundo. Quia qui antea absolueret, dispensaret in iure, quod non potest Episcopus. Quod autem de Sede Apostolica diximus, intelligitur etiam secundum aliquos, nec improbabiliter, de legatis a latere.

4 Quartũ est, Interdictum a nullo citra Papã sola intẽtione relaxari põt, sed sicut verbo fertur, ita verbo relaxandum est. Neq; per hoc relaxari censetur interdictũ, q Papa alicui licentiam det celebrandi in ecclesia à se specialiter interdicta, sed solum suspenditur interdictũ pro illo casu, ex Inn. & Host. & Bernard. quos citant Summa Astensis p. 2. li. 7. nt. 16. ar. 9. q. 3. Syluest. verbo, interdictum, 3. q. 9. vers. primum. Henriq. lib. 13. de exc. & interd. c. 50. § 4. Alphons. Viual. cit. nume. 295.

5 Sed neq; tollitur interdictũ, propterea quod ab eo non seruatur, qui illud tulit; sin autem proferens interdictum non seruando illud, intendat illud eo ipso relaxare, & id verbis exprimat, dicendo verbi gratia, *Vbi non obseruo interdictum tunc intelligo illud relaxare*, tunc si ipse illud non obseruat, relaxatum est, ex Calder. trac. de interd. membr. 5. in fine, ibi, sed vbi proferens, & Syluest. verb. interdictum, 3. qu. 9 ver. primum. & Tabiena, verbo, interdictum, 3. nu. 8. §. septimo. Henriquez lib. 13. de exc. & interd. c. 50. § 4. & Alphonsus Vitualdus vbi supra, num. 295. Quicquid Hugolin. tab. 5. cap. 25. num. 2. contrarium sentiat, eo ductus argumento, quod interdictum verbis aliquibus id significantibus tollendum sit, quæ in casu proposito non adsunt, cum eo loquendi modo significat solum se illud tollere velle, non autem de facto tollere. Cuius opinio falsa est, & ratio friuola, siquidem cum censura hæc, sicut & aliæ vim suam habeant ad nutum, & voluntatem iudicis eam proferentis, arg. cap. veniens, 2. de testib. & cap. significasti. de eo qui duxit in Matrim. quã poll. & latius probat Couar. in c. alma mater. p. 2. § 2. num. 4. de sent. excom. lib. 6. Index hæc verba proferens satis exprimit intentionem suam esse, vt interdictum hoc nemine liget, dummodo ipse illud non seruet. Vnde censura hæc conditionalis esse videtur, & ligare eousque iudicatur, quousque qui eam tulit, ipsam obseruet, qua sublata conditione, & ipsa etiam censura interdicti cessabit. Addo tamen cum præfatis DD. quòd vbi proferens hoc non dixit, licet mente gereret illud relaxare, vbi ipsemet illud non seruauerit, nõ censetur sublatum interdictum, eo quod ipse illud non seruet; quia sicut verbo fertur, ita verbo tolli, & relaxari debet, arg. cap. 1. de reg. iur. Quod verum est, præterquam in Papa, qui legibus non subijcitur. ff. de legib. l. Princeps: Vn-
6 de sola mente reuocare potest. Ignorantes autem, quod esset reuocatum, quamuis violantes interdictum peccarent, irregularitatem tamen, & alias iuris pœnas non incurrerent, ex Calder. Syluest. Tabiena, & Henriquez, ubi supra.

7 Quintum est, Interdictum generale loci ad cautelã relaxari non põt. c. præsenti. & ibi gl. de sent. exc. lib. 6. & ibi Franc. & Gemin. qui alios refert, Innoc. in c. ad hæc, quoniam, nu. 7. de appel. Ang. uerbo, interdictum, 8. nu. 2. Summa Astensis, p. 2. lib. 7. tit. 16. ar. 6. Syluest. uerbo, interdictum, 3. q. 9. nu. 14. uers. tertium. Tabiena, uerb. interdictum, 3. nu. 3. § 2. Mar. Ant. Cucchius lib. 4. Instit. Iuris Canon. tit. 12. in fi. Nau. in c. cum contingat. de rescript. remedio 6. num. 2. Couar. in c. alma mater. p. 2. § 2. nu. 5. uer. præter hæc de sent. exc. lib. 6. Henriq. lib. 13. de exc. & interd. ca. 29. § 5. & c. 51. § 4. Hugol. de cẽsur. eccl. tab. 1. c. 21. § 1. nu. 9. in fi. Specia-
8 le autem interdictum loci ex communiori DD. sententia bene potest ad cautelam relaxari, sic Ioan. Monach. quem Ioan. Andr. Dominic. & Perus. cum communi sequuntur contra Archid. idem tenent Rota decis. 436. utrum interdictum, quæ in nouè impressis Rubrica est 9. de sentent. excommunic. Felin. in capit. Apostolicæ, num. 3. de except. Nicol. Miles, in Repertorio, in uero, inter-

interdictum. Calder. de eccle. interdicto, pag. 8. nu. 1b. 2. vers. sed quæro secundum Petrum. Anchar. Franc. & Gemin. in d. cap. præsenti, & Nauar. & Couar. locis proximè allatis, & Syluest. & Tabiena, in hanc sententiam potius inclinant, & Hugolin. vbi supra. Henriquez libro 13. capitul. 29. §. 5. in fine, ita obtinet vsus Curiæ Romanę, vt Felinus testatur, & etiam esse potest, quia capitul. præsenti, de senten. excommun. libro 6. loquitur de generali interdicto loci, quod scilicet ad cautelam relaxari non potest, secus ergo de speciali interdicto in aliquam ecclesiam, vel locum; præsertim, quia in speciali interdicto loci alia ratio est, quam in generali vt colligi potest ex his, quæ tradit glo. in d. ca. pit. præ-

9 senti, in verbo, declaramus. Hæc autem mihi magis probatur, quia in interdicto speciali loci periculum inesse potest, diuina enim ibi nulla ratione fieri possunt, vt habetur cap. is qui, §. fin. de senten. excommun. lib. 6. At verò in interdicto generali propositio, & diuina fieri possunt voce submissa, & Sacramenta magis necessaria administrari queunt, vt habetur in capit. alma mater. de senten. excommunic. lib. 6. & ideo speciale

10 ad cautelam relaxari potest, non generale. Quicquid autem sit de speciali quantum ad locum, certum est interdictum speciale personale ad cautelam relaxari posse: quia absoluto ad cautelam facta sit, vt persona participare possit Sacramentis, & diuinis officijs interesse, quę omnia specialiter interdicto denegantur, donec absoluatur sic DD. omnes vbi supra. Quod tamen Angelica, verbo, interdictum, 8, nu. 2. limitat, dummodo sic personaliter interdictum pęniteat, & relaxatio expediens sit, ex Syluest. cit. aliàs non: quia sic relaxatio causam daret peccandi, nisi foret in casu, sicut cum absoluitur inuitus ab excommunicatione, quando nimirum excommunicatio non pendet excommunicato, & nocet communicanti; tunc enim absolui potest inuitus, ex Panorm. in capitul. Apostolicæ. de ex-

11 cept. & Angelica, verbo, absolutio, 3. §. septimo. Et quod diximus de interdicto speciali personali, quod scilicet absolui possit ad cautelam, dicendum est de interdicto generali personali, scilicet, quando fertur in vniuersitatem, & collegium hominum, sic enim latum etiam ad cautelam relaxari potest, vt notant Gemin. Anchar. & Franc. in d. capit. præsenti, & Hugolin. vbi supra, etenim & in hoc periculum aliquod inesse potest, vbi homines interdicto subiecti sunt, vt dictum est, quibus Sacramenta denegantur, donec absoluantur, maximè, quando culpabiles sunt, vt superius diximus.

12 Sextum est, quando sententia interdicti improuidè lata est, sine difficultate relaxanda est, argum. ca. Grauenterimus, de offic. ordin. & cap. cum medicinalis, de sent. excommunic. lib. 6. Et si quis pro contumacia, vel alia causa interdictus sit, & offert se ad iustitiam de his, pro quibus interdictus est, Iudex qui eam tulit, ne in sententia decedat, absoluere cum poterit, etiamsi pars aduersa obstaculum appellationis, ne absolueretur interponat, recepta cautione, quod iuris parebit æquitati, arg. cap. qua fronte. de appell. ex Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. princ. §. quantum ad decimum nonum S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 5. post medium, Summa Confess. lib. 3. tit. 33. q. 169.

13 Septimum est, quando est interdictum generale, si principalis persona, vel principales personæ, propter quam, vel quas latum est interdictum, offerunt satisfactionem, illi admitti debent, & relaxari debet interdictum; si verò satisfactionem offerant aliæ personæ, quæ non sunt principales, sed dederunt fauorem, consilium, aut auxilium, tunc quidem acceptanda est satisfactio hæc, & iniungenda est pœnitentia, non tamen relaxandum est interdictum. Palud. 4. distin. 18. quæstio. 8. artic. 4. princip. §. quantum ad decimum nonum, S. Anton. 3. par. titul. 27. de interd. cap. 5. ante finem. Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 15. quæstio. 9. vers. quartum, & numero 19. quæstio. 13. & Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 5. §. quarto. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 50. §. 4. & Alphonsus Vualdus titul. de interdicto, numero 174. & numero 300. Ratio est, quia manet adhuc causa principalis ipsius interdicti.

Quoad Ministrum autem absolutionis, seu relaxationis interdicti hæc colliguntur ex DD.

14 Primò, Interdictum iuris, si non sit expresse reseruatum, relaxari potest ab ordinario ipsius interdicti, capitul. nuper. de senten. excommunic. vbi dicitur, *Hoc ipso quod conditor iuris sibi sententiam non reseruat, alijs eam relinquit*. & Archid. quem refert, ac sequitur Franc. in capitul. si ciuitas, in glos. 1. & Gemin. ibi, numero 11. de senten. excommun. lib. 6. Anchar. in clem. vnica, numero 12. vbi alios refert, de rebus eccles. non alien. Syluest. verbo, interdictum, 3. nume. 16. quæstio. 10. §. primum. Tabiena, verbo, interdictum, 3. num. 9. §. octauo. Armilla, verbo, interdictum, numer. 36. Sot. 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. et nclusi. 3. versic. quin verò. Angel. verbo, interdictum 8. in princip. Summa Astensis. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. in princip. Marcus Antonius Cucchius lib. 4. Institu. iuris Canon. titulo 12. Alphons. Vualdi. tit. de interdicto, numero 298. Toletus lib. 1. cap. 22. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 51. §. 3. Hugolin. tabul. 5. capit. 4. Excipitur tamen vbi ad tempus certum latum sit, quia tunc ante illud absoluere non potest ordinarius, ex Syluest. & Hugolin. cit. &

15 facit glos. in cap. cupientes. in verbo, suspensos, §. ceterum. de elect. libro 6. Dixi, *Quando nulli est reseruatum*, quando enim reseruatur, non nisi per eum, cui reseruatur, relaxari potest, aut per eum, cui mandauerit, vt ex d. cap. nuper colligi potest.

16 Secundò, quando interdictum iuris est reseruatum Sedi Apostolicæ, vel alteri, de iure quidem antiquo a nullo prorsus absolui poterat in quocunque casu, nisi in articulo mortis; iure tamen nouo Concilij Tridentini Sess. 24. de reform. capit. 6. relaxari potest per Episcopum, aut eius Vicarium ad id specialiter deputatum, quoties crimen occultum est, & ad forum contentiosum non deductum, quod intelligitur in foro conscientiæ, vt potest in omni suspensione occulta etiam reseruata, quamuis Concilium hoc non ita exprimat de interdicto, vt docet Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. c. 51. §. 3.

17 Tertiò, quando in eodem canone fertur excommunicatio contra singulares personas, & interdictum contra vniuersitates propter idem delictum, si excommunicatio reseruata sit, nulla tamen facta mentione interdicti, non censetur reseruatum interdictum consequens, & annexum, vnde ab ordinario tolli, & relaxari potest interdictum, quamuis sibi Papa absolutionem excommunicationis reseruauerit. Sic glo. in clement. 1. §. verum, in verbo, excommunicationis, de hæret. Philip. Franc. in cap. si ciuitas, & Gemin. ibi, nume. 13. de sent. excommunic. libro 6. & Ioann. Andr. quem referunt Franc. & Gemin. & alij, & Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 9. §. octauo. Toletus libro 1. capit. 22. & Hugolin. tab. 5. capit. 4. nume. 2. Quicquid Archid. quem refert, ac sequitur Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 16. quæst. 10. in hoc casu velint consequenter etiam reseruatum esse interdictum, ea ratione moti, quia quoties vitium nascitur ex vna, eademque

18 radice, consequens est, vt eadem lege tollatur, C. de nupt. l. si libertam. Sed contraria opinio, vt communior est, ita etiam & verior: quia lex disponens de duobus & vnum reseruans alterum non illud alterum liberum relinquere videtur, arg. cap. nuper. de sent. excommunic. Et quia in pœnis nullo modo facienda est ampliatio.

tio. Vnde ordinatius eius, qui interdicto subiectus est, interdictum tollere potest.

19 Quartò, Interdictum hominis solùm potest, & debet relaxari ab eo, à quo latum est, & non ab alio; & quamuis superiore ipsius tolli queat, non tamen debet nisi præuia satisfactione, & de consensu eius, qui illud tulit, capit. cum ab Ecclesiarum. de offic. ordinar. Archid. quem refert, ac sequitur Franc. in capit. si ciuitas, vers. in glos. 1. de sentent. excommunicat. lib. 6. Ancha. in clemen. vnica, numero 12. de rebus eccles. non alien. Summa Confessorum libro 3. titul. 33. quæst. 269. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titulo 16. articulo 9. Angelica, verbo, interdictum, 8. in princip. Syluest. verbo, interdictum, 3. numero 16. quæst. 10. Tabiena, verbo, interdictum, 3. numero 9. §. octauo. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 5. post medium. Sotus 4. d. 22. quæst. 3. artic. 1. conclus. 3. vers. Atqui illud. Hugolin. tab. 5. capit. 2. Marc. Anton. Cucchius libro 4. Institut. iuris Canon. tit. 12. Alphonsus Viualdus tit. de interdicto, numero 297. Immo neque Archiepiscopus relaxare valet interdictum a suis suffraganeis latum, nisi vbi illi ex præscripta consuetudine competit. capit. Romana. de senten. excommunic. libro 6. & facit cap. venerabilibus, eod. tit. & lib. iuncta glo. ibi, & est communis DD. sententia, Tabiena, verbo, interdictum, 3. §. quinto. Syluest. eit. q. 11.

20

21 Quintò, Si inferior aliquem indebitè interdixerit nō seruata forma cap. cum medicinalis, de sentent. excommunic. lib. 6. tunc iudex superior, ad quem recurritur, non solum potest, sed etiam debet statim relaxare interdictum, nec tenetur vllo modo deferre interdicenti, vt habetur expressè in d. c. cum medicinalis.

22 Sextò, mihi omnino verum videtur, quod habet Henriquez libro 13. de excommunic. & interdicto, cap. 51. §. 3. Quod licet parochus ex tacita commissione absoluere possit ab excommunicatione iuris, aut generali hominis, si non reseruetur, ab interdicto tamen, & suspensione eidem absoluere non conceditur, quicquid aliqui contrarium affirment posse, sicut ab excommunicatione, ita etiam ab istis censuris. Ratio discriminis est: quia ideo conceditur facultas absoluendi ab excommunicatione, eo quod absolutio eius ad receptionem Sacramenti omnino prærequiritur, absolutio verò suspensionis, & interdicti non est necessaria ante absolutionem a peccatis. Per Bullam autem cruciatæ conceditur confessario electo priuilegium absoluendi ab interdicto personali, & alijs censuris, vt Henriquez vbi supra testatur.

23 Septimò, in articulo mortis absolui, & relaxari potest quodlibet interdictum personale, præsertim verò speciale, seu particulare per quemcunque Sacerdotem; quia hæc est ecclesiæ pietas, vt nullum omnino delictum, nullam censuram voluerit in articulo mortis non posse absolui, vt colligitur ex Concil. Trident. sess. 14. de Sacramen. pœnit. cap. 7. Nauar. in Man. cap. 26. nu. 26. & cap. 27. nu. 272. Henriquez lib. 13. de excommu. & interd. c. 51. §. 3.

24 Octauò interdictus ab ingressu ecclesiæ, si in articulo mortis ipsum pœniteat, in loco sacro sepeliri potest, ca. is, cui. de senten. excommun. libro 6. Et quia ibi non requiritur confessio, vel absolutio, sed solum pœnitentia, pœnitere autem dicitur, qui dat signa pœnitudinis in illo articulo, ideo, qui solum signa dederit pœnitentiæ puto sic sepeliri posse.

25 Nonò, quamuis nominatim interdictus, & mortuus in suo interdicto in loco sacro sepeliri non possit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt habetur in clemen. 1. de sepult. Si tamen signa pœnitentiæ dederit, ab interdicto post mortem absolui potest, & postea in loco sacro sepeliri: id quod colligi potest ex regula quadam Panorm. in capit. a nobis. 2. numero 8. de sentent. excommunicat. vbi ait, *omnia quæ principaliter pertinent ad corpus, posse post mortem applicari ipsi defuncto*; Sed sepultura, & consequenter relaxatio interdicti ad effectum sepulturæ principaliter pertinet ad corpus, cum ex signis pœnitentiæ datis in morte præsumamus quantum ad animam, sic interdictum absolutum à Deo: potest igitur post mortem absolui vt sepeliatur. Hæc tamen absolutio post mortem non nisi ab eo fieri potest, ad quem de iure in vita absoluere pertinebat, vt in d. c. a nobis, 2. habetur.

26 Decimò ante absolutionem, aut relaxationem interdicti præcedere debet satisfactio partis, vnde relaxans interdictum vocare debet partes, vt eas componat, vbi id opus erit. Et præmittenda erit nonnunquam ante absolutionem cautio iuratoria, idest, iuramentum de stando mandatis ecclesiæ, vel saltem cautio ad eum modum, quo in fine tract. de absolutione suspensionis latius expositum est, ex Alphonso Viualdo tit. de interdicto, num. 146. & alijs. Et hæc de interdicto sufficiant.

De violatione Ecclesiæ, & quibus casibus fiat. Cap. XVI.

S V M M A.

1 *Violatio, seu pollutio Ecclesiæ, qua in re similit fit interdicto loci.*
2 *Violatur Ecclesia per effusionem iniuriosam sanguinis humani intra Ecclesiam.*
3 *Effusionis vox, abundantiam significat.*
4 *Effusio sanguinis humani vt polluat Ecclesiam, peccatum mortale esse debet.*
5 *Vulnus sine sanguinis effusione in Ecclesia inflictum ecclesiam non polluit, nisi &c.*
6 *Effusio sanguinis aliorum animalium præter hominum violationem ecclesiæ non inducit.*
7 *Occisio ante ecclesiam facta, etiam si occisus postea in ecclesiam delatus sit, ecclesiam non polluit.*
8 *Effusio sanguinis desuper in tecto, aut infra sub specu, aut loco subterraneo ecclesiæ illam non polluit.*
9 *Ecclesiæ nomine tam non consecrata, quam consecrata ecclesia intelligitur.*
10 *Effusio sanguinis, vt celebrationem in ecclesia impediat publica esse debet.*
11 *Effusio sanguinis, aut seminis facta abhinc multis diebus, quomodo hodie, & non antea celebrationem officiorum diuinorum impedire possit.*
12 *Homicidium voluntarium mortale intra ecclesiam factum ecclesiam polluit.*
13 *Homicidium casuale ecclesiam non violat.*
14 *Effusio sanguinis ob fidem Catholicam occisi, aut vulnerati in ecclesia, eam polluit.*
15 *Percussio mortalis in ecclesia facta, licet extra eam moriatur, ecclesiam polluit.*
16 *Sententia mortis contra aliquem in ecclesia lata eam non polluit, dummodo mortis executio extra illam fiat.*
17 *Seminis humani effusio illicita intra ecclesiam illam polluit.*
18 *Seminis aliorum animalium præterquam hominis effusio ecclesiam non polluit.*
19 *Matrimonialis coitus in ecclesia ecclesiam polluere censetur.*

20 Mol-

20 *Mollities, & sodomia intra ecclesiam commissa illam polluit.*

21 *Pollutio voluntaria indirectè in somno ecclesiam non violat.*

22 *Excommunicatus denunciatus intra ecclesiam sepultus ecclesiam polluit.*

23 *Infidelis intra ecclesiam sepultus ecclesiam polluit.*

24 *Cathecumenus ante baptismum in ecclesia sepultus, ecclesiam polluere non censetur.*

25 *Filius fidelium ante baptismum mortuus, in loco sacro an sepeliendus sit.*

26 *Filius infidelium in ecclesia sepultus ecclesiam polluit.*

27 *Ecclesia per Episcopum publicè excommunicatum consecrata polluta censetur.*

28 *Polluta ecclesia, pollutum est Cœmiterium contiguum, sed non è contra.*

29 *Missam in ecclesia polluta celebrans, quamuis mortaliter peccet, irregularis tamen non est.*

30 *Festis, in quibus suspenditur de iure interdictum loci, in ecclesia polluta celebrare non licet.*

31 *Ecclesia consecrata polluta à quo, & qualiter reconciliauda.*

32 *Ecclesia solùm benedicta, & polluta à quo, & qualiter reconciliari debeat.*

33 *Ecclesia an consecrata, vel benedicta sit, quomodo cognosci poterit.*

1 QVoniam pollutio, seu violatio ecclesiæ similis est interdicto loci in hoc, quod in ecclesia benedicta prohibentur celebrari Missæ, & alia officia diuina sub peccato mortali, si illius violatio publica sit, ideo breuiter casus illos ponere oportet, quibus ecclesia violatur, qui casus à iure feruntur, cum ab homine nunquam imponi soleant.

2 Primus est, quando effunditur iniuriosè sanguis hominis viuentis intra ecclesiam. cap. ecclesijs. dist. 68. & cap. ecclesijs, de consecr. distin. 1. & cap. proposuisti, de consecr. eccles. vel altar. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. in art. 1. princip. §. quantum ad quartum. conclus. 1. Host. in Summa lib. 1. tit. de consecr. eccles. vel altar. nume. 5. §. Etan sit iteranda. Summa Confess. lib. 3. titul. 24. quæst. 150. Summa Astensis par. 2. lib. 6. titul. 29. art. 4. S. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 6. §. de violatione ecclesiarum. Angelica, verbo, consecratio ecclesiæ, nume. 4. Pisanella, verbo, consecratio, 2. Syluest. verbo, consecratio, 2. quæst. 5. vers. secundus casus. Tabiena verbo, consecratio, 2. num. 4. §. tertio. Ioan. Bachon. 4. distin. 10. q. 2. artic. 5. Sotus 4. distin. 13. quæst. 2. artic. 3. circa medium. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tractat. de irregul. in fine. Nauar. in Manuali, cap. 27. numer. 256. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 27. §. 5. Alphonsus Viualdus titulo de interdicto, numero 54. Summa Corona, titulo eodem, numero 6. Iacobus de Graffijs, libro secundo. decis. cap. 48. numero 12. & numero 22. Cusmus Philiarchus de officio Sacerdotis par. 1. lib. 4. cap. 4. & Thomas Zerula in Praxi Episcopali, par. 1. in verbo, pollutio ecclesiæ. Franciscus Victoria, in Summa, numero 99. Sebast. Medices, par. 2. tit. 9. quæstio. 10. & alijs, Toletus lib. 5. instruct. Sacerd. cap. 8. In eo quod dicitur quod sit Effusio denotatur, quod debet esse in abundantia: effusio, enim hoc loco abundantiam significat, ex Toleto, & alijs. vbi supra, & Panorm. in cap. proposuisti. de consecrat. eccles. & glo. in cap. cum illorum, in verbo effusionem sanguinis, de sentent. excommunicat. quicquid Alphonsus à Castro, libro 5. cap. 7. coroll. 2. de potest. leg. pœnal. velit ex quauis modicà effusione sanguinis ecclesiam pollui, nisi forte vna, aut altera tantum gutta effunderetur, tunc enim neque secundum illum ecclesia polluetur. Ex modica igitur sanguinis effusione non polluitur ecclesia, nec reconciliatione indiget, vt DD. præfati testantur. Imò si quis fortè cum aliquo in ecclesia contendens, pugno eum percusserit in naribus, & flueret sanguis (vt contingere solet in rixis puerorum) etiam in magna quantitate, non polluitur ecclesia, vt Victoria, Sotus, & Iacobus de Graffijs vbi suprà, numero 15. Thomas Zerula vbi supra citans etiam Panorm. in ca. proposuisti. num. 3. de consecrat. eccles. vel altar. & Ioan. Siluan. tract. de beneficijs. par. 1. quæst. 6. numero 128. testantur.

4 Debet etiam hæc effusio esse *Iniuriosa, seu iniuriosè fieri*, ita vt sit mortalis culpa: quia non sufficit naturalis effusio sanguinis a naribus, aut ex ore, aut ob aliquem euentum fortuitum, puta ob casum, aut lapsum lapidis aut tegulæ per se de ecclesia cadentis, etiamsi eum occideret: Sed nec illa, quæ propter iustam defensionem fuit: nec, quæ loco, & recreatione, subintellige, iusta & licita facta est. Quæ tamen, vt rectè Martin. Ledesm. & Nauar. vbi supra dicunt in ecclesia rarò fieri potest nisi fortè ad pia repræsentanda, argum. capit. cum decorem, de vita, & hon. Cler. & capit. decet. de immunit. eccles. libro 6. Neque ex Alphonso Castro. libro 1. capitulo 7. de potest. leg. pen. si chirurgus, dum vulnus curat in ecclesia, aut venam incidit, effundat sanguinem inculpatè. Neque sufficit effusio sanguinis facta per furiosum, aut amentem, ebrium, aut infantem vsu rationis carentem. Secus tamen, si quis seipsum vulneraret, dummodò sanæ mentis esset, ex Gemin. in cap. vnico, de consecr. eccles. lib. 6. quem refert, ac sequitur Syluest. vbi suprà.

5 Deberet etiam *effundi sanguis*. quia, vt notant Syluest. Ledesm. Nauar. Viuald numero 57. Iacobus de Graff. numero 24. vbi suprà, & fauet Panor. in d. capit. proposuisti, non sufficit vulnus sine sanguinis effusione, etiamsi terat carnes, & confringat ossa. & facit glo. in capit. vnico. & in cap. final. eod. titul. in antiq. fit mentio de sanguinis effusione, & hoc tenet Ioann. Bachon. vbi suprà. Id quod intelligendum est, vt verum sit, eo modo, quo inferius numero 8. dicemus, scilicet, nisi postea opus fuerit vulnus illud ferro aperire; tunc enim si occasione illius sanguinis in abundantia exiret, ecclesia polluta erit.

6 Effundi debet sanguis hominis, quandoquidem effusio sanguinis aliorum animalium non inducit violationem ecclesiæ, ex Ledesm. Viualdo nume. 58. & Nauar. citato post glo. in ca. vnico, in verbo, Sanguinis, de consecr. eccles. lib. 6.

7 Debet etiam effusio hæc sanguinis esse *hominis viuentis*. Vnde, si quis ante ecclesiam occisus, mox intra ecclesiam inferatur, occisor verò, aut alius mortuum esse non credens, corpori adhuc calido plagam infligat, ex qua sanguis fluit, non polluitur ecclesia, vt colligi potest ex Henriquez vbi suprà, quicquid contrarium putet Bachon. cit.

8 Præterea. Effusio hæc sanguinis fieri debet *intra Ecclesiam*. Non enim sufficit, si extra ecclesiam fiat, etiam desuper in tecto, aut infra sub specu, aut loco subterraneo, ex glo. in d. cap. vnico, lib. 6. Vndè si quis alibi extra Ecclesiam vulneratus ad ecclesiam confugiens illic multum sanguinis effunderet, non pollueretur ecclesia. E contrà verò, si quis intra ecclesiam vulneratus, antequam ad terram sanguis decurreret, vt puta quia in scutella colligitur, exiret, nihilominus, quia intra ecclesiam effusionis sanguinis causa facta est, polluitur ecclesia, & reconciliatione indiget. glo. in d. cap. vnico, in verbo, sanguinis, de consecrat. eccles. libro 6. Palud. Bachon. Syluest. Summa Confessorum. cit. quæst.

quæstio.151.Iacobus de Graff.numero 23. Viuald. numero 63. & 64. Cosmus Philiarchus vbi supra. Toletus libro 5. cap. 8. vbi supra. Sic enim si quis percusserit aliquem in ecclesia, causando tumorem, vnde postea opus sit, vt aperiatur ferro, ecclesia est polluta, quia percussio iniuriosa facta fuit in ecclesia, non enim est de essentia pollutionis ecclesiæ, vt sanguis in ea exeat, sed satis est, quod facta sit talis percussio in ea, & quod postea exinde exeat sanguis in quantitate; secus verò, si quis verberaret aliquem in ecclesia causando liuorem, tunc enim ecclesia polluta non erit, ex Thoma Zerula in parte prima suæ Praxis Episcopalis, in verbo, pollutio ecclesiæ, citans etiam Afflictum, in constitut. Si quis aliquem. rubric. 12. numero 3. versicul. secundo quæro, vt superius numero 5. dictum est. ecclesiæ autem nomine hic intelligitur ecclesia tam consecrata, quam non consecrata, argumen. capit. final. de consecrat. eccles. & ibi glo. in verbo, non consecrata, Ledesm. Nauar. cit. Alphonsus Viuald. numero 56. & Sebast. Medices, part. 2. Summæ, titul. 9. quæstione. 10. quamuis quoad recōciliationem magna sit differentia, quia consecratam ecclesiam reconciliare debet Episcopus cum aqua à se, vel ab alio Episcopo benedicta; non consecratam vero potest solus Sacerdos cum aqua benedicta à se reconciliare, cap. aqua, de consecrat. eccles. & glo. in cap. fi. in verbo, lauetur, de consecr. eccles. vel altar.

10 Quibus omnibus addo, quod ad hoc, vt talis effusio sanguinis impediat celebrationem in ecclesia, debet esse publica talis violatio, si enim sit occulta, nec opus est Missas, & diuina officia suspendere, neque ecclesiam reconciliare, glo. in cap. vnico, in verbo, pollui, de consecratio. eccles. libro 6. Hostiens. in summa, vbi suprà, Ioann. Bachon. 4. distinct. 10. quæstio. 2. artic. 3. in fine, Richar. 5. distinct. 13. quæst. 1. artic. 4. Summa Astensis vbi supra, artic. 1. in princip. Syluest. verbo, consecratio, 2. quæstio. 5. versic. tertius. Tabiena, verbo, consecratio. 1. numero 4. §. tertio. Alphonsus à Castro libro 1. de potest. leg. pœnal. cap. 15. conclu. 3. in fine, Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 256. Sotus 4. distin. 13. quæst 10. 2. artic. 3. vers. & est hic notandum Henriquez libro 9. de Miss. cap. 27. §. quintus. Cosmus Philiarcus & Thomas Zerula vbi supra, & Iacobus de Graff. numero 11. Toletus libro 5. Instruct. Sacerd. ca. 8. Ioan. Andr. quem refert Syluest. vbi suprà, & colligitur ex cap. significasti, in verbo, publicæ, de adulterijs. Fiunt autem hæc publica confessione eorum, qui fecerunt, vel ex facti euidentia. Et hoc intelligo verum non solum in effusione sanguinis, aut seminis, sed etiam in alijs casibus sequentibus quibus polluitur ecclesia, quod patet ex ratione Ioann. Andreæ, quia, inquit, Ecclesia non iudicat de occultis. Vnde, si Sacerdos scit per confessionem ecclesiam esse pollutam sanguinis, aut seminis effusione, potest ibi celebrare, argum. cap. cum non ab homine, de sentent. excommunicat. Palud. vbi suprà, conclu. 3. quicquid Hostien. in Summa, libro 5. tit. de pœnit. & remiss. numero 53. §. in quo tenetur, in fine. Et Summa Astensis. part. 2. lib. 6. tit. 29. artic. 3. in princip. & Summa Confess. lib. 3. tit. 24. quæst. 154. velint tutius esse, vt hoc reuelet Episcopo in genere dicens, talis ecclesia eget reconciliari, quorum opinio nulla ratione sequenda est.

11 Addi potest ex Panorm. in capit. significasti. numero 2. de adult. & Nauar. vbi suprà, numero 156. in fine; & Sebast. Medic. vbi suprà, quæstio. 12. contingere posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta adhinc decem diebus, hodie incipiat impedire Missarum, & diuinorum celebrationem, & non ante, vt si ipsi qui fecerunt, nunc delictum manifestent, aut si facta sit, tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibus, tam verò publicantibus, ita vt fama gignatur; sic enim licet nunc ex tunc, ex nunc tamen impediet. Vnde quod Thomas Zerula Episcopus Minorensis in sua Praxi Episcopali par. 1. in verbo, Pollutio Ecclesiæ, notab. 5. affirmat ex Alphonso de Castro, libro 2. de lege pœnali, cap. vltimo, in fine, scilicet, si aliquid horum, quibus polluitur ecclesia, interuenerit hodiè, & ignoratur, & post octo dies veuerit ad notitiam, si interim ibi fuerit celebratum, non opus est reconciliatione, quia vnica sola celebratione dicitur Ecclesia reconciliata; sed hoc nec in praxi tutum, & contra communem DD. consensum, & omninò falsum est.

12 Secundus est per homicidium mortale intra ecclesiam perpetratum; sic Paludan. Host. Summa Astens. Ioann. Bachon. Nauar. Ledesm. Sotus, Henriquez vbi supra in casu 1. & Syluest. cit. quæstio. 5. versic. primus. Tabiena, cit. §. quartus. Angelica, cit. numero 4. ver. secundus. Viuald. Iacobus de Graff. Philiarchus, Zerula, Corona Confess. Victoria, vbi suprà. Quod intelligitur, etiamsi sanguis non effundatur, vt puta, si ibi suffocaretur, aut ibi vulneratus ad mortem exiret, antequam sanguis emanaret, aut si occideretur cum tersorio ad collum: aut si potestas ibi hominem suspendat, nullo sanguine fuso. ex glo. in capitul. vnico, in verbo, sanguinis, de consecrat. eccles. lib. 6. Palud. Bachon.

13 Syluest. Tabiena. Viuald. num. 64. & 66. Cosmus Philiarchus, Iac. de Graff. num. 23. vbi suprà. Dixi, Homicidium mortale. Non enim polluitur per homicidium casuale, puta, cum lapis casu de superioribus cadens ibi hominem vulneret, aut occidat, aut si quis fulmine percussus ibi moreretur. Neque sufficit, si quis furiosus in amentia seipsum, aut alium ibi interficiat, quia non est homicidium mortale, vbi deest voluntas, ar. Clem. si furiosus. de homicid. secus tamen, si quis suæ mentis compos seipsum, vel alium in ecclesia animo irato occidat, si sit publicum.

14 Neque violatur, cum quis se defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, alium occidit, ex Angel. Syluest. & Tabiena. Victor. numero 99. Viual. numero 62. Summa Corona num. 6. vbi suprà. Item, cum quis sanctus ob fidem Catholicam in ecclesia occiditur, quicquid Summa Confess. lib. 3. tit. 24. quæst. 153. Panorm. vbi supra, & aliqui alij velint ecclesiam non pollui quasi ecclesia talium sanguine, & morte consecretur potius, quam violetur, verius tamen est pollui, ex glo. in cap. vnico, in verbo, Sanguinis, de consecr. eccles. lib. 6. Ioan. Andr. Summa Asten. Palud. Angel. Syluest. Tabiena, Nauar. Viuald. nume. 65. & Iacob. de Graff. numero 24. vbi supra, quia licet passiua effusione sanguinis illius honoretur & sanctificetur ecclesia, capitul. quamuis, distin. 21. ex iniqua tamen, & actiua effusione polluitur, & magis iniuriatur, secundum illud, *Actio displicuit, passio grata fuit*, & ideo ecclesia reconcilianda est, non tamen lauandus est locus, vbi sanguis effusus est, vt glo. Angel. Syluest. & Tabiena notant, Dixi *intra Ecclesiam perpetratum*. Quæ particula intelligenda est, sicut in primo casu; vnde si quis in Ecclesiæ lethaliter percutiatur, & extra Ecclesiam moriatur, Ecclesia violatur, quia verè in Ecclesia factum est homicidium, secus tamen si extra Ecclesiam percussus sit, & postea ad ecclesiam fugiens multum sanguinis effundat, ibique moriatur, quia non est factum homicidium in ecclesia. Similiter si quis suprà tectum ecclesiæ occidatur, aut sub ecclesia, non violatur ecclesia, quia verè non est factum homicidium intra ecclesiam, sed extra, ex Summa Astensi vbi suprà, artic. 3. quæst. 2. & 3. Ioan. Bachono, quæstio. 2. artic. 3. Angel. cit. num. 5. Syluest. cit. Tabiena, vbi suprà, §. quinto, & glos. in d. capit. vnico, in verbo, sanguinis, de consecrat. Eccles. Quod si quis extra ecclesiam existens cum sagitta percuteret existentem in ecclesia, & moriatur intra, vel extra Ecclesiam, polluitur ecclesia,

clesia, eo quod in Ecclesia facta est percussio iniuriosa.
ex Tabiena, cit. §. sexto, si vero feratur sententia mor-
16 tis contra aliquem in Ecclesia, non violatur Ecclesia.
si executio mortis extra illam fiat, vt docet Nauar. in
Manuali capitulo vigesimoseptimo, num. 256. cum Le
desm. vbi supra. Eadtens autem in Ecclesia, si hominė
extra Ecclesiam positum occidat, non exinde polluitur
Ecclesia, ex Ledesm. cit. Nauar. numero 256. versic. aut
mortis. Viualdo, nu. 67. Et quod in superiori casu de pol
lutione publica diximus, in hoc etiam casu intelligen-
dum est, sicut in casibus sequentibus.

17 Tertius est, Quando semen humanum illicite effun-
ditur in ecclesia, capitulo ecclesijs, dist. 68. & capitulo
ecclesijs, de consecr. dist. 1. Palud. 4. d. 18. qu. 8. artic. 1.
princip. §. quantum, concl. 2. Host. in Summa lib. 3. ti-
tulo de consecr. Eccles. §. & an sit iteranda, numero 6.
vers. si vero ita. Summa Confessorum lib. 3. tit. 24. qu.
150. & quæst. 154. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 29.
artic. 3. in princip. Ioan. Bachon. 4. d. 10. q. 2. artic. 3. S.
Anton. 3. part. titul. 12. capit. 6. Angelica, verbo, conse-
cratio ecclesiæ num. 6. ver. sextus. Syluest. verbo, con-
secratio, 2. q. 5. §. tertius. Tabiena, verbo, consecratio,
2. num. 8. §. septimo. Martin. Ledes. 2. 4. quæst. 26. artic.
2. tract. de irregul. in fine. Sotus 4. d. 13. quæst. 2. art. 3.
Nauar. in Manuali cap. 27. num. 257. Henriquez, lib.
9. de Missa, cap. 27. §. 5. Alphonsus Viualdus tit. de in-
terdicto. nume. 68 Franciscus de Victoria, in Summa,
num. 99. Summa Corona tit. de iuterdicto, num. 6. Iaco
bus de Grafhjs, libro secundo decis. capitulo quadrage
simo octauo numero 26. Cosmus Philiarchus lib. 4. de
officio Sacerd. par. 1. capit 4. Marcus Antonius Cuc-
chius, lib. 2. Institut. iuris Canonici, tit. 13. Thomas Ze
rula Episcopus Minorensis, in par. 1. suæ Praxis Episco
palis, in verbo: pollutio Ecclesiæ, & habetur etiam in c.
fina. de consecra. Eccles. vel altar. & capit. significasti,
18 de adult. Dixi (Semen humanum) ad excludendum se-
men aliorum animalium, & ad includendum vtrum-
que sexum, tam viri, quam mulieris, Clerici, aut laici;
fidelis, aut infidelis; item, siue sit per adulterium, siue
per simplicem fornicationem, ex gloss. in d. capi. Eccle-
sijs, in verbo, semine, dist. 68. & in capi. ecclesiis, in ver-
bo, semine, de consec. distinct. 1. & gloss. in cap. vnico,
in verbo seminis, de consecrat. eccles. lib. 6. & DD. vbi
supra.

19 Immo etiam polluitur ecclesia per coitum matrimo-
nialem, scilicet, si vir cognoscat vxorem in ecclesia, ex
communiori DD. sententia, sic Palud. Syluest. Ange-
lic. Tabiena, Toletus, Nauarr. Summa Confess. quæst.
154. Summa Corona, Alphons. Viuald. nume. 72. Co-
smus Philiarchus, & Iac. de Graff. num. 26. & Summa
Pisan. verbo, consecratio, 2. §. 8. Henriquez & Sebast.
Medic. post Ioan. Andr. & gloss. in d. cap. ecclesijs, de
consecr. dist. 1. & in capit. vnico, in verbo, seminis, de
consecrat. Eccles. libro sexto, quamuis Archid. Hugo,
Alexand. de Ales part. 2. quæstio. 147. memb. 2. & alij,
quos refert gloss. in d. capit. vnico, contrarium putent
non pollui actu matrimoniali, & Ioan. Bachon. incli-
nat, & dubitat Sotus vbi supra. Quorum DD. opinio-
nes inter se conciliari possunt, si dicamus actum, seu coi
tum matrimonialem publicum, qui est illicitus, & sacri
legus, & contra reuerentiam loci sacri, polluere; illum
vero, qui in casu necessitatis fit, & qui licitus est, & ir-
reuerentiam tollit, non polluere, vt si coniuges longo tē
pore in loco sacro obsideantur, & illicita seminis emissio-
ne sibi timent de incontinētia, petendo, & reddendo de
bitum in ecclesia, crederem non violari ecclesiam, vt
expresse Syluest. & Henriquez, Rich. 4. d. 32. articulo
tertio; quæstio. 1. & Alphons. a Castro lib. 1. de potesta
te legis pœnalis, capitulo septimo fatentur, quamuis in
hoc etiam casu Paludan. illam putat pollui. Ratio
Syluestri: est quia si non violat effusio sanguinis facta
ad conseruationem vitæ corporalis, secundum Innoc.
& alios, quare violabit effusio seminis ad conseruan-
dam vitam spiritualem, maxime, quando non fuit pu-
20 blicus iste coniugum congressus. Item polluitur per
quamcunque seminis emissionem illicitam, vt per mol
litiem secum, aut per vitium sodomiticū cum alia per-
21 sona, siue vir sit, siue femina. Pollutio tamen in som-
nis etiam voluntaria indirecte in causa mortalis non
violat, secundum omnes, gloss. in d. capit. Ecclesijs, in
verbo, semine de consecr. distinct. 1. Palud. Asteosem,
Syluest. Tabienam, Nauar. Alphonsu a Castro, Ioan.
Bachon. Henriquez, & alios, contra Angelicam, vbi
supra, qui falso vult etiam nocturna pollutione in som-
nis pollui, talis enim emissio non habet annexam secum
aliquam loci irreuerentiam. Addunt aliqui, vt Asten-
sis, & Syluest. quod debet esse effusio magna, quia
propter modicam humectationem non polluitur Ec-
clesia; sed iudicio meo magis consideranda est volun-
taria effusio seminis, quam quantitas ipsius; præter-
quam quod modica humectatio non dicitur effusio se-
minis, quam tamen requirunt capit. Ecclesijs, distinct.
sexagesima octaua & capit. Ecclesijs, de consecr. dist.
1. & capit. fina. de consecr. Eccles. effusio enim abun-
dantiam significat, vt diximus, vt autem talis effusio,
seu emissio seminis Ecclesiam polluat, debet esse publi-
ca, occulta enim nō violat, vt DD. omnes superius alla-
ti testantur.

22 Quartus est, quando in ea sepelitur aliquis excommu
nicatus denunciatus, cap. consuluisti, de consecr. Eccles.
Hostiensis vbi supra, numero 7. Palud. conclus. sexta.
Summa Confess. libro tertio titu. 24. quæst. 150. Asten-
sis d. tit 3. q. 3. Angelica, verbo, consecratio, 2. num. 6.
Syluest. consecratio, 2. quæst. 5. vers. quartus, Tabiena,
verbo, cōsecratio, 2. §. septimo, in fine, S. Anton. 3. part.
tit. 12. capitulo 6. §. de violatione Ecclesiarum. Mar-
tin. Ledesm. & Nauar. Henriquez locis proxime alla-
tis. Viuald. num. 73. Fran. Vict. numero nonagesimo-
nono. Cosmus Philiarchus, Thomas Zerula, Iacob. de
Graff. numero trigesimoprimo Sebast. Medices, vbi su
pra, qu. 10. Toletus libro quinto capitulo octauo. Dixi
(excommunicatus denunciatus) secus enim si denuncia
tus non esset. Immo vt notat Palud. quamuis is, cui est
interdictus ingressus Ecclesiæ, si moriatur hoc interdi-
cto durante, non debet in Ecclesia, vel Cæmiterio sepe-
liri, nisi ipsum pœnituerit: non tamen ibi sepultus facit
locum pollutum, cum non sit excommunicatus. Et sic
intellige capit. is, cui, §. 1. de sentent. excommunic. lib.
6. Item interdictus simpliciter, si sepeliatur in loco sa-
cro, non propterea censetur locus ille pollutus, cum
hoc non sit iure expressum, & pœnæ potius restringen-
dæ sint, quam ampliandæ, capitulo odia, de reg. iur. li-
bro sexto.

23 Quintus est, quando aliquis infidelis in Eccle-
sia sepelitur, vt habetur in capitulo Ecclesiam, 1. & 2.
de consecr. distinct. prima Hostien. Angel. Syluest. Na
uar. Ledesm. Alphon. Viuald. numero septuagesimo-
quarto, Cosmus Philiarchus, Thomas Zerula, & An-
toni. Cucchius, Toletus, & Henriquez locis allatis,
Palud. vbi supra, conclus. quinta Et in hoc casu quinto,
sicut in quarto, si Ecclesia erat consecrata, reconcilian-
da est; & prædictorum corpora proijcienda, si discer-
ni possint ab alijs, alioquin si discerni non possunt com-
mode, melius est ipsa relinqui vna cum ossibus fide-
lium, quam ossa ipsorum fidelium vna cum infidelium
ossibus exhumari. Ratio est: quia infideles, dum
viuunt, ab Ecclesia eijciendi sunt, ergo & mortui,
quia quibus non communicamus viuis, nec mortuis,
Non sunt tamen radendi parietes & signa vt notant
Panorm. & Syluest. vbi supra, quia per abrasionem
parietum violaretur consecratio, & non esset recon-
ciliãda solum, sed etiam reconsecranda. Illud ve-

to cap. ecclesiam. 2. de consecrat. distinct. 1. loquitur de ecclesia nondum consecrata, quo casu radendi essent parietes, &; sic intelligendi sunt Astensis, Ioan. Andr. Ledesm. & Nauar. Viuald. Cosmus Philiarchus, Antonius Cucchius, & alij, vbi supra. Sin autem Catbecumenus in ecclesia, vel in Cæmiterio ante Baptismum
24 sepeliatur, licet fieri non debeat, non tamen polluitur ecclesia, aut cæmiterium, quoniam non reputatur quoad hoc infidelis, sed creditur habuisse baptismum flaminis, sicut nec de illo; qui in suo sanguine baptizatur; & tanquam martyr sepelitur, quamuis in tractatu de matrimonio, quando dicitur, cultus disparitas dirimit matrimonium, ibi accipiatur fidelis cum infideli, idest, baptizatus cum nō baptizato etiam fideli. Addit etiam
5 Paludan. quod filius fidelium mortuus ante baptismū non solet sepeliri in loco sacro, nisi mater moriatur; in partu. Nulli enim datur ecclesiastica sepultura, nisi de quo creditur quod tunc, vel quandoque intrabit in requiem ecclesiæ triumphantis, non tamen polluitur locus, si puer ibi sepeliatur, quia licet non sit fidelis, non est tamen propriè gentilis, vel infidelis, ex quo est filius fidelium. Puer autem filius infidelium tumulatus bene
26 pollueret, sicut si esset magnus. Quando autem mater moritur in partu enixum mortuum, vel qui statim ante baptismum moritur, consuetum est, vt sepeliatur cum ea, licet sciamus ipsum damnatum, quia reputatur quasi pars viscerum, & pro honore matris Christianæ coniunguntur in sepultura, quasi fuerint coniuncti, & nunquam separati in vita, & in morte, & ideo non polluitur locus, & idem docent Hugolin. & Goffred. quos refert Hostiens. in Summa, lib. 13. tit. de consect. ecclesi. numero 8. quamuis ipse dubius sit, quid in hoc casu agendum sit.

27 Sextus est, quando ecclesia consecratur, aut cæmiterium benedicitur per Episcopum publice excommunicatum, argumen. cap. t. consuluisti. de consecrat. eccles. Palud. in dicto articulo primo, princip. §. quantum ad quartum, conclus. 4. Panormit. & Hostiens. in dicto cap. consuluisti, Angel. S. Anton. vbi supra. Syluest. cit. quæst. quinta, §. quintus. Tabiena, vbi supra, §. septimo, in fine. Astensis vbi supra, artic. 3. quæst. 3. Nauar. in Manuali capit. 27. numero 258. Ledesm. Summa Confess. cit. quæstio. 158. Alphons. Viualdus numero 76. Cosmus Philiarchus, Thomas Zerula, & Henriquez locis citatis. Rationem reddunt Panormit. & Hostiens. quia si sepultura corporis excommunicati polluit ipsum locum, a fortiori, cum consecrationis officium per eorum os, & manus peragitur, qui publice excommunicati sunt. Et quia ea, quæ consistunt in exterioribus consecrationibus, & benedictionibus facta per huiusmodi publice excommunicatum, ante reconciliationem per fideles exerceri non debent. His addo ex Hostien. & Palud. cit. quod si publice excommunicatus ibi celebret, vel sepeliat, non propter hoc necessaria est reconciliatio, vt habetur ex responso Honorij Papæ III. in capit. a nobis;. de sacram. non iteran.

28 His omnibus addo ex Palud. cit. conclus. 3. Astensi vbi supra, quæst. 6. Summa Confess. quæst. 157. Viual. numero 78. 79. 80. & 81. Anton. Cucchio. Cosmo Philiarcho, Iacobo de Graff. num. 29. Thoma Zerula, Sebastiano Medice, parte secunda titulo nono quæstio. vndecima. Toleto libro quinto Instruct. Sacerd. capitulo octauo & alijs, quod quando ecclesia polluitur quoquo modo, eo ipso intelliguntur polluta cæmiterium, & capella contigua, sicut de interdicto superius annotatum est, quià cæmiterium consecratum eodem priuilegio gaudet, quo & ecclesia consecrata, argumen. capit. consuluisti. & ibi gloss. in verbo, cæmiteria, de consecrat. eccles. Vnde, nisi prius reconcilientur, non debet ibi aliquis sepeliri, aut Missa celebrari: polluto autem cæmiterio, non propterea polluta censetur ecclesia, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, non econtra. Quod si cæmiterium contiguum non fuerit, sed eorum extrema adinuicem separata, (& idem si duo cæmiteria adinuicem medio pariete separata sunt) licet de vno ad alterum transeatur per ostium, pollutio vnius non inficit aliud. c. vnico, de cōsecr. eccles. lib. 6. Palud. & Astensis vbi supra.

29 Qui vero in ecclesia publice violata Missam celebrat, aut alia diuina officia peragit, aut sepelit defunctum, quamuis peccet mortaliter, nisi vrgente necessitate id fiat, de licentia Episcopi ex S. Thom. 3. par. quæstio. 83. artic. 3. 2. irregularis tamen aut suspensus non efficitur, quia pollutio ecclesiæ non est proprie censura interdicti. Sic Palud. 4. dist. 18. quæstio. 8. articulo tertio princip. conclus. 5. Angelica; verbo, consecratio ecclesiæ, nu. 8. Syluest. verbo, interdictum, §.... quæst. secunda, §. secundum. versic. secundo limitatur, & in verbo, consecratio, 2. quæstio. 9. Tabien. verbo, consecratio, 2. §. nono. Richard. 4. distinct. 13. articulo quarto, quæstio. prima Sot. 4. dist. 13. q. 2. art. 2. versic. circa primum sciendum. Sotus, 4. distinct. 13. quæstio. 2. artic. 3. ad secundum. versic. rursus etiam adnotandum. Summa Astensia par. 2. libro 6. tit. vigesimonono. artic. 3. q. 4. Summa Confess. q. 156. Cosmus Philiarchus, Iacobus de Graffijs, numero 28. Summa Pisanella, verbo consecratio, 2. §. 10. Sebast. Medic. par. 2. titulo 9. q. 12. Toletus lib. 1. cap. 21. & lib. 5. cap. 8. Henriquez lib. 9. de Missa. cap. 27. §. 7. & libro 13. de excommun. & interd. capit. 51. §. 5. & habetur expresse in capit. is qui. de senten. excommun. libro 6. Vnde falso Lapus quem citant, ac sequuntur Angelica, cit. & Syluest. in verbo, cōsecratio, 2. quæst. 9 & Viuald. numero 80. & docent celebrantem in ecclesia polluta suspensum esse ab ingressu ecclesiæ, afferentes pro se capit. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. nam illud cap. loquitur solum de eo, qui celebrat, aut celebrare facit in loco interdicto, non autem
30 de celebrante in ecclesia polluta, & violata. Et in festis, quibus iure suspenditur interdictum loci, non licet in loco, seu ecclesia violata celebrare, argum. eorum, quæ tradunt gloss. in cap. statum, in verbo. Ad reconciliationem, de priuileg. Villadiego de irregul. capitulo quinto, numero decimo, & expresse Henriquez libro decimotertio capitulo quinquagesimoprimo §. quinto in fin.

31 Quoad reconciliationem vero ecclesiæ pollutæ, diligenter aduertendum est, an Ecclesia consecrata fuerit, necne. Et quidem si cōsecrata fuerit, a proprio loci Episcopo tantum, vel de eius licentia per alium Episcopū reconciliari debet cum aqua ab Episcopo benedicta, quæ vinum cum cinere admixtum habeat. capit. proposuisti & cap. aqua. de consecrat. eccles. & cum verbis, quæ; in Pontificali habentur: Papa tamen non autem Episcopus, vt præfati DD. tradunt, hanc ecclesiæ consecratæ reconciliationem simplici Sacerdoti committere potest, sed cum aqua per Episcopum benedicta. Quo modo intelligi debet Victoria, cum numero 99. cit. dicat cuicunque clerico hoc committi posse. Vnde Leo X. concessit Prælatis ordinis Minorum, vt ecclesias suas pollutas reconciliare possint aqua per ipsos Prælatos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet vltra duas dietas, vt habetur in Compend. Mendic. verbo, benedicere, §. 14. Henriquez vbi supra lib. 9. cap. 27. §. 6. & lib. 13. cap. 51. §. 5. vbi ait dietam continere viginti milliaria, seu leucas septem, & facit capit. nonnulli, & ibi glos. in verbo, vltra duas dietas, de rescript. Si vero ecclesia consecrata non fuerit, sed tantum benedicta,
32 potest a simplici Sacerdote per aspersionem aquæ lustralia reconciliari. capit. si ecclesia, & ibi glos. in verbo, lauetur, de consecr. eccles. Toletus libro 5. capit. 8. Astensis in Summa, par. 2. lib. 6. tit. 29. articulo 3. qu. 4.

Syluest. verbo, consecratio 2. quæst. 8. Tabiena, verbo, consecratio, secundo §. octauo. Sotus, 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 3. ad argum. secundum, §. Quociirca violata Ecclesia. & Iacobus de Graff. lib. 2. decis. capit. 48. num. 10. qui duo vltimi addunt hanc doctrinam notatione dignam, nimirum hanc ob causam solere ecclesias consulto non consecrari, sed benedici, ne si illicet dum violantur, expectandus sit Episcopus. Quando autem consecrata sit, vel non consecrata, apparere solet ex aliqua scriptura, vel ex aliquo instrumento dotationis, vel ex libris Ecclesiæ, vel ex columna, vel tabula aliqua marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes Ecclesiæ, & huiusmodi, aut etiam si appareat vnus testis de visu, vel auditu, secundum aliquos, quia cum in hoc casu non tractetur de alicuius præiudicio, huiusmodi semiplenæ probationes sufficiunt. Sic Innocent. in expositione ad rubricam titul. de consecrat. Ecclesiæ, vel altar. Panormit. in capit. fin. tit. eodem. Summa Confess. libro 3. tit. 23. quæstione 150. Summa Pisanella, verbo, consecratio, 2. §. secundo, Angelica, verbo, consecratio Ecclesiæ, numero 3. Ioan. Bichonus quarto, distinct. 10. quæstio. 2. artic. 2 Syluest. verbo, consecratio, num. 3. quæstio. 2. Tabiena, verbo, eodem num. 2. versic. primo, & Thomas Zerula Episcopus Minorensis, parte prima, suæ praxis Episcopalis, in verbo, pollutio Ecclesiæ, notab. tertio. Et de hac re hactenus dictum sit.

De cessatione à diuinis, quid sit, & qualiter differat à censuris Ecclesiasticis.

Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Cessatio a diuinis interdicto loci similis est.*
2 *Cessatio a diuinis qualiter a Doctoribus definiatur.*
3 *Cessatio a diuinis qualiter ab excommunicatione, & irregularitate distinguatur.*
4 *Cessatio a diuinis quomodo ab interdicto loci differat.*
5 *Cessatio a diuinis est quid facti, & omnes tam innocentes, quam nocentes respicit.*
6 *Cessatio numquam a iure, sed solum ab homine imponitur.*
7 *Cessatio a diuinis post appellationem decreta ipso iure non annullatur.*
8 *Cessatio a diuinis censura Ecclesiastica propriè dicta non est.*
9 *Celebrans in loco interdicto suspensus est, & irregularis.*
10 *Cessatio a diuinis, & interdictum an, quomodo æquiparentur in Clement. prima, de sentent. excommunicat.*
11 *Cessationem specialem violans regularis, excommunicationem non incurrit.*
12 *Irregularitatem ad contrahendam paritas rationis non sufficit, nisi in iure exprimatur.*
13 *Cessatio a diuinis generalis non est idem, quod interdictum strictè sumptum.*
14 *Cessatio a diuinis duplex est, generalis, & specialis, & quid vtraque sit.*

1 Essatio a diuinis admodum similis est interdicto loci, adeo vt nonnulli viri docti existimare videantur cessationem a diuinis esse idem, quod antiquum interdictú, seu interdictum strictissimum, in quo solum expressum est licuisse conferre Sacramenta necessaria in articulo mortis, vt sunt Baptismus, Pœnitentia, & Eucharistia, seu viaticum, vt colligitur ex capit. non est vobis, de sponsal. cap. quod in te, de pœnitent. & remissio. & capit. permittimus de sentent. excommunica. adultis autem Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ (nisi vrgente præcepto diuino) interdictum strictissimum olim prohibeat, ex Tabiena, verbo, interdictum, 1. §. quinto. Henriquez libro decimo tertio, de excommunicatio. & interdic. capitulo 45. §. primo. De hac autem materia cessationis agitur in capitu. dilectis filijs, de appellat. & in capitu. irrefragabili. §. ceterum. de offic. ordin. in antiq. & in cap. si canonici, & in cap. quamuis. de offic. ordin. lib. 6. & Clemen. 1. de senten. excomm.

2 Variè autem definitur a DD. Nam Panorm. in dic. cap. dilectis filijs, numero 18. de appellatio. & Syluest. verbo, interdictum, 1. quæst. 2. in fine. Couar. in capit. alma mater, parte secunda, §. 2. numero primo, de sent. excommun. lib. 6. distin. 22. quæstio. tertia, articulo primo. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro, parte tertia, tract. de cessatione a diuinis, numero primo, & DD. communiter eam definiunt in hunc modum: *Cessatio est suspensio organorum, idest, Ministrorum prohibitio, ne laudes diuinas, & Sacramenta ministrent, aut celebrent, in locum aliquem, seu Ecclesiam decreta.* Siquidem per huiusmodi cessationem eo in loco, neque Sacramenta ministrari, neque sacrificia offerri, neque officia diuina celebrari possunt. Alij vero, vt Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 188. & Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. articulo secundo, post tracta. de interdicto. Henriquez libro 13. cap. 52. §. primo, & Iacobus de Graff. lib. 4. decisio. cap. 28. numero 2. & Toletus libro primo, cap. 23. eam sic breuius, ad eundem tamen sensum, definiunt, *Est quædam desistentia ab officijs diuinis, & Sacramentorum administratione.* Additur autem ab alijs illa particula, *in locum decreta,* quia non datur cessatio personalis, sed tantum localis.

3 Differt autem cessatio a censuris ecclesiasticis, & etiam ab irregularitate: Excommunicatio enim priuat directe omni communione, & consequenter priuat Sacramentis: Suspensio priuat actu, seu facultate ordinis, vel iurisdictionis, vel vtriusque; Ordinis quidem, ne ministret; Iurisdictionis, ne sententiam ferat, ne eligat, ne eligatur, ne absoluat ab excommunicatione; & vtriusque, si ab omnibus suspendatur. Irregularitas priuat à susceptione, vel administratione ordinum, prout ordines sunt: Cessatio autem à diuinis est ipsa desistentia. Vnde, licet desistentia hæc ceteras censuras consequatur, vt patet consideranti, non tamen ita proprie, & directe, sicut consequitur cessationem a diuinis, quæ formaliter in ipsa desistentia consistit.

4 Differt etiam ab interdicto generali loci in multis. Primo, quia cessatio a diuinis, & interdictum generale tamquam diuersa, & distincta in iure ponuntur.

5 Secundo, quia cessatio a diuinis est quid facti, idest non est aliud, quam ipsa desistentia, & pro omnibus imponitur, nec in hoc magis respicit delinquentes, quam ipsos innocentes; neque locum ipsum afficit, hoc est, non reddit locum ipsum interdictum: At vero interdictum generale est quid iuris, & immediate ipsum locum afficit, & ipsum delinquentem immediate prohibet celebrare, & officia diuina eo in loco exercere.

6 Tertio, cessatio nunquam imponitur a iure, sed ab
homine interdictum vero quid iuris est, & interdictum
ipso iure imponitur, ex Soto 4. distinct. 22. quæstio. 3.
artic. 2. conclus. 1. Syluest. verbo, interdictum, 1. q. 1. in
fine. Henriquez lib. 13. cap. 52. §. 1. Toleso lib. 1. ca. 23.
Couar. in cap. alma mater, part. 2. §. 2. nume. 1. de sent.
excommunic. lib. 6.

7 Quarto Cessatio à Diuinis post appellationem
decreta, non fit nulla ipso iure, cum ad factum pertineat, & in facto consistat, facta vero infecta esse non
possunt, vnde, non obstante appellatione, nihilominus
a diuinis cessatur; interdictum autem, cum ad iuris effectus pertineat, nullum est ipso iure, si post appellationem decernatur, argumen. cap. ad hæc quoniam, de
appellat. & cap. is cui, §. vlt. de sentent. excommunicat.
lib. 6. Couar. vbi supra.

8 Quinto, Cessatio non est Censura proprie dicta; Interdictum autem Censura est, capitulo quærenti, de
verbor. significat.

9 Sexto, celebrans in loco interdicto, incurrit irregularitatem, ex eo quod violat interdictum, per interdictum enim violatum efficitur, quis suspensus, cap. fin.
de excess. prælat. suspensus vero celebrans irregularis
efficitur, cap. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6. & cap. cum
medicinalis, § fin. & capit. is, qui, §. is vero, de sent. excom. lib. 6. Panormit. in cap. dilectis filijs, num. 18. 19.
& 20. de appell. Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 4.
§. primum. Tabiena, verbo, interdictum, 6. in princip.
Couar. in cap. alma matr, §. 2. num. 3. de sentent. excomm. lib. 6. Prædicta intellige de eo, qui ministrat in
Ordine sacro solenniter, quem habet, & a cuius executione suspensus est. & qui celebrauerit tempore interdicti generalis, quod in Ecclesia Matrice seruatur, si
enim in ea non seruaretur, irregularis non esset, vt notant Couar. in cap. alma mater, §. 2. num. 3. versic. hæc
autem irregularitas, de sent. excommun. lib. 6. & Hugolin. de censur. Eccles. tab. 5. cap. 6. §. 2. numero 5. &
Federic. consil. 231. Qui vero celebrat, vel ministrat
contra cessationem a diuinis, non fit irregularis, glo. in
capit. si canonici, in verbo, cessare, de offic. Ordin. libr.
6. Palud. 4. distin. 18. quæst. 8. art. 3. princip. conclus 4.
Panorm. in capit. dilectis filijs, num. 18. & 19. de appel.
Anton. Imola, & Franc. ibi, Bonifac. in Clemen. 1. colum. penult. num. 60. de sent. excommun. Summa Pisanella, verbo, cessatio, §. 1. Syluest. verbo, interdictum
5. quæst. 5. in fine, vbi ait ita communiter sentire DD. in
capit. irrefragabili, §. ceterum, de offic. Ordin. & ibi
Innocent. & idem Syluest. in verbo, cessatio, quæst. 5.
in fine, vbi ait Sum. Rosell. & Summ. Pisan. idem sentire. Sotus 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 2. versic. de pœnis
autem. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26 art. 2. post tractat.
de interdicto, Bart. Medina, lib. 5. Instruct. Confess. ca.
51. §. 54. Tabiena, verbo, interdictum, 5 §. sexto, in fine.
Cosmus Philiarchus, de officio sacerd. part. 5. lib. 4. ca.
4. Marc. Anton. Cucchius, lib. 4. Inst. Iuris Canonic. tit.
13. Iacob. de Graffiis, lib. 4. decis. capit. 28. numero 2.
Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæstio. 19. Puncto 4. Toletus lib. 1. cap. 23. Nauar. in Manuali, ca. 27.
num. 588. Henriquez lib. 13. capit. 52. §. 1. & capit. 54.
§ 3. & Couar. in capit. alma mater, §. 2. par. 2. num. 3.
de sentent. excommun. lib. 6. quamuis dubius, magis in
hanc partem propendeat. Ratio est, quia vt habetur in
capit. is qui, de sent. excommun. lib. 6. irregularitas non
incurritur nisi in casibus a iure expressis; in re autem
hoc non cauetur, nisi in violatione interdicti, quod est
censura Ecclesiastica, & ideo pœna hæc ad cessationem
a Diuinis, eiusque violationem extendenda non est, vt
sententia communis DD. confirmat. Et quidem
quoad violantem cessationem specialem, res est in concesso apud omnes; quoad vero cessationem generalem ab eo indictam, qui poterat interdicere, nonnulli,
vt Iosn. Calderin. de Ecclesiast. interd. fol. 2. colum. 4.
Ancharan. & Franc. in capit. si canonici post Ioann.
Andr. ibi, de offic. Ordin. lib. 6. Innocent. in capit. non
est vobis, de spons. 1. & ibi Præposit. & Felin. in capit.
irrefragabili, §. ceterum, de offic. Ordin. in antiquis.
Gonsalus a Villadiego tractat. de irregul. capit. de interdicto. colum. vlt. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, capit. 3. ante medium, Angelica, verbo, cessatio, in princip. & Simon Maiol. lib. 3. de irregular. cap.
20. numero 11. versic. Hæc autem, & fauet Paludan. 4.
distinct. 18. quæstio. 8. artic. 3. princip. conclus. 4. existimant violantem cessationem generalem a Diuinis incurrere irregularitatem, eo quod in Clement. 1. de sent.
excommunicas. cessatio generalis a Diuinis, & interdictum æquiparantur. Ceterum alij omnes DD. quos
superius enumerauimus, nec violantem cessationem
generalem irregularem esse docent; Neque enim in d.
Clementin. 1. æquiparantur quoad omnia, sed solum
quoad effectum incurrendi sententiam excommunica-
10 tionis; agitur enim ibi contra regulares exemptos,
qui non seruant interdictum, aut cessationem generalem a Concilio Prouinciali latam, vel a Cathedrali,
aut Ecclesia Matrice seruatam, additque huiusmodi regulares eam non seruantes ipso iure excommunicationem incurrere, licet cessatio generalis a capitulo
Ecclesiæ Cathedralis, aut a solo Episcopo imponatur;
quam tamen excommunicationem non incurrunt re-
11 gulares, si cessationem specialem, violent, vt expresse
Angel. vbi supra, numero primo, & Anton. Cucchius
testantur. Immo Mendicantes, dum violant cessationem generalem, non incurrunt excommunicationem, quia speciali priuilegio eximuntur, vt Henriquez
libro decimotertio, capitulo quinquagesimo quarto, §.
tertio, testatur, post Syluest. verbo, Cessatio 1. quæstione quinta, in fine. Cum igitur in d. Clemen. æquiparentur solum quoad pœnam excommunicationis in
ordine ad regulares, & pœnæ non sint extendendæ,
consequens est, vt nec cessationem generalem violans
irregularis efficiatur, maxime, cum hæc non nisi in
casibus à iure expressis incurratur, cap. is qui, de sentent. excommunicat. libro sexto. Vnde neque verum
est, quod Couar. vbi supra addit, paria esse hæc duo,
etiam quoad irregularitatem contrahendam, vbi quis
diuina officia publice, & ianuis apertis celebrat in
52 loco, vbi cessatio generalis imponitur; non enim satis
est ad irregularitatem, contrahendam paritas rationis, sed opus est, vt iure exprimatur, argumen. capit.
is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. ideoque Nicolaus Dionysius de Perusio in d. cap. is, qui, dicere solebat, quod qui dicit aliquem esse irregularem, casum legis adducere debet, vt Simon Maiol. lib. 1. de irreg. ca.
2. num. 2. testatur.

53 Hinc infertur primo, falli eos, inter quos sunt San.
Anton. tertia parte, tit. vigesimuseptimo, tract. de interdicto Capit. ante medium. Angelica, verbo, cessatio, in princip. & Syluest. verbo, cessatio, numero primo, & Sotus, 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. conclus. 4. qui
argum. d. Clem. 1. de sentent. excommunic. existimant
cessationem a diuinis generalem idem esse quoad antiquum interdictum, seu interdictum strictissimum, &
Alphonsus Viualdus in suo Candelabro, part. 3. tract.
de cessatione a diuinis, numero 5. fauet. Quorum opinio satis ex dictis refutatur, præterquam quod in interdicto generali manent communiter diuina officia
aliquo modo, & pro aliquo tempore, sicut priuatio supponit manere subiectum cum aptitudine secundum locum, & tempus: cessatio autem est totalis omissio, seu
negatio officiorum.

54 Infertur secũdo, cessationem a diuinis duplicem esse,
vnam generalem, alteram specialem: generalis est illa,
quæ in loco vniuersali imponitur, vt in regno, castro, ciuitate,

vitate, villa, immo & in parochia, ex Ledesm. 2.4.q.26 art.1. post tract. de interdicto. Nauar. in Manua. c. 27. nu. 188. & Henriquez libro 13. cap. 52. §1. Specialis est illa, quę in loco particulari ponitur, puta in qua, vel pluribus Ecclesiis.

De causis extrinsecis, & intrinsecis cessationis, & conditionibus ad illam rite ferendam requisitis. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Cessatio a Diuinis, quid facti est, nec ipso iure incurritur.*

2 *Cessatio a solo homine imponi potest, non tamen a quocunque.*

3 *Cessationem a diuinis Episcopus iure proprio, & ordinario imponere potest.*

4 *Cessationem a diuinis collegium, seu capitulum Sede vacante ponere valet.*

5 *Cessationem a diuinis, capitula, & collegia ex priuilegio, seu consuetudine præscripta an, & quomodo imponere possint.*

6 *Cessationem a diuinis Concilia Prouincialia, & Episcopalia ponere possunt.*

7 *Cessationem a diuinis quis iure ordinario relaxare valeat.*

8 *Cessationem a diuinis Episcopus ad tempus, uel ad unũ locum suspendere potest, non tamen pro uno officio, & quæ huius ratio sit.*

9 *Cessatio a diuinis quando ob causam poni soleat.*

10 *Cessatio a diuinis lumen unicum ad repellendas iniurias Ecclesiæ factas appellatur.*

11 *Forma verborum in cessatione imponenda quænam sit.*

12 *Cessationis imponendæ causa iusta, rationabilis, & manifesta esse debet.*

13 *Cessatio a diuinis ut rite, ac debito modo imponatur, quæ conditiones requirantur.*

14 *Cessatio quando indicenda est, omnes de Capitulo, etiã absentes vocari debent.*

15 *Cessationis causa instrumento publico, seu litteris patentibus publico sigillo munitis manifestanda est.*

16 *Cessatio a Diuinis an deficientibus requisitis conditionibus seruanda.*

17 *Cessatio a Diuinis an seruanda sit, quando is, propter quem cessatur, eam non seruat.*

18 *Argumentum a contrario sensu validum est, quando contrarium in iure non exprimitur.*

19 *Cessatio a diuinis an tolli poterit ab eo, qui illam posuit, si elapso mense ad arripiendum iter ad Curiam Romanam, partes adinuicem conueniant.*

1 
Voad Causam efficiẽtem, illud imprimis ex cõmuni DD. consensu certam est nullam cessationem a diuinis iure ipso incurri, aut imponi propter quodcunque crimen; quod est maximum discrimen a cæteris censuris, quæ passim ipso iure imponuntur, ideoq; communiter dici solet Cessationem esse quid facti, eo quod non incurritur ipso iure, sed solum iure conceditur facultas, vt eam Iudex decernat, quando expedire visum fuerit. Sic Panor. in ca. dilectis filijs. numero 18. de appel. Syluest. verbo, interdictum, 1. q. 1. in fine. Couar. in c. alma mater, par. 2. §. 2. num. 1. de sent. excom. lib. 6. Sotus, 4. d. 22. q. 3. art. 2. conclus. 1. Toletus lib. 1. cap. 23. Henriquez lib. 13. ca. 52. §. 1. & cap. 54. §. 1. A solo autem homine imponitur, non tamen a quocũque, sed ab habẽte ad hoc auctoritatem, vel a consuetudine.

2 Et quidem Episcopus eam iure, & officio proprio, & ordinario imponere potest, ex glo. in cap. si canonici, in verbo, Cessare, de offic. Ordin. libro 6. vbi asserit, canonicos Sede vacante eam imponere posse, quia succedũt in Iurisdictionem Episcopi ordinariam, ergo significat

3 Episcopum eam auctoritate propria & ordinaria imponere posse, & est communis DD. Soti, 4. dist. 22. qu. 3. art. 2. conclu. 3. Couar. in cap. alma mater, parte secunda, §. secundo, num. sexto, de senten. excommun. lib. 6. Toleti libro primo, Instru. Sacerd. capitulo 23. Henriquez libro 13. capitulo 54. §. primo, post Syluest. verbo, cessatio, in princip. & significat Palud. 4. distin. 18. quæstio. 8. articulo tertio, princip. conclu. 4. vbi notat, quod vbi dubium est, an Prælatus imponere voluerit Cessationem, vel interdictum præsumitur potius interdictum ponere voluisse, ex Couar. cit. Idem quod Episcopus, potest etiam quilibet potestatem Episcopalem habens.

4 Secundo, quamuis Capitulum viuente Episcopo eam imponere non possit, & si eam imponat sine Episcopi consensu, Episcopus eam tanquam inualidam reuocare, & tollere potest, arg. c. irrefragabili, §. cæterum, de off. ord. Sotus, 4. d. 22. q. 3. artic. 2. concl. 3. Sede tamen vacante capitulum, seu conuentus, seu collegium tam regularium, quam sæcularium ecclesiarum eam ponere potest.

5 Tertio, eam imponere possunt capitula, & conuentus prædicti, quando id ex priuilegio, vel consuetudine præscripta habent; in quo tamen casu requiritur Episcopi, seu Prælati consensus, aliàs cessationem istam Episcopus tollere potest; & insuper etiam conuocare oportet omnes canonicos, & absentes etiam, qui commode venire possunt, vocandi sunt, vt maior pars capituli consentiat decerni cessationem. Quæ omnia colliguntur ex capit. irrefragabili, §. ceterum, de offic. ordin. in antiq. & cap. si canonici. & cap. quamuis, eod. tit. libro 6. Card. in Clem. 1. de sent. excom. Soto, 4. distin. 22. q. 3. artic. 2. conclu. 3. Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 2. num. 6. de senten. excommun. lib. 6. Toleto libro 1. capitulo 23. §. quarto. Henriquez libro 13. capitulo 54. §. primo.

6 Quarto, concilium Prouinciale, & Episcopale cessationem a Diuinis indicere possunt, argum. clem. 1. de sent. excommun. Cardin. ibi, in §. quod etiam, & Bonifac. in d. clemen. 1. nume. 48. vt refert, ac sequitur Couar. vbi supra,

7 Qui interdictum iure ordinario relaxare valet, etiã cessationem relaxare potest, scilicet, qui eam tulit, aut superior illius, aut successor in dignitate, & officio, immo etiam potest author, vt Episcopus, aut Iudex delegatus, eam ad tempus, vel ad vnum locum puta, pro vna ciuitatis ecclesia, aut monasterio suspendere, vt notat Henriquez lib. 13. cap. 54. §. 2. vbi ait ita practicatum fuisse Salmanticæ anno 1584. post multorum sapientũ consultationem. Non tamen eam suspendere potest pro vno tantum officio, puta, pro Missa noua, aut pro sepultura, sed hoc a solo Papa fieri potest. Ratio est, quia cessatio, sicut & excommunicatio ita habet a iure determinatum effectum, vt omnes eius effectus sint connexi, vt idem Henriq. notat libro 13. cap. 52. §. 1. & capit. 54. §. 2. Quare, si Episcopus concedat, vt occulte in vno monasterio, aut capella dicatur Missa, concessio hæc ipso iure extenditur, vt tunc ibidem etiam fieri possint alia officia.

6 Vtitur autem Ecclesia cessatione a Diuinis ob iniuriæ susceptæ propulsationem, qua Ecclesia, vel aliquis de Ecclesia, sit affectus: ex Summa Pisanella, in verbo, cessatio, in principio, & Soto, loco inferius citando: cessatque a canticis suis lætitiæ, & laudis Diuinę, iuxta illud *Psal.* 136: *In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.* Sicut enim Israeliticus populus in Babyloniam captiuus ductus, quibus in templo sacrificabat, suspendit, & petentibus Babylonicis, vt quæ in templo consueuerant, canerent, responderunt; *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* ita Ecclesia in vltimas angustias coacta cessatione a Diuinis afflictionem suam significat. Et meritò: quos enim iure, & ordine, ac alijs censuris vincere, corrigere, & ad pœnitentiam inducere non potuit, saltem hoc tam ingenti doloris sensu, tanquam rebelles vult exterreri; vnde cessatio hæc a Clemente Papa V. *Lumen vnicum ad repellandas iniurias Ecclesiæ factas*, appellatur, Clem. 1. de sent. excom. prope finem, Sot. 4. d. 22. q. 3. artic. 3. conclus. 2. Henriquez lib. 13. capitulo quingentesimosecundo, §. secundo Qui finis si adsit, & causa legitima, non minus expedit cessatio, quam interdictum, aut alia Ecclesiæ censura.

11 Forma vero verborum, qua imponenda est cessatio similis est formæ interdicti loci, nimirum: *Nos ob talem causam, Ciuitatem, Villam, aut Ecclesiam talem a Diuinis officijs cessare præcipimus &c.* ante quam tamen præcedere debet monitio, vt sciatur an a contumacia discedere velit.

12 Sed causa, ob quam imponenda est, iusta, rationabilis, & manifesta esse debet, nec satis est, probabili ratione, & coniectura colligi factam fuisse offensam. Neque contumacia, aut offensa quælibet satis est, sed grauior multo culpa, contumacia, & iniuria, notoria requiritur, quam quæ ad imponendum interdictum adhiberi solet, quæ etiam causa in litteris fidem facientibus exprimenda est, ex Soto, 4. d. 22. q. 3. art. 2. conclus. 3. Hẽriquez libro 13. capitulo 52. §. 1. Summa Confess. lib. 3. tit. 33. quæstio. 121. & Summa Astensi, par. 2. libro septimo, tit. 16. art. 8. & colligi potest ex cap. irrefragabili, §. ceterum, de offic. ordin. in antiq. & cap. si canonici, & cap. quamuis, eo. ti. lib. 6. vnde, nec pro pensione subtracta, nec pro alia minima offensa cessatio imponi debet, sed propter grauem iniuriam, vt quia fiunt statuta contra Ecclesiæ libertatem, aut quia imponuntur Clericis talliæ, aut quia detinetur canonicus, vel electus per potestatem sæcularem, & huiusmodi, ex Astensi vbi supra.

13 Vt autem rite, & debito modo cessatio imponatur, decem requiruntur conditiones, vt colligunt Summa Astensis, part. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 8. Angelica, verbo. cessatio, num. 3. Syluest. verbo, cessatio, numero secundo quæst. 1. Tabiena, verbo, interdictum, 1. nume. 7. §. sexto. Sotus, 4. d. 22. q. 3. artic. 2. conclus. 3. Henriquez lib. 13. cap. 52. §. 2. & Marcus Antonius Cucchius libro quarto instit. iuris Canon. titulo 13. Ioannes Andr. & DD. communiter, in capit. si canonici, & capit. quamuis, de offic. Ordin. libro sexto.

Prima est, vt imponens Cessationem, habeat potestatem a iure, vel consuetudine, vt eam ferre possit in illum locum.

14 Secunda est, vt quando Cessatio est indicenda, vocentur omnes de Capitulo, vel de Conuentu, etiam si absentes sint. Ratio est quia eodem modo indicenda est Cessatio, quo electio est facienda. Cum igitur ad electionem faciendam omnes, qui interesse possunt, & debẽt, etiam absentes vocandi sint, aliter nulla esset electio, sic etiam ad imponendam Cessationem, vt de electione habetur in capit. coram dilecto, & c. quia propter, de elect. Syluest. verbo, electio, 1. nume. 6. quæstio. 5. & de Cessatione, in cap. quamuis, de offic. Ordin. lib. 6.

Tertia est, vt de causa cessandi diligenter tractetur, priusquam cessetur.

Quarta est, vt fiat deliberatio, & hoc per maiorem partem Capituli, seu Conuentus: siquidem, in d. cap. quamuis, cessatio æquiparatur electioni, certum autem est electionem faciendã esse cum maiori parte; quo fit, vt si ex capitulo, vel conuentu vna pars concordet in cessationem, & alia contradicat, ita vt sit indifferens, indici non possit Cessatio. vnde accedere debent duæ partes necessario, nec satis est vt sit maior pars sed debet esse sanior, sicut in electione, capit. quia propter, & ibi gl. in verbo, sanior, & capit. ecclesia vestra, de elect. Syluest. verbo, electio, 2. nume. 11. quæstio. 9. Reliqua etiam ad electionem necessaria hic applicanda sunt.

Quinta est, vt offensa, & causa, propter quam cessant manifesta, & notoria sit; vnde non satis est, quod probabilibus rationibus agatur contra illum, cõtra quem volunt cessari, sed debet esse manifesta, & notoria causa, ob quam imponitur, argum. l. negãtes, C. de action. & obligat. Nec contrarium consuetudine introduci potest, quia esset Ecclesijs onerosum, argum. capit. consuetudines, & capit. cum venerabilis, de consuetud. Angelica, verbo, Cessatio, numero tertio Syluest. verbo, eod. quæstio. 1. & Henriquez libro decimotertio capitulo 52. §. secundo.

Sexta est, quod causa sit rationabilis, argum. cap. irrefragabili, §. ceterum, de offic. Ordin.

15 Septima est, quod ante cessationem instrumento publico, vel patentibus litteris authentico sigillo munitis causa cessationis manifestetur.

Octaua est, quod illud instrumentum, vel literæ tradantur ei, contra quem cessatur.

Nona est, vt ille moneatur, & requiratur, an velit ante cessationem emendare offensam, quod si noluerit, poterunt Cessationem indicere.

Decima est, vt infra mensem a die cessationis tam cessationem imponens, quam is contra quem cessatur, per se, vel procuratores sufficienter instructos, iter arripiant ad Sedem Apostolicam, & continuatis dicbus quam cito commode poterunt se Apostolicæ Sedi repræsentent, vt causa cognita, Summus Pontifex de remedio prouideat, ne Ecclesia diu in tali afflictione permaneat, vt ex cap. quamuis, & DD. ibi de offic. ordin. libro sexto & Summistis colligitur.

16 Quæres tamen primo, An seruanda sit cessatio a Diuinis, vbi non seruantur prædictæ conditiones? Respondeo quod non; & similiter si pars quæ cessationem posuit, eam non seruat, nec alij eam seruare tenentur. Angelica, verbo, cessatio, numero tertio in fine, & Syluest. verbo, cessatio, quæstio. 1. in fine, qui pro hac sententia referunt Ioan. Monach. & Goffred. in cap. si canonici, de offic. ordin. libro 6. & est communis DD. sententia.

17 Quæres secundo, An e contrario seruanda sit cessatio a Diuinis, quando is propter quem cessatur, eam non seruat? Respondeo quod sic: quia text. in capit. quamuis, de offic. ordin. libro 6. solum ait seruandam non esse, quando is, qui eam tulit, prædictas conditiones tam in cessando, quã in veniendo, seu mittendo ad Sedem Apostolicam non seruat, ergo a contrario sensu, si is contra, quem cessatur, iter non arripiat, nihilominus seruari debet cessatio; quod argumentum à contrario sensu validum est, quando contrarium in iure non exprimitur. Ratio esse potest; quia aliàs pars per suam contumaciam irritaret actum, iuridicum Ecclesiæ, & partis læsæ, & commodum ex peccato suo reportaret; & id expresse docent Syluest. verbo, cessatio, quæstio. 2. & Sotus, 4. distinct. 22. quæstio. 3. articulo 2. post conclusionem tertiam, §. hinc autem quidam,

Quære-

19 Quæres tertio, An si elapso mense ad arripiendum iter ad Curiam Romanam, partes adinuicem conueniant, poterit cessatio tolli ab eo, qui illam posuit? Respondeo cum Soto vbi supra, Toleto lib. 1. capit. 25. & Henriquez lib. 13. de excommu. cap. 52. §. secundo, in fine, posse, nec opus erit adire Summum Pontificem. Ratio est: quia mens, & intentio Summi Pontificis in cap. quamuis. de offic. ordin. lib. 6. ea sola fuit, vt quam cito prouideretur ecclesiæ, & damnis, quæ ex huiusmodi cessatione euenirent, sic Ecclesia diu sine diuinis cessaret. Cum igitur inter se partes conueniãt, non est, quod Romanum Pontificem adeant, sed statim citra iussum Pontificis cessatio tolli potest auctoritate eius, qui eam posuit.

Quid tempore cessationis circa officia diuina, & Sacramenta licitum sit; Et de pœnis iniuste cessantium, & dantium causam iustæ cessationis. Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Academia Salmanticensis quædam circa officia diuina, & Sacramenta tempore cessationis a diuinis, notatu digna decreuit.*

2 *Cessatione durante, officia diuina in ciuitate, aut loco, vbi ea posita est, celebrare non licet.*

3 *Eucharistiæ Sacramentum qualibet hebdomada semel, non obstante cessatione, à Sacerdote cum vno solo ministro confici, & consecrari potest.*

4 *Horas canonicas, an bini, vel terni simul tempore cessationis a diuinis recitare possit.*

5 *Horas canonicas Episcopi, & regulares, vt simul cum alijs recitare possint, tempore cessationis priuilegium habent.*

6 *Cessatio a diuinis in festis illis, in quibus suspenditur interdictum generale, etiam suspensa censetur.*

7 *Sacramenta Baptismi, & Confirmationis cum solitis solemnitatibus cessationis generalis tempore conferre possunt.*

8 *Pœnitentia Sacramentorum tam sanis, quam infirmis cessationis tempore ministrari vales.*

9 *Eucharistiæ Sacramentum infirmis dari, & portari cum solita solennitate cessationis tempore potest.*

10 *Extrema vnctionis Sacramentum cessationis generalis tempore nulli dari potest.*

11 *Ordo cessationis tempore, nisi graui vrgente necessitate, conferri nequit.*

12 *Matrimonium, licet cessationis tempore contrahi possit, benedici tamen nequit.*

13 *Sepultura ecclesiastica non solum Sacerdotibus, sed alijs etiam clericis in cœmiterio cessationis tempore dari potest.*

14 *Laici cessationis tempore sepultura ecclesiastica non sunt donandi.*

15 *Priuilegia, & Bulla concedentes facultatem audiendi Missam tempore interdicti, tempore cessationis etiam generalis non valent.*

16 *Campana ad concionem, & ad salutationem Angelicam cessationis tempore pulsari possunt.*

17 *Cessationem iniuste imponentium pœna quænam sit.*

18 *Actio contra iniuste cessationem imponentes Ecclesiæ concessa est, & quo nomine actio hac appellanda sit.*

19 *Cessationis iustæ causam dantes, ad omnia damna, & interesse clericis, & canonicis Ecclesiæ in qua cessatum est, tenentur.*

20 *Cessationem generalem iustam Religiosi violantes quando excommunicationem incurrant.*



1 Circa officia diuina, & Sacramenta tempore cessationis a diuinis, Senatus Academiæ Salmanticensis anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, nonnulla notatu digna decreuit, vt refert Frater Barthol. Medina, libro 1. Instruct. Confess. capit. 11. §. 14. quæ a nobis breuiter examinanda sunt, ad sensum, & sententiam aliorum DD. vt sic, quid probabiliter saltem in hac re tenendum sit, statuamus.

2 Primum est, quod durante cessatione, non licet celebrare officia diuina in ciuitate, vbi hæc cessatio est, sed omnes ecclesiæ cessant omnino. Id quod certum est, quandoquidem cessatio inducit omnino suspensionem diuinorum officiorum, vt superius dictum est, & expresse notant Nauarr. in Manuali, capit. 27. numero 189. Alphons. Viual. tract. de cessatione, num. 6. & nu. 14. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 4. num. 7. versic. primum enim. de senten. excommu. lib. 6. Henriquez libro 13. cap. 52. §. primo. Vnde nec seruata quadruplici moderatione d. cap. alma mater, de senten. excomm. libro 6. licebit Missam, & horas in choro a multis corã alijs dicere, etiam voce submissa, ianuis clausis, non pulsatis campanis, & excommunicatis, & interdictis exclusis. Quæ doctrina meo iudicio optime probatur ex capit. si canonici, §. si autem, de offic. ordin. lib. 6. vbi habetur, *Eum, cuius culpa cessatio interdicta fuerit, teneri canonicis, & clericis ad id, quod eorum interesse, ex eo quod omnino cessantes a celebratione diuinorum officiorum, distributiones quotidianas amiserint, aut sane non acquisiuerint,* quæ non nisi interessentibus diuinis officij dari debent & solent, vt habetur in capit. vnico, de cleric. non residen. libro 6. & Concil. Triden. Sess. 21. de reformat. capit. 3. & sessio. 22. de reformat. cap. 3. & sess. 24. de reformat. cap. 12. quas tamen tempore interdicti generalis cantantes in choro lucrantur, per cap. alma mater, §. adijcimus præterea. de senten. excommunic. libro 6. Quod si Canonici & Clerici tempore cessationis a diuinis possent officia diuina celebrare, etiam seruata forma dicto §. adijcimus, nulli dubium esset, quin distributiones quotidianas lucrari possent, & consequenter is, cuius culpa cessatio indicta fuit, non teneretur Canonicis, & Clericis, quorum interest, damna satisfacere, prout in dicto cap. si Canonici, §. si autem, statuitur, vt Couar. vbi supra numero septimo versic. tertio, & versic. quarto, & Henriquez libro 12. capit. 53. §. secundo, docte, subtiliterque animaduertunt. Ratio esse potest, quia ante constitutionem dicto cap. alma mater, penitus interdicta fuit celebratio diuinorum officiorum tempore cessationis, argument. capituli non est vobis, de sponsal. cui iuri veteri nullibi derogatum est, cum cap. alma mater. de interdicto generali tantum agat, non de cessatione a diuinis, vnde tempore cessationis celebrari non possunt diuina officia, etiam cum illa quadruplici moderatione capit. alma mater.

3 Secundum vniuersitatis Salmant. decretum est, quod solus Sacerdos cum vno ministro secrete celebrare potest in Ecclesia ad Sanctissimum Euchari-

stiæ

stiæ Sacramentum renouandum octauo quoque die. Circa quod decretum aduertendum est, quod non solum in cessatione generali loci, sed etiam speciali- liter consuetudine, (quæ tempus cessationis ad ius antiquum, in capitulo non est vobis, de sponsal. reducit) hoc licet Sacerdotibus quondie celebrare, etiam etiam cum vno ministro, sed in quauis Ecclesia, vel monasterio solum licet qualibet hebdomada fieri vnam Missam pro renouanda Eucharistia. Hoc autem dictum non tam iure probatur de cessatione a diuinis, quam æquitate, & ex paritate rationis, qua DD. hoc, quod de interdicto siue generali, siue speciali dicitur, ad tempus etiam cessationis tam specialis, quam generalis extendunt, vt reuerenter conseruentur species Eucharistiæ sine putrefactione. Addit tamen Henriquez libro decimotertio, de excommunicat. & interd. capit. 35. §. 2. quod licet sufficiat vnus solus minister, qui inseruiat Sacerdoti celebranti, nihilominus tamen interesse possunt duo, maxime quia Sotherus Papa iubet in Missis adesse saltem duos, quibus Sacerdos dicat, *Dominus vobiscum*, capit. Hoc quoque de consec. distinct. 1.

4 Tertium dictæ vniuersitatis decretum est, quod in recitatione horarum soli recitent, non autem duo simul, exceptis ijs, qui sunt priuilegiati, vt expresse affirmat Viualdus vbi supra, numero decimoquarto. Hoc tamen alijs nimis rigorosum videtur; Sicut enim iure antiquo licebat per ca. Quod in te, de pœnit. & remiss. tempore interdicti generalis, ante constitutionem capit. alma mater, de sentent. excommunicat. libro 6. Clericis in conuentualibus Ecclesijs, binos, & binis, vel tribus simul, horas Canonicas voce submissa recitare ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis; ita etiam priuilegium hoc iuris tamquam fauor ex paritate rationis merito per Doct. ad cessationem extenditur, vt proinde Clerici duo, vel tres simul possint priuatim sine cantu, & voce submissa, clausis ianuis, horas Canonicas recitare, cum huiusmodi officij diuini recitatio ad publicum officium pertinere non videatur, vt

5 Henriquez libro decimotertio, capit. trigesimaquinta, §. 2. in fine testatur. Additur autem exceptis ijs, qui sunt priuilegiati; quia & Episcopi, & regolares ferè omnes priuilegium habent, vt sicut tempore interdicti, sic etiam & tempore cessationis Missam, & horas canonicas duo, vel tres simul celebrare possint, vt de Episcopis patet in capit. quod nonnullis, de priuileg. in antiq. & in cap. fin. eodem tit. lib. 6. & docent Ioan. Andr. in capit. dilectis, de appellat. Summa Astensis, par. 2. libro 7. titulo 16. articulo 8. versic. nota etiam. Vbi ait Episcopum sine irregularitate nota durante cessatione celebrare in Ecclesia, vel alibi, & citat ad hoc cap. irrefragabili. §. ceterum, de offic. ordin. Tabiena, verbo, interdictum, 1. numero 7. §. septimo, in fine. Couar. in capit. alma mater, parte 2. §. 4. numero

6 7. versic. hinc patet, de sentent. excommunicat. libro 6. Henriquez libro 13. cap. 55. §. Quod sanè priuilegium cum sit iuris communis, ample interpretandum est. De Regularibus etiam idipsum satis manifestum redditur ex cap. ut priuilegia, & c. quod nonnullis, & c. in his, de priuileg. & capit. quod in te, de pœnit. & remiss. & ex priuilegijs Sixti IIII. Clementis IIII. & Leonis X. vt habetur in compend. Mendicantium, verbo, interdictum, 1. §. 3. 17. 8. & 23. & Henriquez libro decimotertio, capit. 35. §. 3. in annotationibus in littera Q. Quibus addo ex Couarr. in capit. alma mater. parte secunda, §. quinto, numero tertio, versic. quarto, de sentent. excommunicat. libro 6. & eodem Henriquez vbi supra, §. 3. in fine, quod in festis illis, in quibus suspenditur interdictum generale, suspenditur etiam cessatio generalis, non tam ex concessione dicto capit. alma mater, (quod nihil concedit pro tempore cessationis) quam ex consuetudine, & sapientum & Doctorum auctoritate, qui hoc ample interpretantur. Vnde Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, consultis Doctoribus tum Theologis, tum Iurisperitis & alijs assentientibus id esse certum, practicatum est in festo Corporis Christi, non obstante cessatione; & ita sicut tempore generalis interdicti officia diuina solenniter celebrari possunt, ita etiam & tempore cessationis, maxime cum celebratio hæc temporaria sit, & ad hos dies festos restricta, vt propterea his diebus transactis vis ipsius cessationis, vt antea redeat, quicquid Viualdus vbi supra, numero 6. contradicat.

7 Quartum Salmanticense decretum est, quod conferri possunt Sacramentum Baptismi paruulis, & adultis cum solennitate, & Catechismo, & Sacramentum Confirmationis: Item consecrari potest Chrisma, & oleum necessarium, ac si nullum esset decessationis præceptum. His consentiunt communiter DD. & expresse Couar. in capit. alma mater, parte secunda, §. quarto, numero septimo, versic. vtcunque tamen sit, de sentent. excommunicat. libro 6. Henriquez libro decimotertio, capit. quinquagesimotertio, §. 1. & capit. 55. §. quarto, vbi docent eadem Sacramenta cum debita illorum reuerentia, & solennitate, quæ conceduntur tempore interdicti, absque vlla restrictione licere tempore cessationis. Hæc autem omnia tempore interdicti licere superius capit. septimo, latius ostendimus. Quod autem de consecratione Chrismatis dictum est intelligi debet de Chrismate, quod est necessarium pro Sacramento Confirmationis, & ad ritum Baptismi & ide m de oleo baptizandorum. Sicut enim hæc licite consecrantur in feria quinta hebdomadæ Sanctæ in loco etiam specialiter interdicto; ita etiam si permaneat cessatio in hebdomada Sancta licebit Episcopo hæc eadem consecrare, vt de consecratione istorum tempore interdicti, habetur in capit. quoniam, de sentent. excommunicat. libro 6. & testatur Nauarr. in Manuali, capit. 27. numero 178. & loco citato a nobis fusius expositum est.

8 Quintum decretum est, Sacramentum Pœnitentiæ tam sanis, quam infirmis conferri potest. Idem docent Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 4. num. 7. vers. vtcumque tamen. de sentent. excommuni. lib. 6. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. 4. & in annotat. in littera Z. Quamuis enim iure antiquo non concedebatur sanis, tempore interdicti, iure tamen nouo capit. alma mater & ibi gloss. in verbo, Sani, de sentent. excommunicat. libro sext. conceditur tempore interdicti. Quæ concessio extenditur ad tempus cessationis secundum praxim vulgo receptam, ex Couarr. & Henriquez vbi supra, maxime in ijs, quæ non pertinent ad ordinariam diuinorum officiorum celebrationem. Ratio esse potest, quia noluit Ecclesia pia mater filios suos tam salutari, & necessario salutis remedio priuare, cum non ita facile adultus quilibet contritionem habere soleat, qui tamen cum Sacramento hoc contritus, & iustificatus erit; sic enim pie interpretanda est piæ matris sententia.

9 Sextum eiusdem vniuersitatis decretum est, quod Sacramentum Eucharistiæ solum infirmis dari possit; & portari cum solennitate ad infirmos, cum pulsu campanulæ, dummodo non recitent officiorum diuinorum. Ratio horum omnium est; quia dum conceditur Pœnitentia infirmis, eisdem etiam conceditur Eucharistia per modum viatici, vt habetur in capitulo, quod in te, de pœnit. & remiss. vbi glos. in verbo, Concedimus, & eadem glo. in capit. non est vobis, in verbo, Pœnitentias morientium, de sponsal. Et dum ad infirmos defertur, prædicta solennitas conceditur, quia talis solennitas pertinet ad reuerentiam Christi

in

in Euchariſtia contenti; & quia cum aliquid permittitur, intelligitur, prout decenter vſus obſeruat; Non ſunt tamen recitanda officia diuina, cum hæc ad illum actū non pertineant, & aliàs prohibeantur pro illo tempore, poſſunt tamen recitari Pſalmi, & priuatæ orationes a Sacerdote, cum alijs; & in reditu ab infirmis Euchariſtiam populo oſtendere poteſt, vt eam adorent, vbi mos fuerit, ſicut hæc etiam tempore interdicti fieri poſſunt, vt in capit. 7. diximus, & expreſſe docet Henriquez lib. 13. cap. 53. §. 4.

10 Septimum decretum dictæ Vniuerſitatis eſt, quod non poteſt dari alicui Sacramentum extremæ Vnctionis. Quod intelligitur etiam Clericis Presbyteris, ſine expreſſo priuilegio, vt nec licuit, nec licet nunc tempore interdicti. Dixi, *Sine expreſſo priuilegio*, nam religioſi habent priuilegium recipiendi, vt ſignificant Tabiena, verbo, interdictum. quinto. §. decimo, in fine. Compend. Mendicantium, in verbo, Vnctio. Henriquez libro 13. capit. 45. §. 4. & capit. 47. §. 4. in annot. in littera Y. & capit. 53. §. 4. in annot. in littera M. & inſinuat Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 179. Addit Henriquez in d. capit. 53. nec ordi-
11 nem conferri poſſe tempore ceſſationis a Diuinis, & eſt communis, cum nulla neceſſitas ſit conferendi hoc Sacramentum, maximè hoc tempore, quo a Diuinis ceſſatur, niſi in caſu neceſſitatis, quando deficerent Sacerdotes, qui Sacramenta neceſſaria hoc tempore miniſtrarent.

12 Octauum decretum eſt, quod Sacramentum Matrimonij tempore Ceſſationis fieri poteſt, dummodo interueniat Parochus, aut alius Sacerdos de eius licentia, Benedictiones tamen nuptiales, aut velationes fieri non poſſunt. Et in hoc conſentiunt communiter authores, cum enim ſit contractus, valide tunc temporis contrahi poteſt, ſicut & tempore interdicti, vt in capit. 7. diximus, & fatetur Henriquez libro 13. cap. 53. §. 4.

13 Nonum præfatæ Vniuerſitatis decretum eſt, quod ſepultura eccleſiaſtica dari poteſt clericis Sacerdotibus in cœmiterio, non autem intra eccleſiam. Hæc autem limitatio quoad ſolos Clericos Sacerdotes, non placet Henriquez libro 19. capit. 53. §. quarto quia capit. quod in te, de pœniten. & remiſſ. generaliter loquitur de clericis, clericorum autem nomine etiam tonſurati continentur, vt capit. 8. docuimus, & communis DD. ſententia confirmat. Vnde, ſicut iure antiquo tempore interdicti, ita etiam & tempore ceſſationis, non ſolum clerici Presbyteri, ſed etiam habentes primam tonſuram ſub ſilentio, & abſque officio funerali ſepeliri poſſunt. *Dixi, iure antiquo tempore interdicti*. quamuis enim nunc iure nouo per capit. alma mater. de ſenten. excommunic. libro 6. conceſſum ſit officium funerale pro clericis tempore generalis interdicti, ſeruata quadruplici capitis illius moderatione, non tamen extenditur d. capit. alma mater, ad tempus ceſſationis, & ideo ſeruandum erit quoad hoc ius antiquum contentum in capitu. quod in te, de pœniten. & remiſſ. Dicitur a DD. Salmant. *Quod ſepeliri poſſunt in cœmiterio, non intra eccleſiam*, quia de cœmiterio expreſſum eſt iure antiquo, in d. capit. quod in te, Addunt tamen Angelica, verbo, interdictum, 8. numero 32. & Hoſtienſ. & Henriquez libro 13. de excommunicat. & interdict. capit. 53. §. 4. in annotat. in littera D. poſſe Clericos ſepe-
14 liri in eccleſia etiam ſpecialiter interdicta, quando non eſſet alia non interdicta. Quoad laicos vero conueniunt DD. laicos eccleſiaſtica ſepultura tempore ceſſationis donari non poſſe, id quod Henriquez vbi ſuprà, §. 4. in annotat. in littera C. verum eſſe docet, etiamſi laicus haberet Bullam, aut Priuilegium ſepulturæ pro tempore interdicti, & fauet Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. quarto. numero ſeptimo. verſicul. hinc patet, & §. quinto. numero 6. verſicul. octauo. de ſentent. excommunicat. libro 6. ſiquidem priuilegia, quæ homini priuato conceduntur, ſtricte interpretanda ſunt, tanquam odium iuris, ſeu iuri communi contraria. In ſolis autem capit. alma mater. licet ſepultura cum officio etiam laicis, ex Henriquez libro 13. capit. 53. §. 3. in fine.

15 Decimum Vniuerſitatis Salmanticenſis decretum eſt, quod priuilegia, & Bullæ Apoſtolicæ concedentes poteſtatem audiendi Miſſam, ſi ſint tantum quoad interdictum, non valent tempore ceſſationis etiam generalis. Quod ſi Bullæ loquantur etiam de tempore ceſſationis à Diuinis, oſtendere prius debent priuilegium viris Doctis, & literatis, vt ſciant, quouſque priuilegia ſe extendant, & an reuocata ſint per Bullam cruciatæ, aut alio modo, ne aliàs excedant formam Priuilegij, & vt omnia obſeruent ex conſilio ſapientum, prout debent, ne peccent. quod ſi priuilegium habeant audiendi, vel dicendi Miſſam in aliqua domo, aut loco particulari, non niſi Miſſam vnam in die audire, vel celebrare poſſunt. quod dictum intelligitur de habente priuilegium priuatum, tale enim eſt tanquam odium iuris ſtricte interpretandum in caſu expreſſo; & in hoc etiam conſentiunt Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 189. Couar. in capit. alma mater. par. 2. §. 4. numero 7. vet. nec tamen erit. vbi alios refert, de ſentent. excommunicat. libro 6. & Henriquez libro 13. capit. 53. §. 5. in annot. in littera P. & §. 6. Alphonſus Viuald. tit. de ceſſatione, numero 15. & Iacobus de Graffijs libro 4. deciſ. capit. 28. numero 3. Toletus libro 1. cap. 23. quamuis enim priuilegium iuris, tanquam fauor, ample interpretandum ſit, priuilegium tamen priuatum, tanquam eiuſdem iuris odium, ſtricte interpretandum eſt, vt præfati authores teſtantur. His addi poteſt ex eo-
16 dem Henriquez libro 13. capit. 53. §. 5. in annot. in littera P. & littera Q. licitum eſſe pulſare campanas ad concionem, & ad ea, quæ non ſunt officia diuina, vt ad ſalutationem Angelicam, & pro aduentu Regis in ciuitatem, etiam tempore ceſſationis, & facit, quod inſimilı tradit Couar. in capit. alma mater, par. 2. §. 5. nu. 4. ver. quinto. de ſent. excom. lib. 6. poſt Io. Staphilæum de litteris Gratiæ, & Iuſtitiæ, fol. 157. colum. 1. Et de his, quæ tempore ceſſationis licita, vel illicita ſunt, hæc dicta ſufficiant.

17 Quoad pœnas vero iniuſte ceſſationem imponentis, communis DD. ſententia eſt, ſic iniuſte ceſſantes, eo quod non ſeruarunt conditiones ſuperius capit. 18. traditas, & ſimiliter quando cauſa, propter quam ceſſarunt, non eſt reperta canonica, & ſufficiens, ſiue ſit Epiſcopus, qui ceſſauit, ſiue Canonici, tenentur reſtituere omnia damna illata, & intereſſe, ſeu lucrum ceſſans legis, vt canonicis, qui paratierant aſſiſtere officijs, & per iniuſtam ceſſationem impediuntur, reſtituere debent diſtributiones; & ſimiliter alijs clericis ſatisfacere tenentur poſt ſtipendijs Miſſarum, & officiorum, quæ lucrati eſſent, niſi impediti fuiſſent. Quod ſi ſic iniuſte ceſſans beneficiarius fuerit, non acquirit ſibi pro eo tempore fructus, ſed eos reſtituet eccleſiæ, in qua ceſſatum eſt, ad arbitrium ſuperioris, vt in vtilitatem eccleſiæ illius, & diuini cultus, cui debitum ſeruitium ablatum eſt, aut in pauperum neceſſitatem conuertantur: immo etiam vltra prædicta tenentur ſatisfacere eccleſiæ pro iniuria irrogata ei ad arbitrium ſuperioris, & etiam alteri parti ſumptus reſtituere. Quæ omnia colliguntur ex capit. ſi canonici. de offic. ordin. libro 6. Et quamuis d. capit. ſi canonici, loquatur ſolum de capitulo canonicorum ſic iniuſte ceſſationem imponentium, ſecundum Geminianum tamen ibi, & Angelicam, in verbo, ceſſatio, numero primo. & Syluest. verbo, ceſſatio, numero 4. quæſt. tertia. & quæſt. quarta. idem erit dicendum de alijs, qui ceſſationem iniuſtam impo-

imponunt, & in his etiam præter Angelicam, & Syluest. eti. Conueniunt Summa Astensis, par. 2. libro 7. tit. 16. artic. 8. Tabiena, verbo, interdictum, 1. numero 7. §. sexto. Sotus 4. distinct. 22. quæst. 3. artic. 2. in fine. vers. Tenentur præterea. Toletus libro 1. capit. 23. vers. septimo, & Henriquez libro 13. de excommunic.
18 & interdict. capit. 52. §. 3. & est communis DD. opinio, & doctrina, His addo, quod datur ecclesiæ cui competit hæc restitutio, actio contra huiusmodi iniuste cessantes; quæ actio, quia non est in iure expressum, in quo genere actionis sit, merito dicitur (*Condictio ex lege*) ff. de condict. ex leg. l. vnica, & tradit gloss. in capit. cum liberum, in verbo, beneficia, de sepult. in antiq. & glos. in cap. si canonici, in verbo restituent, de offic. ordin. lib. 6.
19 Quoad dantes causam cessationis iustæ communis est DD. opinio, quod qui dederunt causam iustæ cessationis, post monitionem tenentur ad omnia damna, & interesse clericis, & Canonicis illius ecclesiæ, in qua cessatum est, & ad aliquam satisfactionem æstimandam arbitrio superioris, scilicet Papæ, & in diuini cultus augmentum conuertendam, ex d. capit. si canonici, de offic. ordin. libro 6. Summa Astensi, par. 2. libro 7. titu. 16. artic. 8. Angelica, verbo, cessatio, numero 2. Syluest. verbo, eod. quæst. 3. Soto, 4. dist. 22. quæst. 3. art. 2. vers. tenentur præterea, Toleto lib. 1. cap. 23. vers. septimo, & Henriquez lib. 13. cap. 52. §. 3. in fine. Ant. Cucchius lib. 4. tit. 13.
20 Alia pœna etiam constituitur contra eos, qui iustam cessationem a Diuinis violant, scilicet excommunicatio, cum hac tamen differentia, si enim cessatio particularis sit, etiamsi sit ecclesia Matris sit violans, non incurrit excommunicationem, siue secularis sit, siue regularis. Ratio est: quia violatio censurarum excommunicationem inducit, cessatio autem particularis a Diuinis non æquiparatur interdicto, ob cuius violationem incurritur excommunicatio: sin autem cessatio generalis sit imposita ab Ordinario loci, vel a Sede Apostolica, vel a Concilio Prouinciali, aut ab alio quocunque auctoritatem habente, si eam seruet ecclesia Cathedralis, vel Matrix, seu parochialis loci, religiosus etiam exemptus eam violans ipso facto excommunicationem incurrit, vt habetur in clemen. 1. de sentent. excommunic. Syluest. verbo, cessatio, quæst. 5. Angelica, verbo, cessatio, in principio. Soto. 4. distinct. 22. quæst. 3. articu. 2. versicul. de pœnis autem. Marco Antonio Cucchio libro 4. Institut. Iuris Canonici, titu. 13. & Henriquez libro 13. de excommunic. & interd. capit. 54. §. 3. in nullo tamen casu irregularis efficitur, vt latius in cap. 17. ex communiori DD. sententia comprobauimus.

De pena degradationis, seu depositionis; & Curiæ seculari traditionis; Quid sint, & a quo penæ istæ infligantur. Cap. XX.

S V M M A.

1 *Iuris Canonici, & Ciuilis circa delicta punienda quodnam discrimen.*
2 *Pœnæ Canonicæ quomodo ad pœnas Ciuiles comparentur.*
3 *Degradatio, suspensio, & depositio aliquando pro eodem accipi solent.*
4 *Suspensio priuationem legitimæ executionis ordinis, vel officij, cum spe dispensationis importat.*
5 *Depositio priuationem executionis legitimæ officiorum, & beneficiorum simpliciter, & ex toto importat.*
6 *Degradatio & legitima executione officiorum, & beneficiorum, & vtroque priuilegio Clericali priuat.*
7 *Degradatio qualiter ab irregularitate distinguatur.*
8 *Degradatio quid proprie sit.*
9 *Degradationis pœna soli Ecclesiastici coerceri possunt.*
10 *Degradatio est duplex, Verbalis, & Actualis, & quid vtraque sit.*
11 *Degradatio verbalis, & actualis, qualiter inter se differant.*
12 *Depositus solum verbaliter priuilegio Canonis fruitur.*
13 *Depositus verbaliter tantum gaudet priuilegio fori.*
14 *Depositus tantum verbaliter, iurisdictioni Ecclesiæ subijcitur.*
15 *Depositus solum verbaliter quibus in casibus sine Iudicis præuia declaratione per Iudicem secularem puniri possit.*
16 *Degradatus actualiter vtroque priuilegio tam fori, quam canonis priuatur.*
17 *Depositio verbalis certum numerum Episcoporum requiris, non autem actualis.*
18 *Degradandi potestas ad Episcopum, eiusque superiores olim pertinebat, hodie autem etiam Vicarius generalis Episcopi Clericos deponere potest.*
19 *Episcopus an electum in Episcopum, qui renunciauit Episcopatui, deponere possit.*
20 *Episcopus ordinatum Subdiaconum a Papa, deponere nequit.*
21 *Episcopus ordinatum ab inferiore de licentia Papæ an deponere possit.*
22 *Degradandi potestas an Iurisdictionis, vel ordinis sit.*



1 Circa has, aliasque pœnas iure Canonico contra delinquentes inflictas, ante omnia diligenter obseruandum est discrimen interius ciuile, & ius canonicum circa delicta punienda, nam quædam sunt crimina capitalia, ob quæ iure ciuili imponitur pœna capitis, quædam verò non capitalia, quæ pœna pecuniaria puniuntur, de quibus habetur in l. 2. ff. de publicis iudicijs. Iure vero Canonico ob nullum crimen etiam enorme, pœna capitis, aut sanguinis imponitur. capit. cum non ab homine, de iudic. & capit. sententiam, ne Clerici, vel monachi, & tradit. Ioan. Bern. Diaz in Pract. Crim. Canon. cap. 13.
2 Pœnæ vero Canonicæ hæ sunt, Excommunicatio, Suspensio, Interdictum, Cessatio a Diuinis, Degradatio, Depositio, & Curiæ seculari traditio, quę pœnæ secundum Spec. tit. de accusat. §. 2. ad pœnas ciuiles sic comparantur, Excommunicatio enim comparatur Interdictioni aquæ, & ignis, in cuius locum iure ciuili successit Deportatio, l. 2. ff. de pœnis. Suspensio temporalis, æquiparatur Relegationi. Depositio, perpetuæ Deportationi. Degradatio, Capitis diminutioni, ca. qualiter, 2. & ibi Panor. nu. 9. de accusat. Traditioni curię secularis succedit Pęna mortis, ex Innoc. in d. c. qualiter, 2. col. pen. Io. Bern. Diaz in Pract. Crim. Canon. c. 133.
3 Et quamuis Degradatio, Deordinatio. Suspensio, & Depositio, nonnunquam adinuicem confundantur, & sumi videantur pro eodem, vt d. 81. cap. Sacerdos, cap. dictum est, ca. clericus, & c. Archidiaconum. & alibi

& alibi sæpe. & Summa Astens. par. 2. lib. 7. tit. 17. artic. 1. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, capitulo 4. ante finē. Syluest. verbo, degradatio, in princip. Simō. Maiol. lib. 3. de irregul. capit. 22. numero 1. & 2. fauet Nauarr. in Manual. cap. 27. nume. 152. versi. quinto dico. Henriquez lib. 13, de excommun. & interd. c. 55. §. 1. & colligi potest etiam ex cap. clericus, 1. & ca. clericus, 2. distin. 46. quatenus scilicet lata acceptione conueniunt in quadam significatione, & priuatione legiti-
4 mæ executionis officiorum ordinum &c. Si tamen proprie considerentur, inter se differunt; nam Suspensio importare videtur priuationem executionis legitimæ ordinis, vel officij Ecclesiastici simpliciter, vel ad tempus, & cum spe dispensationis; quæ quandoque a iure, quandoque à Iudice infertur. Depositio autem proprie im-
5 portat priuationem executionis legitimæ officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter, & ex toto, absque spe restitutionis, retento tamen vtroque priuilegio, tum canonis, si quis suadente, 17. quæstio. 4. tum fori, ita vt conueniri non possit in iudicio sæculari, nec capi, nec puniri a laicis; & fit per sententiam hominis.
6 Degradatio autem proprie priuat executione legitima officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter, & ex toto, absque spe restitutionis, & vtroque Clericali priuilegio tum fori, tum Canonis priuat, & fit cum quadam solennitate, de qua cap. 2. de pœnis, lib. 6. & S. Anton. Syluest. vbi supra, & Sebastianus Medices, par. 2. Summæ, titulo 9. quæstio. 21. tradunt post Panorm. in c. cum nō ab homine, de iudic. ferè per totum. Ex quibus constat hæc inter se differre, & depositionē quid superius esse ad degradationem, si quidem omnis degradatio est depositio, non tamen e contra omnis depositus censetur degradatus. Quibus addi potest degra-
7 dationem ab irregularitate etiam differre, quia irregularitas superueniens ordinato, nec titulo, nec fructibus beneficij priuat, ex Innoc. in capit. cum nostris. de concess. preb. Felin. in ca. inquisitionis. de accusat. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 251. Henriquez libro 13. capitulo. 55. §. primo. degradatio autem vtrumque tollit. Irregularitas etiam ipso iure tantum incurritur, cap. is qui, de sent. excommun. libro 6 & absque solennitate, degradatio autem nunquam infertur ipso iure, sed ab homine, vt testatur Henriquez vbi supra post Summam Astensem, par. 2. libro 7. titulo decimoseptimo articulo secundo.
8 Ex quibus omnibus colligi potest hæc degradationis definitio, quam ibi ponunt Henriquez, & Medices, *Degradatio est pœna ecclesiastica, qua vir ecclesiasticus priuatur omnino executione ordinis, & beneficij administratione, & omni priuilegio clericali, absque spe restitutionis, & cum quadam solennitate.* Quæ definitio, ex dictis manifesta est; Dicitur enim (*Pœna Ecclesiastica*) vtpote, quæ a solis personis Ecclesiasticis fieri potest, immò censetur esse pœna grauissima, cum vltra hanc, aliam maiorem ecclesia infligere nequeat, argum. cap. cum non ab homine, de iudic. & Simon Maiol. libro tertio de irregul. cap. 22. numero quarto. & quia semel degradatus perpetuo depositus est. gloss. in cap. si lapsis. in verbo, Non statuta distinct. 50. & gloss. in cap. ideo, in verbo, ac restitutionibus, secunda quæstio. 6. & faciunt capit. qui semel. & capit. presbyterum, & capit. peruenit, distinct. 50. & capit. si quis Clericus, distinct. 81. Decius in capi. at si Clerici notab. 5. de iudicijs, & a solo Papa restitui potest, ex gloss. in capit. contumaces, in verbo, dignitatemque, dist. 50. & facit capitulum primum, in fine. de pœnit. dist. 6. Archid. in capit. Clericus, 2. distinct. 46. & in d. capit. contumaces, Angelica, verbo, degradatio, numero quinto. Summa Astensis, part. secunda libro septimo, titulo decimoseptimo, articulo 5. & citat Hostiē sem in capitulo clerici, vbi etiam Panorm. numero 3. de Cler. excommun. ministr. Syluest. verbo, degradatio. quæstio. 9. S. Anton. 3. parte titulo 28. de suspens. capit. 4. ante finem. Gregorius Tholosanus in Syntagmate Iuris, par. 3. libro 31. capitulo 30. numero 8. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par. 3. tract. de depositione, & degradatione, numero 3. Simon. Maiol. libro 3. de irreg. capit. 22. numero 5. Henriquez li-
9 bro 13. cap. 45. §. 4. Dicitur (*vir Ecclesiasticus.*) quia soli viri ecclesiastici hac pœna coerceri possunt, & hac pœna omnes ecclesiastici, non solum in maioribus ordinibus constituti, sed etiam in minoribus, puniri possunt; nam licet Clericus constitutus sit in minoribus, nihilominus tamen capax est sententiæ depositionis, seu degradationis, vt notant Anton. in capit. at si Clerici, de iudic. Barbat. in cap. cum non ab homine, colum. 2. de iudic. Panorm. ibidem, nu. 3. & in cap. si quis presbyter. num. 1. de Cler. excommun. minist. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, versic. quid si Diaconus, & versic. seq. Arnald. Albertinus in repet. cap. quoniam, de hæret. libro 6. versic. nota quinto, Bernard. Diaz in Pract. Crimin. Canon. c. 132. Simon Maiol. libro 3. de irreg. cap. 22. numero 4. & Henriquez libro 13. cap. 55. §. 2. & §. tertio & pro hac re faciunt capitul. final. distinct. vigesimaquarta & capit. episcopus, presbyter, 11. quæstio. 3. & capit. si quis Episcopus, 27. quæstio. prima. & capi. 2. de cler. excom. ministr. Reliqua in definitione posita satis manifesta sunt, & proinde in præsentiarum omittenda.
10. Est autem degradatio duplex, vna verbalis; altera actualis: Verbalis est illa, quæ per sententiam priuat tantum a legitima executione ordinum, & graduum ecclesiasticorum, & dici solet depositio. Cum enim ecclesia declarat aliquem a Clero exclusum esse, ex hoc dicitur depositus: Solebat enim ecclesia primitiua vniuersum Clerum catalogo inscribere, a quo si quis deponendus erat, delebatur, vt constat ex Concilio Agathēsi, can. 2. Hug. & Archid. in cap. contumaces, & ibi glo. verbo, in matricula, dist. 50. & cap. nomen, & ibi gloss. in verbo, vel supprimere, 11. quæst. 1. & Augustino epist. 137. Summa Astensi, par. secunda. libro 7. titulo 17. artic. 1. in fine. Simone Maiolo, libro tertio. de irreg. capit. 22. numero 1. Actualis, quæ degradatio dicitur, est executio depositionis verbalis, sicut etiam traditio curiæ sæculari, executio est actualis depositionis, seu degradationis, de qua actuali degradatione agitur in ca. nouimus, de verbo. signific. Hanc diuisionem tradunt communiter DD. vt Panorm. in cap. qualiter, & quando, nu. mero 10. de accusat. & in cap. at si Clerici, §. de adulterijs, numero 14. de iudic. vbi citat glos. in capit. ideo, in verbo, ac restitutionibus. 2. q. 6. Specul. in tit. de leg. §. nūc ostendemus, versic. nono. Angelica, in verbo, degradatio, in princip. Syluest. verbo, degradatio, numero primo. Tabiena, verbo, eod. numero primo & numero secundo §. primo Simon Maiol. libro 3. de irreg. capitulo 22. numero primo & Henriquez libro 13. capitulo quinquagesimoquinto §. tertio. Alphons. Viuald. vbi supra, numero 4. 5.
11 Differunt autem hæ duæ inter se;
Primo, quia depositio verbalis significat tantum priuationem honoris, & dignitatis; degradatio autem actualis in foro ecclesiæ idem valet, quod in foro sæculari separatio animæ a corpore, ex Ioan. Andr. & DD. in cap. inquisitionis officium, col. 1. de hæret. lib. 6. Fel. in c. in nonnullis. versic. in gl. fi. de Iudæis. Simone Maiolo libro 3. de irreg. capit. 22. numero 2. & Alphonso Viualdo, in Candelab. part. 3. tract. de deposit. & degrad. num. 7.
12 Secundo verbaliter depositus adhuc fruitur priuilegio canonis, 17. quæstio. quarta capit. Si quis suadente, & ideo eum percutiens est excommunicatus, gloss.

in capit.

in c.degradatio, in verbo, priuilegio Clericali, de pœnis, lib. 6. Innoc. in cap. ex parte, de Cleric. coniug. habitum tamen portare debet, & in omnibus Clericaliter viuere, cap. dictum est nobis, & ibi gln. in verbo, sæculariter, distin. 81. Panormit. in cap. ad abolendam, numero 11. de hæret. & in cap. nominis, num. 2. de verb. signifi. Angel. verb. degradatio, nume. 1. Syluest. verbo, eod. quæst. 6. Tabiena, verbo, degradatio, num. 2. §. primo. Nau. in Man. c. 27. nu. 81. Alphons. Vinald. vbi supra, nu. 6. & nu. 38. Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 4. Sebast. Medic. par. 2. Summæ, titulo 9. quæst. 24. Toletus libro 1. cap. 17. & Henriquez libro 13. capit. 55. §. 3. Quod tamen limitandum est ex Panorm. in d. cap. ad abolendam, & alijs citat. nisi post verbalem sequatur incorrigibilitas, quia tunc licite percuti potest, & absque alia traditione comprimi possit

13 per Iudicem sæcularem. Eademque ratione sic verbaliter depositus gaudet priuilegio fori, vt locis citatis DD. docēt; quod intelligitur, nisi sit incorrigibilis, siquidam inueteratus, & incorrigibilis clericus potest ipso iure comprimi à iudice sæculari absque alia degradatione actuali.

14 Illud tamen obseruandum est, quod cum Clericus verbaliter solum depositus, sit de iurisdictione Ecclesiæ, ex Panormit. in capit. ex parte, numero tertio, de Cleric. coniug. potest as hæc super deposito incorrigibili exerceri non potest a Iudice sæculari, nisi Iudex Ecclesiasticus declaret eum incorrigibilem, quem etiam declarare potest illo non citato, ne fugiat. Quæ etiam doctrina traditur a Panormit. in capit. cum non ab homine, num. 29. post Cardin. ibi, de iudic. & Innocent. in cap. 1. de homicid. lib. 6. & Aret. in d. capit. cum non ab homine, col. 5. & Fel. ibidem, colum. 4. & ab eodem Fel. in ca. Rodulphus, colum. 33. de rescript. Dominic. in cap. Nec licuit distinct. 17. Bernard. Diaz. in Pract. Crimin. capit. 131. in fine, Simone Maiolo libro 5. de irreg. ca. 26. num. 4. Gregorio Tolosano in Syntagm. libro 31. ca. 30. num. 6. Alphonso Viualdo loco citato, num. 31. & 32.

15 Sunt tamen quædam crimina ob quæ (vt infrascripti authores tradunt) post verbalem depositionem, ante realem degradationem Clericus sic depositus, etiam sine præuia iudicis declaratione puniri poterit per iudicem sæcularem, vt si esset assassinus, faciens aliquem

16 Christianorum interfici per assassinos, vel mandans, & multo magis, si ipsemet talis esset, argumen. capit. 1. de homicid. lib. 6. & Lapus ibi, & Domin. ibi in fine. Barbat. in capit. at si Clerici. de iudic. col. 32. num. 129. Ioan. Lupus in tract. de libertate Ecclesiastica, quæst. 9. & latius Arnal. Albert. in repet. in capit. quoniam, in col. 148. versic. octauo, & vltimo fallit. cum 11. colum. seq. Ioan. Bernar. Diaz in Pract. Crimin. canon. capit 91. & faciunt quæ docet Conar. in Clemen. si furiosus. par. 2. initio relect. numero 9. de homicid. expresse Henriquez libro 13. capit. 55. §. 3. idem, si esset reus læsæ maiestatis, aut alijs criminibus enormibus se immisceret, argumen. eorum, quæ tradunt gloss. in cap. perpendimus, in verbo cogantur. & ibi Panormit. numero 6. & 7. & alij, quos refert de senten. excommunic. Quorum opinio, tuto, caute, & non nisi vbi periculum esset in mora, practicanda est. At vero degradatus realiter, vtrumque priuilegium Clericale tam fori, quam canonis amisit.

17 Tertio, depositio verbalis certum numerum Episcoporum requirit, non sic actualis degradatio, vt notant Panormit. in capit. qualiter, & quando, numero 10. de accusat. & Gemin. in cap. 2. de pœnis, libro 6. Tabiena, verbo, degradatio, in princ. & Syluest. verbo, degradatio num. 1. in fine, & nos in sequentibus vtriusque formam trademus.

18 Hæc autem deponendi, vel degradandi potestas ad Episcopum iure antiquo pertinebat, vel eius superiores, non autem ad Episcopo inferiores, capit. 2. de pœnis, lib. 6. & facit glo. in cap. cum & plantare, §. in Ecclesijs vero, in verbo, pleno iure, de priuileg. Summa Astens. par. 2. lib. 7. tit. 17. ar. 2. Alphonsus Viual. tract. de depositione, & degradatio num. 9. Toletus lib. 1. c. 17. & Henriquez lib. 13. cap. 55. §. 2. in annotat. in littera G. Inimo vero nec a Cardinali Legato a latere deponi potest Episcopus suæ prouinciæ, nisi id specialiter in suo priuilegio contineatur, vt intelligunt DD. ex cap. ioter corporalia, §. sicut ergo Episcoporum, de trāslat. Episc. & expresse tradit Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 17. artic. 2. & constat ex Concil. Trident. sess. 24. de reformat. capit. 5. Multoque minus potest Legatus missus non Cardinalis Episcopum deponere. Addit tamen Summa Astensis vbi supra presbyterum tam a Legato, dummodo sit Episcopus, quam etiam ab Episcopo deponi posse, concurrentibus alijs, quæ ad eius depositionem requiruntur, nimirum, si adsit legitima causa, iuris ordine seruato, & reo de crimine conuicto. Dixi iure antiquo solum Episcopum, eiusque superiores deponere posse, quia hodie ex declaratione Concilij Tridentini Sess. 13. de reform. cap. 4. etiam Vicarius Generalis Episcopi in spiritualibus verbaliter Clericos deponere potest, vt etiam annotant Alphonsus Viuald. vbi supra, num. 9. Toletus lib. 1. c. 17. Quę autem crimina depositionem, vel degradationem, inducant, cap. sequenti dicemus.

19 Dubium vero esse potest, an Episcopus deponere possit electum in Episcopum, qui renunciauit Episcopatui, & retinuit beneficium primum? Respondent Summa Astensis, part. 2. libro 7. titulo 17. artic. secundo, quæst. secunda, post Ioan. Andr. quem refert & Alphonsus Viualdus loco superius allato, numero 19. non posse, & hoc in memoriā pristinę dignitatis, ff. de Decurion. leg. vlt. & maximè facit pro hac re capit. ioter corporalia, §. sicut enim Episcopus. versic. vnde cum non sit. de transl. ti. Episcopot. cum tamen sit eius subditus, poterit eum iudicare, argumen. capit. ad supplicationem, de renunciat. Sicut etiam ordinatum Subdiaconum a Papa, Episcopus quamuis eum iudicare

20 possit, cum sit subditus suus, deponere tamen nequit, sed causam instructam ad Papam mittere debet, sic gloss. in capit. per tuas, in verbo, subdiaconatus, vbi Panorm. numero secundo, ait esse communem DD. de maior. & obed. & ibi Vinc. Host. Ber. & DD. in capit. cum in distribuendis. & ibi Innocent. qui ait nec posse perpetuo suspendi ab illo ordine per inferiorem. & Ioan. Andr. de tempor. ordin. & Summa Astensis, par. 2. libro septimo tit. 17. artic. 2. quæstio. 3. & Alphons. Viualdus, vbi supra, numero 20. Ratio eorum est, quia si non potest ordinari per inferiorem sine licentia Papæ, vt in d. cap. cum in distribuendis, de temp. ordinat. à fortiori nec poni potest. Quam sententiam Panormit. d. cap. per tuas, æquiorem esse dicit, & seruaodam ob reuerentiam Romani Pontificis, ipse tamen contrariam opinionem cum gloss. in capit. filium vestrum. in verb. non habet, 1. quæst. 1. & Host. sequitur, deponi posse ab Episcopo non solum a beneficio, sed etiam ab ordine ex delicto superueniente; crimen enim priuat quem priuilegio, citatque ad hoc capit. priuilegium, 11. quæstio. 3. & Aothent. qua io prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Nec obstat, quod non potest eum ordinare sine licentia Papæ, quia ibi non concurrit causa criminis, vt hic in casu nostro: & quia priuilegium est stricte interpretandum, quod cedit in præiudicium aliorum, argumen. capituli ex parte, de decim. Igitur interpretatio fieri debet, vt ille possit deponi. Hæc Panormit. ibi, cuius opinio valde probabilis est; maxi-

maxime quando crimen superueniens enorme esset; prior tamen opinio est communior, & seruanda, vt ipsemet Panorm. fatetur, propter reuerentiam Romani Pontificis.

21 Sed dubitari potest de eo, qui de licentia Papæ recepit ordinem ab inferiore, an hic ab eodem deponi possit, Respondet Hostiens. & Panorm. in d. cap. per tuas, nu. 2. de maior. & obed. & Felin. ibidem, & notatur in margine illius loci posse; quia priuatus est primo priuilegio; siquidem recipiendo ordinem ab inferiore, illi priuilegio renunciasse videtur, arg. cap. cum renunciatur, 32. q. 1.

22 His omnibus addi possunt hæc duo, vnum est, Quod sicut nemo seipsum excommunicare potest, ita nemo seipsum deponere valet, gloss. in ca. nunc autem, in verbo, Marcellinus, dist. 21. & est communis DD.

Secundum est, potestatem deponendi a beneficio, & officio Ecclesiastico esse potestatem Iurisdictionis, deponere vero ab ordine, pertinere ad potestatem ordinis, ex communi DD. sententia, in cap. transmissam, & ibi glo. in verbo, de talibus, de elect.

De criminibus depositione, seu degradatione dignis, Cap. XXI

S V M M A.

1 *Depositionis pena varia est, & varijs ex causis infertur.*

2 *Depositio non nisi ob crimen graue fieri debet, aut solet.*

3 *Crimen quodcunque mortale depositionem non inducit.*

4 *Deponendus quis non est, nisi ob publicum, & notorium crimen.*

5 *Deponendus quis non est, nisi ob crimen in iure specialiter expressum.*

6 *Depositionis varia crimina ab authoribus tam antiquis, quam recentioribus enumerantur.*

7 *Dilapidator bonorum ecclesiasticorum deponendus est, & quis vt talis habendus.*

8 *Simonia notoria causa sufficiens est depositionis.*

9 *Deponendus est Clericus Presbyter, aut Diaconus de fornicatione notoria, scandalosa, & continuata conuictus.*

10 *Fornicatoribus Presbyteris, aut clericis variæ penæ in iure imponuntur.*

11 *Concubinatus diu continuatus, & notorius, causa sufficiens est depositionis.*

12 *Ebrietatibus, aleis, & iocis inhonestis deseruiens Clericus post admonitionem non se emendans, deponi meretur.*

13 *Clericus adulationibus vacans.*

14 *Item vsurarius.*

15 *Vel publica incontinentia laborans.*

16 *Sine examine promotus.*

17 *Scienter criminosos ordinans.*

18 *Aut relicta propria Ecclesia sine Ordinarij licentia pinguiorem accipiens, deponendus est.*

19 *Clericus Episcopo inobediens.*

20 *Aut crimen in Ecclesiæ vniuersalis scandalum fouens.*

21 *Aut pecunia aliquem in Ecclesia supplantans.*

22 *Vel exercitium curæ in aliena Ecclesia sine licentia vsurpans deponi meretur.*

23 *Episcopus, aut Clericus ad iudicium laicum confugiens.*

24 *Aut sine licentia Episcopi altare erigens.*

25 *Aut vna cum Iudæis balneis vtens.*

26 *Aut raptor puerorum,*

27 *Vel in locis priuatis sine licentia Episcopi celebrans deponendus est.*

28 *Accusatus Clericus de crimine grauissimo, & interim pendente accusatione promotus deponendus est.*

29 *Sacerdos culpa sua parochianum suum sine baptismo mori permittens.*

30 *Aut ob notabilem insufficientiam deponendus est.*

31 *Clericus per assassinos quempiam Christianorum interfici faciens, aut eos receptans, vel defendens deponi meretur.*

32 *Clericus excommunicatus, aut interdictus celebrans, & monitus non desistens deponendus est.*

33 *Deponendus quis non est nisi ob maximum crimen.*

34 *Crimen maximum depositione dignum quodnam sit, Iudex iuxta ea, quæ in iure exprimuntur, arbitrari debet.*

35 *Crimina atrocia dicuntur ea, quæ ex legibus duodecim tabularum descendunt, & ob quæ in iure ciuili pœna capitis imponitur.*

36 *Deponendus quis statim ob crimen graue non est, nisi sit incorrigibilis.*

37 *Incorrigibilis an quis sit, ex quatuor præcipue cognosci potest, & quænam ea sint.*

1 IN hac re variæ ponuntur Regulæ a DD. Quia tamen varia est depositionis pena; quandoque enim quis deponitur ab administratione propter defectum scientiæ, sicut Episcopus deponitur, cap. fina. de ætat. & qualit. Quandoque quis ob negligentiam in regimine deponitur, vt deponitur Abbas, cap. si quis Abbas, 18. quæstio. 2. non de huiusmodi depositione hic agitur, sed de ea solum, qua quis ab officio, beneficio, & ordine deponitur. Hæc autem deposi-
2 tio nō nisi ob crimen graue fieri debet, aut solet. Quod nam autem sit hoc crimen, inter se DD. non conueniūt. Quidam enim dicunt, ob quodcunque crimen mortale, seu capitale Clericum deponendum esse, loquendo de rigore iuris, sic Goffred. in summa tit. de cohab. Cleric. & mulier. & probat. ex cap. si episcopus, distinct. 50. & cap. si diaconus, distinct. 81. sed vt recte notat Panorm. in ca. at si clerici, num. 34. de iudicijs, non debet quis attendere multum ad Canones antiquos, quia illi de faciili imponebant penam depositionis. Nam vt valde singulariter inquit textus in cap. fraternitatis tuæ, dist. 34. nostri temporis ætas, quia non solum merita, sed etiam corpora defecerunt, censuram illius districtionis, & antiquorum Canonum non patitur in omnibus manere;

3 Alij vt referunt gloss. 81. dist. capitulo 1. in verbo & damnatione, & glo. in Summa, 15. quæstione 8. in verbo, de vltima vero, & Hostien. in Summa, libro 5. titu. de accusat. §. quis sit effectus, versic. tradunt autem, numero decimoquarto. & Panorm. in d. capit. at si clerici, numero 34. de iudic. pro regula tradunt, quod omne crimen mortale inducit depositionem, nisi casus in iure sit exceptus. Sed neque vera est hæc regula, quia odia, & pœnæ restringendæ sunt, capit. odia, de

reg. iur. lib. 6. non ergo addere debemus nos pœnam de positionis, sic enim pœnæ ampliarentur.

Vt autem certi aliquid statuamus, regulas sequentes ex communiori, & saniori DD. sententia apponam.

4 Prima est, Ob nullum crimen nisi publicum, vel notorium sit, deponi quispiam debet, quæ regula colligitur ex cap. ex tenore, & cap. finali, de temp. ordin. & notant Panorm. vbi supra, & Summa Astensis, par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 6.

5 Secunda est. Propter nullum delictum deponendus, est aliquis nisi in iure specialiter exprimatur. Hanc regulam probant glos. 81. dist. 1. & 15. q. 8. in Summa, cit. & Hostiens. & Panorm. locis proxime allatis. Alex. de Imola, in l. scimus, circa princip. C. de iure deliber. Ias. in l. 1. colum. penult. C. de transact.

6 Quod si quæras, quænam sint hæc crimina, propter quæ in iure imponitur depositio; Respondet gloss. in Summa, 15. quæstio. octaua, hoc non esse a Canone expressum. Hostiensis vbi supra, multa enumerat, sed nimis confuse, & sine textu, & auctoritate. Astensis, in d. articulo sexto & eum secutus Alphonsus Viualdus, tract. de depositione. & degradatione, numero 11. enumerant 109. sed multa ab eis recensita non ita bene ex sacris Canonibus colliguntur, vnde præcipua crimina, ob quæ quis deponendus est, hæc sunt, quæ iure exprimuntur.

7 Primum est, dilapidator bonorum Ecclesiasticorum capit. Apostolicos, 12. q. 2. Et si sit de dilapidatione suspectus, dari ei debet vir prouidus, & honestus in adiutorem, vt habetur in capit. venerabili fratri, & ibi glos. in verbo suspectus, & in verbo, Coadiutorem, de offic. iudic. deleg. & facit capit. licet Heli, §. quia vero, de simonia, cui suspecto de dilapidatione. & ipsius coadiutori interdici debet omne alienationis genus ex Panor. in d. capit. venerabile, numero quarto vbi ait, quod talis dario Coadiutoris Episcopi, ad solum Papam pertinet, & colligitur ex cap. vnico, de Cler. ægrot. lib. 6. vbi plura de hac re traduntur. Qualiter autem probetur dilapidator, vide per Specul. in tit. de inquisit. §. tertio, & in §. quid si reus. Dilapidator autem bonorum Ecclesiæ est prælatus res Ecclesiasticas alienans, & male expendens. Bald. in capitulo primo, §. sancimus, quo tempore miles. Angelica, Syluest. & Tabiena, in verbo, dilapidator.

8 Secundum est, ob Simoniam nototiam, cap. de hoc autem, & capit. ea quæ. iuncta glos. in verbo, periculum ordinis, de simonia.

9 Tertium est, Clericus presbyter, aut diaconus deprehensus in fornicatione, periurio, furto graui, aut homicidio, deponendus est, distinct. 81. capit. Presbyter, & capit. si quis episcopus, sed quia cap. presbyter. distinct. 82. contrarium dicit, scilicet, non esse deponendum, ideo communis DD. sententia est, ex glos. in cap. Maximianus, in verbo, remoueantur, & in ca. si quis episcopus, distin. 81. Goffred. in Summa in tit. de cohab. Cler. & mult. & Panorm. in capit. At si Clerici, numero 35. & 36. & Anton. ab eo cit. quod ob simplicem fornicationem quis deponi non debet, quia vt ait Gregorius distinct. 50. in capit. quia Sanctitas tua pauci sine vitio incontinentiæ reperiuntur, quod si ipsa fuerit admodum qualificata, vt notoria, scandalosa, aut diu continuata, tunc licet videatur digna depositione, relinquitur tamen arbitrio Iudicis, vt quam pœnam velit, contra talem imponat. Cum enim iura varias imponant pœnas

10 contra hoc crimen, vt ibi refert Panorm. nume. 35. relinquitur Iudicis arbitrio, vt consideratis circumstantijs, scandalo, & consuetudine patriæ, apponat pœnam quandoque depositionis, quandoque suspensionis ab officio, & beneficio, argum. capit. quam sit graue, de excess. prælat. quandoque prius moneat, quandoque sine monitione priuet, ex quo constat de delicto, videtur enim dari ei optio, quam pœnam apponere velit, ex quo varias pœnas, & modos procedendi à iure reperimus traditos, ex gloss. in capit. fraternitatis, in verbo, Professura, d. 34. argum. capit. de causis, §. illis etiam, de offic. deleg. & gloss. in Summa, 21. quæstio. 2. in versic. quia vero, & in cap. a crapula, in ver. vel beneficio, de vita & honest. Cleric. & Panorm. in d. capit. at si Clerici, nu. 36. de iudic. semper tamen partem benigniorem sequatur.

11 Quartum est concubinatus diu continuatus, & notorius, & perseuerans post monitionem; Item stuprum virginis, vel etiam cum filia spirituali, facit pro hoc capit. si quis Episcopus, & ibi glos. in verbo, deponatur, & capit. virginibus, & capit. si qua monacharum, & cap. si quis rapuerit, 27. quæstio. 1. & capit. omnes, & capit. si quis Sacerdos, & c. non debet, 30. q. 1. Panorm. in capit. at si clerici, num. 35. de iudicijs, Nauarr. in Manua. capitulo 27. numero 148. & Henriquez libro 13. de excommun. & interd. capit. 55. §. 5. maxime si Clericus in sacris fuerit.

12 Quintum est, Clericus ebrietatibus, aleis, & alijs iocis inhonestis deseruiens, si monitus, non desinat, deponendus est, dist. 35. cap. 1. & ibi gloss. in verbo aut desinat, & cap. nulli, dist. 44.

13 Sextum est, Clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, cap. clericus. 1. distinctione 46.

14 Septimum est, Clericus vsurarius etiam deponendus est, distinct. 47. capitulo 1. & 2. & capit. si quis Clericorum, eadem distinctione & capitu. quoniam, 14. quæstione 4.

15 Octauum est, Clericus publica incontinentia laborans, cap. Maximianus, dist. 81.

16 Nonum est, qui sine examine promouentur, dist. 24. cap. finali.

17 Decimum est; qui scienter criminosos ordinauit, cap. tantis, dist. 81.

18 Vndecimum est, Qui relicta propria Ecclesia absque Prælati licentia pinguiorem accederit, 7. quæst. 1. cap. si quis presbyter.

19 Duodecimum est, Clericus Episcopo suo inobediés, quique insidias, contumeliam, vel conuicia in proprium Episcopum contulerit, capitu. si quis Sacerdotum, 11. quæst. 1.

20 Decimum tertium est, Qui publice crimen aliquod in vniuersalis Ecclesiæ scandalum fouet, capitulo fina. 2. qu. 1.

21 Decimum quartum est, Qui pecunia aliquem in Ecclesia supplantauit, ita vt ipse in locum eius Simoniace successerit, capit. præsenmm, septima q. 1.

22 Decimum quintum est, Exercitium curæ in aliena Ecclesia sine licentia vsurpans, capitu. nullum, 9. quæst. secunda.

23 Decimum sextum est, Episcopus, aut Clericus ad iudicium Imperatoris confugiens, capitu. si quis presbyter, 11. quæstio. 3. & cap. si quis Episcopus, 23. quæstio. octaua.

24 Decimum septimum est, Qui sine licentia Episcopali altare in Ecclesia consecrata erigit, c. Nullus presbyter, de consecr. dist. 1.

25 Decimum octauum est, Clericus vtens, vna cum Iudæis balneis, medicinis, & huiusmodi, cap. nullus eorum, 28. q. 1.

26 Decimum nonum est, Clerici raptores puerorum, & consentientes, capitulo eos, & capitulo de puellis. 36. quæst. 2.

27 Vigesimum est Celebrans in locis priuatis sine licentia Episcopi, capitulo, Clericos, de consecrat. distinct. prima.

Vigesi-

28 Vigefimum primum eſt, Qui accuſatus de aliquo grauiſſimo crimine, pendente accuſatione promouetur, glo. in capit. tantus Daniel, in verbo, obrepſit, diſtin. 81. iuncto cap. omnipotens, de accuſat.

29 Vigeſimumſecundum eſt, Sacerdos permittens culpa ſua parochianum ſuum mori ſine baptiſmo, de conſecr. diſt. 4. cap. quicumque.

30 Vigeſimumtertium eſt, Clericus ob notabilem inſufficientiam, cap. fi. de ætat. & qualit. ordin. & glo. in c. 1. in verbo, ſufficientem, de tenunc. lib. 6.

31 Vigeſimumquartum eſt, Faciens per aſſaſſinos quempiam Chriſtianorum interfici, aut eos receptans, vel defendens, vel abſcondens, cap. pro humani. de homicid. lib. 6.

32 Vigeſimumquintum eſt, Clericus interdictus, & excommunicatus celebrans, monitus non deſiſtens, cap. Clerici, & ibi glo. in verbo, moniti, de Cler. excommun. miniſtr. At quamuis alia adduci poſſunt, hæc tamen præcipua ſunt, quæ ex iure Canonico colliguntur.

33 Tertium eſt, Nullus deponendus eſt niſi ob maximum crimen, colligitur ex 16. q. 7 capit. inuentum, vbi non priuatur quis beneficio niſi ob maximum crimen, & cap. tuæ. de pœnis, dicitur, Clericum non debere deponi niſi pro latrocinijs, vel alijs magnis ſcelerib. ſuuet gl. in cap. fin. in verbo, ſupplicauit, 1. q. 5. Panorm. in c. at ſi Clerici, §. 1. num. 34. Cæpol. conſi. 11. Anch. conſ. 26. Summa Aſtenſis, par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 6. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 248. Henriquez libro 13. cap. 55. §. 5.

34 Quod ſi quæras, quæ ſint maxima crimina quoad præſens? Reſpondeo cum Panorm. vbi ſupra, non poſſe dari certam regulam, ſed informare debet Iudex animum ſuum ex ijs, quæ in iure exprimuntur, arg. l. non poſſunt, ff. de leg. & conſtit. quia de ſimilibus ad ſimilia procedi poterit. Notandum tamen eſt ex eodem Panormit. quod Iudex non ita facile iudicare debet ſecundum canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depoſitionis, & iam fere in deſuetudinem abierunt.

35 Addo autem ex glo. in l. 1. C. de requir. reis, & l. 1. ff. eod. & glo. in l. ad ea. ff. de reg. iur. crimina atrociora vocari ea, quæ ex legibus duodecim tabularum deſcendunt, & ob quæ imponitur pœna capitis, vt verbi gratia furtum magnum, vel aliud graue damnum in præiudicium alterius, vel Reipublicæ, homicidium, adulterium, & huiuſmodi, & facit cap. 1. diſtin. 81. maxime, quando crimen illud eſt notorium, publicum, & ſcandaloſum, argum. capit. non debet, & ibi gloſ. in verbo, in conſcientiam, 30. q. 1. Item ſi delictum ſit continuatum, ſeu iteratum ſæpius, argumen. capit. presbyter, & ibi gloſ. in verbo, captus eſt, diſtin. 82. & gloſ. in capit. primum, in verbo, non emendauerit, de Cleric. percuſſ. Item ſi ſit enorme, capit. 1. de pœnis. Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 248. Panor. vbi ſup. Henriquez vbi ſupra. Item ſi habet in ſe infamiam iuris. argu. cap. inter dilectos. de exceſſ. prælat. & Ioan. Andr. in cap. 1. de accuſat. lib. 6. in nouella, vbi vult, quod etiam Epiſcopus ex hoc poterit deponi, allegat l. iudices, C. de dign. lib. 12. & l. infamia. C. de decur. lib. 10. Panormit. in cap. at ſi clerici, nume. 3. & 34. & allegat l. 2. §. miles. ff. de his, qui not. infam. & d. c. inter dilectos. & quod legitur & not. in c. querelam. de iniur.

36 Quarta eſt, Non ſtatim ob tale crimen maximum deponendus eſt, niſi ſit incorrigibilis, argum. capit. cum non ab homine. & ibi Panorm. num. 28. de iudic. Summa Aſtenſis, part. 2. lib. 7. tit. 17. art. 6. Syluest. verbo, degradatio, quæſt. 4. Simon Maiol. lib. 5. de irreg. cap. 26. num. 4. Ad cognoſcendum autem, quis dicatur incorrigibilis, varios modos tradunt Doct.

37 Primo, ſi reuertitur ad priora delicta, & in eis perſeuerat, vel in alijs æque grauibus.

38 Secundo eſt incorrigibilis, ſi aſſignatum locum pœnitentiæ deſerat fugiendo.

Tertio, Si quis ter monitus non deſiſtat a criminibus præteritis, vel etiam alijs ſimilibus.

Quarto etiam in modo confitendi delictum ſuum, poteſt reus talia verba dicere, per quæ appareat reum eſſe incorrigibilem, quia forte non oſtendit ſeſe pœnitere de delicto, ſed potius dolere, quod non fuerit perfectius perpetratum: Quę omnia colligi poſſunt ex Panormit. in capit. cum non ab homine, numero 29. & Decio ibidem, colum. vlt. poſt Anton. de iudic. & Cardin. in quodam conſilio, vt teſtatur Felin. in capit. Rodulphus, colum. 25. de reſcript. Ioan. Bernard. Diaz in Pract. Crimin. canon. cap. 131. & Simone Maiolo lib. 5. de irreg. cap. 26. nu. 4.

De modo & forma procedendi in depoſitione, degradatione, & traditione curiæ ſeculari. Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Eccleſia priuilegijs ſuis clericos proteruos, & incorrigibiles fouere non intendit.*

2 *Epiſcopus conſecratus, & de crimine depoſitione digno conuictus a duodecim Epiſcopis olim deponi poterat.*

3 *Epiſcoporum depoſitio hodie Summo Pontifici reſeruata eſt.*

4 *Epiſcopus non conſecratus, ſed tantum electus, et confirmatus, a quot Epiſcopis olim deponi poterat, & hodie deponendus ſit.*

5 *Epiſcoporum cauſæ criminales minores in Concilio Prouinciali tractandæ, & definiendę ſunt.*

6 *Sacerdos, vt ab officio, beneficio, vel ab ordine deponatur, quis Epiſcoporum numerus requiratur.*

7 *Sacerdos vt degradari poſſit, ſex Epiſcopi, vltra proprium Epiſcopum, tam antiquo, quam iure nouo ſunt neceſſarij.*

8 *Expenſis proprijs Epiſcopi ad alicuius degradationem venire debent.*

9 *Degradare conſtitutum in minoribus proprius Epiſcopus ſine alijs Epiſcopis poteſt.*

10 *Degradatus quilibet ſiue in ſacris fuerit, ſiue in minoribus tantum, ſit infamis.*

11 *Depoſitus verbaliter adhuc Clericaliter viuere tenetur, nec ſtatim brachio ſæculari tradendus.*

12 *Degradatio Clericorum quot modis, & qualiter fieri debeat.*

13 *Degradatio actualis coram Iudice ſæculari facienda.*

14 *Iudex Eccleſiaſticus pro degradato apud Iudicem ſæcularem efficaciter intercedere debet.*

15 *Degradari, & iudici ſæculari tradi ob quas cauſas aliquis debeat.*

16 *Hæreticus relapſus, & impœnitens, degradandus, & foro ſæculari tradendus eſt.*

17 *Falſarius litterarum Apoſtolicarum degradari, & iudici ſæculari puniendus tradi debet.*

18 *Clericus contra proprium Epiſcopum conſpirans, aut homicida, an, & quando degradandus ſit.*

19 *Degradandus an ſit Religioſus Abbatem, aut Prouincialem ſuum occidens.*

20 *Degradandus an ſit Clericus in ſacris exiſtens regulariter ob homicidium qualificatum, dummodo incorri-*

corrigibilis non sit.

21 *Sodomita Clericus, aut religiosus an, & quando degradandus, & brachio sæculari tradendus.*

22 *Sortilegium an causa sufficiens sit, vt Clericus degradari, & curiæ sæculari tradi possit.*

23 *Schismaticus Clericus an degradari, & curiæ sæculari tradi mereatur.*

24 *Homicida si Clericus sit, an, & quando degradandus sit.*

25 *Degradatus actualiter, si Sacerdos sit, consecrando peccat, vere tamen consecrat, sicut etiam Episcopus veros ordines post degradationem confert.*

26 *Clericus in sacris post degradationem matimonium valide contrahere nequit.*

27 *Clericus in sacris post degradationem Horas Canonicas recitare tenetur.*

28 *Degradatus, cum officio, & beneficio priuatus sit, an beneficij prioris fructibus alendus sit?*

1 CVm Ecclesia non intendat priuilegijs suis Clericos fouere proteruos, & incorrigibiles, statuit Cælestinus Papa III. in capit. cum non ab homine, de iudic. Clericos incorrigibiles ab Ecclesiastico iudice primo verbaliter deponendos esse; ne tamen ad talem depositionis sententiam temere procedatur, modum quendam præscripsit diligenter, & cum maxima maturitate obseruandum. Vt autem res tota explicetur clarius, aduertendum est, vel agi contra Episcopum; aut contra Sacerdotem; aut contra Diaconum; aut Subdiaconum; aut contra Clericos in minoribus constitutos. Deinde vel agitur criminaliter vel ciuiliter; De quibus omnibus quid dicendum, aut agendum, & quomodo procedendum sit, in sequentibus dictis ostendemus. Quorum

2 Primum est, Si contra Episcopum consecratum criminaliter agatur, & crimen, de quo conuictus est, dignum sit depositione, olim iure antiquiori Metropolitanus illius Prouinciæ cum alijs duodecim Episcopis vltra Metropolitanum conueniebant, qui duodecim a Metropolitano eligebantur, vel ab ipso reo, si electos à Metropolitano suspectos habebat, vt notant gloss. in Summa, 3. quæst. 8. & clarius ibi Archid. Canon. duodecim 5. quæst. 4. & in capit. scitote, 6. quæstio. 3. & 6. quæst. 4. capit. 1. 2. 3. & 4. & 9. quæstione 3. capit. saluo. Innocent. in capit. graue, numero 4. de præbend. Panorm. in capit. non potest, numero 5. de sent. & re iud. Alphonsus Viuald. citat. numero 15. Gregor. Tolos. libro 31. Syntag. capit. 30. num. 9. & videtur probari in capit. Felix Episcopus, 25. quæst. 7. & olim poterat Episcopus ab illis deponi, vt notat Panorm. vbi supra, ex c. si quis Episcopus criminaliter, 6. quæstio. 4. dummodo maior pars ex designatis Episcopis in sententiam depositionis consentirent, erant enim Iudices assessores, non ordinarij, ex glo. in Summa, 3. q. 8. Panormit. in d. capitulo non potest, numero 18. Albertin. de Cathol. asser. quæst. nona, & Henriquez libro decimotertio, capitulo 55. §. secundo.

3 Dixi iure antiquiori, quia etiam iure antiquo, quamuis cognoscere poterant vsque ad conclusionem causæ, tamen definitio reseruata fuit Summo Pontifici, vt colligitur ex capit. accusatus, capit. discutere, ca. quamuis, & c. multum, 3. quæst. 6. Innocent. hoc insinuat in capit. quod sicut, de elect. numero 4. & Archid. in cap. Si quis Episcopus criminaliter, 6. quæst. 4. & Panorm. in c. non potest, numero 5. & numero 14. de sent. & re iudic. & ibidem Felin. & Henriquez libro 13. capit. 55. §. 2. & nunc nouo iure Concil. Trident. *tam cognitio causarum criminalium grauiorum contra Episcopos, quam earum conclusio Summo Pontifici reseruatur*, vt habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. & docet ibidem Henriquez, vbi supra. & congregatio Cardin. interpr. Concil. anno 1585. Octobris 3. Quæ autem dicantur causæ grauiores, tradunt Iul. Clar. in Pract. Crim. in principio, num. 9. Menoch. de arbitr. libro 2. Centur. 3. Casu 266. & Lelius Iordanes, in libro de maioribus Ecclesiæ causis, ca. 1. & 2. *Quod si causa eiusmodi sit, quę necessario extra Romanam Curiam sit committenda; nemini prorsus ea committi potest, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Papa eligendis. Hæc autem commissio, & specialis esse debet, & manu ipsius Summi Pontificis signata, & sententia definitiua eidem reseruari debet*, vt in d. c. 5. sess. 24. habetur. *Minores vero criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum Prouinciali, vel a deputandis per Concilium Prouinciale cognosci, & terminari debent.*

4 Quando autem agitur contra Episcopum non consecratum, sed tantum electum, & confirmatum, sufficit iure antiquo numerus sex Episcoporum, ex Archid. 3. quæst. 8. in Summa, super glos. Summæ, & Panorm. in d. cap. non potest, num. 9. de sent. & re iudic. & facit ca. Illud dist. 23. His omnibus addo, quod etiam in causis grauioribus criminalibus, cum causa contra Episcopum per Papam delegatur, quamuis Henriquez libro 13. de excommunicat. & interd. ca. 55. §. 2. velit requiri duodecim Episcopos cum Metropolitano, prout iure antiquo requirebantur, tam in depositione ab ordine, quam in depositione ab Episcopatu, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, & fauet glos. 3. quæst. 8. in Summa: alij tamen, vt Archid. in 3. quęst. 8. in Summa, super gloss. Summæ, & in capit. illud, distinct. 23. & Innoc. in c. graue, nu. 4. de præband. & Panorm. in ca. non potest, nu. 9. de sentent. & re iudic. rectius docent, quod quamuis hoc sit honestum propter excellentiam dignitatis Episcopalis, non est tamen necessarium, sed consideranda est forma Commissionis; quare, si vnus solus delegatus esset à Papa, quia hic repræsentat personam Papæ, argumento l. 1. ff. de offic. eius, & capitu. sane, de offic. deleg. hic solus sufficit ad depositionem, argumento cap. per principalem, iuncta glos. ibi, in verbo, ad nos, 9. quæstio. 3. Sin autem plures delegati sint cum potest deponendi, non requiritur omnium concordia, sed iudicio statur plurimorum; Siquidem maior pars delegatorum in hoc casu personam delegãtis repræsentat, ita vt ipsis delegatis condemnantibus, vel absoluentibus ipsemet Papa delegans condemnasse, vel absoluisse censeatur, nisi appelletur; sin autem discordant pari numero, tunc quidem definitio a solo Papa dependet, argum. capit. fin. de sentent. & re iudic. & ff. de re iudic. l. duo ex trib. & l. duo iudices, & Panormit. in capitulo non potest, numero 14. de sentent. & re iudic.

5 Causæ vero criminales minores in Concilio Prouinciali tractari, & definiri possunt, non existentibus duodecim Episcopis iure antiquo requisitis, quia constat Concilium Prouinciale ex numero minori Episcoporum consistere.

Nec obstat, quod ad cognoscendam causam Episcoporum requirantur duodecim Episcopi, quia illud ad summum procedit in causis maioribus, quando proceditur secundum ius antiquum, & quando commissio cum eodem numero fit.

6 Secundum est, Cum agitur contra Sacerdotem, distinguendum est, vel enim agitur ad depositioné quoad beneficium, vel ad aliam pœnam; vel quoad depositionem ab ordine. In primo casu non requiritur numerus ille Episcoporum, vt notant glos. 15. q. 7. in Summa Innoc. in c. graue, nu. 5. de præbend. Panorm. in c. non potest, numero 10. de sentent. & re iudic. qui ait, idem

dicen-

dicendum esse,etiamsi agatur cõtra Abbatem,vel alios
Prælatos inferiores,seu clericos inferioris gradus , vt
probatur 18.quæst.2.cap.si quis abbas,iuncta gloss. &
16.quæst.6.cap. Episcopo. Si vero agitur ad sententiam
depositionis ab ordine, seu degradationis, tunc requi-
runtur sex Episcopi,vltra Episcopum proprium;in de-
positione vero Diacóni,vel Subdiaconi , vltra propriũ
Episcopum,requiruntur tres alij Episcopi,capit.si quis
tumidus,c. Felix,& cap. Si autem,15.quæstio.7.& cap.
2.& ibi gloss. in verbo,canonibus,de pœnis.libro 6.&
Ioan.Andr.in Nouell. Archidiac.post Hug.in capi.sci
tore,6.quæstio 3.Panorm.in capit.non potest, numero
10.de senten.& re iudic.& facit cap.1.& ibi glo. in ver
bo,canonibus,de hæret.libro 6.Tolet. libro 1. capitu-
lo 17.Henriquez libro 13.capit.55.§.secundo Syluest.
verbo,degradatio,nume.1.Summa Astensis,part.2.li-
bro 7.titulo 17.articulo secundo,Gregor. Tholosanus,
libro 31.Syntagm.iuris,capitulo trigesimo primo nu-
mero nono Alphons. Viuald.titulo de depositione, nu-
mero decimo sexto & noua constitutione Conc. Trid.
sess.13.de reform.capitulo quarto *in casibus,in quibus tot*
Episcoporum præsentia haberi nequit,assumere potest Episco-
pus totidem Abbates , vsum mitræ , & baculi ex priuilegio
Apostolico habentes,qui sibi assistant,aut illis deficientibus,
totidem personas alias in ecclesiastica dignitate constitutas ,
addítque Concilium *posse Episcopum per seipsum etiam pro*
cedere ad actualem degradationem ab ipsis ordinibus,& gra
dibus ecclesiasticis,adhibitis Abbatibus prædictis , vt la-
7 tius Concilium ibi declarat , Illud vero obseruandum
est ex Ioan. And.in capitulo 2.de pœnis,lib.6. Panorm.
in capit.non potest.nume.10.de sent.& re iudic. prædi-
ctum numerum Episcoporum requiri,vbi agitur de de-
gradatione in ordine ad actualem,hoc est,in examina-
tione,quando Episcopus tendit ad depositionem actua-
lem;secus autem si sistere vellet in verbali depositione,
& citat Panorm.capit.at si clerici.& capit.cum non ab
homine,de iudic. vbi solum fit mentio de proprio Epi-
scopo,& cap.postulasti.de foro comp.& facit capit. 2.
de pœnis,lib. 6. vbi in depositione verbaliter facienda
facit mẽtionem de Episcopis: in actuali vero dicit dun-
taxat de proprio Episcopo,siquidem degradatio actua-
lis est executio verbalis , & in executione non requiri-
tur tanta solennitas. Quod etiam docet Syluest.verbo,
degradatio,nu.1.in fi.
8 Quorum autem expensis veniant isti Episcopi ad lo
cum iudicij, Archid.in ca.si autem,15.q.7. & Panorm.
in c.non potest.num.9.de sent.& re iudic. dicunt,quod
expensis proprijs. Faciunt ad hoc c.cum ab omni.de vi-
ta & hon.cler.& c.cum sit.de simon.
9 Tertium est. Quoad degradationem pro constitutis
in minoribus,sufficit proprius Episcopus sine aliis Epi
scopis,vt colligitur ex cap.2.de pœnis,libro 6.& capit.
si autem,iuncto cap.seq.15.quæst.7.Panormit. in cap.
non potest,nume.11.de sent. & re iudic.& Henriquez
libro 13.cap.53.§.2. Toleto libro 1.capit.17.requiritur
tamen præsentia capituli,vt in capit. Episcopus nullius,
15.quæst.7.habetur,& tradunt gloss.in d.cap.2. in ver
bo,præsentia,& Panorm.in d.cap.non potest,aliàs sen
tentia verbalis depositionis est ipso iure nulla , vt in d.
cap.Episcopus nullius,dicitur,& glo.in capit.3. in ver-
bo,teneatur , de consuetud. libro sexto Sufficit tamen
quod de consensu Capituli adsint aliqui Canonici,puta
duo,vel tres,qui repræsentent totum Capitulum,post
Archid.in dicto cap. Episcopus nullius.& Panor. in d.
c.non potest,num.11.de senten.& re iudic. Immo vero
hodie Episcopus,& etiam iure antiquo ex consuetudi-
ne præscripta audit causas istorum sine præsentia Capi
tuli,& valet consuetudo, argum. capituli tertij & ibi
gloss.in verbo,non est,de consuetud. libro 6. & eadem
glo.in capitulo 2.in verb.præsentia,de pœnis , libro 6.
& Panorm.in capit.non potest,numero 12. de senten.
& re iudic. Toletus libro 1.cap.17.& Henriquez libro
13.capit.2.& etiam valet consuetudo ex eadem Panor.
vt solus deponat clericos in minoribus cõstitutos , quia
illud capit. 3. de consuetud.libro 6. loquitur indistincte,
& idem tenet Archid.in d.cap.Episcopus nullius,& fa-
cit cap.1.de pœnis,libro 6.vbi solum fit mentio de Epi
scopo in depositione clericorum minoris ordinis. &
idem tenet Syluest.verbo,degradatio,quæst.1. & quæst.
8.Gregor. Tolosanus,libro 31.Syntagm.iuris, ca. 30.
num. 9. Couar.in c.quia nos.num.4.de testam.Alphon
sus Viualdus in tracta.de depositione , & degradatio-
ne,num.12.& nume. 17. Thomas Zerula in sua Praxi
Episcopali,par.1.& par.2.in verbo,degradatio . Quia
Concilium Tridentinum Sess.13.de reformat. capi.4.
nihil in hoc expresse determinauit,& ideo nunc etiam
iuri antiquo standum est.Notant tamen Couar. & Vi-
uald.vbi supra , hanc degradationem actualem mini-
me moribus receptam esse in his,qui minoribus ordini-
bus insigniti sunt;nihilominus tamen in Pontificali Ro
mano,in titulo,de ordine degradandi clericos,fit men-
tio & apponitur forma non solum degradandi clericos
existentes in minoribus,sed etiam eos,qui primam ton
suram acceperunt. Quæ omnia multo magis procedũt
in actuali degradatione,ad eius enim executionem non
requiritur vllus Episcoporum numerus, aut canonico-
rum,sed solus Episcopus proprius eum ex auctoritate,
& sic depositus in omnibus casibus prædictis , hoc est,
10 siue sit Episcopus,qui deponitur,siue Sacerdos , siue
Diaconus,siue Subdiaconus, siue in minoribus consti-
tutus,si deponatur ab ordine, fit infamis,ex Panorm.
in cap. cum te. numero decimo,de senten.& re iudic.
cum talis depositio non nisi ob graue crimen fieri de-
beat;neque ministrabuntur ei sumptus de ecclesia,quia
male meriti debent egestate publica laborare.ff. de-
posi.l.bona fides,& Summa Astensis,parte secunda, li
bro septimo titulo decimoseptimo articulo quarto q. se
cunda,& tertia .
11 Quartum est, Quamuis verbaliter depositus quis fue
rit,nondum tamen statim degradandus est, dummodo
se corrigere voluerit , immo tenetur adhuc clericaliter
viuere.& ecclesia tenebitur eum , & clericali priuilegio
gaudebit.glo.in capit.ad abolendam,in verbo, præro-
gatiua & ibi Panorm.numero decimo de hæret. &
Summa Astensi,parte secunda libro septimo titulo de-
cimoseptimo articulo tertio Innoc.in capit.ex parte,de
cleric.coniug. & gloss.in capit.dictum est. in verbo , se-
culariter,distinct. octuagesimaprima . Sin vero adhuc
incorrigibilis maneat , tunc quidem actualiter degra-
dandus est . Hæc autem degradatio actualis duobus
modis fieri potest,vno modo secundum capi.degrada-
tio,de pœnis , libro sexto,quando scilicet Iudex laicus
non adest,sed tamen cum quadam solennitate fit ab ec
clesiastico Iudice,ad hunc modum; *Nam clericus degra-*
dandus indutus sacris vestibus , & manibus tenens vas aut
instrumentum,vel ornamentum ad suum ordinem spectans ,
ac si in suo officio deberet solenniter ministrare adducitur ad
præsentiam Episcopi;& auferuntur illi omnia data in ordi-
natione,incipiendo ab vltimo gradatim vsq; ad vestem da-
12 *tam in prima tonsura;deinde tondetur , vel raditur caput il-*
lius,ne tonsuræ , seu clericatus vestigium remaneat in eo-
dem . Et potest Episcopus in degradatione huiusmodi, ver-
bis aliquibus vti ad terrorem illis appositis , quæ in collatio-
ne ordinum prolata sunt,dicendo presbytero, hæc vel similia
verba in remotione planetæ : Auferimus tibi vestem
Sacerdotalem & te honore Sacerdotali priuamus ; sicque
in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens ,
In ablatione vero vltimi , quod in collatione ordinum fuit
primum infrascripto , vel alio simili modo pronunciet, si-
ue dicat : Auctoritate Dei omnipotentis Patris , & Fi-
lij , & Spiritus sancti , ac nostra,tibi auferimus habitum
clericalem , & deponimus , & degradamus , & exui-

mus te omni ordine, benefcio, & priuilegio clericali. Hæc Bonifacius Papa VIII. in c. degradatio, de pœnis lib. 6. Summ. Pisan. in verbo, degrad. in principio, & Sylu. verbo, eo. num. 1. Toletus lib. 1. Instru. Sacerd. c. 57. & Summistæ communiter.

Alio modo fieri potest degradatio actualis, præsente Iudice laico, ita vt Iudex Ecclesiasticus coram eo militem cęlestem insignijs proprijs ordinum exutum tradat consequenter iudici sæculari cum protestatione, quod recipiat eum in forum suum; intercedere tamen

14 debet efficaciter pro eo, ne capitalem pœnam in eum exerceat, & sic censetur Curiæ sęculari traditus, vt habetur in capit. nouimus, de verb. signifi. & ibi Panorm. num. 8. & Hosti. in Summa libro 5. tit. de hæret. §. qua pœna feriatur, num. 9. vbi Panorm. post Abbatem ait, quod iudex ecclesiasticus mouebit iudicem sæcularem ad pietatem, dicendo, quod ille est imago Dei, & reducet sibi ad memoriam multos, qui post delicta atrocia egerunt pœnitentiam, vt in Petro Apostolo, qui negauit Christum. & postea meruit principatum inter Apostolos, & in M. Magdalena, & similibus.

14 Quod si dicas cum Hostiensi talem intercessionē esse potius vocalem, & coloratam, quam effectualem, quando quidem quicquid dicatur, ad hoc fit ista traditio, vt puniatur morte. Respondet Panorm. vbi supra, hoc falsum esse, cum in d. ca. nouimus, de verb. significat. dicatur, efficaciter intercedendum esse; vnde licet ecclesia punire possit eum pœna mitiori, non tradendo eum Iudici sæculari, quia tamen delictum est ita graue, ecclesia non vult eum amplius in foro suo retinere; eum autem degradat ad cęterorum terrorem, Quia vero post degradationem hanc, non est amplius de foro suo, & consequenter ad ecclesiam non spectat amplius pœnam ei imponere, ideo intercedit pro eo apud Iudicem proprium.

15 Quintum est, Tres præcipue casus numerare solent DD. pro quibus quis degradari solet, & Curiæ sæculari tradi, gloss. in cap. ad abolendam. in verbo relinquatur, & ibidem Panor. nu. 11. de heret. & idem Panorm. in cap. at si Clerici, §. 1. nume. 37. de Iudicijs, & Host. in Summa, lib. 5. tit. de hæret. §. qua pœna feriatur, nu. 10. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. in fine Summa Astensis par. 2. lib. 7. tit. 17. art. 3. Summa Pisanella in verbo, degradatio. Syluest. verbo, eod. nume. 4. q. 2. Tabiena, verbo, eod. nu. 4. §. tertio. Gregor. Tolosanus in Syntagm. iuris lib. 31. c. 30. nu. 10. & Alphons. Viualdi tract. de depositione & degrad. num. 21. Lucas de Penna de priuil. Scholar. lib. 12. Cod. in leg. 1. Toletus lib. 1. c. 17.

16 Primus casus est hæresis, vt habetur in c. Ad abolendam, & c. excommunicamus. 1. §. damnati, de hæret. in antiq. & cap. 1. tit. eod. lib. 6. Hoc tamen intelligi debet de hæretico relapso, vel saltem impœnitenti, cap. super eo, & c. accusatus. de hæret. lib. 6. Nam simpliciter hæreticus necdum relapsus admittitur ad pœnitentiam, cap. penult. de hæret. in antiq. duobus concurrentibus, vt notat Panorm. in d. capit. ad abolendam, num. 6. scilicet, quando inconinenti, & sponte redire vult ad pœnitentiam; secus autem, si ex interuallo, & non sponte, sed metu pœnæ, vel probationum, tunc enim eis non est credendum, nec parcendum, ex Panorm. ibi, & cap. excōmunicamus, nu. 1. & nu. 10. de hæret. vbi ait, quod qui tradiri iam sunt Curiæ sæculari, & priuati omni priuilegio per degradationem actualem, tunc non est locus pœnitentiæ, quia non videntur venire sponte, nec incontinenti. Et quamuis nondum relapsus, & ad pœnitentiam rediens, detrudi debeat in carcerem, vt ibi perpetuo pœniteat, vt in c. penult. de hæret. in antiq. hodie tamen per capit. vt commissi, de hæret. lib. 6. pœna illa mitigati, & mutari potest in aliam ad arbitrium Iudicis, quod etiam notat Syluest. vbi supra, quæstio. 2. sed si relapsus fuerit, sine audientia Curiæ sæculari traditur, capit. accusatus, de hærene. lib. 6. vnde semel tantum lapsi, non autem relapsi ad pœnitentiam admittuntur, ex Panorm. in d. capit. at si Clerici, num. 37. de iudic. & in capit. excommunicamus, 1. nu. 10. de hæret. in antiq. & faciunt ad hoc cap. super eo, & capit. accusatus, de hæret. lib. 6. Ratio autem, cur ius antiquum talem perpetuo carceri tradendum statuit, ea est ex Hostiensi vbi supra, quia si haberet liberum aditum, & exitum, timendum esset, ne alios corrumperet.

17 Secundus casus est in falsario literarum Domini Papæ, cap. ad falsariorum, de crimine falsi, glos. in cap. si quis Sacerdotum, in verbo, mox, 11. quæstio. 1. Nec obstat capit. nouimus, §. fina. de verb. signific. Nam secundum communem opinionem DD. est specialis casus, sic expresse Panorm. in cap. at si Clerici, §. 1. num. 37. de iudic.

18 Tertius casus est contumelia, vel iniuria illata in Episcopum proprium, cap. si quis Sacerdotum. 11. q. 1. sed intelligendus est textus de Clerico incorrigibili: ex glos. ibi, in verbo, mox. 11. q. 1. & in cap. si qui sunt, in verbo, vituperatores, 2. quæst. 7. & in cap. nouimus, in verbo, tradatur, de verb. signific. Panorm. in d. cap. at si Clerici, num. 37. vbi ait esse communem DD. Nam cum ob homicidium non tradatur Clericus Curiæ sæculari, cap. cum non ab homine, de iudic. durum nimis esset dicere ob simplex conuicium tradi, & idem tradit Panorm. in d. c. at si Clerici, num. 37. ex glos. fina. in d. cap. cum non ab homine, de iudic. vnde, cum in Curia Romana quidam Sacerdos interfecisset Sacristam S. Petri Sacerdotem, vt sic rapere posset bona Sacristiæ, requisito peritorum consilio super hoc consuluerunt, quod non deberet propter hoc tradi Curiæ sæculari ad occidendum secundum iura; sed poni in perpetuum carcerem vel caueam, ibi sustentandum pane doloris, & aqua angustiæ; Papa tamen Martinus V. de plenitudine potestatis illum degradatum, fecit tradi Curiæ sęculari, & sic fuit occisus, vt S. Anton. 3. part. tit. 28 de suspensione, ca. 4. in fine, & Syluest. in verbo, degradatio, nu. 4. quęst. 2. vers. tertio, & Bernard. Diaz in Practica Crim. Canon. c. 90. testantur. Qui etiam in loco idem Bernard. Diaz refert Episcopum Parisiensem Franciscum Poncher, anno Domini 1530. degradasse Sacerdotem quendam ad valuas Ecclesiæ Maioris Parisiensis, eumque Curiæ sęculari tradidisse, qui m susceptum iudex sæcularis damnauit, primo ad pœnam abscissionis manus ante ianuam Collegij Heduensis, & demū, vt viuus combureretur in platea Sancti Ioannis Engreua, prout factum fuit. Quam pęnam passus est, eo quod occiderat animo deprædandi Rectorem cuiusdam oppidi non longe distantis, habitantem in dicto Collegio Heduensi, cuius ille famulus fuerat, & vices in parochia gerebat.

19 Huius tertij casus occasione, quærit Alphonsus Viualdus tract. de depositione, & degradatione, num. 25. an sicut Clericus ob conspirationem in suum propriū Episcopum, vel ob iniuriam illi factam degradandus sit, ita etiam & religiosus idem faciens contra Abbatem, Priorem, Guardianum, aut Generalem suum, degradari mereatur? Cui dubitationi respondet affirmatiue, eo quod Religiosus magis tenetur obedire superiori suo, eumque reuereri, quam Clericus sæcularis Episcopum suum, maioremque Iurisdictionem Generalis, seu Prælatus Regularis in suos Religiosos, quam Episcopus in suos Clericos habet. Cuius opinio confirmari potest ex Ioan. Bernardo Diaz in Practica Crimi. Canon. capitulo nonagesimo, vbi refert Archiepiscopum Hispalensem Cardinalem anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimosexto; in mense Iulio. in Ciuitate Hispalensi, virtute Apostolicæ Commissionis ei factæ a Paulo Papa III. quatuor religiosos Monaste-

Monasterij ordinis Sancti Augustini eiusdem Ciuitatis degradasse publice, eosque statim curiæ sæculari tradidisse, qui omnes furca suspensi sunt, eo quod Diabolica fraude decepti, Fratrem Ioannem de las casas in sacra Theologia Magistrum, Prouincialem suum occiderunt. Imo idem Viualdus vbi supra numero 23. refert religiosum quendam annis præteritis Romæ capitali pœna affectum fuisse, quod monialem quandam violauerat.

20 His tamen non obstantibus, Bernardus Diaz vbi supra c.90.& c.132.post Anan.in cap.2. de Cleric. pugnant. in duello, quasi in fine, & Anton. & Aretin. in in cap. cum non ab homine, col.9. in fine, de iudic. Decium in cap.at si Clerici.col.23.ver.& prædictam, de iudic. Arnald. Alber.in cap.quoniam, col.124. ver. nihilominus tamen. de hæret. lib.6. quos refert, existimar existentes in sacris ordinibus, maxime si Sacerdotes sint, nec ob homicidium, aut aliud quantumcumque graue delictum etiam qualificatum actualiter degradari, & Curiæ sæculari tradi debere, nisi sequuta incorrigibilitate, aut in casibus in iure expressis; Panormit. in capit. at si clerici.in princ. de iudic. post Petrum de Ancharan. in repet.regulæ, Ea quæ, 19.quæst.de reg. iuris, & in consil.158. sententiam dicentis committentem enorme homicidium, aut aliquod aliud immane crimen, debere deponi, & tradi statim curiæ sæculari, non expectata incorrigibilitate, solum locum habere vult in Clericis primæ tonsuræ, sic enormia homicidia perpetrantibus, cum illi non ita proprie Christi Domini, appellari possint. Quæ sane opinio satis communis est, & benignior, quamuis contraria illa Panormitani, & Ancharani nonnumquam in praxi obseruetur, maxime accedente Summi Pontificis auctoritate, & criminis immanitate id exigente, præsertim si contingat aliquod magnum scandalum inde consequi, vt ex allatis exemplis manifestum est.

21 Quartus postea casus appositus est, in quo quilibet Clericus, vel religiosus statim degradandus, & curiæ sæculari tradendus est, scilicet, quando talis vitium sodomiæ exercuerit. Et quidem vitium hoc cum contra naturam sit, maxime detestandum est; violatur enim ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ille author est, libidinis peruersitate polluitur. Quod crimen adeo immane est, vt Deus illud igne de cœlo misso vindicauerit, & quinq; ciuitates sodomiticas consumpserit, ob quod etiã infantibus, ac mulieribus subuersarum ciuitatum parcere noluit. Gen.19.& Alexander Papa III. in Concilio Lateran. vt habetur in capit.Clerici, de excess.prælat.statuit, vt hoc crimen committentes. *Si Clerici fuerint, deijciantur a clero, vel ad agendum penitentiam in monasteria detrudantur: si laici excommunicationi subdantur, & a cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Et in Authent. vt non luxur. contra naturam *puniri iubentur*. Quas pœnas tam per sacros Canones, quam per ius ciuile contra huiusmodi impositas, Leo X. in Concil. Lateranen. anno Domini millesimo quingentesimo quintodecimo, tertio Nonas Maij, Pontificatus sui anno secundo, vt colligitur ex constitutione 11. eiusdem, quæ incipit, *Supernæ*, Et Pius V. in constitutione 5. quæ incipit, *Cum primum*, committentis huiusmodi crimen. *Si laici fuerint, curiæ sæculari puniendos tradit, si vero Clerici fuerint, omnibus ordinibus degradandos, similique pœna coercendos statuit.* Et constitutione sua 72. quæ incipit, Horrendum, de Clericis tale crimen committentibus, agens, inter alia hæc habet; *Omnes, & quoscumque presbyteros, & alios Clericos sæculares, & regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuamus. Ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim sæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutum.* De qua re legi possunt Ioan. Bernard. Diaz in sua Praxi Canon. capit.80. Nauarr. in Manuali, capit. 27. numero 249. Alphonsus Viualdus, in suo Candelabro aureo, parte tertia, tractat. de depositione, & degradatione, numero 22. Simon Maiolus lib.5. de irregul. capit.43.& Thomas Zerula in sua praxi Episcopali parte secunda, in verbo, sodomia, & Iacobus de Graffijs lib.2. decision. cap.90.& alij.

22 Dubium est, An ob sortilegium tradendus sit aliquis curiæ sæculari? Anton. affirmat propter capit. admoneant, 26.quæst.7. sed melius docet Panorm. in cap. at si Clerici, num.37.& num.38. de iudic. textum illum intelligi de verbali depositione, non autem de actuali, quæ est in ordine ad traditionem curiæ sæculari. Nam verbum hoc (Degradari) in pœnalibus & odiosis debet stricte sumi pro degradatione verbali, ex Panorm. citat. num.38.& Felin. in capit. qualiter, & quando, in fine, de accusat. Syluest. verbo, degradatio, nume.2.& Diaz in Pract. Criminali Canon. capit.132.& pro hoc facit capit. si quis Episcopus, 26. quæstio. 5. vbi Clericis consulentibus aruspices, & sortilegos imponitur pœna detrusionis, qui tamen veniunt pari pœna puniendi. & ratio esse potest: quia in d. capit. admoneant, laicus ob sortilegium præcipitur excommunicari; & ideo non est probabile, quod præcipiatur Clericus tradi sæculari curię ad mortem.

23 Dubium est, An quis ob schisma deponendus sit, & curiæ sæculari tradendus? Bonaguida, vt refert Ioan. And. in ca. cum non ab homine. de iudicijs, affirmat, propter, capit. de Liguribus, 23.q.5. & fauet Ioan. And. citat. sed melius docent glo. fin. in d. cap. cum non ab homine, & Panorm. in c. at si Clerici, nu.38. de iudicijs, caput illud intelligi de schismatico incorrigibili, & no aliàs.

24 Dubium est, An ob homicidium tradi quis debeat curiæ sęculari? Respondeo cum Panorm. in c. at si Clerici, num.39. de iudic. & Petro Ancharano, quem ipse refert, Toleto lib.1. Instruct. Sacer. capit. 17. in fine, & alijs, quod ob homicidium simplex, deponendus tãtum est verbaliter, argum. cap. cum non ab homine, de iud. Quod si homicidium sit ita qualificatum, vt transeat in aliam speciem criminis grauiorem, puta homicidium Sacerdotis, assassinamentum, proditionem cum spoliatione bonorum, patricidium, matricidium, vel sit homicida continuatus, tunc quidem habita ratione criminis, & scandali, degradandus, & tradendus est curiæ sæculari. Ratio est primo: quia pœnæ debent commensurari, & adæquari delictis: si igitur ob simplex homicidium deponitur simpliciter, ob qualificatum modo prædicto curiæ sæculari tradendus est, & ideo occidens Sacristam S. Petri à Martino V. iussus est curiæ sæculari tradi, vt supra dictum est. Secundo quia vbi in iure Canonico non reperimus aliquam pœnam, & tamen delictum est grauissimum, recurrẽdum est ad pęnas legis ciuilis. Aliquando enim ob grauissima crimina non reperitur certa pęna in canonibus definita, sed in Legibus sic; vt contra illos, qui templa Dei effregerunt, combusserunt, spoliauerunt, & Sacerdotes occiderunt, vel parentes, vel patriam prodiderunt. Contra tales enim læuissimæ pęnæ de iure ciuili statutæ sunt: nam quandoque damnantur ad bestias, quandoque igne cõburuntur, quandoque per frusta scinduntur, vt assassini, l. famosos. §. capitalium, de pœnis. l.3.§. legis Corneliæ, ad leg. Cornel. de sicar. & l. pœna parricidij, ff. ad leg. Pompeiã de parricid. Cum igitur laicus forte socius ob huiusmodi crimina comburitur, damnatur ad bestias, vel insutus culeo iactatur in profundum maris, vel per frusta diuiditur,

tur, certe tantam dissimilitudinem inter clericos, & laicos, taliter delinquentes inducere esset absurdum; vnde tales merito per Episcopos degradandi sunt, & curiæ sæculari tradendi, vt latius Panorm. in ca. at si clerici, num. 4. de iudic. tradit, & fauet Alphon. Viuald. tit. de depositione, & degrad. nu. 23.

25 Dubium est. An actualiter degradatus celebrans consecret, vel ordines conferre possit? Respondeo cum S. Thom 3. par. q. 82. art. 8. Palud. 4. distinc. 13. quæst. 5. art. 2. concl. 5. Richar. 4. d. 13. q. 1. Soto 4. dist. 13. q. 1. arti. 8. Panor. in ca. non potest. num. 1. de sentent. & re iudic. Summa Astensi par. 2. lib. 7. ti. 17. art. 1. Angelica. in verbo, degradatio, num. 1. Syluest. verbo, eo. numero 9. quæstio. 7. Tabiena, verb. eod. numero 3. §. secundo. Archid. de consecrat. distinct. 4. cap. ostenditur. Henriquez, lib. 13. capit. 55. §. 3. Alphonso Viualdo vbi supra, num. 36 & num. 43. & 44. Cosmo Philiarcho de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 5. & Sebast. Medices par. 2. tit. 9. quæst. 24. Toleto, lib. 1. cap. 17. quod vere consecrat, quicquid glo. in cap. accedens, in verbo, presbytero, distinct. 50. & alij nonnulli contrarium dixerint, sed male; quia character, super quo fundatur conficiendi potestas, est indelebilis etiam post mortem, vnde Clericus resuscitatus non est ordinandus, ex glo. in capit. 2. in verbo, numquam, 32. quæst. 7. & Panorm. vbi supra. Et eodem modo dicendum est ex DD. in 4. dist. 29. quod licet peccet ordines conferendo, non tamen ordinis executionem confert, si tamen ordinat, verum ordinem confert.

26 Item si matrimonium contraheret, si esset in sacris matrimonium non teneret, vt docent Summa Astensis, 2. par. lib. 7. tit. 17. artic. 4. quæstio. 4. & Alphonsus Viuald. vbi supra, nume. 34. qui nu. 35. affirmat Matrimonium contractum hodie coram Sacerdote degradato, cui parochus concessit interessendi licentiam, iux Conc. Trident. sess. 24. de reform. & Matrim. cap. 1. verum, ac validum esse, fauore Matrimonij, & ordinis Sacerdotalis, quem ipse retinet.

27 Quibus addo ex ijsdem DD. quod sic degradatus si sit in sacris, tenetur ad horas Canonicas, cum ca. dolentes, de celeb. Miss. omnibus ordinatis sacris horas recitare præcipiat, hic autem adhuc characterem retinet, nec ab his, quæ oneris sunt per degradationem liberatur: sic Angelica, verbo, degradatio, nume. 4. & Syluest. verbo, eod. quæst. 8. Tabiena, verbo, eod. §. secundo. Gigas de pensionib. quæst. 64. Felicianus Episcopus Scalensis, tit. de depositione, & degradat. cap. 25. vers. porro depositus. Alphons. Viuald. tit. eod. num. 40. Couar. lib. 3. variar. resolut. ca. 13. nu. 8. vers. duodecimo, circa medium. & in c. alma mater. par. 1. §. 3. nu. 8. vbi refert pro hac re Albert. de Ferar. in tract. de horis Canon. quæst. 12. & 13. Sebast. Medices vbi supra, quæst. 24. Ioan. de Lignano in Clem. dignum, de celebr. Miss. q. 3. & Decium in cap. intelleximus, de Iudic. & alios. Cosmus Philiarchus, de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. ca. 5. Petrus Cenedus par. 2. collectanearum ad ius Canonicum, collectan. 65. num. 5. & Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 4. & Sotus lib. 10. de iust. & iure, quæst. 5. artic. 3. circa medium. Nau. in lib. de orat. ar. num. 17. vers. decimoquarto, qui duo vltimi cum Alphonso Viualdo vbi supra, nu. 46. docent irregularem depositum, & degradatum, dummodo non sit excommunicatus, licite posse officiare cum alijs in choro, & Henriquez lib. 13. capit. 55. §. 3. cum Angel. Syluest. & Tabiena, docent, sic degradatum dicere debere horas, sine eo quod dicat, (*Dominus vobiscum*) & similia pertinentia ad dignitatem ordinis, imò etiam & degradatus beneficium retinens, quandiu illud retinet licet non fuerit in sacris, ad horas recitandas obligatur, vt præfati authores tradunt, & hoc ratione beneficij, vt constat. Vnde sequitur falsum esse quod Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 17. docet contra omnes Summistas, & Theologos degradatū non teneri ad horas Canonicas recitandas, ea ratione persuasus; quia recitatio hæc non est de iure diuino, sed a Papa, & ideo cum sic degradatus sit extra forum Papæ, non videtur teneri amplius. Ad dictum cap. Dolentes, respondet, loqui solum de his, qui vsum Clericalem habent. Quæ ratio parum valet, siquidem extra forum Papæ non est, & characterem retinet, & solum foro sæculari traditur ad puniendum; eo quod Ecclesia pœna sanguinis aliquem coercere non solet, & capit. dolentes, absolute, & indistincte loquitur, ergo nec nos distinguere debemus. Neque mens Papæ, aut Ecclesiæ est talem ab hoc onere liberare, vt communiter tradunt Doctores, vnde tandem Toletus ipsemet fatetur, quod securius sit recitare, & certe vnius opinio contra communem tuta conscientia vix defendi potest, nedum in praxi sequenda est.

28 An vero sic depositus, & degradatus, cum sit officio, & beneficio priuatus, alendus sit fructibus beneficij, non ita conueniunt Doctores; siquidem Felin. in capit. ex parte, de accusat. quem refert, ac sequitur Couarr. lib. 3. variar. resolut. in cap. 13. num. 8. versic. duodecimo, plane existimant huic minimè exhibenda esse alimenta ex Ecclesiæ redditibus. At vero Alphonsus Viualdus vbi supra, num. 41. licet hanc opinionem ex rigore iustitiæ veram esse putet, sibique imputet, quod culpa sua, & beneficio, eiusque fructibus priuatus sit; nihilominus tamen ex pietate, & per modum Eleemosinæ poterunt ei necessaria ad victum ministrari, ne aut fame pereat, aut cum dedecore status Ecclesiastici mendicare cogatur, vt ibidem affirmat; cui sententiæ plurimum fauet id, quod S. Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopū scribit, & refertur in capitulo Diaconi sunt, distin. 93. his verbis; *Mendicat infelix in plateis Clericus, & seruili operi mancipatus publicam a quolibet poscit alimoniam, qui ex eo magis despicitur a cunctis; quo miser, & desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse*, & expresse docet Panormit. in cap. Pastoralis, §. verum, num. 16. de appellat. Plura de hac re apud authores legi possunt, hæc interim de his censuris, alijsque pœnis prædictis dixisse sufficiat.

Finis Libri Quinti.

DE IRREGVLARITATE

Liber Sextus.

PRAELVDIVM.

Authores de Irregularitate tractantes.



E Irregularitate tractāt Theologi, & S. Tho. in 4. d. 25. q. 2. & 3. & 1. 2. q. 20. art. 5. ad 4. & 2. 2. q. 64. art. 7. ad 3. & q. 108. art. 4. ad 2. & in additionibus ad 3. pat. q. 39. & Scholast. DD. in 4. d. 25. agētes de Sacram. Ordinis, & dist. 27. vbi Rich. Scot. Palud. Duran. & alij cōiter, & idem Richar. in 4. d. 18. art. 4. q. 4. & art. 7. q. 5. & art. 13. casu 5. Gabriel in Canonē Missæ lect. 9. littera .... Dominicus Soto lib. 5. de iustitia, & iure, q. 1. art. 9. & in 4. d. 25. q. 1. art. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. fol. 363. & deinceps. Ioseph Angles in florib. 4. sent. par. 1. in tract. de Sacramento ordinis, art. 4. & in quæst. de essentialibus Matrimonij, art. 4. Henricus Henriq. lib. 14. per totum. Gregor. de Valentia tom. 4. dispur. 7. q. 19. Canonistæ in multis locis, & præsertim in c. nisi cū pridem. de renunc. & ibi Innoc. Ant. de Butrio, Panor. & alij, & in titulo de Homicidio, & in titulo de Corpore vitiatis; & in titul. Qui filij sint legitimi. in Decretali, Sexto, & Clemētinis, & in Decreto Gratiani in multis locis, maxime dist. 26. & deinceps. Gundisaluus de Villadiego in tract. de Irregularitate. Summistę, in verbo, Irregularitas. Vbi Summa Pisanella. Angelica, Sylu. Tabiena. Caiet. Summa Confessorum fratris Ioan. de Friburgo, lib. 2. tit. 1. & lib. 3. tit. 3. & tit. 29. & tit. 33. q. 41. 42. & q. 81. & alibi passim. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 6. Nicolaus de Ploue in tractatu Sacerdotali, titulo de Irregularitate. S. Antoninus pat. 3. tit. 29. aliàs 28. in quibusdam impressionibus. Nauar. in Manua. c. 27. a nu. 191. & deinceps, & in consilijs maxime to. 2. sub titu. de Homicidio, & tit. de sent. excom. Couar. in Clem. Si furiosus, de homic. Alphon. de Castro multa sparsim de irregularitate tradit lib. 2. de potest. legis pęnalis. Bartol. Medina li. 1. instruct. Confess. c. 1. §. 9. 10. 11. & 12. Anton. de Corduba, in Summa q. 26. 34. 37. & 41. Ioan. Pedrazza in Summa lib. 3. c. 4. Simon Maiol. in lib. de irregul. & impedimentis Canonicis. Alphons. Viuald. in suo Candelabro, par. 3. tract. de irregul. Cos. Med. in Sum. par. 2. tit. 9. a q. 25. ad 36. Iacob. de Graffijs in suis Decis. pat. 1. lib. 4. ca. 27. Sum. Corona Conf. par. 3. tract. de irregul. Cosm. Philiarch. de offic. sacerd. pat. 1. lib. 4. a cap. 6. ad fin. Thomas Zerula in sua praxi Episcopali, in verbo, Irregularitas. Tolet. lib. 1. instruct. sacerd. a cap. 24. ad 31. & alij recentiores.

De nomine, definitione, diuisione, & differentia Irregularitatis a censuris. Cap. I.

SVMMA.

1 *Irregularitas censura ecclesiastica non est, vt quidam falso affirmant.*
2 *Irregularitatum cognitio clericis, eorumque Confessarijs pro vtroque foro necessaria est.*
3 *Irregularitatis nomen vnde deductum sit.*
4 *Regulare, quidnam sit.*
5 *Canonici, seu clerici regulares quinam sint, & quare sic appellati.*
6 *Canonici seculares, seu Canonici simpliciter quinā sint.*
7 *Canonicas feminas patres olim mulieres religiosas appellare consueuerunt.*
8 *Dies regulares, seu festa regularia quæ, & cur sic nominata.*
9 *Irregularitatis nomen apud Theologos, & Canonistas quid significet.*
10 *Irregularitas quib. verbis in iure canonico inducatur.*
11 *Irregularitatis origo quænam sit.*
12 *Clerici diuinis obsequijs mancipantur, & in sortem Domini vocantur.*
13 *Deus Sanctus est, illique hostia Sancta offerenda.*
14 *Ecclesia, sicut ipsa pulchra est, & sine macula, ita ministros tales habere debet.*

15 *Mi-*

15 *Ministri ecclesiæ a rebus huius sæculi in altiorem locum sublati sunt.*
16 *Irregularitatis definitio quænam sit.*
17 *Irregularitas cur impedimentum canonicum dicatur.*
18 *Irregularitas omnis ex iure canonico instituitur.*
19 *Tonsura prima proprie ordo non est, sed dispositio quædam præuia ad ordines.*
20 *Irregularitas qualiter a cēsuris ecclesiasticis differat.*
21 *Irregularitas qualiter ab excōicatione distinguatur.*
22 *Irregularitas, & excommunicatio minor quomodo inter se distinguantur.*
23 *Irregularitas, & suspensio quomodo inter se differāt.*
24 *Irregularitas qualiter ab interdicto distinguatur.*
25 *Irregularitas licet ordinum susceptionem, & executionem impediat, factum tamen tenet.*
26 *Irregularitas qualiter ab Authoribus diuidi soleat.*
27 *Irregularitates omnes ad duo capita reducuntur, & quænam ea sint.*

1 QVamnis irregularitas, censura Ecclesiastica
non sit, vt falso putant nonnulli, vt Sotus 4.d.
3.q.art. 9.ante finem.& dist.22. quæst.3.art.
.& Barth. Med.1.2.q.96.art.4. & lib.1.In-
struct. Confess.cap.11.§.9. Michael Salon in 2.2.q.64.
art.8.controuersia 4. & alij, dum vocem hanc censuræ
ad genus irregularitatis extendunt, quod in solam pœ-
nam delicti contrahitur; neque eius cognitio necessaria
est omnibus confessarijs, quia pariter absoluuntur à pec
catis irregulares, ex Caiet. in verbo. irregularitas, in
princip.& Nauar.in Manua. ca.27.num.191. Martin.
Ledesm. 2. 4. q.26. art.2.in tract.de irregul.in princip.
post. Cardin. in Clement. dudum. §.ac deinde.q.8.de
sepult. Quia tamen eius notitia saltem Clericis, & ijs,
2 qui ad Clericatum aspirant, illorumque confessarijs
valde vtilis, immo etiam & necessaria est pro vtroque
foro, & frequenter non paruæ circa eam difficultates
occurrunt, de ea, post tractatum de censuris, & alijs pę-
nis Ecclesiasticis, (maxime cum multæ irregularitatis
species in pœnam delicti a iure Canonico inflictæ sint)
ad complementum huius operis dicemus.
3 Irregularitatis autem nomen parum Latinum est,
componitur enim ab *In & Regula*, quasi regula priua-
tus, seu à Regula deuians, Græce enim dicitur *ἀκανονία*;
nam *κανὼν* regulam significat: vnde sicut inciuile est,
quod a iure ciuili deuium est, L.inciuile ff.de legib. ita ir-
regulare dicitur, quod minime Canonicum, hoc est, si-
ne debita regula, & contra Ecclesiæ regulam est. Regu-
4 lare vero illud appellatur, quod est secundum regulam,
l.Regulariter, ff.de petit.hæred. vt latius tradunt glos.
in rubr.de reg.iur. lib.6. Isid.lib.9.etymolog.capit.16.
& refertur in ca.canon.dist.3. Couar.in clement.si fu-
riosus. in princip. nu.1. de homicid. Simon Maiol.lib.
de irreg.c.1.nu.2.& Henriquez lib.14. de irreg.cap.2.
§.1. Hinc olim Canonici qui in communi vitam duce-
5 bant, & proprie Ecclesiam habitabant, regulamque D.
Augustini exactissime seruabant, Canonici regulares
seu Clerici regulares appellabantur, vt in ca. quod Dei
timorem, §.licet autem, & cap.in singulis, §.hoc ipsum.
de statu monach.& canon. regul. ad differentiam illo-
rum Canonicorum, qui communem hanc viuendi re-
gulam omittentes, Canonici simpliciter seu Canonici
6 sæculares nominantur. Quam nominis acceptionem, &
significationem non aduertens Ludouicus Viues, super
D. August.lib.3.de ciuit. Dei c.15. Canonicos Regula-
res ambitiosos appellat, quod bis vno nomine vocen-
tur, ne non semel regulares putentur.
7 Hac etiam voce nō nunquam obiter, vsi sunt Patres,
vt Concil.7.Generale c.14.& refertur in cap.quoniam,
dist.69.& D.Chrysost. in sermone quo scribit, & do-
non decere Canonicas feminas, id est, Regulares, *cum viris
cohabitare*, & D.Aug.3.de Ciuit. Dei ca.15.vbi ait, *Regu
laris Solis defectio, non nisi Lunæ fine contingit*, & apud Pli
nium lib.34.hist. c.8. *Metalla, quæ facile artifici obse-*
8 *quuntur, regularia* dicuntur; & apud Ecclesiasticos scri-
ptores, quidam dies dicuntur *Regulares*, quia seruant re-
gulam inuariabilem, a qua deficiunt dies irregulares,
vnde quædam festa dicuntur *regularia, & irregularia, mo
bilia, & immobilia*, vt videre est apud Guilhel. Durand.in
Rationali Diuin.offic.titu.de Annu Solari, & tit.de an
9 no Lunari. Magis autem proprie irregularitatis nomen
a Iuris Canonici interpretibus, & Theologis passim
pro impedimento canonico accipitur, quo prohibentur
nonnulli iuxta regulam a iure Canonico præscriptam
vel ordines suscipere, vel in susceptis ministrare. Regu-
la namque iuris Pontificij ad ordines Ecclesiasticos
pertinens omnes admittit, qui non sunt specialiter pro-
hibiti. Qui igitur prohibiti sunt, extra Regulam sunt, &
irregulares appellantur, ipsumque impedimentum ir-
regularitas nominatur, cap.1.de sent.& re iud.lib.6.&
c.cum medicinalis.§.fi.& c.is qui, de sent.excom.lib.6.
& alibi passim.
10 Ad hanc autem irregularitatem declarandam ius an
tiquum varijs loquendi modis vtebatur, vt fusè probat,
& ostendit Simon Maiol.libro 1.de irregul. capit.1.nu
mero 5.& post eum Henriquez libro 14.de irregul. ca-
pit.1.§.1. & Alphonsus Vitualdus in Candelab. par.3.
tract. de Irregularitate numero 2. vt *ad sacros ordines ne
permittas accedere, & non audeas promouere*, capit. præci-
pimus, distin.34.& in capit.si cuius vxorem. ead.distin,
dicitur *ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest:
& suscepto ministerio perfrui non potest*, & in capit. si quis
de laicis.ead.distinct. 34. dicitur. *In Clericum nullate-
nus admittatur.* & in capit.curandum, ead.distin.dicitur
ad sacros ordines non aspiret. & in capit.si laici.ead.distin.
34.dicitur; *ad ministerium Ecclesiasticum nullo modo ad-
ducatur.* & in capit.si quis de laicis.§.quod ergo, distin.
34.dicitur; *impedimentum præstat, quo minus ad sacros or-
dines pertingere valeat*, & in capit. Clericus inuidens. di-
stinct.46.dicitur; *Non promoueatur*, & in cap.quoniam
dist.47.dicitur; *Deijciatur a Clero, & sit alienus a regula*,
& in cap.consequens, distinct.88. dicitur *A clericalibus
officijs cogantur abstinere*, & alios multos loquendi mo-
dos affert Maiol. vbi supra, qui tamen non ita proprij
sunt irregularitatis.
11 Quoad eius vero originem, vt eam obiter expli-
cemus, quadruplex ratio assignari potest, duæ qui-
dem desumptæ ex parte ministri Ecclesiæ in ordi-
ne ad Corpus Christi verum; aliæ vero duæ ex parte
ministri in ordine ad corpus Christi mysticum, quod
est Ecclesia.
12 Prima ratio est: quia Clerici, & alij ministri Dei ob-
sequio mancipati sunt, & iuxta nominis etymologiam
in sortem Domini vocantur, capit. Cleros.distinct.21.
& capit.Clericus, & capit.cui portio, & capit. duo sunt
genera, 12.quæst.1.& cap.cum secundum, de præbend.
ipse autem Dominus, *Sanctus innocens, & impollutus est,
ad Hebræos capit.* 7. Cum igitur pars toti respondere de-
beat, Sanctissimi Domini sanctissimum ministrum esse
oportet.
13 Secunda ratio est: quia non solum ipsemet Dominus
Sanctus est, sed etiā illa, quæ illi offertur, hostia Sancta,
& munda esse debet. *Exo.* 12. *Erit autem agnus absque ma-
cula, masculus, anniculus, & Leuit.* fere per totum. Vnde
etiam minister, qui se Deo obtulit, sanctus esse debet,
iuxta illud, *Sancti estote, quia ego Sanctus sum Dominus
Deus vester. Leuit.*19.20.21.*& 1.Petr.1.& Leuit.*21.di-
citur, *Homo de semine tuo per familias suas qui habuerit ma-
culam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium
eius, si cæcus fuerit, si claudus &c.* quæ omnia Sanctus
Greg.in lib. Pastorali, c.11.relatus in cap.hinc etenim.
dist.

distinct. 49. interpretatur in ecclesiæ ministris inesse oportere.

14 Tertia ratio est; Quia ecclesia ipsa, quæ est fidelium congregatio, *pulchra est, non habens maculam, neque rugam. Cant. 4. & Ephes. 5.* & facit capitulum secundum de immunit. eccles. libro 6. Vnde & ministri eius tales esse debent.

15 Quarta ratio est; Quia ministri ecclesiæ Christi a rebus huius sæculi in altiorem locum sublati sunt, & in eos, tanquam speculum ceteri oculos conijciunt, & ex eis sumunt quod imitentur. Vnde 2. Corinth. 6. de illis dicitur, *Vos estis templum Dei viui &c. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, &c. & 1. Timoth. 3.* dicitur, *oportet Episcopum esse irreprehensibilem, &c. & Tit. 1. Si quis sine crimine est*, &c. Hinc illud S. Hieronymi epistola 83, quę est ad Oceanum, & refertur distinct. 25. capit. vnum orarium, §. nunc autem. *Talis eligatur Dei Minister, cuius comparatione ceteri grex dicantur.*

16 Irregularitas varie definitur DD. Nam Lapus in Clemen. si furiosus. de homicid. definit, *esse impedimentum Canonicum prouenientem in clerico ex violatione censuræ ecclesiasticæ, vel ex alia notabili inobedientia.* Alij, vt Marian. Socin. in capit. sententiam, ne clerici, vel monachi, ex sententia DD. in cap. ad audientiam, de homicid. sic definit, *Irregularitas est ius impeditiuum promotionis, vel executionis ordinis iure diuino, & Canonico inductum propter aliquem defectum, inobedientiam, vel negligentiam.* Angel. in verbo, irregularitas, 1. in princip. ait, *Irregularitas est impedimentum, seu repulsio executionis diuini officij, seu Sacramenti, ex canonica institutione prouenientes*, argum. cap. final. de tempor. ordinan. Henriquez breuiter sic definit libro 14. de irregul. cap. 1. §. 2. *Est impedimentum quod directe, & immediate prohibet accipere ordines, aut aliquem acceptorum vsum.* quam etiam definitionem tradit Gregor. de Valenna, tomo 4. dispu. 7. quæst. 19. puncto 1. Communis aliorum omnium definitio hæc est, *Irregularitas est, canonicum impedimentum, ex facto, vel defectu proueniens, quo quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in ijsdem ministrare prohibetur.* Sic Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta. in princip. Ioan. Andr. & Archidiac. in capitulo primo de senten. & re iudic. libro 6. Hostiens. in capitulo secundo de cler. excom mun. ministr. Gonsal. à Villadiego, de irregul. in principio, Sylnest. verbo, irregularitas, in princip. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. numero primo, S. Anton. 3. parte titulo 29. de irregul. capit. 1. Sotus 4. distinct. 25. quæstione prima, articulo 2. Summa Corona part. 3. titulo, de irregul. numero 2. Barthol. Medina libro primo. Instruct. confess. capitu. 11. §. 9. Sebast. Medic. par. secunda, tit. 9. quæstio 25. Nicol. Plouius tract. de irregul. in princip. Albertus Trotius. de vero, & perfecto clerico, libro secundo, capit. 20. Couar. in Clem. si furiosus. in princip. numero primo, de homicid. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 191. & Martin. Ledes. 2. 4. quæstione 26 artic. secundo, in tract. de irregul. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro parte 3. tit. de irregul. numero quinto. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte 1. libro quarto capitulo sexto, quamuis hi quatuor vltimi addant duas adhuc particulas, nimirum *irregularitatem directe impedire ordinum susceptionem, vel executionem, etiam post factam pœnitentiam.* Simon vero Maiolus libro 1. de irregul. cap. 1. numero 1. ait difficile esse veram irregularitatis definitionem afferre. Hæc autem vltima definitio, vt communior est, ita etiam nobis videtur verior, & accommodatior, & sic explicatur.

17 Primo enim dicitur (*impedimentum*) quia irregularitas ex genere suo non est vinculum, aut censura, aut sententia, vel pœna, sed est inhabilitas quædam; multæ enim irregularitates, licet non sine causa contrahantur, vt ex bigamia, vel iusta occisione contrahuntur propter indecentiam, non tamen ex culpa contrahuntur, vt fatetur Sotus libro primo de iust. & iure, quæstio. sexta articulo quinto ad primum; ideoque ex genere suo non est vinculum, censura, sententia, aut pœna, quia hęc ex vi, & conditione sua oriuntur, aut infliguntur ob delictum & culpam. & ideo vt infra dicetur, absolutio proprie est a censuris, vinculis, & sententijs; at vero cum irregularitas tollitur, non dicitur quis proprie ab ea absolui, sed dispensari.

18 Secundo dicitur (*Canonicum*) quia omnis irregularitas ex iure Canonico instituitur, vt infra dicetur, quicquid Marian. Socin. cit. contrarium falso existimauerit.

Tertio dicitur (*ex facto, vel defectu proueniens*) vt explicentur duo præcipua capita, ex quibus omnes irregularitates oriuntur, nimirum, *aut ex delicto*, quod in præsentia vocatur factum; *aut ex aliquo defectu*, id est, quæ absque culpa contrahitur.

Quarto dicitur (*Quo quis prohibetur promoueri, & iam promotus ministrare*) vt sic explicetur, in quo consistat vis, & cōditio irregularitatis, scilicet in hoc, quod ideo quis irregularis est, quia est inhabilis ad ordines ecclesiasticos recipiendos, & ad seruiendum in illis; in quod distinguitur a censuris, sententijs, & alijs, vt infra dicemus. Per ordines autem in hac definitione non intelligi-

19 tur prima tonsura, quæ secundum veriorem, & communiorum Theologorum opinionem, contra Canonistas, non est ordo, sed dispositio ad ordines; & hoc si proprie, & stricte loquamur, quamuis in iure Canonico puto intelligi etiam primam tonsuram per ordines, ita vt irregularis simpliciter ad ordines, irregularis esse videtur ad ipsam primam tonsuram accipiendam. *Est igitur irregularitas inhabilitas quædam Canonico iure constituta, ad Ecclesiasticos ordines recipiendos, & administrandum in ordinibus susceptis.*

20 Qualiter autem irregularitas a censuris differat, non ita bene tradunt DD. Nam Syluest. in verbo, irregularitas, nume. 1. & Tabiena, verbo eodem in princip. dicunt distingui a suspensione, quia includit eam, & aliquid amplius addit, ita vt omnis suspensus sit irregularis, non tamen econtra, eo quod per suspensionem prohibetur quis in ordinibus susceptis ministrare, non tamen prohibetur ad ordines promoueri, irregularis autem & ad ordines promoueri, & in susceptis ministrare prohibetur. Hos autem reprehendit Nauar. in Manuali, cap. 29. num. 191. ver. secundo, quia, vt diximus, suspensio est censura, irregularitas autem censura non est. Item irregularitas tam laicis, quam clericis conuenit, suspensio vero pœna est clericorum tantum. Speculator autem referente Nauar. vbi supra, versic. tertio. vult omnem excommunicatum, suspensum, & interdictum esse irregularem, non tamen omnem irregularē, excommunicatum esse suspensum, aut interdictum. Quam etiam differentiam Nauar. ibi reprehendit, quia excommunicatio, suspensio, & interdictum, sunt censuræ ecclesiasticæ, irregularitas autem ex sua natura censura non est. Item excommunicatus non est irregularis eo ipso, quod sit excommunicatus, sed quia dum ex communicatus est, priuatus est participatione actiua, & passiua Sacramentorum, ideoque dum in excommunicatione manet, non potest promoueri ad ordines, vel in susceptis ministrare, quam primum autem absoluitur ab excommunicatione, & ordines suscipere, & in susceptis ministrare potest; qui vero est irregularis, etiam post peractam pœnitentiam, & obtentam absolutionem a censuris, & ab omnibus peccatis adhuc inhabilis est ad ordines recipiendos, & administrandum in susceptis, donec per dispensationem inhabilitas illa ab habente potesta-

potestatem tollatur. Idem dicendum est de suspensione, & interdicto; dum enim quis suspensus, aut interdictus est, prohibetur ordines suscipere, vel in illis ministrare, non tamen irregularis est, quatenus suspensus, aut interdictus est, quia statim a suspensione, & interdicto absolutur, manet aptus ad ordines recipiendos, & ad seruiendum in illis.

21 Differt igitur irregularitas ab excommunicatione, quia excommunicatio est censura, vel vinculum a iure, vel iudice impositum, quo quis tanquam ligatus prohibetur a participatione actiua, & passiua Sacramentorum, & omnibus ecclesiæ suffragijs, & communi hominum consortio priuatur, & hoc ob contumaciam: at vero irregularitas solum est inhabilitas quædam ad ordines suscipiendos, vel ad ministrandum in illis etiam absque vlla contumacia, imò nonnunquam absque culpa contracta.

22 Differt etiam ab excommunicatione minori, quia hęc priuat omni passiua Sacramentorum receptione; at vero irregularis recipere potest; absolutionem a peccatis, ex Caiet. in verbo, irregularitas, in princip. Armilla, verbo, eo. §. 86. Nauar. in Manual. capitulo 27. numero 191. in fine. Martin. Ledesm. 2.4. quęstio. 26. articulo 2. in tract. de irregul. in princip. & Henriquez lib. 14. ca. 1. §. 1. in annot. in littera C. & §. 2. immo & omnia Sacramenta præter ordinem, vt Henriquez vbi supra, §. 2. docet.

23 Differt a suspensione, quod suspensio semper ex aliquo delicto contrahitur siue mortali, siue veniali, & est censura, vel sententia, vel vinculum a iudice, vel iure impositum, vel ob contumaciam, vel saltem in pœnam delicti præcedentis, quo vinculo ligatus, vsum ordinum exercere prohibetur; irregularitas autem nec semper ex delicto contrahitur, nec censura est, vt diximus, nec imponitur ab homine, sed a iure, per solum Papam ob decentem Dei cultum, vt ordinati, & ministri diuini cultus sint sine macula, & defectu. Item suspensio communiter non priuat toto officio, sed quodam vsu illius; & si quando priuet toto officio, id agit non vt habitus in perpetuum, sed vt dispositio ad tempus, & in persona tantum ecclesiastica. & elapso eo tempore tollitur, aut saltem per absolutionem, at irregularitas per se priuat susceptione ordinis, & per modum habitus priuat vsu; & aliquando superueniens irregularitas non priuat vsu ordinum, vt si Sacerdoti sine eius culpa amputata sit manus, est irregularis, ne celebret, sed audire potest confessiones, quia non prohibetur decenti vsu ordinum; sic Villadiego de irregul. colum. 39. Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 191. & nume. 200. vers. septimo dico. Felicianus, de irreg. c. 6. Henriquez lib. 7. de indulgen. ca. 13. §. sexto in annot. in littera R. & libro decimoquarto de irregul. capitulo primo §. secundo & irregularitas non per contritionem, aut absolutionem, sed per dispensationem tollitur, argum. Conc. Trident. sess. 24. de reform. capit. 6. Henriquez libro 7. capit. 13. & lib. 14. c. 1. vbi supra.

24 Differt etiam ab interdicto, quia interdictum est censura à iure, vel ab homine imposita, qua quia prohibetur Sacramenta aliqua recipere, vel conferre, & officijs diuinis interesse, & sepultura ecclesiastica sepeliri, vnde fit, vt excommunicatus, suspensus, aut interdictus, quia prohibitus est exercere vsum ordinum, ideo, dum aliqua harum censurarum ligatus est, ordines recipere nō potest, quia ordo quando recipitur, propter vsum, & officium eius recipitur, irregularitas autem nec priuat receptione Sacramenti alicuius præter ordinem, nec prohibet officijs diuinis interesse, nec sepultura ecclesiastica donari, sed solum per se, & directe, & primario impedit susceptionem ordinis, vt ordo est, nec semper impedit omnem vsum ordinis; cum tamen excommunicatio, suspensio, aut interdictum solum indirecte, & secundario ordinis susceptionem impediat, ex eo quod qui aliqua censura ligatur, eo ipso, quod priuatur passiua Sacramentorum susceptione, consequenter priuatur ad tempus, scilicet dum censura ligatus sit, receptione ordinum.

Ex quibus etiam colligitur, quomodo distinguatur irregularitas a depositione, & degradatione, quia hæ duæ pœnæ sunt sententiæ inflictæ in pœnam delicti, qui bus clericus priuatur in perpetuum, & toto vsu ordinum.

25 His omnibus addi potest ex Soto 4. distinct. 25. quæstione 1. artic. 3. vers. ex his igitur. & Henriquez lib. 14. capitulo 1. §. 2. quod licet irregularitas ecclesiasticos impediat ordines, si tamen a viro baptizato recipiantur, factum tenet, & solum priuantur vsu; quod si iura nonnunquam dicant non valere ordinationem irregularis, vt distinct. 70. capit. 1. & 2. intelligi debent quoad vsum, & exercitium ordinis in irregularitate, aut ab irregulari suscepti.

26 Diuiditur varie a DD. Quidam enim multas enumerant sine vllo plane ordine, vt Angel. verbo, Irregular. 1. S. Anton. 3. par. titu. vigesimonono. de irregular. capitulo 1. Maiol. libro 1. de irregul. cap. 3. Alij, vt Summa Asteosia, par. 2. lib. 6. tit. 6. & seq. reducunt omne genus irregularitatis ad duodecim irregularitates, quas vocant Apostolicas, 1. Timoth. 3. Alij, vt Syluest. in verbo, irregularitas, numero 3. omnes ad tres reducit, scilicet ex delicto, ex defectu corporis, & ex defectu Sacramenti, & ponit 23. casus, & eandem diuisionem facit Sotus 4. distinct. 25. quæst. 1. articulo 2. & hos secutus Polancus in fine Directorij, capit. de irregul. Tabiena, in verbo, irregularitas, numero primo, ad nouem capita reducit. Alij, vt Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 26. articulo 2. in tract. de irregul. & Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 192. Henriquez lib. 14. cap. 2. §. 4. Alphons. Viuald. vbi supra in princip. Greg. de Valentia tom. 4. disput. 7. q. 19. puncto 2. & Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 6. irregularitates omnes ad quinque species reducunt, quæ ex quinque defectibus nascuntur, scilicet, *Sacramenti, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti.*

27 Cæterum, meo iudicio, & breuius, & melius reduci possunt omnes ad duo capita, prout superius dictum est. Primo enim, Quædam sunt quæ contrahuntur absque vlla culpa, & dicuntur contrahi ex aliquo defectu; Secundo, aliæ contrahuntur ex delicto, & dicuntur contrahi ex facto proprio. Rursus irregularitates omnes, quæ sine culpa contrahuntur, ad quinq; capita reduci possunt: Nam Primo, Quædam contrahuntur ex defectu Sacramenti: Secundo, ex aliquo defectu corporis; Tertio, ex aliquo defectu animæ: Quarto, ex defectu libertatis: Quinto, ex defectu perfectæ lenitatis. Quæ autem irregularitates ex delicto contrahuntur, & ob quæ delicta, suis locis ostendemus.

Regulæ quędam generales ad irregularitatum notitiam vtiles, ac necessariæ. Cap. II.

S V M M A.

1 *Irregularitatum cognitio ardua, difficilis, & perplexa est.*

2 *Irregularitas vt incurratur, subiectum capax esse debet.*

3 *Femina irregularitatis capax non est, & quæ eius ratio sit.*

4 *Femina ad imaginem Dei an, & quo sensu creata sit.*

Femina,

5 *Femina Christi vicem, & personam repræsentare nequit.*

6 *Feminæ quo sensu regulares, aut ordinari posse dicuntur.*

7 *Donum prophetiæ concessum mulieribus in lege veteri sacramentum non erat.*

8 *Baptizatus qui non est, pro eo tempore irregularis non est, & quare.*

9 *Irregularitas omnis iure tantum humano Pontificio est instituta.*

10 *Irregularitates multæ iure Pontificio institutæ, ex lege veteri, & naturali originem trahunt.*

11 *Irregularitas quo sensu originem a iure naturæ trahere dicatur.*

12 *Cum homicida voluntario qua sensu iura Papam dispensare non posse affirment.*

13 *Apostolorum canones, & decreta iuris humani sunt, non diuini.*

14 *Irregularitas non nisi in casibus iure expressis incurritur.*

15 *Irregularis an censendus sit, qui de irregularitate dubius est.*

16 *Lex iusta tam in foro interiori, quam exteriori obligat.*

17 *Irregularitas ob delictum sola voluntate, & mente commissum non incurritur.*

18 *Homicida mentalis irregularitatem non incurrit.*

19 *Irregularitas ob delictum occultum exterius commissum, quamuis probari non possit, incurri potest.*

20 *Bullæ concedentes facultatem dispensandi in irregularitatibus mentalibus quo sensu intelligendæ sint.*

21 *Irregularitas non solum ad ordines suscipiendos, & eos exequendos inhabilem reddit, sed etiam ad beneficium obtinendum.*

22 *Beneficium propter clericale officium datur.*

23 *Inhabilis ad celebrandum beneficium curatum habere nequit.*

24 *Irregularitas post beneficium obtentum incursa ipso iure beneficiarium beneficio illo non priuat.*

25 *Irregularitas dignitatibus, & prælaturis regularibus priuat.*

26 *Irregularis ante obtentam dispensat. ouem ordines sumens, vel exercens irregularitatem nouam non incurrit, & quæ huius ratio sit.*

27 *Ordinem susceptum ob irregularitatem exercere prohibitus an, & quando superiorem sumendo, irregularitatem incurrat.*

28 *Homicidium, & membri abscissio, hominem irregularem reddit, sicut etiam qualibet corporis deformitas.*

29 *Missam celebrare prohibitus ob membri mutilationẽ an, & quæ alia officia ecclesiastica exercere possit.*

30 *Irregularitas vt incurratur ob crimen, non satis est conatus, & desiderium illud perpetrandi.*

31 *Cessante causa irregularitatis, cessat irregularitas.*

32 *Irregulares sunt, qui post peractam pœnitentiam ordinis executionem non habent.*

33 *Bullæ potestatem absoluendi a censuris concedentes facultatem dispensandi ab irregularitate non concedunt.*

1 
Vamuis irregularitatum cognitio difficilis, & perplexa sit, nihilominus tamen ad clariorem, & faciliorem huius rei explicationem, regulas quasdam generales ex DD. collectas, & communi omnium cōsensu approbatas præmittemus; per quas & iudex alienam discutere conscientiam circa incursionem irregularitatis facile possit, & vnusquisq; pro bono, & tranquillitate conscientiæ suæ, his perlectis, & diligenter consideratis, documentum quoddam generalia habeat, ex quibus, an irregularis sit, necne, discernere queat. Quarum

2 Prima est, ad hoc, vt incurratur irregularitas, subiectum capax irregularitatis esse debet, vt colligi potest ex Soto 4. dist. 25. q. 1. artic. 2. in princip. & Marian. Socin. in cap. sententiam, par. 5. q. 14. & Maiolo lib. 1. cap. 28. num. 1. & num. 7. Ratio est, quia irregularitas sit impedimentum, subiectum eius impeditum capax esse debet, priuatio enim supponit habitum; vnde Sotus vbi supra docet, quod mulier siue bigama sit, siue homicida, non est irregularis, quippe, quæ vt nō est ordinis capax, ita nec irregularitatis; Et quidem feminam irregularitatis incapacem esse docent S. Thom. 4. dist. 25. quæstio. secunda articulo secundo & habetur in additio. tertiæ partis, quæstio. trigesimo nono articulo 1. Marian. So-
3 cin. in capit. sententiam, in 5. par. quæstio. decimaquarta in fine. ne clerici, vel monachi, & facit capitulo noua. & ibi Panormit. de pœniten. & remiss. & idem Panormit. in cap. dilecta, nume. 5. de maior. & obed. & facit capit. final. distinct. 32. Sotus, 4. distinct. vigesimaquinta quæstio. 1. articulo secundo & Maiol. libro 1. ir reg. cap. 28. num. 1. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. in principio. Summa Corona, part. 3. tit. de irreg. nume. 4. ver. quarto. Alphons. Viuald. par. 3. cap. 3. ubi late rem hanc prosequitur. Toletus lib. 1. Instit. Sacer. capit. 23. Cuius incapacitatis ratio est; quia ordinis assumptio gradum superioritatis denotat, cum tamen femina sub viri potestate esse debeat. Genes. 3. & S. August. in lib. qq. Genesis, q. 153. & refertur in cap. est ordo naturalis, 33. quæstio. 5.

4 Neque ipsa ad imaginem Dei creata est, ex S. Ambrosio in 1. Corinth. 11. & refertur, in capit. mulier, 2. & S. August. in qq. ver. & noui testam. cap. 106. & habetur in capit. hæc imago. 33, q. 5. & gloss. in capit. dilecta, in verbo, Iurisdictioni, de maior. & obedient. & Simone Maiolo, libro primo, de irreg. capit. 28. Quod tamen dictum, vt verum sit, non debet intelligi quantum ad id, in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet, quantum ad intellectualem naturam, vnde Genes. 1. cum dixisset; *Ad imaginem Dei creauit illum*, scilicet, hominem, subdit, *Masculum & feminam creauit eos*, Sed quantum ad secundariam, quandam rationem imaginis Dei, quæ in viro inuenitur, & non in muliere, quia scilicet vir est principium mulieris, & finis, sicut Deus est principium, & finis totius creaturæ, vnde cum Apostolus primo Corinth. 11. dixisset, quod *Vir imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est*, ostendit, quare hoc dixerit, subdens, *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro; Etenim, vir non est creatus propter mulierem, sed mulier propter virum*, vt optime Sanct. Thomas in Summa, par. 1. quæstio nonagesimo tertio articulo quarto ad 1. & eum secutus Alphonsus Viualdus, in suo Candelab. part. tertia capitulo tertio numero septimo, ostendunt. Deinde vero, ordines illi soli competunt, qui vice Christi ad altare accedere, & ministrare potest: mulier vero adeo a ministerio sacrorum ordinum excluditur, ut nec ad altare liceat illi deseruire Sacerdoti celebranti, etiam ipsa necessitate vrgente, ex Archidiac. in capitulo hoc quoque. de consecrat. distinct. 1. & ad altare accedere prohibetur, ut presbytero ministret, capitulo primo in fine, de

cohab.cler.& mul.Maiol.cit.numero sexto.

Neque Christi personam, aut vicem referre potest; sicut enim per virum originale peccatum intrauit in mundum, & non per fœminam, vt tradit S. Thom. 3. par. d. 12. artic. 4. ad finem. & ideo Christus assumpsit sexum masculinum, vt perfectum, & actiuum, ita quicunque Christi vicem repræsentare vult proportionatus esse debet personæ Christi, quæ sane proportio, & similitudo in solo sexu masculino est, per quem humanæ naturæ reputatio fieri debet, & non per fœmineum, vt latius ibi S. Thom. & Sotus 4. dist. 25. q. 1. art. 2. tradunt: vnde si mulier de facto ordinetur, nihil fit, cum ipsa characteris incapax sit, ex S. Thom. in addit. 3. part. q. 39. art. 1. Soto cit. & Maiolo libro primo de irregul. capitulo vigesimo octauo numero quinto S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 6. vers. hermaphroditus. glo. in cap. Diaconissam, in verbo, ordinari. 27. qu. 1. & omnes authores consentiunt.

6 Nec obstat quod a S. Chrisost. in hom. quod fœminæ regulares cum clericis non cohabitent, regulares vocentur, quia ideo eas appellat, quod ministerio monialium erant ascriptæ, in capitulo Diaconissam. 27. quæstione 1. inhibentur Diaconissæ ante annum quadragesimum ordinari, non quod ordinis capaces sint, sed quia ministræ, & Abbatissæ erant, seu vt ait S. Thom. in addit. 3. par. q. 39. art. 1. post glo. ibi, quia in aliquo actu Diaconi participabant; quia scilicet legebant homiliam, vel Euangelium in choro. Qua etiam modo in cap. mulieres, d. 32. vocantur presbyteræ, quia scilicet, vt S. Tho. S. Anton. & Sotus vbi supra docent, in rebus ecclesiæ ministræ erant, presbyter enim idem est, quod senior, eligebantur enim ex viduis seniores in ministerium rerum ecclesiæ, vnde in eodem canone cauetur, ne tanquam ordinatæ constituantur, vnde, cum Cataphrigæ hinc erroris nacti occasionem mulieres ordinari posse affirmarint, eorum error in Conc. Laodicensi can. 11. damnatus est, vt in dict. capitulo mulieres, habetur.

7 Donum autem prophetiæ concessum mulieribus in lege veteri non Sacramentum fuit, sed donum Dei. Debora etiam de qua Iudic. 4. habetur Iudex fuit, & præfuit, sed in temporalibus, non in Sacerdotalibus, sicut & non possunt mulieres temporaliter dominari, sic S. Thom. & Sotus vbi supra.

8 Eodem modo non baptizatus, quia non est capax ordinis, pro eo tempore non est irregularis, vt patet ex toto tit. de cleric. non baptizato, maxime capitulo primo, & secundo, & additur ratio, quia baptismus est ianua Sacramentorum, ex Concil. Trident. sess. decimoquarto de sacramen. Pœnit. capitulo secundo, & capitulo veniens, de presbyt. non bapti. Nauar. in Manual. capitulo vigesimoseptimo. nume. 205. versicu. tertio. Simon Maiol. libro tertio de irregul. capitulo septimo in princip. Henriquez libro decimoquarto capitulo primo. §. 2. in anoot. littera T.

9 Secundus est, Omnis irregularitas iure tantum humano Pontificio constituta est. Sic Innocen. numero 19. & ibi Panorm. numero 19. de renunciat. in capit. nisi cum pridem. & idem Innocen. in capitulo ad audientiam, de homicid. & ibi Doctor, & idem Innocen. in capit. si celebrat. numero secundo, de cler. excommun. administr. Archid. in cap. Apostolica. distinct. 56. in princip. & capit. excommunicatos. 11. quæstione 3. Felin. in d. cap. ad audientiam. Gonsal. a Villadiego, de irregul. in princip. Imola, & Doct. in Clemen. si furiosus, de homicid. S. Anton. 3. par. titulo 29. de irregul. capitulo secundo § fina. in princip. Syluest. verbo, irregularitas, in fine, Nauar. in Manual. cap. 27. numero 194. versic. quinto. Couar. in Clement. si furiosus. in princip. numero secundo, de homicid. Henriquez libro decimoquarto de irregul. cap. 1. §. 3. Angelica, in verbo, irregularitas, 1. in princip. & Durand. quarto distinct. 27. quæstione 4. numero 8. & colligitur ex [?] esse ex capit. is qui, de sent. ex commun. libro 6. vbi dicitur, *quod nemo sit irregularis censendus, nisi sit in iure expressum.* & idem ait Palud. 4. distinct. 25. quæstio. 3. articulo 2. conclus. 2. & 3. & ideo Nicol. Dionysius de Perusio, in dicto cap. is qui, dicebat, quod qui aliquem dicit irregularem esse, casum legis adducere debet. Alphonsus Viuald. de irregular. numero 15. Summa Corona tit. eodem numero secundo, & Gregorius de Valentia tomo 4. disputat. 7. quæst. 19. puncto 1. versic. est igitur. Toletus. libro primo Instruct. Sacerd. capitulo vigesimaquarta. Quicquid falso contra omnes Marian. Socin. in capit. ad audientiam, quæstio. 3. velit quasdam irregularitates esse de iure diuino.

10 Addo tamen multas irregularitates iure Pontificio constitutas, ex lege veteri, & naturali originem traxisse, & ecclesiam ad legis veteris imitationem istas instituisse. De lege veteri constat ex Leuit. vigesimoprimo vbi quasdam irregularitates ex vitio corporis fuisse constat. vt si *quis haberet maculam, si cæcus, claudus, &c. &* Deut. 23. *Eunuchi, castrati, manzeres, & de scorto nati ad Ecclesiam, & diuinum cultum peragendum non admittuntur, &* 1. *Paralip.* 22. *&* 28. *Dauid tanquam irregularis ob defectum perfectæ lenitatis, quia in bellis multum sanguinem fuderat, templum Domini ædificare prohibetur.* De lege naturali probatur ex ijs, quæ tradunt S. Thom. 1. 2. quæstio. 95. articulo 2. & Medina ibi, & Sotus libro primo, de Iust. & iure, quæst. 5. articulo 2. Quædam enim deducuntur ex principijs naturalibus, tanquam conclusiones ex suis principijs, vt v.g. principium naturale est, *Quod tibi vis fieri, alteri feceris.* Item, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris;* Homicidium tibi noles, similiter furtum, similiter adulterium, ergo ista ne feceris alteri. Quo fit, vt præcepta Decalogi in ipsis naturæ principijs lateant. Quædam vero deducuntur ex naturę principijs non tanquam conclusiones, sed tanquam determinationes quædam aliquorum communium: Nam naturæ principium est, bonum esse præmiandum, malum vero puniendum. Hinc lex humana homicidium gladio, hæresim incendio, & sic diuersa crimina diuersis punit modis, non enim lex naturæ præcipit, quod tali pœna, vel tali puniatur, sed lex humana: quæ autem sunt primi generis, vt recte notat S. Thom. vbi supra, partim ex lege naturæ, partim ex lege humana vigorem habent, quæ autem secundi generis sunt, ex sola lege humana vigorem habent. Vnde cum irregularitates omnes secundi generis sint, originem tamen a iure naturæ trahunt, quatenus in æquitate naturali fundantur. In quem sensum Aristot. libro sexto Polit. capitulo septimo & libro septimo capitulo nono voluit non quoslibet assumendos esse ad Sacerdotium, sed eos, qui honorem Deo deferre possent, adeo quod Romulus teste Dionys. Halicarnass. libro tertio bibliothecæ statuit ad Sacerdotium ex nobilibus assumendos esse. & teste Tito Liuio, Decade prima, libro 2. apud Aegyptios non licebat Regi absque Sacerdotio imperare.

11 Dices, si irregularitas trahat originem a lege naturæ, ergo non est dispensabilis. & gloss. in capitulo sicut dignum. §. clericos. in illis verbis. *Et cum tali nunquam dispensatur*, de homicid. significare videtur Papam non posse dispensare cum homicida voluntario, quia est de iure diuino, citans illud secundo Reg. 7. & primo Paralip. vigesimosecundo, & vigesimo octauo, de Dauide, *Non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es.* & Marian. Socin. in capit. ad audientiam. quæstio. tertia de homicid. & fauere videtur capit. fin. de temp. ordin.

Respondeo; Quamuis Irregularitas originem trahat largo modo a lege naturæ, quatenus fundatur in æquitate naturali, non tamē proprie dicitur ius naturæ:

Alio-

alioquin enim leges omnes, quatenus leges sunt, hoc est, quatenus æquitati naturali consonant, leges essent naturales, quod tamen dicendum non est. Quoad glo. verò respondeo cum Host. & Panormit. ibi, in d. capit. sicut dignum, numero 12. & in capitulo ad audientiam,
22 numero quarto, de homicid. quod iura, & DD. qui affirmant cum homicida voluntario non dispensari, intelligi debent, quod difficulter solet Papa cum tali dispensare, non autem, quod sit omnino dispensabile homicidium voluntarium. Vnde vt notat Panormit. in veteri testamento reperitur dispensatum cum Phinees nepote Aaronis, qui licet duplex homicidium commisisset, sibi tamen postea permissum fuit administrare diuina. Numer. vigesimoquinto, & Moses occidit Aegyptium, Exodi 2. & tamen fuit Sacerdos, *Psal. 98. Moses, & Aaron in Sacerdotibus eius*, & munera Pontificalia exercuit consecrans Aaron & filios eius Leuitas in Sacerdotes. Exodi vigesimooctauo, & Leuit. 8. & erexit altare, & consecrauit. Exod. 40. & Apostolus Paulus homicida fuit consentiens nec B. Stephani Protomartyris, Act. 7. & tamen postea ad Apostolatum assumptus est, Act. 9. & 13.

23 Quamuis igitur irregularitas ex lege naturæ originem trahat, & irregularitates multæ in lege veteri fuerint, & multæ ex Canonibus Apostolorum, & eorum Epistolis desumptæ sunt; nihilominus tamen irregularitates omnes iure tantum humano Pontificio institutæ sunt, vt rectè docet Couarr. vbi supra, quia Apostolorum Canones, & decreta iuris humani sunt; & lex vetus quoad cęrimonialia, & iudicialia per Christi mortem expirauit, & abrogata est, ex San. Thoma, prima secundę, quæstione 103. articulo tertio, DD. omnibus in capitulo vnico, de purificatione post partum.

Vnde si aliquando dicant Doctores aliquas irregularitates de iure Diuino esse, aut falsum dicunt, aut intelligendi sunt ita docuisse, quia habent originem ex lege veteri, ex cuius imitatione illas instituit Ecclesia, sicut etiam decimæ à nonnullis Canonistis, vt ab Innocent. in capit. parochianos, de decim. & alijs PP. apud Gratian. 16. quæst. 1. dicuntur esse de iure Diuino, quia ad imitationem legis veteris illas Ecclesia instituit. de quare plura legi possunt apud gloss. in capit. 1. in verbo, decimarum, de decim. lib. 6 & S. Thom. in 2. 2. q. 87. art.... & Caiet. ibi.

24 Tertia est, irregularitas numquam incurritur, nisi in casibus iure Pontificio statutis, & expressis, & habetur in capit. is, qui, & ibi DD. de sentent. excommunicat. libro 6. Palud. quarto, distinct. 25. quæstio. 3. artic. secundo, conclus. 2. Summa Confess. lib. tertio, titulo 29. quæst. 5. versic. quid si quis. Barth. Medina, libro 1. instruct. Confess. capit. 11. §. 10. Alphon. Viuald. titulo de irreg. numero decimonono, Iacobus de Graff. lib. quarto. decis. capitulo 27. numero 3. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. part. 1. libro 4. capitulo 6. notab. primo. Toletus libro primo Instruct. Sacerd. capit. 24. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 194. versic. quinto. Couar. in Clem. Si furiosus initio, num. 3. de homicid. Simon Maiol. libro 1. de irreg. capit. secundo, numer. secundo, versic. sexta. Henriquez lib. 14. de irregular. ca. 1. §. 3. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. nu. 3. §. secundo, ante finem, & est communis DD. opinio. Ratio est, quia cum irregularitas sit iure Pontificio inducta, consequẽs est, vt nulla alia irregularitas sit, nisi quæ eodem iure exprimitur.

25 Circa hanc tamen regulam difficultas esse potest, eo quod in ca. ad audientiam, 1. de homicid. habetur censendum eum esse irregularem, qui de irregularitate est dubius; & idem dicitur in capit. ad audientiam, secundo, de homicid. eo quod in dubijs pars tutior eligenda sit. Ergo non solum vbi est expressa irregularitas in iure, sed etiam vbi dubium est, contrahitur irregularitas Panormit. in capit. ad audientiam, numero secundo, & ibi Socin. numero 46. de homicid. & ibi Hostiens. & Syluest. in verb homicidium, 3. numero secundo quæstione prima, & Tabiena verbo, irregularitas, primo, numero quarto, §. tertio, & Simon Maiol. libro primo, de Irregularit. capit. secundo, numero tertio, §. septimo. Alphonsus Viuald. vbi supra, numero 20. & numero vigesimoprimo, & Cosmus Philiarchus citat. libro quarto, capit. 6. notab. secundo, cum alijs multis, vt hanc contrarietatem iuris concordent, respondent d. capit. is, qui, de sentent. excommunicat. libro 6. & Doctores dicentes non incurri irregularitatem nisi in iure sit expressum, intelligi procedere in foro iudiciali, & exteriori, quod scilicet Iudex, & Magister, seu Doctor in foro iudiciali non debeant aliquem irregularem in dubio iudicare prohibendo ei ordinis susceptionem, aut administrationem. At vero, capitulo ad audientiam, & capitulo significasti, secundo de homicid. & similia iura, procedere putant in foro conscientiæ: tunc enim in hoc dubio debet talis se irregularem reputare, & abstinere a susceptione ordinum, vel administratione, argument. capit. illud, de Cleric. excommunicat. ministr. verum responsio, & distinctio hæc, & falsa est, & displicet tum Nauarr. in capit. Si quis autem, de pœnitent. distinct. septima, numero trigesimoquinto, tum Couaruuiæ in Clement. si furiosus, vbi supra, numero tertio, de homicid. Quia textus, capit. is, qui, etiam in foro conscientiæ, & capit. ad audientiam, & capit. significasti, secundo in foro exteriori procedunt. Nam omnis lex iusta non solum in foro exteriori obligat, sed etiam in foro interiori. Cum igitur dicta iura absolute loquantur, abso-
16 lutè & in vtroque foro obligabunt, iuxta ea, quæ tradunt San. Thom. prima secundę, quęstione sexagesimanona, artic. quarto, & Sotus libro primo, de iust. & iure. quæstione sexta, articulo quarto. Nauarr. & Couarr. vbi supra. Verus igitur sensus d. capit. is, qui, est, vt inter recentiores post Couaruuiam docet Gregorius de Valentia, tomo quarto, disput. septima, quæstione decimanona, puncto secundo notab. tertio, cap.... illud procedere, de iure, cetera vero iura, capit. ad audientiam, & capit. significasti, 2. procedunt, vbi est dubium de facto; hoc est, quando est dubium, an in aliqua specie sit inducta irregularitas iure Pontificio, tunc dicendum, & iudicandum est, non esse irregularitatem constituendam in eo casu, nisi sit in iure Canonico expressum. At vero vbi certi sumus irregularitatem induci in certe specie peccati, & ex certa causa, & tamen dubij sumus de facto, hoc est, an Petrus commiserit factum, vel non, ob quod incurritur irregularitas, ita vt non de iure, sed de facto dubium sit, tunc quidem tutior pars in vtroque foro eligenda est, vt scilicet Petrus irregularem se censeat, licet videatur durior, quia in hac parte nullum subest periculum, & fauet glossa in capitulo vnico, in verbo, æstimare, de scrutin. in ordin. sacrament. Nam bonarum mentium est timere culpam, vbi culpa minime reperitur, distinct. quinta, capitulo finali, & capitulo secundo. de obseruat. ieiun. Idem dicendum est, vbi agitur, vt quis ab altaris ministerio abstineat, vel a contractu matrimonij, vel ab alio actu exercendo, in quo exercendo subesset periculum peccati, tunc enim eligenda est pars securior, argument. capitulo ad audientiam, & capitulo significasti, secundo, de homicid. & capitulo iuuenis, de sponsal. & Innocent. in capitulo cum tu, de testibus. Notandum tamen est, dubium debere esse aliqua ratione probabili fundatum, vel coniectura, quia non satis est, si sit purus conscientiæ scrupulus, qualem habere solent homines scrupulosi, qui passim scrupulis vexari solent. Ex quibus constat tractatum irregularitatis esse difficilem, & vtilem. Difficilem, quia propter ir-

regularitates oportet ferè totum ius Canonicum peruol
uere, vt leni vero, quia cuncta iura scire oportet, & ca-
sus, vt quis conscientiam dirigat, informet.

17 Quarta est, Canonica lex imponens ob aliquod deli-
ctum irregularitatem non ligat eum, qui mente tan-
tum delinquit. Sit. Alexand. de Ales, par. 4. quæst. 24.
memb. 5. art. 3. §. 4. S. Anton. 3. par. titulo 29. de irre-
gul. cap. 2. in princip. Syluest. verbo, homicidium, 3. q.
1. ver. tertia. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. numero
2. §. secundo, post medium. Nauar. in cap. Magna. nu-
mero 23. de pœnit. dist. 1. & in Manuali, capit. 27. num.
193. Martin. Ledesm. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de ir-
reg. in princip. vers. sed antequam. Couar. in Clement.
Si furiosus, initio primæ partis, numero 4. vers. rursus,
& initio partis secundæ, numero primo, versic. volun-
tarium, & numero 5. versic. primo. de homicid. & Al-
bert. Trottus libro 2. de vero & perfecto Clerico,
cap. 20. numero 5. Simon Maiol. libro 5. de irreg. capit.
quadragesimooctauo, num. 4. versic. sed quia. Barthol.
Medina libro 1. Instruct. confess. c. 11. §. 10. Alphonsus
Viuald. tract. de irreg. numero 18. Greg. de Valentia,
tomo 4. disput. 7. quæstione 19. puncto 2. versiculo, Ter
tium. Iacobus de Graff. libro 2. decis. capit. 62. numero
5. Sebast. Medices, part. secunda Summæ, in titulo 9.
quæstione vigesimasexta. Henriquez libro 14. de Irre-
gular. capitulo 3. §. 2. & idem intellige de omnibus alijs
legibus humanis, quæ ex communi sententia mini-
mè puniunt actus purè interiores mentis. Ratio est
Primo, quia lex humana non ligat, aut punit eos
actus, quos nec cognoscit, nec cognoscere potest.
Secundo, quia proprium est Dei immediatè operari
in animam.
Tertio, ex *Hierem. 17. Prauum est cor hominis, & inscru-
tabile*, & l. cogitationis pœnam. ff. de pœnis, & capitulo
cogitationis, de pœnit. distinct. 1. & glos. in capit. si ali-
18 quis, in verbo, vt homicida, & ibi Goffred. & Panorm.
nu. 3. de homicid. vbi docent homicidam purè menta-
lem, non effici irregularem, quandoquidem nulla da-
tur irregularitas mentalis. vnde licet quis animo delibe
rato alicuius occisionem cœperit, si tamen nihil aliud
sequutur, irregularis non erit.

19 Addo tamen, quod licet illud, propter quod imponi-
tur irregularitas, sit occultum, id est, non possit proba-
ri, si tamen in aliquem actum, vel signum exterius pro-
dijt, incurritur irregularitas. De qua re licet olim con-
trouersia fuerit inter DD. modo tamen post Conc. Tri-
dent. sess. vigesimaquarta, de reform. capit. sexto, res cer
ta est. si quidem ibi datur facultas Episcopis dispensan-
di in irregularitate prouenient ex delicto occulto: talis
est modo praxis Ecclesiæ, vt in talibus petatur dispen-
satio, illisque concedatur: vnde Castro libro secundo, de
lege pœnali, in fine, in vltima aditione propter Concil.
20 Trident. vbi supra, palinodiam cantauit. Ex quibus
patet, quod quando aliquæ Bullæ, & indulgentiæ di-
cunt, quod concedunt facultatem dispensandi in irre-
gularitatibus mentalibus, nullam concedunt faculta-
tem, vt ait Martin. Ledesm. vbi supra, dicens Summos
Pontifices id non dicere, sed quæstores hunc loquendi
modum adinuenisse; melius tamen respondent Cordu-
ba, lib. 5. de indulg. quæst. 43. dub. 3. Couar. in Clem.
si furiosus, in princip. num. 4. versic. rursus, in fine, de
homicid. & Henriquez lib. 13. de Sacram. pœnitentiæ.
c. 14. §.... in annotat. in litera Y. huiusmodi Bullas in-
telligendas esse non de dispensatione ab irregularitate
purè mentali, sed de ea, quæ licet ab actu exteriori pro-
cedat, occulta tamen est, iuxta ea, quæ superius dicta
sunt.

21 Quinta est, Quamuis irregularitas primò reddat
hominem inhabilem ad ordines tum suscipiendos
etiam ad eorum executionem, præsertim a celebratio-
ne Missæ, nisi vrgeret scandalum cum periculo vitæ,
aut grauis damni, ex Nauar. in Manuali, capit. vigesi-
moseptimo, num. 139. Corduba, libro 1. tract. casuum
conscientiæ, quæst. 41. & 142. Alphons. a Castro, lib. 1.
de lege pœnal. capit. vlt. conclus. 2. Frat. Ludouico Lo-
pez. par. secunda, instruct. capit. 2. §. 5. Cosmo Philiar-
cho de officio Sacerdotis, parte prima, libro quarto, ca-
pit. sexto, notab. septimo, secundariò tamen priuat eum
beneficijs, hoc est, inhabilem reddit ad beneficium ob-
tinendum; vnde fit, vt collatio beneficij facta irregu-
lari, ipso iure nulla sit, nec titulum acquirit, nec fru-
ctus facit suos. Est communis DD. sententia, Dinus in
regul. 1. de regul. iuris, libro sexto, Innocent. in capitulo
cum nostris, de conces. præbend. Felin. in capit. 2. de re-
scriptis. Nicol. Milis, in repertorio, in verbo, irregula-
ris vt homicida. Lambertin. de iure patron. libro secun-
do par. 1. quæst. 9. artic. 4. Paul. Paris. consil. 136. num.
40. lib. 4. Rebuff. in tract. de pacif. posses. numero 226.
Nauar. in Manuali, capit. 27. num. 251. vers. septimo di-
co. & cons. 35. num. 2. de simon. tom. 2. Couar. in reg.
peccatum, de reg. iur. par. 2. §.... num. 6. versic. ad idem
tendit, & in capit. alma mater, part. 1. §. 7. numero 1. de
sentent. excommunicat. lib. 6. in Clem. si furiosus, par.
secunda. §. 3. num. 6. & 7. de homicid. Corduba de casi-
bus conscientiæ, quæst. 41. Frat. Ludouic. Lopez. parte
2. Instruct. capit. 93. §. vtrum. Thomas Zerula in sua
Praxi Episcopali, part. 2. in verbo, irregularitas dub. 4.
& dub. 8. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæstio.
19. punct. 2. §. 5. in fine, & Henriquez lib. 14. de irregul.
capitulo secundo, §. 5. Ratio est: quia irregularis iure
Canonico, priuatur susceptione ordinum, vel eorum vsu
& executione, sed eodem iure beneficia dari nõ possunt
nisi suscipientibus ordines Ecclesiasticos, ergo eodem
iure inhabilis est ad beneficium obtinendum, quando-
22 quidem beneficium datur propter officium Clericale,
cap. vlt. de rescript. libro sexto, Et denique, quia inhabi-
lis ad vnum, inhabilis etiam censetur ad ei necessario
annexum, argumen. capit. translato, de constitut. & fa-
cit glos. in capit. studeat, in verbo, vt tale beneficium,
dist. 50. quicquid contrarium voluerit Frãcus, in regul.
iur. lib. 6. Quam sane regulam, & doctrinam diligenter
aduertere debent ij, qui beneficia accipiunt, eo maxi-
mè, quoniam in litteris Apostolicis absoluuntur ab ex-
communicatione, & alijs Censuris, cum tamen in il-
lis nulla mentio fiat de irregularitate, quæ res distin-
cta est a censuris. Hoc autem, quod diximus, irregula-
rem inhabilem esse ad beneficia obtinenda, procedit
etiam in pensione, vt enim Nauar. tomo secundo, con-
sil. consil. trigesimoquinto, numero secundo, de Simon.
& Thomas Zetula in sua Praxi Episcopali, par. secun-
da, in verbo, irregularitas, dub. octauo, notant, irregula-
ris non potest obtinere pensionem ecclesiasticam, plus
quam beneficium simplex, adduntque hoc ita seruari
de stylo Curiæ, & Zetula etiam ait Rotam sic decre-
uisse.

23 Addo tamen hanc regulam non procedere, quan-
do irregularitas talis est, vt licet impediat vsum vnius
ordinis, non tamen impedit vsum alterius ordinis
iam suscepti, & talis defectus sine culpa contractus
est, in hoc enim casu potest is habere beneficium,
sed tamen beneficium tale, quod non requirit maio-
ris ordinis vsum, quam illius, quem exercere potest
& videtur casus expressus in capitulo secundo, de cler.
ægrot. vbi ei cui abscissi fuerunt duo digiti, & pars ma-
nus sine culpa, permittitur conferri beneficium non
requirens celebrationem, non autem requirens illam,
vt docet Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 252.
vbi ait Clerico, qui perdidit aliquod membrum, ex quo
factus sit sine culpa inhabilis ad celebrandum, si exin-
de non fiat inhabilis ad alium vsum ordinum, scilicet,
ad canendum in choro, vel ad audiendas Confessiones,
& huiusmodi, cõcedi posse beneficium simplex, nõ au-
tem

tem curatum. Et his similia tradunt etiam Alphonsus Viuald. vbi supra, num. 29. Cosmus Philiarchus loco cit. notab. 7. & Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 19. puncto 2. ver. Et dicendum.

24 Sexta est, nulla irregularitas, quæ contrahitur ex quocumque casu, vel delicto etiam enormi post beneficium obtentum priuat beneficii iurium beneficio ipso iure, sed est priuandus per sententiam. Ratio est: quia si quæ irregularitas hoc efficit, maximè illa, quæ pro manat ex homicidio, cum ea sit maxima, argumen. cap. miror, distinct. 50. sed hæc non priuat ipso facto beneficiatum suo beneficio iam possesso ante sententiam, tex. in capit. Clericis, ne clericis, vel monachi, in verbo, priuetur, ergo nulla irregularitas. Et quidem de homicida voluntario id docent DD. communiter, Innocent. in capit. cum nostris, numero primo, de concess. præbend. Anania, & Felin. in capit. inquisitionis, columna prima, de accusat. & idem Felin. in capit 2. columna 2. & in capit. scitatus columna prima, de rescript. Bald. in l. cum fratrem, C. de his, quibus vt indign. Philip. Decius consil. 266. in princip. volum. prim. Præposit. in capit. studeat. distin. 50. in colum. finali, post Gemin. Anton. Corset. in suis singularibus, in verbo, in sententia, 2. Capella Tolosana, 207. Nauarr. in Manuali, capit. 27. numero 251. versic. sexto. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 3. numero 6. versicul. verum ad huius conclusionis intellectum, de homicid. Bernard. Diaz in Pract. Crimin. Canon. capit. 88. Corduba, in tract. de casibus conscientiæ, quæstione 41. Frat. Ludouic. Lopez part. 2. Instruct. Consc. cap. 95. versic. verum, & Henriquez lib. 14. de irregular. capit. 3. §. 5. Cosmus Philiarchus de officio Sacerdot. parte prima, lib. 4. capit. 6. notab. 7. Greg. de Valentia tom. 4. disput. 7. quæstio. 19. puncto 3. §. quinto, in fine. quamuis falsò Barbat. in capit. cum non ab homine, columna secunda, de iudic. contra communem DD. sententiam teneat committentem homicidium ipso facto priuatum esse beneficio, per text. quem dicit ad hoc formalem, in capit. ex litteris, de excess. prælat. ex quo tamen loco non colligitur priuatio de facto, sed solum post sententiam, vt patet legenti textum illum. Imò verò DD. communiter ita ampliant hanc nostram Regulam, vt velint homicidam voluntarium, & consequenter irregularem, antequam sit beneficio priuatus per sententiam, posse interim adhuc pendente accusatione, renunciare beneficio in fauorem tertij. Ferrar. Cautela 44. gloss. in regul. Cancell. vigesimaseptima. Rebuff. in tract. de pacif. possess. numero 261. Felin. in capit. inquisitionis, columna tertia, de accusat. & Rota in antiquis, decis. quinta, de sentent. & re iudic. Ludouic. Gomez in regul. de annali possess. quæstione 42. numero tertio Cassanæ. in consilio 45. numero vigesimosecundo Philipus Probus in additionibus ad Ioan. Monachum, in cap. alma mater, de sentent. excommunicat. lib. 6. Couar. in Clemen. si furiosus, car. 3. §. 3. numero septimo, de homicid. Et sicut beneficium per superuenientem irregularitatem non perditur ipso iure, ita nec pensio ante quæsita per eam tollitur, ex Nauar. tom. 2. consil. citato.

25 Septima est, irregularitas præterquam quod priuat hominem ordinum susceptione, executione, & beneficijs, prout in superioribus regulis ex positum est priuat etiam dignitatibus, & Prælaturis regularibus, capit. 1. & ibi gloss. in verbo, prælationem, & capit. fin. & ibi gloss. In verbo, sedis Apostolicæ, de filijs, presbyt. & in cap. in quibusdam, de pœnis, & ibi Panorm. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. capit. 2. §. 11. num. 7. Prohibitus autem Clericari non censetur prohibitus fieri Monachus, seu regularis, ex Panorm. in d. ca. in quibusdam; num. 1. & Maiol. vbi supra. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 25. & nu. 26.

26 Octaua est, irregularis suscipiens, vel exercens ordines Ecclesiasticos ante obtentam dispensationem, quãuis mortaliter peccet, nouam tamen irregularitatem non incurrit. sic Innocent. in cap. si celebrei, num. 3. de Cleric. excommunicat. minist. Summa Consil. lib. 3. tit. 29. quæstione 3. in fine. Alberic. in verbo, crimen, circa finem. Syluest. verbo, concubinarius, quæstione 4. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. num. 5. §. quarto, versic. duodecima conclusio. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. secundo, in princip. regula tertia. Nauarr. in Manuali, capit. 27. num 193. & num. 194. §. tertio. Simon Maiol. lib. 1. de irregul. cap. secundo, nu. 8. §. duodecim 1. Alphonsus Viuald. tract. de irregul. num. 32. Summa Corona, tit. eod. numer. 22. notab. 4. Iacob. de Graff. lib. 4. decis. cap. 27. num. 6. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 6. notab. 3. Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. pũcto 2. in fine. Quod vero peccet mortaliter, patet: quia est inobediens præceptis Ecclesiæ in re grauissima, argum. cap. fin. de temp. ord. & cap. inquisitionis, de accusat. Quod verò irregularitatem non incurrat, præter auctoritatem tot DD. vbi supra, variæ rationes adduci possunt.

Prima est, quia irregularitas nec suspensio est, nec censura Ecclesiastica, vt ex his, quæ capit. 1. dicta sunt, manifestum est, & ita celebrans illa irretitus non violat aliquam censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam irregularitatem inducat.

Secunda est, quia stylus Curiæ Romanæ habet, vt de priori irregularitate concedatur dispensatio, non autem de posteriori.

Tertia est, quia hoc nullibi in iure est expressum, irregularitas autem non nisi in casibus à iure expressis incurritur, c. is, qui, de sent. excommunic. lib. 6. Quæ regula locum habet in omnibus irregularitatib. quandoquidem rationes in omnibus militant, & Innocent. vbi supra expresse affirmat procedere in irregularitatibus procedentibus ex defectu corporali, ex illegitimitate, ac criminis notorietate.

27 Nona est. Quicumque ob irregularitatem prohibetur exercere ordinem susceptum, superiorem illo etiam suscipere prohibetur, ita vt suscipiendo illum peccet, non tamen illum suscipiendo irregularitatem incurrit, nisi ordinis inferioris actum in eius susceptione exerceat. Prior pars est communis, & certa, eamque tradunt Simon Maiol. lib. 1. de irregular. capit. secundo, numero vndecimo, §. vigesimaprima, & Alphonsus Viualdus tractat. de irregular. numero 20. & facit Concil. Trid. sess. vigesimatertia, se reformat. capit. vndecimo, & sequent. vbi ordo superior prærequirit præexstitisse ordinis præcedentis exercitium, & ratio est ipsamet indecentia rei, qui enim exercere nequit ordinem inferiorem ob aliquam causam, & defectum, indecens planè est, vt ad superiorem ascendat. Posterior autem pars patet ex ijs, quæ diximus in lib. de Suspensione, capitulo tertio, & capit. decimosexto, quia nullibi expressum est, suspensum aut prohibitum ab exercitio ordinis inferioris ascendendo ad superiorem effici irregularem, cum tamen irregularitas non nisi in casibus à iure expressis incurratur, capit. is, qui, de sentent. excommunicationis libro sexto. Neque in superiore suscipiendo necessaria est ordinis suscepti administratio in habitu, & apparatu proprio, ita vt necessario actum ordinis inferioris solenniter exerceat, vt ibidem latius demonstrauimus. Facit ad hoc regula tertia, quia vt ibi ex communi omnium DD. consensu diximus, in dubio probabili iuris, in neutro foro damnandum esse hominem de irregularitate, quia cum sit odium iure humano impositum, restringi debet ad casum indubitatum, & iure expressum; vnde cum nullibi expressum sit prohibitum ab exercitio ordinis inferioris susceptione superioris fieri irregu-

 larem,

larem, neque vllo iure exprimitur, vt quis in dubio se reputet irregularem; & præterea communis DD. opinio habet in dubio probabili iuris, in neutro foro iudicandum quempiam irregularem esse, probabilis admodum est hæc regula nostra, & mihi certa: maximè, cum in dubio melior sit conditio possidentis innocentiam suam, & libertatem ab irregularitate, iuxta ca..., quæ tradit Henriquez post alios, quos refert lib. 14. de irreg. cap. 3. §. 3.

28 Decima est, non solum homicidium reddit hominem irregularem, sed etiam abscissio membri, ex Clemen. 2. de homicid. Immo quæcunque corporis deformatio, aut impedimentum etiam secretum impediens, vel minus iucam reddens celebrationem, hominem irregularem facit. Panorm. in cap. 2. de Cler. ægrot. Tabiena, in verbo, corpore viciatus, num. 3. §. secundo. Simon Maiol. lib. 1. capit. 2. in princ. regula prima, & seq. & Alphonsus Vivaldus tract. de irreg. numero 31. & idem si gignat scandalum, aut periculum scandali: Qualis autem debeat esse turpitudo, vel deformitas, Episcopi iudicio relinquitur. Archid. dist. 55. in princ. Panormit. in capit. secundo de Cler. ægrot. Innocent. in capit. significauit. de corpore vitiat. Tabiena, & Maiol. cit. Quoad Religiosos autem arbitrium est penes eorum superiores, ex Tabiena, Maiolo, cit. & Angelica, in verbo, corpore vitiatus, numero quinto, quorum tamen opinionem quo ad hoc, quod de religiosis docent falsam esse puto, vt latius capitulo 7. regula quinta, vbi de hac re agetur, dicemus. Beneficiarijs autem ægrotis, & senio confectis secundum iura auditores adscribuntur, vt patet toto titulo de Cleric. ægrotante.

29 Vndecima est, Omnis mutilatio, vel debilitatio superueniens, per quam Missæ Sacrificium exerceri non potest ab eo, qui iam promotus est, non impedit, quin reliqua munera Ecclesiastica, excepto Missæ Sacrificio exercere, & obire possit, vt sunt prædicatio verbi Dei, confessionum auscultatio, & similia, capit. presbyterum. de Cler. ægrot. & Tabiena, verbo, corpore vitiatus, numero tertio, §. secundo. Syluest. verbo, cod. quæst. 2. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 252. vers. contra tamen. Maiol. lib. 1. cap. 2. nu. 1. versic. quinta Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 29. Cosmus Philiarchus lib. 4. c. 6. in fi. Greg. de Valent. tomo 4. disput. 7. q. 19. puncto 2. in fine. Quod intelligi debet secundum eosdem DD. quando defectus, aut debilitatio culpa sua non aduenerit, si enim culpa sua aduenerit, non poterit etiam hæc exercere.

Duodecima est, vt incurratur irregularitas, non sa-
30 tis est conatus, vel desiderium criminis perpetrandi, ob quod illa incurritur, sic Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. in princip. numero 1. de homicid. & omnes DD. citati regula quarta, quia in materia pœnali non sunt extendendæ pœnæ. Vnde si quis vulneret, non tamen occidat, aut mutilet, etiamsi miraculosè viuat vulneratus, non erit irregularis, ex Soto lib. 5. de iustit. & iure, q. 1. art. 9. ante medium. Barth. Med. lib. 1. cap. 10. & 11. & alijs in regula 4. allatis.

Decimatertia est, cessante causa irregularitatis, ces-
31 sat irregularitas. Sic expresse Ioan. Andr. & Bernard. in capit. cum inter Canonicos, de elect. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 1. nume. 5. §. nona. & facit capit. statuimus. §. his omnibus. & capit. Neophytus, d. 61. vbi S. Ambrosius nondum baptizatus in Episcopum fuit electus, & ait, *electionem meam, idest, ordinationem meam occidentales Episcopi iudicio, orientales exemplo probarunt*, & habetur epist. 82. ad Vercellenses, vt Leo I. & Ioan. Damascenus, quibus abscissæ manus fuerunt, miraculo postea restitutæ sunt, & ita cessauit impedimentum illorum, vt refert Simon Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 2. num. 6. & cap. 14. numero 4. ex Sabellico lib. 5.

& And. Ebor. tit. de castit. & tit. de mirac. Alphons. Vi
uald. tract. de irreg. num. 24.
Decima quarta est, quicumque post peractam pœ-
32 nitentiam ordinis executionem non habent, verè sunt
irregulares. facit capit. nisi cum pridem, §. 1. de renun-
ciat. & Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. sunt quo-
que irregulares, vbi ponit 18. casus, in quibus post pera-
ctam pœnitentiam quis manet irregularis. Nauar. in
Manuali, capit. 27. num. 191. & Martin. Ledesm. 2. 4.
quæst. 26. artic. 2. tract. de irreg. in princ. qui duo hanc
particulam etiam in definitione irregularitatis posue-
runt, quam etiam ponunt Alphons. Viuald. tractat. de
irreg. num. 5. & Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 6. in
princ.
Decimaquinta est, potestas absoluendi a peccatis &
33 & à censuris omnibus non se extendit ad dispensan-
dum in irregularitate. Vnde quando in Bullis, & Iu-
bilæis datur facultas absoluendi ab omnibus censu-
ris, non datur facultas dispensandi in irregularitate.
Sic Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tractat. de ir-
reg. in princip. versic. quarta regula est. Nauar. in Ma-
nuali, capit. 27. nu. 194. versi. quarto, & num. 254. ver-
sic. decimo dico. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num.
331. Iacob de Graffijs, lib. 4. cap. 15. num. 27. Thomas
Zerula in sua Praxi Episcopali, par. 2. in verbo, irregu-
laritas, dub. 7. Cosmus Philiarchus de offic. Sacerdot.
par. 1. lib. 4, ca. 6. notab. 6. Domin. & Alexand. in capit.
miror. d. 50. Villadiego tract. de irregulat. 1. colum-
na 43. Ratio est: quia appellatione censuræ, non venit irregularitas, capit. quærenti, de verborum significat, & quia à censuris absoluunt, in irregularitate vero dispensatur, quæ duo diuersa sunt. His igitur regulis expositis, ad irregularitates ipsas explicandas veniamus.

De Bigamiæ Irregularitate. Cap. III.

S V M M A.

1 *Bigamiæ irregularitas antiqua est, & ex Apostolorum decretis originem trahens.*
2 *Bigamiæ vox quid significet, & vnde deducta.*
3 *Bigamia qualiter ab authores definiatur.*
4 *Bigamiæ irregularitas quare ab ordinum susceptione repellat,*
5 *Bigamus incontinent esse censetur.*
6 *Bigamus viduitatis, & continentiæ hortator esse non iudicatur.*
7 *Bigamus, propter defectum Sacramenti irregularis habetur.*
8 *Matrimonium a Christo in lege Euangelica in Sacramentum institutum est.*
9 *Bigamiæ irregularitas ex duobus capitibus oritur, & quænam illa sint.*
10 *Vxorum pluralitas lege Euangelica prohibetur.*
11 *Bigamiæ irregularitas in lege veteri non erat.*
12 *Matrimonium in lege veteri Sacramentum non fuit.*
13 *Vxorum pluralitas per verba de præsenti citra consummationem bigamiæ irregularitatem non inducit.*
14 *Sponsalia iterata citra copulam, aut cum copula, irregularitatem non causant.*
15 *Matrimonium ratum, sed non consummatum cum duabus irregularem non facit.*
16 *Adulteria iterata; & fornicationes plures irregula-*

gularitatem non inducunt, & quæ huius sit ratio.

17 *Coitus contra naturam, & extra vas debitum ad contrahendam bigamiæ irregularitatem non sufficit.*

18 *Bigamiæ variæ species ab authoribus enumerantur.*

19 *Vxorum pluralitas simul non solùm iuri scripto, sed etiam iuri naturali aduersatur.*

20 *Bigamus an iure diuino, vel humano irregularis sit, variæ sententiæ Doctorum afferuntur.*

21 *Apostoli, non solùm Apostoli, sed etiam ecclesiæ rectores, & pastores fuerunt.*

22 *Iuris Diuini quænam esse censeantur.*

23 *Bigamus an sit, qui ante baptismum duas vxores, aut viduam, aut corruptam duxerit.*

24 *Femina ante baptismum corrupta inter virgines post baptismum consecrari non potest.*

25 *Lex Pontificia qualiter infideles obliget.*

26 *Baptismus irregularitatem ex Bigamia contractam non tollit.*

27 *Baptismus quare irregularitatem ex homicidio contractam tollat, non autem eam, quæ ex Bigamia contrahitur.*

1 Nter alias irregularitates vna ex antiquioribus, & ipsorum Apostolorum decretis originem trahens est Bigamia, prout colligitur ex 1. Timot. 3. vbi prohibetur quis ad Dei ministerium accedere, nisi vnius tantum vxoris vir fuerit; quo loquendi modo non excludit eos, qui nullam omninò vxorem duxerint, sed qui plures, quàm vnam duxerint, adeò, vt necesse sit, vt vel nullius vxoris vir fuerit, vel vnius tantum, vt optimè Innocentius Papa I. epist. 3. capit. 1. & habetur in cap. Proposuisti, & ibi glos. in verbo, sed propter incontinentiam, distinct. 82. & S. Hieron. in epist. 83. ad Oceanum, & habetur in capitulo primo, & gloss. in verbo, vnius, distinct. 26. & Greg. Tolosanus in Syntagmate iuris, par. 2. lib. 9. capit. 26. nume. 11. Summa Confess. lib. 3. tit. quam vnam vxorem expertus sit, quasi bigamus ab ordinibus excludi debet.

2 Est autem Bigamia, si vocem ipsam interpretemur, idem quod binæ nuptiæ, deduciturque a voce γάμος, id est, nuptiæ, seu a verbo γαμέω idest, nubo; vnde Monogamus dicitur vnius vxoris vir, scilicet, qui vnam tantum vxorem habet, vel habuit, ex glos. in capitulo primo, in verbo. Monogamum, distinct. 26. Bigamus verò duarum vxorum vir, hoc est, qui duas habet vel habuit vxores, ex glos. in capit. vna, in verbo, bigamus, distinct. 26.

3 Definitur autem Bigamia a nonnullis, defectus ex secundis nuptijs proueniens. Sic Paludanus, 4. d. 17. q. 4. artic. 1. Gofred. in Summa titulo de bigamus. Gabr. 4. distinct. 27. quæstio. 3. artic. 1. Tabiena, verbo bigamia, in princip. Cosmus Philiarchus libro quarto, capitulo 7. Gregor. de Valentia tomo 4. disputat. 7. quæst. 19. puncto 3. quæ Definitio mihi non placet, quandoquidem conuertibilis non est cum suo definito, cum multis alijs modis, quàm ex secundis nuptijs proueniat bigamia, sicut ex sequentibus apparebit. Rectius ergo definitur ab Hostiensi in Summa, libro primo, titul. de bigamis non ordin. numero 1. & Couar. in Clemen. si furiosus, parte 1. §. 2. numero 1. de homicid. & Ioann. Montagna. in tract. de irregul. bigamiæ. in princip. Irregularitas ex defectu Sacramenti proueniens, argum. capit. Acutius, distinct. 26. Ioann. Bachon. 4. distinct. 25. quæstio. 3. artic. 1. Irregularitas autem hæc bigamiæ, ex defectu multiplici ab ordinum susceptione repellit.

4 Primò quidem, propter ordinis prærogatiuam, sic glos. in Summa, distinct. 26. in verbo, sequitur, Summa Confess. libro tertio, titulo tertio, quæst. 2. Alphonsus Viualdus tract. de irregul. numero 20. Sebast. Medices parte 2. Summæ, titulo 9. q. 29. & Host. in Summa, libro primo, titu. de temp. ordin. §. secunda regula, numero 15. & Simon Maiol. libro primo, de irregul. capitulo 33. numero 2. & colligitur ex cap. qui sine, d. 26. vbi dicitur: *Qui iterauit coniugium, culpam quidem non habet inquinati, sed prærogatiua exuitur Sacerdotis*, qui locus ex S. Ambr. libro 10. epist. 82. ad Vercellenses desumptus est.

5 Secundò, propter signum incontinentiæ, cùm vxore mortua aliam duxerit, ex glos. & Host. vbi suprà. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de irreg. in princip. & Durand. 4. d. 27. quæst. 4. numero 6. & Innocen. 1. epist. 3. capit. 1. habetur in capit. postulasti, dist. 82. & Gregor. Tolosanus, in Syntagm. iuris, par. 2. libro 16. capit. 10. & numero 8. Summa Confess. libro 3. tit. 3. q. 2. Alphons. Viuald. vbi suprà, numero 20. Sebast. Medices, par. 2. titu. 9. quæst. 29. Cum enim in Ecclesiæ ministris maximè spiritualitas apparere debeat, ex quo spiritualia administrant, & spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent, spiritualitati autem maximè repugnat concupiscentia, per quam totus homo caro efficitur, non debet, aut decet, vt aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis appareat, quod tamen apparet, in bigamis, qui vna vxore contenti esse noluerunt; quam etiam rationem affert Sotus, 4. dist. 27. q. 3. art. 1. conclus. 1.

6 Tertiò, Ex eo quod non potest esse viduitatis, ac continentiæ adhortator, qui coniugia ipsa frequentarit; sic glos. & Hostien. & Ledesm. vbi supra, Specul. titu. de dispensat. 5. §. iuxta, versi. defectus. Summa confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 2. Alphonsus Viualdus, vbi suprà, numero 19. Sebast. Medices. par. 2. tit. 9. quæst. 29. Maiol. lib. 1. de irregul. capit. 33. numero 2. & habetur in cap. vna, d. 26. ex Ambros. lib. 1. de Offic. cap. vlt. & Greg. Tolosanus vbi suprà.

7 Quartò, Propter defectum Sacramenti. sic glos. & Host. & Ledesm. citati, & S. Thom. in addit. 3. parte, q. 66. artic. 1. Rich. 4. distin. 27. artic. 4. q. 1. Palud. ead. distin. q. 4. artic. 4. conclus. 1. Durand. 4. d. 27. quæst. 4. numero 5. Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 3. articulo 2. Gabr. 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 1. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. capit. 3. Summa Confess. libro 3. tit. 3. q. 2. Summa Astensis, par. 2. libro 6. tit. 7. quæst. 1. vbi etiam affert primam, & secundam rationes suprà illatas. Syluest. verbo, bigamia, in princip. Tabiena, verbo eod. numero 1. Sotus, 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 1. conclus. 1. Nauar. in Manu. capit. 27. numero 195. vbi has omnes rationes enumerat Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 2. numero 1. de homicid. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. capit. 33 num. 3. Alphons. Viuald. vbi suprà, numero 18. Cosmus Philiarchus libro 4. cap. 7. Greg. de Valentia, tomo 4. Disputat. 7. q. 19. puncto 3. Sebast. Medices. par. 2. Summæ, tit. 9. quæst. 29. Toletus libro 1. cap. 26. & Henriquez libro 2. de Sacram. Matrim. capit. 6. §. 9. & libro 14. de irreg. capit. 4. §. 1. & hæc communior ratio est: quam etiam reddit Bellarm. lib. 1. de Sacramen. Matrim. capitulo 9. in fine, Est enim inconueniens, vt qui ordinum susceptione Minister Sacramentorum constituitur, defectum aliquem Sacramenti in se patiatur. Quod autem talis Sacramenti defectum patia-
8 tur, ex eo patet; quia Matrimonium a Christo Domino in lege Euangelica in Sacramentum institutum est, Concil. Trident. sess. 24. de Matrim. in princip. Ephes. 5. Ratio autem Sacramenti expostulat, vt sit significatiuum: Cum igitur Matrimonium Sacramentum

ſcilicet, in bigamiam ſecundum rei veritatem, & ſecun-
dum iuris fictionem. Bigamia ſecundum veritatem
rei eſt, cum quis duo vera, & valida matrimonia con-
traxit, non ſolum rata, ſed etiam conſummata; intellige
ſucceſſiuè, & diuerſis temporibus; nam pluralitas vxo-
19 rum ſimul, non ſolum aduerſatur iuri ſcripto (vt patet
in capit. gaudemus. de diuort. & Matth. 19. *Qui fecit ho-
minem ab initio, maſculum, & feminam fecit eos: & adhæ-
rebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna*, ſignificans Deũ
voluiſſe Matrimonium eſſe coniunctionem vnius cum
vna, non vnius cum multis. & Concil. Trident. ſeſſ. 24.
de reformat. matrim. canon. 2.) ſed etiam iuri naturali,
tum ex parte mulieris, vt certum eſt apud omnes, nun-
quam enim vna mulier pluribus nubere potuit, tum ex
parte viri, vt docent Innocent. in d. capit. gaudemus. &
Theologi plerique in quarto, diſtinctione 33. vbi Sotus
articulo primo, conclu. 2. & articulo ſecundo, & Card.
Bellarm. libro primo, de Matrim. capitulo 10. quicquid
Durand. 4. diſtinct. 33. quæſt. 1. & Alphonſus Epiſco-
pus Abulenſis, in capitulo 19. Matth. q. 30. putent non
repugnare ex parte viri, ſed falluntur; quia Geneſ. 3.
Adam dixit, *Hoc nunc os, ex oſſibus meis; & erunt duo in
carne vna*, Matth. 19. & quia Ariſt. libro 8. Ethic. capit.
12. expreſsè docet pluralitatem vxorum iuri naturę ad-
uerſari; tum quia zelotypia multarum vxorum reddit in-
incommodum liberorum, & eorum procreationem;
tum quia non ita bene conſeruatur amicitia, & fœdus
viri in coniugem; tum quia commodius vir generationi
operam dabit circa vnam, quam circa multas: vide plu-
ra apud authores citatos. Quod autem bigamia hæc
perfectæ ſignificationi vnionis Christi cum vna Eccle-
ſia repugnet, manifeſtum eſt, & habetur tum ex omnibus
Doctor. citatis, tum ex capit. debitum, de bigamis non
ordin.

20 Dubium primum eſt, An huiuſmodi bigamus ſit ir-
regularis iure Diuino, vel iure Canonico. Quidam vt
Marian. Socin. in capit. ad audientiam. de homicid. &
alij, vt refert Innocen. in capit. niſi cum pridem. §. per-
ſonæ verò, de renunciat. exiſtimant eſſe de iure diuino,
quia 1. Timoth. 3. præcipitur, vt presbyter ſit vnius vxo-
ris vir; quaſi dicat, ſi vxoratus ſit, ſaltem non ſit vxora-
tus cum duobus: Alij tamen omnes vt Innocen. in d. ca-
pit. niſi cum pridem. §. perſonę verò, & ibi Hoſt. & Pa-
norm. nume. 19. Petr. de Anchar. conſil. 123. S. Thom.
in addit. 3. par. quæſt. 66. articulo 5. Paludanus, 4. diſt.
27. articulo 5. in fine. Rich. 4. diſtinct. 27. articulo 3. q. 4.
Summa Aſtenſi, parte 2. libro 6. tit. 7. quæſt. 3. Durand.
4. diſtinct. 27. q. 4. numero 8. Gabr. 4. diſtinct. 27. quęſt.
3. articulo 3. poſt dubium quartum. S. Anton. 3. par. tit.
29. de irregul. capitulo 3. in fine. Hoſtien. in Summa li-
bro 1. titu. de bigam. non ordin. § vlt. Sotus 4. diſtinct.
27. q. 3. articulo 1. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 68. artic.
4. Syluest. verbo, bigamia, q. 6. Tabiena, verbo, biga-
mia, q. 6. idẽ Tabiena, verbo, bigamia, nu. 6. §. ſeptimo.
Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 197. §. quinto di-
co. Henriquez libro 2. de Sacram. Matrim. capitu. 6. §.
11. & libro 14. de irreg. capit. 1. §. 3. & capit. 4. §. 1. Si-
mon Maiol. lib. ... cap. 33. nume. 14. & Alphonſus Vi-
ualdus tract. de irregul. nume. 9. 10. 30. & 31. Gregor.
de Valentia, to. 4. diſput. 7. quæſt. 19. puncto 3. docent
eſſe ſolum de iure poſitiuo, quamuis enim conſtitutio
hæc ab Apoſtolis edita ſit, non tamen inde conſequens
eſt, vt ſit de iure diuino. vt enim eruditè tradit Sotus vbi
21 ſupra, Apoſtoli non ſolum erant Apoſtoli, verum-
etiam eccleſiæ Rectores, & Paſtores, ſicut modo eſt
Summus, & reliqui Pontifices, vt quatenus Apoſtoli
vtebantur ſpiritu prophetico, quo ſacram Scripturam
condebant; ſed quatenus Paſtores, & eccleſiarum præ-
lati, ſtatuebant aliquas leges, vt Act. 15. & dabant con-
ſilia, vt 1. Corinth. 7. *Præceptum Domini non habeo, conſi-
lium autem do*, & alia quę decebant miniſtros Dei & ec-
cleſiæ ſtatuerunt, quale eſt hoc, de quo agitur, vt ſcilicet
Dei, & Sacramentorum miniſter vnius tantum vxoris
vir eſſet, vt ſic vnionem Chriſti cum vnica ſua eccleſia
repræſentaret; quo etiam modo ibidem dixit, *Epiſcopum
debere eſſe hoſpitalem, pudicum, non vinolentum* &c. non
tamen hæc omnia de iure diuino ſunt. Illa igitur ſo-
lum dicuntur eſſe iuris diuini, quæ a Chriſto inſtituta
22 ſunt, vel neceſſitatem, & naturam Sacramentorum,
vel quæ ad finem pertinent, & fidei myſteria ſupra ra-
tionem naturalem inſtituta; De eſſentia verò Sacramen
ti ordinis non eſt, vt ſuſceptor non ſit bigamus, quod ex
eo patet, quia ſi aliquis bigamus ad ordines accedat,
characterem accipit, vt S. Thom. Summa Aſtenſis, So-
tus, & alij, vt Gemin. in capit. altercationis. col. 2. de bi-
gam. libro 6. Archi. diſtin. 34. cap. lector. Specul. in tit.
de diſpenſ. §. iuxta. verſ. defectus, & ver. & ſcias. Simon
Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 33. numero 13. Rota deciſ.
447. de bigam. in nouis, teſtantur, quos ſequitur Henri-
quez lib. 14. de irregul. cap. 1. §. 2. verſ. ita verò, & colli-
gitur ex cap. quicunque pœnitens. diſt. 50.

23 Dubium ſecundum eſt, An qui bigamiam contraxit
ante Baptiſmum ducendo duas vxores, aut etiam vi-
duam, vel corruptam ab alio, & poſtea baptizetur, ſit
irregularis? Ratio dubij eſt, quia irregularitas eſt im-
pedimentum iure Canonico inductum, infideles autem
non baptizati legibus Canonicis non ſunt ſubiecti, Ec-
cleſia enim *non iudicat de his, qui foris ſunt*, 1. Corinth. 5.
Item, quia omnia crimina per Baptiſmum delentur, per
Baptiſmum enim innouatur homo & omnis macula
culpę, & pœna omnis per illum tollitur, ergo multò ma-
gis bigamia, quæ aliquando ſine crimine contrahitur.
Item, ſi quis ante baptiſmum occidat hominem, per ba-
ptiſmum tollitur talis irregularitas. In hac re duæ ſunt
DD. ſententiæ.

Prima eſt S. Hierony. in 1. Timoth. 3. & Epiſtol. 83.
ad Oceanum, vt defendat Carcerium Epiſcopum Hiſp.
qui duas vxores habuerat, excuſat primò, quia non
habuit duas ſimul; Secundo, quia Apoſtolus nomine
vxoris intelligit eccleſiam, vt ſit præpoſitus vni tantum
eccleſiæ; tertiò, non eſſe bigamum, qui alteram duxit an
te baptiſmum, per quem factus eſt nouus homo ex ve-
teri. & refertur in capit. j. diſtinct. 26. *vnius* inquit, *vxo-
ris virum, ideſt, monogamum poſt Baptiſmum; ſi enim &
ante coniugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur, cui prorſus
nouo homini nec ſtupra, nec alia, quæ ante fuerunt, iam
obſunt.* & in capit. oportet. 28. quæſt. 3. quod deſumitur
ex eodem S. Hierony. in 1. Timoth. 3. dicitur. *Oportet
Epiſcopum vnius vxoris eſſe virum, verum hoc poſt baptiſ-
mum Ceterum, ſi ante baptiſmum habuit vnam, & poſt
baptiſmum habuerit aliam, non eſt reputandus bigamus: cui
prorſus innonato per baptiſmum omnia vetera ſunt dimiſſa*,
& fauere videtur capitulo primo, diſtinctione 33. ex Ca
nonibus Apoſtolorum, canone 17. gloſ. ordin. & Lira
in 1. Timoth. 3. Ioann. Maior. quarto diſtinctione 27.
quæſtione 6. verſic. dubitatur. Iac. Almain. 4. diſt. 25. q.
1. & Henricus a Gandauo ab eodem citatus, & Linda-
nus in 1. Timoth. 3.

Secunda, & verior opinio eſt aſſerentium Irregula-
rem eſſe, qui ante baptiſmum duas vxores ſimul, aut ſuc
ceſſiuè duxerit, immo ſi vnam ante baptiſmum habue-
rit, & ea mortua aliam poſt baptiſmum duxerit nec
eam tolli per baptiſmum: ita S. Auguſtinus libro de bo-
no coniug. capit. 18. & Innocent. 1. in epiſt. 22. capit. 2.
relata a Gratiano, in capit. acutius, & cap. deinde. & S.
Ambroſius lib. 1. de Offic. capit. vlt. & refertur ab eo.
Gratiano, in capit. vna, diſt. 26. & in cap. acutius. 27. q.
3. Canoniſtę communiter in capit. gaudemus, de diuor-
tijs. S. Thom. in addit. 3. par. quæſt. 66. artic. 4. Palud.
4. diſtin. 27. quæſt. 4. artic. 5. concluſ. 1. Richar. ea. diſt.
artic. 4. quæſt. 2. Ioan. Bachon. 4. diſt. 25. q. 3. articulo 3.
Gabr. 4. diſt. 27. q. 3. artic. 3. dub. 4. Summa Piſanella,
in verbo,

in verbo,bigamia. Angelica verbo eodem num.6. Summa Confess. libro 3. tit. 3. quæst. 11. Marc. Anton. Cucchius libro 1. Instiut. iuris Canon. tit. 5. Syluest. verbo eod. numero 5. quęst. 4. Tabiena, verbo eodem numero 5. §. sexto. Sotus, 4. distin. 27. quæst. 3. articulo 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 68. articulo 4. S. Anton. 3. parte tit. 29. de irregul. capitulo 3. Couar. in Clemen. si furiosus, parte 1. §. 2. numero 5. de homicid. Ioan. Arboreus libro 2. Theolophiæ, capitulo 16. Claudius Spentæus libro 2. de continentia, capitulo 2. Simon Maiol. libro 1. de irregul. capitulo 35. numero 3. Henriquez libro 2. de Matrim. capitulo 6. §. 9. Speculum coniug. par. 1. articulo 50. Alphonsus Viualdus tract. de irregul. numero 29. Summa Corona. titu. eodem numero 6. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte 1. libro 4. capitulo 7. Gregorius de Valentia, tomo 4. disputat. 7. quæstione 19. puncto 3. Ioseph Angles in Floribus 4. Senten. parte 1. in quæstione de essentialibus matrim. articulo vlt. & Sebast. Medices, parte 2. tit. 9. quæstione 27. Toletus libro 1. capitulo 26. Ratio est: quia baptismus soluit culpas, non soluit coniugia; vnde, cum ex ipso coniugio sequatur irregularitas, per baptismum non tollitur. Item, quia hic non agitur de delicto, sed de defectu sacramenti Matrimonij in significando, semper enim verum est talem diuisisse carnem suam in plures. Ioseph Angles hanc rationem non ineptam assignat: quia etiamsi matrimonium infidelium non sit sacramentum conferens gratiam, est tamē sacrum quoddam signum, significans vnionem inter Christum, & ecclesiam, & ex consequenti habent bigami defectum significandi hanc vnionem; & ita post conuersionem remanent irregulares. Item, sicut fœmina ante baptismum si sit cor-
24 rupta, & post baptismum consecrari velit inter virgines, id fieri non posse, capit. acutius. distinct. 26. & capitulo. acutius, 28. q. 3. S. Thomas, Sotus, Gabr. Tabiena, & alij cit. & hoc quia est corrupta; sic etiam qui ante baptismum duas duxit vxores, vel corruptam, bigamus, & irregularis est.

25 Nec valent quæ pro contraria opinione afferuntur: quamuis enim lex Pontificia infideles non obliget, quamdiu foris sunt, si tamen ad fidem veniant, & ordi-
26 nes suscipere velint, non admittuntur, si habuerint impedimenta iure Canonico imposita. Et quamuis per baptismum tollantur omnia crimina quoad culpam, & Dei offensam, quia tamen non tollit coniugia, neque bigamiam ex coniugio contractam tollet, cum baptismus institutus sit ad tollendum peccatum, non autem ad tollendam irregularitatem, immo nec tollit culpas, quoad forum exterius, aut punitionem iudicialem, ex Couarru. vbi suprà, & libro secundo, variar. resolut. capitulo 10. numero quarto. Neque etiam tollit defectus matrimonij coniugalis, quos antea infidelis patiebatur: Vnde, nec istum defectum significationis tollit, per baptismum enim nec carnis indiuisionem, nec virginitatem recuperat. Adde, quod cum prærogatiua sit Sacerdotij, quod ad illud vnius vxoris viri assumantur; infideles bigami carnem suam in plures diuidendo se prærogatiua hac priuauerunt.

27 Quod vero dicitur, quod non sit irregularis, qui ante baptismum iustè, vel iniustè occiderit: Respondetur leges ecclesiasticas imponentes irregularitatem ijs, qui hominem occidunt, de illis solum loqui, qui occidunt post baptismum acceptum, vt capit. si quis viduam, distinctione 50. & capit. aliquando, & capit. si quis post baptismum, distinctione 51. Ratio differentiæ esse potest: quia irregularitas ex homicidio proueniens solum oritur ex illo horrore, quo afficitur is qui iniustè, vel iustè alium occiderit, qui horror cum per baptismum sublatus sit, consequenter & irregularitas ratione homicidij contingens, per baptismum tollitur, ex Panor. in capit. gaudemus. de diuort. Innocen. in capit. presbyterium. de homicid. Paludanus, quarto, distinctione 4. quæstione prima. Sotus 4. distinctione 33. quæstione 2. §. de secundo. Inau. Maior 4. distinctione 27. quęstione 6. Almain. 4. distinctione 25. quęstione 1. & distinct. 33. quæstione 2. Hostiens. in Summa, titulo de homicid. §. qua pœna. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 28. Couar. in Clemen. si furiosus. §. secundo, numero 5. de homicid. Ioseph Angles vbi supra in fine. Richard. 4. dist. 27. artic. 4. quæst. 2. in fine, & est communis omnium fere Doct.

De secunda specie Bigamiæ, quæ est secundum iuris fictionem. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Bigamia secundum iuris fictionem quidnam sit.*
2 *Bigamus est, qui plures simul duxit vxores, vnam legitime, alteram de facto, easque cognouit.*
3 *Bigamus est, qui duas consanguineas, aut affines duxerit, si eas cognouit.*
4 *Bigamus est, qui duas duxit vxores successiuè, & eas cognouit.*
5 *Bigamus an sit, qui matrimonium cum multis inualide contrahit, & eas cognoscit.*
6 *Matrimonium nullum in duobus casibus bigamiam de iure causat, & quinam illi sint.*
7 *Matrimonium nullum, secuta copula in vtroque, irregularitatem causat.*
8 *Matrimonium de facto contractum quoad contrahendam irregularitatem, sicut contractus de iure ponderatur.*
9 *Bigamus est, qui viduam ab alio corruptam per matrimonium consummatum cum illo duxit, & eam cognoscit.*
10 *Bigamus est, qui repudiatam iustè, vel iniustè duxit, si eam cognoscat.*
11 *Bigamus est, qui aliquam ab alio, quam à se corruptam, etiam per simplicem fornicationem duxit, siue scienter, siue inscienter, dummodò eam cognoscat.*
12 *Bigamus cur sit, qui vxorem ab alio prius cognitam duxit, non autem, si ipsemet plures extra matrimonium cognouit, & virginem ducat.*
13 *Matrimonium a femina, tanquam a termino ad quem, & nomen, & significationem accipit.*
14 *Bigamus, & irregularis an sit, qui ioculatricem, vel comœdiarum actricem, etiam virginem ducit.*
15 *Bigamia cur potius ex matrimonio consumato, quam non consumato contrahatur.*
16 *Bigamus non est, qui corruptam duxit, si ea mortua ante carnis copulam, postea aliam virginem ducat, & cognoscat.*
17 *Bigamus non est, qui feminam, quam ipse prius per fornicationem violauit, in vxorem ducit, & quæ huius sit ratio.*
18 *Bigamus est, qui virginem duxit, si illam post adulterium ab ea commissum scienter cognoscat.*
19 *Bigamus est, qui vxoris adulterium ignorans, eam post adulterium cognoscit.*

Bigamus

20 *Bigamus an sit, qui pendente accusatione de adulterio vxoris ad mandatum iudicis debitum vxori corrupta reddit,*

21 *Consecrari cur possit in Episcopum, qui post vxorem habuit concubinam, non autem consecrari inter virgines vales, quæ corrupta fuit.*

22 *Bigamus, & irregularis est, qui post votum solemne castitatis matrimonium de facto cum virgine trahit, & eam cognoscit.*

23 *Bigamia vt contrahatur, necessaria ad consummationem Matrimonij.*

24 *Bigamus, & irregularis non est, qui liber ab omni voto matrimonium cum femina solemne votum castitatis habente contrahit, eamque cognoscit.*



1 ALtera species bigamiæ est secundum iuris fictionem, quæ est, non quod secundum rei veritatem sint duo matrimonia legitimè contracta, & consumata, sed quia ius Canonicum statuit, vt tanquam duo matrimonia cõsummata habeantur, ita vt qui sic cõtraxerunt, tanquam bigami ab ordinibus arceantur, licet non sint duo matrimonia secundum rei veritatem. Hæc autem bigamia secundum iuris fictionem varios habet modos, vt ex sequentibus constabit.

2 Primus est, cum quis eodem tempore, & simul plures duxit vxores, & eas cognouit, quarum vna est legitima, altera tantum de facto, & colligitur ex cap. nuper, & capit. fina. de bigam. Alphons. Viuald. tract. de irreg. numero quarto Summa Corona tit. eod. numero 6. Summa Confess. libro tertio titulo tertio. quæstio. 10. versic. tertius.

3 Secundus est, cum quis duas vxores de facto duxit siue simul, siue successiuè, & neutram de iure, vt cum quis duas consanguineas, vel affines duxit, vel sit aliquod impedimentum dirimens matrimonium, requiritur tamẽ, vt vtramque cognoscat, ad hoc vt bigamus sit; nunquã enim matrimonium iuris, aut facti causat bigamiam veram, aut secundum iuris fictionem, nisi fuerit aliqualiter consummatum, cap. debitum, de bigam. Palud. 4. distinctione 27. quæstione quarta, articulo secundo, §. Primus. Gabr. 4. distinct. 27. quæstio. tertio. artic 1. notab. 2. §. bigamia similitudinaria, & est communis. DD. sententia in 4. distinct. 27. & ibi Sotus. quæst. 3. artic. 1. ante conclus. 2. Couar. in cle. si furiosus, 8. secundo, numero secundo, de homicid. Marc. Anton. Cucchius libro primo capit. 26. Vndè si quis legitimo matrimonio acciperet virginem, quam non cognoscit, & ea mortua accipiat secundam, & eam cognoscit, vel econtra, non erit bigamus. item si quis duceret mulierem virginem ab alio ductam, ab eo tamen non cognitam, & ipse eam cognoscat non erit bigamus: quia non diuisit carnem in plures, nec illa, nec ipse, dict. capitu. debitum, de bigam.

4 Tertius est, cum quis successiuè duas vxores duxit vnam de iure, & aliam de facto, vt si v. g. viuente legitima coniuge, cum secunda contraxit, & eam cognouit, argum. capit. nuper, de bigam. Cosmus Philiarchus vbi suprà, libro quarto capitulo 7. Gregor. de Valentia cit. puncto 2. Alphons. Viuald. Summa Corona locis proxime allatis. Summa Confess. lib. 3. titulo tertio quæst. 10. vers. secundus.

5 Circa hos tres modos conueniunt omnes DD. in quarta distinctione 25. aut distinctione 27. maxime in primo, & tertio modis; de secũdo autem modo nonnulli dubij sunt, Nam Nauarr. in Manuali. capitulo 27. numero 195. circa finem ait Clericum in minoribus constitutum, vel laicum contrahentem matrimonium inualidè, id est, quod propter aliquod impedimentum est nullum, non effici irregularem, & consil. primo de bigam. libro primo per totum & idem docent Henriquez libro secundo de Sacram. matrim. capitulo sexto §. nono in fine, & Cosmus Philiarchus, de officio Sacerd. parte prima libro quarto capitulo septimo. Gregor. de Valentia tomo. 4. dispur. septima quæstione decimo nono, puncto tertio, & Sebastianus Medices, parte secunda Summæ, titulo nono quæstio. vigesima octaua & Nauar. ait sic definitum esse in Pœnitentiaria, & dant rationem; quia non est ponenda bigamia, vel irregularitas, nisi vbi est iure expressum, c. is qui, de senten. excommun. libro sexto. Non autem inuenitur, quod matrimonium nullum causet bigamiam, nisi in duobus casibus.

6 Primus est, quando est nullum propter votum solenne Ordinis, vel Religionis, capit. nuper, & cap. fina. de bigam. & capitulo primo qui clerici, vel vouentes & faciunt etiam cap. Decernimus, distinct. 28. & cap. quotquot, 27. quæst. 1.

Secundus est, quando est nullum propter ligamen, vt in contrahente cum repudiata. capit. primo de bigam. Quorum opinio confirmari potest; quia pœnæ sunt restringendæ, capit. odia, de regul. iur. libro sexto & quia in matrimonio irrito & nullo, non deest significatio.

7 Alij tamen docent ex matrimonio nullo contrahi irregularitatem, secuta copula in vtroque matrimonio, & ponunt casum illum secundum. Sic Palud. 4. distinctione 27. quæstione quarta, articulo 2. in fine, & articulo tertio, in fine, & articulo quarto, post conclus. 5. Rich. 4. distinctione 27. articulo quarto. quæstione tertia Host. in Summa, libro primo titulo de bigam. non ordin. numero tertio, §. quot sunt species, vers. quarto. Panorm. in capit. super eo, numero quarto, de bigam. Summa Astensis, parte secunda, libro sexto titulo septimo quæstiuncula secunda, versic. tertius casus. Ioa. Bacho. 4. distinctione 25. quæstione tertia articulo tertio, S. Anton. tertia part. titulo vigesimo nono de irreg. capitulo 3. Dur. 4. distinctione 27. quæstione quarta. numero septimo Gab. 4. distinctione 27. quæstione tertia articulo primo notab. 2. §. bigamia similitudinaria, & articulo tertio, dub. 2. Angelica verbo, bigamia, num. 7. Summa Pisanella, verbo, bigamia, in principio. Syluest. verbo eod. numero 1. Tabiena, verbo, bigamia, numero secundo, §. primo. Sotus, 4. distinct. numero vigesimo septimo quæst. tertio artic. 1. conclus. 2. in fine, & in respons. ad secundum Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. secundo in tract. de irreg. non longe a princip. ita Couar. in Clem. si furiosus, §. secundo numero secũdo ver. secundo, de homicid. vbi ait non referre ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, quod matrimonium sit iure validum, vel nullum, sed satis esse coniugalem affectum, vt cõmunis, inquit DD. consensus colligit in capit. nuper, & capit. vlt. de bigam. & 4. distinct. 27. Marc. Anton. Cucchus, lib. 1. Institu. Iuris Canon. tit. 5. Grego. de Valentia, tomo 4 disput. 7. quæstio. 19. Puncto 3. Ioseph. Angles in Floribus 4. Sent. parte prima, in quæstione de de essentialibus Matrimonij, artic. vltimo, Sebast. Medices parte 2. Summæ titulo nono quæstione trigesimo Simon Maiol. libro primo, de irregul. capitulo 33. numero 3. & idem satis expresse docet S. Thom. in addit. tertia parte quæstione sexagesima sexta, articulo secundo ad primum, & articulo quinto ad primum, & gloss. in capit. super eo, in verbo in bigamis, & in capitulo nuper in verbo, iuris effectus, de bigam. immo ipsemet Nauar. paulo ante, numero 195. versic. qualis est etiam contrahens, vbi cum omnibus DD. allatis ex matrimonio ob aliquod impedimentum nullo,

lo, bigamiam contrahi fatetur. Et hæc opinio, vt est communior omnium DD. ita mihi videtur verior, & in praxi sequenda. Ex quo enim bigamia ortum habet ex statuto Ecclesiæ, illud quod apparet matrimonium esse in foro Ecclesiæ, licet sit nullum, etiam iudicio Ecclesiæ bigamiam causat; vt enim recte Palud. Gabr. & alij docent, Ecclesia, quæ bigamiam instituit, iudicat de factis apparentibus, sicut de existentibus; vnde omne matrimonium, quod existes verum causaret bigamiam, etiam publicè in facie Ecclesiæ contractum causat, licet vere matrimonium ob aliquod impedimentum occultum sit nullum, Ecclesia enim interpretatur pro matrimonio, vnde ad contrahendam bigamiam etiam foro conscientiæ, sufficit matrimonium in foro Ecclesiæ.

Nec valet ratio in oppositum allata; nam, vt optime docet Richard. quarta, distinct. vigesimaseptima, articulo 4. quæstione tertia, ad primum inuenitur in iure in simil, quod contrahens cum duabus de facto, & ambas cognoscens, fit irregularis. Siquidem certum est, quod inueniatur expressum, quod, contrahens cum vna de iure, & alia de facto, & ambas cognoscens, est irregularis, vt in capitulo nuper, & capitulo vlt. de bigam. & capitulo primo, qui Clerici, vel vouentes, & alibi sæpe, quod verum non esset nisi contractus de facto quoad incurrendam irregularitatem ponderaretur vt contractus de iure, & Sotus in quarta distinctione vigesimaseptima quæstione tertia, articulo primo conclus. 2. non solum ait esse duo interpretatiua matrimonia, sed etiam hunc casum arguendo declaratum, quamuis non clarè decisum, in cap. pr. sbs terum distinctione vigesimaseptima, vbi presbyter Orientalis declaratus irregularis, quod mortua prima vxore contraxit cum secunda, de facto quidem, sed non legalibus nuptijs. Quamuis igitur in matrimonijs nullis non desit significatio coniunctionis Christi & Ecclesiæ, & ita vere non sit bigamus, propter affectum tamen intentionis cum opere subsecuto, id est, secuta copula, secundum Ecclesiæ interpretationem duo matrimonia censentur, & tamquam bigamus reputatur, argumen. cap. nuper, & capitulo finali, de bigam. non ordin.

9 Quartus est, cum quis viduam duxit ab alio viro corruptam per matrimonium consummatum cum illo, capitulo si quis viduam, distinct. 50. & capitulo sextam. distinctione trigesimasecunda, capit. si quis viduam, t. & 2. distinctione 34. & hic secundus eam cognouit, secus autem si vidua illa non cognita fuerit a primo marito, sed virgo relicta, aut ipse eam non cognouit. cap. debitum, de bigam. Summa Confess. libro tertio, titulo tertio, quæstione decima, versic. quartus. Sebast. Medices, parte secunda, Summæ titulo nono, quæstione 28. & DD. omnes superius citati. Ratio huius est, quia licet talis non contraxit vere duo matrimonia, quia tamen ex parte fœminæ duo fuerunt, Ecclesia talem vt bigamum reputat. Quia sicut in vnione, & coniunctione Christi, & Ecclesiæ fit vnitas ex vtraque parte, Christi enim vna est sponsa, scilicet Ecclesia, & Ecclesiæ vnius est sponsus, nempe Christus: ita in promouendo ad sacros ordines requiritur, vt vnicum sit matrimonium consummatum solum, tam ex parte viri, quam ex parte vxoris.

10 Quintus est, Qui repudiatam iuste, vt quia in adulterio deprehensa est, vel iniuste, scilicet ex odio, duxerit, & eam cognoscit, bigamus est, quod intelligitur, dummodo sit repudiata fuerit cognita a primo viro, vel adultero, & cum hoc ab isto secundo, qui eam duxit, capitulo sextam, distinct. trigesima prima, ca. si quis viduam, distinct. 50. & cap. qui in aliquo, distinct. 55. & capitulo 1. de bigam. non ordin. & c. si quis viduam. 1. & 2. dist. trigesima quarta, Palud. 4. distinctio. vigesimaseptima, quæst. quarta, artic. secundo, Gabr. dist. 27. quæst. 3. art. 3. notab. 2. Sotus, 4. d. 27. q. 3. art. 1. conclus. 3. Couaer. in Clem. si furiosus, §. 2. num. 2. versic. secundo, de homicid.

11 Sextus est, cum quis duxerit vxorem, quæ tamen non est virgo, sed corrupta ab alio, quam a se, & hoc etiam per simplicem fornicationem, quamuis nec vidua, nec repudiata fuerit, dummodo eam cognoscat, bigamus efficitur irregularis, capit. sextam, distin. 33. & cap. curandum, & cap. præcipimus, distinct. 34. & capit. debitum, de bigam. & cap. 1. de Cler. coniug. lib. 6. Quod intelligitur siue sciente siue ignorante ipso talem duxerat, credens bona fide fuisse virginem, & de qua communis erat opinio, quod esset virgo, est communis opinio DD. in d. capit. curandum, & Cardin. in Clem. cum ex eo. de sent. excommunicat. Henric. in cap. 1. de bigam. S. Tho. in addit. 3. par. quæst. 66. artic. 4. ad 3. Palud. 4. dist. 27. quæst. 4. artic. 2. Richar. 4. distin. 27. artic. 4. quæst. 1. ad 3. Ioan. Bachon. 4. dist. 25. quæst. 3. art. 3. Summæ Asten sis, par. 2. lib. 6. tit. 7. quæstiuncula 2. & quæstiuncula 9. post Host. in Summ. tit. de bigam. §. circa hoc, versic. septimo. S. Anton. 3. par. tit. 29. irreg. cap. 3. Angelicæ, verbo, Bigamia, nom. 4. Pisanellæ, verbo, eo. in princip. Gabr. 4. dist. 27. q. 3. art. 1. not. b. 2. Sylvest. verbo, bigamus, num. 1. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. tract. de irreg. non longè ab initio. Sot. 4. dist. 27. q. 3. artic. 1. conclus. 4. Couar. in Clemen. si furiosus, §. 2. nunc ero 2. versf. tertio. Maiol. lib. 1. de irreg. c. 33. num. 4. versic. Et quis, in fine. Gregor. Tholosan. in Syntag. iuris, par. 2. lib. 16. cap. 19. num. 8. Sebastiani Medicis, parte secunda, tit. 6. quæst. 28. & Alphons. a Castro, lib. 2. de potest. legis pœnalis, cap. 14. conclus. 1. corol. 1. & express. glo. in cap. nemo ad sacrum, dist. 32. Cuius est rationem S. Thom. vbi supra assignat, quia irregularitas non est pœna inflicta pro culpa, sed propter defectum significationis Sacramenti, & ideo etiam præter voluntatem contrahi potest. Et quod in his tribus modis dicitur de contrahente cum vidua repudiata, & corrupta, procedit, etiamsi matrimonium, sit aliqua de causa nullum, est enim bigamus, si ipse eam cognoscat, ex communi DD. sententia, vt docet Couar. cit. d. versic. tertio.

12 Dubium autem non paruum est, cur diuisio & corruptio viri cum alijs extra matrimonium, non efficiat eum bigamum, sicut efficitur bigamus si ducat vxorem ab alio cognitam prius, cum eadem ratio videretur in vno, ac altero casu, immò maior in corruptione viri, cum magis obesse sibi debeat culpa propria, quam aliena? Respondeo, quod quamuis quantum ad culpam, & pœnam debitam culpæ, plus noceat vnicuique corruptio propria, quam aliena, quantum tamen ad irregularitatis pœnam, aliter se habet. Cuius est rationem, nonnulli eam esse dicunt, quod vir significat Ecclesiam, quæ in parte recessit a Christo adulterando, & recedendo a fide, & sic in viro corrupto, non deest huiusmodi significatio Sacramenti. At verò vxor significat Christum, qui semper fuit virgo, & numquam dimisit Ecclesiam. Sic quidnam Decretistæ, vt ait San. Thom. in additio. tertia, parte quæstio sexagesimasexta, articulo tertio, & hoc expresse sensit Hugolin. antiquus glossator, vt docet Hostiens. in Summa, libro primo, titulo de bigam. non ordin. §. quare bigamus, numero sexto. Sed hæc responsio falsa omnino est: non enim vir Ecclesiam, & sponsa Christum, sed Christum sponsus, & Ecclesiam sponsa significat, vt patet Ephes. quinta, vbi Apostolus ait, *viri, diligite vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam; Item vir caput est mulieris, sicut Christus Ecclesiæ, & secunda, Corint. vndecima, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Alij Respondent, quia Ecclesia numquam fuit adulterio iuncta, nec nisi vni sponso; sed sponsus Ecclesiæ, aliquando habuit Synagogam quasi concubinam, & ideo nihil deperit significationis Sacra-

cramenti propter sponsi corruptionem, ut sit in corruptione sponsae: & ita respondere videtur Hostiensis ubi suprà, sed malè, tum quia hac ratione copula fornicaria asset. Sacramentum unionis Synagogae cum Deo, quod est absurdum; tum quia Synagoga non fuit concubina, sed vera sponsa, & uxor Christi una eademque fuit antiquorum fides, & nostra, & unica Ecclesia: unde in Hierem. 3. Ezech. 16. & Ose. 2. mentio fit sponsationis Messiae, & Synagogae. Ratio igitur & communior, & verior est, quia irregularitas haec contrahitur ex defectu contracto in Sacramento Matrimonij; actus autem contrahendi, seu contrahentis matrimonium, scilicet consensus ille, non cadit super seipsum, sed alterum coniugem, unde vitium corruptionis extra matrimonium factum nullum ponit defectum in Sacramento ex parte eius, in quo est corruptio, sed ex parte alterius, quia scilicèt consensus contrahentis matrimonium non cadit super seipsum, sed super alterum. Quare cum Matrimonium sit motus quidam, & actio, actio autem, & motus specificatur non à termino à quo, sed a termi-

13 no ad quem, inde est, quod cum matrimonium viri terminetur ad foeminam, (matrimonium enim ab ipsa foemina tamquam à termino ad quem, & nomen & significationem accipit, non econuerso, quae causa est, ut dicatur matrimonium, non patrimonium) contrahens cum corrupta, irregularis efficitur. Ex pari ratione, si mulier capax esset irregularitatis, corruptio viri extra matrimonium eam faceret irregularem, ipse verò non esset irregularis, quia terminaretur eius corruptio ad feminam tamquam ad terminum ad quem eo modo, quo nunc corruptio ex parte mulieris transfertur in virum, qui cum capax sit irregularitatis, exinde irregularitatem contrahit. sic S. Thom. in addit. 3. par. quaestio. 66. artic. 3. Palud. 4. distinct. vigesimaseptima, quaest. 4. artic. 4. conclus. 4. Rich. ead. dist. artic. 4. quaestio. 1. ad 3. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quaestio. 4. Summa Astensis, par. 2. libro 6. titulo 7. quaest. 1. Sotus. 4. distinct. 27. quaest. 3. artic. 1. post conclus. 4. Syluest. verbo, Bigamia, num. 2. quaest. 1. Tabiena, verbo, eod. nu. 3. §. quarto. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 2. num. 3. de homicid. Anton. in capit. debitum, num. 9. de bigam. non ordin. Henric. in cap. 1. de bigam. colum. 4. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 33. nu. 4. & Sebast. Medices, par. 2. summae, tit. 9. quaest. 19.

14 Dubium aliud est, an qui duxit uxorem repudiatam ab alio, vel eam, quae cum meretricibus commoratur, licet sit virgo, vel qui duxit ioculatricem, vel comediarum, aut fabularum actricem licèt sit virgo, irregularis sit? Respondeo cum Nauar. in Manuali capit. vigesimoseptimo, num. 197. vers. sic quartum, quod quandocumque feminae istae ducuntur virgines, maritus eas ducens non est bigamus, aut irregularis, quia non ducit uxorem corruptam, repellitur tamen ab ordinibus tamquam vilis persona, & infamis, ducens uxorem vilem & infamem. cap. si quis viduam, & ibi gloss. distinct. trigesima quarta, Palud. quarta, distinct. vigesimaseptima, quaest. 4. artic. 2. versic. secundus modus, & S. Anton. 3. part. tit. vigesimonono, de irreg. cap. 3. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 7. Sic etiam qui duxit concubinam, vel ancillam, licet ancilla virgo sit, ut ex d. cap. si quis viduam, 2. & glos. ibi colligitur.

15 Dubium item est, Quare bigamia in matrimonio non consummato irregularem, & bigamum non facit, sicut in consummato? Respondeo cum Richard. 4. distinctio. vigesimoseptimo, artic. 4. quaest. 1. ad 3. & summa Astensi, par. 2. lib. 6. tit. 7. quaest. 1. in fine, quia gravior est defectus significationis in matrimonio cõsummato, quam non consummato; plus enim ponderandi sunt defectus in rebus iam consummatis, quam in his, quae nondum ad suam consummationem peruenerunt, matrimonium enim ratum tantum non significat unionem Christi cũ Ecclesia per carnis assumptionem, sicut matrimonium consummatum significat; ex cuius significationis defecto bigamus contrahens, & actum consummans ab ordinibus suscipiendis repellitur.

16 Dubium etiam est, An si quis ducat uxorem etiam corruptam, moritur tamen ante carnis copulam, & deinde ducit virginem, & eam cognoscit, sit bigamus? Respondeo non esse, quia non diuisit carnem suam in plures, nec cum corrupta consummauit; sicut nec bigamus censetur, qui ab alio ductam, sed minimè cognitam desponsauit, & eam cognouit, cap. debitam. de bigam. Hostiens. in summa, lib. 1. tit. de bigam. non ordin. vers. circa hoc ante finem, §. octauo.

17 Dubium autem maius est, An sit bigamus, & irregularis, qui feminam, quam ipse prius per fornicationem violauit, duxit in uxorem.

Prima opinio dicit esse irregularem, quia non solum ad vitandam bigamiam requiritur, quod sit unica, nec carnem suam in plures diuiserit, sed etiam, quod sit virgo tempore, quo contrahitur matrimonium; unde siue à se, siue ab alio prius corrupta fuerit, deficit ratio Sacramentalis significationis, sponsa enim significat Ecclesiam, quae est virgo *non habens maculam, neque rugam* Ephel. 6. & c. Debitum. de bigam. Hanc opinionem tenent Host. in summa lib. 1. tit. de bigam. §. circa hoc, versic. sexto, summa Astensis in hanc potius inclinat, part. secunda, lib. sexto, tit. septimo, quaest. secunda, glos. in cap. nemo ad factum, in verbo, virgo, distinct. 32. & eadem gloss. in capit. maritum, in verbo, concubinam, distin. 33. quam glossam secuti sunt Host. ubi supra, & idem Hostien. Ioan. Anchar. Anton. & Imola, in capit. sanè, de Cleric. coniug.

Secunda, quae communior, & verior est, irregularem esse negat; sic glos. in capit. debitum, in verbo, dimisit, de bigam. & in capit. sanè, 1. in verbo, virginem, & ibi Panorm. num. 4. de Cleric. coniug. & gloss. in cap. qualis, in verbo, desponsata, 30. quaest. 5. & in capit. unico, in verbo, coniunxerunt, de Cleric. coniug. lib. 6. Anton. & Anchar. sibi contrarij in capit. tanta, qui filij sint legit. Tancred. & Gofred. in summ. titul. de bigam. §. Item quid si quis, & Raym. ut refert Host. cit. Barth. Brixiens. in q. Dominicali, quae incip. quis cognouit virginem. Ioan. Andr. sibi contrarius in d. capit. unico, de Cleric. coniug. lib. 6. Cardin. Zabar. in capit. tanta, quaestio. ult. qui fil. sint legit. Capella Tolosana in decis. quaestion. 519. S. Thom. in addit. 3. par. quaestion. 66. artic. 3. ad 2. Ioan. Bachon. 4. distinct. 25. quaest. 3. art. 3. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. cap. 2. Angelica, verbo, bigamia, numero 5. summa Pisanella, verbo, eod. §. qui virginem Syluest. verbo, bigamia, numero primo, versic. septimo. Villadiego tract. de irregular. q. de bigamia. Albert. Tronus libro secundo, de Clerico perfecto, cap. vigesimoprimo, num. 3. Ioan. de Friburgo, in Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quaest. 5. Sotus 4. distin. 27. quaest. 3. artic. 1. Conclus. 4. in fine. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 195. versi. secundo dico. Couar. in Clemen. si furiosus, par. 1. §. 2. num. 3. de homicid. Summa Corona tit. de irreg. nu. 6. Alphons. Vivald. tit. eod. nu. 5. Marc. Anton. Cucchius libro 1. Institut. iuris Canon. tit. 5. & Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. capit. 6. §. 10. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. ca. 33. nu. 5. Rationem dant nonnulli, quia vitium praecedens per subsequens matrimonium purgatur: sic glos. in d. cap. qualis. 30. q. 5. & in d. cap. unico, de Cler. coniug. lib. 6. Panorm. in d. capit. sanè, 1. & Couar. cit. sed, ut notat summa Pisanella, haec ratio non est uniuersaliter vera, si enim defloratio facta fuisset ab uxorato, per sequens matrimonium cum deflorata non fit aliqua legitimatio, d. capit. tanta, qui fil. sint leg. verior ergo, & efficatior est ratio glos. in d. c. debitum, & in d. c. sanè 1. & S. Tho. & aliorum, quia non diuisit carnem suam in duas, nec illa in duos,

eum ab vno tamen cognita sit, vnde benigne interpretando, dicitur virginem duxisse vxorem, qui a seipso corruptam, in vxorem duxit, illa enim nulli nisi viro proprio corporis sui potestatem tradidit. Et contraria, quæ requirunt, quod debet esse virgo tempore contractus, aut verificantur eo modo, quo diximus, aut vt docent DD. cum gl. intelliguntur quoad effectum, vt non dicatur corrupta, aut cognita ab alio.

18 Septimus est, si quis vnicam, & virginem duxerit, & post adulterium ab ea commissum eam carnaliter cognoscit, bigamus, & irregularis efficitur, c. si cuius vxorem, & capit. si laici, dist. 34. & in hoc conueniunt omnes, quando eam cognoscit scienter, postquam adulterium commisit.

19 Dubium tamen est, An sit bigamus, & irregularis, si ignorans vxoris adulterium eam post adulterium cognoscat;

Prima opinio est Innoc. in ca. inquisitioni, de sent. ex commun. Ioan. Bachon. 4. d. 25. qu. 3. artic. 3. Palatij 4. dist. 27. disput. 4 dicentium in hoc casu irregularem nõ esse, quando ignorans inuincibiliter adulterium vxoris eam postea cognoscit, nimis enim durum est, vt quis sine culpa sic puniatur. Huius etiam sententię videtur esse Gregorius Tolos. in Syntagm. iuris, p. 2. lib. 16. ca. 10. num. 8.

Secunda opinio est gloss. in cap. si cuius vxorem, in verbo, admitti, dist. 34. Panor. in c. super eo, numero 8. de bigam. vbi etiam refert Hug. Laur. Raym. in Sum. tit. de bigam. § item pone. Abb. & Petr. & Io. Andr. & idem Panor. in cap. 3. num.... & DD. de adult. Host. in Summa tit. de bigam. §. quot sunt species, nume. 3. in fine, & §. circa hoc multæ, vers. secundo quæritur, & versic. tertio quæritur. Ioan. de Friburgo in Summa Confess. lib. 3. tit. 8. q. 8. & q. 10. vers. sextus Summæ Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 7. qit. a. quæstiuncula 10. Angelicæ, verbo, bigamia. num. 2. Syluest. verbo, eod. nu. 1. vers. sexto. Tabienæ, verbo eod. §. tertio. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 195. vers. secundo dico. Couar. in Clem. si furiosus, §. 2. numer. 3. de homicid. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 3. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 33. nume. 6. & omnium Canonistarum. Et ex Scholasticis S. Tho. in addit. 3. par. q. 66. art. 7. ad 4 Palud. 4. dist. 27. q. 4. articulo a. versic. tertius modus. Rich. 4. d. 27. artic. 4. qu. 1. Gabr. 4. d. 27. quæst. 3. art. 1. notab. 3. versiculo secundo contrahitur. Soti 4. dist. 27. q. 3. articu. 1. conclus. 5. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. articulo a. tract. de irregul. non procul ab initio, & Henriquez libro 2. de Sacram. matrim. capit. 6. §. 10 Alphonsi Viualdi tract. de irreg. numero 6. Marci Antonij Cucchii, lib. 1. Institu. Iuris Canonici titulo quinto. Alphonsi a Castro, lib. 2. de potest legis pœnal. cap. 14. conclus. 1. coroll. 2. & Sebastiani Medicea, par. 2. Summæ, tit. 9. quæs. 28. Toleti lib. 1. cap. 26. qui omnes docent irregularem esse. In qua re, licet prima opinio quantum est ex iure Canonico non sit improbabilis, quia in cap. si cuius, distin. 34. dicitur esse irregularem eum, qui cognoscit vxorem, quæ euidenter erat adultera. Item in c. si laici, distin. 34. dicitur maritum esse irregularem, si cognoscat vxorem, quæ est in adulterio deprehensa: vnde constat ista cap. loqui solum de marito cognoscente adulteram vxorem scienter, non ignoranter, ideoque non satis efficaciter probatur secunda opinio ex istis capitulis. Nihilominus tamen secunda horum Doctorum opinio sequenda est; vnde sensus istorum capitulorum videtur hic esse, quod iudicio Ecclesiæ ab ordinibus maritus repelli non possit, nisi quando eius vxor probetur adultera; attamen, hoc non obstante, maritus in conscientia ab ordinibus abstinere debet, etiamsi vxoris adulterium alijs non sit notum, & etiamsi ipse ignoranter cognouerit eam post adulterium eius, dummodo ipse sciat postea vxorem fuisse adulteram, & post adulterium a se cognitam fuisse. Addo tamen, quod si talis, qui ignoranter cognouit vxorem post adulterium, postea ordinetur, characterem recipit, & executionem ordinum, atque quamdiu iusta, & probabili ignorantia excusatur, arg. cap. 1. in fine. & cap. 2. de ordin. ab Episc. qui regum. renunciau. postquam autem veritatem repererit, ab executione tanquam irregularis, & bigamus abstinere debet, vt notat Hostien. vbi supra, quem sequitur Summa Astensis, par. a. lib. 6. tit. 7. q. 4. & facit capit. veniens, de presby. non baptiz. & consentit Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 3. articulo quarto circa medium, & expresse Marcus Anton. Cocchus libro primo Institut. Iuris Canon. tit. 5. Ratio huius est, quia irregularitas hęc non tam ex culpa, quam ex facto contrahitur, & constat hic defectum esse Sacramentalis significationis, cum vxor carnem suam inter plures adulterando diuiserit. Sicut etiã erit bigamus, qui contrahit cum corrupta, quamuis ipse virginem esse crediderit, dummodo eam postea cognoscat, vt dictum est supra. Addit autem Hostiensis vbi supra, in d. §. quot sunt species, in fine, inductum esse hoc ius ad terrendum contrahentes; & Panor. in capit. super eo, numero 8. de bigam. cum Hostiens. cit. ait periculosum esse promouere coniugatum etiam mortua vxore, cum secundum Ouidium, *Casta sit, quam nemo rogauit*. Et Palud. vbi supra, & Tabiena, verbo, bigamia, §. tertio. ex hac doctrina colligunt multos esse bigamos, qui hoc ignorant, & aliquando sine peccato.

20 Dubium aliud est, An maritus accusans vxorem de adulterio, & pendente accusatione, & matrimonio ita litigioso, ad mandatum Iudicis soluit debitum vxori corruptæ, sit bigamus, & irregularis? gloss. in cap. si cuius vxorem. in verbo, admitti, distinct. 34. dubius est, & vtramque partem tam negatiuam, quã affirmatiuam, æquè probabilem putat; & quidam apud Summam Confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 9. & Palatius 4. distinct. 27. disput. 4. dicunt, non irregularem, quia in hoc casu potius cognoscitur ab vxore, & patitur, dum cogatur reddere debitum ex mandato Ecclesiæ, quãdo agit, & cognoscit eam. Alij tamen omnes docent irregularem. Sic glos. in d. capit. si cuius vxorem, post multa dicta in hoc dubio, in fine videtur in hanc partem inclinare, & expressè S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 66. art. 3. ad 4. Palud. 4. dist. 27. q. 4. artic. 2. versic tertius modus. Ioan. Bachon. 4. dist. 25. quæst. 3. art. 3. Gabr. 4. distinct. 27. quæst. 3. art. 1. notab. 2. §. secundo, contrahitur. Sotus 4. distin. 27. quæst. 3. art. 1. conclus. 5. & Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. cap. 6. §. 10. Ex Summistis, & Canonistis. Host. in Sum. lib. 1. tit. de bigam. §. circa hoc multæ, vers. nono quæritur. Summa Conf. vbi supra, in hanc potius sententiam inclinat. Innocent. in cap. inquisitioni, numero 1. de sent. excommun. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 7. quæstiuncula 10. Angelica, verbo, bigamia, numero secundo, summa Pisanella, verbo, eod. §. quod, si maritus, S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. capit. 9. Syluest. verbo, bigamia, num. 1. Tabiena, verbo, eo. §. tertio, Simon Maiol. libro 1. de irreg. cap. 33 num. 6. Anton. Cuch. lib. 1. Instit. Iuris Canon. tit. 5. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 2. num. 3. de homicid. Alber. Tror. lib. 2. de Cleric. perfecto, cap. 18. Capella Tolosana, 255. Quia hic non requiritur quod sit peccatum, sed significationis defectus. In hac re, ego hæc dicenda putarem.

Primo, quamuis Host. Summa Astensis, & Palud. velint non peccare in hoc casu non reddendo debitum vxori adulteræ, quam scit talem, licet non possit probare, quia vxore repellit per exceptionem ortam ex adulterio; & quia Iudex non compelleret ad redditionem debiti, si hoc sciret; Alij tamen, vt Gofred. Raim. Pisanella, Summa Confess. Gabr. & alij rectius docere videntur teneri reddere debitum, quia non debet

eam possessione corporis sui vsque ad sententiam spoliate, cap. fin. 11. q. 1. cum hoc ei ab ecclesia præceptum sit, licet ei per hoc paretur præiudicium bigamiæ, ita vt non possit ad ordines promoueri. Quamuis dictum Hostien. & aliorum sustineri possit quando maritus offert se statim probaturum commissum adulterium, vt infra octo dier. vel circa, arg. c. solet. de sent. excommu. libro sexto.

Secundo, si recōciliat sibi adulteram non quoad thorum, sed solum quoad domum, & cohabitationem non fit bigamus; Quia sine carnali copula nunquam contrahitur bigamia. Palud. & Gabr. cit.

Tertio, quamuis hæc irregularitas ex solo facto sine delicto incurratur, probabile tamen est maritum sic ad præceptum iudicis vxori debitum reddentem excusari ab irregularitate, probabilius autem est reddi irregularem, cum irregularitas etiam contra voluntatem contrahi possit, & ideo sequenda est communis opinio in praxi.

Quarto, Maritus cognoscens vxorem postquam corrupta est, irregularis est, non solum si volens ipsa sit adulterata, sed etiam si violenter, vel dolo, vel fraude decepta corrumpatur, quia putauit adulterum ad se venientem esse virum suum, vt expresse tradunt Simon Maiol. lib. 1. de irreg. c. 33. numero 7. & Alphonsus Vivaldus tract. de irreg. bigamiæ. nume. 7. Quamuis enim vim passa adultera non sit, cap. illæ autem, 32. q. 5. quia tamen in irregularitate factum inspicitur, non voluntas, satis est, si accedat maritus ad vxorem quomodocumque corruptam: sicut virgo vim passa non est consecranda, ut ibi docet. Maiol. & latius. eo. lib. 1. cap. 23. §. uim pati. numero 35. & citat S. Thom. 4. d. 38. quæstio. 1. articulo 4.

21 Quæres, cum consecratio Episcopi maior, & dignior sit, quam consecratio velationis virginum, quare potest consecrari in Episcopum non solum qui uxorem habuit, sed etiam qui post uxorem habuit concubinam, capit. habuisse, distinct. 33. & cap. fraternitatis, distinct. 34. sed si quæ corrupta fuerit ante baptismum, vel post, sponte, uel ui, cum peccato, uel sine, non potest inter sacras uirgines consecrari, capit. acutius. distin. 26. & capitulo acutius, 28. quæstio. 2. & capit. illæ autem, 32. q. 5. S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 66. artic. 4. Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 4. conclu. 5. Ioan. Bacon. 4. distinct. 25. q. 3. artic. 4. in fine. Gab. 4. d. 27. q. 3. art. 3. dub. 3. in fine. Host. in Summa, lib. 1. tit. de bigam. §. circa hoc. vers. quinto quæritur. Sotus 4. distin. 27. q. 3. articulo 2. Syluest. verbo, consecratio 2. nu. 2. q. 1. Simon Maiol. libro 1. capit. 29. num. 35. & c. 31. num. 7. & glo. in cap. acutius. in verbo, consecrari. dist. 26. Respondeo, cum glos. in d. cap. acutius, Hostie. & Bachono, & Hug. Ioan. & Goffred. quia sacra virgo significat ecclesiam triumphantem non habentem maculam, neque rugam, & ideo virgines vitam angelicam imitantur, in quibus nulla est corruptio, ex S. Aug. lib. de uirgin. Episcopus uerò significat ecclesiam militantem, in qua sunt boni cum malis, & corrupti cum incorruptis. Est & alia ratio & Hostien. & Bacho. quia in consecratione uirginis consecratur uirgo Christo sponso; unde cantatur; *Veni sponsa Christi*; At uero Christus, qui matrem uirginem elegit, & carnem incorruptam assumpsit, & semper uirgo permansit, & uirgines diligit, & eligit, coniugium uiolatæ respuit & fit hoc ad uirginum ordinem specialiter commendandum; Episcopus uerò specialiter consecratur ecclesiæ, quæ indifferenter omnes admittit, & memini gremium claudit. nisi ibi defectus Sacramenti interueniat. Huc accedit & alia ratio ex eodem Hostiens. quia consuetudo approbata maiorem castitatem requirit in uxore, a. alij quam in marito, id est, sæpius accidit, quod maritus prouocat ad diuortium ob causam adulterij ab vxore commissi, & magis inde scandalizatur populus, quam è contra. Melior ratio est S. Thom. Palud. Gabr. & Maiol. quia velum integritatem significat virginalem; Si autem corrupta velaretur, falsa esset significatio; sed incorrupta velaretur, potest esse vera significatio, si fuit vnius vxoris vir, secundum ea, quæ superius dicta sunt. Sed plura de hac re alibi.

22 Octauus est, cum quis post votum solenne castitatis, quale est in susceptione ordinum Sacrorum vel in professione religionis approbatæ, contrahit matrimonium de facto cum vnica femina, & eam cognoscit. Hunc modum ponunt glo. in capit. super eo in verbo, in bigamis, de bigam. Rich. 4. distinct. vigesimoseptimo artic. 4. q. 1. Palud. ea. distinct. quæstio. 4. articulo secundo. §. quartus modus Gab. 4. d. 27. quæst. tertia. articulo 2. §. bigamia similitudinaria. Sotus 4. d. 27. questio. 3. art. 2. concl. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de irreg. in princip. gloss. & Panorm. in capitulo primo & secundo. Qui clerici vel vouent. Summa Confess. lib. tertio. tit. tertio. quæstio. 10. versiculo septimus. Summa Astensis. part. secunda. lib. 6. titulo septimo quæstio. 1. Summa Pisanella, in verbo, bigamia, in principio. Angelica, verbo, eod. num. 1. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irregul. cap. 3. Nau. in Man. capit. 27. num. 195. versic. secundo dico. Maiol. libro 1. de irreg. cap. 33. numero 7. Alphon. Viuald. tract. de irreg. num. 12. & 13. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. part. 1. lib. 4. capitulo 7. Summa Corona tract. de irreg. numero 6. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 27. num. 38. Greg. de Valentia, tom. 4. disp. 7. qu. 19. puncto 3. & Thomas Zerula in sua praxi Episcopali part. 2. in verbo, bigamia. Quicquid Tabiena in verbo, bigamia, numero 2. §. secundo, & Henriquez libro secundo, de Sacram. Matrimon. capitu. 6. §. 10. & lib. 14. de irreg. capit. 4. §. 1. in annot. littera A. id negant contra communem DD. sententiam. Hic autem modus octauus dici solet bigamia similitudinaria nos autem & hunc, & reliquos modos vocamus bigamias secundum iuris fictionem, ius enim interpretatur hunc duo matrimonia contraxisse, nimirum, prius spirituale cum Christo, & posterius carnale cum femina, etiamsi de iure validum non sit. Et quidem licet Henriquez velit hunc modum non constituere irregularem, nec dici bigamum aliquem ex hoc modo, quia nullo iure habetur, Tabiena tamen vbi supra, tandem fatetur istum fieri irregularem etiam ecclesiæ interpretatione, & colligi potest ex capit. nuper. & c. a nobis. de bigam. non ordin. & capitulo primo & secundo. Qui clerici vel vouen. vbi id habetur de initiatis ordinibus sacris, & de religiosis, & virginitatem professis habetur in c. quotquot vigesimo septimo quæstio. 1. *Quotquot virginitatem pollicitam præuaricati sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt.* Addit autem Maiol. quod monachus vxorem dicens, non solum vt bigamus, sed etiam vt hæreticus est irregularis, post Bald. in l. nemo clericus, C. de sacros. eccle. Et quod diximus, procedit, etiam si contra-

23 hat cum vna, quæ sit virgo; etsi. n. Arch. & Summa Pisanella velint id solum verum esse, quando contrahetur cum corrupta, alij tamen expresse docent, irregularem & bigamum esse etiamsi virginem duxerit, eamque cognouerit, vt Rich. Palud. Gabr. Summa Astensis, Syluest. & Martin. Ledesm. Nau. & Maiol. Alphōs. Viual. Summa Corona. Cosm. Philiarch. Gregor. de Valentia. & Panorm. in capitulo secundo numero quinto Qui cler. vel vouent. quorum opinio & communior, & verior est. Non enim reperitur id quod Archidiac. & Pisane. dicunt, scilicet vt matrimonium sit contractum cum vidua, vel corrupta, Nam d. capit. quotquot, 27. quæst. 1. generaliter loquitur de ijs, qui post solenne votum castitatis contrahunt, nec distinguit, an contraxerit cum virgine; vel corrupta. In hac autem bi-

gamia, sicut in alijs supradictis, requiritur consummatio Matrimonij, vt præfati DD. & Palanus 4. distin. 27. disput. 4. tradunt.

24 Dubium tamen est, An si quis liber ab omni voto contrahat matrimonium cum femina habente solemne votum castitatis sit irregularis, si eam cognoscat? Simon Maiol. ex præfatis DD. post Felician. de irregular. cap. 6. hoc dubium tangit, libro 1. de irregular. capitulo 33. numero 8. vbi ait esse irregularem, quia perinde est, ac si ipse haberet votum solenne castitatis, idemque docet hos secutus Alphons. Viualdus tract. de Irreg. nu. 4.

Verum, cum id non sit iure expressum, non videtur esse irregularis, aut bigamus; quia d. capitulo quotquot. 27. quæst. 1. tantū loquitur de contrahentibus matrimonium post solenne votum castitatis, non autem de ijs, qui contrahunt cum feminis habentibus votum solenne castitatis. Hæc enim interpretatio benignior est, pœnæ autem restringendæ sunt potius quam ampliandæ, cap. odia, de reg. iur. lib. 6. & hanc sententiam inter recentiores sequitur etiam Henriquez lib. 2. de Sacramen. Matrim. cap. 6. §. 10. in fine.

De Pęnis bigamorum. Cap. V.

S V M M A.

1 *Bigamia licet nonnunquam sine peccato contrahitur, bigamis tamen variæ pœnæ a iure Canonico imponuntur.*

2 *Bigamus omni priuilegio clericali an, & quando priuatus sit.*

3 *Bigamum in sacris constitutum, aut professum percutiens excommunicationem incurrit.*

4 *Bigami in minoribus constituti tonsuram, & habitum clericalem deferre prohibentur.*

5 *Bigamus religionem ingressus tonsuram monachalem deferre potest.*

6 *Bigami Epistolam in Ecclesia legere non possunt.*

7 *Bigamus, si ordinatus sit, characterem solum, non ordinis executionem accipit.*

8 *Bigamus Episcopi Vicarius in spiritualib. esse nequit.*

9 *Bigamus alicuius beneficij Ecclesiastici capax nō est.*

10 *Clericus in minoribus, etiam qui cum vnica, & virgine contrahit, beneficia Ecclesiastica, & dignitates perdit.*

11 *Clericus in minoribus Matrimonium ratum solum contrahens beneficia omnia amittit.*

12 *Clericus in minoribus Matrimonium in occulto contrahens stipendijs Ecclesiasticis priuatur.*

13 *Clericus in minoribus Matrimoniū contrahens, etiam si ob aliquem defectum Matrimonium sit nullum, beneficia perdit.*

14 *Clericus in minoribus vxorem ducens priuatur beneficiis suis, etiamsi vxor religionem ingrediatur.*

15 *Clericus in Minoribus, sponsalia de futuro contrahens beneficia ipso facto non perdit.*

16 *Clericus in sacris Matrimonium contrahens beneficia ipso facto non perdit, sed per sententiam priuari potest.*

1 QVamuis bigamus non peccet aliquando, & bigamia consequenter nonnumquam sine peccato contrahatur, variæ tamen pœnæ iure Canonico bigamis impositæ sunt. Quarum.

2 Prima est, & generalis, quod nudatur omni priuilegio Clericali, vt definit Gregorius X. in capit. vnico, de bigam. libro 6. ibi glos. in verbo, bigamos, & in verbo, omni priuilegio. & eadem glos. in capit. vnico, in verbo, vnicis, & in verbo, Virginibus, de Cler. coniug. libro 6. ita, vt nec Canonis 17. quæst. 4. capitul. si quis suadente, nec fori priuilegio cap. primo, de foro compet. lib. sexto, gaudeat. Item perdit priuilegium immunitatis, vnde vexari potest vexationibus in persona, & rebus, C. de Episcop. & Cler. l. 1. & secunda, & l. generalis, & capit. vlt. de vita & honest. Cleric. Idem tradunt Palud. 4. distin. 27. quæstio. quarta, art. 3. conclus. 1. Gabr. ead. distinct. quæst. 3. artic. 3. dub. 1. Summa Pisan. verbo, bigamia, in fine. Summa Angelica, verb. eod. num. 10. 11. & 12. Syluest. verbo, eod. numero 8. quæst. 8 Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 13. Summa Astensis, part. 2. lib. 6. tit. 7. quæst. 5. Tabiena, verbo, Bigamia, num. 4. §. quinto. Qui omnes hanc pœnam intelligunt de solis constitutis in minoribus ordinibus, & dant hanc regulam: Quicumque potest dimittere Clericatum, vel statum, quo habet priuilegium Clericale, si incidat in bigamiam veram, aut in alios septem modos bigamiæ, (quos ipsi vocant bigamiam interpretatiuam) perdit priuilegium Clericale, sicut Acolythus, & nouitius religiosus: Si autem sit talis conditionis, quod non potest iterum illum dimittere, & proijcere, non meretur priuilegium Clericale, vt constitutus in sacris, & professus, qui sub octauo bigamiæ modo, (qui a nobis bigamia similitudinaria dicitur) comprehenditur, statu illo manente, manet priuilegium, donec degradatus tradatur curiæ sæculari. Per nullam ergo bigamiam constitutus in sacris, aut religionem professus perdit hoc priuilegium Clericale, nec tamen admittitur ad ordines, vel ordines executionem: vnde capitulo, vnico, de bigamis, libro sexto, vbi dicitur, *Aduciendus est coercitioni sæculari*, & capit. quisquis, distinct. 84. & cap. vnico, de Cleric. coniugat. libro sexto, de solis bigamis existentibus in minoribus intelligi debent, non autem de religiosis professis, aut in ordinibus sacris constitutis: vnde Geminian. in d. capitulo vnico, de bigam. libro

3 sexto, infert, quod constitutio pœnalis non extenditur de casu verò ad casum fictum, quando casus fictus non fingitur idem esse quoad omnem effectum, quem habet casus verus, sicut in proposito, vt patet in capitulo nuper, & capit. a nobis, de bigam. in antiquis. & consequenter percutiens bigamum similitudinarium, hoc est, professum, vel in sacris constitutum, excommunicationem incurrit, non autem qui bigamum in minoribus existentem percuteret, vt latius libro quinto, capit. 17. de sc. decimustertius, exposuimus. Dixi *bigamum existentem in minoribus*, si enim esset coniugatus, qui cum vnica, & virgine cōtraxisset, si deferat habitum, nec canonis, nec canonis, nec fori priuilegium perderet, capit. vnico. de Cler. coniug. lib. 6. & ibi gloss. in verbo, Clerici, quod post Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. procedit, dummodò Clericus ille coniugatus eidem Ecclesiæ seruiat vel ministret, & habitu Clericali, & tonsura vtatur: secus autem, si Clericus iste cum pluribus, aut cum vidua, aut cum corrupta, etiam, quam virginem esse credebat, contraheret, tunc enim bigamus esset, & omni priuilegio Clericali nudaretur, ex glo. in capit. vnico, in verbo, virginibus, de Cleric. coniug. lib. 6.

4 Secunda, quod priuatur tonsura Clericali, vt habetur in capit. vnico, de bigam. lib. 6. vbi sub pœna excommunicationis sententiæ secundæ prohibetur tonsuram, vel habitum Clericalem deferre: idem docent Paludan. Gabr. & alij citati supra, & Alphonsus Viualdus tract. de irregularit. bigamiæ, numero vigesimooctauo, & Syluest. vbi supra, quæst. 8. in fine, ait peccare mortaliter, si deferat, quod patet; cum id prohibitum sit illis sub pœna excommunicationis, & hanc pœnam, sicut primam Paludan. & Gabr. intelligunt de bigamo in minoribus con-

constituto; nam constitutus in sacris, & religiosus non perdit priuilegium Clericale, nec perdit tonsuram. Addunt etiam Palud. Gabr. & Tabiena, quod si bigamus intret religionem portare potest tonsuram mona-
5 chalem, quæ non est via ad ordinem, plusquam tonsura conuersorum, & eum percutiens est excommunicatus, & se habet solum sicut conuersus in religione approbata, & sic intelligitur capit. quisquis, distin. 84. vbi dicitur, *quod habet solum laicalem communionem*, idest, conuersorum: vnde sicut conuersi, tonsuram monachalem deferre possunt.

6 Tertia est, quod prohibetur deferre habitum Clericalem præcisè, & quo vtuntur Clerici actum sui ordinis, aut consecrationis, aut benedictionis facturi, vt superpelliceo, corona, dalmatica; Hinc vt Palud. & Gabr. vbi supra notant, nec Epistolam legere possunt, etiam sine superpelliceo, & colligitur ex d. ca. vnico, de bigam. libro 6. & faciunt ea, quæ a Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 17. traduntur.

7 Quarta est; Non possunt citra dispensationem ad aliquem ordinem promoueri; immo nec corona ipsis dari potest. Si enim non possunt vti antiqua corona, vel ordine prius habito, multò minus potest nouam accipere, quia frustra acciperet, cum prohibitus sit deferre, nisi in religione, vbi multi non Clerici habent coronam. Alphonsus vbi suprà, numero vigesimooctauo. Quod si de facto ordinetur, accipit quidem characterem, ordinis tamen executionem non recipit. capitulo de bigamis, de bigam. non ordin. Alphonsus Viualdus vbi suprà, numero vigesimoseptimo, & ordinatur priuandus est potestate, & officio, capitulo super eo. de bigam. non ordin. nisi cum eo fuerit dispensatum. Si enim vxoratus sit, etiamsi virginem duxerit, eamque cognouerit, non solum ab ordinibus sacris suscipiendis repellitur, capit. coniugatus, & capitulo vxoratus, de conuers. coniug. & capitulo secundo, de Cleric. coniug. & ibi Panormitan. numero secundo, sed etiam à minoribus, & etiam à prima tonsura, ex gloss. in capit. coniugatus, in verbo, ad sacras, de conuers. coniug. & capit. nullus Episcopus, de temp. ordin. Maiol. lib. 1. de irreg. capitulo 34. numero 1. Henriquez libro decimoquarto,
8 de irreg. capit. 4. §. 1. imo nec Vicarius Episcopi in spiritualibus esse potest, ex Panorm. in ca. 2. nu. 2. de Cler. coniug. & DD. in cap. 1. de Cleric. coniug. lib. 6. & Syluest. verbo, laicus, quæst. 3. Maiol. cit. num. 8. & Henriquez vbi supra, Felin. in cap. decernimus, nu. 6. de iudic. & Iacobus Sbrozzius de Vicario Episcopi, quæstio. 31. sed tantum Assessor, & in temporalibus Vicarius; quanto magis bigamus ab huiusmodi ordinibus minoribus suscipiendis, aut etiam a prima tõsura repelli debet, quæ omnia procedunt quo ad Latinos vxoratos, nam Græcorum alia ratio est, de quibus alio in loco commodius agendum erit.

9 Quinta est, Non est capax alicuius beneficij Ecclesiastici, nec sæcularis, nec regularis, ex Palud. 4. distinct. 27. quæst. 4. artic. 3. conclus. 5. Gabr. 4. ead. quæst. 3. art. tertio. dub. 1. & Alphonsus Viuald. tract. de irreg. bigamiæ, numero 28. talia enim non laico, sed Clerico conferuntur. Cum enim bigamus indignus sit omni ordine & Clericatu, vt dictum est, etiam indignus est beneficio, quod datur ordinatis. Immo, cum beneficium detur propter officium, quicumque indignus est ordine, & officio, per consequens & beneficio indignus est, & hoc non solum durante matrimonio, sed etiam postea; donec mereatur dispensationem. Quibus addo, quod
10 nec Clericus, qui contraxit cum vnica, & virgine ad ordines, aut ad beneficia habenda admittitur, capitulo primo, & capitulo secundo, de Cler. coniug. sed eo ipso, quod matrimonium contrahit etiam ratum, statim perdit beneficia quæcumque Ecclesiastica, etiam simplicia, & dignitates Ecclesiasticas, cap. 1. & ibi glos. in verbo, relinquendæ, & Panorm. num. 4. & idem Panormit. in ca. 2. nu. 2 & ca. quod a te, & ibi glo. in verbo, priuandis, & Panorm. nu. 1. & c. diuersis fallacijs, & ibi Panorm. num. 1. & c. cum decorem, & ibi glo. in verbo, dimissis, & ibi Panorm. de Cler. coniug. Hugol. in cap. quicumque dist. 77. Maiol. lib. 1. de irregulat. cap. 34. num. 1. & 4. & num. 5. Nauar. in Manuali, ca. 25. num. 120. vers. vndecimo, vbi ait esse sententiam omnium. Host. in Summa, lib. 3. tit. de Cler. coniug. num. 1. §. quam pœnam. Collect. in ca. 1. de Cleric. coniug. decis. capellæ Tolosanæ 239. Bernard. Diaz in pract. Crimin. Canon. ca. 74. circa medium, Quod procedit.

11 Primo, etiam si non sequatur copula, vt notant Doctor. in cap. 1. de Cleric. coniug. vbi Panorm nu. 5. Diaz vbi supra, Nauar. & Henriquez cit.

12 Secundo, etiamsi occultum sit eum esse vxoratum. Panorm. in d. capit. cum decorem, & Maiol. cit. nec suffragari potest contraria consuetudo, ex Panormitan. & Maiol. citat. ob malum exemplum, & scandalum, quod ex hoc surgeret, vt ille Ecclesiasticis stipendijs viueret, qui sub sæculi militia, nempe matrimoniali viueret.

13 Tertiò, etiamsi matrimonium contractum ob aliquẽ defectum extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat. Panorm. in capit. 1. num. 7. de Cler. coniug. Ioan. Andr. in capit. Ioannes, tit. cod. Roman. consil. 265. consil. 483. colum. 3. versic. dubitatur primo Hyppol. consil. 70. vol. 1. col. 3. incipiente, Scientiarum omnium. Stephan. in decis. 239. Capellæ Tolosanæ, in additione. Decius consil. 166. volum. 1. Barthol. Brixien. in quæstio. 10. quæ incip. Clericus quidam. Diaz, & Nauar. vbi supra, quicquid Henriquez in hoc casu contrarium dicat. Dixi quando matrimonium esset nullum ob defectum extrinsecum, si enim fuit nullum ob defectum consensus, tunc ex Panorm. in d. capit. primo, numero 7. de Cleric. coniug. & Nauar. in Manuali, cap. 25. nu. 120. non perdit beneficia, & sicut Alphonsus Viuald. tract. de irreg. bigamiæ, num. 8. quorum dictum Bernard. Diaz vbi suprà cap. 74. in fine, verum esse putat solum, quando defectus consensus fuit in Clerico, puta, quia Clericus fuit fatuus, vt exemplificat Panormitan. cit. sin autem defectus consensus fuit tantum in muliere, puta, quia per vim fuit compulsa contrahere ipso Clerico purè, & liberè consentiente, aut quia mulier non erat sanæ mentis, nulla est ratio, quare non perdat beneficia, sicut quando contrahit cum consanguinea, & fauet Imola in Clement. gratiæ, de rescript. & post eũ Præposit. distinctione trigesimasecunda, prope finem.

14 Quarto, etiamsi vxor monasterium ingredi vellet, etiam antequam esset cognita, & fieri religiosa, maritus tamen, qui cum beneficiatus esset, eam duxit, ita omne ius beneficij perdidit, vt beneficia recuperare non possit, ne inde lucrum capiat, vnde pœnam meretur. Doctor. in capitulo primo, de Cleric. coniug. Ioann. de Imola, in Clement. gratiæ, de rescript. Præposit. in capitulo placuit, distinct. trigesimasecunda, Barthol. Brixiens. in dicta quæst. decima, Panormit. in capit. 1. num. 5. de Cleric. coniug. Diaz, & Maiol. vbi supra, si tamen alicuius vxor transire velit ad religionem, vir facillimè obtinere poterit beneficium postea; at verò beneficia prius obtẽta non retinebit, etiam vxore religionem profitente. Ratio differentiæ potest esse, quia cum beneficiatus transit ad nuptias, reddit se indignum beneficijs, ita quod ad ea redire, aut in eis perseuerare non potest; sed hic, qui, cum vxoratus esset absque beneficijs, vxore volente religionem intrare, ipse consentit, fit dignus beneficijs renuncians sæculo; vnde, merito habet locum contrarius ius, quia militat ratio contraria.

15 Quintò, si huiusmodi Clericus in minoribus con-

stitutus tantum contraxit sponsalia de futuro, non perdit beneficia ipso facto, ex Panorm. in cap. 1. num. 5. de Cler. coniug. Diaz vbi supra, cap. 74. in fine. Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 120. Rota decis. 21. Quemadmodum enim per adeptionem secundi beneficij non vacat primum, nisi quis sit plenè translatus ad secundum, capit. cum in cunctis, & c. commissa, de elect. lib. 6. ita nec per contractum sponsaliorum, cum adhuc non sit plenè translatus. Et quia sponsa non est proprie vxor, sed promissa.

16 Sextò, constitutus in sacris contrahens matrimonium per verba de præsenti, non perdit beneficium ipso facto, sed priuari potest per sententiam, sic gloss. in capit. primo, in verbo, dimittere, & Ioan. And. in capit. Ioannes, de Cleric. coniug. & Nauar. in Manuali, capit. 25. numero 120. quamuis Panorm. in d. capit. 1. num. 7. & 8. de Cleric. coniug. contrarium affirmet. Ratio diuersitatis est, quia ratio priuationis beneficij in Clerico ton surato, aut in minoribus constituto, vt ex capitulo quod a te, & c. diuersis fallacijs, de Cleric. coniug. colligitur, est, quia talis non potest deseruire vxori, & beneficio, sed in constituto in sacris cessat hæc ratio, eum matrimonium non teneat, & compellatur dimittere vxorem, quia vero per tale matrimonium licet nullum, etiamsi cum virgine contraxit, priuatus fit ordinis executione, etiam per sententiam merito priuandus est beneficio, nisi cum eo, tam in ordinis executione, quam in beneficij retentione post condignam pœnitentiam dispensetur, capitulo sanè, & ibi gloss. in verbo, ex indulgentia, & Panormit. ibi, numero tertio, de Cleric. coniugat. & potest Episcopus cum eo dispensare, vt in d. capit. sane, & gloss. & Panormitan. ibi, habetur. Et de pœnis hactenus.

Quis in Bigamia dispenses. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Papa in omni bigamiæ specie ad omnes ordines dispensare potest.*

2 *Papa, nec contra ius diuinum, nec contra ius naturæ dispensare valet.*

3 *Papam cum bigamis contra Apostolum dispensare non solere quo sensu dictum sit.*

4 *Papam cum bigamis ex potestate absoluta dispensare posse, non autem potestate ordinaria asserentes ab authore refelluntur.*

5 *Cardinales an, & quomodo cum bigamis dispensare possint.*

6 *Episcopi an, & quomodo in bigamia dispensare valeant.*

7 *Episcopus cum bigamo ad sacros ordines Diaconatus, & Sacerdotij dispensare non potest, & quare.*

8 *Subdiaconatus, licet antiquitus ordo fuerit, non tamen ordo sacer habebatur.*

9 *Episcopus quo casu cum bigamo ad ordinem Subdiaconatus dispensare queat.*

10 *Papa solus cum bigamo, qui post votum solenne castitatis matrimonium consummauit, dispensare potest.*

11 *Episcopus cum bigamo, tum ad exequendum, tum ad suscipiendum ordines Minores dispensare valet.*

12 *Episcopus quo sensu cum bigamo ad tonsuram suscipiendam dispensare prohibeatur.*

13 *Abbas, vel alius Prælatus Episcopo inferior, cum bigamo ac iure communi dispensare non potest.*

14 *Abbas an cum Monachis suis, qui bigamiam contraxerunt, ex priuilegijs suis ad ordines, & dignitates dispensare possit.*

1 Quoad dispensationem autem in hac irregularitate hæc dicenda sunt.

Primum est, in omni specie bigamię Papa dispensare potest, ad omnes ordines etiã Pontificales. Ratio est: quia irregularitas omnis iure Canonico inducta est: Quamuis enim Papa dispensare non possit contra ius naturæ, nec contra ius Diuinum, quæ potestas sua vtroque iure inferior est, & vtrumque tamquam fundamentum supponit, quia tamen bigamum ordinari nec contra ius naturæ est, nec contra ius Diuinum, sed sola ordinatio Apostolica est, qua Apostolus 1. Timoth. 3. instituit tamquam Pastor, & Prælatus Ecclesiæ, ne bigami ordinarentur; neque de essentialibus ordinis est, quod aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem accipit; Ideo Papa Petri successor, & æqualem, seu potius eandem cum eo auctoritatem habens, cum omni bigamo ad omnia totaliter, & vniuersaliter, etiam ad omnes ordines, beneficia, & dignitates etiam Pontificales dispensare potest. Vnde & Lucius Papa, cum Archiepiscopo Panormitano, qui bigamus erat dispensauit. Quæ doctrina communis est omnium tum Theologorum, tum Canonistarum, vt glo. in capit. elector, in verbo, Fiat, distinct. trigesimaquarta, S. Thom. in addit. tertiæ parr. quæst. 66. artic. 5. Rich. 4. distinct. vigesima septima, artic. quarto, Palud. ead. distinct. quæst. 4. art. quinto, conclus. secunda, Ioan. Bachon. quarta, distin. vigesimaquinta, quæst. tertia, artic. 4. Scot. 4. distinct. trigesimatertia, quæst. secunda, §. de secundo. Gab. 4. distinct. 27 quæst. 3. art. 3. conclus. 1. Ledesm. 2. 4. quæst. 68. artic. 4. Henriquez libro 2. de Sacramen. matrim. capit. 6. §. 11. Hostiens. in Summa lib. 1. tit. de bigam. §. vlt. Summæ Confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 6. Summæ Pisanellæ, verbo, bigamia, 6. penult. Angelicæ, verbo, eod. numer. 8. S. Anton. 3. parte, tit. 29. de irreg. cap. 3. Syluest. verbo, bigamia, quæst. 6. & quęst. septima, Tabienæ, verbo, eo. num. 6. §. septimo, Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 179. vers. quinto dico, Alberti Trottij, lib. de Cletico perfecto, cap. 11. num. 9. Ioan. Montagnæ, tract. de bigamia, q. 7. Ioan. Arbotet. libro 2. Theolosophiæ, cap. 16. Couar. in Clem. si furiosus, §. 2. num. 4. de homicid. Simon. Maioli, lib. 1. de irreg. cap. 33. num. 14. Cosmi Philiarchi de offic. Sacerd. parte 1. lib. 4. cap. 7. Alphonsi Viualdi, tract. de irregul. bigamię, num. 32. & 33. Greg. de Valentia tomo 4. disp. 7. q. 19. Puncto 5. Thomæ Zerulæ in sua Praxi Episcopali, par 2. in verbo, bigamę. Sebast. Medices, par. secunda Summæ, tit. 9. q. 31. Quamuis enim Papa non possit facere de bigamo, non bigamum, quia tamen bigamum non promoueri est de statuto & ordinatione Ecclesiæ, ideo potest cum eo dipsensare; sicut potest homicidam ordinare, licet non possit facere, quod non fuerit homicida, quia talem existentem non promoueri est sola Ecclesiæ ordinatio, & decretum.

Quod vero dicitur in capitulo Super eo, de bigam. non ordinand. *In bigamis contra Apostolum dispensare non licet*, & in capit. Nuper, tit. eod. *cum bigamis non liceat dispensare*. Intelligi debet, quod licet non possit Papa dispensare in his, quæ sunt de iure naturali, & quantum ad ea, quæ sunt de necessitate Sacramentorum, & fidei, in alijs tamen quæ sunt de institutione Apostolorum, quatenus Prælati, & Rectores erant Ecclesiæ, (qualis est bigamia, vt supra dictum est) potest dispensare Pontifex Summus, cui eandem potestatem constituendi, & destituendi nunc in Ecclesia,

clesia habet, quam tunc Apostoli habuerunt, & par pa-rem obligare non valet. Illud autem, *Non licet cum biga-mis dispensare*, non impossibilitatem, sed difficultatem tantum dispensandi denotat, quia in bigamia non nisi in necessitate, aut magna, & ardua pro causa Papa di-spensare solet, aut debet, vt DD. omnes cum S. Thoma vbi supra communiter docent.

4 Nec placet, quod in hac materia Henric. in cap. 1. de bigam. non ordin. colum. 5. & Ioann. Staphil. de litte-ris gratiæ, & iustit. colum. vlt. dicunt, posse quidem Summum Pontificem cum bigamo dispensare ex po-testate absoluta, non autem ex potestate ordinaria; quem etiam loquendi modum habet Gregorius de Va-lentia, vbi suprà, cum dicat, Papam in vera bigamia non solere, neque etiam posse sine magna causa pote-state ordinaria dispensare. Nam vt rectè Nauar. in Man. capit. 27. numero 197. versic. quinto dico, & Co-uar. in Clemen. si furiolus, §. 2. numero 4. de homicid. potestas hæc ordinaria est, cum lege sit data, & consti-tuta, non autem absoluta; siquidem in humano Princi-pe potestas absoluta ad tyrannidem potius quam ad le-gitimam, & rationabilem potestatem spectare videtur, vt doctè Conar. vbi supra, & lib. 3. var. resol. cap. 6. nu. 8. tradidit.

5 Secundum est, Quamuis in iure nihil reperiatur de potestate Cardinalium quoad dispensationem cum bigamo; quia tamen de iure, & consuetudine habent æque amplam, & nonnunquam pleniorem potestatem in omni dispensatione, quam Episcopus, sicut Episco-pus potest in sua Diœcesi, sic Legatus à latere potest in tota sua Legatione, non solum Presbyter, aut Episco-pus, sed etiam Diaconus Cardinalis, ex Paludano, 4. distinctione 27. quæstione 4. artic. 5. conclus. 3. Quin-uis enim non possit ordines conferre, quod est ordinis; quia tamen potest conferre beneficia, consequenter di-spensare potest, quod est iurisdictionis. Summus au-tem Penitentiarius cum omnibus de mundo ad minus tantum potest, quantum Episcopus cum illis de sua diœcesi. Episcopi autem Cardinales in suis urbis, & terminis Legationis possunt sicut Episcopi cum suis subditis, aliàs nihil, nisi quantum eis specialiter com-mittitur. Presbyteri autem Cardinales in Titulis, & Legationibus suis, qui possunt minores ordines confer-re, possunt fortè quoad eos cum bigamis, sicut & Epi-scopi, dispensare: ita tamen, quod isti duo, scilicet Epi-scopi, & Presbyteri, quando sunt Legati in omnibus ha-bent plus, maius in sua prouincia, quam Episcopus in sua Diœcesi. Similiter & hoc habet Diaconus Cardi-nalis Legatus. Simplex autem Diaconus Cardinalis, non Legatus, non videtur aliquid habere circa hoc. Hæc ex Paludano vbi supra, quibus etiam consentit Henriquez libro 14. de irregular. capitulo 18. §. 3. At vero Nauar. consil. 1. numero 5. de homicid. ait, Pa-pam suis Nuncijs, & Legatis à latere facultatem di-spensandi in bigamia non concedere.

6 Tertium est, Circa potestatem Episcopi; & in hac re non ita consentiunt DD. potest autem esse difficul-tas tum circa ordines maiores; cum circa ordines mi-nores.

7 Quoad ordines maiores, S. Thom. in addit. 3. partis quæstione 66. articulo 5. ait Episcopum secundum ali-quos dispensare posse cum bigamo religioso facto circa ordines maiores, ne scilicet detur ei occasio vagandi ex-tra Monasterium, quod dictum ipse non refutat, nec no-minat Doctores, qui illam opinionem tenuerunt, & intelligitur dictum illud tam quoad Sacerdotium, quam quoad Subdiaconatum, aut Diaconatum. Cui fauet Henriquez libro 2. de Sacramen. Matrim. capi-tulo 6. §. 11. & libro 14. de irregul. capitulo 20. §. 2. vbi ait Episcopum cum professo dispensare posse, vt initie-tur Sacerdotio, si à suo prælato subijciatur Episcopo

Verum Paludanus 4. distinct. 27. q. 4. artic. 5. conclu. 4. versic. tertio. Gabr. 4. ead. distinct. q. 3. art. 3. post dub. 4. in fine. & Sotus. 4. distinct. 27. q. 3. artic. 3. conclus. 2. dicunt hanc opinionem nunc more, & vsu non seruat in bigamia vere & proprie dicta, vel de vero marito, cor ruptæ. Vnde communis DD. opinio est, Episcopum non posse dispensare ad sacros ordines Diaconatus, aut Sacerdotij, sed neque Subdiaconatus, in bigamia vera, vel interpretatiua, hoc est, neque in prima specie biga-miæ veræ, neque in septem primis modis bigamiæ a no-bis superiori capite positis. Sic Hostiensis in Summa libro 1. titu. de bigam. non ordin. §. vlt. in fin. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæstione 12. Summa Astensis par. 2. libro 6. tit. 7. quæstione 7. Summa Pisan. verbo, biga-mia, §. penult. Angelica, verbo, eod. numero 8. Syluest. verbo, eod. q. 7. Tabiena, verbo eod. num. 6. §. septimo, Sotus vbi supra. Nauar. in Manu. cap. 27. nume. 197. §. sexto dico. Simon Maiol. lib. 1. de Irreg. cap. 33. nume. 14. Alphonsus Viuald. tract. de irregul. bigam. numero 34. Summa Corona titu. eod. numero 22. Cosmus Phi-liarchus par. 1. lib. 4. cap. 7. Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæst. 19. Puncto 3. Thomas Zerula in Pra-xi Episc. par. secunda, in verbo, bigami. Sebast. Medices, 2. Summæ, titu. 9. q. 31. Ratio esse potest; quia irregula-ritas hæc bigamiæ ab Apostolis inducta est, ac per ma-nus ab vniuersali Ecclesia obseruata; Vnde cum nullo iure expressum sit, Episcopis commissam esse dispensa-tionem eius probabile valde est soli Papæ id reserua-

8 tum esse. Dixeneque Subdiaconatus: quia etsi in capit. lector, distinctione 34. habetur, *quod si quis viduam in vxorem acceperit, in Lectoratu permaneat, aut si necesse is fuerit*, Subdiaconus fiat; vt tamen notat Sotus post alios, maxime glo. in capit. hi per eo, in verbo, sacros, de bigam. non ordin. licet Subdiaconatus ordo tunc fue-rit, non tamen habebatur ordo sacer, & facit capit. a multis, de ætat. & qualitat. & capit. mir. mur. de seruis non ordin. & Can. nullus, distinctione 90. quia tamen nunc ordo Sacer est, & ita ab omnibus habetur eique annexum est continentiæ votum, solus Papa in eo di-spensat, cum per tale votum homo cultui Diuino mancipatus sit, non est tamen improbabilis opinio Paluda-ni, 4. distinctione 27. q. 4. articulo 5. conclus. 4. Gabr. 4. distinctione 27. quæstione 3. articulo 3. post dub. 4. & Henriquez libro 2. de matrim. capitulo 6. §. 11. quod in ampla regione, vt India, si vrgeret magna necessitas, & penuria esset ministrorum Episcopus ex tacita quadam

9 commissione Papæ, & benigna iuris interpretatione ad Subdiaconatum dispensare posset, argum. cap. Lector, distinctione 34. Et multo magis probabile est dispensa-re posse cum bigamo, qui ordines male susceperit, vt in illis ministrare possit, quandoquidem respectu iam or-dinati est potius suspensio ab officio, quam irregulari-tas, ex Soto, 4. distinct. 32. q. 3. articulo 1. vers. differunt autem primo. Henriquez lib. 2. de Sacramen. Matrim. cap. 6. §. 11. Gregor. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæ-stione 19. puncto 3. & citant Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 197. versi. sexto, & Maiol. lib. 1. de irregul. capit. 33. num. 14. vbi tamen Maiol. nihil tale habet, & Nauar. potius loqui videtur de vsu ordinum minorum susceptorum. Et idem Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 20. quamuis dubius, virtute Concilij Trident. sess. 24. de refor. cap. 6. concedentis facultatem Episco-pis, vt dispensare possint in omni irregularitate prouen-iente ex delicto occulto ait Episcopum dispensare pos-se in bigamo septimi modi, scilicet cum eo, qui vxorem propriam cognouit, quam ignorauit fecisse adulterium, si postea resciens, facto diuortio, velit ordinari; quia Concil. Trid. non limitat ad irregularitatem ex crimi-ne proprio, quod etiam Palud. 4. distin. 27. q. 4. artic. 5. conclus. 4. vers. quinto. Gab. 4. d. 27. q. 3. art. 3. dub. vlt. in fine, & Tabiena, in verbo, bigamia, nume. 6. §. septi-mo,

mo, ante docuerunt; Nam licet publicum, & occultum nihil faciant ad bigamiam, secus tamen ad dispensationem. Quorum opinio satis probabilis est, & colligi potest ex Concil. Trid. supra, in praxi tamen vix tuta est, nec meo iudicio sequenda.

10 Quantum verò ad bigamiam similitudinariam, seu octauum bigamiæ modum a nobis in præcedenti cap. expositum communis DD. sententia est, quod si clericus contraxit in sacris cum corrupta; aut si de iure contraxit cum vna, puta antequam esset in sacris, & de facto cum alia post ordinationem, aut professionem in religione approbata, solus Papa dispensat, argument. capit. nuper, de bigam. Sin autem existens in sacris, aut religionem professus, contraxerit cum virgine, & aliam vxorem ante in habitu laicali, aut in minoribus non habuerit, Episcopus dispensare potest, tum vt in susceptis ministret, tum etiam, vt ad vlteriora promoueatur. Sic glos. in capit. sane, 2. in verbo, ex indulgentia, & ibi Panorm. numero 1. & numero 3. de cleric. coniug. & glo. in cap. primo, in verbo, dispensatiue, & Panorm. in capitulo 2. numero 5. qui clerici, vel vouent, vbi glos. ait cap. nuper, de bigam. quod contrarium significat, intelligi debere de eo, qui primo in laicali habitu habuerit vxorem, & postea in sacris aliam accepit, talis enim tanquam bigamus reputatur propter intentionem cum opere subsecuto, & ideo cum illis Episcopi dispensare non possunt. Cum glos. & Panormit. consentiunt Cardin. Præposit. Palud in 4. distinctione 27. quæstione 4. articulo 5. conclus. 4. ver. quarto. Gabr. 4. ead. distinct. articulo 3. dub. vlt. in fine. Angelica, verbo, bigamia, numero 9. Syluest. verbo, eodem, quæstione 7. in fine. Tabiena, verbo, eodem, numero 6. §. septimo, Nauar. in Manuali, cap. 27. versic. septimo. Cosmus Philiacchus de offic. Sacerd. par. 1. lib. 4. capit. 7. Greg. de Valentia vbi supra, Thomas Zerula loco citato, in verbo, bigami, nota b. 3. qui alios refert. Toletus lib. 1. capit. 16. & Henriquez lib. 2. de Matrim. capit. 6. §. 11. & lib. 14. de irregul. capit. 20. §. 2. & citat pro hoc Concil. Triucnt. sess. 14. de reform. cap. 6.

11 Quoad ordines minores, Summa Pisanella, in verbo, bigamia, §. penult. absolute docet, Episcopum in hac irregularitate dispensare non posse, & Angelica, verbo, eod. m, numero 8. expresse ait, non posse dispensare in minoribus. Henric. in capitulo 1. de bigam. Ludouicus Gomesius in tractat. Breuium, numero 20. & Couar. in Clemen. Si furiosus, §. 2. nu. 4. de homicid. volunt. dispensare non posse, si bigamiam contraxit post clericatum susceptum; Item, nec posse, nisi maxima subsit causa dispensandi. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nume. 197. versic. sexto dico. Alphonsus Viualdus tractat. de irregul. bigamiæ, numero 34. & Gregorius de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. solum admittere videntur dispensare posse quoad vsum ordinum minorum susceptorum, non autem, vt de nouo accipiat, fundamentum est ex capit. vnico, de bigam. libro 6. Alij tamen omnes volunt posse Episcopum simpliciter dispensare, tum ad exequendum, tum ad suscipiendum ordines minores: sic S. Thom. in addit. 3. partis. quæstione 66. artic. 5. Palud. 4. distinct. 27. quæst. 4. artic. 5. conclus. 4. Durand. ead. dist. q. 4. nume. 8. Gabr. 4. distinct. 27. quæst. 1. artic. 3. dub. vlt. Ioan. Bachon. 4. distin. 25. quæst. 3. artic. 4. Sotus. 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 3. conclu. 2. Host. in Summa lib. 1. tit. de bigam. non ordin. §. vlt. & Summa Astensis par. secunda. lib. 6. tit. 7. quæst. 7. Syluest. verbo, bigamia, quæst. 7. Tabiena, verbo, eodem, numero 6. §. septimo, & Henriquez libro secundo. de Sacram. Matrim. capit. 6. §. 11. & lib. 14. de irregul. cap. 20. §. secundo, Ioseph Angles in Florib. 4. senten. p. 1. r. in quæst. de essentialibus Matrimonij, in fine Thomas Zerula in Praxi Episcop. par. 1. in verbo, irregularitas, dub. 17. & par. 2. in verbo, bigami, dicto 2. & colligitur ex cap. Lector. dist. 34. vbi bigamus permittitur permanere in Lectoratu, & etiam ascendere ad Subdiaconatum, qui illis temporibus inter sacros ordines non computabatur. Rationem dat Sotus, quia, cum per ordines minores homo non simpliciter Diuino cultui, & sacris mancipetur, meritò Episcopus in illis dispensare poterit.

12 Ad illud cap. vnic. de bigam. lib. 6. Respondetur illic prohiberi tonsuram, si nulla causa rationabilis dispensandi adsit, quæ si adsit, nihil impedit, quo minus in eis Episcopus dispensare queat.

13 Quartum est, nullus Abbas, vel alius Prælatus inferior dispensare potest de iure cum bigamo, siue in monasterio, siue ante de iure, vel de facto contraxit, etiamsi in alijs irregularitatibus plus posset, quam Episcopus, argum. capit. cum illorum, de sentent. excommunicat. Quod si haberet priuilegium, quod posset dispensare in his, in quibus Sedes Apostolica non est consulenda, tunc posset ea, quæ in hac re Episcopus possit: sic Paludan. 4. distinct. 27. quæst. 4. artic. 5. conclus. 5. Gabr. 4. distinct. ead. quæst. 3. artic. 5. dub. vlt. Tabiena, verbo bigamia, numero 6. §. septimo. Nauar. in consi. secundo. de conuers. coniug. libro 3. & consi. primo, de homicid. numero quinto, libro 5. & Henriquez libro secundo, de Sacram. Matrim. capitulo 6. §. 11. & libro 14. de

14 irregular. capitu. 18. §. 2. Quia vero Religiosi omnes nunc magna habent priuilegia, ea consulenda sunt, vt ex ijs, quid possint, & non possint, certius colligatur. Addunt autem Palud. & Gabr. quod licet Abbas dispensare fortassis possit cum bigamis ad ordines, non tamen quoad dignitates suscipiendas. Et hæc de bigamiæ irregularitate dicta sufficiant.

De Irregularitate ex defectu corporali.
Cap. VII.

SVMMA.

1 *Irregularitas ex defectu corporali proueniens quotuplex sit.*
2 *Vitiati, aut diminuti corpore irregulares in iure dicuntur, & censentur.*
3 *Lex vetus, & Sacerdotium legis, Sacerdotij noui testamenti figuratiua fuerunt.*
4 *Ministri sacrorum etiam apud Ethnicos corpore integri, nullamque maculam habentes esse debuerunt.*
5 *Corpore vitiati quinam censendi.*
6 *Vitium quodcunque corporis executionem ordinis impediens, vel insignem deformitatem inducens, irregularem efficit.*
7 *Vitium notabile corporis an idem operetur post ordinis susceptionem, quod antea operatur.*
8 *Corporis defectus inhabilem reddens ad Sacerdotium, ad Subdiaconatum, & Diaconatum ineptum semper non efficit.*
9 *Defectus membri magni, & apparentis deformitatem magnam inducens, irregularitatem inducit.*
10 *Membrum magnum irregularitatem inducens quodnam censeatur.*
11 *Membro paruo, & occulto sponte, & sine causa iusta priuatus irregularis est.*
12 *Castrans se, etiam causa castitatis, peccat, & irregularis est.*

Dentes

13 *Dentes membra proprie non censentur.*

14 *Membro occulto, notabilem deformitatem exterius non generante priuatus, si ex culpa propria non procedat, irregularis non est.*

15 *Membrum, aut partem membri sine causa sibi amputans, quare irregularis sit.*

16 *Dubius, an ob deformitatem, vel debilitatem irregularis sit, iudicio Episcopi stare debet.*

1 SEcunda species irregularitatis, quæ ex aliquo defectu corporis contrahitur, varia & multiplex est, quam nos facilioris, & clarioris doctrinæ gratia in quatuor membra diuidemus;

Primum erit de irregularitate prouenientе ex aliquo corporis defectu.

Secundum, de irregularitate ex aliquo morbo, vel infirmitate corporis.

Tertium, de patientibus defectum natalium.

Quartum, de irregularitate ex defectu ætatis contingente, hæ enim omnes irregularitates ad hoc caput reducuntur, de quibus omnibus suo ordine agemus, primum autem in hoc capite, & sequenti absoluemus.

2 Ex corporis defectu irregulares sunt omnes habentes aliquem corporis defectum, qui in iure dicuntur vitiati, aut diminuti corpore, vt constat ex toto tit. de corpore vitiatis, & capit. illiteratos. distinct. 36. & distinct. 55. per totum. Huius irregularitatis figura præcessit in veteri testamento, vt constat Leuit. 21. vbi *omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, accedere prohibetur ad offerendas hostias Domino, aut panes Deo suo;* vbi etiam multa corporis vitia numerantur, quibus omnibus minister veteris testamenti carere debuit; nec immeritò, cum lex illa, & Sacerdotium illud figuratiuum
3 esset Sacerdotij noui testamenti, vt etiam videre est apud Aegesip. libro primo, de excidio Hierosoly. capitulo 29. Qui mos etiam apud Ethnicos obseruabatur; siquidem M. Sergius in Prætura a sacris deiectus est, eo quod manibus, ac pedibus debilis esset, vt author est Plinius libro septimo, natur. histor. capitulo 28. Immo ab ætate Romuli hic mos apud Romanos erat, nam eos solos Sacerdotes ipse elegit, qui & genere excellentes, & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco fuissent, vt refert Dionys. libro secundo Roman. antiquit. vnde Seneca libro quarto, declamationum, declam. 2. non solum apud Romanos, sed etiam apud alias gentes eam legem fuisse scribit, vt sacrorum ministri corpore integri essent, nullam maculam habentes, quæ quenulla possent corporis fœ-
4 ditate notari. Et idem apud Persas vsu receptum fuisse tradit Alexand. ab Alexand. libro sexto, dierum genial. capitulo 14. Id quod etiam in nouæ legis ministris ob maiorem & ipsius legis, & Sacerdotis dignitatem, & excellentiam obseruari debere sacri Canones, & Summorum Pontificum decreta sanxerunt.

5 Corpore autem vitiati in hac materia dicuntur illi, qui vel debilitati sunt, vel mutilati. Debilitatus autem dicitur ille, qui habet quidem omnia membra, sed tamen aut vnum, aut plura inefficacia, & inutilia habet, vt verbi gratia, si quis habeat oculum cæcum, aut manum aridam, crus contractum, & similia. Mutilatus verò is est, qui aliquo corporis membro necessario ad vsum ordinum caret, vt verbi gratia, manu, vel oculo, ex Hostiensi in Summa libro 1. tit. de corpore vitiat. §. 1. Summa Confess. libro 2. tit. 1. quæstione 42. Summa Astensi parte 2. libro 6. tit. 21. quæstione 1. Angelica, in verbo, corpore vitiatus, in princip. S. Anton. 3. parte tit. 29. de irregul. capitulo 5. Syluest. verbo, eod. numero 1. Tabiena, eod. nume. 1. Simon Maiol. lib. 1. de irregul. capitulo 14. numero 1. Quicunque igitur vel caret aliquo membro corporis ad vsum ordinum necessario, vel etsi habeat illud membrum, ad vsum tamen ordinum habet impeditum, vel denique defectum aliquem corporis deformem habet, qui in populo irreuerentiam, horrorem, scandalum, vel offensionem gigneret, irregularis huius generis erit, & quoad ordines, & quoad beneficia: quoad ordines quidem, arg. capit. qui in aliquo. distinctione 51. tum propter inhabilitatem ad officium exequendum; tum propter deformitatem, ac scandalum tollendum; tum quia indignum est illud offerre Deo, quod homo dedignatur, vt ait S. Hieron. in capit. 1. Malach. & refertur capit. si. distinct. 49. ordinati enim in quadam dignitate præ alijs constituuntur, & ideo in eis ex quadam honestate requiritur non solum claritas morum, sed etiam integritas, & sanitas membrorum; vt idonei ad actus ordinum exequendos inueniantur. Quoad beneficia verò, quoniam beneficium datur propter officium clericale, capit. vlt. de rescript. libro 6. vnde fit, vt quicunque ad ordines fuerint inhabiles, etiam inhabiles erunt ad beneficium, quod ordo ille requirit, vt superius capitulo 2. in reg. 5. latius exposuimus. Vt autem scire possimus, quodnam corporis vitium irregularem faciat, sequentes regulas afferemus.

6 Prima regula. Quodcunque corporis vitium, vel ordinis executionem impediens, vel insignem deformitatem inducens, irregularem habentem efficit. Quæ regula colligitur ex Leuit. 21. cuius moralitatem latè, doctèque explicat S. Gregorius libro 1. Pastor. capitulo 11. & refertur in cap. hinc etenim, dist. 49. eandem tradunt S. Thom. in addit. 3. par. quæst. 39. artic. 6. Palud. 4. distinct. 25. art. 3. q. 3. Richard. ead. distin. art. 5. q. 2. Gabr. 4. dist. 25. q. 1. art. 2. in fine. Sotus ead. dist. q. 1. art. 3. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregul. Henriquez lib. 14. de irreg. cap. 8. §. 1. & §. 4. Hostiens. in Summa lib. 1. tit. de corp. vitiat. §. & quę impediant. Summa Astensis, par. 2. libro 6. tit. 21. q. 1. Gonsaluus a Villadiego in tractat. de irregul. capit. de corp. vitiat. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. cap. 5. Albert. Trotius lib. 2. de vero, & perfecto clerico, cap. 16. Couar. in Clemen. Si furiosus, par. 1. in principio, num. quinto, de homicid. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 100. Simon Maiol. lib. 1. de irregul. capit. 14. numero 2. Iacobus de Graffijs lib. 4. capit. 27. num. 39. & seq. Ioseph Angles in Florib. 4. Senten. par. 1. in quæst. de Sacram. ordinis, artic. 4. Exemplum primi generis est, si quis oculis priuatus sit, aut vsu linguæ, aut si digitis careat, quibus hostiam frangere impeditur, aut si sit adeo tremulus, vt calicem absque periculo effusionis eleuare nequeat. Posterioris vero, amputatio nasi, aut insignis macula in oculo, aut aliquis alius defectus, qui magnam facit deformitatem in quacunque corporis parte, vel membro, quo personæ claritas obscuratur. Quamuis enim huiusmodi membrorum vitium, aut mutilatio non obstet substantiæ Sacramenti, quo minus vere suscipiatur, est tamen contra preceptum ecclesiæ, vt Richar. Summa Astensis, & Sotus vbi supra expresse testantur.

7 Dubium est circa hanc regulam, an eadem sit ratio de habentibus defectus corporis quoad ordines suscipiendos, & quoad exercitium actus in ordinibus receptis, antequam talis corporis defectus contigerit? Respondeo ex communi opinione Doctor. S. Tho. 3. par. quæstione 82. articulo vlt. ad 3. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. capitulo 5. in princip. Panormit. in capitulo secundo, de cler. ægrot. Marian. Socin. in capit. ad audientiam. numero 21. de homicid. Gonsal. a Villadiego tract. de irreg. capit. de corpore vitiat. Syluest. verbo, corpore vitiatus, quæst. secunda, Tabiena, verbo, eod.

cod.nome. secundo,§. primo,in fine. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione 26. articulo secundo,tractat.de irregul. post initium. Nauar.in Manuali,capitulo 27.numero 200 versic. septimo,dico. Simon Maiol.libro primo,de irregul. capitulo 14. numero 8.& Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 8.§.4. disparem longe rationem esse: nam quoad ordines suscipiendos eo ipso iure, quo quis inhabilis est ad ordines suos exercendos,etiam nec promoueri debet, & sic promotus deijcitur; quando autem post ordines susceptos superuenit talis defectus, si non per hoc redditur nimis deformis, potest exequi illa officia ad quæ non impeditur propter illum defectum,puta,si factus Sacerdos amisit visum,aut impeditur in his digitis, qui sunt necessarij ad hostiæ eleuationem, & fractionem, quamuis Missam celebrare non possit,aut alias in altari ministrare, poterit tamen omnia alia ministeria exercere, verbi gratia, & confessiones audire, concionari, funeralia agere, vel actus Diaconi,& Subdiaconi facere;argumen.capitulo secundo, de cleric. ægrot. Cosmus Philiarchus de officin Sacerdot. parte 1. libro quarto, capitulo 8. Summa Corona tract.de irregul.numero quarto,versic.sexto. Alphonsus Viuald.tit.eodem,numero 139. Non tamen priuabitur eo ipso beneficio suo,si sine culpa sua in talem defectum inciderit.ne addatur afflictis afflictio. 7.q.1.ca. cum percussio. sed dabitur ei adiutor,si tale beneficium sit, cui ipse deseruire non possit. capit. 3. & ibidem Panorm. nume.1.de clerico ægrot. & S. Anton. vbi supra Maiol.cit.cap.14.num.11.

8 Dubium aliud est, an si quis ineptus, & inhabilis sit ad Sacerdotium ob defectum aliquem corporis, quia scilicet caret membro aliquo corporis necessario, ad Diaconatum, vel Subdiaconatum, vel ad minores ordines promoueri possit? Respondeo cum Panormit.in capit.exposuisti.numero secundo, de corpore vitiat.& Maiol.libro primo,de irregular. capitulo decimoquarto.numero decimoquarto,in fine, taleon admitti posse ad illos ordines, quando defectus talis non est,vt eorum ordinum vsum impediat; non tamen ita facilè admittendos tales censeo, nisi ex iusta, & rationabili causa. Eodemque modo, qui habet deformitatem in aliquo membro corporis, qua irregularis efficitur ad Sacerdotium, vt quia vngue pollicis caret, aut aliquo alio, ex quibus apparet notabilis deformitas ad celebrandum, ad alios ordines admitti potest, quia deformitas illa solum est ad celebrandum, non autem ad vsum aliorum ordinum. Est tamen differentia magna in his duobus casibus; nam in priori casu, qui scilicet caret membro necessario ad Sacerdotium, ad aliorum verò ordinum vsum minimè necessario, licet iure diuino, aut naturali ab ordinibus inferioribus prohibitus non sit, est tamen iure Canonico irregularis, & prohibitus a quocunque ordine clericali; quia in capit.illiteratos,distinctione 36. absolutè, & generaliter dicitur, *corpore vitiatos, aut diminutos ad clericatum promoueri non debere*, vnde nec ad alios ordines inferiores,nisi ex magna,& graui causa, præcedenti dispensatione admitti debent, in casu autem posteriori, non sunt irregulares ad susceptionem ordinum inferiorum, & iden cum nec deformitas sit respectu aliorum ordinum,nec in iure expressum sit,quod sit irregularis ad alios ordines, ad eos, habita ratione deformitatis, admitti facilius poterit, cum aliud sit membro carere,aliud deformitatem membri habere,vt constat.

9 Secunda regula, defectus membri magni, & apparentis, inducens magnam deformitatem, irregularitatem inducit,siue ex causa iusta,siue iniusta, siue naturali,siue accidentali acciderit, & hominem inhabilem reddit ad promotionem, & a promotus deijcit. Quæ regula est eorum omnium, quos in prima regula citamus, & eodem modo limitanda, & intelligenda est.

10 Magnum autem membrum ex Hostiens. in Summa, libro primo, titu. de corpore vitians, §. quid sit impotentia. numero tertio, & Summa Astensi, parte secunda,libro sexto, titu.21. quæstione secunda, intelligitur vel in quantitate, vt manus,brachium, vel in decore, vt nasus,oculus,tunc enim, vt diximus, nullo modo promoueri debet, si tamen Sacerdos sit, in cæteris officijs, quæ exercere potest, excepto altaris ministerio toleratur.

11 Tertia regula, priuatus membro paruo, & occulto sponte, & sine iusta causa ab ordinatione repellitur, & ab ordinatis deijcitur, siue ipse absciderit, siue alius, ex sua culpa: quæ regula procedit, etiamsi ea abscissio nec impediat ministerium ordinis,nec notabilem deformitatem inducat, vt colligitur ex Hostiensi,& Astensi locis proxime citatis, Richard.4.distinctione 25.articulo quinto,quæstione secunda, Paludan.4. eadem distinct. quæstione 3. artic.3. Gabr.4.eadem distinct.q.1.artic. 2.in fine. Summa Confess.lib.secundo,tit.1.quæst.42. Summa Pisanella,in verbo, vitiatus corpore, §.quid de mutilatis. §. Anton.3. parte tit.29.de irregul.capitulo quinto, Angelica in verbo,eodem, quæst. secunda, Tabiena, verbo eod. numero secundo,§. primo. Martin. Ledesm.2.4.quæstio.26.artic.secundo,tractat. de irregul. Nauar.in Manuali,capitulo 27.numero 198. versic. secundo dico Couar. in Clement. si furiosus, parte 1.initio relect. numero sexto, de homicid. Simon. Maiol.lib.primo,de irregul.capitulo decimoquarto numero 14. & Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 8.§. quarto. Gregor.de Valentia tomo 5.disput.7. quæstione 19.puncto 3.§.secundo. Summa Corona tractat.de irreg.numero quarto,versic.sexto. Iacob.de Graff.lib. quarto,capit.27.numero 39.Sebas. Medices, par.2.tit. 9.quæstione 32.Tolet. libro primo,capitulo 25. Vnde abscindens propria voluntate pudenda, vel sine causa iusta permittens amputari, est irregularis. capit. pœnitentes.cap.si quis absciderit.cap.hi qui. & ea. qui partem. dist.55. & cap. maritum. distin.33.Sic authores citati,
12 & Bernar. Diaz lib. Pract. Crimin. Canon.cap.79.in fine. Quod procedit etiamsi id faceret causa castitatis, existimans se obsequium præstare Deo; Nulla enim de causa nec castitatis, nec religionis licet alicui manus violentas ad occisionem, aut mutilationem sibijpsi inijcere,ex Couar.vbi supra,& lib.1.variar. resol.capit.3. numero 8.& lib.3.cap.1.numero 11. & Gregor.in Tolosano loco inferius citando. Quamuis enim causa castitatis,aut prætextu religionis fiat, est peccatum mortale, cum sit grauius, & supina ignorantia, quod quis existimet se per eos actus obsequium præstare Deo, cuius leges transgreditur. Hinc tales qui alteri virilia amputant,lege ciuili homicidij pœna puniuntur.l.3.§. qui hominem. & l.4. §. idem diuus. ff.de sicar.l.1.& 2.C. de eunuchis,& eadem pœna punitur,qui se castrandum sine causa præbuerit, dicta l.4. ad finem. Tales etiam virilia sibi amputantes, homicidæ suijpsius dicuntur. capit.si quis absciderit.& ibi glo.in verbo, Homicida, distinctione 55.Hostiensis vbi supra, & Astensis. cit.tit. 21.quæst.4.& quæst.5. Couar.cit. versic. quod autem, vt late,& docte Petrus Gregorius Tholosanus in Syntagmate,iuris,parte 2.libro 7. capitulo 2.declarat,non quidem quod tunc homicidæ facti sint, sed propter homicidij periculum,quod sequi poterat sectionem. Hinc Basil.in lib.de virginit. prope finem, & Epist.87. & S. August. libro de virginit. capitulo 23. & 24. exponentes illud Matth. 19. *Sunt eunuchi* &c. tales grauiter reprehendunt, eosque peccare affirmant, quandoquidem & contra legem naturalem. & diuinam peccant, vnde merito tales promoueri prohibentur, & promoti deijciuntur. Cuius ratio est, quia præsumitur,quod in alios omnem tyrannidem, & malum exerceat, qui in seipsum,

seipsum sic ausus est deseuire, vnde versic. *Qui sibi non parcit, tibi vel mibi quomodo parcet.* Sic etiam irregularis erit, qui passus est abscissionem istam ob culpam suam; verbi gratia, si adultero a marito adulteræ ob iniuriæ susceptæ vindictam virilia sunt abscissa, ex Ioan. Andr. & Host. in capit. ex parte, de corpore vitiatis. Couar. Diaz vbi supra. Viuald. numero 167. post Nauarrum in Manuali, capitulo 27. nume. 198. quicquid Henriquez libro 14. de irregul. capit. 8. §. 4. ad fine textu, aut ratione negei: similiter, si ob vindictam cuiuscunque criminis; similiter si a ministris iustitiæ. Sic etiam qui abscindit partem membri, est irregularis, & hoc siue culpa sua, vel sine culpa sua absciderit, vt qui abscidit partem digiti, aut testiculos sine amissione membri genitalis, aut etiam debilitauit membrum, aut partem eius si per indignationem, vel impatientiam id fecit, præsertim si notoria sit abscissio, ex Innocen. in capit. significauit, de corpore vitiat. Syluest. in verb. corpore vitiat. quæstione 5. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 198. versicu. secundo dico. Couar. in Clemen. Si furiosus, parte prima initio relect. numero sexto, de homicid. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione 26. articulo secundo, in tract. de irregul. Maiol. libro primo, de irregul. capitulo 14. numero 14. & Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 8. §. quarto, & facit capit. maritum, distinct. 33. & ibi glo. in verbo, iniusto, & Archid. ibi. vbi Syluest. & Tabiena, in verb. corp. vitiat. §. primo, dicunt, quod qui ex iniusta causa, & ex indignatione dentem sibi euelleret, irregularis esset; sed male, quia dentes proprie membra non sunt ex Maiol. libro primo, de irregul. capitulo 14.
13 in fine, & Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 8. §. primo, & vt ait glos. in capitulo qui partem, in verbo, digiti, distinctione 55. S. Hieronymus dentes prominentes secauit, id quod licitum esse testatur Maiol. libro primo de irregul. capitulo 14. numero 15. in fine. Item irregularis erit, qui dans operam rei illicitæ membrum, aut partem eius amittit, vt qui duellum oblatum recipit, in eoque partem digiti amitteret, argument. capitulo primo, de corp. vitiat. Syluest. in verbo, corp. vitiat. quæstione secunda, ante finem. Gabr. quarta, distinctione vigesimaquinta, quæstione prima, articulo secundo, in fine. Sic etiam irregularis est, qui in pœnam alicuius delicti membrum, aut partem eius amiserit, aut mutilatus fuerit, ex Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 198. §. Dico primo, & Iacobo de Graff. libro quarto, capitulo 27. numero 39. & 41. & Sebast. Medice, par. 2. titu. 9. q. 3. 2. & denique incurritur irregularitas, quoties ob notorietatem peccati priuatus quis sit aliquo membro, aut parte illius.

14 . Quarta regula, defectus membri alicuius occulti, qui notabilem deformitatem in facie, manibus, aut corpore deformitatem non generat, si ex propria culpa non acciderit, irregularitatem non generat. Sic omnes DD. in superiori regula citati. vnde, si quis ex iusta causa, & sponte, puta, ob periculum lepræ, ne totum corpus inficeret, fecit sibi amputari membrum occultum, vt virilia, vel ex consilio medicorum, vel manifestam partem, vt digitum non necessarium scilicet ad Sanctissimam Eucharistiam frangendam, aut signum Crucis faciendum, vel ipsemet hoc sibi fecit, cum esset bene peritus in chirurgia, nec alius commodè haberi poterat, talis nec repellitur a promotione, nec deijcitur promotus. Et idem est, si ex causa iniusta, non autem sponte, sed inuitus puta, si ab inimicis per insidias, aut vim, aut etiam sit ita natus, aut puer in cunabulis virilia amiserit, aut aliud membrorum occultum non generans deformitatem, talis siquidem promoueri potest, & in susceptis ministrare, capit. si quis a medicis, capit. eunuchus, capit. si quis pro ægritudine, capit. si quis in infirmitate. distinctione 55. Richard. 4. distinctione 25. articulo quinto, quæstione secunda, Hostiensis in Summa, libro primo, tit. de corpor. vitiat. §. & quæ impediant. Summa Astensis, parte secunda libro sexto, tit. 21. quæstione quarta, & quæstione 5. Summa Pisanella, in verbo, vitiatus corpore, §. quid de mutilatis. S. Anton. tertia, parte tit. 29. de irregul. capitulo quinto, Angelica, verbo, corpore vitiat. numero primo, Gabr. 4. distinctione 25. quæstione prima, articulo secundo in fine. Syluest. verb. corpore vitiat. quæstione secunda. Tabiena, verbo eodem, numero secundo, §. primo. Ledes. 2. 4. quæst. 26. articulo secundo, tract. de irregu. Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 199. versicul. tertio dico. Couar. in Clement. Si furiosus, parte prima, initio relect. numero 6. de homicid. Simon Maiol. libro primo, de irregul. capitulo 15. numero quarto. Toletus libro primo, capitulo 25. & Henriquez libro 14. de irregul. capitulo 8. §. primo. Et clarè colligitur ex capitibus ex parte, 1. & 2. de corpore vitiat. Sin vero casu in tale aliquid lapsus sit, tunc authores vbi supra distinguunt, si enim dando operam rei licitæ, puta, si dolando ligna amputauit sibi partem digiti minimi, nec a susceptione repellitur, nec a susceptis deijcitur, capitu. qui partem distinctione 55. si vero rei illicitæ operam dabat, & casu membrum amisit occultum, aut partem eius, a promotione repellitur, licet misericorditer, id est, ex dispensatione Episcopi toleretur in susceptis, si membrum, aut pars membri modicam deformitatem generaret. Neque necessarium est ex Hostiens. S. Anton. cit. & Nauar. in Manuali, capitulo 27. nume. 200. Gregorio de Valentia, tomo quarto, disput. 7. quæstione 19. puncto, 3. §. secundo, Alphonso Viualdo, tractat. de irregu. nume. 172. Toleto libro primo, capit. 25. & gloss. in capit. eunuchus, in verbo, in persecutione. distinct. 55. eos, qui castrati sunt ab hostibus, aut alio modo, testiculos siccos, & puluerizatos secum in bursa deferre, vt possint celebrare, quasi tunc intelliguntur habere omnia sua membra; quia defectus illius membri nec deformitatem, nec debilitatem inducat.

15 Quoad has igitur duas vltimas regulas DD. communiter docent, quod in eo, qui sibi membrum, aut partem eius amputat, causa irregularitatis, est sæuitia, siue sit magnum, siue paruum, siue apparens, siue, non apparens; si tamen languor non fuit causa incisionis; caro enim putrida resecanda est, 5. quæstione 5. capitulo 1. & 24. quæstione 3. capit. resecandæ. In alija vero, qui sine culpa sua ab alija, vel casu fortuito mutilantur, irregularitatis causa est deformitas in membris apparentibus, vel debilitas in apparentibus, & non apparentibus.

16 Quinta regula, Vbicunque inciderit dubitatio, sitne talis deformitas, vel debilitatio, quæ faceret irregularem, standum est iudicio Episcopi, capitulo secundo, & ibi Anton. & Cardin. & Panormit. numero 1. & idem Panormit in capitulo 1. nume. 3. & Innocent. in capit. significauit. de corpore vitiat. Archid. in princip. distinctione 55. Hostiens. in Summa, libro primo, titulo, de corp. vitiat. §. & quæ impediant. Summa Astensis parte 2. lib. 6. titu. 21. quæstione 4. in fine, Summa Pisanella post Gofred. in verb. vitiatus corpore. §. quid de mutilatis, ante finem. Summa Angelica, in verbo, corpore vitiat. nume. 5. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 5. in fine. Syluest. verbo corpore vitiatus, nume. 2. q. 1. Tabiena in verbo, eodem, nume. 3. §. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de irreg. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 200. vers. sexto dico. Couar. in Clemen. Si furiosus, par. 1. initio relect. num. 5. versi. Prior regula, de homicid. Simon Maiol. libro 1. de irregul. capitulo 2. in princip. versic. tertia. & Henriquez lib. 14. de irregul. capit. 8. §. 1. Summa Corona tract. de irregul. num. 4. vers. sexto. Iacob. de Graff. lib. 4. capitulo 27. nume. 46. Quod vero Angelica, Tabiena, & Maiol. vbi suprà dicunt posse superiores religionum cum Re-

ligiosis

ligiosis exemptis dispensare, & iudicare de tali defectu, non recte dicitur, quia, vt ait Syluester, ille non habet ordines conferre, sed Episcopus, nunquam autem artifex inferior, vel non superior iudicat de materia, circa quam superior operatur, vel formam inducit, sicut, qui dolat lapides ad domum compaginandam non iudicat, quales esse debent, sed hoc accipit a compaginatore, & per se exequitur, vt ille iubet.

De defectibus corporis in particulari. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Monstruosi omnes irregulares sunt, & qui vt tales censendi.*
2 *Digitos sex habens an, & quando irregularis sit.*
3 *Gigantes, vel Pygmæi an, & quando irregulares sint.*
4 *Gibbosi an, & quando irregulares sint, iudicio episcopi relinquitur.*
5 *Oculis orbatus irregularis est.*
6 *Cæcus post receptum Sacerdotium effectus an a Papa dispensari possit, vt Missam celebret.*
7 *Cæcus, licet celebrare non possit, confessiones tamen audire, concionari, & iurisdictionalia exercere valet.*
8 *Oculo vno orbatus alium tamen integrum habens an irregularis sit.*
9 *Oculos maculatos habens, si exinde nimia deformitas sequatur, irregularis est.*
10 *Macula in oculo quando irregularitatem inducat.*
11 *Oculum vnum grossiorem altero habens, vel vtrumque promiuentem quando irregularis sit.*
12 *Oculos distortos habeus quando irregularis sit inditio Episcopi relinquitur.*
13 *Lippus quis censeatur, & quando irregularis sit.*
14 *Naso carentes irregulares sunt, & à solo Papa dispensantur.*
15 *Labia formaliter membra non sunt, quare tamen eis carentes irregulares sint.*
16 *Dentium defectus irregularem aliquem non efficit.*
17 *Surdus, & qui nullo modo audire potest, iure Canonico irregularis est*
18 *Manu vtraque, vel vna tantum carens iure naturali ab ordinum susceptione, & executione impeditus est.*
19 *Manus tremulas habens, ita vt periculum sit in tenendo calice, irregularis est.*
20 *Facie defectus an, & quando hominem irregularem efficiat.*
21 *Mutus, & lingua carens iure naturali ab ordinum susceptione impeditus est.*
22 *Claudi, & cruribus, vel pedibus carentes an, & quando irregulares censeantur.*
23 *Crura dentorta habens, irregularis non est.*
24 *Hermaphroditus, seu Androginus irregularis est.*
25 *Mulier celebranti nec in necessitate inseruire potest.*
26 *Dispensare in irregularitatibus ex defectu corporis prouenientibus solus Papa potest.*



Quantum ad quædam particularia & determinata corporis vitia, quid dicendum sit, facile colligi potest ex dictis, vt tamen certior huius rei notitia habeatur, de singulis corporis membris singillatim agendum est.

1 Monstruosi igitur omnes, scilicet, qui plura capita, plures manus, plures pedes habent solito, irregulares sunt, argumen. capit. qui in aliquo, distinctione 50. &c. quoniam. de offic. ordin. Si enim deformitas omnis notabilis satis est, ne quis promoueri debeat, ex Panorm. in capitulo 2. numero 4. de clerico ægrot. tum multo magis monstruosus ordinari nequit, cum monstra inter liberos non computentur quoad successiones, nec in patria potestate recipiuntur. l. non sunt, ff. de statu hominum. Ad monstra etiam pertinent illi, qui etiamsi habeant omnia membra, inter ea tamen maxima disparitas est, quæ deformitatem producit, ex Simone Maiolo, libro primo de irregul. capitulo 53. numero 1. & Alphonso Viualdo tractat. de irregul. numero 231. Habens autem sex digitos non est irregularis ex Maiolo vbi supra, numero 3. & Tabiena, in verbo
2 corpore vitiatus, numero 2. §. primo. Summa Confess. libro 2. tit. 1. quæstione 44. nisi talis defectus pariat deformitatem, quæ iudicio Episcopi, vt diximus, relinquitur. Vnde & tales inter liberos computantur. l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. Quod intelligitur, siue in pedibus, siue in manibus sex digitos habeant, cum digiti membra non sint. Et idem dicendum, quando habent eos coniunctos, dummodo ex hoc non sit impedimentum in vsu membri, ex Tabiena, cit. & Syluest. verbo, eodem numero quarto, quæstione tertia, si quis vero superfluos digitos haberet, vel alterum altero longiorem, & citra periculum possit amputare superfluitatem, non erit irregularis; quandoquidem superfluitas hæc digitorum nullam monstruositatem continet, cum physicorum ratione ex seminis abundantia, id fiat; & quia digiti membra non sunt, & tales inter liberos connumerantur; ideoque licitè possunt sibi eum superabundantem abscindere sine periculo irregularitatis, dum tamen nullum vitæ periculum incurratur, neque maior deformitas suboriatur, tunc enim non liceret, glos. in capit. qui partem. in verbo, digiti, distinctione 55. Syluest. cit. numero 4. quæstione 3. Maiol. lib. 1. de irregul. capitulo 14. nume. 15. & Henriquez lib. 14. de irregul. capitulo 8. §. 3. Id quod verum est, quando digitus ille superfluus liberum Eucharistiæ vsum non impediret, vt qui duplicatum pollicem, vel indicem haberet; si enim nihil obtrectationi Eucharistiæ obsit, videlicet duplicatis auricularibus, aut duplicatis solum pedum digitis, ad quoscunque ordines promoueri poterit. Hostiens. & Panormit. in capit. cum de tua, numero 3. de corp. vitiat. S. Anton. 3. par. tit. 29. capitulo 5. Alberic. in verbo, vitiatus. Maiol. libro 1. de irregul. cap. 14. numero 15.

3 Huc pertinent illi, qui irregulares sunt ob defectum, vel excessum debitæ naturæ, vt sunt gigantes, vel pygmæi, quorum si talis sit defectus, qui pariat deformitatem, ita vt ridiculo sint, erunt irregulares, alias admitti possunt, ex Maiolo. lib. 1. de irregul. c. 13. nu. 9. & Henriquez lib. 14. de irregul. c. 8. §. 3. & Alphonso Viualdo tract. de irreg. num. 133.

4 Idem dicendum est de gibbosis, & alijs habentibus alios huiusmodi defectus; relinquitur autem arbitrio Episcopi, vt videat si talis sit deformitas, vt repellatur ab ordinibus suscipiendis, ex Maiolo, libro 1. de irregul. capit. 19. num. 1. Alberic. in verbo, vitiatus corpore. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 44. Pisanella, verbo eod. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. c. 5. Angelica, verbo corpore vitiatus, nu. 4. Syluest. eod. num. 5. q. 6. & alij. Iacob. de Graff. lib. 4. decis. c. 27. num. 44. Toleto lib. 1. cap. 25.

Quod

5 Quoad oculos, cum certum sit oculos membra esse,
consequens est irregulares esse eos, qui oculis orbati
sunt, cap. fin. dist. 55. quod non solum verum est, quan-
do oculus est erutus, aut effossus, sed etiam quando eo
est orbatus, ex glo. in capit. 2. in verbo, in visu, de verbo.
signific. lib. 6. Imo qui in totum cæcus est, vel oculis pri-
uatus iure naturali videtur esse impeditus, quia aut non
potest, aut non sine maximo periculo celebrare valet.
Quod si quis iam Sacerdotio initiatus fiat cæcus, cele-
brare non potest, ex S. Thom. 3. part. quæstio. 82. art.
decimo ad tertiû. Soto 4. distinctione decima tertia, quæ
stio. prima, artic. decimo, ad 3. Summa Pisanella in ver-
bo, vitiatus corpore. Syluest. verbo, corpore vitiatus,
quæstio. 6. Tabiena, verbo, eod. num. secundo. §. primo,
Summa Astensi. part. 1. lib. 4. tit. decimotertio, articulo
secundo & par. 2. lib. 6 tit. 21. quæstio. 6. Maiol. lib. 1. de
6 irreg. cap. 20. nume. 1. & 2. & Alphonso Viualdo tract.
de irreg. nume. 139. Nonnulli tamen dicunt Papam ali-
quando dispensare, vt quis in totum cæcus factus post
receptum Sacerdotium in eo celebraret, vt Sotus vbi su-
pra, qui ait se vidisse cæcum a Papa dispensatum; si mo-
do alius Sacerdos, aut vir expertus adsit celebranti; &
Henriquez lib. 14. de irreg. capit. 8. §. 2. in annot. lite-
ra M. ait se vidisse quosdam dispensatos. Quod si ve-
rum sit, dicendum est illos non fuisse cæcos, ita vt nihil
omnino viderent, & consequenter, vt nô possent absque
periculo celebrare. Semel autem cæcus effectus, si vi-
sum recuperet etiam miraculose non prohibetur suis
ordinibus defungi, quasi cessante irregularitate, vt de
Abbate quodddam cui nomen *Spes*, erat, refert S. Greg.
lib. 4. Dialog. cap. 10. & de alijs idem refert Maiol. vbi
supra, vbi num. 2. docet, quod licet cæcus effectus con-
secrare non possit, nec alia ministeria exercere durante
cęcitate, in quibus visu opus est, alia tamen peragere
potest, vt confessiones audire, prædicare, & beneficium
retinere, dato ei coadiutore, argum. capituli secundi, &
Panorm. ibi de cleric. ægrot. & Rosell. in verbo, vitia-
tus, in princ. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 139.
& Sebast. Medic. p. 2. tit. 9. quæstio. 32. vt de venerabili
Beda legitur, qui licet cæcus effectus esset, mirabilem ta-
7 men in concionando se præbuit, ex Naucler. in anno
Domini 700. vnde teste eodem Maiolo, si quis cæcus
causa prædicationis promoueri velit, potest Papa di-
spensare vt & Sacerdos, & Episcopus fiat; etsi enim ob
defectum oculorum Sacerdotium in Sacramentis, & sa-
crificijs exercere nequeat, tamen confessiones audire,
concionari, & iurisdictionalia exercere valet; vt conti-
git Roberto Scoto cæco a puerili ætate, qui Parisijs
Theologiam perdidicit adeo insigniter, vt Romæ crea-
tus Sacerdos, & Archiepiscopatu Armacano in Hy-
bernia & Legatione pro Iulio III. fuerit perfunctus,
ex Surio in anno Domini 1551. & Maiolo citato.
Item qui vno oculo caret, est irregularis, vt autho-
res citati testantur, quia est membro corporis dimi-
nutus.

8 Quod si quæras, an, qui caret visu vnius oculi, habet
tamen alium oculum integrum, & sanum, irregularis
sit? Respondeo non esse irregularem; sic Nauarr. in
Manuali, cap. 27. num. 199. versic. quarto dico, & Hen-
riquez lib. 14. de irreg. capit. 8. §. 2. Gregor. de Valentia
tomo 4. disput. 7. quæst. 19. punct. 13. §. 2. Quia cum
adsit oculus, etsi visu careat, non est corporis membro
diminutus; & facilius cum eo dispensatur, qui habet
oculum sinistrum integrum, quam cum eo qui habet
tantum oculum dextrum, quia sinister oculus est magis
vtilis, & decens ad Canonem missæ legendum, qui enim
oculo illo careret, canonem oculo dextro aspicere non
potest sine indecentia, cum oportebit se vertere ver-
sus populum; sin vero orbatus esset oculo sinistro, &
legere posset oculo dextro sine vlla indecentia, ad ordi-
nes admitti posset, cessat enim ratio irregularitatis, cum
nec careat membro necessario, nec sit deformitas. Et
a fortiori admittendus esset, quando nihil videret ocu-
lo dextro, citra deformitatem tamen cum sinistro opti-
me videret, ex Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptì-
mo, numero 199. versic. quarto, dico, & Henriquez
libro decimoquarto, de irregul. cap. 8. §. secundo, & Si-
mon Maiol. lib. 1. de irreg. capit. 20. num. 4. & versic. il-
le quoque. & Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat.
cum corpore vitiato. Alphonso Viuald. tract. de ir-
regularit. num. 142. & Summa Corona tit. eod. numero
9 4. versic. sexto.

Item, qui maculatos habent oculos, si sit nimia de-
formitas, erunt irregulares, cap. cum de tua, de corpore
vitiat. Summa Pisanella, in verbo, corpore vitiat. §.
vtrum claudus, ver. cæcum. Angelica, in verbo, corpore
vitiat. num. 2. Syluest. eod. q. 6. Tabiena, eod. num. 2. §.
primo. Idem de habentibus maculam, vel albuginem
in oculo, ex Alphonso Viualdo tract. de irreg. nu. 145.
Toleto lib. 1. capit. 25. & quamuis Angelica, Tabien. &
Rosella, in verbo, vitiatus corp. velint talem irregula-
ritatem tolli per ingressum religionis; contrarium ta-
men verius est, quod nec religiosus & professus factus,
nisi per Papam dispensatus sit, potest promoueri, ex In-
nocent. in capit. cum de tua, de corpore vitiat. Astens.
par. 1. lib. 6. tit. vigesimoprimo, quæst. 6. Syluest. in ver-
bo, corpore vitiat. q. 6. Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 20. nu-
mero 6. Alphonso Viualdo tractat. de irregularitate,
num. 146. & Henriquez lib. 14 de irregularitate, capi-
tulo 8 §. 2. facilior autem esset dispensatio eius, qui reli-
gionem ingressus est, quam eius, qui sæcularis Cleri-
cus fieri vult. argum. d. capituli cum de tua. de corpore
vitiat. & DD. cit. An vero sit notabilis defectus, iudi-
cabit Episcopus: si enim non sit, irregularis non erit
censendus, sin autem fuerit, a solo Papa dispensabitur.
Illa autem macula in oculo irregularem efficit, quæ si-
10 ne subtili inspectione offert se videntium conspectui:
alioqui, si primo intuitu ea macula non appareat, non
est habenda in consideratione ad impedimentum pro-
motionis. sic Iacob. Aluar. quem refert Panormit. in ca-
pitul. cum de tua, in fine, de corpore vitiat. & Petrus de
Samp. quem refert, & sequitur Astensis, in Summa, par.
2. lib. 6. titul. 21. quæstione 6. & Maiol. lib. 1. cap. 20. nu-
11 mero 6. in fine. Ioseph Angles in Florib. 4 Sent. vbi su-
pra. Iacob. de Grafijs citat. numero 42. & 43. Huc
etiam reducuntur, qui habent vnum oculum grossio-
rem altero, vel vtrumque prominentem, huiusmodi enim
non sunt irregulares, nisi sit nimia deformitas; ex gloss.
in cap. cum de tua, in verbo, visum fuerit, & ibi Panor-
mitan. numero 3. de corpore vitiatis. Summa Asten-
sis, part. secunda, lib. 6. titul. vigesimoprimo, quæst. 4. &
citat Goffred. & Bernard. Rosella in verbo, vitiatus
corpore; Syluest. verbo, corpore vitiat. quæstion. sexta,
Maiol. libro primo, de irregularit. capitul. decimo, nu-
mero 6. ver. huic confine est, & facit l. qui clauum, in
princip. ff. de ædil. edict. & Henriquez lib. 14. capit. 8.
§. secundo de deformitate, an notabilis sit, necne, iudica
bit Episcopus.

12 Idem dicendum de eis, qui habent oculos distortos,
quos vocamus Strabones, de qua deformitate iudex erit
Episcopus, an sit notabiles, ita vt promotionem impe-
diat, ex Doctoribus proxime citatis.

13 Idem etiam iudicandum de lippis, & eis, qui palpe-
bris carent; lippus autem dicitur, qui oculos lachryman-
tes habet perpetuo; Non tamen lippitudo omnis impe-
dit promoueri, sed ea sola, quę minus aerem habet de-
stillationem, & putrescentem, & quę horrorem inspi-
cientibus affert absque subtili inspectione, vnde res to-
ta ab arbitrio Episcopi dependet, ex Maiolo libro pri-
mo, de irregularit. cap. vigesimo, num. 5. & Henriquez
vbi supra. Alphonso Viualdo tract. de irregularit. nume-
ro 144.

14 Quoad defectus nasi, certum est carentes naso esse irregulares, carent enim membro venustissimo, cuius privatio magnam inducit deformitatem, per quam personæ claritas obscuratur. vnde idem de hoc, quod mutilato dicendum est, & a solo Papa dispensantur. Tabiena verbo, dispensatio, nume. 13. versi. decimo septimo. Maiol. lib. 1. de irreg. cap 22. num. 2. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 152. & Henriquez lib. 14. de irregul. cap. 8. §. 3 Habentes autem nasum distortum, vel nimis grandem, vel breuem, an sint irregulares iudicio Episcopi relinquitur, an sit deformitas, quæ scandalum pariat.

15 Item licet labia formaliter membra non sint, quia tamen formam, & speciem dant corpori, & sine quibus corpus deforme esset, consequenter qui labijs carent, aut ea notabiliter deformia habent, irregulares sunt; & ij maximè, qui labia corrosa habent, ita vt cibum, aut liquida vix continere possint, vnde tales nec ad Sacerdotium, nec ad Sacros ordines promoueri possunt, ob maximum periculum in Eucharistiæ sumptione, in quo etiam defectu iudicabit Episcopus, quid agendum sit, ex Maiolo lib. 1. de irreg. capitulo 25. Alphonso Viualdo tract. de irregul. numero 151. & Henriquez vbi supra.

16 At vero defectus dentium nullum irregularem constituit, dentes enim in iure non dicuntur membra corporis. Innoc. in cap. significauit. & in ca. exposuisti. de corpore vitiat. Panorm. in capit. ex parte, 1. num. 5. tit. eod. Summa Confess. lib. 2. ni. 1. q. 42. circa medium. Bart. in l. is cui. ff. de ædil. edict. Socin. in ca pit. sententiam, 4. parte principali, q. 31. ne clerici vel monachi, & Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 24. num. 1. Alphons. Viual. tract. de irregul. numero 154. & 156. & Henriquez lib. 14. de irreg. c. 8. §. 2. in fine, vbi in annot. littera S. docet proinde euellentem pugno dentem alterius non fieri irregularem.

17 Quoad defectus aurium, dicendum est, Surdus, & qui nullo modo audire potest, iure Canonico irregularis est & ideo nec promouendus est, & promotus deijci debet. Altera verò tantum aure surdus, item surdaster, difficulter audiens, non est irregularis, ex Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 25. nume. 1. & Alphonso Viualdo tract. de irregul. num. 156. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 27. numero 51. dummodò vtramque habeat aurem. Qui vero viraque aure priuatus est, vel vna tantum, aut parte notabili auriculæ, irregularis est, quia est membro corporis diminutus, ex Maiolo, libro primo, de irregul. capit. 25. numero 5. & fauet gloss. in capitulo singula, in verbo, oculus, distinct. 89. vnde & eius defectus notabilis irregularem hominem efficit, sicut & mutilatus in membro visibili irregularis est, id quod maxime procedit, quando eam amiserit dando operam rei illicitæ, in duello, aut sponte sibi eam præciderit, aut in pœnam culpæ illa priuatus sit, ex Nauar. in Manuali capit. 27. numero 222. versic. septimo. Maiol. lib. 1. c. 25. nume. 5. Alphonso Viualdo tract. de irreg. numero 158. & Henriquez lib. 14. capitulo. 8. §. 3. si quis tamen per vim priuatus sit auribus, vel vna auricula ab hostibus, iusta ratione admitti, & excusari possit ab irregularitate, vt Maiol. Henriquez, & Viuald. numero centesimo quinquagesimo nono.

18 Quoad defectus manuum; Qui vtraque, vel altera manu carent, iure naturali impediti sunt ab ordinum susceptione, & executione. Item qui habent in manibus deformitatem notabilem, sunt irregulares: sin vero nullo modo hostiam contrectare, vel frangere, vel in manibus tenere possunt, iure naturali impediti sunt. Sic etiā, qui habent manus inarticulatas, & inefficaces ad celebrandum, sunt irregulares, is enim dicitur carere membro, qui habet illud inefficax, argum. capit. sicut vrgeri. 1. quæstio. 1. & Maiol. libro primo de irregul. capit. 14. numero quinto. Item habentes manus tremulas vt periculum sit in tenendo calice, irregulares sunt, quando autem tale periculum sit, iudicabit Episcopus, ex eodem Maiolo, numero 9. & Specul. ab eo citatus. & Toleto libro 1. Instruct. Sacerd. capit. 25. Item, qui carent pollice, vel indice, irregulares sunt, immo pollice carentes sunt iure naturali impediti. Illi vero, qui vno digito, vel pluribus carent, si deformitatem habent notabilem, irregulares sunt, vt sunt illi, quibus crucis signum, aut benedictio datur, aut Sacramentum Eucharistiæ tractatur. Alberic. in verbo, mutilatur, & in verbo vitiatus. Rolella in verbo vitiatus. Syluest. verbo homicidium. 3. quæstio. 3. versic. quartum. Maiol. libro primo capitulo 14. numero 12. Si tamen nullam deformitatem habent, non erunt irregulares. Item qui vnguibus in totum carent, irregulares sunt, vel ob deformitatem notabilem, vel ob periculum, aut difficultatem contrectādi hostiam, vel frangendi, aut tenendi calicem; sin autem nec sit deformitas, nec periculum in celebrando, non sunt irregulares, quia vngues non sunt membrum, vt colligitur ex ca. fina. de corpore vitiat. Et denique illi qui plures solito digitos habent, si deformitatem notabilem habeant, sunt irregulares, qui vero duos, aut tres digitos coniunctos habent, Episcopi iudicio relinquuntur, ex DD. citatis.

20 Quoad defectus faciei, in qua præcipue cernitur claritas personæ, si talis sit defectus qui nimium turpem, & deformem reddit, irregularitatem efficit. Syluest. verb. homicidium. 3. quæstio. 3. versic. tertium. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. num. 27. versic. vigesimo sexto. Maiol. libro 1. de irregul. numero 148. & Henriquez libro 14. capitulo 8. §. secundo. Quod si habeat os distortum, vel cicatrices in facie, id relinquitur iudicio Episcopi, vt iudicet, an notabilem pariat deformitatem, Color autem fuscus, aut niger in vultu, & color eorum qui Regio morbo laborant, qui morbus croceo colore totum corpus, sed præcipuè faciem suffundit, non facit irregularem, ex Maiolo, cit. nume. t. Viualdo, numero 148. & Henriquez d. §. secundus Mentagræ vero morbus, qui & Lichen dicitur, qui totam faciem fœdo furfure occupat, & solo osculo inficit, & fœdus, & horridus est, & morbus incurabilis, & apparens, irregularem facit, Maiol. & Henriquez ubi supra, post Specul. in cap. si forte, numero quinto de elect. libro sexto per cap. pen. de cler. ægrot.

21 Quoad defectus linguæ, qui mutus est, & lingua caret, nec ullo modo loqui potest, iure naturali impeditus est; Sic etiam qui linguæ usum perdidit, aut non potest se explicare, irregularis est, ne promoueri possit, & propter impossibilitatem perdit ordinis executionem. ex S. Thom. 3. parte quæstione octuagesimasecunda, articulo decimo, ad 3. Sotus 3. distinctio decimotertio articulo fina. ad tertia. Tabiena, uerbo, corpore uitiat. numero secundo, §. primo. in fine. & Maiol. libro primo, de irregular. capitulo uigesimosexto, numeto secundo, Alphonso Viualdo tract. de irregul. numeto centesimo sexagesimosecundo & Iacobo de Graff. libro quatto, capitulo uigesimo septimo, numero quinquagesimo & Henriquez lib. 14. capitulo octauo §. secundo Qui uero impeditioris sunt linguæ, aut blesi, ut Moses, aut balbi, ut Demosthenes, qui calculis sub lingua positis, R. literam postea didicit, non sunt irregulares. Maiol. numero tertio Iacob. de Graff. lib. 4. capit. 27. nume. 50. & Henriquez vbi supra, nisi forte notabilem difficultatem in loquendo haberent. Et qui ob apoplexiam, vel alium morbum linguæ vsum amiserant, postea morbo cessante non erunt irregulares. De quo defectu iudicabit Episcopus, sicut de alijs, ex Viualdo cit. numero 163.

22 Quoad eos, qui claudi sunt, dicendum est, quod si quis ita cruribus, vel pedibus careat, vt nullo modo acce-

accedere possit ad altare, iure naturali impeditus est. Item si nullo modo pedibus suis stare potest, iure naturali impeditus est, si verò stare potest, aut accedere ad altare, & ita claudus natus est, vel sine culpa sua sic factus est, si non pariat notabilem deformitatem, ex causa vrgenti dispensari potest, dummodò talis sit defectus, vt sine baculo, aut ligneo pede ad altare accedere queat. Si enim altaris scalas per se ascendere nequeat, irregularis est, capit. nullus Episcopus, de consecrat. distinct. prima, & ibi gloss. in verbo, cum baculo, & eadem glos. in capit. si quis in infirmitate, distinctione 55. Summa Pisanella, in verbo, vitiatus corp. §. verum claudus. Angelica, verbo, corpore vitiatus nu. tertio. S. Anton. tertia parte, titulo vigesimoseptimo, de irregul. capitulo quinto. Syluest. verbo, corpore vitiat. quæstione quinta. Tabiena, eod. §. primo, in fine. Nauarr. in Manual. capit. 27. num. 199. Simon Maiol. libro primo, de irreg. cap. 18. numero secundo. Iacob. de Graff. libro 4. cap. vigesimoseptimo, numero 44. Tolet. libro primo cap. 25. & Henriquez lib. 94. cap. 8. §. primo. Cum religiosis verò falsò docent Host. quem refert, ac sequitur Astensis, par. secunda, libro sexto, titul. 21. quæstio. 2. & Rosella verbo, vitiatus corp. Maiol. libro 1. capit. decimooctauo, num. 3. posse Episcopum dispensare, vt cum pede ligneo celebrét, ex Syluestro, verbo, vitiatus corp. quæst. 10. Non sunt tamen irregulares ij, qui habent cru-
23 ra distorta, cum vestitus tale corporis vitium commodè tegere possit.

24 Quoad defectum sexus, constat hunc facere irregularem, maxime si sit Hermaphroditus, seu Androgynus, capit. si testes, quarta quæst. secunda, & terna. §. Hermaphroditus, & ibi Archid. & glo. Sin verò magis vergat in sexum fœmineum, nec characterem ordinis suscepit, cum sit incapax ordinis. Vnde Christus B. Virginem omnium Sanctissimam ad ordines non elegit; Immò mulier adeo excluditur à ministerio ordinum Sacrorum, vt nec celebranti seruire possit vrgente necessitate, ex Archid. in capit. Hoc quoque. de consecr. distinct. prima. Maiol. libro primo de irregul. capit. 28. numero sexto, prohibetur enim accedere ad altare, vt presbytero ministret. cap. e. primo, in fine. de cohab. Cleric. Si verò magis incalescat in virum, quam in fœminam, si ordines suscipit, imprimitur character, sed perpetuo, suspendi potest ab ordinum executione. Si verò incalescat æquè sexus virilis, & muliebris, recipere non potest characterem, quia nec vir, nec fœmina dici potest. Summa Astensis. par. secunda libro sexto, tit. vigesimosexto, in fine. S. Anton. 3. part. titul. vigesimonono, de irreg. capit. sexto, §. hermaphroditus. Nauarr. in Manuli, cap. vigesimoseptimo, numero 203. versic. decimoquinto. Iacob de Graff. libro quartu, capit. 27. numero 49. Sebast. Medices, parte secunda, titulo nono, quæst. 32. Toletus libro primo, capit. 25. Maiol. libro primo, cap. 27. num. 3. & Henriquez lib. 14. de irregul. capit. 8. §. 6. Tabiena, verbo, corp. vitiat. num. 5. in fine. Viuald. num. 136.

26 Quoad dispensationem in his omnibus irregularitatibus, etsi gls. in ca. significauit, in verbo nostra, de corpore vitiat. & Hostiens. in summa tit. end. & Astensis par. secunda lib. 6. tit. vigesimoprimo, quæst. 5. Tabiena, in verbo, corpore vitiat. §. primo. Syluest. end. quæstio. 10. Villadiego de irregul. col. 49. & Maiol. libro primo de irreg. capit. 14. nu. decimoquinto, velint Episcopum posse in istis dispensare, alij tamen, vt Innoc. in d. capit. significauit, & ibi Panorm. num. 2. & Staph. de literis gratiæ. & iustit. par. 2. fol. 139. Nau. in Manuali, cap. 27. num. 200. ver. octauo, dico. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. Couar. in Clem. si furiosus, part. 1. initio relect. num. 7. de homicid. Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 2. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte prima, lib. 4. c. 8. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 174. Sebast. Med. par. 2. tit. 9. quæst. 32. & Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 2. & §. 4. rectius docent solum Papam dispensare, immò Staphil. & Couar. docent Papam rarissime dispensare solere in hac irregularitate prouenîente ex vitio corporis, maximè quando est aliqua apparens, manifesta, & notabilis deformitas. Potest tamen Episcopus, quando res est dubia iudicare, quis defectus, vel deformitas sit talis, vt irregularitatem inducat. Quod verò in d. ca. significauit, dicitur, *Auctoritate nostra fretus tua*, quasi de inde inferri velint, posse Episcopum auctoritate etiam sua dispensare in hac irregularitate, ex Panormitan. ibi, num. secundo, & Couar. citat. intelligitur de dispensatione Episcopi auctoritate Apostolica præstita, ac sibi delegata: Quasi diceret, *Auctoritate nostra*, subintellige, & per consequens, *tua*, & ideo sibi commissa, quia etiam *tua* dicitur, quia nec alijs committere potas, vt exponit Panormitan. Vnde falluntur, qui docent posse Episcopum dispensare cum religioso, immo posse superiorem, si defectus post professionem acciderit, vt claudus celebret cum pede ligneo, vt ex dictis constat, nec vllo modo in praxi sequenda est eorum opinio.

De Irregularitate ex morbo, vel infirmitate corporis prouenîente. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Irregularitates ex morbo, vel infirmitate corporis prouenientes quænam sint.*

2 *Morbus, aut infirmitas, quæ horrorem, deformitatem, aut scandalum generat, irregularem efficit.*

3 *Capitis dolor, seu vertigo quando irregularitatem inducat.*

4 *Febres continuat, & vehementes patiens an, & quando irregularis censendus.*

5 *Morbo Gallico, aut alio contagioso laborans quando irregularis fit.*

6 *Capillis, aut barba carent an, & quando irregularis sit, iudicio Episcopi relinquitur.*

7 *Leprosus nec ad ordines assumi, nec vt inter alios celebret, admitti debet.*

8 *Lepram habenti beneficium Parochiale superueniens aliquem beneficio non priuat.*

9 *Scabies multa, & ingis irregularitatem inducit, & ex qua causa vt plurimum nascitur.*

10 *Paralyticus nec ad ordines promoueri, nec promotus in susceptis ministrare debet.*

11 *Morbus caducus seu* Comitialis, *irregularem efficit, & vnde sic dictus sit.*

12 *Morbus caducus an cessauerit, quando cognosci possit.*

13 *Morbus omnis apparens, & incurabilis irregularitatem inducit.*

14 *Dæmoniacus, & energumenus irregularis est, & perpetuò à susceptis, & suscipiendis ordinibus excluditur.*

15 *Vinum bibere, aut retinere non valens ad Sacerdotium promoueri non potest.*

16 *Missæ Sacrificium in sola panis consecratione, etiam ex Papæ dispensatione administrari nequit.*

Vu 2 Varias

1 VArias Irregularitates ob morbum, & infirmitatem corporis prouenientes enumerat Simon Maiol. libro secundo, de irreg. Nam irregulares ait esse, qui frequenter capitis dolorem patiuntur, vt libro secundo, capit. vigesimotertio. Idem docet de ijs, qui chiragram in manibus, aut podragam in pedibus patiuntur, libro secundo, c. 21. Idem de illis asserit, qui peste, vel morbo aliquo contagioso laborant, lib. 2. cap. 20. Et etiam qui morbo Gallico laborant, irregulares esse tradit lib. 2. capit. 19. vbi etiam idem tradit de eis, quibus capilli capitis in totum exciderint, vel barba ex toto excidit ob lasciuiam, vel libidinem, citans ad hoc capit. Sacerdotes, distinct. 50. Immo etiamsi capilli exciderint a barba ob morbum, vel casum, irregularitatem contrahi docet. Quæ tamen omnia promiscue, & absque distinctione, aut iuris expressione asseruntur; In iure namque expressum non est, prædictos irregulares esse; quare res aliter a nobis explicanda erit; id quod clarioris doctrinæ causa in sequentibus dictis præstandum erit.

2 Primo igitur regula communis est, quam tradit San. Thom. in 4. distinct. 9. artic. 4. quæst. 3. ad 3. & 3. par. q. 82. art. vlt. ad tertium, morbus, aut infirmitas, quæ horrorem, deformitatem, aut scãdalum generat, & promotionem, & suscepti ordinis executionem impedit; Item si morbus inducit ineptitudinem, vel impossibilitatem ad vsum ordinum, tunc eo morbo laborans naturali iure ad ordines impeditus est, quantumuis nihil in iure ad ordines impeditus est, quamuumuis nihil in iure expressum sit. Ratio est, quia necessarium non fuit, vt in iure exprimeretur, quoniam sic laborantes iure naturali impediti sunt; cum enim irregularitas iure Canonico inducta sit, & consequenter auctoritas Papæ dispensabilis; sicut ij, qui iure naturali impediti sunt ob aliquem corporis defectum, & inhabiles prorsus ad vsum ordinum, irregulares non sunt, sed iure naturali impediti, in quibus nec Papa dispensare valet, vt verbi gratia mutus, vel lingua carens; aut vna, vel vtraque carens manu; aut qui cruribus, vel pedibus priuatus est, ita vt ad altare accedere non possit vel ibi stare; ita plane morbus ineptum reddens, ad ordinum vsum iure naturali laborantem impedit, ita vt nulla in eo dispensatio esse possit quamdiu tale impedimentum durat, & hoc, quamuis in iure nihil fuerit expressum. Ex qua regula colligitur, quodnam ad inducendam irregularitatem sufficiens sit impedimentum, & quid de morbis a Maiolo positis sentiendum sit.

3 Secundo, capitis dolor, siue vertigo, si inducat periculum in celebrando, vel omnimodam impossibilitatem, tunc iure naturali impedimentum est ad ordines vel suscipiendos, vel susceptos exercendos, quamuis nihil in iure expressum sit; vbi verò quis in totum liberatur, nulla restat irregularitas, quo sensu intelligendus est Iacobus de Graff. lib. quarto, cap. vigesimoseptimo numero 48.

4 Tertio, Qui patiuntur febres continuas, & tam vehementes, quæ mentis alienationem inducunt, aut podagram, vel chiragram quæ manuum, aut pedum vsum ita impedit, vt nec Sacramentum tractare, nec ad altare stare valeant, durantibus morbis istis, iure item naturali impediti sunt ad ordines sumendos, vel exercendos; cessantibus autem huiusmodi morbis, cum nullum sit impedimentum, nulla est irregularitas, quia nihil de istis in iure expressum est. Qui vero iam promotus esset, non excluditur ab omnium ordinum administratione, sed eorum tantum, qui impediente chiragra vel podagra exerceri non possunt, ex Maiolo, libro secundo, capitulo vigesimoprimo, numero secundo. Quæ vero de febri diximus, de continua intelligenda sunt, in febribus enim leuibus, aut etiam quartanis, quæ sua habent quietis interualla, nihil obstat, quo minus quis promoueri possit, si liberum vsum corporis permittant, ea præsertim hora, aut die, qua vacat febris. Monet tamen Maiolus, libro secundo, capitulo 22. numero 1. ne promotus celebret sine coadiutore assistente, qui febris inualuerit, succurrere possit, & mysteria, si opus fuerit, perficere, argumen. capitulo nihil. & capit. illud. 7. quæst. 1. semper autem in his, & alijs morbis relinquitur arbitrio Episcopi, vt videat, quis morbus impediat, ne promoueri possit, aut promotus officia solita exercere, argumen. capitulo 1. & ibi Innocent. & Panormit. in fine, de corpore vitiat. & capit. 2. & 3. de Cleric. ægrot.

5 Quarto, Qui morbo Gallico, vel alio morbo contagioso laborant, si ita vehemens sit, vt causet vlcera, deformitatem notabilem, vel scandalum, vel horrorem, erunt irregulares; Quod si tantum causet internos cruciatus, cum articulorum inflatione, membrorum, ac neruorum contractione, sine vllo extrinsecus vlcere, dummodo omnis absit deformitas, non causabit irregularitatem, nisi forte ex criminis notorietate proueniat, puta ex turpi libidine, tunc enim isti, sicut alij infames, irregulares erunt, vnde difficulter admittendi erunt huiusmodi ad ordines.

6 Quinto, si cui capilli ex capite, vel ex barba in totum exciderint, nihil est in iure expressum, quare recurrendum est ad regulam iuris generalem, Si enim illa contingant ex aliquo facto infami, puta ex lasciuia, & libidine, tunc inducunt irregularitatem ob illam infamiam vnde oriuntur, cum infames iure Canonico irregulares. Sint vero non proueniant ex aliqua infamia; tunc quidem si hæc aliquem notabilem deformitatem inducunt, aut scandalum, aut horrorem, irregularem efficiunt propter deformitatem, & scandalum. Quæ res arbitrio Episcopi relinquitur, vt iudicet, quando talis sit deformitas, vt vel promotionem, vel susceptorum ordinum executionem impediat.

7 Sexto, leprosus nullo modo ad ordines assumi debet, nec quidam, vt inter leprosos celebrare possit, sin autem promotus fuerit, non debet coram sanis celebrare, quamuis si non sit nimia deformitas, posset in occulo priuatim celebrare. Coram leprosis autem, qui habere debent propriam Ecclesiam, & presbyterum, potest publice celebrare, & ministrare eis Sacramenta, nisi forsan tam grandis lepra foret, vt vel manus, vel labia corrosa essent, aut alia membra impedita haberet, per quæ celebrare decenter non posset, ita vt vltra horrorem, & deformitatem, periculum sit maximum effusionis sanguinis. Quæ omnia colliguntur ex capit. cum percussio, capit. de rectoribus, & capit. tua nos, & ibi gloss. de Cleric. ægrot. & gloss. in Summa, septima quæstione prima, in verbo, quod autem viuente San. Thom. quarta distinction. nona, artic. quarto, quæst. tertia, ad tertia, & tertia par. quæst. octuagesima secunda, artic. finali, ad tertium, Summa Pisanella, in verbo, leprosus, §. finali, & in verbo vitiatus corpore, §. tertio, San. Anton. tertia par. titulo vigesimonono, de irregularit. capit. quinto. Summa Confessorum, libro secundo, tit. primo, quæstion. quadragesimatertia, Summa Astensi par. prima. libro quarto, tit. decimotertio, artic. secundo, in princip. Angelica, in verbo, corpore vitiatus, numero 9. & in verbo, leprosus, numero sexto, Syluest. verbo, corpore vitiat. quæstion. sexta. Tabiena, eodem numero quarto, §. tertio, Alberic. in verbo, leprosus. Gugliel. & Hugol. in capit. hinc etenim, distin. 49. Specul. in titul. de dispensat. §. iuxta, versic. item à percussor. Martin. Ledesm. secunda quarti, quæst. vigesimasexta, artic. 2. tract. de irregul. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 202. versic. decimotertio. Maiol. lib. 2. de irreg. cap. 18. nu. 1. & 2. Iacob. de Graff. lib. 4. ca. 17. numero 47. Sebast. Medic. par. 2. tit. 9. quæstion. 32. & Henriquez lib. 14. capit. 8. §. 8. Ex quibus addo, quod

si haben-

si habenti beneficium parochiale, & promoto in Sacer-
8 dotium talis morbus lepræ contingat, non est priuandus beneficio suo, sed interdicenda erit illi omnis administratio, si hæc duo concurrant, scandalum populi, & plebis abominatio; & dari debet ei coadiutor, assignata ei congrua sustentatione, capit. de rectoribus, de Cleric. ægrot. Aut si opportunius videatur, remoueri potest a beneficio, & alius eius loco instituendus reseruata congrua portione leproso ad victum, & vestitum, ex Rosella, & Angelica, cit. in verbo, leprosos, & Maiol. lib. 2. capit. decimooctauo, numero secundo, & colligitur ex d. capit. tua nos; sin autem beneficium ita tenue sit, quod vtrique non sufficiat, tunc Panormit. in capit. de rectoribus, num. 6. de Cleric. ægrot. ait, quod prælatus infirmus ex æquitate præferendus est, & ad prouidendum coadiutori compelli debent parochiani, & faciunt, quæ habentur in cap. omnis Christianus, & ibi gloss. in verbo, vacuus, de consecrat. distinct. 1. Cessante autem lepra, & ordines suscipere, & susceptos exercere potest.

9 Septimò, scabies multa, & iugis, cum sit similis, & affinis lepræ, quæ non sine suspicione luxuriæ hominem inuadere solet, quia ex eadem causa plerumque qua lepra, scilicet ex amabili originem ducit, vt scribit Hier. Capuccin. de comitial. morb. libro secundo, fol. 53. & difficulter excutitur, quia liberum vsum manuum impedit, & Sacramenti contrectationem, irregularem constituit, ita vt nec promoueri, nec in susceptis ordinibus ministrare permittat, ex Maiolo libro secundo, de irregular. capitulo decimo octauo, nu. 4. & Henriquez libro 14. cap. 8. §. 8. quorum opinio vera est, quando nimiam secum deformitatem afferret, alias impedimentum tantum esset temporaneum, non autem irregularitas. Nec sine maxima causa, admittendi erunt tales ad ordines, ex Speculat. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. item in veteri, & faciunt Leuit. 21. Deuter. 28. & capit. hinc enim, distinct. 49. & Gregor. libro primo Pastor. capit. 11.

10 Octauò, laborantes paralysi, vel apoplexia irregulares sunt, siue dissolutæ sint manus, siue pedes, siue lingua, siue alia quælibet pars corporis, ex Maiolo, libro secundo, cap. 24. num. 1. & citat S. Thom. tertia part. q. 82. artic. fin. & Tabiena, verbo, corp. vitiat. num. 4. §. tertio, & Henriquez lib. decimoquarto, capit. 8. §. 8. & de Paralysi probatur, ex capit. vlt. de Cleric. ægrot. De apoplexia vero probatur, quia si paralysis irregularem efficit, eo quod vnum tantum membrum dissoluit, quanto magis apoplexia, quæ totum corpus, omniaque eius membra ita corripit, vt vel inutilia reddantur, vel mors subsequatur, nimia enim cogitatione, aut somnolentia, vel crapula, vel etiam aliquando ex nimia frigiditate apoplexia procedit; vnde talis nullo modo promoueri debet, nec promotus administrare debet, sicut nec paralyticos; vna enim est vtriusque impedimenti ratio. His tamen si post promotionem huiusmodi morbi contingant, dandus est coadiutor, seruato illi honore cap. fin. de Cleric. ægrot.

11 Nonò, morbus caducus, qui aliquando dicitur, morbus comitialis, eo quod hac ægritudine laborantes, in agendis comitijs maximè detegi solerent aliquando, morbus Herculeus, quod Herculem vexarit; aliquando vero Epilepsia vocatur, quasi membrorum, maximè autem capitis correptio, & contractio, irregularem efficit, ita vt nec promoueri quempiam patiatur, quamuis homo semel tantum hoc malum passus sit, & iam omninò sanus esse videatur, & hoc ob periculum in morbum illum incidendi postea, & propter morbi illius horrorem; qui enim eo laborant; cadendo rugitum emittere solent, qui rugitus inde nascitur, quod stipatis venis difficilis est aeris respiratio, ex Hieron. Capuccio. libro secundo, fol. decimo, & decimosexto, & seq. & libro secundo, fol. 45. de comitiali morbo. Spumam etiam permaximam ex ore mittere solent, quia pulmo valde afficitur nimia interni motus vehementia. Si autem iam promotos in hunc morbum inciderit, & per vertiginem, & syncopem sæpe in terram cadat, omninò abstinere debet a celebratione Missæ propter periculum, ne in consecratione deficiat. Si ratio id contingat, sed spumam euomat, & cum clamore, & confusione vocis, præsumitur dæmoniacus, de quo infrà, & priuari debet vsu ordinis. Si autem raro, & sine eiectione spumæ, & vocis confusione, & appareat plenè liberatus, ad susceptos ordines exercendos restitui poterit, dummodò assistentem ibi Sacerdotem habeat, qui, si casus contigerit post cœptum canonem, succurrere, & perficere possit. Quæ omnia colliguntur ex capit. communiter. & ibi gloss. in verbo, de ijs, distinct. 33. & capit. in tuis litteris, & capit. nuper, septima quæst. secunda, & capit. cum inter canonicos, de elect. & faciunt, capit. illud. & capit. nihil, septima quæst. 1. Summa Pisanel. in verbo, vitiatus corp. §. quid de furiosis, S. Anton. tertia part. tit. vigesimonono, de irregul. capit. 5. in fine Summa Astensi, part. lib. 4. tit. 15. artic. secundo, quæst. 3. Angelica verbo, corp. vitiat. num. 7. Syluestro verbo, eod. quæst. 8. Tabiena, eod. numero 4. §. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. vigesimasexta, artic. secundo, tract. de irregular. Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, num. 203. vers. decimoquarto. Alberic. & Rosella, in verbo. vitiatus corpo. Maiol. lib. 2. capit. 16. numero 3. & 4. Alphonso Vivaldo tract. de irregul. numero 177. & num. 181. & num. 183. Iacobo de Graff. libr. 4. capit. 27. num. 47. Sebast. Medic. part. 2. tit. 9. quæst. 32. Toleto lib. 1. capit. 25. & Henriquez libr. 14. capit. 8. §. 8. Qui etiam authores eadem plane, ijsdem in locis furiosis, & amentibus, & lunaticis tradunt, & colliguntur ex capit. maritum, & capit. communiter, & capit. Clerici, & capit. vsque adeo, distinct. 33. Angelica, citat. num. 8. & Maiol. lib. 2. cap. 15. & Henriquez lib. 14. capit. 8. §. nono.) nimirum, quod istis dari debet coadiutor, quando talis morbus contigerit post beneficium, aut ordinem susceptum. Quanto autem tempore debeat expe-
12 ctari ad probandum tales, vtrum liberati sint, & qualiter, quamuis alibi in iure assignentur triginta dies, vt capit. nuper. 7. quæstio. secunda, aliquando vero assignatur tempus vnius anni, vt capit. communiter, distin. trigesimatertia, Mensis quidem vt cognoscatur, an sit comitialis, vel dæmoniacus, annus verò an sit perfectè liberatus; communis tamen DD. quos retulimus, opinio est tempus probationis arbitrarium esse, pensatis conditionibus morbi, & personę, & dignitatis semperque Episcopus iudicium Medicorum in hac re sequi, & inquirere debet. Addunt etiam præfati DD. maximè Ledesm. Nauar. Henriquez, Viualdus numero 188. Iacobus de Graff. & Sebast. Medices, solum Papam in irregularitatibus huius capitis dispensare, argum. cap. at si Clerici. §. 1. de iudic. immo nec in illis sine maxima, & vrgenti causa dispensat.

13 Decimò, omnis morbus apparens, & incurabilis, vt phthisis, pestis, seu pestilentia irregularem ita facit, vt nec promoueri possit, nec in susceptis ministrare, qui ea laborat, maximè cum periculum sit, ne halitu, aut fœtore alios inficiat, argumen. capit. ex parte, de Cleric. ægrot. Specul. in capit. si forte, num. 5. de elect. libro 6. Maiol. lib. 2. cap. 20. & Henriquez lib. 14. capit. 8. §. 8. Sic etiam tussis, quæ non tutam Sacramenti susceptionem reddit, irregularem efficit, illa durante: Quibus omnibus addo, quod quandocumque infirmitas cessat, siue naturaliter, siue miraculosè, cessat etiam irregularitas. Quod etiam dico de cessatione defectus membri alicuius, qui prius fecerat irregularem, argumen. capit. cum cessante, de appellat. & tradit Maiol. libro 2. capit. 13. num. 4. & lib. 5. cap. 51. nu. 15.

14 Vndecimo, dæmoniacus, & energumenus etiam qui semel hoc genus vexationis passus est, id est, ex dæmonis agitatione in terram allidiuur, irregularis omninò est, & perpetuò à susceptione ordinum, & executione susceptorum excluditur, capit. maritum, capit. communiter, & capit. Clerici, distinct. trigesimatertia, gloss. & Archid. ibi Alberic. in verbo, vitiatus corp. & Pisanella, verb. en. §. quid de dæmoniaco. Summa Confess. lib. secundo, titul. primo, quæstio. 45. Sebast. Medic. parte secunda, tit. 9. quæst. 32. Toletus lib. 1. capit. 25. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irregular. capit. quinto, in fine, Summa Astensis, par. 1. lib. 4. tit. 13. art. secundo, quæst. secunda, Angelica, in verbo, corpore vitiatus, num. octauo. Syluest. eod. quæstio. 8. Tabiena, eud. numero 4. §. tertio. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo, tract. de irregul. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 203. versic. decimoquarto. Henriquez libro 14. capit. 8. §. 8. Maiol. libro secundo, lib. 17. numero secundo, & Alphons. Vualdus tract. de irreg. num. 184. Iacob. de Graff. cit. numero 47. Qui vero post promotionem energumenus factus est, si perfectè liberatus sit, poterit Episcopus dispensare, vt ministret in susceptis: ceterum à susceptione alterius ordinis prohibetur, dicto capit. Clerici. Qui autem non est energumenus, sed se esse simulat, promoueri non potest, perinde, ac si verè dæmoniacus esset, vt iussit Sexta Synodus Generalis Constantinopol. Can. 60. & docent Simon Maiol. libro secundo, capit. decimoseptimo, in fine, & Alphonsus Vuald. tract. de irreg. nu. 187.

Quod si dicas, in dicto cap. communiter, distinct. 33. energumeni, qui post annum conualuere, permittuntur ordinari; & in susceptis ministrare; vnde sequi videtur irregularitatem hanc non esse perpetuam? Respondeo cum Maiolo, libro secundo, capit. decimoseptimo, numero quarto, textum illum loqui de eo, qui post promotionem per annum steterit sine vlla vexatione; vnde permittebatur in susceptis ministrare, quandoquidem iudicabatur dignissimus, & perfectè liberatus. Quamuis etiam dici possit intelligi de eo, qui videbatur energumenus, sed tamen vere non erat. Ceterum quo id temporis expectandum, dicendum est, vt paulo ante diximus §. nono. Addit autem Maiol. libro secundo, capit. 17. numero quarto, irregularitatem hanc ad solos sacros ordines pertinere; Nam ad minores facile poterit promoueri ille, qui ex iudicio peritorum physicorum, & Episcopi, liberatus à dæmone iudicatur; & idem docent Archid. & Lau. in d. capit. Clerici, & ibi glos. distin. trigesimatertia, propter illa verba, *Sacri regiminis*. Maleficiatus autem in solis genitalibus licet inhabilis sit ad matrimonium, non tamen ineptus est ad ordines, cum ob eam causam castior fit, vt tradunt Maiol. lib. 2. cap. 17. num. 6. & Henriquez libro 14. cap. 8. §. 8. in annot. littera F.

15 Duodecimo, qui vinum bibere, aut retinere non possunt, quin illud euomant, non tam irregulares sunt, quã iure naturali impediri, quo minus ad Sacerdotium promoueri possint propter periculum, cum Sacerdos communicare debeat. Et quamuis nihil in iure de his expressum sit, hoc tamen communiter tradunt DD. vt glos. in capit. ipsi Apostoli, in verbo, necesse, 2. quæst. 7. Pisanella, in verbo, vitiatus corpore, §. quid de dæmoniaco, & in verbo, ordinandus, §. decimooctauo. Alberic. in verbo, ordinandus. versic. 18. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. capit. quinto. Syluest. verbo, corpore vitiat. quæst. septima, Tabiena, verbo eodem, numero quarto, §. Tertio, in fine Martin. Ledesm. 24. quæst. 26. artic. secundo, tract. de irreg. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 204. versic. decimooctauo. Maiol. libro secundo, cap. 25. & 26. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 25. numero 51. Sebast. Medic. part. 2. titulo 9. q. 32. Toletus libro primo, cap. 25.

16 Nec in hoc dispensari potest auctoritate humana, si sequatur communem Theologorum sententiam, asserentium non posse Papam dispensare, vt sacrificium Missæ sola panis, & non vini consecratione peragatur. Dixi *ad Sacerdotium*, quia rectè promoueri possunt ad ordines minores, ad Subdiaconatum, & Diaconatum, cum isti communionem sub specie panis tantum, & non vini accipiant, & ita docet Nauarrus, vbi supra. Et idem dicendum de ceteris, qui vomitum patiuntur, interim enim dum taliter laborant, iure naturali impediti sunt, non autem iure Canonico irregulares sunt, vt pluribus tradit Maiol. libro secundo, capitulo 26.

De Irregularitate illegitimorum. Cap. X.

SVMMA.

1 *Illegitimi, & legitimi, quinam censendi:*
2 *Illegitimi tam ad ordines, quam ad beneficia iure Canonico irregulares sunt, & quare.*
3 *Illegitimus, quamuis irregularis sit, patris tamen iniquitatem portare non censetur.*
4 *Illegitimi vt plurimum paternæ incontinentiæ imitatores, & malè morigerati esse solent.*
5 *Illegitimi fuere viri insignes multi, & quinam.*
6 *Illegitimorum variæ species recensentur.*
7 *Naturales filij quinam dicendi.*
8 *Nothi quinam censendi, & vnde sic nominati.*
9 *Spurij quinam sint, & quare sic appellati.*
10 *Manzeres quinam dicendi sint.*
11 *Manzeres etiam in veteri lege ab altaris ministerio excludebantur.*
12 *Illegitime natus quibus modis legitimari potest.*
13 *Illegitime natus, & per subsequens matrimonium legitimus factus eo ipso absque vlla dispensatione ad omnes ordines promoueri potest.*
14 *Illegitimi etiam per subsequens Matrimonium legitimati, aut super defectu natalium authoritate Apostolica dispensationem consecuti ad Cardinalatum inhabiles sunt.*
15 *Illegitime natus vt per subsequens matrimonium legitimus fiat, quid requiratur.*
16 *Filij nati ex coitu fornicario etiam domi minime cohabitante concubina, per subsequens parentum matrimonium, legitimi sunt.*
17 *Clericus in minoribus ad matrimonium contrahendum inhabilis non est.*
18 *Filius susceptus ex concubina, & Monacho intra annum probationis per subsequens matrimonium fit legitimus.*
19 *Filios ex concubina habens, quamuis aliter parentum contrahat matrimonium cum alia, vel cum alia, post conceptum filium, si tamen defunctis eorum coniugibus, inter se matrimonium contrahant, proles prius concepta fit legitima.*
20 *Filij siue nati sint ante, siue post contractum matrimonium parentum, per subsequens illud matrimonium fiunt legitimi.*
21 *Filij per subsequens matrimonium legitimi fiunt, etiamsi parentes genere, & diuitijs impares sint.*

22 Matri-

22 *Matrimonium in articulo mortis, aut in ætate decrepita licite contrahi potest.*

23 *Legitimatio filiorum per subsequens matrimonium multum reipub. prodest.*

24 *Matrimonium ex defectu consensus in principio nullum postea conualidatum filios antea natos legitimare potest.*

25 *Matrimonium a furioso, cessante furore, contractum validum est, & filios antea susceptos legitimare potest.*

26 *Christianus cum non baptizata matrimonium legitime contrahere nequit.*

27 *Natus ex coitu incestuoso, quamuis parentes postea ex Papæ dispensatione inter se contrahant, non fit legitimus.*

28 *Illegitimus vt per subsequens matrimonium parentum fiat legitimus, satis est matrimonium ratum, quamuis non sit consummatum.*

29 *Illegitimus vt per subsequens matrimonium parentum legitimetur, satis est, quod tempore conceptionis, vel natiuitatis prolis, parentes habiles sint ad contrahendum inter se matrimonium.*

30 *Filius ex fornicatione natus, & ante subsequens parentum matrimonium inter se ordinatus per matrimonium illud postea contractum legitimatur, ita vt sine vlla dispensatione in susceptis ministrare, vel ad altiores ascendere possit.*

31 *Filij nati ex matrimonio nullo ob impedimentum dirimens quando legitimi censeantur.*

32 *Fides bona mortis prioris coniugis, prolem secundi matrimonij, viuente priore coniuge, legitimam facit.*

33 *Proles suscepta ex matrimonio nullo ante sententiam de nullitate latam, lite pendente, legitima erit.*

34 *Proles, quæ ex matrimonio contra interdictum ecclesiæ contracto suscipitur, legitima est.*

35 *Filij nati ex matrimonio ab infidelitate iuxta ritum eorum valide contracto, sed iure Canonico prohibito, conuersis eorum parentibus ad fidem, sunt legitimi.*

36 *Natalium defectus occultus, etiamsi filius publicè pro legitimo habitus sit, irregularitatem inducit.*

37 *Illegitimus ordinatus an, & quando peccet, & irregularis sit.*

38 *Illegitimus ad ordines promotus, celebrando postea, irregularitatem nouam non incurrit.*

39 *Filij expositi an eo ipso, quod expositi sunt, irregulares habendi sint.*

40 *Hæreticorum filij an, irregularitate ex defectu natalium proueniente, irregulares sint.*

41 *Filij coniugatorum, qui post parentum professionem in religione approbata factam, aut post ordinum sacrorum susceptionem generantur, an, & quando irregulares sint.*

42 *Filij presbyterorum, & aliorum Clericorum præter alias pœnas irregularitatem etiam incurrunt.*

43 *Filij presbyterorum tam Græcorum, quam Latinorum & ad ordines, & ad beneficia inhabiles sunt.*

44 *Pœna filijs imposita ad fratres collaterales non extenditur.*

45 *Filij legitimi presbyterorum, quamuis ad omnes ordines sacros ascendere possint, omnes tamen dignitates, aut quæcunque beneficia in ecclesijs, vbi eorum patres habent, aut habuerunt, obtinere non possunt.*

46 *Nepotes ex filijs, immediate in beneficijs auorum succedere possunt.*

1 Vemadmodum filij legitimi dicuntur illi, qui ex matrimonio legitimo nati sunt, ita illegitimi appellantur, & sunt illi omnes, qui extra legitimum matrimonium procreantur, qui propterea iustis de causis, iure Canonico irregulares sunt tam ad ordines, quam ad beneficia. capit. cum in cunctis. & c. innotuit. de elect. & capitulo 1. & cap. fin. de fil. presbyt. Cuius irregularitatis multiplex ratio esse potest.

2 Vna est; quia cum ordinati in quadam dignitate, & eminenti statu præ alijs constituantur, ideo ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam, quæ mvis non de necessitate Sacramenti, attamen de necessitate præcepti; & quia claritas hominis non parum ex origine vitiosa obscuratur, ideo ex illegitimo thoro nati a susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur; tanto autem est eorum dispensatio difficilior, quanto eorum origo turpior est. Vnde illegitimus non dicitur absolute filius, nec de familia, domo, seu cognatione parentis (quæ sunt nomina iuris, non naturæ) nec deferunt arma & insignia parentum, nec secundum iura hæreditare possunt.

3 Alia causa est, ob detestationem sceleris paterni, Nec per hoc filius portat iniquitatem patris, quia irregularitas contrahi potest sine peccato.

4 Tertia ratio est, quia tales, plus quam alij, vt in pluribus solent esse imitatores paternæ incontinentiæ, & male morigerati, eo quod a parentibus non ita sollicite sicut legitime nati instruuntur. capit. si gens. distinctione 56. Et quamuis aliquando reperiantur huiusmodi viri valde industrij, & virtuosi, & ex hoc reddantur laudabiles magis. capit. nunquam. distinctione 56. tamen iura adaptantur secundum ea, quæ vt in pluribus accidunt. Vnde quamplures, quia virtute fuerunt insignes, ad ordines, & dignitates promoti sunt, nam inter Summos Pontifices fuerunt Ioannes X. & Clemens VII. Et Cardin. fuerunt Laurentius Cibo ptimus, Cardin. Hippolytus Medices, Franciscus Borgia Valentinus, Petrus Festicus Hispanus Archiepiscop. Tirrazzon. Gabriel Rangonius Episcopus Albæ Regalis; At inter Episcopos Henricus Episcopus Leodiensis Imperij Princeps, Ioannes Matthæus Gibertus Episcopus Veronensis, & alij. Quæ omnia colliguntur ex distinctione 56. per totum ex glos. in capitulo secundo, in verbo, defectu, de filijs presbyt. libro sexto. S. Thom. in addit. 3. parte quæstione 39. articulo 5. Richard. 4. distinctione 25. articulo 4. quæstione 3. Hostiensis in Summa, libro 1. tit. de filijs presbyt. §. quæ sit causa prohibitionis. Summa Confess. libro 3. titu. 29. quæstione 1. Summa Astensi, par. 2. libro 6. tit. 22. articulo 3. quæstione 6. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. capitulo 4. Gabr. 4. distinct. 25. quæst. 1. articulo 2. conclus. 10. Soto 4. distinct. 25. quæst. 1. articulo 3. concl. 1. Paleot. in libro de spur. & noth. Maiol. libro 1. de irregul. capit. 4. num. 1. 2. & 3. & Henriquez lib. 14. ca. 8. §. 10. & alijs Summistis, vt Pisanella, in verbo, illegitimus, §. 1. Syluest. eod. numero 1. Bernard. Diaz Pract. Crimin. Canon. cap. 4. Præpos. in capit. 2. dist. 56. Iosepho Angles, in Florib. 4. Sentent. in quæst. de Sacram. ordinis, artic. 4. Iacob. de Graffijs lib. 4. decis. capit. 27. nume. 52. & nume. 55. & nume. 56. Alphonso Viualdo tract. de irregul. num. 111.

5 Illegi-

6 Illegitimi verò filij diuiduntur in quatuor species, ex glos. in capit. Nisi cum pridem. §. personæ verò, & Panormit. ibi, de renunciat. Hostiens. in Summa, libro 1. tit. de filijs presbyt. Summa Astensi, parte secunda, libro sexto, tit. 22. articulo secundo. Couar. in parte secunda, de sponsal. capitulo 8. §. 4. & Henriquez libro primo de Sacram. Matrimon. capitulo 20. §. 3. & Gregorio Tholosano, in Syntagmate iuris, parte 2. lib. 10. cap. 3. num. 15. & nu. 19. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. q. 1. Alphonso Viualdo, tract. de irreg. nume. 110. Alij enim dicuntur naturales: Alij nothi: Alij spurij; Alij denique manzeres dicuntur.

7 Naturales filij iure ciuili dicuntur, qui ex viro soluto, & concubina vnica domi retenta nascuntur. l. pen. & fin. ff. de concub. iuncta l. si quis officium. ff. de ritu nupt. glos. in capit. per venerabilem. in verbo, non naturalibus, qui filij sint legit. Dicuntur autem naturales, quod sola natura eos genuit, non honestas coniugij, ex Isidoro libro 6. Etym. capitulo 5. & refertur cap. fina. 32. quæst. 4. Iure autem Pontificio vlterius requiritur ad hoc, vt naturalis filius quis dicatur, quod natus sit ex parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium contrahere poterant. Immo Speculat. in titu. de success. ab intest. §. 1. versic. nunc de naturalibus. quem referr, ac sequitur Panor. in cap. per venerabilem, numero 11. qui filij sint legit. & fauet Oldrad. consil. 196. volunt tria requiri ad hoc, vt filij dicantur propriè naturales.

Primo, quod sint nati ex soluto, & soluta, ita quod inter eos esse matrimonium potuisset.

Secundo, quod ex concubina retenta in domo, quasi loco vxoris.

Tertio, quod sit vnica concubina, nam si quis habens plures concubinas suscepit ex eis filios, isti non merentur dici naturales propter effrænatam libidinem parentum, quod videtur esse de mente text. Authent. quibus mod. nat. effic. sui, §. si aliquis autem defunctus.

8 Nothi vero dicuntur ij, qui nati sunt ex viro coniugato, & quacunque alia concubina, aut fœmina soluta, seu, vt ait Hostiens. post glos. cit. qui ex adulterio nati sunt, sic dicti a *Nota*, idest, infamia, quæ multum infamat hominem. Id autem discriminis est in iure Ciuili inter hos duos; quod naturalis potest succedere in bonis patris ab intestato in duabus vncijs, si alij filij non extent, nec coniux legitima. C. de natur. liber. authent. licet pater. & in bonis maternis succedit cum legitimis filijs. C. de Senatuscons. Orfic. l. si qua. §. vlt. Nothus autem non item, ex glo. & Panorm. in d. capit. nisi pridem. §. personæ. de renunciat. Præterea iure ciuili pater non tenetur alere filium nothum. authent. quibus modis nat. effic. legit. §. si quis verò. & authent. ex complexu. C. de incest. nupt. secus tamen est de iuris Canonici æquitate. capit. cum haberet. & ibi glos. in verbo, secundum facultates, & Panormit. ibi, num. 10. vbi varios casus ponit in quibus pater non tenetur alere filium suum. de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adult. Denique differunt nothi a naturalibus, quod nothi nati sunt ex matre non ita custodita, neque domi retenta, sicut naturales.

9 Spurij dicuntur illi, qui incertum patrem habent, quasi σποράδην, idest, sparsim concepti. Institut. de nuptijs. §. si aduersus, ita vt patrem ostendere nequeant propter incertitudinem, vel si ostendunt, talem tamen ostendunt, quem nominare nefas est, ff. de statu homin. l. vulgo. vel vt alij volunt, spurij dicuntur, qui ex coitu damnato nascuntur. Damnatus vero coitus dicitur, quotiescunque fœmina vtitur aliqua lege humana propter coitum, vt sunt nati ex stupro, ex sacrilegio, incestu, aut fœmina coniugata. Dicitur autem spurius a spurcitia incontinentiæ, & istos non tenetur pater alere quantum ad ius ciuile spectat, secus vero de æquitate iuris Canonici, cui statur, ex glos. & Panormit. in d. capit. cum haberet, de eo, qui dux. in matrimon. quam poll. & glos. in capit. tanta. in verbo, repellendus, & ibi latè Panormit. qui filij sint legit. Differunt autem a naturalibus, quod spurij propriè dicuntur illi, qui ex his parentibus nati sunt, qui coniugium contrahere non poterant tempore natiuitatis, vel conceptionis; naturales verò, qui nati sunt ex his parentibus, qui natiuitatis, vel conceptionis tempore matrimonium contrahere poterant. Alij spurios dici putant, quasi sine patre, & hoc propter eius incertitudinem, vnde Romani quasi Hieroglificè *Spurios*, duabus litteris significant, S. P. idest, sine patre, quos Græci dicunt ἀπάτορας.

10 Manzeres vero dicuntur, qui ex viro soluto, & scorto, seu meretrice, vel alia quacunque fœmina fornicaria nascuntur. Meretrix autem seu scortum propriè dicitur illa, quæ palam libidinem exercens, quæstum facit, cuiusque turpitudo publicè venalis est, capit. meretrices, distinctione 32. quæst. 4. Item illa, quæ multorum libidini patet. l. palam. ff. de ritu nupt. Nec refert, an sit in lupanari, caupona, aut alio loco, vel taberna prostituta. De quibus omnibus reperiuntur hi versus apud glos. in cap. nisi pridem. §. personæ vero, in verbo, manzeres, de renunc.

Manzeribus scortum, sed mœcha nothis dedit ortum.
Vt seges a spica, spurius sic est ab amica.
Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.

De quibus omnibus latius agunt Couar. in epist. lib. 4. decretal. par. 2. capit. 8. §. 4. & Gregorius Tholosanus in Syntagmate iuris, parte secundo, libro 10. capitulo 3. qui omnes prohibiti sunt ordinari ob causas superius allatas, & meritò ob harum personarum indecentiam, vt enim ait Aristot. septimo. Polit. capitulo 7. Reipub. institutor non solum quid liceat, sed etiam, quid deceat, contemplari debet; Id quod multo magis dicendum est in lege noua, ob ministrorum dignitatem, & excellentiam, cum etiam nullus horum in veteri lege minister altaris esse poterat, secundum illud Deuteron. 33. *Non ingreditur* (inquit,) *manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini, vsque ad decimam generationem.* Quem ingressum in Ecclesiam, non alio sensu interpretantur authores, quam ne officijs Ecclesiasticis fun-
11 gantur in perpetuum: decimus enim numerus pro perpetuo accipitur. Et quamuis ibi soli manzeres excludi videantur, idem tamen de quocunque illegitimo intelligitur, vt docent Caiet. in Deuteron. 23. & Anton. Fonseca Lusitanus in additione ad Caietanum ibi, & Maiol. libro 1. de irregul. capitulo 4. numero 1. & colligitur ex capit. nisi cum pridem. §. personæ. glos. & Panormit. de renunc. & cap per venerabilem. in fine, qui fil. sint legit. His igitur sic in vniuersum expositis, reliqua quæ ad hanc materiam spectant, propositis quibusdam dubijs absoluemus.

12 Dubium primum est, An filius illegitimè natus aliqua ratione fieri possit legitimus? Respondeo posse tribus modis.

Primo per subsequens matrimonium.

Secundo, dispensatione Papæ, & principis sæcularis.

Tertio per ingressum religionis. De quibus omnibus suo ordine in sequentibus agemus. vt colligitur ex capit. conquestus. & capit. tanta. qui filij sint legit. vbi id habetur de membro, & glos. & DD. ibi. De secundo etiam habetur in cap. per venerabilem, tit. eo. & res est manifesta. De tertio habetur in cap. 1. de filijs presbyt. & capit. 1. distinct. 56. & de his omnibus latius id ostendunt Paludan. 4. distinct. 41. quæst. 3. articulo 2. Ioann. Bachon. 4. dist. 25. q. 6. artic. 2. S. Anton. 3. parte tit. 29. de irregul. cap. 4. Summistæ in verbo, filius, in verbo, illegitimus, & verbo, legitimus.

Dubium

13 Dubium secundum est, an filius illegitime natus & factus legitimus per subsequens matrimonium, eo ipso absque vlla dispensatione possit ad omnes ordines promoueri? Respondeo posse, sic gloss. in capitu. tanta, in verbo legitimi, qui filij sint legit. & in capit. ex tenore, in verbo, legitimum, & ibi Panormit. numero 9. tit. eodem Maiol. libro primo, de irregul. capitulo quarto, numero 14. & Henriquez libro primo, de Sacramen. Matrimon. capitulo 20. §. secundo. Item talis promoueri potest ad Ecclesiasticas dignitates, ex Maiol. tit. Immo etiam ad Episcopatum promoueri potest sine vlla dispensatione; fauet gloss. in capit. innotuit, in verbo, coniugata, de elect. Hostiens. in Summa, libro primo. tit. de filijs presbyt. numero 6. & in capit. ex tenore, qui filij sint legit. & in ea. videtur, qui matrim. accusat. possunt Goffred. & Syluest. verbo, illegitimus, quæstione 3. & hoc ne fauor Matrimonij restringatur. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 10. & Summa Pisanel. in verbo, illegitimus, §. quid si nato. Quicquid Raim. & Panorm. in capit. ad extirpandas, nume. 11. de filijs presb. quos sequitur Maiol. lib. 1. cap. 4. num. 14. velint requiri dispensationem.

14 Excipio tamen Cardinalatum, adhuc enim non censetur legitimatus, ex Henriquez libro primo, de Sacrament. Matrimon. capitulo 20 §. secundo, & Sixto V. in pruprio motu Anno Domin. 1595. tertio Nonas Decemb. incipiente, *Postquam*, vbi dicitur, *Qui Cardinales creandi erunt, legitimis, & honestis sint exorti natalibus, neque vlla prorsus labe, aut illegitimorum natalium suspicione quouis modo laborent, sed omni macula, & impuritate careant alioquin ad tam eminentem dignitatis gradum penitus inhabiles, & illius incapaces sint, & esse censeantur, Quocirca considerantes quod licet sit tanta vis, & efficacia Sacramenti Matrimonij, quod Apostolo teste* Ephes. 5. *Magnum est in Christo, & in Ecclesia, vt qui antea geniti erant, ex soluto, & soluta, inter quos rite Matrimonium constare poterat, post illud contractum legitimi habeantur, in nonnullis tamen Prouincijs, & Dominijs nobilitatis priuilegijs non gaudent, nec ad sæcularia officia, honores, & dignitates, neque ad nobilium feudorum, & statuum successiones admittuntur; quodque multo magis indecorum videretur, & ab Apostolicæ Sedis dignitate alienum, si huiusmodi illegitimi persequens Matrimonium, vt præfertur, legitimati in Cardinales assumerentur, ac Cardinalatus celsitudo, & splendor, qui dignitati Regiæ comparatur, facile deprimi, commaculari, aut quodammodo inobscurari posset; Ideo vt priori dignitati priores natales respondeant, quoscunque illegitime natos, quoruminuis, etiam Magnorum Principum, etiam ducali, aut maiori, etiam Regia, & Imperiali authoritate fulgentium filios, quocunque gradu, dignitate, & præeminentia præditos, etiam genitos ex soluto, & soluta, inter quos tunc Matrimonium constare poterat, ac postea per subsequens Matrimonium, etiam rite, & solenniter in facie Ecclesiæ contractum, vel alias legitimatos, & quomodolibet habilitatos, & naturalibus restitutos, ac quoruminuis bonorum capaces effectus, etiamsi cum eis, vt hanc ipsam dignitatem obtinere valeant, desuper defectu natalium fuerit expresse, & in specie authoritate Apostolica quomodolibet dispensatum, nihilominus prædicta Cardinalatus dignitatis prorsus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuo inhabiles decernimus, ac declaramus.*

15 Dubium tertium est, quid requiratur ad hoc, vt filius illegitime natus fiat legitimus per subsequens Matrimonium? Respondeo, ex communi DD. sententia, glos. in capit. innotuit, in verbo, coniugata, de elect. Panorm. in capit. ad extirpandas, numero 11. de filijs presb. & in capit. tanta, numero 14. qui filij sin legit. Hostiens. in Summa, lib. 1. tit. de filijs presbyt. nume. 6. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. capitulo 4. versicu. primo modo. Summa Pisanella; in verbo, illegitimus, §. quid si nato. Angelica. verbo, filius, nume. 10. Syluest. verbo, illegitimus, quæst. 3. Tabiena, verbo filius, nume. 4. §. tertio. Couar. in Epit. 4. decretal. par. 2. capitulo 8. §. 2. nume. 1. Paludan. 4. distinct. 41. quæstione 3. articulo 2. conclus. 3. Summa Astensi, par. 2. lib. 6. tit. 22. articulo 3. quæstione 4. Maiol. lib. 1. de irregul. capitulo 4. nume. 14. & Henriquez libro 1. de Sacramen. Matrim. capitulo 20. §. 3. requiri, vt tempore generationis, quo filius est genitus, parentes inter se contrahere possent matrimonium, si consensus affuisset. Si enim tunc habent aliquod impedimentum, quo per leges Ecclesiasticas, sint inhabiles ad matrimonium contrahendum, licet semoto illo impedimento postea contrahant, non fit legitimus filius ante generatus per Matrimonium subsequens; sin vero tempore generationis parentes contrahere possent matrimonium, fit legitimus filius, si postea contrahant. Ex qua communi DD. doctrina multa inferuntur.

16 Primo, filij nati ex coitu fornicario etiam domi minime cohabitante concubina per subsequens parentum matrimonium legitimi sunt. Ratio est: quia inter hanc concubinam, & virum tempore generationis matrimonium contrahi potuit, glo. in capit. innotuit, verbo, coniugata, de elect. Panorm. in cap. tanta, num. 14. qui filij sint legit. Ioan. Andr. in reg. sine culpa, de reg. iur. lib. 6. Couar. in epit. cit. cap. 8. §. 2. nu. 1.

17 Secundo, filij prædicti legitimi sunt, etiamsi filij nascantur ex copula carnali, quam cum eorum matre Clericus in minoribus ordinibus constitutus habuit, & hoc etiamsi is eo tempore aliquod beneficium simplex Ecclesiasticum habuit. Sic Ioann. Andr. in reg. sine culpa, de regul. iur. libro sexto. Zabar. in capit. tanta, quæstione 4. qui filij sint legit. Couar. in epit. cit. capitulo 8. §. 2. numero 5. Maiol. lib. 1. de irregul. capitulo 4. nume. 15. & fauet Syluest. verbo, illegitimus, quæst. 4. & expresse in verbo, legitimus, quæstione 8. quia Clericus in minoribus constitutus non est inhabilis ad Matrimonium.

18 Tertio, filius susceptus ex monacho, & concubina, vel ex Monacha, intra annum probationis per subsequens Matrimonium fit legitimus, quia tempore conceptionis parentes inter se Matrimonium contrahere poterant, Philip. Franc. in capit. tanta, quæstione 3. qui filij sint legit. Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 4. nume. 15. & Couar. num. 5.

19 Quarto, habens filius ex concubina, licet alter parentum contrahat matrimonium cum alio, vel cum alia post conceptum filium, si defunctis eorum coniugibus, inter se contrahant matrimonium, proles quæ concepta erat primo tempore, quo soluti erant, fit legitima, non obstantibus nuptijs intermedijs. Sic Hostiensis in Summa, libro primo, tit. de filijs presbyt. numero sexto. Panormit. in capit. tanta, nume. 3. qui filij sint legit. Ioann. Andr. in reg. sine culpa, de regul. iuris, lib. 6. Summa Astens. par. secunda, lib. 6. tit. 22. quæst. 4. Alberic. in verbo illegitimus. Summa Pisanella, verbo, eod. vers. quid si nato. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæstione 10. citat Rain. & Goffred. Angelica, in verbo, filius, numero decimo, Tabiena, verbo eod. num. 4. §. tertio. Syluest. verbo illegitimus, quæst. 3. S. Anton. 3. parte titul. 29. capitu. 4. versic. primo modo Præposit. in capit. tanta, quæstione 7. qui filij sint legit. Couar. in epit. 4. decret. parte secunda, capitulo 2. §. 2. numero 15. Maiol. lib. 1. cap. quatro, nume. 16. & Bart. in l. cum mihi decem. ff. de solut. & Bald. in l. penult. ff. soluto matrimon. Gregorius Tolosanus, in Syntagmate iuris, par. 2. lib. 10. cap. 4. nu. 3. citans l. Diui Constantini, & l. cum quis, & l. nuper; C. de natur. liber. Alphonsus Viuald. tract. de irreg. numero 115. satis enim est, vt filius fiat legitimus per subsequens Matrimonium, ad

quod contrahendum tempore conceptionis parentes erant habiles.

20 Quinto, filij huiusmodi per subsequens Matrimonium fiunt legitimi, siue sint nati Matrimonio ipso nondum contracto, siue eis conceptis, & adhuc in vtero existentibus Matrimonium contrahatur; Matrimonium enim subsequens copulam illam, seu natiuitatem cohonestat, cum eo tempore habiles sint ad Matrimonium, Ioan. Andr. in capit. tanta, qui filij sint legit. quam refert, ac sequitur Couar. cit. part. 2. capitulo octauo, numero septimo.

21 Sexto, filij tales per subsequens matrimonium legitimantur etiamsi parentes sint genere, & diuitijs impares; hoc enim nihil refert ad Matrimonium, ratione cuius filij censentur legitimi ex Couar. cit. capitulo 8. §. 2. numero 9.

22 Septimo, filius etiam fit legitimus, etiamsi Matrimonium contractum sit ab infirmo in articulo mortis, vel in ætate iam decrepita cum concubina, cum enim coniugium hoc licitum sit, & legitimum ergo, & eius causa, etiam proles legitima erit. Et quia canones generaliter dicunt illegitimum legitimari per sequens Matrimonium, siue hoc, siue illo tempore fiat, modo verum contrahatur Matrimonium Ioan. Andr. in reg. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Panor. in cap. 2. nume. 5. de frigid. Couar. cit. c. 8. §. 2. num. 10.

23 Octauo, filij tales legitimi sunt, ipsis etiam parentibus tempore contractus coniugatis repugnantibus; cũ hanc legitimationem ius concedat in fauorem Matrimonij, cui parentes renunciare non possunt, immo nec ipsi filij; interest enim Reipub. hanc legitimationem fieri. sic Couar. vbi supra, c. 8. §. 2. num. 12. arg. c. inter cætera, 22. quæstio. 4.

24 Nono, si a principio, Matrimonium fuit nullum, vel ex defectu consensus, uel ex defectu formæ præscriptæ a Conc. Trident. sess. 24. capitulo primo de reformat. Matrim. & interim generetur filius, si postea conualident Matrimonium, uel ex pleno consensu adhibito, uel ex integra formæ præscriptæ obseruatione, filius ille fit legitimus, conceptus ante Matrimonium conualidatum, satis enim est, quod parentes tunc habiles fuerint ad Matrimonium, sic Maiol. lib. 1. capitulo quarto, numero 19.

25 Decimo, si furiosus contraxit Matrimonium & genuit filium, & postea cessante furore; perseuerat in consensu sicut conualidatur Matrimonium, sic etiam filius ille genitus fit legitimus. Zabar. in cap. tanta, q. 9. in nouiss. scripns, qui filij sint legit. & Maiol. lib. 1. de irregu. cap. 4. num. 19.

26 Vndecimo, si Christianus contrahat cum non baptizata, & filius ex illis generetur, & postea baptizetur mater, & conualidetur matrimonium, filius tamen non fit legitimus. Sic Hostien. Ioan. Andr. & Panorm. in capitu. tanta, numero decimoquarto, qui filij sint legit. Syluest. uerbo, legitimus, questio. 8. Tabiena, uerbo, filius, numero quatro §. tertio. Couarr. in epit. 4. decret. part. 2. capitulo 8. §. 2. num. 6. ratio est; quia tempore conceptionis, aut natiuitatis matrimoniũ contrahi non poterat, eo quod mater baptizata non erat. capit. eaue, 28. quæst. 1. Quicquid Gaspar de Calderino, & Zabar. in c. tanta, quæst. 8. qui filij sint legit. & Maiol. libro 1. cap. 4. num. 19. uelint legitimari ex conuersione eius ad fidem, satis enim esse putant, quod impedimentum illud non erat perpetuum. Quorum opinio falsa est, quia matrimonium in hoc casu non potest retrotrahi ad tẽpus generationis. Ad hoc enim ut fictio operetur trim suam, oportet ut habeat extrema habilia, scilicet tempus, ad quod, & tempus a quo, ut not. in l. si is, qui pro emptore, ff. de ulucap.

27 Duodecimo, qui ex coitu incestuoso, puta ex affinitatẽ, vel consanguinitate scienter geniti sunt, & postea Papa dispensat, & per illam dispensationem parentes matrimonium contrahant, filius per subsequens matrimonium non fit legitimus. Ratio est; quia tempore generationis parentes non erant aptiad legitimum matrimonium contrahendum. Sic Panorm. post Vincen. quem citat in cap. tanta, num. 14. qui filij sint legit. Syluest. in verbo, legitimus, quæstio. octaua. Philip. Franc. quæst. 5. & Zabar. in d. c. tanta, quæstio. decima. Maiol. libro primo capitulo 4. nume. 20. Greg. Tolosanus. cit. par. 2. lib. 50. cap. 4. nu. 4. Potest tamen Papa facere vt sua prouisio, & dispensatio inducat plenum effectum, etiam quoad præterita, & ita potest Papa tollere impedimenta, quæ erant tempore conceptionis, ex doctor cit.

28 Dubium quartum est, an illegitimus, vt fiat legitimus per subsequens matrimonium, satis sit, vt inter parentes eius matrimonium sit contractum, seu ratum, etsi non postea consummatum; Respondeo satis esse, quod sit matrimonium ratum, etiamsi non sit consummatum; quia vere est matrimonium, & Canones absolute dicunt filium fieri legitimum per subsequens matrimonium. Non tamen sufficiunt sponsalia per futurum contracta, quia non sunt matrimonium, sed tantum futuri matrimonij promissio, & hoc maxime post Conc. Trid. sess. 24. de reform. Matrim. capit. 1. vt tradit Maiol. lib. 1. capitulo 5. numero 9. quod tamen Alphonsus Viuald. limitat. numero 118. nisi postea legitimum contrahant matrimonium, tunc enim per illud legitimatur.

29 Dubium quintum est, quodnam tempus generationis considerari debeat, vt filius fiat legitimus per subsequens matrimonium, tempusne conceptionis an tempus natiuitatis; In quo dubio duæ sunt opiniones; Vna affirmat requiri tempus conceptionis, id est, vt tempore, quo concipitur filius, parentes sint habiles ad matrimonium, nec satis esse si tempore partus, & natiuitatis, parentes habiles sint ad matrimonium. Vnde si vir coniugatus prægnantem reddiderit mulierem solutam, quæ peperit eo tempore, quo hic coniugatus solutus est ab vxore mortua, & postea simul contrahant, ille partus virtute huius matrimonij non erit legitimus. Sic Sa licet. Cynus Paulus, & alij, quos refert Couar. in epit. parte secunda, capitulo octauo §. secundo numero secũdo, & gloss. in capitulo secundo in verbo, concepti fuerant, qui filij sint legit. Maiol. libro primo capit. 4. nu. 14. & citat Bern. & Zabar. in capit. tanta, quæstio. 11. tit. eod.

Secunda tamen opinio, quæ communior, & verior est, docet satis esse tempus, conceptionis, vel natiuitatis hoc est, quod vel tempore conceptionis, vel natiuitatis prolis parentes sint habiles ad contrahendum inter se matrimonium, Sic Couar. cit. & refert Hostiens. Ioan. Andr. Cardin. Anton. Idem docent Archid. & Hug. 35. quæstio. 7. in princip. Summa Confess. libro tertio. tit. 19. quæstio. 10. Angelica, verbo, Filius, numero 10. vbi ait esse communem opinionem DD. in capit. tanta, qui filij sint legit. & Syluest. verbo, filios, q. 7. qui ait esse communem. Tabiena, verbo. eod. num. 4. §. tertio. Henriquez lib. 1. de Sacram. matrim. ca. 10. §. 3. & Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 112.

30 Dubium sextum est, an si filius, qui ex fornicatione natus est; ante matrimonium subsequens promoueatur ad ordines fiat legitimus, si postea parentes contrahant matrimonium, an vero egeat dispensatione, vt celebrare possit in ordinibus susceptis, aut ascendere possit ad ordines superiores? Maiolus lib. 1. capitulo quarto, nume. 16. ex Archid. in capit. Osius, dist. 56. & Alphonsus Viualdus tract. de irregul. numero 119. dicunt, quod matrimonium aufert illegitimitatem,

non

non tamen irregularitatem ex illegitimate contractam in susceptione ordinum. Quæ sententia licet probabilis sit, probabilior tamen est sententia contraria, quæ docet tolli irregularitatem, quia iure communi iste filius sit legitimus per subsequens matrimonium, eo quod tempore conceptionis erant habiles ad matrimonium contrahendum. Ergo iure communi fit habilis ad celebrandum, & ad ordines superiores ascendendum. Tum quia non est iure expressum istum esse irregularem, cum factus sit legitimus per subsequens matrimonium. Tum quia ex hoc, quod promotus sit ad ordines ante matrimonium contractum inter parentes non incidit in aliquam nouam irregularitatem, sed solum peccauit mortaliter, ex eo quod accepit ordines sine dispensatione, quando erat illegitimus. Ergo factus legitimus per subsequens matrimonium, eo ipso caret omni irregularitate. Quæ omnia patent ex capit. 2. in regula octaua.

31 Dubium septimum est, an filij nati ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentum dirimens, vel annullans, puta, quia contractum est inter consanguineos, vel affines, legitimi censeantur? Respondeo esse legitimos non solum, quando vterque coniux ignorat impedimentum, sed etiam quando vnus scit impedimentum, alter vero ignorat, dummodo contractum sit matrimonium in facie Ecclesiæ. Quia ius Canonicum in fauorem matrimonij propter vtriusque, vel alterius tantum coniugis ignorantiam, pro legitimis habet filios durante ignorantia vtriusque, vel alterius coniugis susceptos, argumen. eorum, quæ habentur in capit. cum inter. & ibi glos. in princip. & Panormit. numero secundo, & capit. referente, & ibi glos. in verbo, ignorantiam, & ibi Panormit. numero quinto, vbi id docet tum de probabili ignorantia facti, tum etiam iuris & facti. & capit. peruenit. & ibi glos. in verbo, si est ita, & ibi Panormit. numero primo, secundo, & quarto, & ea. ex tenore. & ibi glos. in verbo, ignorantiam, & in verbo, legitimum, & ibi Panormit. numero tertio, & numero nono, qui filij sint legit. & idem Panormit. in capit. fina. numero quarto, de clandest. despons. S. Anton. 3. parte tit. 29. de irregul. capitulo quarto, in princip. vbi citat Rainer. & d. capit. cum inter. Tabiena, verbo, filius, numero 5. §. quarto. Couar. in Epit. par. 2. capitulo 8. §. 1. numero 2. & §. 3. numero 1. Simon Maiol. lib. 1. capitulo 5. numero 1. post S. Thom. in addit. 3. parte quæstione 68. articulo 1. His ergo duobus concurrentibus, scilicet, si matrimonium sit bona fide contractum; & si celebratum sit in facie Ecclesiæ, ex Matrimonio nullo nati, puta propter impedimentum affinitatis, aut consanguinitatis, aut quia contraxit cum eo, quem nesciebat aliam habere vxorem, censentur legitimi. Potuit enim iuste ecclesia habita ratione bonæ fidei vtriusque contrahentium, vel alterius tantum, prolem sic susceptam, tanquam legitimam approbare. Ratio est: quia si bona fides reddit tutum in conscientia rei alienæ possessorem, dummodo tempore a lege statuto possederit, reg. possessor. & reg. pro possessore. de reg. iur. libro 6. & capit. vlt. de præscript. in antiq. Is autem dicetur bonæ, vel malæ fidei possessor, qui scit rem, quam possidet, suam, vel non suam esse, l. bona fides, ff. de verb. signific. Ergo pari ratione coniuges, qui in possessione Matrimonij alterutrum sunt, ob bonam fidem prolem legitimam suscipiunt. Dixi, *Si Matrimonium contractum sit in facie Ecclesiæ*. Si enim clam contraxissent, quia præsumitur dolus, & fraus, proles eorum non erit legitima; nam dolus, & fraus, quæ inesse videntur eis, qui clandestine contrahunt, non debent ijs, vel eorum filijs patrocinari. glo. in capit. referente, in verbo, ignorantiam, & ibi Panormit. numero primo, & idem Panorm. in capit. ex tenore. nume. 5. & 9. qui filij sint legit. & capit. cum inhibitio. & ibi Panormit. nume. 4. de clandest. despons. Immo hodie post Concil. Trident. Sess. 24. de reform. Matrim. capitulo 1. taliter contracta matrimonia sunt nulla, & consequenter proles illegitima erit. Neque enim potest quisquam illius capitis ignorantiam prætendere, etiamsi miles, mulier, rusticus, vel idiota sit, qui alias prætendere possent ignorantiam in alijs. l. qui in prouincia, ff. de ritu nupt. vt post alios tradit Maiol. libro primo, capitulo quinto, numero primo, & numero tertio. Dixi, *His duobus concurrentibus*, nimirum quod matrimonium contractum sit bona fide, & in facie Ecclesiæ; si enim ambo coniuges sciebant impedimentum, etiamsi contraxerunt in facie Ecclesiæ, nemine contradicente, proles erit illegitima, ex Panormit. in capit. ex tore, nume. 5. qui filij sint legit.

32 Hinc infertur primo, quod si quis, vel quæ post coniugis demortui habitam notitiam secundas nuptias permissu iudicis adeat, proles ex secundis nuptijs suscepta, etiam viuente priore coniuge, erit legitima, & promoueri potest sine vlla dispensatione; quoniam bona fides ex relatione prioris coniugis demortui, prolem secundi matrimonij fecit legitimam. sic Maiol. libro 5. capit. 5. numero 8. post Zabar. in cap. per venerabilem. §. videbatur, opposit. 4. & q. vlt. in nouiss. scriptis. qui filij sint legit.

33 Infertur secundo, quod proles suscepta ex matrimonio nullo ante sententiam de nullitate latam, lite pendente, legitima erit, litis enim pendentia super matrimonio non impedit, quin proles suscepta antequam matrimonium declaretur nullum, sit legitima, ex Panormit. in cap. cum inter, numero 4. qui filij sint legit. & Maiol. libro 1. capitulo 5. nume. 7. Ratio est: quia videntur perseuerare in quasi possessione matrimonij, sicut & in alijs rebus, & quia lite pendente super impedimento; non debet suspendi exercitium matrimoniale, capitulo secundo, vt lite pend. non debet ergo pœna illegitimatis prodire ex eo, quod legitime factum est. Imò vero suscepta proles post latam sententiam de nullitate matrimonij, pendente tamen decendio ad appellandum concesso, & interposita appellatione, legitima erit; cum in hoc casu perinde sit, ac si non fuisset iudicatum, argumen. capit. quoad consultationem. de appell. & capit. venientes. de iureiur. & cap. non solum. de appell. lib. 6. Zabar. in capit. cum inter. quæst. 1. in nouiss. scriptis. qui filij sint legit. Couar. in epit. par. 2. capit. 8. §. 1. nume. 7. & Maiol. lib. 1. cap. 5. num. 7. & nu. 11. qui etiam alios refert.

34 Infertur tertio, quod proles, quæ suscipitur ex matrimonio contracto contra interdictum, & prohibitionem Ecclesiæ, verbi gratia, si fiat thori separatio etiam de consensu coniugum, & Episcopo approbante, & prohibente eis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne copulentur, & ipsi contrauenientes commisceantur, proles nata erit legitima. Panormit. in capitulo 1. nume. 1. 4. & 6. & in capit. 2. nume. 5. de matrim. contracto, contra interd. Eccles. Zabar. in capit. cum inter. quæst. 2. qui filij sint legit. Barthol. Brixien. in suis quæstio. quæst. 55. Alberic. in verbo, illegitimus, quos citat, & sequitur Simon Maiol. lib. 1. capitulo 5. nume. 5. & num. 6. Ratio est: quia nati ab excommunicatis non ex hoc sunt illegitimi, immo etiamsi parentes ob contumaciam excommunicari fuerint, pendente lite super matrimonio, & per sententiam fiat separatio, ea contumacia parentum non potest præiudicare filijs, sed erunt legitimi quo ad ordines, & reliqua omnia.

35 Dubium octauum est, An filij nati ex matrimonio ab infidelibus contracto, quod secundum ritum eorum validum est, & iure tantum Canonico prohibitum, legitimi sint, si illi coniuges ad fidem conuertantur. Respondeo legitimos esse. Ratio est: quia, vt ait Innocen-

tius

tius Papa III. in cap. gaudemus. de diuortijs; *Baptismus connubia non dirimit, sed scelera soluit*. Et quia lex Canonica non astringit infideles, vnde solum consideratur ius diuinum, capit. de infidelibus de consang. Panorm. in capit. vlt. numero tertio, & Doctor. ibi, qui filij sint legit. Couarru. in Epit. parte 2. capitulo 8. §. primo, numero 2.

36 Dubium nonum est, quando defectus natalium est occultus, & filius illegitimus habetur publicè pro legitimo, an sit irregularis? Respondeo, quicquid aliqui negent, dicendum tamen est, esse irregularem. Sic Syluest. verbo, irregularitas, quæstione 20. & Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 69. versic. quarto, & cap. 27. nume. 201. versic. nono dico. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 25.

37 Dubium decimum est, an si illegitimus ordinetur per ignorantiam, peccet, & sit irregularis? Respondeo.

Primo, si sit ignorantia probabilis ordinantis, & ordinati, vterque excusatur; postquam autem ordinatus certus factus fuerit impedimenti, abstinere tenetur ab executione ordinis suscepti, donec dispensationem obtinuerit, quæ illi non est neganda, argumen. capit. nisi cum pridem. §. personæ, de renunciat. & Episcopus cum eo dispensare potest ad vsum ordinis suscepti. sic Innocent. & Panormit. in dicto capit. nisi cum pridem, §. personæ. numero sexto, post glos. ibi, in verbo, regulariter, & verbo, culpa, & in verbo, & causa. Panormit. in capitulo primo, de filijs presbyt. numero quarto, vbi ad hoc citat capitulũ secundũ, de ordin. ab Episcop. qui renunciauit Episcop. C. de testamen. l. prima, de offic. Præt. l. tertia. Albericus in verbo, illegitimus, & Summa Pisanella, verbo eodem, §. secundo. S. Antonin. tertia parte, titulo vigesimonono, de irreg. capitulo quarto, versic. item dum quis ignorat. Summa Consil. libro tertio, titulo 19. quæstione prima. Maiol. libro primo, capitulo septimo, numero primo, Nauar. tomo primo, consil. consil. tertio, numero secundo, de ætat. & qualitate. Toletus lib. primo, Instruct. Sacerd. capitulo vigesimoquinto, & Henriquez libro decimoquarto, de irregul. capitulo octauo, §. decimo. Federicus consil. 168. in fin. & Alexand. consil. 49. lib. 4. Non tamen potest Episcopus cum eo dispensare, vt promoueatur ad vlteriores, vt ait Henriquez cit. in annot. in litera H.

Secundò, si promotus sciens se illegitimum passus est se ordinari, non obtenta prius dispensatione, peccauit mortaliter, & est suspensus ab executione, ordinis suscepti, capit. fin. de temp. ordin. Panormit. in capitulo 1. numero quarto, de filijs presbyt. Syluest. verbo, irregularitas, quæstione 20. si tamen ante obtentam dispensationem sciens ordinetur, non incidit in nouam irregularitatem, ex Rebuffo in praxi benefic. in tract. de dispensat. super defectu natalium numero 13. & ex communi Doctor. sententia. in capit. fina. de cleric. excommun. minist. cum hoc iure non sit expressum; etiamsi Maiol. libro quarto, capitulo trigesimotertio, irregolarem de nouo fieri putet sine ratione, aut textu. Ordinans verò scienter irregularem, & illegitimum suspenditur a potestate ordinandi, capit. eum Vintoniensis, de elect. Maiol. lib. 1. cap. 7. num. 2.

Tertiò, qui non habuit ignorantiam, nec veram scientiam de sua illegitimitate, sed tantum erat dubius ex matris forte attestatione, dicentis illum esse illegitimum, si habeat conscientiam, quod teneatur credere matri asserenti, nec potest eam deponere, eo ipso quod credit se esse illegitimum, irregularis est, nec ante obtentam dispensationem licite promoueri potest, cum agere non possit contra conscientiam suam. Quod si dubitatio adueniat, postquam promotus est, nec potest deponere conscientiam, quod matri propter aliquas circumstantias credere teneatur, tunc ad cautelam petere debet dispensationem; capit. accedens. de purgat. canon. & facit capitulum per tuas, de probat. & capit. afferte, de præsumpt. Panormit. in capitulo primo, numero quinto, de filijs presbyt. Maiol. libro primo, capitulo septimo, numero tertio. Et denique probabiliter dubitans, an sit legitimus, abstinere debet & ab ordinibus suscipiendis, & a susceptis exercendis, donec causa decidatur; aliàs tam ordinans, quam ordinatus peccant exponendo se periculo. ex Maiolo, libro primo capitulo septimo, nume. 4. & communis est DD. opinio. Summa Pisanel. in verbo, illegitimus. §. sed nunquid.

Quartò, licet Maiol. lib. 1. capitulo 7. numero 3. dicat, ante ordines susceptos tutius esse credere se esse illegitimum, post ordines verò credere se esse legitimum; dicendum tamen est cum Hostien. & Panormit. in cap. 1. nume. 5. de filijs presbyt. & additio. ibi, in littera B. & facit text. singul. in l. fina. §. vlt. ff. de probat. vbi non statur dicto matris dicentis esse spurium, & tex. sing. in l. miles. §. defuncto. ff. de adulr. & C. de testam. l. neque professio. & no. in capit. officij, de pœniten. & remiss. Summa Pisanella, verbo, illegitimus, §. sed nunquid. Angelica, verbo, adulterium, num. 5. Syluest. eod. dub. 2. numero quarto, Sotus, 4. lib. de iust. quæstione prima, articulo secundo, ad 2. Nauar. in Manuali, capitulo vigesimo septimo, numero 201. versi. nono dico. & tomo 1. consil. primo, de filijs presbyt. Couarru. parte secunda sponsal. capitulo 8. §. tertio, nume. 8. & Henriquez lib. 1. de Sacramen. matrim. capit. 21. §. secundo; & libro 14. de irregul. cap. 8. §. decimo, quod in hoc casu non tenetur filius credere matri etiam cum iuramento asseueranti se esse illegitimum, etiamsi mater sit in articulo mortis; & proinde talis licitè promoueri potest ad omnes ordines, & illos exercere, maximè, si tempore, quo conceptus, aut natus est ex coniugata; mater cum marito vitam coniugalem agebat. Satis enim est, quod sit in possessione legitimi filij, & quod publica fama sit se legitimum esse, quæ plurimum in hac re probat, quandoquidem vnusquisque ius, & possessionem habet ad bonum nomen ex publica fama; vnde cum non teneatur credere matri, licitè credit se esse legitimum, & habilem tum ad ordines suscipiendos, tum ad susceptos exercendos.

38 Dubium vndecimum est, an illegitimus promotus ad ordines si celebret, incidat in nouam irregularitatem, ex hoc quod celebrat? Respondeo non incidere, quia non est textus, qui id dicat. sic Maiol. lib. 1. capit. 2. nume. 8. & fauet Innocen. in capit. si celebret. de cler. excommunic. ministr. vnde ad impetrandam dispensationem non est necessum, vt fiat mentio, quod celebrauerit, cum non sit expressum in iure, quod inciderit in nouam irregularitatem, sed satis est, quòd fiat mentio, quod sit illegitimus: sic Rebuff. in praxi benefic. tractatu, de dispensat. super defectu natalium, numero 13. Neque fit suspensus celebrando ante dispensationem in defectu natalium, neque eo ipso, quod sit ordinatus, manet suspensus, vt falsò putat Scotus, 4. distinctione 25. quæstione 1. articulo 3. conclus. prima. Ratio nostra est: quia non est in iure expressum, quod in censuram aliquam incidat, sed solum peccat mortaliter, vel celebrando, vel ordines recipiendo, quia eo ipso, quod est irregularis, prohibitus est recipere ordines, vel in susceptis ministrare: vnde illegitimus recipiendo ordines non prius obtenta dispensatione, peccat mortaliter, & rursus si celebrat ante dispensationem obtentam, peccat mortaliter, non quia inciderit in nouam aliquam irregularitatem, vel quia incurrerit suspensionem, sed quia eadem irregularitate, qua prohibetur ordines suscipere, quia illegitimus est, prohibetur etiã in susceptis absq; dispẽsatione ministrare;

res cum irregularitas, vt dictum est, sit impedimentum ad ordines recipiendos, & ad vsum ordinum susceptorum.

39 Dubium duodecimum est, an filij expositi, eo ipso quod expositi sunt, irregulares sint? Ratio dubitandi est, quia filij legitimi, & ex legitimo matrimonio nati non solent exponi, sed potius hi, qui ex furtiuis, & fornicarijs congressibus nascuntur; ergo expositi haberi debent pro illegitimis: in hac re duę sunt opiniones.

Prima opinio est dicentium esse irregulares, dum eorum parentes ignorentur; tum quia haberi debent pro illegitimis, tum quia est vehemens suspicio eorum parentes esse infames, tum quia in dubio habendi sunt potius pro illegitimis, eo ipso enim quod expositi sunt, videntur contemni s parentibus; tum, quia saltem vt incogniti repelli debent ab ordinibus. Sic Angel. in l. libertorum. ff. de his, qui notat. infamia. Iason in l. nec professio. C. de testam. Alciat. in l. 3. de pręsumpt. pręsu: .p. 1. nu. 12. Maiol. lib. 1. cap. 31. nu. 2. & num. 3. & Alphonsus Viuald. tract. de irreg. num. 123. Conar. in epit. ad lib. 4. decretal. 2. pat. c. 8. §. 3. & in Clem. si furiosus, par. 1. in princ. nu. 9. de homicid. vbi ait: Consuleremexpositis non promoueri, promotos vero non prohiberem ab ordinum vsu, propter auctoritatem DD. quos infra citabimus.

Secunda opinio dicit non esse irregulares, sic Anan. in ca. 1. de infant. exposit. nu. 11. Felin. in cap. cum deputati, de iudicijs, in fine. Bermõdus Choueronius in comment. ad tit. de concub. in verbo, qui etiam filios, num. 90. Gabriel Paleotus in tract. de filijs nothis, ca. 63. nu. 3. vbi ait hanc opinionem esse communiter receptam, & ait sic sensisse Barbatium, & alios in d. cap. cum deputati, & fauet Petr. Anchar. in capit. 1. de infant. exposit. quamuis hic dubius esse videatur. Quæ sententia mihi videtur esse verior de rigore iuris; quia non est iure expressum expositos esse irregulares, & nemo est dicendus irregularis, nisi sit in iure expressum, capit. is qui, de sentent. excommunic. lib. 6. Item, quia legitimi aliquando exponi solent ob parentum inopiam, & ignauiam; & quia benignior pars in pœnis, & odijs sequenda est. Et hoc intelligo, loquendo de expositis solũ ea ratione qua expositi sunt, sic enim non debent haberi pro illegitimis, aut irregularibus, & huic opinioni fauit Gregor. Papa XIIII. anno Dom. 1591. data Bulla in gratiam confraternitatis pro expositis, vbi decetnit, vt habeantur pro legitimis, & puri sanguinis ad omnes præbendas, vt testatur Henriquez lib. 14. capit. 8. §. 10. in annot. in littera K. qui licet existimet infantes expositos respectu futuri, id est, ad hoc vt ordinentur, habendos esse pro illegitimis; de præterito tamen, hoc est, iam promotos in dubio censeri vult legitimos, eo quod melior est conditio possidentis, & ne de parentibus præsumatur peccatum, vt quod genitus sit ex matrimonio saltem præsumpto cum bona fide alterius parentis, nec eo iure quæsito (in quo nemini nocet ministrando in presbyterio) priuandus est. Nihilominus tamen quia in dubio saltem ante factum pars tutior sequenda est, & periculum peccandi vitandum est, ideo in praxi, quando non constat de parentibus eorum, non sunt temere ordinandi, quia parentes eorum ignoti sunt, si tamen constet esse legitimos, ordinari possunt. Et vt notat Henriquez vbi supra, facta semel diligentia de natalibus, in tali dubio dispensare potest Episcopus, vt sic expositus præsumatur legitimus, & initietur etiam presbyteratu, & obtineat etiam beneficium curatum, cum Episcopus in omni casu occulto, maxime quando est dubium facti, dispenset, & his fauent Couat. vbi supra, in d. numero 9. & Viuald. num. 124.

40 Dubium decimumtertium est, an filij hæreticorũ sint irregulares ista irregularitate, quæ est ex defectu natalium. Maiol. lib. 5. cap. 46. num. 5. affirmat, & probat ex capit. quicumque, §. hæretici, de hæretic. libro 6. & cap. statutum fœlicis, eod. tit. & lib. vbi dicitur, *Filios hæreticorum, & credentium hæreticis, vel fautorum, vel receptatorum promoueri non posse ad beneficia Ecclesiastica, vel ad officia publica*, & consequenter inhabiles sunt ad ordines, quia ordines pertinent ad officia publica, & Summa Corona tract. de irreg. num. 4. versic. septimo. Item Nauar. in Manuali, c. 27. num. 205. §. tertio dico. Alphonsus Viualdus tractat. de irregular. num. 60. & seqq. Cosmus Philiarchus de Officio Sacerd. par. 1. lib. 4. ca. 9. & Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. quæstio. 19 puncto 3. §. 3. tales irregulares esse docent, hanc tamen irregularitatem inter eas, quæ procedunt ex defectu animæ, annumerant.

Ceterum hæc sententia non est certa; nam in capitulis citatis solum dicitur res esse inhabiles *ad Ecclesiastica beneficia, publicaque officia*, & per officia publica, quales sunt magistratus Reipub. non videntur intelligi ordines in materia pœnali, & odiosa. Item nemo dicendus est irregularis nisi in iure sit expressum, non est autem in iure expressum huiusmodi filios esse irregulares, & huius sententiæ est Toletus lib. 1. c. 25.

Quod si dicas esse infames, & eo ipso esse irregulares; Hoc non valet; Quia licet reputentur infames ad officia publica, non tamen inde sequitur esse inhabiles ad ordines, quia infames, qui ob infamiam irregulares habentur, sunt illi, qui ex proprio delicto in iure dicuntur infames, vel iure, vel facto, vt inferius suo loco dicetur. Si quis tamen opinionem Nauarri Maioli, & aliorum sequi velit, consequenter dicere debet capita ab eis citata quoad irregularitatem non extendi nisi ad secundam generationem, idest, filios nepotes ex linea paterna, ex linea vero materna extendi tantum ad filios, non nepotes, vt dicitur in d. capit. statutum, & authores citati notarunt. Quibus addo, quod si isti filij dicantur irregulares, solum comprehenduntur illi filij, quorum parentes, probati fuerunt in hæresi obijsse, aut probentur quod obierint credentes hæreticis, vel fautores, vel receptatores hæreticorum, vt ex capitulis citatis colligi potest, & expressis verbis Toletus vbi supra affirmat. Immo vero sequendo, Nauarri, & Maioli sententiam, si huiusmodi filij dicantur irregulares, requiritur ad hanc eorum irregularitatem, vt eorum parentes probentur (Sic enim loquitur capitulo statutum. de hæretic. libro sexto) obijsse in prædicto delicto. Per verbum autem (*Probentur*) intelligitur, quod fuerint condemnati in iudicio tanquam hæretici, vel fautores, vel receptatores, vel quod ipsi fuerint confessi in iudicio, tale delictum, aut quod notorium fuerit eos in tali delicto obijsse. Sin autem eorum pater, vel auus fuerit Ecclesiæ reconciliatus, nec filij, nec nepotes ordinari prohibentur, vt in d. capit. statutum, habetur.

45 Dubium decimumquartum est, quid dicendum sit de filijs coniugatorum, qui post parentum editum professionem in religione approbata, vel ordinum Sacrorum susceptionem generantur, verbi gratia duo inter se contrahunt matrimonium, & antequam natus est filius, pater vel religionem profitetur, vel Sacrum Ordinem suscipit, an proles quæ postea nascitur legitima sit, nec ne?

Respondeo primo, si isti geniti sint ab his qui post ratum, & non consummatum matrimonium in aliqua religione approbata professionem emiserunt, in hoc casu, sine altero coniuge relicto in sæculo in professionem consentiente si-

ue reclamante, illegitimi sunt filij postea ex his nati. Ratio est, quia per professionis emissionem dirimitur matrimonium ratum, ita vt non amplius potestas sit coniugi in sæculo relicto repetendi alterum, capit. secundo, & ibi glo. in verbo, remanere, & c. ex publico, de conuers. coniug. & Concil. Trid. sess. 24. canon. 6. Vnde & proles extra matrimonium postea nata erit illegitima.

Respondeo secundo, si filij isti generentur ab his qui post ratum, & non consummatum matrimonium Ordines Sacros extra religionem susceperunt, si inscia, & inuita vxore promotus sit, proles postea nata legitima erit, & ad ordines promoueri potest, vt colligi potest ex S. Thom. in addit. 3. par. q. 53. artic. 3. Palud. 4. dist. 37. q. 1. art. 1. conclus. 2. & Rich. ead. dist. art. 1. q. 2. Soto 4. d. 38. q. 1. art. 2. conclus. 3. Panorm. in c. 2. nu. 2. de conuers. coniug. summa Astensi par. 2. libro 6. artic. 3. q. 5. vbi etiam refert pro hac opinione Raym. summa Pisanella verbo illegitimus, §. pone quod aliquis. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 4. in fine. Maiol. lib. 1. cap. 4. num. 8. & 9. Ratio est, quia matrimonium in hoc casu, vt DD. citati docent, non dirimitur, immo potest vxor cogere virum suum Subdiaconum, aut Diaconum, vel Presbyterum ad consummationem matrimonij, vt est expressum a Ioanne XXII. in extrauag. quæ incip. antiquæ, de voto. Vnde in fauorem prolis dicendum est, quod sit legitima. Quod si vxor consensit, quod vbi ordinaretur, vel sciens non contradixit, tunc filius illegitimus est, & indiget dispensatione, ex summa Astensi, summa Pisanella, & S. Anton. cit. c. seriatim, dist. 32. & c. Episcopus, dist. 17. quomodo intelligendi sunt Goffred. Bern. & Innoc. in ca. litteras, de filijs presb. & Host. in summa, lib. 3. tit. de conuers. coniug. nu. 6. versic. sed quid si maritus.

Respondeo tertio, si isti geniti sunt ab ijs, qui post matrimonium ratum, & consummatum, vel Ordinem Sacrum susceperunt, vel in religione approbata solenniter professi sunt, siquidem vterque profiteatur, proles, tamquam ex coitu incestuoso nata omnino illegitima erit: quod si altero profitente, alter in sæculo remaneat, tunc distinguendum est; vel enim coniux in sæculo relictus est suspectus de incontinentia, & eo casu, etiamsi de illius licentia alter coniux professionem emiserit, si postea sit periculum incontinentiæ; potest eum repetere, & vti matrimoniali copula, vnde ex his genitus, erit legitimus, capit. 1. de conuersat. coniugat. Cuius ratio est, quia in illis conuersionibus coniugatorum validandis requiritur decretum Episcopi, qui nō admittet talem separationem, nisi vel ipsa quoque subeat religionem, si sit iuuenis, vel suspecta: Cæterum si relicta in sæculo non est suspecta incontinentiæ, satis est, vt in sæculo manens continentiam perpetuam voueat, nam cum periculo incontinentiæ secundum Canones non debet relinqui in sæculo, sed simul profiteri in religione. Quæ omnia probantur ex cap. Agathosa. & cap. si vir & vxor, capit. quia Agatho. 27. q. 2. & glo. in c. quidam. c. cum sis, & c. significauit. de conuers. coniug. gl. & DD. ibi, & Scholasticis 4. distinc. 37. Vbi tamen hoc vnum diligenter aduertendum est, quod si absque Episcopi decreto alter coniugum religionem ingressus solenniter profiteatur, nec coniux viri restitutionem per decennium postulet, quia per id tempus nascitur præsumptio, quod Episcopi consensus, & decretum interuenerit, omnia solemniter acta censentur; & illi amplius maritus non concedetur, ideoque quicquid post hoc decennium nascitur, ex eis censetur illegitimum, vt latius tradit Maiol. lib. 1. cap. 4. num. 6. & 7. post Tiraq. de de præscri. in glo. decem annos, versi. aa.

42 *Dubium decimumquintum est circa filios presbyterorum, & aliorum Clericorum.* Vbi sciendum est huiusmodi præter irregularitates, quæ communes sunt omnibus illegitimis, adhuc alias pœnas ipso iure incurrere, in tanti criminis detestationem. Præterea dubium esse potest cum circa filios Sacerdotum Latinorum, tunc Græcorum; & possunt esse legitimi, vel illegitimi. Latini enim legitimos habere possunt filios ex matrimonio ante ordines sacros susceptos; illegitimi vero erunt omnes generali ab existente in ordine sacro. ex Maiolo lib. 1. de irregul. capit. 6. num. 2. Alphonso Vitaldo tract. de irregul. num. 116. & num. 117. & communi DD. consensu, & sententia, Græcorum vero filij legitimi sunt etiam post ordines sacros suscepti ex vxore ante ducta; etsi enim Ecclesia Romana Græcis non permittat, vt post ordinis sacri susceptionem, matrimonium contrahant, matrimonij tamen ante contracti vsum illis etiam Sacerdotibus permittit, possunt enim matrimonio ante ordinis sacri susceptionem contracto, vti filij eorum erunt legitimi, qui ex vxore ante ducta post ordines sacros susceptos, geniti sunt, vt tradit Sanct. Thom. in addit. 3. part. quæst. 53. artic. 9. quem sequuntur Sotus 4. distinct. 38. quæst. 1. art. 4. & Maiol. lib. 1. cap. 4. numero 12. Id quod verum est in Sacerdotum filijs, nam Græcorum Episcoporum filijs ex vxore dicta ante Episcopatum obtentum suscepti post adeptum Episcopatum illegitimi sunt, quia nec ipsi Græci adepto Episcopatu, vxore prius ducta vti possunt, vt expresse decretum est in Sexta Synodo Constantinop. Canon. duodecimo. Illegitimi vero Græcorum filij erunt, tum, qui ab Episcopo post adeptum Episcopatum geniti sunt, tum, qui ex Matrimonio contracto post ordinis sacri susceptionem, vel ex coitu fornicario procreantur; Non enim Græcis permittit Ecclesia Romana, vt post ordinis sacri susceptionem vxores accipiant.

43 De illegitimis igitur filijs tum Græcorum, tum Latinorum dicendum est, huiusmodi non solum inhabiles esse, & irregulares ad ordines, sicut alij omnes illegitimi, immò odiosius excluduntur, quam reliqui, & cum maxima difficultate dispensatur cum eis, & cum maiori formula verborum, Panorm. in c. per venerabilem, qui filij sint legitim. Sed etiam inhabiles sunt ad beneficia; De quibus Clement. Papa VII. in Bulla ab ipso edita anno Dominicæ incarnationis 1531. nonas Iunij Pontificatus sui anno septimo, quæ incipit, *ad Canonum conditorem*, & est quadragesimasexta, eiusdem in ordine, Sic ait; *Statuimus, & ordinamus, quod de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias Cathedrales, etiam Metropolitanas, ac Monasteria, quibus earum patres præfuerunt, seu illa, & illas dignitates, etiam maiores, & principales, personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, quæ presbyteri, & Clerici, ac religiosi eorum patres in titulum, & commendam, ad administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint.* Et in Concilio Trident. sess. vigesimaquinta, de reformat. cap. decimoquinto, dicitur; *Non liceat filijs Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Matrimonio Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiast. cum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere; nec in dictis Ecclesijs quoquemodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere.*

44 Quæres, an hæc locum etiam habeat in parentibus respectu filiorum, similiter in collateralibus, vt sicut quis filius non potest habere Ecclesiam patris, sic in ascendentibus, nec pater Ecclesiam filij,

filij, & in collateralibus nec frater ecclesiam fratris? Host. & ipsum recitans Archidiac. in ca. Apostolica. 8. quæst. 1. volunt etiam in istis procedere; primò, quia ratio est ne detur successio hæreditaria in beneficijs; quæ ratio ita procedit in filijs respectu parentum, ac in parentibus respectu filiorum. Secundò, quia sicut est turpitudo filium presbyteri ministrare in ecclesia, vbi etiam pater ministrat, ita etiam & patrem ministrare in ecclesia, vbi filius ministrat: & facit ad hoc l. nam etsi parentibus. & l. seq. ff. de inoff. testamen. & §. aliud quoque, Auth. vt cum de appell. Contraria tamen, & verior sententia est Alani, & Vinc. quos refert, ac sequitur Panormit. in capit. ex transmissa. numero 3. de filijs presbyt. & Ioan. And. in cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. Ratio est: quia, cum hoc pœnale sit, & pœnæ restringendæ potius sint, quàm ampliandæ, non oportet ad collaterales saltem extendere; vnde collaterales sibi succurrere possunt, cessat enim ratio prohibitionis, quia nunquam frater putatur tantum affici erga fratrem, vt studeat illi parare hæreditatem: & præter citatos docent id glos. in d. capit. Apostolica. in verbo, præbendas, & Maiol. lib. 1. capitulo 6. numero 13. Vnde teste Platina in vita Pauli I. Stephanus II. & Paulus I. fratres in Pontificatu sibi inuicem successerunt: & Leandro fratri Episcopo Hispalensi B. Isidorus successit. Et patrum nostrorum memoria, Adolpho Schauetemburgio Comiti germanus frater Antonius in Archiepiscopatu Coloniensi, & Imperij electoratu immediate successit.

45 Quoad legitimos vero.

Dico primo, eos non prohiberi ad omnes ordines sacros ascendere, ex glo. in summa distinctione 56. in verbo, presbyterorum. Host. in summa libro 1. tit. de filijs presb. num. 5. §. qui filij presbyterorum. summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 3. summa Pisanella, in verbo, illegitimus. §. quid de filijs Sacerdotum. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 4. in fine. Summa Confess. libro tertio tit. 19. quæst. 6. Maiol. libro 1. cap. sexto numero secundo, & facit capit. Osius Papa, distinct. 56. Nam & Gelasius I. Syluerius I. Theodorus I. Summi Pontifices, Episcoporum filij fuerunt, & Agapitus I. & Felix III. Summi etiam Pontifices presbyterorum filij fuerunt, & Deusdedit Papa, filius Subdiaconi fuit.

Dico secundo, tales filij habere possunt quodcunque beneficium, aut dignitatem dissimilem in ecclesijs, vbi eorum patres habent, aut habuerunt beneficia, vel dignitates, vnde in ecclesia, in qua pater est Episcopus, potest legitimus eius filius esse Canonicus, vel Diaconus, etiam viuente patre, & in officio suo in eadem ecclesia manere, capit. ad hæc, de filijs presbyt. & DD. cit. & glos. in capit. constitutus, in verbo perpetuus, tit. eodem. Item pater, & filius diuersus canonicatus, vel dignitates in eadem ecclesia habere possunt, ex Host. & Panormit. in d. capit. ad hæc. numero tertio, vt si pater sit Episcopus, filius potest esse Archidiaconus, vel econtra. Hoc tamen intelligendum est, dummodo non sint tales dignitates, vel beneficia, quæ ad inuicem repræsentantur, vt sunt verbi gratia, Episcopatus, & Vicarius eius perpetuus, personatus, & eius Vicarius perpetuus, hæc enim se inuicem repræsentant. Vndè, si pater sit Episcopus, filius eius in eadem ecclesia Vicarius perpetuus esse non potest, & econtra, si filius sit Episcopus, eo loco pater perpetuus Vicarius esse nequit: nam si patre existente Episcopo, filius sit eius Vicarius perpetuus, apparet in eo turpitudo, quæ dicitur ex repræsentatione paterna, cum Vicarius Episcopum repræsentet. Item, si pater personatum possederit, filius non potest eius vicariam possidere, capit. Michael, de filijs presbyt. & DD. Goffred. Hostiens. Bernard. quos refert, ac sequitur Alberic. in verbo, illegitimus, & Summa Pisanella, verbo eodem. §. quid de filijs? Hostiens. in summa, libro primo, titul. de filijs presb. numero 5. §. qui filij presbyterorum, versic. item si pater. Summa Confess. libro tertio, titu. 19. quæstione 3. Summa Astensis, par. 2. libro 6. tit. 22. quæstione 1. S. Anton. 3. parte tit. 29. capitulo 4. in fine. Maiol. lib. 1. c. 6. nu. 5. & alij.

Dico tertio, si pater fuit Vicarius non ad vitam, sed ad tempus, filius, & pater inuicem succedere possunt immediatè, c. constitutus, iuncta glos. ibi, in verbo, perpetuus, de filijs presbyt. Maiol. cit. Et si pater fuit Archiepiscopus, filius potest esse ipsius Episcopus Suffraganeus, & comprouincialis, vel econtra: non tamen poterit esse Suffraganeus perpetuus in administratione Archiepiscopatus: quia eo modo referret personam patris, quod iure prohibetur.

Dico quartò, huiusmodi filijs non potest prouideri de ecclesijs, aut paternis beneficijs immediate siue per resignationem, siue per obitum, siue per aliam quamlibet vacationem. capit. ad abolendam, capit. ad extirpandas, & caput. quoniam, de filijs presbyt. & DD. cit. Summa Confess. lib. 3. tit. 16. quæstione 6. & Maiol. lib. 1. capitulo 6. nume. 4. & hoc tum ob indecentiam; tum ne detur successio hæreditaria in beneficijs. Quæ omnia hactenus dicta, non solum vera esse tradit Maiol. cita. numero sexto, in filijs existentium in sacris, sed etiam eorum qui in minoribus constituti sunt; vnde Acolytus dimittens beneficium ob matrimonium contractum, vel quamlibet aliam causam, filius eius in eo immediatè institui non potest, tum ob eandem rationem, tum quod iura non distinguant inter ordines maiores & minores quoad successionem beneficiorum.

Dico quintò, huiusmodi filij mediate, id est, si intercesserit tertia persona, patri succedere possunt, tunc enim non succedit patri, sed illi personæ mediatæ. Hostiens. in summa cita. Panorm. in capit. ad extirpandas. numero 5. de filijs presb. Astensis in summa, parte 2. libro 6. tit. 22. articulo 3. quæstione 4. Summa Pisanella in verbo illegitimus. §. quid de filijs Maiol. lib. 1. capitulo 6. nume. 11. quod verum est, etiamsi media illa persona non possederit beneficium de iure, sed de facto tantum, titulo aliquatenus colorato, & etiamsi titulus postea fuerit declaratus nullus per sententiā, hoc enim modo filius, qui immediatè patri succedere nō potuit vi[r]tute istius mediæ personę de facto possidēns succederet.

Quod si petas, an hæc, quæ dicta sunt hactenus, procedant etiam, locumque habeant in parentibus respectu filiorum, aut fratrum? Respondeo, quod non, vt suprà dictum est, vnde frater fratri in beneficio succedere valet, cum in istis cesset ratio prohibitionis, quia frater non putatur tantum affici erga fratrem, vt studeat illi parare hæreditatem, glos. in capit. Apostolica, in verbo, præbendas, 8. quæst. 1. Archid. ibi. Maiol. cit. num. 13. & alij.

46 Dico sexto, nepotes ex filijs immediatè in beneficijs auorum succedere possunt, ex communi DD. sententia, sic glos. in d. capit. Apostolica, & Archid. ibi. Goffred. & Raim. quos referunt, ac sequuntur Hostiens. in summa lib. 1. tit. de filijs presbyt. nume. 5. §. Qui filij presbyterorum, vers. sed nunquid. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 8. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 22. articulo 3. quæstione 2. & Summa Pisanella, in verbo, illegitimus, §. quid de filijs, in fine. Panorm. in capit. ad extirpandas, num. 8. de filijs presb. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 4. in fine, glos. in cap. 1. in verbo, filios, distinct. 56. & Maiol. lib. 1. capit 6. num. 14. & summa Confess. lib. 3. tit. 29. quæst. 8. & hoc ipsum latè probat Nauar. tomo 1. cons. cons. 8. 9. & 10. de filijs presbyt. in vltima editione. Vnde Gregorius Magnus Felici IIII. proauo suo successit, vt docet ipsemet Gregor. hom. 38. Ratio huius est: quia cum hæc pœna odiosa sit, restringenda est, maximè cum lex hoc non dicat de ne-

potibus, sicut de filijs expressit. Id quod procedit etiamsi nepotes isti legitimi parentes haberent illegitimos, in beneficijs enim auorum succedere possunt, ex Maiol. cit.

De Dispensatione illegitimorum, & valore eius. Cap. XI.

S V M M A.

1 *Natalium defectus varijs modis tollitur.*

2 *Matrimonium subsequens illegitimum iure humano in vtroque foro ad omnes ordines, & dignitates legitimum facit.*

3 *Religionis ingressus, & solennis professio in ea, quamuis irregularitatem omnem quoad ordines etiam Sacros tollat, non tamen habilem ad dignitates reddit.*

4 *Sixti V. Constitutio contra illegitimos edita qualiter a Gregorio XIIII. moderata fuerit.*

5 *Papa illegitimum quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam, vbique terrarum legitimare potest.*

6 *Papa an illegitimum quoad successionem in terris sibi non subditis legitimare possit.*

7 *Matrimonium an legitimum sit, & an proles inde suscepta quoad successionem legitima sit, Papa declarat.*

8 *Illegitimum ad ordines Minores, & beneficia simplicia Episcopus legitimare, seu dispensare potest.*

9 *Episcopus sibi non subditum & ad personatum, & dignitatem legitimare non potest.*

11 *Episcopus illegitimum, vt beneficium Paternum simplex immediate obtineat, dispensare non valeat.*

12 *Legitimatus ab vno Episcopo ad ordines minores, & beneficium simplex, beneficia talia, & ordines in alterius Diœcesi obtinere potest.*

13 *Episcopus illegitimum, vt Canonicatum obtineat, post Concil. Trident. legitimare non potest.*

14 *Episcopus cum illegitimo ad prælaturam regularem dispensare nequit.*

15 *Imperator, aut Princeps sæcularis superiorem non agnoscens, quamuis sibi subditum quoad honores & officia sæcularia legitimet, non tamen quoad Ecclesiastica, vel spiritualia.*

16 *Dispensatio, cum iuris relaxatio sit, stricte interpretanda est.*

17 *Legitimatus simpliciter a Papa intelligitur legitimatus solum quoad honores, & ordines minores, & beneficinm simplex, etiamsi in rescripto diceretur, quod Clericali possit.*

18 *Papa in dispensatione dicit,* Legitimamus Petrum quoad omnia, *ad ordines tantum, & beneficium simplex dispensare censetur.*

19 *Dispensatus a Papa cum clausula,* Ad omnes ordines, *ad quid dispensatus censeatur.*

10 *Dispensatus ad certum ordinem, non censetur dispensatus ad ordinem illo superiorem, sed inferiorem.*

21 *Dispensatus ad ordines ad beneficinm dispensatus non censetur.*

22 *Dispensatus ad dignitates ad beneficia dispensatus non est.*

23 *Dispensatus a Papa ad Sacerdotium ad Ecclesiam parochialem dispensatus non censetur.*

24 *Dispensatus a Papa ac præbendatum beneficium ad beneficium curatum habilitatus non est.*

25 *Dispensatus a Papa ad beneficium simpliciter ad Curatum dispensatus non censetur.*

26 *Dispensatus a Papa ad omnes ordines, & beneficium Ecclesiasticum, ad personatum, vel Rectoriam, ad quam per electionem procedi solet, non dispensatur.*

27 *Dispensatus ad dignitates, ad Ecclesiam cathedralem, & dignitates eius non est dispensatus.*

28 *Dispensatus ad ordines, per hoc ad dignitates Ecclesiasticas dispensatus non est, sicut nec habilitatus ad dignitates Ecclesiasticas ad Episcopatum habilitatus est.*

29 *Dispensatus ad Episcopatum ad Archiepiscopatum habilitatus non censetur.*

30 *Legitimatus ad omnes ordines, etiam Episcopatum, ad Episcopatum habilitatus non censetur, si sit filius Canonici, etiam non existentis in sacris, & quæ huius ratio sit.*

31 *Dispensatus illegitimus a Papa, vt non obstante defectu natalium beneficium curatum obtineat virtute illius duo beneficia simul habere non potest.*

32 *Dispensatus a Papa, vel Episcopo, super beneficio incerto, eo consecuto, aliud sine dispensatione obtinere nequit.*

1 Arijs modis defectum hunc natalium tolli posse tradunt DD. vt S. Thom. in addit. 3. part. quæst. 68. art. 3. Palud. 4. dist. 41. quæst. 3. art. 2. & 3. Richar. ead. dist. artic. 1. quæst. 3. Ioan. Bachon. 4. distinct. 25. q. 6. art. 2 Sot. 4. dist. 41. quæstio. vnica, art. 4. conclus. 3. Host. in Summa, lib. 1. tit. de filijs, presbyt. num. 8. §. quis possit dispensare, & lib. 4. tit. qui filij sint legit. nu. 9. §. qualiter. Summa Confess. lib. 3. tit. 29. q. 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 22. ar. 4. Summa Pisanella, in verbo, illegitimus, §. quis potest dispensare. Angelica, in verbo, legitimatio, & in verbo, 3. nu. 12. & S. Ant. 3. par. tit. 29. de Irreg. cap. 4. Syluest. in verbo, illegitimus, quæst. 5. & 6. verbo, legitimus. Tabiena, in verbo, filius nu. 5. §. quarto, & verbo, in beneficium, 2. §. quartodecimo, & seq. Nauar. in Man. cap. 27. num. 201. vec. decimo dico. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de Irreg. post. princ. Couar. in Epit. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 8. Ioseph Angles. in Flor. 4. sent. in quæst. de Sacram. Ordinis, art. 4. Iac. de Graff. lib. 4. ca. 27. & 58. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 112. nu. 125. & p. 3. c. 2. & Henriquez lib. 1. de Sacram. mat. c. 20. §. 2. & lib. 14. de irreg. cap. 8. 10. & Simon Maiol. lib. 1. c. 8. 9. & 10. tollitur aut præcipue tribus modis.

Primo per subsequens matrimonium, quando s. solutus generans filium de soluta, postmodum in facie Ecclesiæ cum ea contraxit, capit. 1. & capit. Tanta, qui filij sint legit. id quod etiam legibus concessum est, vt §. vlt. Institut. de nupt. & in l. cum quis, C. de natural. liberis, & in authen. quibus mod. naturales efficiãtur legitimi, §. si quis igitur, collat. 7. Hic autem legitimandi modus non se extendit ad natos ex adulterio, capit. tanta, & ibi Panorm. num. 8. qui filij sint legit. Rich. & Sot. cit.

Secundo per religionis ingressum, qui modus extenditur ad quoscumque illegitimos, cum DD. communiter post glo. in cap. 4. in verbo, *religionis*, & ibi Panorm. in fine, de apostat. & Angelica, in verbo, irregularitas, 2. nu. 1. & Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 28. vers. secundo, dicant absolutè hanc irregularitatem tolli per professionem in religione approbata.

Tertiò, per dispensationem Papæ, qui modus legitimandi potest se extendere ad quoscumque illegitimos ex Richard. vbi supra. Est autem legitimatio restitutio quædam natalium, quæ absque coniugio

fugio natis, extra causam ingenuitatis conceditur, ex Couar. in Epitom. 4. decret. par. 2. capit. 8. §. 8. numero 1. seu accommodatius, legitimatio est habilitas quædam ad actus legitimos, ad quos illegitimus fuit inhabilis. Et quamuis Couar. vbi supra, & eum secutus Henriquez libro 1. de Sacram. matrim. capit. 20. §. secundo, dicant legitimationem dispensatione differre, quorum opinio in rigore vera est; nos tamen in præsennarum legitimationem, & dispensationem pro eodem sumimus, iuxta ea, quæ tradunt Panormit. in capit. per venerabilem, num. 22. qui filij sint legit. & Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 22.

Primo igitur, quamuis nonnulli dubij esse videantur, dicendum tamen est per subsequens matrimonium, iure humano Ecclesiastico illegitimum in vtroque foro fieri legitimum, etiam ad omnes ordines sacros, & honores Ecclesiasticos, immò & ad Episcopatum, iuxta ea, quæ tradunt gloss. in capit. tanta, in verbo, legitimi, & ibi Panorm. numero septimo, qui filij sint legit. Couar. in epit. 4. decret. part. secunda, cap. 8. §. 1. nu. 24. Maiol. lib. 1. capit. 4. nume. 14. & Henriquez libro de Sacram. matrim. capit. 20. §. 2. & nos latius dub. 2 cap. 10. docuimus, vbi tamen hoc in Cardinalatu fallum esse diximus, ob nonam Sixti V. constitutionem. Et sic legitimatus succedit in feudo patris, ex Panormitan. in d. capit. tanta, num. 7. & ad omnia tam primogenita, quam feudalia sicut alij admittendus est, ex eodem Couar. vbi supra, & Henriquez, qui addit sic legitimatum præferri in successione primogenij filio secundo, qui ex eisdem parentibus legitimo matrimonio iam contractis natus est. Dixi, ex eisdem parentibus, quia, si, antequam contrahat cum ista, duxit aliam, ex qua genuit legitimum primogenitum, non succedit hic filius per secundum matrimonium legitimatus, licet sit maior natu, cum alter sine culpa sua non sit primogenitura priuandus.

Secundò, per religionis ingressum, & solemnem professionem in religione approbata emissam irregularitas omnis ex illegitimitate proueniēs purgatur quoad omnes ordines non solum minores, sed etiam sacros, gloss. in capit. finali, in verbo, Sedis Apostolicæ, in fine, de filijs presb. & colligitur ex capit. 1. tit. eod. & ex gloss. in capit. 1. in verbo, Sedis Apostolicæ, de fil. presb. lib. 6. & capit. 1. distinct. 57. Palud. 4. distinct. 41. quæst. 3. artic. secundo, conclus. 2. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 2. S. Anton. 3. par. tit. vigesimonono, de irregul. cap. 4. circa med. Syluest. verbo, illegitimus, quæst. 6 Angelica, verbo, ordo, 3. numero 13. Tabiena, verbo, ordo. 4. post medium. Iacob. de Graff. lib. 4. capit. vigesimoseptimo nu. 54 Nau. in Manuali, ca. vigesimoseptimo numero 201. versic. decimo dico. Alphons. Vinald. tract. de irregular. num. 116. Cosmus Philiarchus libro 5. cap. 8. Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæstione 19. puncto 3. §. 2. Ioseph Angles in Florib. 4. sent. in quæst. de Sacram. ordinis, articulo quarto, qui addit hoc intelligi quoad ordines suscipiendos; non enim tollitur quoad executionem, & administrationem in ordinibus susceptis: nam si Sacerdos irregularis religionem ingrediatur, eius irregularitas etiam facta professione nisi per dispensationem non tollitur: non tamen legitimatus propterea censetur quoad prælaturas obtinendas, aut in illo, aut in alio monasterio, vt colligitur ex d. capit. 1. de filijs presbyt. & ibi Panormit. numero 6. Philip. Franc. in cap. indemnitatibus, super gloss. in verbo, canonicam, & ibi Archid. de elect. libro sexto, Card. in Clement. Attendentes, in quæst. vndecima, de statu monach. Felin. in capit. meminimus, colum. 5. versic. quarto nunquid, de accusat. Palud. vbi supra. Maiol. libro primo, capit. 10. numero tertio. Neque curam animarum iure ordinario, Abbatiam regularem, vel sæcularem siue per electionem, siue per commissionem habere potest, capit. leg. decimasexta, quæst. prima, & Panorm. in d. cap. 1. num. 6. & alij DD. & Gab. Paleot. de nothis, ac spurijs, cap. 57. num. 4. vbi vult huiusmodi non posse esse Priorem, Abbatem, aut Vicarium Episcopi, sine dispensatione Papæ, vel alterius ad id potestatem habentis: id quod etiam docet Alphons. Viualdus vbi supra, & patt. tertia, capit. secundo, citans Panormitan. in capit. 1. & glos. in cap. fin. de filijs presbyt. & alios, vbi latè de hac re tractat. Notandum tamen est supradicta procedere in his dignitatibus, vel officijs quę dantur in titulum, vel commendam perpetuam, vel in vsum iurisdictionis prælatiuæ, nam nudis administrationibus hospitalium præfici poterit illegitimus religionem professus, & etiam habilis fit ad pensiones obtinendas, & denique ad administrationem simplicem, de quo posset ad nutum remoueri, promoueri posset, dummodo curam non habeat, ex Panormitan. in capit. primo, numero sexto, de filijs, presbyter. & Gomesio, quem refert, & sequitur Paleot. de nothis & spurijs, capit. 58. & Maiol. l. prima, capit. decimo, numero quarto, Ex quo enim promouetur ad sacros ordines administrationem non curatam sine vlla alia dispensatione habere poterit. Imò etiam, vt Paleot. cit. capit. 58. numero 8. & Maiol. cit. testantur, capax est iuris præsentandi ex patronatu, quod etiam docet Roch. Curt. tractat. de iure patron. versic. competens, quæstion. 2. Quamuis enim ipse prælaturæ incapax sit, benè tamen iuris præsentandi prælatos capax esse potest. Et sicut illegitimus Abbas, aut Prior esse nequit; ita neque monialis illegitima Priorissa, vel Abbatissa sine dispensatione fieri potest.

4 Circa hunc autem illegitimorum ingressum in religionem obseruandum est, quod licet Sixtus V. in constitutione sua contra illegitimos, quæ incipit, *Cum de omnibus Ecclesiasticis*, anno 1587. edita; & in alia sequenti Constitutione declaratiua illius, quæ incipit, *Ad Romanum spectat Pontificem*, anno 1588. facta, prohibuerit illegitimos quousque admitti in religionem, aut admissos ad honores, & dignitates promoueri; Postea tamen Gregorius Papa XIIII. anno 1590. moderando supradictas Sixti V. constitutiones in sua constitutione, quæ incipit, *Circumspecta Romanis Pontificis prouidentia*, *Vt illegitimi omnes, præsentes, & futuri, tum ad professionem recipi, tum etiam ad honores, & dignitates, & officia religionis assumi possint*, permisit; *dum modò tamen filius illegitimus, in religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur*; & insuper facultates ac Priuilegia Religionibus concessa dispensandi cum illegitimis reualidauit; habent enim religiosi facultatem, qua dispensare possunt cum huiusmodi ad omnes dignitates, & officia religionis, vt patet ex S. Anton. tertia par. tit. vigesimonono, de irregul. capit. 4. vers. tertius modus, vbi refert Priuilegium Alexandri III. quod incipit, *Deuotionis*, & alterum Ioannis XXII. & latius id ostenditur in Compendio Priuileg. Mendicant. in verbo, Dispensatio, §. duodecimo, et §. decimotertio, Quod si quis illegitimè eligeretur superior non habita prius dispensatione, electio esset nulla, capit. innotuit, & capit. cum Vintoniensis, de elect. Quibus omnibus addo ex Palud. 4. distinct. 41. quæst. tertia, artic. secundo, conclus. 2. quod legitimatus ad ordines sacros per professionem in religione approbata non propterea censetur legitimatus quoad successionem, vt succedere possit proeo qui succederet, si ipse esset legitimatus, C. de Sacramen. Eccl. l. Deo nobis, cum hoc stricti iuris sit, & ideo strictè interpretandum. Quod si quis à Nuncio dispensatus sit ad omnes dignitates, dum sit laicus, & postea fiat regularis, non censetur dispensatus ad beneficia, & honores religionis, ex Nauarr. tom. 2. consil. 2. num. 2. qui filij sint legit. & Henriquez. lib. 1. de Sacramento

matrimon.capit.vigesimo,§.secundo.

5 Tertio, Papa quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam vbique terrarum legitimare potest, capit. per venerabilem, & ibi Panormit. & DD. qui filij sint legit. Host. in Summa lib. 1. tit. de filijs presb. num. 8. §. quis possit dispensare, & lib. 4. tit. qui filij sint legit. §. qualiter, numero 9. & 10. Summa Confess. lib. 3. titul. 19. quæst. 4. Palud. 4. d. 41. q. 3. art. 4. conclus. 2. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 4. versic. secundo modo. Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 6. artic. 2. Summa Pisanella, in verbo, illegitimus, §. finali. Iacob. de Graff. libro 4. capit. 27. num. 57. Alphons. Viuald. tract. de irregul. num. 127. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 8. & Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæstion. 19. puncto 3. §. 2. Toletus lib. 1. cap. vigesimoquinto, & communis DD. Ratio est: quia legitimare, non est aliud quam impedimenta iuris Canonici sibi amouere, & a pœnis Canonum quibus ligatus, & impeditus est, eum absoluere. Cum ergo impedimentum hoc iure Canonico inductum sit, Papa illud tollere potest. Immo vero vt præfati DD. tradunt, Papa non solum ad actus legitimos sæculares in terris Ecclesiæ temporaliter subiectis legitimare potest.

6 Dubium solom est, an Papa legitimare quempiam possit quoad successionem in terris Papæ non subditis. In qua re variæ sunt DD. sententiæ, Quidam enim dicunt, quod ex eo, quod aliquis legitimatur a Papa in spiritualibus, videtur etiam per quandam consequentiam legitimatus quoad temporalia, quoad successionem scilicèt, & dignitates, ne fit absurdum, & quasi monstrosum, vt legitimatus ad spiritualia, illegitimus ad temporalia censeatur. Quam opinionem tenet Goffred. in Summa sua, & facit capit. per venerabilem, qui filij sint legit. Alij dicunt, quod legitimatus quoad spiritualia, censetur legitimatus quoad alios honores sæculares inhærentes personæ, puta, quod possit esse iudex, vel delegatus, & habere alias dignitates illegitimis interdictas, non autem quoad hæreditatem? Ratio diuersitatis esse potest quia in primo casu non tractatur de præiudicio alterius; sed in secundo sic, quia aufertur hæreditas venientibus ab intestato, & addunt hoc de facto tenuisse in Regno Franciæ, quia primogenitus Comitis Flandriæ legitimatus per Papam, non successit in Comitatu, sed alius minor, qui erat legitimus; vnde docent Papam legitimare non posse in terris alienis quoad successionem hæreditariam, quia esset præiudicialis hæredi legitimatio illa. Et hanc sententiam sequuntur gloss. in capit. per venerabilem, in verbo, habeat potestatem, qui filij sint legitim. & Laurentius, Vincentius, & Tancredus, quos refert gloss. citat. sic etiam docent Angelica, in verbo, legitimatio, numero primo, & San. Anton. tertia part. tit. vigesimonono, capit. quarto, versic. secundo modo. Sotus quarta, distinct. 41. quæst. vnic. artic. 4. conclus. tertia, versic. secundus modus. & Henriquez libro primo, de Sacramen. matrim. capit. 20. §. secundo, Alij vero, vt Ioan. And. quem refert, & sequitur Panor. in capit. per venerabilem, numero 22. qui sint legitimi. (Host. lib. 1. tit. eod. §. qualiter, numero 11. vbi non solum docet Papa id posse sed etiam solum Papam legitimare posse) Astensis, par. 2. Summæ, lib. 8. tit. 38. art. 4. quæst. 1. Ioan. Bachon. 4. dist. 25. q. 6. artic. 2. in fine. & Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 15. Summa Pisanella, in verbo, legitimus, q. 4. & Couar. in epit. 4. decret. par. 2. capit. 8. §. 8. num. 1. docent hæc, quę infra dicemus. Quorum.

Primum est, quod Papa in terris sibi non subditis legitimare potest quantum ad actus spirituales.

Secundum est, quantum ad dignitates, & officia publica, in quibus nulli fit præiudicium, vt quod sit Iudex Ordinarius, vel Delegatus.

Tertium est, quod si ex Matrimonio nullo ob aliquem essentialem defectum, puta ob defectum consensus inter parentes, proles illegitima nascatur, non potest Papa prolem illam legitimare: cum enim non possit consensum, qui est de essentia illius, supplere, prolem exinde natam legitimare non potest, quamuis enim fingere possit consensum stante dubio, capit. is qui, de sponsal. & in l. prima, C. de rei vxor. act. dicatur, *quod princeps fingit consensum, vbi non est*; illud tamen solum verum est in positiuis, non in Sacramentalibus, in quibus nihil potest Papa quoad essentiam eorum, vbi enim pro forma veritas consensus exigitur, fictio nihil potest.

Quartum est, quoad prolem editam ex Matrimonio nullo ob aliquod impedimentum iure Canonico positum, puta contractum in aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito iure Canonico, vel ex aliquo alio impedimento, tunc distinguendum est, vel enim agitur quantum ad successionem respectu iuris quærendi, vt quando filius legitimatur patre viuente, si constet de mente Papæ quod velit eum legitimare quoad successionem, vere eum legitimat, & restituit quoad eam. Potest enim Papa facere, vt matrimonium validum sit, ex tunc, sicut & nunc, idest, vt censeatur validum non solum ex hoc tempore, quo dispensat, sed etiam ab instanti, in quo primo contractum est, & consequenter, vt legitimetur proles præcedens ab eodem tempore. Papa enim legitimum efficiens matrimonium, vt ex tunc hoc est, ac si a principio fuisset legitime contractum, legitimare censetur prolem ex illo matrimonio susceptam ante illam approbationem, si eius mentio facta sit ei, & id in legitimatione exprimat, vt erudite, & subtiliter Palud. Panormitan. & Couar. vbi supra, capitulo octauo, numero decimosecundo, & decimotertio, disputant. Dixi, si hoc exprimat; Nam si exprimat aliqua, ad quæ legitimat, non propter hoc intelligitur legitimare ad alia, nisi quando sunt minora, & non sunt in alterius præiudicium, sicut sunt si legitimat ad dignitates, per consequens, quod possit esse conseruator, & huiusmodi, sed non propter hoc parentibus succedat, & quamuis simpliciter, & quoad omnia legitimaretur, nisi successionem exprimeret, adhuc intelligeretur saluo iure alterius, & per consequens non extenderetur ad successionem; secus tamen, si diceret se legitimare etiam quoad successionem. Hanc etiam veritatem docent Philip. Franc. in capitulo tanta, quæstione quinta, & Zabarel. idem quæstione decima, qui filij sint legitimi. & Simon Maiol. libro primo, capitulo quarto, numero vigesimo, & vigesimoprimo, vbi dicunt, quod legitimato matrimonio prius nullo propter aliquod impedimentum non censentur filij legitimati, nisi Papa id exprimat; additque Maiol. iam Curiam obseruare hunc stylum, vt ponatur clausula, *quod proles suscepta declaretur valida*. *Vel* Secundo agitur de successione respectu iuris quæsiti, vt puta, de legitimando filium post mortem patris ad succedendum illi, quando legitimo est iam ius acquisitum, & tunc duo mihi dicenda videntur, Vnum est, Quod in terris sibi non subditis Papa non debet nisi ex magna causa dispensare, maximè cum ius ad alterum deuolutum esse videatur; Secundum est, quod cum potestas Imperatoris, & a fortiori aliorum Principium, sit a Deo mediante Papa, & omnis Iurisdictio temporalis, a spirituali dependeat, si Imperator, aut alius temporalis Dominus in suis terris hoc possit, probabiliter dici potest cum Syluestro vbi supra, quod etiam Papa de plenitudine potestatis id poterit ex causa, etiam in terris alienis, puta quia ille deberet legitimare, & non vult, vel non potest de facto, aut de iure ob aliquod impedimentum, puta, si denunciatus esset excommunicatus, & priuatus omni

ni sua iurisdictione, & præsertim quando ad Papam recurratur pro hoc, vt illum legitimet, qua simili causa non extante, hoc non posset immediate de iure, quia præiudicaret domino sine caussa. Quod si de facto contrarium tenuit in Regno Franciæ, respondet Syluest. hoc non fuisse, quia Papa id non potuerit, sed quia non expressit voluntatem suam, quantum ad successionem, vel ex alia causa. Quod etiam hoc non seruetur in practica, non est, quia Papa non possit, sed quia non vult, aut quia non expedit, aut quia non occurrere solet iusta, & rationabilis causa. Et ad hanc potestatem Papæ probandam facit clement. vnica. de immunit. Eccles. & ibi gl. in verbo, pro infectis ex quo loco Panor. in capitulo per venerabilem, numero vigesimotertio. Qui filij sint legit. & Maiol. libro primo capitulo quarto numero vigesimo primo colligunt, tantam esse Papæ potestatem circa quæ sunt iuris positiui, (quale est legitimatio prolis) vt sua prouisio inducat plenum effectum, & vim habeat in reuocanda constitutione præterita, & effectus inde secutos, adeo, quod excommunicatus, vigore alicuius constitutionis illi postea reuocata, sic volente Papa, non indigebit absolutione, & pari ratione, cum efficere possit, vt Matrimonium sit legitimum, ac si a tempore contractus legitimasset illud, nihil mirum, si ex causa ardua, & ad vtilitatem fidei Christianæ, & Reipu. pertinente, legitimare poterit eum, qui Principi seculari est subiectus, etiam quoad bona, & munera temporalia obtinenda, ac si ab initio legitimus fuisset, & ita sicut si tunc legitimus fuisset in hæreditate successisset, ita etiam virtute talis legitimationis, & nunc etiam succedere possit, vt Couarr. post alios in dicta epit. 4. decret. parte secunda, capit. 8. §. 8. num. 16. tradit.

7 Quintum est, vbicunque est dubium, an Matrimonium aliquod legitimum sit, necne, & Papa id legitimum pronunciauerit, illa proles erit legitima quoad successionem, & alia omnia tam temporalia, quam spiritualia in vtroque foro, ex Hostiens. in summa, libro quarto §. qualiter, numero vndecimo, qui filij sint legit. Panorm. in capitulo, quod nobis, numero tertio titulo eodem. summa Pisanella, in verbo, illegitimus §. vlt. circa med. & Couarru. cit. & ratio est; quia iudicium rei spiritualis ad Ecclesiasticum Iudicem, pertinet, ex Nauarr. tomo secundo consil. primo. Qui filij sint legit. & Soto quarto. dist. 41. quæst. vnica. artic. 4. conclus. 3.

8 Quarto, Episcopus legitimare, seu dispensare potest ad ordines minores tantum, & beneficium simplex sine cura; non autem ad ordines maiores, nec ad beneficium curatum, nec ad personatum, aut dignitatem, capitulo primo & ibi gloss. in verb. per sedem, de filijs presb. libro sexto Archid. distinct. 56. in capitulo presbyterorum. Hostiens. in Summa libro primo titulo, de filijs presbyt. numero octauo Panorm. in capitulo nimis. numero secundo de filijs presby. Summa Astens. parte secunda libro sexto titulo vigesimosecundo articulo quarto quæstione prima summa Pisanella, verbo, illegitimus, §. quis potest dispensare. Anton. 3. parte titulo 29. capitulo quarto versiculo secundo modo. Syluest. verbo, illegitimus, quæstione quinta Ioan. Bachon. quarta distinctione 25. quæstione sexta articulo secundo Nauarr. in Manual. capitulo 27. numero 201. versiculo decimo dico. Martin. Ledesm. secunda, quarta quæstione 26. articulo secundo tract. de irreg. Sotus in quarta distinctione prima articulo tertio conclus. 1. Tabiena, verbo, beneficium secundo numero decimosexto, §. quarto decimo Paleot. de nothis, ac spurijs, capitulo 57. numero sexto Maiol. libro primo capitulo 8. numero octauo & nono, Toletus libro primo capitulo 25. Iacob. de Graff. libro quarto, capitulo 27. numero 57. Viuald. tract. de irregul. numero 127. Cosm. Philiarchus, libro quarto capitulo octauo, Gregor. de Valentia tomo quarto, disputat. 7. quæstione 19. Puncto. tertio, §. secundo, Henriquez libro decimoquarto capitulo 8. §. 10. & Rich. 4. distin. 25. art. 4. quæst. 2. Palud. quarto dist. 41. quæst. 3. artic. 3. conclus. 1. Quod intelligitur.

Primò, huc sit genitus ex soluto, & soluta, seu ex coniugato, & soluta, seu ex presbytero, seu religioso & soluta, ex glos. in capitulo 1, in verbo, defectum, de filijs presbyt. libro sexto. Ioan. Bachon. & Tabiena, locis proxime allatis. Quia licet quoad hæc fiat distinctio quoad successiones, & in difficultate dispẽsandi, quanto enim turpior est origo, tanto difficilior est dispensatio, ex S. Thom. in addit tertio part. quæstio. 19, art. 5. & Rich. 4. d. 25. art. 4. quæst. 3. quantum tamen ad facultatem dispensandi quoad ordines minores, & beneficium simplex, non est differentia ponenda, quia cum hi omnes æque vitio alieno laborent, æquè venia digni sunt. C. de natural. liberis l. legem, & c. fraternitatem, distinct. 44. Et quia vt ait Philip. Franc. in c. is qui, de filijs presb. libr. 6. quem sequitur Tabiena, cit. potestas dispensandi concessa alicui, cuius effectus nõ in ipsum, sed in alium deriuatur debet late interpretari.

9 Secundò intelligitur de subditis, ex Palud. 4. distin. 46. quæst. 3. art. 3. Concil. 1. quia non nemo potest soluere, vel absoluere, sicut nec ligare: vnde, cum legitimare sit a pœna iuris absoluere, nullus Episcopus non sibi subditum legitimare valet, vnde non subdito spurio Episcopus non potest dare beneficium, nec minorum ordinum executionem, nisi à suo Episcopo prius fuerit legitimatus.

10 Tertiò intelligitur quoad beneficia simplicia, non autem quoad curata, quia in personam, aut dignitatẽ etiam sine cura, Episcopus dispensare non potest, glo. in capit. in verbo, beneficium de filijs presbyt. Tabiena, verbo, beneficium; 2. §. decimoquarto, qui ait esse communem Doctor. Paleot. lib. de Nothis ac spurijs, cap. 56. num. 6. Maiol. lib. 1. cap. 8. num. 10.

11 Quarto intelligitur de beneficio simplici, quod tale est, super quo Episcopus aliàs dispensare possit cap. primo & ibi glos. in verbo, tali, de filijs presb. quia dispensare non potest Episcopus, vt beneficium paternum immediate obtineat, glos. cit. in verbo, tale, Vincent. in ca. ex tua, & ibi Panor. de filijs presbyt. in antiq. & item Panor. in capit. nimis, numero 2. tit. & lib. eodem Goffred. in summa, titu. de filijs presb. §. circa aliud, & Concil. Trident. sess. 25. de ref. rmi. cap. 15. Item, si beneficium simplex sit tale, quod habeat Ecclesiam curatam annexam, Episcopus ad illud legitimare, seu dispensare non potest, gloss. in capit. primo in verbo, tale, & ibi Gemin. de filijs presbyt. lib. 6. Panorm. in cap. nimis, nu. secundo de filijs presb. in antiq. & Tabiena, in verbo, beneficiũ, 2. §. decimoquarto, in fine. Idem, si sit beneficium, quod ex priuilegio, consuetudine, vel statuto requirat sacrum ordinem; quia cum in tali ordine dispẽsare nequeat Episcopus; ergo nec in beneficio, quod illum ordinem requirit, gloss. in cap. primo in verbo, tale, de filijs presby. Archid. in d. cap. primo, & allegat. sed si res, ff. de legi. & c. is cui, de præbend. lib. 6. & cap. accedens, & de purgat. cano. Panor. in cap. nimis, num. secundo. de filijs presby. in antiq. Item, si in Ecclesia sit statutum iuratum, & per Papam confirmatum, vt nullus illegitimus ibi promoueatur, non poterit Episcopus ad tale beneficium dispensare. Ioan. Monac. & Ioan. Andr. & Gemin. in cap. 1. de filijs presb. libr. 6. Tabiena, in verbo beneficium, 2. num. 17. §. quinto decimo. secus si solum esset statutum non iuratum, non confirmatum, quia tunc posset contra proprium statutum dispensare, iuxta notata in cap. licet can. de elect. libr. 6.

Quintò,

12 Quintò, intelligitur, quod dispensatus, seu legitimatus ab vno Episcopo (nempe ad minores, & ad beneficium simplex) censetur habilis, & idoneus, vt talia beneficia simplicia obtinere possit in diœcesi alterius Episcopi. Summa Confess. lib. tertio tit. 19. quæstione decimaquinta, in fine Palud. quarta distinctione 41. quæstione tertia, articulo tertio, conclus. 1. Syluest. in verbo legitimus, quæstione 7. vers. primum. Panor. in c. cum olim, 1. de cleric. coniug. Maiol. lib. 1. ca. 8. nu. 8. & nu. 9. & Henriquez libr. 14. cap. 8. §. 10. in fine, quia hoc est de iurisdictione Ecclesiastica, & in nullius præiudicium. Quibus addo ex Palud. cit. quod si Episcopus scienter suo subdito illegitimo conferat ordines, vel beneficium simplex, ex eo ipso dispensare videtur.

13 Dubium est, an Episcopus dispensare possit cum illegitimo vt habeat canonicatum, cum canonicatus sit beneficium simplex? Archid. & Gemin. in cap. 1. de filijs presbyt. lib. 6. Hostiens. in summa lib. 1. titu. de filijs presbyt. §. fina. num. 9. versi. circa hoc notandum. vbi canonias vocat beneficia simplicia. Panormit. fauere videtur in cap. fin. num. 2. de filijs presby. in antiq. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. q. 13. Tabiena, verbo, beneficium, 2. §. decimoquarto, glo. in cap. primo, in verbo beneficium, & ibi Dominic. de filijs presbyt. libro 6. dicunt posse, quia in d. c. 1. permittitur ei dispensare in beneficio non habente curam animarum; Item quia cum non videtur expresse probibitum, censetur permissum. distinct. 50. in Summa, cap. mirror. Ceterum Ioan. Monach. in d. c. 1. tenet non posse, & idem tenent Simon Maiol. lib. 1. capitulo 8. num. 10. & Henriquez libro 14. capit. 8. §. 10. in fine. Quæ opinio post Concil. Trident. omnino certa est, cum enim iuxta Concil. Trident. omnes canonicatus cathedralium annexum habeant ordinem Sacrum saltem Subdiaconatus, dicitur enim ibi Sess. 24. de reformat. cap. 12. quod *omnes Canonici sint in sacris constituti*; sicut Episcopus dispẽsare nequeat cum illegitimo circa ordinem sacrum, ita nec circa canonicatum ecclesiæ cathedralis, secus vero ante Conciliũ, & nunc etiam potest dispensare ad canonicatum Ecclesiæ Collegialis, vt testatur Henriquez vbi supra, nihil enim innouauit Concilium circa ecclesiam Collegialem in hac re.

14 Dubium est, an Episcopus dispensare possit cum illegitimo ad prælaturam regularem? Quidam dicunt, quod cum talibus religionem ingressis Episcopus dispensare possit, vt promoueantur in Abbates, non autem in Episcopos. Et a. l. cap. fin. de filijs presbyt. dicunt, quod intelligitur de remanentibus in sæculo, vt in summa Conf. ss. libro 3. tit. 19. q. 2. At certe neque in cap. 1. neque in c. fi. de filijs presbyt. fit hæc distinctio, vnde nec nos distinguere debemus. l. 3. ff. de offic. præsid. & cap. ad audientiam. de decim. & ita expresse docent Palud. 4. dist. 41. quæstione tertia, art. 2. conclus. 2. summa Pisanella, in verbo, illegitimus, §. quæ dispensatio, & Syluest. verbo illegitimus, quæsti 6. Quomodo autem Prælati regulares cum huiusmodi professis dispensare possint vi priuilegiorum suorum, docent Ioan. Bachon. 4. dist. 25. q. 6. arti. 2. & S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 4. circa medium, & superius a nobis expositum est.

15 Quinto, Imperator, aut alius Princeps sæcularis non agnoscens superiorem legitimare potest sibi subditum, quoad honores, actus, & officia sæcularia, non tamen quoad Ecclesiastica, vel spiritualia, vnde nec ad ordines, nec ad beneficia quempiam legitimare valet. glos. in cap. 1. dist. 10. & Hugo, & Archid. ibi & idem Hug. in 35. q. 7. in princip. & communis Doct. sententia, in capit. per venerabilem, qui filij sint legit. Palud. 4. dist. 41. q. 3. art. 3. cõclus. 3. S. Anton. 3. par. tit. 29. capit. 4. versic. tertius modus. Syluest. in verbo legitimus, num. 6. versic. est autem notandum, Nauar. tomo 2. consi. 2. num. 1. qui filij sint legit. summa Confess. libr. 3. tit. 19. quæst. 15. Couarru. in epit. 4. decret. par. 2. c. 8. §. 8. num. 18. & 20. Simon Maiol. lib. 1. ca. 8. num. 8. Immo vero etiamsi princeps in rescripto dicat se legitimare quoad spiritualia, non valet, quia ad id nõ habet potestatem, sed neque legitimare potest quoad temporalia etiam in terris suis filiũ Sacerdotis, vt consuluit Signorol. consilio 127. quem refert ac sequitur Maiol. lib. 1. cap. 8. num. 2.

16 Sexto, quoad valorem, & interpretationem dispensationis horum omnium illegitimorum, aduertendum est primo dispensationem esse stricte interpretandam, cum sit relaxatio quædam iuris, argum. eorum, quæ habentur in cap. quod dilectio. de consang. & affin. & c. fin. de filijs presbyt. lib. 6. siquidem recessus a iure communi est odiosus, odia vero restringenda sunt, non amplianda, ca. odia. de reg. iur. lib. 6. Secundo rescriptum interpretandum est iuxta facultatem concedentis. Quibus suppositis, in hac materia hæc dicenda mihi videtur.

17 Primum est, simpliciter legitimatus a Papa intelligitur legitimatus solum quoad honores, & ordines minores, & beneficium simplex, etiamsi in rescripto dicatur, quod possit clericari. Quamuis enim in materia fauorabili nomine clerici veniant omnes in quacunque dignitate positi sint, & priuilegium clericis tributum simpliciter, comprehẽdat omnes clericos cuiuscunque ordinis, seu dignitatis sint, nam si Episcopus, ergo clericus; vt late tradunt summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæstione 12. Panorm. in cap. 3. in 1. notab. de postul. prælat. & in rubr. de vita, & honest. cler. num. 8. & 9. & in cap. non dubium, num. 3. & ibi Felin. notab. 2. de sentent. excomm. & idem Panormit. in cap. cum sibi. nu. 3. & 4. de verbo. signifi. In materia tamen odiosa nomine clericorum nec Episcopi, cap. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. & cap. quia periculosum. de sent. excommun. lib. 6. nec clerici in dignitate cõstituti, aut canonici Ecclesiarum cathedralium veniunt, ex Panormit. in rubr. de vita, & honest. cleric. numero 10. nec per verba, vt clericari possit, conceditur vt promoueri possit ad ordines sacros, vt colligitur ex glo. in cap. literas, in verbo, ordinari, & ibi Panormit. num. 6. de filijs presbyt. Tancred. Goffred. & Innocent. vt ibi refert Panormit. Archid. in cap. de filijs presbyt. lib. 6. idem Panormit. in cap. si quisquam. numer. 6. de cohab. cler. & mulier. Specul. tit. 2. §. vlt. in princip. & in fine. & Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de filijs presbyt. Host. in Summa, lib. 1. tit. de filijs presb. §. quis possit dispensare. versic. quid si dispensetur. Summa Astensis, par. 2. libro 6. tit. 22. art. 4. q. 6. Tabiena, verbo clericus, 1. §. tertio. Summa Confess. lib. 3. tit. 19. quæst. 12. Maiol. lib. 1. c. 8 nu. 4. & 5. Quorum omnium hæc est ratio, quia dispensatio iuri communi detrahit, & ideo per interpretationẽ est restringenda, cum sit odiosa. vnde Ioan. Monach. in cap. 1. de filijs presbyt. lib. 6. facit hanc regulam; dispensatio stricte interpretanda est, dummodo aliquid, quantumcunque modicum operetur, arg. c. quod dilectio. de consang. & affin.

18 Secundum est, Dum Papa in dispensatione dicit, *legitimamus Petrum quoad omnia*, intelligitur ad minores ordines tantum, & beneficium simplex; sic Maiol. libro primo, capitulo octauo, num. 6. & Henriquez lib. 14. capit. octauo, §. 10. nisi aliunde mens Papę colligatur, quod etiam voluerit eum ad sacros posse promoueri, quia sat est did dispensationem, quæ est res odiosa, habere aliquem effectum, & restringenda est, & clausula, seu verbum (*Quoad omnia*) intelligitur quoad honores, & famam.

19 Tertium est, dispensatus a Papa cum clausula, *Ad*

ad omnes ordines, si tempore concessionis dispensationis ad ordines minores promotus sit, ad hoc vt priuilegium aliquid operetur, & non reddatur elusorium, concessio extenditur ad ordines sacros, sin autem ad aliquos ordinis gradus promotus non sit, restringitur concessio ad omnes minores tantum, ex Panormitan. in cap. litteras, numero 6. de filijs presbyt. & Maiol. lib. 1. cap. 8. num. 6.

20 Quartum est, dispensatus ad certum ordinem, non censetur dispensatus ad ordinem superiorem illo, sed ad inferiorem illo; sic ex Maiol. libro 1. capit. 8. num. 7.

21 Quintum est, dispensatus quoad ordines, non propterea dispensatus censetur ad beneficium. sic Panorm. in cap. litteras, num 6. in fin. de filijs presb.

22 Sextum est, dispensatus ad dignitates non censetur ex hoc dispensatus ad beneficia. Innocent. in cap. dilectus. 3. de præb. Felin. in c. veniens, col. 1. de accusat. & Maiol. lib. 1. cap. 9. nu. 1.

23 Septimum est, dispensatus a Papa quoad omnes orddines, etiam Sacerdotium, non exinde intelligitur habilitatus ad Ecclesiam parochialem, seu curatam. Panorm. in ca. 1. num. 6. & in cap. litteras, num. 6. in fin. de filijs presb. Archid. in capit. 1. de fil. presb. lib. 6. & Couar. io Epit. 4. decret. par. 2. cap. 8. § 8 num. 5. & Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 1. post Spec. in ot. de dispens. §. iuxta, versic. contrabitur autem: Nam ius commune dispensat cum religiosis Sacris, & tamen per id non potest præfici curæ.

24 Octauum est, habilitatus, seu dispensatus a Papa quoad beneficium, præbendam, vel aliud, non intelligitur habilitatus quoad beneficium curatum, ex Panorm. in capit. fin. num. 7. de præbend. per text. capit. pro illorum, tit. eod. Maiol. libro 1. capit. 9. nom. secundo, & colligi videtur expresse, ex d. capit. pro illorum, vbi dicitur, *quod nisi fiat expressementio de cura, non venit ben eficium curatum*, & est communis opinio omnium modernorum DD. vt fatetur Panormit. citat. quicquid Ioan. Andr. & aliqui alij antiqui contrarium dicant, per illam dictionem (*vel aliqua*) quasi voluerit Papa illa clausula comprehendere curatum. Sed falso, quia dictio, *Alius*, facit positionem eiusdem qualitatis cum præcedentibus, vt not. in capit. sedes, de rescript. Debet ergo intelligi mandatum de præbendali beneficio, vel alio simili curatum autem non est simile, capit. cum in illis, de præbend. lib. 6. Nam maior idoneitas, & maior ætas requiritur in beneficio curato, quam in præbendato, & alijs simplicibus.

25 Nonum est, habilitatus a Papa ad beneficium simpliciter non censetur habilitatus ad curatum. Panorm. in capit. vlt. numero 3. de præbend. Felin. in capit. postulast., col. 6. versic. circa glossam 2. de rescript. & colligitur ex dicto capit. vlt. iuncto principio capitis cum fine eiusdem; vbi Papa mandans prouideri de beneficio, non adiecit qualitatem simplicitatis, sed interpretando mandatum suum dicit, quod iussio videatur emanasse pro simplici beneficio. Ratio esse potest: quia in litteris impetratis ad beneficia, debemus facere strictam interpretationem, vt in cap. quamuis, de præb. lib. 6. Item quia maior idoneitas requiritur in curato, quam in simplici; ideo nisi expresse fiat mentio de cura, tamquam de mandato, dispensatione generali non venit beneficium curatum, argumen. cap. cum in illis, de præb. lib. 6. Calderin. cons. 14.

26 Decimum est, dispensatus a Papa, vt ad omnes ordines promoueatur, & beneficium Ecclesiasticum, etsi intelligatur dispensatus ad curatum, seu parochiale, non tamen promoueri exinde poterit ad personatum, vel rectoriam ad quam per electionem procedi consueuit, seu vt alij loquuntur ad prælaturam, & dignitatem, capit. fin. de præbend. & ibi Panormit. numero secundo, & idem Panormit. in capit. litteras, num. 6. de filijs presbyt. Specul. tit. 2. §. vlt. versic. quid si dispensatum est. Goffred. Hostiens. in Summa, libro 1. titulo de filijs presbyt. §. vlt. versic. quid si dispensetur cum tali. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 21. artic. 4. quæst. 7. & q. 8. Summa Pisanella, verbo, illegitimus, §. penult. S. Ant. 3. par. tit. 29. cap. 4. versic. tertio si dispensatio. Syluest. in verbo, beneficium, 3. numero 15. quæstione 12. & in verbo, illegitimus, num. 7. quæst. 5. Tabiena in verbo, beneficium, 2. num. 18. §. decimosexto. Maiol. lib. 1. ca. 9. num. 2. & 3. Summa Confess. libro 3. tit. 19. q. 13. & Alphonsus Viualdus 3. par. Candelabri sui, cap. 2. nu. 7. Papa enim non censetur voluisse præiudicare electoribus.

27 Vndecimum est, habilitatus ad dignitates non intelligitur habilitatus ad Ecclesiam Cathedralem, & dignitates eius, capit. quamuis, & ibi glos. in verbo, non extendit, libro sexto. Rota decis. 45. & decis. 407. vbi ait ita obseruari in curia Romana. Maiol. libro 1. cap. 9. num. 6.

28 Duodecimum est, habilitatus ad ordines, non per hoc censetur habilitatus ad dignitates Ecclesiasticas, nec habilitatus ad ordines, & dignitates Ecclesiasticas quascumque, per hoc censetur habilitatus ad Episcopatum; quicquid Henriquez libro 10. capit. 8. §. 10. contrarium dicat. Hanc autem sententiam nostram tenet glos. in capit. 2. in verbo, dignitatum, de præbend. libro 6. colligitur ex capit. dilectus filius, & ibi Panormit. expresse, num. 2. de concess. prebend. & idem Panorm. in capit. cum Vintoniensis, num. 8. de elect. Oldrad. consilio 14. Roman. cons. 338. Tabiena, verbo, beneficium, 2. §. vigesimo, num. 24. & Syluest. in verbo, legitimus, quæst. 7. versic. quartum. & Summa Astensis par. 2. lib. 8. tit. 38. artic. 4. quæst. 3. Maiol. lib. 1. cap. 6. num. 4. Ratio decidendi hunc casum est ex gloss. in d. cap. 2. & Panorm. in d. capit. dilectus, quia Episcopatus non est simplex dignitas, sed culmen dignitatum, vt in capit. penul. de præbend. Et quia dispensationes sunt odiosæ, & ideo restringendæ, capit. quod dilectio, de consang. & affinit. & capit. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6. Id quod contigisse fertur in persona Ioannis Andreæ, qui cum legitimatus fuisset ad omnes dignitates a Ioan. Papa XXII. non tamen ab eo impetrare potuit, vt ad Episcopatum legitimaretur, vt ipsemet de se scribit in addit. ad Spec. in tit. de filijs presbyt.

29 Decimum tertium est, habilitatus ad Episcopatum non per hoc est habilitatus ad Archiepiscopatum; sic Fehn. post Innocent. in capit. veniens, de accusation. Panormitan. in capit. cum Vintoniensis, numero 8. de elect. & in capit. dilectus filius, num. 1. de concess. præben. & citat alios, & idem dicit esse, si dispensatum sit respectu Archiepiscopatus, non censetur dispensatum in Patriarchatu, & sic deinceps. Tabiena, in verbo, beneficium, 2. num. 24. §. vigesimo. Maiol. lib. 1. capit. 9. num. 6. Generalia enim verba in istis dignitatibus non sufficiunt ad ista ex Syluest. in verbo, legitimus, quæst. septima, versic. quartum. Est enim hoc Episcopalis, & superiorum dignitatum priuilegium, vt summa cum difficultate illegitimi ad eas admittantur, & non nisi per Papam id expresse dispensantem, ex Palæot. lib. de noth. & spurijs, capit. 57. num. 6. & ou. septimo, Maiol. cit. num. 7.

30 Decimum quartum est, legitimatus ad omnes ordines etiam Episcopatum; non censetur habilitatus ad Episcopatum, si sit filius canonici etiam non existentis in sacris; sic Maiol. libro primo, capitulo nono, numero duodecimo. Ratio est: quia si narratum fuisset, eum esse filium canonici, difficilius obtinuisset, quia maior requiritur dispensatio, cap. cum de tua, de corpor. viriat. id quod procedit primo in Episcopatu, etiam diuerso ab Ecclesia, in qua pater fuit canonicus: nam in eadem

Eccle-

Ecclesia non est dubium, quin non dispensasset Papa, tum quia nulla permittitur administratio sic legitimatis in Ecclesia in qua patres administrarunt, ex Concil. Trident. Sess. 25. de reformat. capit. 15. & hoc etiam, si persona media interuenerit, argumen. capit. cum decorem, de filijs presbyt. tum, quia exinde insurgeret derisio, quod impudico patri filius in dignitate præsit: tum quia populus ob memoriam huius turpitudinis a frequentatione Ecclesiæ retraheretur, argumen. capit. vestra, de cohabit. Cleric. & mulier. tum quia pater læderetur in conscientia propter peccati olim commissi memoriam, quæ refricaretur sibi ministerio filij, siue publicè, siue occultè fuerit filius, argumen. capit. mulier, decimoquinta quæstione prima, Hostiens. in Summa, libro 1. titulo de filij presbyt. §. qui filij presbyterorum, in principio. Procedit secundo in omni filio cuiuslibet beneficiati legitimato, quia par turpitudo videtur per easdem rationes, quas refert Panormit. in d. capit. cum decorem.

31 Decimum quintum est, si Papa cum aliquo illegitimo dispenset, vt non obstante vllo defectu natalium possit ad beneficium curatum promoueri, prætextu illius dispensationis non potest habere simul duo beneficia, cap. 1. §. ille verò, de filijs presbyt. lib. 6. Et si postea is, cum quo sic prius dispensatum fuit, impetret à Papa, vt duo, vel plura beneficia curata habere possit, tacito prædicto defectu, non valet hæc secunda dispensatio, aut gratia, capit. fin. de filijs presbyt. lib. 6. Summa Astensis, parte 2. libro 6. tit. vigesimosecundo, articulo quarto, quæst. secunda, Summa Pisanella, verbo, illegitimus, §. quis potest dispensare. S. Anton. 3. parte tit. vigesimonono, capit. quarto, in fine. Couar. in epit. 4. decret. par. secunda, capit. 8. §. 8. numero quinto. Eadem est de eo, cum quo Episcopus dispensat, vt possit ad ordines minores, & simplex beneficium promoueri, secundum Ioann. Andr. quem refert, ac sequitur Summa Astẽsis, vbi supra.

32 Decimum sextum est, dispensatus à Summo Pontifice, vel Episcopo super beneficio incerto, eo consecuto cum effectu, aliud absque dispensatione obtinere nequit, sic Franeus in capit. primo, numero duodecimo, de filijs presbyt. libro 6. quem refert & sequitur Iacobus de Graff. lib. 4. decis. capit. vigesimoseptimo, num. 58. Ratio est: quia dispensatio cum sit materia exorbitans, strictè intelligenda est.

De Irregularitate ex defectu ætatis. Cap. XII.

S V M M A.

1 *Ætatis defectus iure Canonico irregularitatem inducit.*

2 *Ætas, quæ cuique ordini ante Clementinas præscripta.*

3 *Ætas ad ordines sacros quænam per Clementinas constituta sit.*

4 *Ætas ad sacros ordines quænam per Concilium Tridentinum præscripta sit.*

5 *Ordinatus ante legitimam ætatem an censuram aliquam de nouo incurrat, variæ recensentur Doctorum sententiæ.*

6 *Ordinatus ante legitimam ætatem ante Bullam Pij II. ipso iure suspensus non erat.*

7 *Ordinatus ante legitimam ætatem ante Bullam Pij II. ab vsu ordinum sic susceptorum interim, dum legitima carebat ætate, impeditus fuit.*

8 *Ordinatus ante legitimam ætatem ad ordines sacros per Bullam Pij II.* Cum ex Sacrorum. *ipso facto suspensus est.*

9 *Ordinatus Minoribus ante legitimam ætatem, & in eis ministrans an suspensus sit.*

10 *Tonsuram primam ante legitimam ætatem suscipiens non peccat mortaliter, & quænam ætas legitima ad eam præscripta sit.*

11 *Ordinatus Sacerdos ante legitimam ætatem an celebrando, & consecrando cum Episcopo nouam irregularitatem incurrat.*

12 *Irregularitas ex defectu ætatis proueniens quibus modis tollatur.*

13 *Episcopus neque, vt quis ante legitimam ætatem ordinetur, neque vt actus ordinum susceptorum exerceat, dispensare valet.*

14 *Prælatus regularis cum sibi subditis ante ætatem ordinatis virtute priuilegiorum suorum dispensare nequit.*

1 PRopter ætatis defectum a Canonibus meritò, & iustis de causis irregularitas constituta est. Quarũ vna esse potest, quia indecens, & indecorum est, vt qui sibi nihil adhuc prodesse possunt, alijs dignitate, & honore præfulgeant, capitulo, indecorem, de ætat. & qualitat. ordin. Altera est, quia si ad officia temporalia, & sæcularia minores annis viginti non admittuntur, capit. cum vigesimum, de offic. deleg. l. causa lepis. & l. cum lege. ff. de arbitris, Specul. in suo aureo Repert. de offic. deleg. versic. qui & cuius ætatis, & patet ex eo, quod scribit Sueton. de Augusto, dicens, Iudices à vigesimoquinto anno elegit, quinquennio maturius, quam solebant. Maiol. libro primo, capitulo 30. numero 3. Quanto magis ad officium Ecclesiasticum per assumptionem ordinis. Ideoque ex defectu ætatis irregulares sunt omnes non habentes ætatem legitimam, quæ secundum canones ad singulos ordines requiritur.

2 Et quidem secundum Canones varijs ordinibus diuersa fuit ætas præscripta; Ante Clementinas enim ætas ad primam tonsuram erat septennium completum. text. & glos. & in capit. fin. verbo, infanti, de tempor. ordin. libro sexto, & glos. in capit. de ijs, in verbo, infantia, distinct. vigesimaoctaua, & capit. in singulis, & ibi glos. in verbo, si ab infantia, distinct. 77. qui vero ante eam confert per annum est suspensus à collatione tonsuræ, capit. fin. de tempor. ordin. libro sexto. Quicumque sit ille qui potest primam dare, nisi forte religionem intraret, vt in d. cap. finali, habetur, infantia enim quæ ibi, & alijs locis citatis ponitur, septem annorum intelligitur, ex gloss. ibi, & Palud. 4. distinction. 25. quæst. 2. artic. 2. conclus. prima, & alij communiter, & facit l. si infanti. C. de iure delib. Ad tres verò ordines minores priores à septennio vsque ad duodecimum annum tempus deputatur in dicto capit. in singulis, & ita glos. Reliquorum verò ordinum varij fuerunt termini; Nam Zozimus Papa Acolythis, & Subdiaconis annum quartum decimum, & post hunc lapsum etiam Diaconatum permisit, d. capit. in singulis, distinct. 77. vt existimat Maiol. libro primo, capit. 30. numero 8. at certè alius videtur sensus illius capitis, vt patet ex emendatis libris impressis cum emendatione Gregorij XIII. & gloss. ibi in verbo, quatuordecim annis, vbi vult illos annos quatuordecim computandos esse à tempore septennij, & respicere tantum Subdiaconatum, ita vt ab accessu adulescentiæ vsque ad vigesimum annum fiat acolythus, & Subdiaconus, sed in-

de-

decimo quinto anno Acolythus, de vigesimo, Subdiaconus, vt patet ex cap. quicunque, distinct. 77. maximè cum Sozimus iunior sit Syricio, cuius est dict. cap. quicunque, ita vt intelligendus sit Sozimus ordinasse iuxta ea, quæ paulo ante Syricius de hac re statuerat, sicut etiam & sexta Synodus can. 15. quæ refertur in cap. 1. Subdiaconus distinct. 77. ordinauit, ne Subdiaconus ante vigesimum annum completum est gloss. ibi ordinaretur, & idem tradunt Palud. 4. distinct. 25. quæstione secunda, articulo secundo conclus. 6. & Summa Astensis. part. secunda libro sexto, tit. 25. art. primo quæst. prima. Diaconus autem non nisi anno vigesimo quinto completo fieri poterat, vt habetur in capit. placuit, & capit. Episcopus, & capit. in veteri lege, distinct. 77. Presbyter verò, vel Episcopus non nisi trigesimo anno completo poterit ordinari, distinc. 78. per totum, & glos. in capit. quicunque, in verbo, exinde, distinctio. 77. Palud. & summa Astensis vbi supr. quod si presbyter aliquando promouebitur anno vigesimo quinto, id non nisi vrgente necessitate fiebat, cap. si triginta, d. 78. & cap. presbyter, §. hoc regulare, distinct. 78.

3 At verò in clem. generalem, de ætat. & qualit. ordin. mutata est ætas: nam ad Subdiaconatum sufficiebat annus decimus octauus inchoatus, ex gloss. ibi in verbo *in decimo octauo*, ad Diaconatum vigesimus, intellige etiam inchoatus: ad presbyteratum annus vigesimus quintus, similiter inchoatus. Ad Episcopatum autem semper videbatur præscriptus annus trigesimus, vt ex distinctione 78. & capitulo, cum in cunctis, de electio, qui annus trigesimus completus esse debet, dict. cap. cum in cunctis ibi glo. in verbo, exegerit.

4 Nunc verò vbicunque Concilium Tridentinum receptum est, ad Subdiaconatum requiritur annus vigesimus secundus; ad diaconatum annus vigesimus tertius; ad Presbyteratum vigesimus quintus annus, sess. 23. de reformat. capitul. 12. Sufficit autem ve isti anni sint inchoati: licet non completi; ex Maiolo, libro primo, capitulo 30. numero octauo Nauarr. in Manual. capit. 25. numero 116. Henriquez lib. 10. de ord. cap. 19. §. 2. Reliquis verò ordinibus minoribus nihil per Concilium Trident. statutum est, vnde intelligere debemus, circa eos standum esse, iuri antiquo, arg. l. præcipimus, C. de appellat. & capit. a nobis, 2. a contrario sensu de sent. excommun. ita vt teste glos. in d. clement. generalem, in verbo, promoueri, ætas minorum ordinum sit maior infantia, in his enim ordinibus plus momenti habendum esse censuit Concilium in literatura, & moribus, quam in ætate, vnde sess. 23. de reformat. cap. 4. requirit præter ætatem iam dictam, ad primam tonsuram, vt legere, & scribere sciat, ad alios minores, vt saltem linguam Latinam sciat, cap. 11. Ad beneficia vero simplicia habenda, requirit capit. ætatem quatuordecim annorum, & satis est annum esse inceptum, ex declaratione Card. & notat Henriquez vbi supra, quia nihil noui concilium de hoc statuit. Quæ omnia quoad ætatem a Concil. Trident. in sess. 23. locis cit. statuta, locum etiam habent in omnibus regularibus. Quamuis enim illi iure antiquo inspecto in minori ætate ordinati poterant propter disciplinas, quibus in claustris imbuuntur, capit. monachus, distinc. 77. quando probitas morum supplebat ætatem; post Tridentinum tamen sess. 23. de reformat. cap. 12. omnia requisita in clericis sæcularibus requiruntur etiam in illis, nó obstantibus priuilegijs Pij V. eis concessis; siquidem per Gregorium xiij. derogata sunt. teste Nauarro, in fine sui Manualis, & hoc ipsum docet Maiol. libr. primo, cap. 30. num. 7.

5 Dubium primum est, an si quis ante legitimam ætatem ordinetur, nouam irregularitatem, aut aliquam censuram incurrat; In qua re variæ fuerunt, sententiæ. Quidam enim olim dixerunt, non esse irregularem; quia ordinatus ante legitimam ætatem non est ipso iure suspensus, sed suspendendus, capit. vel non est compos, de temp. ordin. & Archid. Cardin. à Turrecrem. & Præposit. in capitul. Placuit distinct. 77. & Henric. in capit. consolationi, colum. 4. de temp. ordin. Albert. Trotius, libro secundo de vero & perfecto Clerico, capit. 17. S. Anton. 3. par. tit. 14. capit. 16. §. 13. de ætate ordinandorum; Et ideo etiamsi peccet mortaliter eos ordines exercendo ante legitimam ætatem, irregularitatem tamen non incurret. Alij vero dixerunt talem esse suspensum ipso iure ante legitimam ætatem, negabant tamen fieri irregularem, etiamsi eos ordines ante ætatem exerceret; quia hæc suspensio non ob crimen, sed ob defectum à iure statuta est, sic Cardin. in clement. generalem, quæstione quinta & sexta, de ætate & qualit. ordin. & Viladiego tract. de irregul. cap. de suspensione, colum. 2. His tamen non obstantibus in hac difficultate tria mihi dicenda videntur.

6 Primum est ante Bullam Pij II. ordinatus ante legitimam ætatem non fuit ipso iure suspensus, sed suspendi poterat, vt ex dict. capit. vel non est compos. de temp. ordin. colligitur, quæ & olim erat communior opinio, vt ex dictis constat; Præter quos etiam eandem docuerunt Anton. de Butrio. in d. capit. vel non est compos & Francis. Zabar. vt refert S. Anton. vbi supra. Tabiena, in verbo, ætas, num. primo; & verbo, ordo, 3. numer. 3. §. secundo. Maiol. libr. primo capit. 30. numer. 9. vers. quæ quidem. quæst. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 70. versi. Dixi, & citat. Maiol. 4. d. 24. quæst. 5.

7 Secundum est, quamuis olim sic ordinatus ipso iure suspensus non erat, impeditus tamen erat ab vsu ordinum sic susceptorum interim dum legitima carebat ætate, sed non per nouam aliquam irregularitatem, aut suspensionem, sed per illam, eandem antiquam, qua quis irregularis est interim dum legitimam ætatem non habet, siquidem, vt capit. primo diximus, in explicatione definitionis ipsius irregularitatis, omnis irregularis inhabilis est ad ordines recipiendos, & ad vsum ordinum receptorum, accedente autem legitima ætate, quia cessat impedimentum, potest in suscepris ministrare absque dispensatione, ex Iacob. de Graff. libro quarto, capitul. 27. numero vigesimo secundo, Couar. & Greg. de Valentia locis infra citandis, dummodo non antea ministrauerit, quam ætatem compleuerit.

8 Tertium est, nunc post Bullam Pij II. quæ incipit, Cum ex sacrorum, & renouatam per regulas Cancellariæ Innocentij viij. & Alexandri vj. & Clementis vij. reg. 22. ordinatus aliquo sacro ordine ante legitimam ætatem, aut ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs, vel extra tempora a iure statuta, seu ipso iure, seu ipso facto suspensus est; & inde fit, vt si celebret, vel scienter actum aliquem sacri ordinis propriū in suspensione faciat, in nouam irregularitatem incidit, a solo Papa dispensabilem; omnis enim suspensus actum ordinis sacri proprium faciens in nouam irregularitatem incidit, vt latius in libro de suspensione capitulo 16. expositum est. Huius autem constitutionis meminerunt Gonsaluus a Villadiego, tract. de irregul. capitulo de suspensione, colum. 3. Syluest. verbo, irregularitas, quæstio. 10. Sotus. 4. distinctione 25. quæstin. prima, articu. secundo in fine. Ioan. Bernard. Diaz in Prac. Crim. Canon. capitulo 22. vbi etiam docet Leonem X. præcepisse seruari hanc Extrau. vt habetur in regula 22. Cancellariæ, quæ incipit. Item de Clericis extra tēpora. Et Paul. iij. in suis regulis, in regum.

gum.

gum. quæ etiam incip. item de Clericis, quæ est 24. in ordine. & Sixtus V. in Bulla quæ incipit. *Sanctum*, & salutare. Petr. Rebuff. in tract. de beneficijs, part. secunda titul. de clericis ad sacros ordines malè promotis, gloss. 4. Nauar. in Manual. capit. 25. numer. 70. & capit. 27. numero 155. versi. tertio, & numero 241. versic. quinto, & in repet. capitul. accepta, de restitut. spoliat. opposit. 8. num. 34. & tom. primo, consil. 6. num. primo, & consil. 19. numero quinto, & consil. 25. numero quarto, & consil. 30. numero tertio, & consi. 35. numero primo, & consi. 40. numero primo, & numer. quarto, & consil. 48. numero primo de tempo. ordin. Couar. in clement. si furiosus, part. prima, §. primo, numero quarto, de homicid. Maiol. libro primo, capitulo 30. numero 9. & Iacob. de Graff. lib. 4. capitulo 27. numero 23. vbi Nauar. & Couar. notant, tam in foro exteriori, quàm interiori excusari ab irregularitate eum, qui bona fide, & probabili ignorantia ministrauit in ordine sacro suscepto, & etiam bona fide illum suscepit, putans id sibi licere, alioquin nec ministraturus in illo ordine, nec ordinem illum suscepturus, qui id colligunt ex d. extrauag. cum ex sacrorum ordinũ, vbi ponitur verbum Præsumpserint, & faciunt quæ tradunt glo. in cap. solet, in verbo, in officijs, de sent. excommun. libro sexto, & Card. in clement. 1. de priuileg. quæst. 38. & 39. Immò addit. Nauar. in d. capit. accepta, oppos. 8. nume. 35. quod qui temerariè suscepit ordinem, sed bona fide, facta pœnitentia illius malæ susceptionis, putãs iam id sibi licere, in eo ministrauit, ab irregularitate excusatur, quia pœna hæc irregularitatis solum imponitur ei, qui præsumpserit ministrare; quamuis enim in pœna suspensionis, quę imponitur ob inordinatam susceptionem, non ponderetur præsumptio, in imponenda tamen irregularitate ponderatur præsumptio: & quia vt ait Panormit. in cap. pastoralis, §. verum; de appellat. irregularitas est pœna contemptus, ideoque qui celebrat nesciens se excommunicatum esse, non est irregularis; & Domin. in cap. is cui, §. 1. de sentent. excommun. lib. 6. docet irregularitatem non contrahi sine dolo. Et Maiolo. vbi supra notat, quod hodie virtute Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6. si fuerit occulta talis irregularitas, ab ipso Episcopo, qui non fuerit scienter particeps eiusdem culpæ, dispensari possit, & refert Catech. Neap. lib. 4. cap. 12.

6 Dubium secundum est, an si quis ante legitimã ętatem ordines Minores suscipiat, & in eis ministret sit ipso iure suspensus, & nouam irregularitatem incurrat? Respondeo iure antiquo nec suspensum esse, nec irregularitatem nouam incurrere; Ratio est; quia in capit. vel non est compos, de temp. ordin. non fit mentio de ordinibus minoribus; Non est autem discedendum à iure antiquo, nisi quatenus illi per nouum ius derogatur, argum. l. præcipimus, C. de appellat. Bulla verò Pij II. solum loquitur de ordinibus sacris ante legitimam ætatem susceptis, ex Nauarr. in Manual. capit. 25. numero 70. & tomo primo, consilio 19. numero quinto, & consi. 24. numero quinto & cons. 25. numero 4. & consi. 48. num. primo. Erit tamen peccatum mortale conferre, aut suscipere ordines minores ante legitimam ætatem, quia fit contra prohibitionem Ecclesiæ, vnde consequens est, quod si quis ordines minores suscipiat ante legitimam ætatem, cessat in eo irregularitas hæc per elapsum temporis completa ætate. Dixi, *iure antiquo*, quia Hodie per Bullã Sixti V. incipit. Sanctum, & salutare, contrarium dicẽdum est, quam constitutionem retulimus supra libr. 4. cap. 12. quæ tamen per aliam posteriorem Clementis viij. constitutionem, quam in fine libri 4. posuimus, quoad hanc partem reuocata est, & ideo nunc iuri antiquo, vt prius, standum est.

10 Dubium tertium est, an suscipiens primam tonsuram ante legitimam ætatem, peccet mortaliter? Respondeo, qui suscipit non peccat mortaliter: quia cum ad primam tonsuram legitima ætas sit septennium completum, ante quod tempus puer raro vsum rationis habet, consequenter in eo non erit peccatum mortale. Qui verò talem scienter ordinat, a peccato mortali non excusatur, facit enim contra Ecclesiæ prohibitionem, capitulo vltimo de temp. ordin. libro sexto. Quod si dicas primam tonsuram non esse ordinem imprimentem characterem, vel gratiam conferentem; & proinde non erit peccatum mortale eam ante septennium conferre. Respondetur, parum referre, quod non sit ordo; satis enim est quod sit prohibitio Ecclesię, ne quis infantibus ante septennium tonsuram primam conferat, quam qui violat, mortaliter peccat.

11 Dubium quartum est, an si quis ante legitimam ætatem ordinetur Sacerdos, eo ipso nouam irregularitatem incurrat, quod cum Episcopo consecrat, & sit suspensus. In qua difficultate quidquid Nauar. tomo. 2. consi. titulo de Cleric. excommunica. minist. consi. 4. & Capuccinus in annot. super verbo *Ordines sacri*, affirmatiuam partem teneant; nos tamen partem negatiuam cum alijs veriorem esse putamus, prout latius in libro de suspensione, cap. 16. §. quinto, demonstratum est.

12 Dubium quintum est, A quo, & quomodo tollatur irregularitas hæc ex defectu ætatis prouenicns; Respondetur tolli dupliciter, primò per dispensationem; secundo per lapsum temporis, scilicet, cum peruenerit quis ad legitimam ætatem. Tollebatur enim olim irregularitas hæc ipso temporis lapsu ante Bullam Pij II. quia cum ordinatus ante legitimam ætatem non esset ipso iure suspensus, consequenter absque vlla alia absolutione desinebat esse irregularis per temporis elapsum. Nunc verò post editam *Bullam* Pij II. ordinatus ordine sacro ante legitimam ætatem quia est ipso iure suspensus, absolui prius debet à suspensione per eum, qui possit eam tollere, & sublata semel suspensione, & temporis ætate completa cessat irregularitas, dummodo ante legitimam ætatem non exercuerit actum ipsius ordinis sacri proprium, ex Gregor. de Valentia tomo 4. disputation. 19. puncto. 3. §. 2. & alijs infra citandis. Si enim actum aliquem talem exercuerit, cum nouam irregularitatem incurrerit, nõ solum absolui debet à suspensione, sed etiam post completam ætatem indiget dispensatione Papæ ad hoc, vt vel ad ordinem superiorem ascendere, vel in ordine suscepto ministrare possit. Et post Bullam Sixti Quinti, quæ incipit. Sanctum & salutare: idem dicendum est de ordine Minore, quod de maiore, in hoc casu.

Addidi quando per dispensationem tollitur, eam
14 à Papa faciendam esse, si quidem in hac irregularitatis specie solus Papa dispensat, adeo vt Episcopus nec dispensare possit, vt quis ante ætatem legitimam ordinetur, nec vt actus ordinum susceptorum exerceat, prout communis DD. opinio tradit; sic gloss. in clement. generalem, in verbo, anno, de ætat. & qualitat. Syluest. verbo, ætas. quæst. 3. versi. tertium. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de irreg. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 102. Simon. Maiol. lib. 1. c. 30. num. 10. Capuccinus in annot. comp. priuileg. Mendicant. in verbo, *Ordines sacri*. Tolet. lib. 1. capitul. 25. & Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 5. quamuis capit. 10. §. 3. insinuare videtur Episcopum dispensare posse impleta ætate, intelligi tamen debet, quando non exercuerit actum ordinis sacri sic suscepti; quamuis vt diximus, sublata tunc suspensione, nõ opus est alia dispensatione ab irregularitate, sed cessat irregularitas absque

que alia declaratione, iuxta ea, quæ tradit gloss. in cap. cum medicinalis, in verbo, per mensem, de sentent. excommunic. lib. sexto, & tradit Capuccinus vbi supra.
14 Sed neque Prælatus cum suis religiosis sic ante ætatem legitimam ordinatis dispensare potest virtute priuilegiorum suorum, quibus per Concilium Tridentinum, sess. 23 de reformat. ca. 12. derogatum est, ex Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 202. versic. duodecimo, & Capuccino; & Gregorio de Valentia, vbi supra. Nec refert, quod Pius V. Bullam edidit, in qua statuit, vt regulares vti possint facultatibus sibi concessis, etiam in ijs, quibus est derogatum per Concilium Tridentinum, quia Bullam hanc Gregorius XIII. per aliam Bullam contrariam abrogauit, in qua statuit, vt decreta Trident. Concilij obseruentur etiam in ijs, quæ ad regulares pertinent quam Bullam posuit Nauar. in Manuali ad finem; Vnde nec regulares modo ante legitimam ætatem ordinari possunt, & si ordinentur, per solum Papam à suspensione incursa absolui possunt. Nec denique per Bullam Cruciatæ, nec per alia iubilæa datur facultas ab hac irregularitate absoluendi, seu potius in ea dispensandi, ex Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 234. versic. decimo dico. & Tomo primo, consil. trigesimoquinto, numero secundo, de tempor. ordinand. & Capuccino vbi supra.

De Irregularitatibus ex aliquo defectu animæ prouenientibus. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Amentes perpetuò iure Canonico non tam irregulares sunt, quam iure naturali impediti, & quare.*
2 *Anima habituum bonorum, & malorum, virtutum, & vitiorum susceptiua est.*
3 *Amentes perpetuò, si baptizati sint, licet tam iure naturali, quam Diuino ordinari non debeant, si tamen ordinentur, characterem recipiunt.*
4 *Illiteratura, & scientiæ defectus quomodo probari possit.*
5 *Illiterati quidam iure Canonico censendi sint.*
6 *Scientia quæ, & quanta ad singulos ordines exercendos requiratur.*
7 *Scientia quæ, & quanta ad Episcopatum tam iure antiquo, quam nouo necessaria sit.*
8 *Literaturæ defectus per Concil. Trident. in singulis ordinibus assignatus, an irregularem faciat.*
9 *Papa in defectu literaturæ an, & qualiter dispensare possit.*
10 *Neophyti iure Canonico irregulares sunt, et quænam huius irregularitatis constituendæ ratio sit.*
11 *Neophytus quisnam proprie dicendus sit.*
12 *Episcopus cum filio infidelis in infantia baptizato ad ordines Sacros, & beneficia dispensare potest.*


ERTIA irregularitatis species in ordine ea est, quæ ex aliquo defectu animæ procedit; in qua specie Nauarr. in Manuali, capitulo 27. num. 105. enumerat amentes, & non baptizatos, fautores hæreticorum, receptatores, aut credentes hæreticis, & apostatas à fide, & fauet Henriquez lib. decimoquarto de irreg. cap. octauo §. vndecimo. Sed dicendum est perpetuò amentes non esse iure Canonico irregulares, sed impeditos iure naturali; quia cum vsum rationis non habeant, actus ordinum exercere nõ possunt, & ita humana auctoritate ad ordines dispensari non possunt; quandoquidem carentes perpetuo vsu liberi arbitrij incapaces ordinis sunt ex Soto quarto, distinctione vigesimaquinta, quæstione prima, articulo secundo in princip. Item, non baptizati non sunt iure Canonico irregulares, sed iure Diuino exclusi ab ordinibus; quia cum characterem baptismi nõ habeant, characterem aliquem ordinis suscipere non possunt. Heretici autem non collocantur in hoc genere irregularitatis, de quo in præsentiarum loquimur, solum enim hic agitur de irregularitate, quæ ex aliquo defectu animæ absque delicto contrahitur.
2 Quia verò anima susceptiua est habituum bonorum; & malorum, virtutum, & vitiorum, primo Ethic. vltim. & 6. Ethic. 7. & Sanct. Thom. 1. 2. quæstione quinquagesima prima, & sacri canones in ordinandis requirant habitum fidei, & scientiæ, & alios multos, ex quorum habituum defectibus incurruntur diuersæ irregularitates, de his animæ defectibus, qui irregularitatem causant, post prædictos corporis defectus agendum est. Quæ omnes irregularitates ex defectu animæ absque delicto prouenientes ad duo capita reduci possunt; Aliqui enim dicuntur irregulares ob defectum literaturæ, capitulo illiteratos, distinctione trigesima sexta, & capitulo finali, de tempor. ordinand. libro sexto. Alij dicuntur irregulares, quia Neophyti, id est, recenter ad fidem conuersi per baptismum receptum, quasi recenter Christo, & Ecclesiæ insiti, capitulo primo & secundo distinction. 48. & cap. neophytus, distinct. sexagesimaprima, Antequam verò de his agamus, soluenda est difficultas circa amentes.
3 Dubium igitur sit, an perpetuò amens si ordinetur, characterem recipiat. In qua re Simon Maiol. libro secundo capitulo decimotertio, numero primo, ait non recipere, & citat S. Thom. 4. distinctione vigesima quinta, articulo primo, qui idem est cum quæstio. 39. articulo secundo addit. 3. part. & Tabienam in verbo, ordo, 4. in principio, qui tamen nihil tale dicunt. Vnde dicendum est, cum Soto, 4. dist. 25. quæstione 1. art. 2. in princip. & ante finem, versic. contra hunc. & Toleto libro primo capitulo vigesimoquinto, perpetuo amentes si baptizati sint, esse capaces characteris ordinis licet iure naturali, & diuino ordinari non debeant; ad characterem enim ordinis recipiendum non requiritur vsus rationis, vt San. Thom. vbi supra, & communis opinio Theologorum, in 4. distinctio. vigesimaquinta, vbi Richard. artic. quarto, quęst. secunda, docet; quia sicut perpetuò amentes baptizari possunt, & baptizati capaces sunt characteris cõfirmationis, ita similiter baptizati capaces sunt characteris ordinis & solum incapaces sunt iure naturali, & diuino quantum ad vsum. Qui vero aliquando insani fuerunt, & postea resipiscunt, quia facile in eandem insaniam reincidere possunt, non sunt statim promouendi. Quantum autem tempus expectandum sit, Episcopus arbitrari debet; sicut etiam qui post ordinationem in amentiam inciderit, administrare non potest; antequam Episcopi accedat iudicium de recuperata mente, argumen. capit. communiter, distinct. 33. & Archid. ibi. Rosella, & Alberic. in verbo, vitiatus S. Anton. tertia part. titulo 29. de irregular. capitulo 5. Simon Maiol. libro secundo, capitulo decimotertio, numero 5.
4 Quoad irregularitatem autem ex defectu scientiæ multa literatura cuique ordini necessaria in sacris Canonibus, & Concilijs, maximè autem in Concilio Trident. repetitur, vt distinct. 36. 37. 38. per totam distinctionem, & 16. quæst. prima, capit. sic viue. & capit. fin. de ætate, & qualitate, vbi Panormit. numero

secundo, docet praxim probandi illiteraturam, & scientiæ defectum, scilicet, si probetur aliquem nunquam legisse libros scientiæ, nec vnquam intrasse scholas, vel Doctorem, & Magistrum audiuisse, & capitulo, fin. de tempor. ordin. libro sexto. Trident. sess. 23. de reform. cap. 4. 5. 11. 13. & 14. Hostiens. in Summa, libro primo, titulo de temp. ordin. §. & cui numero 18. versic. quarta regula, Summa Astens. par. secunda libro sexto, titul. 9. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, versic. & scias. S. Anton. tertia part. tit. 13. cap. tertio, §. quantum ad quartum. Nau. in capit. si quando, de rescript. except. 13. Maiol. libro primo, cap. 22. Syluest. verbo Clericus, 2. §. 2. & verbo, ordo, quarto, q. 2. & Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 90. & Summistis. Quæ tamen irregularitas, vt melius explicetur, dubia quædam circa eam breuiter sunt proponenda.

5 Dubium primum est, quid in iure Canonico intelligantur per illiteratos, qui dicuntur esse irregulares? Respondet Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo numero 205. & in capit. si quando, de rescript. exceptio. 13. quod ante Concil. Tridentinum communis opinio DD. erat, eum dici illiteratum, qui nescit Latinè legere, scribere, & construere, & refert Hugol. & Archidiac. Domin. Turrecrem. Ioan. Andr. Panormit. Felin. Cardin. Innocen. & alios. Nunc verò post Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 4. irregularis est, etiam ad primam tonsuram, qui nescit legere, & scribere, & ad quatuor minores, qui saltem linguam Latinam non intelligit & ideo illiteratus dicitur in iure, qui non nouit linguam Latinam arte, vel vsu; quia qui nescit Latinè legere, & scribere, aut linguam Latinam non intelligit, nescit literas, in quibus omnia Ecclesiastica, & Diuina officia conscripta sunt, ad quæ officia facienda Clerici ordinantur, vnde non sufficit, vt literaturam competentem dicatur quis habere, quod sciat legere, & scribere lingua vulgari, nisi etiam sciat Latinè legere, scribere, & intelligere, vt rectè notant Rebuff. in libro de pacif. possessor. & Nauar. in dicto capitulo si quando. Dicendum igitur est, quod siue ante, siue post Concil. Trident. illiteratus qui ob defectum literaturæ irregularis dicitur, is est, qui Latinè legere, & scribere nescit, aut qui linguam Latinam arte, vel vsu non didicit, quoniam qui sic ignarus est, dicitur esse absque literis, vt colligi potest ex capitulo finali, de ætate, & qualitate, ordinand. & capitulo finali, de tempor. ordinand. libro sexto. & hæc literatura sufficit, vt quis irregularis nō sit ob defectū literaturæ in iure requisitæ: literatura verò, quam Trid. ad singulos ordines requirit, est literatura, quæ iure naturali requiritur, vt quisque sciat benè ea, quæ ad suum officium pertinent, vt illud rectè, & debito modo facere, & exercere queat, vt rectè Alphonsus Viualdus tractat. de irreg. nu. 93. post alios annotauit.

Dubium secundum est; quæ, & quanta scientia & literatura requiratur ad singulos ordines exercendos? Respondeo cum Soto, quarto distinct. 25. quæstione prima, artic. quarto, conclus. 3. Nauar. in cap. si quando, de rescript. except. 13. numero quarto. Maiol. libro primo, capitulo 32. numero tertio, & Henriquez lib. 14. capit. 8. §. vndecimo. Hoc iudicandum esse ex diuersa ratione ordinis, dignitatis, & oneris suscepti, minor enim, aut maior scientia requiritur pro ratione minoris, aut maioris ordinis; in vnoquoque enim ea est necessaria, quæ requiritur, vt officium ordinis illius rectè exerceat. Quæ res licèt olim non ita facilis explicatu erat, hodie tamen ex Concil. Trident. session. 23. de reformat. per singulos ordines, magis explicatè definitum est. Nam ad primam tonsuram requiritur, vt confirmatus sit & fidei rudimenta, & legere, & scribere sciat, vt capitulo quarto habetur. Ad minores verò ordines vsque ad Acolythatum, vltra prædicta, & testimonium de literatura, ac moribus per parochum, & scholæ magistrum, capitulo quinto, requiritur, vt saltem linguam Latinam intelligant. Pro maioribus verò sacris, & Subdiaconatu videlicet, & Diaconatu requiritur, vt probè in moribus versati sint, & bonum testimonium habeant, ac literis, & ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi sint, capitulo decimotertio. Ad presbyteratum autem aliquanta scripturæ intelligentia exigitur. Sunt enim duæ presbyteri functiones, vna præcipua supra corpus Christi verum; altera secundaria supra corpus Christi mysticum. Prima conuenit vniuersum omnibus Sacerdotibus; secunda verò non nisi parochis: igitur quando quis ad solum priorem actum ordinatur presbyter, vt vsu venit inter religiosos, qui animarum curam non habent, & qui non docentis, sed plangentis potius officium habent, septima, quæstione prima capit. hoc nequaquam, & decimasexta quæstione capitulo. Monachus non docentis, non videtur alia scientia necessaria, quam vt mysterium Sacramenti, quod percipere, & tractare debet, intelligat; in cuius rei scientia, & intelligentia diligenter per Episcopum in ordinibus suscipiēdis examinandi sunt, ex Concil. Trident. sessione decimotertia, de reform. capitulo duodecimo. Qui verò in parochum, & pastorem ordinantur, ea scire debent, quæ plebi cognitu sunt necessaria ad salutem, & ad Sacramenta ministranda, ex capitulo decimoquarto vt scilicèt docere sciant subditos suos fidei articulos, & Decalogum, & peccata ordinaria, quæ eis per confessionem deteguntur, & vt pœnitentibus salutaria consilia præstare valeant. Etenim vt Malach. 2. dicitur, debet *populus de ore Sacerdotis legem requirere*. Ad Episcopatum verò

7 requirebatur olim vt vtrumque testamentum sciret, vt per sacram scripturam, & suos ex docere, & alienos confutare posset. capit. omnes, distinct. 38. & facit 1. Petr. 3. Hodie verò ex Concil. Trident. session. 22. de reformat. capit. secundo, requiritur, vt sit in aliqua Vniuersitate studiorum Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel in iure Canonico, vel quod publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos probatus sit; quod si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat.

8 Dubium tertium est, an defectus literaturæ, quam in singulis ordinibus constituit Concilium Trid. sessione vigesimatertia, vbi supra, faciat irregularem, ita vt nec ordinari, nec in susceptis ministrare possit? Nauar. in Manuali capitulo 27. numero 205. affirmare videtur. Nihilominus tamen negatiua pars verior esse videtur, vt docet Henriquez libro decimoquarto cap. 8. §. 11. in annot. litera A. in qua re hæc mihi dicenda videntur.

Primum est, qui sine prædicta scientia ordines suscipit, mortaliter peccat, quia in re graui inobediēs est præceptis Ecclesiæ: sicut etiā peccat, qui tales ordinat.

Secundum est, Qui absque scientia hac ordines suscipit, Sacramenti characterem recipit; quia scientia de Sacramenti essentia non est. Hostiens. in Summa libro primo titulo de tempor. ordinan. §. Et cui, numero 18. in regula 4 versic. sed nunquid, summa Astens. parte secunda, libro 6. titulo 9. quæst. vlt. Maiol. lib. 1. capit. 35. numero 11. Alberic. in verb. ordo, 3. paulo ante finem. Innoc. & Ioan. And. in cap. cum in cunctis, de elect. Diaz in Pract. Crim. Can. cap. 18.

Tertium est, defectus omnis scientiæ quam Concilium requirit, irregularitatem non inducit; quia Concilio solum dicitur, quod ij, qui promouendi sunt ad hos, vel illos ordines, hoc, vel illud sciant, non tamen addit, si secus fiat eos esse irregulares. Item Concilium ait, vt qui primam tonsuram suscipit, rudimen-

menta fidei sciat, & tamen dicendum non est, eum esse irregularem, si nesciens fidei rudimenta ordinetur. Et denique, quia idem Concilium, & Canones antiqui requirunt in Episcopis, & presbyteris multam scientiam, & tamen dicendum non est, irregulares eos esse, si absque illa, quam Canones requirunt, scientia ordinentur.

Quartum est; si sint omnino ignari, vt officium ordine susceptum exercere nequeant, erunt irregulares, contra ius enim naturæ est, vt quis exerceat officium, quod ignorat.

9 Dubium quartum est, an Papa in defectu literaturæ dispensare possit? Simon. Maiol. libro primo, capitulo trigesimosecundo; numero decimotertio, ait non posse, quia est iuris Diuini, quod ordinandus, habeat literaturam, & citat Innocent. capitulo dilectus, de tempor. ordinand. vbi tamen Innocentius, de solo Episcopo, & non de Papa locutus est. Cardin. de Turrecrem. in capitulo si laici, distinctione trigesimaoctaua, Felin. in capitulo inquisitioni, de sententia excommunicatio, Dominic. & Philip. in capitulo finali de tempor. ordinand. lib. sexto, Ioan. Bernard. Diaz in Pract. Crimin. Canon. capitulo 18. Dicendum tamen est, quod possit ex causa vrgenti, cum irregularitas hæc Iure Canonico inducta sit. Et saltem indirectè in hoc defectu dispensare potest, quia dispensare potest in defectu ætatis, vt quis ordinetur ad primam tonsuram ante septennium, & ad quatuor ordines minores, sic Nauar. in Manual. capitulo vigesimoseptimo, numero 205. Alphonsus Viuald. tract. de irregular. numero 97. & Gregor. de Valentia tomo quarto, disput. 7. quæstione decimanona, puncto tertio, §. tertio, Quia vero de iure naturali, & Diuino est, vt qui ordines recipit, sciat Latinè legere, si in Ecclesia Latina, aut Græcè, si in Ecclesia Græca ordinetur, & intelligat, vt rectè possit officium suum exercere; hinc fit, vt solus iste litteraturæ defectus irregularitatem inducat iure naturali, & diuino, adeo vt Papa dispensare non possit, vt prorsus illiteratus ordinetur, & ministret in ordine, cuius officium requirit, vt Latinè aliquid legatur, vel recitetur, quales sunt ordines maiores, & qualis est ordo Lectoris, cuius officium est Psalmos, & Prophetias legere; & ordo Exorcistæ, cuius est exorcismos Ecclesiæ recitare ad dæmones expellendos: cum huiusmodi enim penitus illiteratis Papa dispensare nequit, videtur enim contra ius naturæ, vt quis officium exerceat, quod ignorat; vnde si cum omnino illiterato Papa dispenset, hoc est solum ad tempus, & vt discat. Et in hoc sensu, scilicet, in penitus illiterato locuti sunt DD. citati pro contraria opinione, & constat ex gloss. in capitulo, præcipimus, in verbo, *ignorantem litteras*, distinctione trigesimaquarta, & in capitulo illiteratos, in verbo, *illiteratos*, distinctione 36. solus autem Papa, non Episcopus, in hac irregularitate dispensare valet.

10 Quoad neophytos autem constat eos irregulares esse distinctione quadragesimaoctaua per totam distinctionem, & distinctione 59. capitulo si officia, & capitulo hoc ad nos, & capitulo ordinatos, & distinctione 61. capitulo, Sacerdotale, capitulo, in Sacerdotibus, capitulo, non negamus, & capitulo, miramur, & capitulo, miserum, & capitulo, neophytus. Host. in Summa, lib. primo, titulo de tempor. ordinand. §. Et cui, numero trigesimo, in Quarta decima regula. summa Confess. libro tertio, titulo decimoquarto per totum summa Astensis, parte secunda, libro sexto, titulo decimosexto. S. Anton. 3. parte titulo 13. capitulo 3. §. quantum ad vltimum. Syluest. verbo, ordo, 4. quæstione secunda, versic. nec sexto. Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, 205. Couar. in Clem. si furiosus, parte prima, §. secundo, numero septimo, de homicid. Maiol. libro primo, capitolo trigesimoprimo. Alphonsl. Viuald. tractat. de irregularitat. numero 46. & seq. Cosmus Philiarchus, parte prima, libro 4. capit. 9. Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. Toletus lib. 1. cap. 25. & Henriquez libro 14. ca. 4. §. 7. Cuius irregolaritatis triplex ratio assignari potest.

Prima est; *Ne elatus in superbiam incidat in laqueum diaboli* 1. *Timoth.* 3. & capit. quoniam, distinct. 48. existimans, quod fides, & religio Christiana plurimum eo indigeat.

Secunda est, quia alios docere nequit, qui ipse nondum didicit, vnde Innocentius Papa, vt habetur in capitulo, miserum, distin. 61. ait in Epistol. duodecima, *Miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit.*

Tertia est; quia alijs sese conformare non valet, qui statum Ecclesiæ regendæ non est expertus, vt enim ait gloss. in princip. distinct. 48. in verbo, prohibentur, momentaneus Sacerdos nescit habere humilitatem, non ieiunauit, non fleuit, nō se correxit, obseruare modos personarum, vel se contemnere, non pauperibus erogauit.

11 Dubium est inter DD. quis dicendus sit Neophytus. Quidam enim vt Staphileus in tract. de litteris gratiæ & iust. & Mandos. in praxi signaturæ iustitiæ & gratiæ, dicere videntur neophytum esse illum, qui ex Iudæis, vel Saracenis Paganis progenitoribus genus ducit, quamuis sit infans a tempore natiuitatis suæ baptizatus; adduntque cum illo solitum esse dispensari ad ordines, & beneficia. Sed verior, & communior opinio est, quam sequuntur Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 205. versic. tertio, dicc. & Couar. in Clement. si furiosus, parte prima, §. secundo numero septimo, conclus. prima, de homicid. Maiol. libro primo, capitulo trigesimoprimo, numero primo, & sexto, Gregor. de Valentia, tomo quarto, disput. septima, quæstione decimanona, puncto tertio, §. tertio, & Henriquez libro decimoquarto §. septimo; per neophytum in iure Canonico intelligi solum illum, qui ex lege Iudaica, Mahumetica, vel Ethnica nuper fidem Christi professus est, & per baptismum nuper Christo initiatus, non autem, qui a tempore natiuitatis suæ baptizatus fuit, sicut cæteri, sed neque qui decem ab hinc annis, aut eo amplius baptizatus fuit, & in fide Christi confirmatus, vt notat Felin. in capitulo, eam te, de rescript. & est communis opinio; si enim neophytus esset, qui e gēte Iudaica, aut Paganorum secta iam diu ad fidem Christi conuersus est, certè & ipsemet Paulus neophytus diceretur, qui tamen 1. *Timoth.* 3. *prohibet Neophytum ordinari*, Immo & reliqui Apostoli omnes Neophyti fuissent, cum tamen & ipsi can. vigesimaoctaua, *Neophytos ordinari vetant.* Quamuis igitur sic ex Iudaica, vel Gentili lege, vel quacunque secta nuper ad fidem Christi conuersus, & baptizatus non solum ad ordines sacros, sed nec ad minores promouendus sit, si tamen ab infantia fuit Christianus, etiamsi natus erat ab infidelibus, vel etiam iam diu fidem Christi professus sit & benè instructus, ad sacros ordines promoueri potest. Is siquidem neophytus non est, qui iam diu religionem Christianam profitetur; vnde merito cum Episcopo visum fuerit, talis ad ordines sacros promoueri poterit; & satis est, vt Episcopus habita ratione temporis, & personæ cum huiusmodi dispenset, nec expectanda erit summi Pontificis dispensatio, ex Couar. vbi suprà, §. 2. no. 7. versic. tertia conclusione, Immò quamuis in aliquibus Ecclesijs soleant esse
12 constitutiones à Sede Apostolica approbatæ, quibus isti qui genus, & originem a Iudæis, vel Saracenis ducunt, quantumuis ab infantia baptizati excludun-

tur,à beneficijs; possunt tamen ibi ad sacros ordines, & alibi tam isti, qui ab infantia baptizati sunt, quam ij, qui in ætate adulta ad fidem Christi conuertuntur, si in ea bene instructi sint, in eaque per longum tempus laudabiliter vixerint ad Episcopi iudicium, ad ordines sacros, & Ecclesiastica beneficia admitti, vt Felinus, & Ripa, in capitulo cam te, numero tertio de rescriptione, & Couar. vbi supra tradiderunt.

De Irregularitate proueniente ex defectu libertatis. Cap. XIIII.

SVMMA.

1 *Irregularitates ex defectu libertatis prouenientes ad quatuor capita reducuntur, & quænam illa sint.*

2 *Seruitus cuiuslibet ordinis susceptionem iure impedit, & quinam serui sint censendi.*

3 *Serui quare iure Canonico ab ordinum receptione sunt exclusi.*

4 *Serui domino sciente, & non contradicente ad ordines maiores, vel minores promoti eo ipso liberi manent.*

5 *Seruus ordinatus sacris, si restituatur domino suo, a domino verberari non potest.*

6 *Obligati ad ratiocinia ab ordinum receptione sunt exclusi, & quænam huius rei sit ratio.*

7 *Obligatio ad ratiocinia quidnam, & quotuplex sit.*

8 *Obligati ad ratiocinia quando ad ordines promoueri licitè possint.*

9 *Curiales ab ordinum receptione arcentur, & quinam tales proprie censendi sint.*

10 *Curiales quibus de causis ab ordinibus arceantur.*

11 *Curiales quando licitè ad ordines promoueri possint.*

12 *Feudatarii, ab ordinibus suscipiendis excluduntur, et quis feudatarius propriè dicendus.*

12 *Feudum, & Emphyteusis, qualiter inter se conueniant, & differant.*

14 *Vxoratus an, & quando ad ordines sacros promoueri possit.*

1 QVarta irregularitatis species, quæ absq; delicto contrahitur, ea est, quæ ex defectu libertatis procedit, cuius speciei irregularitates ad quatuor genera commodè reduci possunt.

Primò enim alij sunt irregulares, quia sunt seruituti subiecti;

Secundo alij, quia obligati sunt ad ratiocinia;

Tertio alij, quia sunt obligati Curiæ sæculari, & in iure dicuntur Curiales;

Quartò, alij quia sunt obligati vinculo Matrimonij. Qui omnes, licet in iure Canonico dicantur irregulares, sunt tamen aliquo modo iure naturali impediti, & inhabiles ad ordines; siquidem hi omnes, quamdiu alligati sunt vinculo aut seruitutis aut ratiocinij, aut curiæ, aut Matrimonij, non sunt sui iuris, sed alterius potestatem habentis in illos, vnde quamdiu sic alligati sunt, iure naturali impediti sunt, quo minus ordinibus vti possint, ideoque ius Canonicum optimo consilio statuit, ne ad ordines promoueantur: soluti autem à vinculo, si ex alio defectu irregulares non sint, habiles sunt ad ordines. De hac re agitur distinctione, quinquagesimaquarta per totum, & alibi, vt ex his, quæ infra dicemus, manifestum erit.

2 Primo igitur seruitus quamuis non impediat alicuius ordinis susceptionem de facto, (si enim ordinetur, verè ordinem suscipit) impedit tamen cuiuslibet ordinis susceptionem de iure. Iura enim tales ordinari prohibent, nisi prius libertati redditi fuerint, vel nisi sit de consensu dominorum. Serui autem hoc in loco intelliguntur ij, qui cuiusuis alterius obsequijs subiecti sunt, siue vt mancipia in bello capta, vt colligitur ex distinctione quinquagesimaquarta, per totum, & duodecima quæstione secunda capitulo, liberti, vsque ad capitulum, aurum, & toto titulo, de seruis non ordin. S. Thom. in additio. tertia part. quæstione trigesimanona artic. tertio, Richard. 4. distinctione, vigesimaquinta, artic. quinto, quæstione prima. S. Bonauen. eadem, distinctione, artic. secundo quæstione quarta, Thom. de Argentina, quæstione vnica, articulo tertio, conclus. 3. Ioan. Baehon. quæstione quarta, Soto, quarta, distinctione vigesimaquinta, quæstione prima, artic. tertio, conclus. 3. Gabr. quarta, distinctio. vigesimaquinta, quæstione prima, artic. secundo, conclus. decima. Martin. Ledesm. secunda quarta, quæstione vigesimasexta, art. secundo in tract. de irregular. post princip. Hostiens. in Summa, libro primo, titulo de seruis non ordin. Summa Confess. libro tertio, titulo decimosexto, & titulo, decimoseptimo. Summa Astensi part secunda, libro sexto, titulo vigesimo, quæstione prima, Summa Pisanella, verbo, seruus, 2. Summa Augelica, verbo, ordo, tertio, num. 10. & verbo, seruitus, numero 4. S. Anton. 3. part. titulo vigesimonono, capitulo sexto. Syluest. verbo, ordo, quarto, quæstione secunda, versic. nec nono, & verbo, seruitus, quæst. 6. & Tabiena, verbo, seruus, numero tertio, §. secundo, Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 203. versicul. decimosexto. Maiol. lib. 1. capit. 35. Iosepho Angles in Florib. 4. Sentent. part. prima in quæst. de Sacramen. ordinis, articulo quarto. Gregor. de Valentia tomo 4 disput. 7. quæstione 19. puncto 3. §. 2. in fine. Toleto libro 1. cap. 25. & Henriquez lib. 14. cap. 5. §. 5. Ioan. Bern. Diaz in Pract. Crimin. Canon. cap. 15. Cuius constitutionis, & irregularitatis varia, & multiplex ratio est.

2 Vna est, seruilis vilitas, & Clericalis dignitas, per tales enim Sacerdotij dignitas obscuratur, & diminuitur auctoritas, vt docet S. Basil. Epist. 8. ad Eusebium Episcopum Samosatensem. & capit. admittuntur, dist. 54.

Altera est, impotentia sui; nam in susceptione ordinis homo diuinis officijs mancipatur, & ideo debet esse iuris sui, vt libere possit seruitio Ecclesiæ vacare; Seruus autem, quia non est sui iuris, sed domini sui, (vt in Politan. capitulo tertio, dicitur, *Seruus est res animata possessa*) non potest se Ecclesiæ ministerio mancipare; cum nemo dare possit, quod suum non est. Ideoque ad ordines promoueri nequit, nisi herus eum manumittere voluerit, vt enim ait Leo I. Epist. prima, & refertur capitulo primo, distinct. 64. *Debet esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt a castris Dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullius necessitatis vinculis abstrahatur.* Vnde fit, vt etiam ad ordines minores sine domini licentia ordinari non possit, quod si sciente domino, & non contradicente promoueatur ad ordines maiores, vel minores, eo ipso manet liber. capitulo si seruus sciente, distinctione quinquagesimaquarta. Toletus vbi supra, & alij. Si verò vel domino ignorante, vel contradicente ordinetur, manet seruus; quod intelligendum est, in ordinibus minoribus, & seruire tenetur Domino, etiam in actibus temporalibus exercendis, sicut prius. capit. Nulli, & capit. ex antiquis, distinctio. 54. Syluest. verb. seruitus, quæstione sexta, & Richard. vbi supra. Si verò nesciente Domino, aut

contra-

contradicente ordinetur sacris ab Episcopo sciente eum esse seruum, tenetur Episcopus satisfacere domino, reddito dupli pretio, vt seruus liber fiat, capitulo, si seruus absente, distinctione 54. Item si ordinetur sacris, nesciente domino, & ignorante Episcopo, præsentatur tamen ab aliquo patrono scienter, tunc patronus præsentans tenetur satisfacere domino in duplum, capitulo ex antiquis, distinctione 54. Item si ordinetur nesciente domino, aut contradicente, scienter tamen Episcopo, & patrono præsentante, vterque, scilicet Episcopus & patronus, tenetur domino in duplum satisfacere, vt seruus liber fiat, capitulo, si seruus absente, distinction. 54. Quod si domino nesciente, & ignorante Episcopo, seruus ipse se ingesserit ad sacros ordines, vltra peccatum mortale, quod committit, tenetur se redimere, pretio soluto domino, si habuerit peculium; Si verò non habet, nec alius ipsum redimit, manet sub seruitute domini, & in potestate eius; vt seruiat illi in actibus, & obsequijs spiritualibus, honestis, non autem in seruitijs inhonestis, & indecentibus ordinem suum, vt verbi gratia, si sit Sacerdos, celebrando pro domino, si Diaconus, vel Subdiaconus, horas, & alias preces pro eo dicendo, capitulo frequens, distinctione 54. & toto titulo, de seruis non ordinand. Quod si contumaciter hoc facere renuat, deponi debet, capitulo, nullus, de seruis non ordinand. Si verò paratus est hoc facere, & dominus nollet eum honestè procurare, tunc secundum Hostiens. & Astensem vbi supra, prudens Iudex hoc arbitrabitur, considerata personarum qualitate, & patrimonij modo, argumen. ff. vbi pupillus educ. debeat. leg. prima, secunda, tertia, & quinta, non enim psallere posset, nisi sustentationem sufficientem habeat, ab illo autem habere debet, cui seruit, capitulo, extirpandæ, de præbend. Si vero dominus nihil habeat, vel non habeat, vnde sibi sufficiat, tunc Episcopus ei prouidere debet, qui minus cautè ipsum ordinauit, argumen. cap. Diaconi, distinct. 93. Potest autem dominus repetere seruum suum ipso inscio, aut contradicente ordinatum infra annum, & non vltrà, qui annus non est computandus, vt existimat Hugo, a tempore ordinationis, sed à tempore scientiæ Domini, vt Laurent. Rayn. Goffred. Hostiens. Astens. Richard. S. Anton. summa Pisanella, & glos. in capit. si seruus sciente. in verbo, vnius anni, distinct. 54. testantur, & facit cap. si quis incognitus, 17. quæst. 17. Quod si seruus sic ordinatus restituatur domino suo, non licebit domino manus in eum injicere, argumen. capit. si quis

5 suadente, 17. quæstio. quarta. Hostien. Astens. Pisan. & Innocent. in capit. de seruorum. de seruis non ord. Nec matrimonium contrahere potest postea seruus, seu Clericus ille propter votum, quod intelligitur fecisse in susceptione ordinis sacri, argum. cap. quidam, de conuers. coniug. Alijs autem Clericalibus priuilegijs non gaudebit, cap. Ioannes. de Cleric. coniugat. Et idem est de alijs omnibus generibus seruorum, aut aliquo vinculo seruitutis astrictis, argumen. capitulo frequens, dist. 54.

6 Secundò, circa obligatos ad ratiocinia idem ferè dicendum est, de quibus est nullus in corpore iuris per totum titulum. Dixi autem idem ferè de seruis dicendum esse, non enim omninò par vtriusque ratio est: nam huiusmodi homines simpliciter liberi sunt; ex alia verò parte cum eis conueniunt, quia sicut seruus irregularis est propter defectum seruitutis in proprios dominos; ita etiam & qui obligati sunt reddere rationem dominis ab Ecclesia prohibentur ordines suscipere, quamuis si ordinentur, nihil obstat, quominus officia sua administrare possint, nisi ab Ecclesia hoc illis interdictum fuerit; isti enim potius dicuntur impediti, quo minus ordines sumant, quam quod verè irregulares sint; Quia cum irregularitas ex sua natura perpetua sit, & se habeat per modum habitus, obligatio autem ad ratiocinia reddenda vtique temporanea sit; erit hoc potius impedimentum dicendum, reddita enim semel ratione dominis quibus obligati sunt, & planè liberi ab officio, & à reddenda ratione, & ab omni quæstione de dolo in administratione, habiles sunt ad ordines si ex alio aliquo defectu non sint irregulares: fieri namque potest, vt quia vile, aut turpe officium gesserint, tanquam infames sint irregulares. Et fieri etiam potest, vt tanquam iudices aliquem morti adiudicauerint, vt propterea ex alio capite sint irregulares. Ratio autem huius impedimenti triplex est, vna propter indecentiam. Secunda est, quia cum huiusmodi cogi possint à dominis suis ad reddendam rationem, Ecclesia turparetur, & infamaretur. Tertia est, quia probabile est huiusmodi homines fugere ad Ecclesiam non tam ob amorem, & desiderium ministrandi Deo, quam vt effugiant ratiocinia, quæ reddere tenentur, & ideo ordinandi non sunt.

7 Obligatio autem ad ratiocinia est, qua quis obligatur ad reddendam rationem administrationis Reipublicæ aut priuatæ, sunt enim ratiocinia, alia publica, alia priuata: Publica sunt illa, quibus obligantur officiales ex administratione aliqua ad Rempub. pertinente, vt Thesaurarij, vel Depositarij æris publici, vt patet C. de Episcop. & Cler. l. officiales, & tales ordinandi non sunt, donec rationem reddiderint, & ab illa obligatione absoluantur. Item, qui obligantur aliqua obligatione iuramenti, vel pacti, vel stipendij ad officium publicum, siue honestum, siue turpe dicuntur obligati ad ratiocinia, vt aduocati, procuratores, magistratus, iudices. Priuata sunt illa, quibus obligantur aliquis ex administratione rerum pertinentium ad priuatos, ex officio legis, vel Iudicis; & hi in dupliei differentia esse possunt.

8 Quidam enim obligati sunt alicui personæ sæculari non miserabili, quia scilicet gesserunt administrationem eius, vt curatores, procuratores, tutores. Tales enim promoueri non debent nisi finito officio administrationis, vigesimo primo, quæstione prima capitulo primo, & secundo, & ne Clerici vel monachi capitulo primo, & secundo, finita verò administratione, si adhuc sit obligatus ad ratiocinium, & moueatur ei quæstio de dolo promoueri non potest ante decisam litem, argumen. cap. tantis, distinct. 81. & ibi Archid. & glo. in verbo, obrepsit, debet tamen taxari tempus, infra quod quæstio decidatur, argumen. capit. lator, qui fil. sint legit. & C. de iogen. manumiss. l. diffamari, quo tempore lapso, si nil releuans ab actore deductum fuerit, sicut reus conuentus absolui potest, ita quoque promoueri potest, argumen. cap. magnus, distinct. 54. & cap. vnico, & ibi glos. in verbo, ratiocinia, de obligatis ad ratio. Maiol. lib. 2. cap. 11. numero 4. Quod si Episcopus infra hoc tempus scienter eum promouerit, pro ipso tenebitur; quoniam ordinando eum abstulisse videtur ex negociandi facultatem, vnde sibi imputare debet, ex Panorm. in cap. vnico, nu. 7. de oblig. ad ratiocin. Similiter etiam si quæstio ei non mouetur, sed in procinctu est, vt moueatur, aut manifestum sit eum ab dolo teneri, debet Episcopus eum ab ordinibus repellere aut si interim promoueatur, deponendus est, cap. vnico, & ibi glo. in verbo, ratiocinia, de oblig. ad ratioc. Tolet. lib. 1. cap. 30. vnde non sunt ordinandi executores testamentorum, tutores pupillorum, & huiusmodi, nisi reddito ratioc.

Alij sunt, qui personarum miserabilium, scilicet viduarum, pupillorum, pauperum, Ecclesiarum, aut causarum piarum negotium in se susceperunt, & hi nisi aliquod aliud Canonicum impedimentum ob-

stet, etiam administratione pendente promoueri possunt, ex communi DD. sententia, argum. ca. 1. ne Cler. vel monachi, cap. peruenit, dist. 86. & cap. iudicatum, dist. 89. & 16. q. 1. ca. monachi Host. in summa, lib. 1. tit. de obligat. ad ratiocinia, num. 5. §. quis obligatus, & summa Astens. par. 2. lib. 6. tit. 19. q. 2. summa Pisanella, in verbo, obligatus, in princip. S. Anton. tertia part. tit. 29. de irreg. cap. 6. §. tertio, Angelica, in verbo, ratiocinia, num. 1. Syluest. eod. q. 3. Tabiena, verbo, eo. num. 2. §. primo. Ioan. Bernar. Diaz. in Pract. Crim. Cano. c. 55. Maiol. lib. 2. ca. 11. num. 8. Qui vero obligati sunt vel Reipub. aut priuatæ personæ, sine vlla administratione, verbi gra. ex mutuo, ex conducto, ex deposito, emptione, aut huiusmodi contractibus administratione carentibus, non sunt impediti ab ordinibus ex hoc capite, vt est communis opinio, ex Maiol. vbi supra, num. 9. & facit l. quisquis emensis. C. de Episco. & Clericis, & glo. in ca. præterea, in verbo, functionibus, distin. 51. Panor. in ca. vnico, nu. 10. de oblig. ad ratiocinia.

9 Tertio, curiales ab ordinibus arcentur, cap. 1. 2. & 3. dis. 51. Hostien. in summa, lib. 1. tit. de oblig. ad ratiocinia, §. & qualiter hoc. Summa Astens. par. 2. lib. 6. titu. 18. Summa Pisanel. in verbo, ordinandus, §. 15. Angelica, in verbo, curialis. S. Anton. 3. par. titu. 29. de irregu. c. 6. Alberi. in verbo, ordinandus, §. 15. Syluest. verbo, ordo. 4. q. 2. versic. nec 7. Tabiena, verbo, ordo, 4. Maiol. lib. 2. cap. 5. Toletus libro 14. cap. 5. §. 5. Curiales autem in hoc loco dicuntur ij, qui quacunque ex causa curiæ sæculari obligati sunt, siue in perpetuum, siue ad tempus, siue honestum, siue inhonestum munus exercuerint, & siue ex vi iuramenti, pacti, aut stipendijs, in aliquo officio curiæ sæcularis maneant: vnde ex hoc capite non sunt impediti ab ordinibus officiales Episcoporum aut Ecclesiarum; sed neque etiam curiales illi, qui aulas, & curias principum sæcularium sequuntur obsequij, & famulatus gratia, dummodo nullus nexus, oullave obligatio eos ad aulæ, & curiæ obsequia astrinxerit. Et quidem hi omnes, qui officia honesta exercuerunt, quamdiu sic obligati sunt, promoueri prohibentur; postquam vero a curia liberati sunt, ordinari possunt; in quo genere sunt Iudices, aduocati, tabelliones, dummodo causas tantum ciuiles, & pecuniarias tractauerint, si enim aut sanguinis vindictam fecerint, aut participes fuerint, ex alio capite manent irregulares. Qui vero officia sæua, vt sunt milites; qui potestatibus obediendo, vel sub vexillis alicuius præstito iuramento, aut alias, militando, sanguinem humanum effuderunt; vel officia turpia, & inhonesta exercuerunt, vt sunt Histriones, mimi, scenici, citharœdi, cursores, saltatores, & qui theatralibus spectaculis obligati, & astricti fuerunt, hi simpliciter ex alio capite tamquam infames irregulares sunt, cum infamia hæc ab Ecclesia, & viris Ecclesiasticis eliminanda sit, arg. c. Clericum, dist. 46. & c. donare, & ibi glo. in verbo, histrionibus, & in verbo, talibus, dist. 86. cum his etiam ob vilitatem nulla dignitatis etiam sæcularis porta patere debeat. C. de dignitati. l. 2. lib. 12. & latius tradit Maiol. lib. 2. cap. 5. num. 17.

10 Curiales igitur merito ab ordinibus repelluntur ob varias, & iustas causas.

Prima est, Quia vt constat, aliqui eorum sunt viles personæ, & sæpe fuerunt irregulares ex officio suo, ca. aliquando, & c. præterea, dist. 51.

Secunda est, quia Ecclesia plurimum molestatur, & multa Incommoda patitur propter tales, quando curia ipsorum domina eos repeteret. cap. designata, & cap. præterea, dist. 51.

Tertia est, quia contra eas præsumitur, quod reuertetur ad pristinos mores, & ad consuetas scurrilitates.

Quarta est, quia etiam præsumitur contra eos, quod non transeant voto religionis ad Clericatum sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorum. Quas rationes, & alias tradunt gloss. initio distinct. 51. in verbo, adiecit. Hostiens. in Summa, lib. 1. tit. de oblig. ad ratiocinia, §. vlt. Astensis, part. 2. summæ, lib. 6. tit. 18. q. 3. Raym. tit. de curial. Summa Pisan. verbo, ordinandus, §. 15. Alberic. verbo, ordinandus, §. 15. S. Anton. 3. par. ti. 29. cap. 6. Maiol. lib. 2. cap. 5. num. 3. & alij. Tales igitur ob causas dictas nec ad ordines admittendi sunt, nec ad religiosorum familias temere suscipiendi erunt, capit. vnico, distinct. 53. & facit capit. monasterijs. 19. quæst. 3.

11 Illud vero diligenter aduertendum est, quod etiam in illis casibus, in quibus ob ratiocinia reddenda prædicti ab ordinibus excluduntur, si tamen idoneum fideiussorem exhibeant, qui causam ratiocinij in se assumit, nota iam lite, vel rationem administrationis habitæ reddere velit; vel denique bonis cedat, dummodo talis bonorum cessio non cedat in dedecus Ecclesiæ, ordinari non prohibentur. Vinc. quem refert, ac sequitur Panorm. in capit. vnico, num. 10. de oblig. ad ratiocinia. Archid. in præterea, distin. 51. Maiol. libro 2. c. 11. num. 24. & 25. Et hæc, quæ iam dicta sunt, procedunt de promouendis ad ordines, si enim post promononem ad ordines accedant huiusmodi obligationes, ab illis liberaotur, quasi incapaces ipso iure huiusmodi obligationis, ex glo. in capit. si seruus sciente, in verbo, sed non a curiali, dist. 54. & ante eam Hugo ibi, & idem Hugol. in c. præterea, distin. 52. Maiol. lib. 2. cap. 5. nu. 4.

12 Huc etiam reducuntur feudatarij, est autem feudatarius ille, qui alterius rem immobilem instrumento confecto, & iuramento præstito de seruitio personali domino reddendo accipit. Hi igitur ab ordinib. suscipiendis meritò repelluntur, eo quod homagium, seu iuramentum fidelitatis de seruitio personali Domino præstando impedit Ecclesiæ ministerium; vnde vel feudum relinquere debent, quando ipsis relinquendi facultas, vel quando ea res pendet ex Domini directi voluntate, licentia eius accedere debet, vt ad ordines promoueri possint. Nam, vt Imola, & alij in ca. 1. de feudis traduor, non est liberum semper feudatario, irrequisito domino feudum relinquere, feudatarius vero & clericus simul esse non potest ob repugnantiam, quæ nascitur, ut tam feudo, quam Ecclesiæ seruiat, duobus videlicet contrarijs dominis. Luc. 16. Vbi obiter notaodum est discrimen inter feudum, & em-
13 phyteusim; Quamuis enim vtrumque in hoc conueniat, quod tam feudatarius, quam emphyteuta dominium vtile, concedens vero feudum, seu emphyteusim dominium directum retineat. differunt tamen, quia emphyteuta certam pensionem, feudatarius vero seruitium personale præstito homagio dominis reddit, argumen. capit. potuit de locato iuncto capit. primo, de feudis, de qua re latius agit Maiol. lib. 2. capit. 5. num. 5. & 6.

14 Quarto vxoratus ad sacros ordines promoueri non potest, nisi coniuge etiam religionem aliquam approbatam profitente, capit. coniugatus, & cap. vxoratus. de conuer. lar. coniug. Quod ideo statutum est, ne coniux in sæculo manens periculum fornicationis incurreret. Sed neque ad ordines minores promoueri potest coniugatus prout Bonifacius Papa VIII. in capit. nullus Episcopus, de tempor. ordin. lib. 6. decreuit, licet in hoc Archidiaconus in capit. quicunque, distin. 77. oppositum senserit, post quem decretum est in iure Canonico id, quod diximus, vt patet ex dicto capit. nullus Episcopus. Olim etiam clericus in minoribus constitutus, si vxorem duceret, gaudebat priuilegio fori, si tonsuram, & habitum Clericalem gereret,

ret, prout idem Bonifacius Papa VIII. in cap. 1. de cleric. coniug. lib. 6. constituit; sed hodie post Conc. Trident. Sess. 23. de reform. cap. 6. & cap. 17. nullus quantumuis primam tonsuram habeat, gaudet priuilegio hoc fori, nisi iuxta Concil. decretum beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi versetur. In clericis vero coniugatis, iubet Concil. Trident. vbi supra, cap. 6. vt seruetur constitutio Bonifacij Papæ VIII. quæ incipit, Clerici. de cleric. coniug. libro 6. nimirum, vt ij solum clerici coniugati, qui cum vna, & virgine contraxerint, si alicui ecclesiæ inseruiant, in ministerio ecclesiæ ab Episcopo deputati, & clericali habitu, & tonsura vtantur, fori priuilegio gaudeant, cæteri vero præter istos non gaudent. Quod si quis vel per Episcopi incuriam, vel per obreptionem ad ordines minores promotus sit, vxore castitatem non vouente, quamuis characterem accipiat, ordines tamen, quos contra ecclesiæ prohibitionem accepit, exercere non poterit, argum. ca. nullus Episcopus, de temp. ordin. lib. 6. & Hug. in ca. Episcopus. dist. 77. Maiol. lib. 1. cap. 34. num. 1. vers. sed si.

De irregularitate ex defectu lenitatis, seu ex homicidio iusto proueniente.

Cap. XV.

SVMMA.

1 *Defectus lenitatis, seu homicidium iustum irregularitatem inducit.*

2 *Homicidium iustum quare irregularem aliquem faciat.*

3 *Homicidium, et membri mutilatio, seu abscissio quoad incurrendam irregularitatem æquiparantur.*

4 *Homicidium mentale irregularitatem non causat.*

5 *Mutilatio membri idem non est, quod membri debilitatio quoad irregularitatem causandum.*

7 *Irregularem faciens alterum an ipsemet semper irregularis sit.*

8 *Occisio, aut mutilatio hominis cuiuscunque etiam pagani, banniti, vel excommunicati irregularitatem inducit.*

9 *Occidens fœtum animatum in vtero matris irregularis est, & quando fœtus animari incipiat.*

10 *Homicidium ante susceptum baptismū committens irregularis non est.*

11 *Membri nomine quid iure Canonico intelligatur.*

12 *Pollice, vel indice carens an sit irregularis.*

13 *Digitus proprie membrum corporis non est.*

14 *Membrum illud proprie dicitur, quod proprium, & peculiarem actum ab alijs partibus corporis distinctum habet.*

15 *Membrum, & pars membri inter se plurimum distant.*

16 *Pollex, index, & digitus medius necessarij sunt ad honeste, & decore celebrandum.*

17 *Auriculam alteri amputans irregularis non est, secus tamen, si aurem amputet.*

18 *Mammillarum fœminæ abscindens irregularis est, & quare.*



1 QVINTA irregularitas sine peccato contracta ea est, quæ ex defectu lenitatis & mansuetudinis procedit. Dicitur autem defectus lenitatis ex hoc, quod quis occidit, vel mutilat, ideoque sic occidentes, vel mutilantes hominem irregulares sunt. Quia vero occisio, vel mutilatio hæc nonnumquam peccando committitur, talis irregularitas alterius speciei est, & ex delicto nasci censetur, de qua inferius agetur; nonnumquam autem occidit, aut mutilat quis absque vllo peccato, & hæc irregularitas ea est, quæ ex defectu lenitatis contrahi dicitur, de qua in præsentiarum disputatur, ita vt quicunque iuste, & sine peccato vel hominem occidit, vel membrum abscindit, irregularis ex hoc capite habetur, adeo vt nec ordinari permittatur, nec in susceptis ordinibus ministrare, vt colligitur ex cap. clericis. & capitulo sententiam sanguinis. ne clerici vel monachi. & cap. penult. de homicid. cap. primo, de cleric. pugn. in duello, casus. in Archiepiscopatu. de raptor. & clement. si furiosus, de homicid. & capit. miror. & capit. clericum. & cap. de his clericis, distinct. 50. S. Thom. 2. 2. quæstione 40. articul. secundo, & in addit. 3. part. quæstione 39. artic. 4. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. Palud. 4. d. 25. quæst. 3. artic. 2. Rich. ead. distinct. art. 5. quæst. 3. & Thom. de Argentina, 4. distinct. 25. q. vnica, art. 3. conclus. 3. Scot. ea. distin. art. 1. § sequuntur etiam duo. Ioan. Bachon. ead. dist. qu. 7. Gabr. 4. dist. 25. q. 1. art. 2. conclus. 10. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de irreg. Soto, 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. conclus. 4. Henriquez lib. 14. capit. 10. Host. in Summa, lib. 5. tit. de homicid. Summa Astensi. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. 4. & 5. Summa Pisanella, verbo, homicidium, 2. 3. & 4. Anton. par. 3. tit. 29. de irregul. cap. 2. Angelica. Syluest. & Tabiena, in verbo, homicidium. Nauar. in Manual. capit. 27. num. 206. Couar. in clement. si furiosus. par. 2. de homicidio. Maiol. lib. 2. c. 6. & lib. 4. cap. 48. & ca. 50. Iacob. de Graff. lib. 2. decis. cap. 62. & seqq. Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. par. 1. in quæst. de Sacram. ordin. art. 4. Cosmus Philiarchus, de officio Sacerd. par. 1. libr. 4. capit. 10. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 303. Summa Corona, tit. eod. nu. 7. Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto, 3. §. 4. Sebast. Medices, in summa part. 2. tit. 9. q. 34. Tolet. lib. 1. capit. 27. Cuius irregularitatis ratio desumpta est ex S. Thom. & Richard. vbi supra, quia ordines omnes referuntur ad Eucharistiæ Sacramentū, in quo repræsentatur passio Christi, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem suum pro hominibus fudit, & cum percutiebatur, non comminabatur; 2 vnde ministri altaris Christum repræsentantes, potius parati esse debent proprium sanguinē fundere, quàm aliorum; Sacerdos autem homicida magis repræsentat interfectores Christi, quàm ipsum Christum; & proinde quæcumque occisio hominis, aut membri mutilatio facientem constituit irregularem ob defectum mansuetudinis, quæ reperiri debet in ministro Christum repræsentante. Vt autem materia hæc quæ copiosa est, & varias difficultates continet, clarius explicetur, dubia quædam proponenda, & soluenda sunt. Quorum

3 Primum dubium est, quid requiratur ad hanc irregularitatem sic in vniuersum incurrendam? Respondeo, ad eam incurrendam requiri, vt actu fiat hominis occisio, vel membri mutilatio, seu abscissio, in hac enim materia quoad irregularitatem æquiparantur homicidium, & membri abscissio. clem. vnica, de homic. & ibi glo. in verbo, mutilet. & glo. in ca. is qui. in princip. de homicid. libro 6. & Alex. de Ales, par. 4. q. 24. memb. 5. artic. 3. S. 4. cap. 1. de cleric. pugnante in duello, cap. penul. de homicid. Palud. 4. dist. 25. q. 3. artic. 2. conclus. 1. Summa Pisan. verbo, homicidium, 4. §. fin. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. in princip. Ang. verbo, homicidium, 5. quæst. 3. Syluest. verbo, homicidium, 5. q. 3. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. sexto. Sotus 4. dist. 25. q. 1. art. 3. conclus. 4. Couar. in clemen.

men. si furiosus, p. 3. in princip. num. 8. vers. deinde. de homicid. Quia cum anima omnia membra viuificet, in membro aliqua pars demitur vitæ, vt ait Sotus, vnde & mutilatio, seu quod idem est abscissio membri, tanquam partiale homicidium censetur, & vtraque siue occisio hominis, siue membri irregularem consti

4 tuit. Dixi autem *quod actu debet committi talis abscissio, vel occisio*, quia si sola mente fiat, non inducit irregularitatem, quia lex promotionis factum requirit, 15. q. 1. cap. fin. Toletus lib. 1. cap. 27. Immo si quis percusserit, & vulnerauerit, lacerauerit, sanguinem effuderit, & denique quicquid perpetratus fuerit, nisi sequatur mors, aut abscissio membri directè, vel indirectè, huius speciei irregularitatem non incurrit. Ratio est, quia irregularitas non incurritur, nisi vbi in iure exprimitur, circa casus vero prædictos nullum ius reperitur: econtra vero si quis absque vlla sanguinis effusione occidatur, vt fit strangulatione, vel dato veneno homo occidatur, irregularis efficitur.

5 Secundum dubium est, quid in iure intelligatur per mutilationem, an scilicet satis sit ad istam irregularitatem debilitari membrum alterius, ex vulnere, aut percussione, aut incisione neruorum, ita vt reddatur ineptum membrum ad vsum ordinum. Ratio difficultatis est, quia paria videntur, non esse, & inutile esse, cap. 2. de translat. episc. & facit lex fina. & ibi glo. C. ad l. Flau. de plag. sicut paria sunt vxori non habere maritum, vel habere inutilem; Et paria sunt Ecclesiam non habere prælatum, & habere inutilem. dicto c. p. 2. de translat. Episcop. Prima opinio est asserentium sufficere ad irregularitatem ita debilitare membrum alterius: sic Panorm. in cap. cum illorum, num. 8. de sentent. excommun. Ang. in verbo, homicidium. 3. q. 3. vers. tertium. Maiol. libr. 5. cap. 50. nu. 7. Iacob. de Graff. lib. 2. decis. cap. 62. num. 3. & hoc maxime, quando ita debilitatur, vt non possit commodè tractare Sacramentum, qui omnes fundant sem element. si furiosus. de homicid. vbi dicunt, *detruncare, & mutilare* poni tanquam diuersa, quasi detruncare sit penitus abscindere, mutilare vero sit membrum debilitare, ita vt impediatur eius vsus, & officium. Secunda, & verior opinio docet, non sufficere hoc ad irregularitatem incurrendam, sed per mutilationem in iure intelligi debere amputationem membri: Quia

6 membrum debilitatum non desinit esse membrum, argum. cap. sicut vrgeri, 1. quæst. 1. & quia licet membrum debilitatum sit, quasi inutile quoad operationem, valet tamen ad decorem, & ornatum corporis; & quia in pœnis mitior interpretatio, & strictior facienda est, ca. odia. de reg. iur. libr 6. mutilatio autem propriè, & strictè sumpta est amputatio membri. ex gl. in c. accusasti, in verbo, debilitatus, & ibi Panorm. 3. vbi citat clement. 1. de homic. & cap. 1. qui clerici, vel vouent. de accusat. & hanc sententiam tenet ipsemet Panorm. sibi contrarius in cap. de diacono. nu. 9. qui clerici, vel vouent. & c. Porro. no. 1. de cler. pugn. in duello. Gasp. in d. cap. de diacono. Felin. in cap. inter cætera. colum. 5. vers. aduerte quia hæc. de rescript. Calderin. Cardin. & Præpos. in d. cap. de diacono. Card. in clem. si furiosus. q. 31. de homic. Gonsal. a Villadiego. tract. de irreg. cap. de percussore, colum. 1. Stephan. Aufrer. in capel. Tholosana, 207. Angelica, homic. 5. §. 5. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. num. 27. §. vigesimo sexto. ante finem. Sotus lib. 5. de iustit. & iure, q. 2. art. 1. conclus. 3. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 207. Couar. in clem. si furiosus, par. 3. in princip. relect. nume. 9. Henriquez lib. 14. c. 8. §. 4. in fine. Sebast. Medice, par. 2. tit. 9. quæst. 34. & Cosino Philiarcho de officio Sacerd. part. 1. libr. 4. c. 11. Toleto lib. 1. c. 27. §. mutilans. vers. 2. Quod vero dicunt in d. clem. si furiosus, tanquam diuersa poni truncare, & mutilare, falsum omnino est, si quidem in codicibus nostris, & cum correctione Greg. XIII. impressis, non habentur nisi hæc duo mutilare, & occidere. Cum igitur textus requirat semper mortem, aut membri mutilationem, id est, abscissionem ad irregularitatem contrahendam, & irregularitas non nisi in casibus a iure expressis incurritur, dicendum est ex membri debilitatione irregularem nullum effici.

7 Tertium dubium est, quid dicendum sit de regula illa, quam aliqui in hac materia, & in hac irregularitate tradunt, nimirum, an si quis percutiendo alterũ, faciat eum irregularem, & sit ipse etiam irregularis? Quidam docent hanc regulam esse veram, quia percutiendo facere alterum inhabilem, perinde est, ac si membrum illi abscinderet: sic Bonifac. in d. clem. 1. de homic. col. 6. quem refert Naua. in Man. c. 27. nu. 207. & fauet Syluest. verbo, homic. 3. q. 3. vers. tertium. ad finem. Maiol. libr. 1. cap. 2. nu. 10. vers. decima nona. & libr. 5. cap. 50. nu. 4. & citat Guliel. de Laud. in suo sacramentali. Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 35. Alij tamen, vt Nauar. cit. num. 207. & Henriquez libro 14. c. 8. §. 4. in fine, & colligitur ex doctrina præcedentis dubij, rectius docent non esse veram; quia pœnæ restringendæ sunt, ergo per mutilationem, vt diximus, intelligenda erit amputatio membri. Vnde nõ sufficiet ita debilitare membrum, vt fiat ineptum ad vsum ordinum, neque satis erit, si alius ex percussione lædatur, vt notabilem deformitatem habeat in facie, vel alio membro corporis, ita vt ob scandalum, turpitudinem, aut horrorem promoueri ille non possit, dummodo non abscissum sit membrum. Addit etiam Nauar. quod generans filium extra matrimonium facit alium irregularem, capit. 1. de filijs presby. tamen ipse ob hoc irregularis non est.

8 Quartum dubium est, an ad hanc irregularitatem contrahendam sufficiat mors, aut mutilatio hominis cuiuscumque, etiam saraceni, vel pagani, banniti, vel excommunicati; Respondeo, sufficere, sic Palud. 4. distinct. 25. quæst. 3. art. 2. conclus. 2. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. capit. 2. §. homic. opere, & voluntate. Syluest. verbo homicidium, 3. q. 2. vers. primum. Nauarr. in Manual. c. 27. nu. 209. Sotus 4. dist. 25. quæ. 1. art. 3. cõclus. 4. & colligitur ex cap. clericum, dist. 50. & cap. petitio, de homic. Ioseph. Angles in Florib. 4. Sentent. par. 1. quęst. de Sacramen. ordinis. art. 4. Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 203. Cosm. Philiarchus vbi sup. c. 11. & Sebast. Medices, q. 34. Tolet. libro 1. instruct. Sacerd. cap. 27. vers. sine crimine. Immo sufficit, quod occidat fœtum animatũ in vtero matris, qui si masculus est, solet animari intra quadragesimum diem, si fœmina, intra diem octuagesimum. Si

9 vero dubius sit, an occiderit fœtum, quando fuit animatus, debet se habere tanquam irregularem, quia in dubijs tutior pars est eligenda. & cum certũ sit, quod occiderit fœtum, & dubiũ sit, an fuerit animatus, vel non, tutior pars est putare fœtum fuisse animatum, iuxta ea quæ tradunt Palud. 4. d. 25. q. 3. art. 2. conclus. 3. in fine. S. Anton. 3. par. tit. 29. c. 2. §. homicidiũ opere. Angelica, in verbo, dubium, num. 2. Sotus 4. distin. 25. quæst. 1. art. 3. conclus. 4. Nau. in Man. cap. 27. nu. 183. Couar. in clem. si furiosus, par. 1. in princip. nu. 3. de homicid. & Henriquez libr. 14. capit. 2. §. 4. Secus autem sentiendum est de eo, qui mortuum mutilauerit per indignationem, & mortui ignominiam ex Palud. 4. d. 25. q. 3. art. 2. Conclus. 1. & Nauar. in Manu. cap. 27. num. 210. & 217. & Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 2. & Iacobo de Graff. lib. 2. c. 62. nu. 15. & Summa Corona tract. de irreg. num. 7. talis enim irregularis non erit, cum nõ sit hominis occisio, aut humani mẽbri abscissio, quicquid Maiol. lib. 5. cap. 50. numero 8. contrarium sine textu, aut ratione affirmauerit.

10 Quin-

10 Quintum dubium est, an si quis, antequam esset baptizatus exercendo Iudicis officium occidit, vel mutilauit, sit irregularis? Quidam dicunt esse irregularem; existimant enim homicidium absque peccato commissum ante baptismum efficere irregularem, nec irregularitatem hanc tolli per baptismum; sicut & bigamia ante baptismum contracta efficit irregularem, quæ tamen irregularitas per baptismum non tollitur; sicut etiam, si quis ante baptismum priuatus sit membro, vel si quis paganus fuit illegitime natus, fit irregularis; ergo cum irregularitas hæc contrahatur ex defectu lenitatis absque delicto, contrahitur ante baptismum, nec baptismo tollitur. Secus autem dicendum esse si voluntarium homicidium ex peccato acciderit, tunc enim irregularem efficit: tollitur tamẽ irregularitas illa simul cum peccato per baptismum: sic glos. in c. si quis viduam, in verbo, post Baptismũ, vbi Archid. Domin. & alij, dist. 50. & glos. in c. aliquando, in verbo, ad Sacerdotium, dist. 51. & gloss. in c. deinde, in verbo, inter peccata, distin. 26. & ibi Archid. & Præposit. Host. Ioan. Andr. & Anchar. in c. gaudemus, de diuor.

Alij rectius docent hanc irregularitatem non contrahi ante baptismum; Ratio est, quia nulla est irregularitas, nisi sit in iure expressa. capit. is qui. de sent. excomm. lib. 6. iura vero, quæ occidentibus, vel mutilantibus irregularitatem imponunt, clare loquuntur de ijs, qui occidunt, vel mutilant post baptismum, c. si quis viduam, dist. 50. cap. si quis post baptismum, distinct. 51. Calder. Panorm. in d. capit. gaudemus, Innoc. in cap. presbyterum, de homicid. Palud. 4. distin. 4. q. 1. Scot. 4. dist. 33. q. 2. §. de secundo. Ioan. Maior. 4. dist. 27. q. 6. Almain. 4. dist. 25. q. 1. Hostiens. in summa, lib. 5. tit. de homicid. §. qua pœna, num. 5. summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 21. S. Anton. 3. par. cap. 2. in fin. Syluest. verbo, homicidium. 3. quæst. 3: vers. primum. Angelica, verbo, homicidium, 5. in princip. summa Pisanella verb. homicidium, 4. §. 2. Tabiena. verbo, homicidium, 1. §. 6. Martinus Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. Sotus distin. 19. q. 2. art. 3. conclus. 3. versic. tertius casus. & 4. dist. 25. q. 1. art. 3. conclus. 4. Nau. in Man. cap. 27. num. 209. Couar. in clem. si furiosus, par. 1. S. 2. nume. 5. de homic. & Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 7. & cap. 17. §. 2. vt de bigamiæ irregularitate supra dictum est, & Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. par. 1. quæst. de Sacram. ordinis, art. 4. Cosm. Philiareb. lib. 4. c. 11. Summa Corona tract. de irreg. nu. 7. Sebast. Medices in d. q. 34. Toler. lib. 1. cap. 27.

11 Sextum dubium est, quid intelligatur nomine membri, quando in iure Canonico imponitur irregularitas mutilanti, seu præscindenti alteri membrum? Quæstio hæc cum vtilis sit, & maximè necessaria ad multorum intelligentiam, quæ in hac materia de irregularitate tractantur, diligenter explicãda est. Vbi ante omnia obseruandum est, corpori humano concessa esse a natura varia genera partium. Primi generis sunt, quæ tantum pertinent ad decorem, & ornatum corporis humani, vt sunt capilli capitis, mẽtum, barba. Secundi generis sunt, quæ non tantum pertinent ad integritatem, & consistentiam totius integri, verum etiam proprium, & distinctum officium, & operationem ab alijs habent in corpore humano, vt oculus, pes, manus, nasus &c. Tertij generis sunt, quę non solum ad ornatum, & decorem corporis pertinent, sed etiam ad eiusdem integritatem, & perfectionem spectant, ita tamen, vt non habeant propriam, & per se distinctam operationem ab alijs, sed coniunctam, & accessoriam cum aliqua parte præcipua, vt digiti pedis, & manus. His suppositis, concors, & communis omnium opinio est, partes primi generis non esse membra, vnde si quis alteri euelleret omnes capitis capillos, vel barbam in totum, aut etiam dentes alicui excuteret, non redderetur irregularis: sicut e contra in eo consentiunt omnes, quod partes secundi generis sunt membra, adeo vt soleant vocari membra præcipua: & consequenter, qui alteri vnum oculum erueret, aut vnam aurem amputaret, aut manum, vel pedem mutilaret, irregularis erit, quia vt constat, quilibet oculus, aut quælibet auris distinctum per se officium habet, sicut quælibet manus, aut quilibet pes.

Sola difficultas est de partibus tertij generis, an includantur nomine membri, ita vt abscindẽs digitum, dicatur mutilasse membrum, & irregularis sit. In qua re Caiet. 2. 2. quæst. 6. art. 1. & Sotus libr. 5. de iustitia & iure, quæst. 2. art. 1. & 4. distin. 25. quæst. 1. artic. 3. conclus. 4. & Palud. 4. dist. 25. quæst. 3. art. 2. conclus. 1. asserunt huiusmodi partes vere esse membra, amputata, vel præscissa inducere irregularitatem, & id probant. Primo: quia membrum iuxta communem sermonem idem est, quod pars, ex qua integratur totum corpus, huiusmodi autem sunt digiti, & membra accessoria. Secundo, quia membrum dicitur, quod habet proprium officium per se distinctum in corpore humano; digitus autem est huiusmodi: digitis enim depingimus, scribimus, & pulsamus instrumenta musica, & notas musices indicamus. Tertio, quia in his standum est iuri Canonico; in iure autem non solum numerantur inter membra, quæ habent actum, & officium distinctum ab alijs, sed etiam illa, quæ habẽt actum, & officium accessorium: vt eunuchi, cui testiculi abscissi sunt, in iure, vt patet ex distin. 55. titul. de corpore vitiatis, sunt irregulares, ex defectu membrorum, & tamen partes illæ non habent proprium, & per se distinctum officium, sed accessorium.

12 Alij, vt Syluest. in verbo, homicidium. 3. q. 3. versi. quartum. Maiol. lib. 5. cap. 50. num. 2. & Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. c. 27. notab. 3. quamuis negent digitum esse membrum, & consequenter dicant mutilãtem digitum non esse irregularem, hoc tamen limitãt, nisi quis mutilauerit illos digitos, quibus Eucharistia contractatur: quia enim pollex, & index necessarij sunt ad debitum, & decens altaris ministerium, qui alicui pollicem, vel indicem abscinderet, irregularis redderetur. Ratio est, quia cum in mutilatione tota culpa sit in mutilante, nõ autem in mutilato, quia hic patitur iniuriam, alter vero infert, minorque causa sufficit in mutilante ad incurrendam irregularitatem, quam in mutilato; sicut mutilatus parte necessaria ad debitum altaris ministerium vt pollice, vel indice est irregularis; ita & mutilator pollicis, vel indicis irregularis erit.

13 Alij vero docent nullum ex partibus tertij generis esse membrum, neque simpliciter, neque in iure, in ordine ad irregularitatem, ideoque mutilantes alteri digitum docent non esse irregulares. Sic glo. in cap. 3. in principio, de homicid. libr. 6. & Card. in element. vnica, tit. eodem. Panormit. in cap. de diacono, num. 30. qui clerici vel vouent. & in capit. cum illorum, numero 8. de sentent. excommunic. & Sart. in l. 2. ff. de iudicijs publ. & in l. nõ sunt liberi, ff. de statu homin. vbi concludit. quod stante statuto, quod si quis amputauerit membrum aliquod, non habet locum in amputante digitum. Bald. in l. seruis, ff. de seruis fugitiuis, & in l. reos, C. de accusat. colum. tertia. & in l. data opera, in 12. coll. C. qui accusa. non possunt. versic. il corpore. Arist. libro primo. de part. animal. cap. 5. & libro quarto Meteor. capit. vltimo & colligitur ex l. idẽ Offilius, ff. de ædil. edict. vbi clare dicitur, quod habens amputatum vnum digitum habet abscissam partem membri, non membrum & in d. l. non sunt liberi. ff. de statu hom. dicitur, quod habens plures solito di-

to digitos non dicitur habere plura solito membra. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. vigesimo sexto. Felin. in cap. Ego N. de iureiur. colum. 2. & in c. cum illorum de sent. excommun. Angel. verbo homicidium, 5. num. 7. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 206. versi. 2. dico Couar. in clem. si furiosus, par. 3. in princip. numero 8. de homicid. vel alios multos refert Iacobus de Graff. libr. 2. cap. 62. num. 4. Cosmus Philiarrhus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 11. Greg. de Valentia, tomo 4. disp. 7. q. 19. pun. 3. §. 4. & Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 2. Qui omnes docent illam partem corporis proprie dici membrum, quæ habet suum propriũ, ac peculiarem actum ab alijs distinctum, vt sunt manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, oculi ad
14 videndum, aures ad audiendum, nares ad odorãdum, lingua ad loquendum, & hoc ipsum insinuat Apostolus 1. Cor. 12. dicẽs, *Membra corporis non habere eundem actum*, & dat exemplum in oculo, & pede; & idẽ habet Rom. 12. & refertur in cap. singula, dist. 89. vt docte, & late tradit Michael Salon in 2. 2. S. Thom. quæst. 62. art. 1. controuersia 4. Et probari potest horum opinio, quia cum hoc iuris pœnalis sit, restringi debet, & in proprio sensu interpretari; at vero vt præfati DD. testãtur, digitus, & alia huiusmodi membra accessoria, quæ alijs membris inseruiunt, vt digiti, qui inseruiunt manui, dentes, qui inseruiunt linguę, & ori, proprie membra non sunt, ideoque eorum abscissio irregularitatem non inducit; ob quam rationem ipsemet Sotus vbi supra, cum alijs, quos superius enumerauimus, docent debilitantem alterius membrum non esse irregularem, quia cum irregularitas sit res pœnalis, & imponatur mutilãtibus restringi debet ad id, quod est proprie mutilare, seu abscindere, non autem ad debilitationem, & eneruationem membri.

15. Nec valent, quæ efferuntur in contrarium: Non enim quia in communi sermone, & abusiue pars nonnũquam membrum appellatur, ideo irregularis erit, qui digitum abscindit, qui est pars manus; quia in pœnalibus stricta facienda est interpretatio, in significatione autem propria digitus non est membrum, sed pars membri, vt notat Panorm. in cap. cum aliorum, num. 8. de sent. excommun. vnde abscindens digitum non erit irregularis. Differunt siquidem inter se plurimum pars, & membrum, & plus ad membrum, quã ad partem requiritur: quicquid enim componit totum, est pars, membrum tamen vere, & proprie non erit, nisi sit pars habens officium proprium, & distinctum ab alijs. Neque valet argumentum secundum, siquidem depingere, scribere, & huiusmodi est propriũ officium manus, quæ quasi instrumento coniuncto ad hæc præstanda vtitur digitis. Immo etiam pars digiti indicat, & tamen Caietanus & communis sententia DD. fatetur ex abscissione partis digiti, non incurri hanc irregularitatem. Similiter tertium soluitur, quia ex tali abscissione testiculorum incurritur irregularitas, non quia abscinditur membrum, sed quia ex culpa abscinduntur, quæ est alia species irregularitatis ab hac, de qua nunc agimus, & quia in iure decretum est, vt abscindens sibi partem digiti, aut seipsum castrans, vt in abscissionem testiculorum consentiens, aut culpabiliter causam abscissionis præbens, sit irregularis, cap. qui partem, distinct. 51. & capitul. primo de corpore vitiatis, non sic autem statutum est, vt, qui abscindit alteri digitum, vel testiculos, irregularis sit, vnde, nec qui testiculis caret, aut iusta ex causa passus est illos abscindi, irregularis erit, cum testiculi membra non sint, vt docent Naua. in Manual. cap. 27. num. 206. ver. secundo dico. & Henriquez libro 23. cap. 9. §. 1. & nos latius supra cap. 6. & in reg. 3. & 4. docuimus.

16 Pari ratione soluuntur quæ a Syluestro, & Maiolo afferuntur; quamuis enim qui caret tribus digitis, v.g. pollice, indice, medio irregularis sit, ob maximũ defectum eius partis, quæ necessaria est ad honeste, & decore celebrandum non tamen inde consequens est irregularem fore eum, qui hos tres digitos absciderit, ex Coua. & Fr. Mich. Salon. vbi supra, tum quia hi digiti vere, & propter membra non sunt, at ius tantum irregulares illos constituit, qui membrum alteri abscindit, tum quia qui illos abscindit, non habet eam deformitatẽ, nec defectum, ideoque irregularis ex hoc capite non erit, sicut mutilatus. Nec hoc mirum esse debet, vt mutilatus maneat aliquando irregularis, mutilans vero non, nam ipsimet Sotus, & Syluest. ac alij fere omnes concedunt eum, cuius manus debilitata est, & eneruata, esse irregularem, cum tamen ille, qui debilitauit, & eneruauit, si non abscindit, non sit irregularis. Et superius diximus non effici statim irregularem, qui alterum irregularem reddit, vt Nauarr. in Manual. c. 27. nu. 207. & Henriquez lib. 14. c. 8. §. 4. varijs exemplis probant, vt qui alium leprosum fecit, qui philtria alium in amentiam vertit, qui faciem alterius notabiliter deformauit, qui filium illegitimum generauit, Sacerdos, qui bigamos matrimonio coniunxit, qui pro necessaria vitæ suæ defensione alterum mutilauit, qui alterius pollicem abscidit.

17 Hinc infertur primo, non esse irregularem eum, qui auriculam alteri amputat, quamuis enim auris proprie membrum sit, auricula tamen, id est, cartilago illa, quę est circa aurem, non est membrum, cum necessaria non sit auditui, sed est potius tutela, & ornamentum auris, ex Nau. in Manual. c. 27. nu. 223. versic. 7. infertur. Couar. in clemen. si furiosus. par. 3. initio relect. num. 8. de homicid. Henriquez libr. 14. c. 8. §. 3. etsi Maiol. lib. 1. cap. 25. num. 5. contrarium insinuet, cuius opinio vera esse potest, quando in pœnam culpę abscissa, vel perforata esset, vt Nauarr. & Henriquez vbi supra fatentur, tunc enim tanquam infamis, irregularis censendus sit.

18. Infertur secundo irregularem esse eum, qui mamillam feminæ abscinderet, ex Baldo, in l. data opera, C. qui accus. non poss. num. 75. quamuis Couar. in clem. si furiosus, p. 3. initio, nu. 8. versic. 2. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 3. sub dubio cõtrarium dicant, sed male, quia vt constat, quælibet mãmilla in fœmina habet officiũ per se distinctum, sicut quilibet oculus, aut quælibet auris, vt superius exposuimus.

De varijs modis occisionis, & mutilationis, & irregularitatibus inde prouenientibus. Cap. XVI.

S V M M A.

1 *Homicidium quot, & quibus modis fieri possit, & soleat.*

2 *Baptismo omnis indecentia, & horror ex occisione, vel mutilatione iusta, vel iniusta, omnisque irregularitas inde procedens abluitur.*

3 *Ligna ad hæreticos comburendos afferens quando irregularis est.*

4 *Iudex proferens mortis, aut mutilationis sententiã, ac alij officiales irregulares sunt.*

5 *Irregularitas ex sola animi intentione ad aliquem occidendum non incurritur.*

6 *Minister mortis sententiam scribens an, & quando secuta morte irregularis sit.*

7 *Accusator alicuius, secuta morte, aut mutilatione, irregularis est.*

8 *Delatores delictorũ, cũ sint quasi accusatores priuati, secuta*

secuta morte, vel mutilatione irregularitatẽ icurrũt.

9 *Testis siue sponte, siue ex iudicis præcepto coactus in causa sanguinis irregularis efficitur.*

10 *Actor contra reum, aduocatus, procurator, & sollicitator fiscalis, secuta morte, vel mutilatione sunt irregulares.*

11 *Iurisconsultus, & quiuis alius Doctor consultus super facto contingenti, & in iudicium deducto, quãdo irregularis censendus.*

12 *Executor omnis vindictæ sanguinis, & alij ministri similes, irregulares sunt.*

1 VONIAM varijs modis aliquem occidere, aut mutilare contingit, aliquando enim cooperando, aliquando exequendo, aliquando consulendo, aliquando etiam se defendendo, & huiusmodi committi solent, de his omnibus, & similibus modis inquirendum est, quando, & qualiter exinde sequatur irregularitas. Quia vero & a laicis, & a clericis hæc fieri possunt, in primis de laicis, deinde de clericis clarioris doctrinæ gratia disseremus.

2 In vniuersam autem tradi solet hæc regula, quam etiam probant Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. & Nauar. in Manual. c. 27. nu. 206. Cosmus Philiarchus, libr. 4. de offic. Sacer. cap. 11. §. 1. Toletus libr. 1. instruct. Sacerd. capit. 27. notab. 4. *Omnis, & solus ille, qui post baptismum occidit, aut mutilat hominem in casu licito, aut causam propinquam præbet, & talia fiant, extra inculpabilem necessitatem vitæ defendendæ, irregularis est.* Quæ regula tam laicis, quam clericis conuenit, & sic intelligenda est. Dixi *post baptismum*, quia vt superius dictum est, baptismo abluitur indecentia, & horror ex occisione, vel mutilatione iusta, vel iniusta, & solis baptizatis pœna hæc irregularitatis ex homicidio prouenientis ab ecclesia imponitur, vt ex cap. si quis viduam. distinct. 50. constat. Dixi *Hominem* ad includendum quemcunque hominem tam fidelem, quam infidelem. & ad excludendam mutilationem cadaueris, aut deformationem in fœtus nondum animati; vnde minister iustitiæ, qui cadauer in frusta diuidit, & dilacerat, aut comburit, si nihil cooperatus est circa hominem viuum, nõ est irregularis, ex Nauar. in Manual. capit. 27. num. 210. & 217. & Henriquez libro 14. cap. 12. §. primo. Dixi *in casu licito*, quia in illicito causatur irregularitas alterius speciei, scilicet ex delicto. Dixi *aut causam propinquam præbet*, quia non sufficit ad irregularitatem hanc incurrẽdam, quod quis sit causa remota mortis, aut mutilationis, qualis est qui vendit, aut conficit gladium, aut funem, quibus per sententiam iudicis iugulatur, aut suspenditur reus. Angelica. verbo. irregularitas, 1. §. 10. vers. 4. Tabiena, eod. 1. §. tertio, vers. 4. vnde qui facit gladium, arma, Sclopum, funes vel huiusmodi, aut vẽdit ea arma, aut aconitum in genere ad vsus, ad quos sunt instrumenta, non est irregularis, quia est causa remota mortis, sicut nec irregularis esset, qui venderet bello etiam iam indicto, aut donat ante prælium iustum; secus autem esset, si in particulari venderet, bello etiam iam indicto, aut donat aute prælium iustum; secus autem esset, si in particulari venderet, aut conficeret, vt reus occideretur, vel mutilaretur, vnde, qui dat, vendit, aut subministrat pugnantibus, cœpto iam prælio, arma offensiua, vt gladium, lanceam, sclopum, aut imminente tempore mutilationis, aut iugulationis authoritate publica, funes, aut gladium, quo reus suspenditur, & occiditur, vel venderet, irregularis est. Item qui ligna ministrat igni, quo quis viuus comburitur per sententiam iudicis damnatus, irregularis est, quia vere hi omnes cooperantur propinque ad mortem. Sed si ligna illa non sunt cooperata ad combustionem eius, puta quia iam mortuus erat, quando ligna attulit, vel, antequam accenderetur ignis in illa materia, non erit irregularis, ex Summa Confess. libr. 2. tit. 1. q. vigesimaquarta, & Palud. 4. distinct. vigesimaquinta q. 3. art. 2. conclus. 2. in fine. Felin. in capit. sicut dignum. §. hi quoque. de homicid. Card. in clement. si furiosus, ad fi. de homicid. & Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, num. 45. Socinus in capit. ad audientiam, num. 62. de homicid. & S. Anton. 3. par. tit. vigesimonono, de irregul. capit. 2. §. homicidium opere, &
3 Henriquez libro 14. capit. 3. §. 9. & capitulo 14. §. 1. Maiol. libro 5. cap. 48. §. 4. numero 5. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 4. q. 4. Angelica, verbo, irregularitas, 1. numero 18. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. vigesimotertio. Viuald. tract. de irregu. num. 278. & num. 276. & Barth. Medina, lib. 1. instruct. c. 11. §. 10. qui asserit afferẽtem ligna, & fasces ad comburendos hæreticos non esse irregularem, si ligna ab alijs applicentur, quia videtur causa remota, nec agit, vt minister iustitiæ, sed ob indulgentias, & zelum fidei; cuius oppositum verius & commune est, nisi excusetur, quia ignorat suis lignis fuisse combustum viuum, vt notat Henriquez lib. 14. capit. 3 §. 8. in annot. in littera E. si autem de hoc dubitatur, melius est tenere certum, & se reputare irregularem, ex S. Anton. vbi supra, post Palud. 4. dist. 25. quæst. 3. artic. 2. conclus. 4. in fine. vnde Maiolus, & Viualdus vbi supra addunt viros illos religiosos, qui luminaria, & sacras imagines post damnatos deferunt, vt in mortis articulo eos ad salutem instruant, cauere debere, ne ex suis luminaribus ignem accendi cõcedant, vnde damnatus comburatur. Dixi *vel citius fiant* qui enim est causa non solum occisionis, aut mutilationis, irregularis est, sed etiam, qui est causa accelerandi mortem, aut mutilationem, vt si reo dicat, pone caput super signum, seu cippum, (ob quod citius ponit quam alias poneret, & citius decollatur) vel ascende scalam. Item qui incitat, & rogat satellitem, vt acuat gladium, funes præparet, & apte accommodet alia instrumenta, vt ita cum minori dolore mors acceleretur. Item qui tortorem monet, vt cito faciat, vt securim præparet, & semel, & non sæpius feriat, aut plura ligna igni admoueat, quibus viuus hæreticus citius comburitur, & denique qui aliquid facit, aut dicit etiam ex pietate, vnde acceleretur alicui mors, vel mutilatio; esto, quod omnino alias mori, aut mutilari debuit, est irregularis, ex S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 5. §. homicidium opere. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. vers. Æternum. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. nume. 54. §. 13. Nauar. in Manual. c. 27. num. 217. verne. 13. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. colum. 2. in fine. Simon Maiol. libr. 2. cap. 10. nu. 3. & lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 3. & Henriquez libro 14. cap. 22. §. 3. vbi annot. in littera H addit, quod si religiosus obnuit a iudice, vt citius terminaret litem criminalem, fit irregularis. Dixi *extra necessitatem vitæ tuendæ*, quia hæc ab irregularitate excusat, vt infra dicemus. Ex qua regula sic declarata multa inferuntur.

4 Primo infertur iudicem proferentem sententiam mortis, vel mutilationis, nec non assessorem, esse irregulares: patet, quia hi sunt causa propinqua homicidij, vel abscissionis membri, & maxime iudex, qui velut prima, & præcipua causa est, quæ imperio suo mouet, & compellit alios, & sponte suscepit officium, cui annexa est obligatio etiam iurata occidendi, cũ opus est, & cuius intentio est tollere malefactores de Rep. tanquam medium per se ordinatum ad pacem Reip. cap. si quis viduam. & ibi glo. in verbo, si quis, cap. sæpe principijs. & capit. his a quibus. 23. q. 8. & cap. clericis.

ricis. & c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi. Host. in summa, lib. 5. de homic. §. qua pœna, nu. 5. summa Confess. lib. 3. titu. 1. q. 21. summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4 Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. vers. 1. S. Anton. 3. part. tit. 29. c. 2. §. 1. in fine. Angelica, verbo, homic. 5. in princi. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364 colum. 3. Nauar. in Man. c. 27. nu. 212. Simon Maiol. lib. 2. cap. 6. num. 3. Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. quæst. de Sacram. ordinis, art. 4. Iacobus de Graff. lib. 2. c. 27. nu. 18. & seqq. summa Corona, tract. de irreg. nu. 7. Vivaldus titu. col. nu. 232. & nu. 303. Sebast. Medic. in summa par. 2. tit. 9. q. 34. Cosmus Philiarchus part. 1. lib. 4. c. 11. §. 2. Toletus lib. 1. instruc. Sacerd. cap. 27. Henriquez libr. 14. cap. 12. §. 2. & est communis sententia. Idem de assessore, qui dictauit sententiam, & quolibet alio ministro, qui sententiam exequitur, aut sententiæ formam extendit, aut extensam legens in iudicio; notarius. Idem sententiam scribens, aut qui signat scriptam a famulo, & suo sigillo facit authenticam, aut sententiam pronunciat, aut testimonia testiũ scribit, aut legit, quando publicantur pro tali occisione, aut mutilatione, irregularis est, & etiam alij omnes, qui informant iudicem de causa, vel processu secuta morte, vel mutilatione, sunt enim hi omnes cooperatores iudicij. Secus autem morte, aut mutilatione non secuta irregulares sunt, Host. & Soc. in capit. ad audientiam. membro 4. vers. 2. quæritur, de homicid. Maiol. lib. 2. c. 6. nu. 6. & 8. Henriquez libr. 14. c. 12. §. 2. nec vlla est de his dubitatio.

5 Dubium tamen est, an prædicti ex sola officij assumptione hanc irregularitatem incurrant, re nondum sortita effectum, needum iudicio pronunciato? Quidam affirmant quod sic. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. sed quid de iudice. summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. q. 3. S. Anton. 3. par. titu. 29. cap. 2. §. 1. in fine summa Confess. de homicid. q. 23. libro 2. tit. 1. Maiol. lib. 2. cap. 6. nu. 3. vbi id expresse docet de iudice, & nu. 4. vbi id docet de tabellione, additque, quod ex ipsa officij assumptione est sola dispensatio Episcopalis, id quod etiam docet S. Anton. cit. secuta vero morte, & mutilatione est Papalis. Alij tamen, vt Hostiens. in c. significasti. 2. de homicid. & Soc. in capit. sententiam. ne clerici, vel monachi. membro 4. q. 4. Hug. cap. si quis post. dist. 71. Nau. in Manual. 17. nu. 211. in fine fatet, & expresse Henriquez libr. 14. c. 12. §. 1. negant, & hoc est verius; quia communis opinio Doct. est irregularitatem nõ incurri ex sola animi intentione, sed ex solo actuali homicidio, & mutilatione; vnde, qui tentaret occidere hominem, aut inflixit lethale vulnus, a quo tamen etiam per miraculum sanatus est, irregularis non erit, vt Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. ante medium Barth. Medina lib. 1. instruct. c. 11. §. 10. & Henriquez lib. 14. c. 3. §. 6. & §. 8. & Mich. Salon. 2. 2. in q. 64. art. 8. controu. 1. conclus. 1. testantur.

6 Dubium aliud est, an quicunque minister scribens sententiam mortis, aut mutilationis sit irregularis, secuta morte, aut mutilatione? Respondeo, si talis scribit, aut transcribit sententiam, tanquam officialis iustitiæ, (quamuis notarius non sit) aut dictat litteras, quibus iubetur fieri deformatio, irregularis erit; sicut priuatus vir qui mandato priuato domino litteras scribit pro mortis, aut mutilationis sententia, irregularis est, morte secuta, vel mutilatione. Qui vero famulus scribendo non influit tanquam causa mortalis mortis, aut mutilationis, licet materialiter, & per accidens transcribat dictatam a iudice, assessore, vel notarii sententiam, aut qui iussus protulit processum notarij, aut attulit equum iudici associaturo reum mortis, irregularis non est. Summa Astens. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. S. Anton. tertia par. tit. 29. cap. secundo, ante. §. Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 2. Sicut minister vsurarij, qui facit contractum, & scribit rationem dati, & accepti, obnoxius est restitutionis; secus, si solum scribat in libro rationem dati, & accepti, sine eo, quod faciat contractum, sed solum per accidens numerat pecuniam, talis enim non influit moraliter in damnum iniustum alterius, vt teneatur restitutioni, nec de tali ministro conqueritur mutuatarius læsus ex Palud. 4. distinct. 15. quæstione secunda, art. 5. versi. de seruiente. Adrian. in 4. in tract. de restitut. quæst. 1. §. sed quid si bona fide. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 2. in annot. littera O.

7 Secundo infertur accusatorem alicuius, secuta morte, aut mutilatione, irregularem esse, quia cooperator est ipsius iudicij, cap. sententiam. & c. clericis. ne clerici vel monach. Socin. in d. cap. sententiam. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta. Nau. in Manul. cap. 27. num. 212. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. col. 3. Couar. in clem. si furiosus. par. 2. §. 5. num. 1. de homic. Maiol. lib. 2. cap. 7. num. 4. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 8. & communis opinio DD. Si enim iudex, vt dictum est, irregularis est, qui cogitur punire nocentem, & iustitiam administrare, a fortiori accusator irregularis erit, etiã in casu, in quo accusatio meritoria sit, & publica punitio. Idem delatores delictorum, cum sint quasi quidam accusatores priuati, irregulares sunt, morte, aut mutilatione secuta; vt si quis viro deferat adulterium vxoris, ob quod sequitur occisio, aut mutilatio, ex Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 7. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 8. & facit cap. sicut. 1. §. qui verò. de homicid. Secus tamen, si ex leuitate, aut vulgi loquacitate retulit rumorem, nec putauit, aut intendit ideò inferendam mortem, vt ijdem authores vbi supra tradunt. Sicut neque irregulares erunt delatores delictorum, quæ facta non sunt, sed quod sint futura, metus subest eo animo, vt magistratus delicto faciendo obuiet, & non vt de eo supplicium sumat. ex Maiol. lib. 2. capit. 7. num. 4. Neque irregularis est delator, qui detulit ad iudicem crimen, quod nõ meretur occisionem, aut mutilationem. etsi postea Iudex sic delatum iniustè, aut alia de causa aliunde ad eum delata mutilet, aut occidat, modo non teneretur illud credere probabiliter euenturum, ex Richard. 4. distinct. 25. artic. quinto; quæst. 3. ad quintum, & Nauar. in Manual. cap. 27 numero 214. quia non dat causam propinquam, aut sufficientem talis occisionis; siquidem in hoc casu mutilatio, aut mors illa nõ prouenit ex illa delatione, sed aliunde. in hac autem materia non satis est ista aliunde consequi, sed quod ex tali causa sequatur, idest, ex tali causa data; quo fit, vt si quis captus sit a iudice; & statim occidatur ab alio, quam a iudice, vel a iudice sed aliam ob causam, ita vt non fuerit alter motus ex dicto iudicis, tunc iudex non erit irregularis ex occisione facta ab alio, nec hic delator, si a iudice alia de causa mutiletur.

9 Tertio infertur testem siue sponte, siue ex iudicis præcepto coactum in causa sanguinis esse irregularẽ, quia est principalis cooperator, cum super eius testimonio sententia firmetur, vnde dicto suo influit in mortem, & hoc etiamsi sint multi testes quia ab vnoquoque illorum pendet veritas totius iudicij & sententiæ, argu. cap. sententiam. ne clerici, vel monachi. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versi. item litigiosus. & Socin. in d. cap. sententiam, memb. 4. versic. secundo quæritur. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 22. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. versi. primum. Nauar. in Man. cap. 27. num. 212. Angelica, verbo, homicidium, 5. in princip. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14 art. 4. Ioseph Angles, in Florib. 4. Sent. p. 1. quæst. de Sacram. ordin. artic. 5. Maiol. lib. 2. c. 8. nu. 1. & 2.

Hen-

Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 9. Quamuis enim illa vis, & coactio excuset a peccato, non tamen ab irregularitate, secuta morte, aut mutilatione, & satis est quouis modo reum prodere etiam occultum, & complicem delicti, aut indicare viam, qua reus iuit, aut contra eum testificari, ad hoc, vt sit irregularis, ex Panorm. in capit. qui cum fure. de furt. Maiolo, & Henriquez vbi supra. Vnde, cum quis probabiliter timet secuturam mortem, aut mutilationem furis non tenetur indicare furem domino, vt rem suam repetat, ex Host. & Panorm. d. ca. qui cum fure. & Maiol. libro 2. ca. 8. num. 3. & 4. Item testes ad torturam, vel alias partes processus præiudiciales reo rogati irregulares sunt, secuta eius morte, aut mutilatione, ex Maiolo cit. numero 5. & Henriquez vbi supra, §. 9. Immo testis, qui non deposuit de delicto, quia ignorat, sed rogatus de fama, & de ea deponens cooperator est iudicij. Et idem dicendum est de eo, qui interrogatus, an reus solitus sit ferre arma, vel noctu vagari, de ijs respondens, quia per hoc aggrauatur opinio rei, cooperator censetur. Sicut etiam qui interrogatur de minis aut, alijs verbis, super quibus Iudex sententiam suam fundat, secuta morte, aut mutilatione irregularis erit. Et denique, si ex verbis testis fur inueniatur, aut occidatur, aut mutiletur, irregularitatem incurrit, ex Syluest. in verbo, homicidium, 3. quæst. 7. versic. sextum. Maiol. lib. 2. cap. 8 num. 3. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 9. Vnde, si quis in biuio, vel triuio constitutus sit, & interrogetur a satellite qua via fur abijt, & respondeat, hac non iuit, irregularis erit si sequatur mors, aut mutilatio, cum exinde satelles probè conijcere possit, qua via abierit: Angelica, verbo, irregularitas, 1. nu. 14. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 7. vers. sextum Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 22. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. 1. in fine; Astens. in Summa, p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. quæst. 23. ideoque vti poterit verbis ambiguis, aut poterit non respondere, ex Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 2. & Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 9. et citat Nau. in Man. c. 18. num. 61. quod intelligitur extra iudicium, in iudicio enim veritatem testari sine ambiguitate debet.

10 *Quartò infertur actorem contra reum agentem aduocatum, procuratorem, & solicitatorem fiscalem, item qui iudicem de causa, & processu informat, aut processum summit ad faciliorem iudicis instructionem, aut qui in fauorem fisci elicit dubia, contrarietates exceptiones, aut nullitates, irregulares esse, secuta morte, vel mutilatione, secundum glos. & DD. in cap. aliquantos, seu vt alij textus habent, in c. aliquando, d. 51. Panorm. in c. sententiã, ne clerici, vel monachi. Hostiens. in c. ad audientiam, de homicid. Astens. in Summa, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. vers. primum. Nauar. in Man. ca. 27. num. 212. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 354. col. 3. Angelica, verbo, homicidium, 5. in princip. Maiol. lib. 2. cap. 9. num. 1. & 2. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 8. & §. 10. Item Iurisconsultus, aut*

11 *quiuis alius Doctor consultus super facto continenti, & in iudicium deducto, & rogatus, quæ pœna de iure tali delicto debeatur, si respondeat deberi vindictam sanguinis, vel mutilationis, irregularis erit, si exinde iudex eum occidit, aut mutilari faciat, argum. d. cap. sententiam, & Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. sed quæritur quando. Maiol. libro 2. cap. 9. num. 6. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 10. Quod etiam procedit non solum in consultore contra reum, sed etiam in consultore pro reo, si exinde absoluatur reus, & occidi, aut mutilari faciat accusatorem, ex eo quod accusator pœna talionis punitur, quia ad consilium eius reus accusatori pœnam talionis obiecit. Panormit. in cap. clericis, num. 10. ne clerici, vel monachi. Host. in cap. ad audientiam. de homicid. Tabiena. verbo, irregularitas, 2. §. decimo. Maiol. libro 4. cap. 9. num. 7. & Henriquez lib. 14. c. 12. & 10. Consultatores vero, qui diuersas scriptorum sententias referunt, etiam circa casum contingentem, & in iudicio pendentem, non sunt irregulares. Spec. vbi supra, §. iuxta, versic. quid si iudex. Maiol. & Henriquez vbi supra, sicut nec qui eas refert de cathedra, aut ostendit authorem, qui eas opiniones refert. At vero si relatis hincinde sententijs diuersis, quis suam afferat, aut dicat se talem sententiam, & authorem sequi, erit irregularis, si iudex eam sequēs reum morte, aut mutilatione puniri faciat. arg. c. ex litteris. de excess. prælat. Spec. Maiol. cit. numero 10. Raym. tit. de homicid. vers. item nota.*

12 *Quinto infertur executores vindictæ sanguinis, & omnes comites, satellites, milites iustitię, lictores, quos vulgus birros, & bargellos vocceant esse irregulares. capit. sententiam. ne clerici vel Monachi. Spec. tit. de dispens. §. iuxta, ver. item litigiosus. Maiol. lib. 2. capit. 10. nu. 1. & 2. & Henriquez libro 14. ca. 12. § 2. Inter executores autem numerantur ministri torturæ, ligantes, & trahentes funē, vt rei confessionem extorqueāt. Item deferentes instrumenta parata ad exercendam vindictam sanguinis, vt funes, malleos, gladios, cippos, scalas. Item qui scalam facit, aut gladium, acuit, vt illo statim iuguletur reus, aut membrum eius abscindatur, arg. cap. quæsitum, & seq. 23. q. 4. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. vers. secundum. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. num. 26. §. vigesimo quinto. Maiol. lib. 2. cap. 10. num. 2. & Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 2 Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 217. vers. vndecimo. Barth. Medina lib. 1. instruct. cap. 11. §. 10. Item irregulares sunt nuncij, mandatarij, cursores in causa sanguinis deputati, sunt enim hi omnes cooperatores iudicij sanguinis. Specul. d. §. iuxta. vers. item litigiosus. Maiol. lib. 2. ca. 10. nu. 6. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 10. Item illi omnes, qui de familia prætoris pedestres, aut equestres comitantur malefactorem cũ ducitur ad mortem, cum vadant ad defensionem, si oporteret. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 2. versic. secundum. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. vigesimo, & verbo, irregularitas, 3. §. vigesimo quarto, Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 217. §. vndecimo, & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 2. (non tamen populus qui ad spectandum accedit) Item præco, qui reum præcedit, & causam mortis proclamat. Henriquez vbi supra. Item qui satellites monet, vt cautè, & tutò reum deferant, & custodiant, ne fugiat, ex Maiolo, lib. 2. capit. 10. nu. 4. & Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 2. Sicut etiam, qui ducentibus furem dicit, vt claudant os eius, ne clamet, ex Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 7. versic. quintum. Angelica, verbo, irregularitas, 1. §. 13. irregularis est, qui id limitant, dummodo mors probabiliter fuisset impedita, alias non. S. Antoninus autem 3. par. tit. 29. §. 1. in fine, & Rosella, verbo, irregularitas, 1. §. 5. & Tabiena, verbo, irregularitas, §. decimooctauo, post Veruec. & Gnil. & Astensem, in Summa, part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 21. simpliciter tenent, quod sit irregularis, quia iuuit ducentes dando consilium, vel persuadendo, quorum opinio in praxi tutior est. Item, qui videns latronem fugientem clamat, aut sonitum dat campanæ ad conuocandum populum, ex quibus captus postea occiditur, irregularis est. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimonono. Maiol. lib. 2. cap. 10. num. 5. Item, qui pulsat campanam, vt conuocetur populus, quando reus ducitur ad mortem, si id faciat, vt reus securius ducatur ad mortem; secus autem si solummodo pulset ad signum, & publicum exemplum, ex Maiol. lib. 2. cap. 10. num. 5. His ita in vniuersum ex prædicta regula illatis, dubia quædam in sequentibus dissoluenda sunt.*

Zz De

De homicidio, vel mutilatione facta ab aliquo defendente se ab iniquo inuasore.
Cap. XVII.

SVMMA.

1 *Occidens, aut mutilans defendendo se ab iniusto inuasore cum moderamine inculpatæ tutelæ irregularis non est.*
2 *Occidere licet iniustum inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiamsi inuasor talis in peccato mortali sit moriturus.*
3 *Occidere licet iniustum inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt se defendat, ne membrum aliquid sibi abscindatur.*
4 *Occidere licet sine incursu irregularitatis inuasorem iniustum, ne graue vulnus ab eo recipiat.*
5 *Defensio sui cum moderamine inculpatæ tutelæ tam clericis, quam laicis iure naturæ competit.*
6 *Occidere licet innocentem, ne quis ab eo iniuste occidatur, vel mutiletur.*
7 *Moderamen inculpatæ tutelæ quidnam sit, & quando tale censeatur.*
8 *Aggressorem præuenire, an verò expectare teneatur primum ictum ad hoc, ne excedam modum.*
9 *Clementina* si furiosus. de homicid. *an nouum ius condat, vel solum antiquum declaret.*
10 *Clemētina* si furiosus. de homicid. *an reuocata vel mutata sit per Concilium Tridentinum.*
11 *Occidens inuasorem, vt vitam suam defendat, in casu quo satis esset eum vulnerare, irregularis est.*
12 *Occidens inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ ad sui defensionem, etiamsi id facit ex odio, irregularis non est.*
13 *Occidens parantem sibi insidias, vt eum interficiat, irregularis non est.*
14 *Defendens se ab inuasore, si vocet socium, vt ipsum iuuet, et socius inuasorem occidit, primus ille non fit irregularis.*
15 *Occidens inuasorem fugientem irregularis est.*
16 *Occidens inuasorem, quando mortem, aut membri abscissionem fugiendo euadere posset, irregularis est.*
17 *Clericis, religiosis, & infimæ sortis hominibus fuga ignominiosa non est.*
18 *Occidens inuasorem ad vitam suam defendendam irregularis non est, etiamsi sua culpa se in hanc necessitatem ingesserit.*
19 *Adulterium ex sua natura ad homicidium adulteri non ordinatur.*
20 *Adulter quādo irregularis efficiatur, si exinde mors, aut mutilatio sequatur.*
21 *Occidens, aut mutilans aggressorem patris, fratris, aut alterius consanguinei, aliter mortem eius vitare non valens irregularis non est.*
22 *Occidens, aut mutilans aliquem ob honoris, aut bonorum suorum defensionem an sit irregularis.*
23 *Honorem, aut famam suam defendendo cum alterius occisione quando irregularis efficiatur.*
24 *Vita proximi quando rebus temporalibus proximi præponenda sit.*
25 *Raptorem bonorum suorum cum moderamine inculpatæ tutelæ quando occidere liceat.*
26 *Occidens furem nocturnum an, & quando reus homicidij censeatur.*
27 *Occidere hominem ad recuperanda bona sua, quando inuasor aliter capi nequeat, an licitum sit.*
28 *Monacho infamia non est ab hoste fugere.*
29 *Homicidium, aut mutilatio ab homine carente vsu rationis facta irregularitatem non inducit.*
30 *Infantia quousque durare censeatur.*
31 *Doli capax qui non est, occidendo hominem irregularis non efficitur.*
32 *Furiosus hominem occidendo Irregularis non est.*
33 *Dormiens hominem occidendo irregularitatem non incurrit.*
34 *Ebrius, hominem in ebrietate occidens irregularis non est.*
35 *Ebrius culpa sua, & voluntariè factus an, & quando hominem occidendo, irregularitatem incurrit.*
36 *Actus in somno contingens peccatum est eo modo, quo actus exterior in executione peccatum indicari solet.*
37 *Imaginatio in vigilia, cum omnino certa non sit, raro causa propinqua, & efficax homicidij in somno facti esse censetur.*

1 NTequam dubia proponamus, præmittenda sunt nonnulla, quæ ad rem hanc cognitu necessaria sunt? Quorum.

Primum est certum esse ex Clem. si furiosus, de homic. non incurri irregularitatem, si quis occidat, vel mutilet defendendo vitam suam ab iniusto inuasore cum moderamine inculpatæ tutela; & communis est omnium recentiorum sentētia, Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, num. 211. Couar. in Clem. si furiosus, part. 3. §. vnico, num. 1. de homic. Soti, libro 5. de iustit. quæst. 1. art. 8. & 4. distinct. 16. quæst. 2. art. 3. versic. duę priores. Caiet. in 2.2. quæst. 64. art. 8. controuersia 2. in princip. Petr. Nauar. de restit. tomo 1. cap. 3. num. 364. Barth. Medin. lib. 1. instruct. Confess. ca. 11. §. 10. Maiol. lib. 5. c. 48. in princip. num. 6. Ioseph Anglef. in Flor. lib. 4. Sent. quæst. de Sacram. ordinis, artic. 4. Iacobus de Graff. lib. 2. cap. 65. num. 1. Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 2. Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 26. artic. 2. tract. de irreg. pag. 264. colum. 3. Syluest. verbo, Homicidium, 3. q. 4. & in verbo, bellū, 2. q. 6. Cuius ratio est, quia ius naturale hoc dictat, vt quisquis potius vitam propriam, quam vitam proximi tueatur, id quod certum est, quando aliter vitam suam tutari non possit, quam proximum occidendo; vnde in l. 1. ff. de iustit. & iure, §. vim. dicitur vim vi repellere licet, & c. 3. de sentent. excomm. & l. ut qui aggressorem. & l. si quis percussorem, C. de sicarijs. Id quod eleganter Cicero in orat. pro Milone his verbis expressit. *est*, inquit, *hæc Iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Silent enim inter arma leges, nec se spectari iubent, cum ei, qui spectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda.* Hactenus Cicero.

2 Quod dictum procedit primo, etiamsi sic se defendens sciat iniustum inuasorem esse in peccato mortali, & in eo moriturum, vt tradunt Maior. 4. distin. 25. q. 20. Sotus lib. 5. de iustit. q. 1. art. 8. Couar. in Clem. si furiosus, p. 3. §. vnico, nu. 1. de homic. Petr. Nau. tomo

mo 1. lib. 3. de restit. nu. 337. Quicquid Gerson in tract. de Eucharistia. Abulens. super Matth. c. 5. q. 109. & Gonsaluus à Villadiego, tract. de irreg. ca. de percussore, velint in hoc casu non licere inuasorem occidere pro vita propria tuenda, eo ducti argumento; quia vnusquisque tenetur vitam spiritualem proximi propriæ temporali anteferre; cum ergo aggressor periclitetur in vita spirituali & æterna damnatione, si in illo statu occidatur, lege, & ordine charitatis tenebitur aggressus permittere se occidi, nec aggressorem occidere posse, cum in extrema necessitate animæ constitutus sit. Quæ ratio facile diluitur, Tunc enim vitam tenemur pro spirituali vita proximi ponere, quando ipse est in extrema necessitate spirituali, vt si videã mulierem volentem recedere à fornicario non posse nisi me opem illi ferente; aut sciam aliquem decipi ab hæretico, nec posse illum ab ea deceptione liberari, nisi mea doctrina, tunc teneor cum periculo vitæ mulierem illam iuuare, vt recedat à fornicario, & simplicem illum docere, ne ab hæretico decipiatur. In casu autem nostro aggressor iste non est in extrema necessitate spirituali absolutè, sed voluntariè, & ex nostra sua, desistendo enim ab aggressione, quod est in sua facultate eius, cessabit omninò illa necessitas; ideo non teneor cum periculo vitæ meæ vitam eius saluare, & illi non mihi imputabitur peccatum, & mors non solum corporis, sed etiam animæ, si non contentatur, aut ab aggressione ex malitia propria desistere noluerit. Sic Caiet. in 2. 2. quæstion. 64. artic. septimo, Sotus libro quinto, de iustit. quæst. 1. art. 8. vec. laborat. ciuitas. Petr. Nauar. de restit. tomo. 1. lib. 2. ca. 3. nu. 335. & Mich. Salon in d. q. 64. art. 7. controuersia 1. cõclus. 3. ad 2. Adde, quod etiam impetus non est de sua gratia certus, & ita non tenetur se in discrimen conijcere.

3 Secundo procedit, quando non solum alium occidit ad necessariam vitæ propriæ defensionem, sed etiam, vt se defendat, ne aliquod membrum sibi abscindatur, neque enim in hoc casu occidendo inuasorem irregularis erit. Sic Cardin. quem refert, ac sequitur Couarru. in Clem. si furiosus, par. 3. §. vnico, num. 2. de homicid. Sylvest. verbo, homicidium, 3. quæst. 4. vers. primum. Rosella, verbo homicidium, 4. num. 1. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 211. & Petr. Nauar. tomo 1. lib. 2. c. 3. de restitut. nu. 345. §. quarto, & num. 468. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 224. Mich. Salon in 2. 2. quæst. 64. art. 8. controuersia, 2. conclus. 1. & Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 2. & §. 3. quicquid Lapus in Clem. si furiosus, quem sequitur, & refert Maiol. libro 5. cap 48. in principio, nu. 7. & Gonsaluus à Villadiego tract. de irregul. cap. de percussore, col. 14. falsò putent, eum in hoc casu fore irregularem. Ratio autem pro nostra opinione est; quia, vt diximus, mors, & mutilatio membri æquipollent, & ius naturale hoc dictare videtur, cum enim sæpè ex membri abscissione sequatur mors, licitum erit inuasorem occidere, ne membrum sibi amputetur. Hoc autem quod diximus, intelligitur, dummodo non excedat moderamen inculpatæ tutelæ, si enim excederet, tunc erit irregularis, cum talis defensio esset culpabilis, argumen. l. 1. C. vnde vi, & c. vt famæ, §. vlt. de sentent. excommun. & c. significasti, 2. vbi glos. & DD. de homicid. & præfati authores tradunt, & colligitur ex Clem. si furiosus, de homic. vbi dicitur. *Mortem aliter vitare non valens*, vnde, qui occideret percussorem ab eo fugientem, est irregularis, id quod etiam tradit glo. in c. si perfodiens, in verbo, legibus, de homicid. quia talis excedit moderamen inculpatæ tutelæ.

Tertio procedit, quando quis occidit inuasorem, ne recipiat ab eo graue vulnus, vel deforme, vt enim Mich. Salon in 2. 2. q. 64. art. 8. cõtrou. 2. conclus. 1. & alij recẽtiores, & docti existimant, non erit in hoc casu irregularis; quia sic se defendẽs verè vitam tueri dicitur, cũ omnia hęc ad vitę consistentiã pertineãt, vt constat; & fauet Alphons. Viuald. vbi supra, nu. 226.

5 Quartò procedit non solum in laicis, sed etiam in Clericis, et religiosis, ex Petro Nauar. tom. 1. de restit. lib. 2. c. 3. nu. 345. §. 2. Mich. Salon. in 2. 2. q. 64. art. 7. controuersia 1. conclus. 2. §. tertio. & Panorm. in c. 2. num. 2. de vita & honest. cleric. Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 65. nu. 9. Quia priuilegio naturali propriæ defensionis, & vim vi repellendi omnes homines gaudent, cuiuscumque status, & ordinis sint, nec eo aliqua lege humana expoliantur, vnde & laico contra Clericum, & clerico contra laicum licita est defensio sui; neque exinde excommunicatio vlla incurritur, nec vlla irregularitas.

6 Quintò procedit etiam in inuasore innocente, ita scilicet; vt licitum sit occidere innocentem, si me inuadat; vt si puer, aut phreneticus, vel amens, vel dormiens, me occisurus est, nec aliter saluus esse possum, nisi occidendo, ipsum occidens non ero irregularis; vim enim illam repellere licet, etsi non sit iniuste illata. In pari enim causa innocentiæ, mihi magis teneor; sic Cordub. lib. 1. qq. q. 38. sub 4. ratione 2. opinionis vers... sed vt semel, appellans illum iniustum inuasorem ex parte causæ, licet non ex parte subiecti inuadentis. Inuadens enim in hoc casu non peccat, nec est iniustus, at causa iniusta est; sine causa enim suum occidens: idem colligitur ex Soto, libro 5. de iust. quæst. 1. art. 7. in fine corp. & Petro Nauar. tomo 1. de restit. lib. 2. cap. 3. nu. 347. §. vltimo collige.

7 Secundum, quod præmittendum est, pertinet ad moderamen inculpatæ tutelę, requiritur enim, vt defensio sit inculpata; sicut enim qui alium occidit, aut mutilat ad necessariam sui corporis defensionem, quando aliter vitare illo non possit, neq; peccat, neque irregularis est, vt diximus, ex Clemen. si furiosus, de homicid. & ca. 1. de homicid. vbi Panorm. nu. 4. ita qui non ex proposito, sed ad necessariam sui defensionem hominem interficit, non seruato moderamine inculpatę tutelę, & homicida est, & irregularis, ex Panorm. in c. olim. 1. nu. 19. & Innoc. ibi de restit. spol. & in ca. significasti, 2. nu. 5. & num. 9. de homicid. & vbi docet multa attendenda esse, vt defensio dicatur inculpata.

Primo tempus, scilicet, vt fiat incontinenti idest, vt occisio, aut mutilatio in aggressoris fiat in ipso actu aggressionis & defensionis, non postea interueniente aliquo interuallo, & postquam cessauit aggressio. vt habetur in d. ca. significasti, 2. de homicid. & Alexan. libro 1. consil. 76. 109. & 110. et Mich. Salon 2. 2. quęst. 64. art. 6. controuer. 1. conclus. 3. quod intelligitur, nisi timeretur secunda percussio, quia tunc esset defensio percussionis. Vnde si aggressor sentiens se deficere viribus desistat, vel fugiat, vel durante rixa dicat quacumque de causa, vt desistat, nec se velle amplius rixari, non potest tunc aggressus illum occidere, quia cessat iam violentia, nec est tunc necessaria talis occisio ad propriam defensionem, nec eum occidere potest propter illatam violentiam, quia hoc iam non est defensio, quę licet, sed punitio, quæ ad solum iudicem spectat.

Secundo fieri debet causa defensionis, & non animo vlciscendi, vnde, si poterit impedire ictum alterius, & non impediuit, imò percussit lethaliter, excessit fines merę defensionis necessarię.

Tertio considerãdus est animus aggressoris, in quare attendi debent circumstantię, vt qualis armorum, habitus vtriusque; si enim vnus fortis aggreditur fortiorem cum pugno, non debet fortior resistere cum gladio, ex quo potest sine eo repellere iniuriã. Item si veniebat cum baculo, & iste potens erat resistere cum

baculo, non debet capere ensem.

Quarto ait tunc seruari moderamen, quando id fit, quo omisso, iniuria repelli non poterat: non enim alicui imputatur, quod facit, si aliter defendere se non poterat, & iniuriam repellere, argum. l. sciendum, §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & Bart. in l. 1. C. vnde vi. Et tandem concludit dari non posse certam regulam, quando quis steterit in meris finibus defensionis, aut excesserit modum, sed hoc relinquendum est arbitrio iudicis prudentis habita ratione qualitatis personarum, actuum, & verisimilis periculi imminentis.

8 Sola difficultas est, an possim aggressorem meum præuenire, an vero expectare debeam primum ictum, ad hoc ne excedam modum? Frat. Mich. Salon in 2. 2. q. 64. art. 7. controu. 1. conclus. 5. vers. secunda conditio expresse docet præuenientem, & homicidam, & irregularem esse, cum talis occisio non sit vere defensio, & propulsatio iniuriæ, sed præuentio, quæ non conceditur. Alij tamen, vt Panorm. in c. olim. 1. in fine, de restitut. spoliat. & glo. in l. si ex plagijs, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. & Bart. ibidem. & Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 8. versic. at vero. Nauar. in Man. c. 15. nu. 3. & Petr. Nau. lib. 2. de restitut. c. 3. num. 348. & 349. & Henriquez libro 14. cap. 10. §. 4. Iacobus de Graff. lib. 2. c. 65. num. 6. & 7. Alphons. Vinald. tract. de irregul. num. 215. docent posse prius percutere, & afferunt exemplum de muliere, quæ inuenit pugionem sub puluinari, vt a marito dormiens occidatur, & hoc, quia forte postea non erit locus defensionis; in hoc enim casu censetur quis potius repellere iniuriam; quam inferre. Quorum opinio mihi etiam verior videtur, quoties verisimilia præcedunt indicia, & actus manifesti, quod ille intendit offendere, & alter nisi præueniendo se defendere postea probabiliter non posse putat. Id quod prudentiæ, & arbitrio boni viri, habita ratione circumstantiarum relinquo. His præmissis.

9 Dubium primum sit, an Clementina si furiosus, de homicid. condat nouum ius, an solum declaret antiquum. quod est dicere, an priusquam clementina hæc edita sit, irregularitas incurreretur, si quis occideret, vel mutilaret inuasorem ob vitæ propriæ defensioné.

Prima opinio est dicentium nouum ius condidisse, & ita ante eam incurrisse irregularitatem in hoc casu. Sic S. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. ad 3. Palud. 4. distin. 25. q. 3. art. 2. conclus. 3. Alexander de Ales, in Summa, par. 3. quæst. 34. memb. 2. art. 2. § 2. Summa Confess. lib. 2. ti. 1. quæst. 12. & 21. sensisse videntur, cum dicant irregularem esse qui occidit ob vitæ propriæ conseruationem cum moderamine inculpatæ tutelæ, & Richard. 4. dist. 37. artic. 3. quæst. 2. ad secundum, & expresse Caiet. in d. q. 64. art. 7. in fine, & Michael Salon, vbi, q. 64. artic. 8. controuersia 2. conclus. 2. qui duo dicunt S. Thomam vbi supra, numquam dicere voluisse clericum occidentem aliquem etiam in sui defensionem esse irregularem, si suo tempore extitisset illa Clementina, aut ius illos excipiens. Idem tenent Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tractat. de irregul. pag. 364. colum. 3. & fauet Sotus lib. 5. de iust. quæst. 1. art. 8. ad 3. Maiol. lib. 5. c. 48. in princip. nu. 6. & citat Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. circa homicidium.

Secunda opinio est asserentium declarare tantum ius antiquum, non autem ius nouum condidisse, & consequenter ante eam nullam irregularitatem ob huiusmodi occisionem, vel mutilationem contractam fuisse. Panormit. in capit. sicut dignum. numero 14. de homicid. & Sotus vbi supra, satis in hanc sententiam inclinant, & expresse Nau. in Manuali, ca. 27. nu. 211. Petr. Nau. lib. 2. de restitur. cap. 3. num. 365. & Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 2. & hæc opinio videtur verior, quia Clementina si furiosus, similiter loquitur de eo qui se defendit ab inuasore, atque loquitur de amente, infante, & dormiente. Sed isti ante hanc Clementinam non incurrebant irregularitatem; ergo nec se defendens ab inuasore. Et quia clementina non dicit, *Statuimus*, sed *Censemus*, & facit glos. ibi, in verbo, idem, vbi ait Barthol. Brix. & Hostien. & Clementem IIII. & curiam sic tenuisse. Item, quia huiusmodi defensio est de iure naturæ, vt diximus, vnde non est dicendum ius nouum conditum fuisse. Item, quia irregularitas, ex omnium DD. sententia, non incurritur, nisi in iure expressum sit; nullo autem iure antiquo reperitur irregularem esse, qui ad propriæ personæ defensionem occidit. Sed & iura, quæ pro sententia S. Thomæ & aliorum afferuntur, vt c. de his Clericis, 1. & 2. distinct. 5. intelligenda sunt, quando non est seruatum moderamen inculpatæ tutelæ, sed absque alterius occisione, & mutilatione clericus se defendere, & vim vi repellere potuit, vt patet, cum ibi dicatur, (*vt talis agat pœnitentiam*) quam certè non oportet facere, si seruato debito moderamine defendendi occidisset.

10 Dubium secundum est, an Clementina, si furiosus, reuocata, vel mutata sit per Concil. Trident. Sess. 14. de reformat. cap. 7. Ratio dubitandi est, quia ibi habetur opus esse dispensatione in hoc casu: Dicit enim Concilium. *Si vero homicidium non ex proposito sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur: quamob causam ad Sacrorum ordinum & altaris ministerium, & beneficia quæcumque, ac dignitates, iure quodammodo dispensatio debeatur, quæ dispensatio committitur ordinario*, Si ergo dispensatio debetur, contrahitur irregularitas, quia aliter quid opus est dispensatione? Quæ sane Concilij definitio multorum recentiorum mentes solicitauit, vt veram eius expositionem darent. Cum & d. Clementinæ, & communi DD. sententiæ videatur aduersari Simon Maiol. lib. 1. cap. 2. num. 10. §. vigesimo. & lib. 5. cap. 48. num. 10. & 11. existimat Tridentinum reuocare d. Clement. aut saltem illi aliquid addere, & ideo esse irregularem, qui pro ineuitabili sui defensione occidit, donec cum eo dispensetur. Alij tamen vt Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 367 Henriquez 14. cap. 10. §. 2. & Frat. Mich. Salon in 2. 2. quæst. 64. art. 8. controu. 2. concl. 1. rectius docent Tridentinum nihil ibi innouasse, neque enim quod iuris naturalis est Concilium mutare voluit. Vnde ad locum Concilij duobus modis responderi potest.

Primo quidem dici potest Concilium intelligendū esse, quando non est seruatus modus inculpatæ tutelæ, sed aliqualis culpa processit. & sic opus est dispēsatione, & sic congregatio Cardin. qui præpositi sunt decretis Trident. Concil. interpretandis respondit anno Dom. 1588. primo Octobris, & satis clarè colligi videtur ex ipsomet Conc. cum etiam Concilium eodē modo loquatur de homicidio prædicto & de casuali plane loqui videtur, vbi quis moderamen excesserit, et in aliqua culpa fuit, constat enim homicidium casuale, si nullam omnino culpam latam aut leuem contineat, non inducere irregularitatem; & ita cum eodem modo de vtroque loquatur Concilium, consequens esse videtur, vt accipiendum sit, vbi quis debitum moderamen in sui defensionem non seruauerint.

Secundo responderi potest, Concilium loqui de irregularitate quoad forum exterius, quando scilicet dubitatur, an inuasus modum inculpatæ tutelæ excesserit, & quando contra illum obijcitur, quod excesserit moderamen, & ita de homicidio ab aliquo accusatur, tunc enim & ad omnem scrupulum remouendum, & ad maiorem cautelam, nec non ad omne scandalum, & dubium penitus tollendum ab omnibus ordinibus, eorumque ministerio, nec non a bene-

fieijs,

ficijs, & dignitatibus consequendis ascendis erit, donec causa ipsa coram ordinario, vel viciniori Episcopo, aut Metropolitano discutiatur, adeo, vt si opus sit cum eo dispensetur: & hæc responsio conformis & consentanea satis est verbis Concilij vbi supra, ideoque Concilium addidit particulam illam *Quodammodo*, quia scilicet, si non reuera, quando non fuit excessus in defensione, attamen in foro exteriori, & in dubio, ad omnem scrupulum tollendum, & ad maiorem cautelam dispensatio quodammodo debetur.

11 Dubium tertium est, an si quis occidat inuasorem, vt vitam suam defendat in casu, quo satis esset illum vulnerare, aut mutilare, vt se defenderet, irregularis sit? Prima opinio est Armillæ in verbo, irregularitas, §.41. qui negat esse irregularem, & citat Cardin. in d. Clem. si furiosus, de homicid. & Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 26. in fine, quia quantum ad irregularitatem parificantur occisio, & mutilatio. Secunda, & verior opinio dicit esse irregularem, sic Syluest. verbo, homicidium, tertia quæst. quarta, versic. primum. Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. num. 6. Barth. Medina lib. 1. Instruct. Confess. cap. 11. 3. 10. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 11. §. 3. & Alphons. Viuald. tractat. de irregul. num. 215. & Henriquez libro 14. cap. decimoquarto, cap. 10. §. 3. qui addit esse verum, nisi præmissa diligentia occidat per accidens, & præter intentionem. Ratio est, quia talis excedit moderamen inculpatæ tutelæ, cum ad propriam vitam sustentandam sufficeret illum mutilare, & non occidere.

12 Dubium quartum est, an si quis ad sui defensionem occidat inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, id tamen facit ex odio, fit irregularis? Respondeo non esse irregularem; Quia Clement. si furiosus. de homicid. generaliter loquitur, & odium cordis interiorum non facit, vt contrahatur irregularitas, si reuera quis inuasorem occidat, ad tuendam vitam suã, peccat tamen. Couarr. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 5. num. 2. de homicid. & Henriquez libro 14. cap. 3. §. 4. littera O. & ca. 10. §. 2. & Petr. Nau. lib. 2. de restit. capit. 3. num. 337. sicut nec inquisitor iuste damnans reum, & simul admiscens odium contra eum, incurrit excommunicationem, quicquid Nau. in Man. cap. 27. nu. 226. velit hunc fore irregularem, sed falso, vt diximus, quia actus interior irregularitatem non facit.

13 Dubium quintum est, an sit irregularis, qui parantem sibi insidias, vt eum interficiat, ipsum occidit? Nauar. in Man. cap. 15. num. 3. significare videtur esse irregularem. & facit Fr. Mich. Salon in 2. 2. q. 64. art. 7. controuersia 1. conclus. 3. Communior tamẽ opinio est, quam sequuntur Sotus lib. 5. de Iustit. quæst. 1. art. 8. Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 350. & Couar. in Clem. si furiosus, par. 3. §. vnico, oum. 3. versic. secundo, de homicid. glos. in cap. 3. de homicid. in verbo, legibus secularibus. Bald. in l. multis, C. de liber. caus. & in l. legc. ff. locat. & glo. in l. 1. C. vnde vi. & Henriquez libro 14. cap. 10. § 4. & citat Cordub. lib. 1. q. 38. art. 2. dub. 1. & Simanch. Villad. & alios, non esse irregularem, quia vere talis est inuasor; sed vt recte notant Couar. & Petr. Nauar. in huiusmodi euentu considerandum est periculum, quod ex insidijs imminebat, si enim tale sit periculum, vt nisi occidat; ipse postea occidetur, sine dubio irregularis non erit; cum enim nullum aliud remedium sit saluandi vitam, vera est defensio. Quare Petr. Nauar. vbi supra, lib. 2. de rest. tit. cap. 3. num. 350. ait, licitum esse talem veneno, aut alio modo occidere, sicut etiam licitum esse, docet post Cordub. quem citat, conuertere venenum in propinantem, cum non sit aliud remedium. Vnde Cicero in oratione pro Milone, ait *Non potest his obliuisci iudices, insidiatorem iure interfici posse*. Sin autem aliter insidias eius vitare potest, occidendo irregularis fit.

14 Dubium sextum est, an si quis, vt se defendat ab inuasore, vocat socium, vt ipsum iuuet in defendendo se, & socius occidit inuasorem, iste primus exinde irregularis reddatur? Respondeo cum Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 212. versic. secundo, & consil. 1. num. 3. de homicid. non esse quia eodem iure, quo seipsum defendit ab inuasore, vocare potest socium, aut socios, vt iuuent ab eo, vel eis, contra inuasorem, quando alias se defendere non potest. Sicut neque irregularis est, qui proprijs armis se defendere non valens ab aggressore, dat illa alteri, qui his adiutus inuasorem occidit; quia cum in propriæ vitæ defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ aggressorem occidere liceat, vtique cum per seipsum occidendo non incurreret, nec per alium occidendo incurret, argumen. capit. penult. de homicid. Nauar. cit. Martin. Ledesm. secunda quæst. 26. artic. 2. tract. de irregul. pag. 164. colum. 3. & Henriquez lib. 14. capit. decimo, §. 4. Si vero quis daret alteri arma, vt proximus illius se defendat, si ille occidit inuasorem, dans arma erit irregularis, Syluest. verbo, Homicidium 3. quæst. 6. vers. quintum, & Angelica, verbo, irregularitas, num. 15. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 212. vers. terno, & Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 4. in annot. litera K. Ratio est; quia dando illi arma, est iusta causa mortis, & non dat illa ad necessariam sui defensionem, prout requirit Clem. si furiosus, de homicid.

15 Dubium septimum est, an qui aggressorem fugientem occidit, irregularis sit? Respondeo irregularem esse, etiamsi post grauissimum vulnus infixum sibi fugientem occideret, quia tam nõ esset defensio, quæ est licita, sed vindicta; quæ non permittitur personæ priuatæ, ex Mich. Salon. in 2. 2. quæstione 64. art. 7. controuer. 1. concl. 3. §. vnde fit tertia conditio.

16 Dubium octauum est, an occidens, aut mutilans inuasorem irregularis sit, quando fugiendo posset mortem, aut abscissionem membri euadere; Quoad laicos; quidam distinguunt; nam vel est talis persona, vt esset ei dedecus fugere, & tunc non tenetur fugere sed potest percutere ad repellendam iniuriam: sauent Sotus lib. 5. de iust. q. 1. artic. 8. ant. finem, & Alphons. Viualdus tract. de irregul. num. 220. vel non est talis persona, vt esset sibi verecundia fugere, ex eo quod aggrediens sit præstantior persona, & tunc debet fugere. Bart. in l. 1. C. vnde vi. absolutè docet non teneri fugere. Idem tenent Cepolla consi. 76. & Bald. lib. 3. consilio vndecimo, & Zacharias in annotat. ad ca. olim. 1. de restit. spolit. quia fuga est iniuria. l. apud Labeonem, ff. de iniur. & quia periculum est in fuga, ergo licitum est percutere ad iniuriam propulsandam, & idem docent Angel. & Salicet. in d. l. 1. C. vnde vi. & Felin. in capit. suscepimus, de homicid. Cæterum communis opinio DD. est, quod si vir nobilis fuga (quamuis minus honorifica) aut clamore potest euadere periculum mortis, occidendo inuasorem euitat peccatum; si tamen aut occidat, aut mutilet, est irregularis: quia excusatur quis tantum ab irregularitate in Clem. si furiosus, de homicid. occidendo, vel mutilando, quando aliter vitam suam tueri non potest, at vero hic vitare potest fugiendo, & non iam agit pro vita, quam honoris defensione; iniqua vero commutatio est ob tutelam honoris proprij vitam alteri adimere. Sic glos. in d. Clemen. si furiosus, in verbo, non valens, de homicid. & glo. in summa 23. quæst. 8. verbo, hactenus, Panorm. in ca. olim, 1. numero 17. de restit. spoliat. Cardin. in d. clem. si furiosus, quæst. 26. Alex. vol. 1. consil. 111. quod incip. visis, & vt oportet consideratis, & volum. 7. consil. 119. Angelica, verbo, homicidium, 3. num. 2. Syluest. verbo, homicidium,

1. quæst. 2. §. sextum, vers. quarto, & citat Petr. Anch. & q. 9. §. tertium. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 2. §. homicidium facto. Tabiena verbo, irregularitas, 2. §. vlt. Nau. in Man. c. 27. n. 211. Couar. in Clem. si furiosus, part. 3. §. vnico, numer. 4. de homicid. Petr. Nau. lib. 2. de resti. ca. 3. nu. 370. Iacob. de Graff. lib. 2. c. 55. num. 10. & 11. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 64. art. 8. dub. 1. conclus. 2. Greg. de Valentia tomo 3. Disput. 5. quæstio. 8. Puncto 4. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 27. versic. Tutus, Maiol. lib. 5. capit. 48. in princip. num. 6. versic. quarum Barth. Mediu. lib. instruct. c. 11. §. 10. & Henriquez lib. 14. cap. 10. nu. 3. & Frat. Mich. Salon in 2. 2. quæst. 64. artic. 7. controuersia. 1. concl. 3. §. quarta conditio. Hoc autem intelligendum est, quando nullum sequeretur periculum ex fuga, quia si fugere possit, sed fugienti periculum imminere posset, puta caluræ, vel velocioris cursus inimici insequentis, qui audacior factus ob fugam potest fugientem a tergo vulnerare, & ad terram deijcere, & occidere, tunc non fugiens propter prædicta, nec aliter euadere potens, si occidat, irregularis non erit. Immo vero, si, dum considerat, possit ne fugere, vel clamare, videat se exponi graui periculo, inuasore illum opprimente, non est, quod in his considerandis se occupet, sed inuasorem licitè occidere potest; quia semper est melior ratio patientis iniuriam; sic Zenzelinus, quem Bonifacius in Clemen. si furiosus, numero 75. de homicid. Nauar. tom. 2. consil. 11. num. 6. de homicidio, & Alphonsus. Viualdus tractat. de irregul. num. 217. sequuntur.

17 Quoad Clericos vero communis opinio DD. est, quod tenerentur fuga euadere periculum occisionis: quia illis fuga ignominiosa non est gloss. in capit. suscepimus. in verbo, ligauerunt, & in verb. interimeretur, & ibi Panorm. num. 4. de homicid. vbi ait Clericum in hoc casu non solum irregularem esse, sed etiam homicidam, si occidat quia excessit Ecclesiasticam mansuetudinem, nolēdo potius proximum occidere, quam fugam capere, & idem Panorm. in capit. significasti, 2. num. 9. de homicid. & capit. 2. de vita, & hon. Cleric. num. 2 Card. in Clemen. si furiosus, quæst. 25. & 26. & ibi Couar. part. 3. §. vnico, num. 4. de homicid. Sotus, lib. 5. de iustit. q. 1. art. 8. ante finem corporis. Syluest. vbi supra, & verbo excommunicatio, 6. q. 9. Petr. Nauar. libro 2. de restit. ca. 3 nu. 389. Greg. de Valentia, tomo 3. disp. 5. quæstio. 8. puncto 4. & alij citati, & colligitur ex d. Clem. si furiosus, vbi dicitur, *Si aliter mors vitari non poterat*. Et idem dicendum est de religiosis, nec non de plebeio infirmæ sortis, qui nullam prorsus honoris iacturam in fugiendo faceret. Hoc tamen quod de Clericis diximus, intelligendum est, si fuga alias non sit periculosa; si enim fuga illa induceret periculum mortis propriæ, vel ex eo, quod inimici astarent a tergo, vel quia ipse aggressor facilius fugientem secutus, & ex fuga maiorem audaciam, & animũ caperet, & eum occideret, hoc casu, irregularis non esset, si omissa fuga inuadentem occideret ex Felino, in capit. suscepimus, de homicid. Cardin. in d. quæst. 26. Syluest. verbo homicidium, 1. quæst. 9 versic. tertium, & Homicidium, 3. quęst. 4. vers. secundum. Hypolit. cons. 25. num. 41. & Couar. in d. Clem. si furiosus, par. 3. §. vnico, nu. 4. & alij citati. Immo Panorm. in d. c. 2. nu. 3. de vita, & honest. Cleric. & Ioannes, de Lignan. in tract. de iusto bello, & Henriquez lib. 14. c. 10. §. 4. in annot. literat M. docent, quod si Clericus celebrans inuaditur, iustè dimittit celebrationem, & si defendendo se occidit inuasorem, potest in continenti redire ad altare, & Missam perficere, & idem docent Syluest. verbo, bellum, 2. num. 5. q. 3. & Iac. de Graff. lib. 2. c. 65. num. 9. Addit aut Alphonsus Viuald. tract. de irregul. num. 221. alium casum, in quo Clericus, aut religiosus irregularis non esset, quando inuasorem occideret, cum tamen fugere posset, quando scilicet fuga illa ignominiosa esset statui Ecclesiastico, aut toti religioni. Quamuis enim teneatur potius fugere, quam se defendendo inuasorem occidere, vel mutilare, quando per talem fugam inferret solum dedecus, & ignominiam suæ propriæ, atque particulari personæ, & famæ, si tamen per talem fugam ignominia, & infamia irrogaretur toti religioni, vel Ecclesiastico statui, vt quia in habitu scandaloso, & flagranti delicto occulto inuentus fugiens Ciuitatem totam scandalizaret, suumque ordinem infamaret, tunc cum præfato Viualdo valde probabile esse censeo, quod cum tanta totius ordinis, aut Ecclesiastici status iactura fugere non tenetur, nec occidendo inuasorem irregularis erit; præponderare namque videtur in hoc casu commune bonum religionis occisioni, aut mutilatio in hominis cuiuscumque priuati.

18 Dubium nouum est, an irregularis sit, quando quis sua culpa se ingesserit in hanc necessitatem, vt ob defendendam vitam suam opus sit occidere inuasorem; Exemplum est de eo, qui alterum ignauiæ accusat, vel ad singularem pugnam prouocat opprobrijs. Exemplum etiam est in adultero, quia maritus deprehensus in adulterio, vt vitam suam defendat, occidit alium volentem se occidere. Item furatur quis bona alterius, & postea volendo desistere a furando, occidit dominum bonorum illorum volentem ipsum interficere. Item iuit quis scienter ad bellum iniustum, postea vero, vt propriam vitam defenderet, occidit militem contra se venientem. Item si quis procurauit rixam, aut ingressus est domum alienam causa faciendi aliquid mali, & postea vt vitam suam defendat, interficit volentem ipsum interficere. Item ingerit se quispiam volendo eripere reum a ministris iustitiæ, vel impedire ne capiatur ab eis, & postea opus est vt se defendat a ministris volentibus ipsum occidere, & defendendo se occidit aliquem. In his omnibus casibus.

Prima opinio ait non esse licitum in hoc casu inuasorem occidere, & occidendo esse irregularem; sic Nauar. consi. 32. de homicid. & idem Nauar. in Manual. cap. 15. num. 6. & cap. 27. num. 228. vbi ait opinionem suam placuisse Pio V. & ita declarasse contra quendam adulterum, cum in sacra Pœnitentiaria casus ille controuerteretur: Rosella, verbo, homicidium, 4. num. 2. Maiol. lib. 5. c. 48. in princ. nu. 8. & §. 3. nu. 15. & Syluest. verb. homicidium, 3. q. 4. vers. tertium, & citat Astens. lib. 1. tit. 25. art. 2. Summa Corona part. 3. tract. de irreg. nu. 13. & part. 4. tract. de Sacram. Ordinis num. 21. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 11. §. 3. Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali, verbo, irregularitas, dub. 6. Ratio eorum est, quia tale adulterium, & reliqua exempla sunt de se illicita, & via quędam ad homicidium perpetrandum, & ideo præuideri poterant, & debuerunt ab occidente huiusmodi effectus, vnde nihil mirum, si irregularis sit, & homicida, si quis voluntarie se ingerat in ea, in quibus solet esse periculum mortis, vel mutilationis alterius.

Secũda opinio est dicentium non esse irregularem, sic Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 9. versic. in tertia autem conclusione. Castro lib. 2. de lege pœnali, capit. 14. versic. hic tamen admoueo ante finem capit. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 4. numero 9. versic. tertio ad idem, de homicid. Petr. Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 362. & num. 363. Frat. Barthol. Medina, in 1. 2. q. 73. artic. 8. versic. tertia regular. Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. & cap. 10. §. 4. Alphons. Viual. de irreg. num. 212. qui etiam citat Victoriam, & Canum in publica lectura 1. 2. q. 73. artic. 8. & Mancium

2. 2.

2.2.q.64.art.8.&alios. Mi.h.Salon in 2.2. quæst.64. art.7.controuersia 1.conclus.2. vers. secunda p1rs & art.8.controuersia 3. §.an qui adhibuit, versic.ex his opinionibus,& Tabiena, verbo, irregularitas, 2.nu. 3.§.vigesimonono. Armilla.eod.numero 42. Quid probant, quia clem. si furiosus, generaliter loquitur, quod non est irregularis, qui defendendo se occidit, nec ponderat iustitiam,seu peccatum,sed tantum,pōderat, quod aliter mortem vitare non poterat, vnde Tabiena vbi supra docet, quod nunquam incurritur irregularitas,siue iuste,siue iniuste quis occidat,quando aliter mortem vitare non potest, propriam, art.d. clement.si furiosus: Præterea falsum est fundamentum Nau.d.c. 15. num.7. tale scilicet adulterium esse

19 viam ad homicidium: quia adulterium non ordinatur ex natura sua ad homicidium adulteri, potest enim maritus adulteræ ignorare adulterium: potest etiam, quamuis sciret,ignoscere,& non occidere: imò vero si ordinetur ad occisionem alicuius, ea esset occisio adulteri, non autem vllomodo ordinari videtur ad occisionem mariti adulteræ. His addo, parum, aut nihil referre, quod sequispiam in hanc necessitatem culpabiliter,vel sine culpa ingesserit; quia maritus adulteræ, aut qui iniuria est affectus non propterea acquisiuit ius per peccatum adulteri, aut iniuriantis, vt eum sua priuata auctoritate occidat,sed solum habet ius ad repellendam illam iniuriam, & contumeliam ordine iuris; neque ipsemet adulter culpabiliter se ingerendo in hanc necessitatem amisit ius naturale tuendi vitam suam etiam occidendo suum inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Cum igitur iura,quæ cōcedunt licere vim vi repellere, non distinguant, fuerit ne aggressus in culpa, vel non fuerit, dederit ne occasionem, vel non dederit; sed indifferenter in vniuersum loquantur, & in tali periculo constitutus naturalem appetitum habeat se conseruandi, sibi potius, quam aggressori prospicere, ac prouidere tenetur, & licet prima opinio probabilis sit, hæc tamen secunda communior, & verior mihi videtur,eo quod pœnæ sunt potius restringendæ, quam ampliandæ, & quia vt diximus, clement. si furiosus generaliter loquitur de quocunque ad defensionem vitæ suæ occidente, inuasorem; quæ opinio tunc præsertim vera erit, quando is, qui se in illud periculum ingesserit, & ad domum alienam adulterandi gratia accesserit, nō aduertit mortis periculum, quæ in illis casibus possit accidere; non enim satis erit mors secuta ex opere illicito casualiter omnino, & præter intentionem occidentis, ad irregularitatem inducendam in casu, quo vitam suam amittere,aut alterum necessario occidere debet.

Ad Nanarrum autem,& declarationem Pij Quinti Henriquez lib. 14. cap.3.§.4. in annot.littera P.& Thomas Zerula,in sua Praxi Episcopali, part. 1.in verbo,irregularitas, dub. 7. respondent declarationē illam fuisse tanquam a Doctore priuato pro foro exteriori. Quamuis si attente legatur Nauarrus eo in loco,alius est ille casus a Pio V. declaratus,alius autem hic,de quo nunc agitur. hic enim solum dicimus adulterum irregularem non esse, si maritum adulteræ occidat,ne ab eo adulter ipsemet occidatur. Pius V. autem solum docuit Clericum illum adulterum irregularem fuisse,qui in causa extitit homicidij adulteræ ob adulterium cum ea commissum,qui casus longe diuersus est ab hoc nostro in præsenti,vt nihil mirum, si eo in casu a Pio Quinto Clericus ille irregularis indicatus sit.

20 Si quis autem horum authorum opiniones inter se conciliare voluerit, hac ratione non improbabiliter id præstare poterit,hac præmissa distinctione. Si enim ad viri prudentis iudicium, inspectis rei singulis circumstantijs, adultera aduerterit periculum mortis subsecuturæ, tunc quidem vt voluit prima opinio, irregularis erit,si mors subsecuta sit,etiam si sit ad vitæ propriæ defensionem, quia scilicet voluntarie. & aduertenter se ingessit actui periculoso, ex quo probabile erat mortem subsecuturam: sin autem hoc non aduerterit,nec vlla ratio,probabilitas, aut periculum erat talis effectus,tunc irregularis non erit,vt docet secunda opinio,cum ad irregularitatem hanc incurrendam non satis sit mortem casualiter omnino, & præter intentionem eius secutam esse. Quod si adulter dubitat,an periculum hoc aduerterit,nec ne, tunc quidē tutior erit prima opinio,vt se irregularem reputet,maxime cum adulterum actus illicitus de se sit, & sufficienter non nunquam directus ad mortem inferendā, attenta maritorum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores, & lege sæculari in certis casibus patri, ac marito, permittente eas, & adulteros occidere impunè, argumen.l.patri.& l.marito.ff.ad legem Iuliam de adulterijs,& l.Graecbus, C.eodem, & pro hac facit.cap.ad aures de ætat.& qualit.ordin.

21 Dubium decimum est,an si quis occidens, aut mutilans aggressorem patris,fratris,aut alterius consanguinei,vel proximi innocentis, aliter mortem eius vitare non valens,irregularis fit? In qua re sunt duæ opiniones.

Prima dicit esse irregularem, sic gloss.in element. si furiosus,in verbo, suum, de homicid. & ibi Cardinal.quest.48.& glo.27.quest. 8.in Summa,in verbo, hactenus. Panorm.in capit.olim.1.numero 18.de restitut.spoliat.& in cap.a.num. 3. de vita,& honestat. cleric.& in cap. sicut dignum, nu. 14. de homicid. Innocent. in cap.si verò,primò,& ibi Panorm. num. 11. de sentent.excommun. vbi ait percutientem clericum ob defensionem suorum non incurrere excommunicationem, incurrere tamē irregularitatem,nisi faciat ob defensionem propriam Angelica, verbo, defensio, §.3.& verbo, homicidium,3,§.3. Rosella,verbo,homicidium,4.num. 1.& Sanct. Anton. 3.par.tit. 29. de irreg.cap.2.§.homicidium facto.& citat Io. Andr.& idem Anton.3.par.tit.4.cap.3.§.2. circa medium, & Syluest.verbo,homicidium,prima.quæst.9. versicul. quartum,& verbo,excommunicatio, 6. quæstione 9. in princip.& citat Innocent. Martin. Ledesm. 2.4.q. 26.artic.2.fol.364.colum.4. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 213.versic.4. Maiol. libro 5. capit. 48.in princip.num. 9.versic.5. declaratio, Tabiena,verbo, irregularitas, 2. §. vigesimoquinto,& §. vigesimoseptimo, Medina libro primo. Instruct. Confess.cap. 11. §.decimo,& Frat. Mich. Salon,in 2.2. quæst.64.art. 7.controuersia 2. Henriquez libro decimoquarto,capit. 11.§.3. vers. secundo. Cosmus Philiarchus libro quarto.capit. 11.§.tertio.& Sebast. Medices, part.2. titul.9.quæst. 14.§.decimo, Tolet.lib. 1. Instruct.ca. 27.versic.tutus. Fundamentum est, quia tunc solum concedere videtur clement. si furiosus,de homicid. non esse irregularem, quando aliter mortem propriā vitare non potest,nisi occidendo inuasorem; secut ergo dicendum est in occisione pro vitanda morte proximi.

Secunda opinio docet non esse irregularem: sic Maior.4.distinct. 15. quest. 30. Couar. in clemen.si furiosus,par.3.§. vnico. nume. 5. de homicid. & Fortunius in l.vt vim. ff.de Instit.& iure, colum. 9. versi. sed aduerte,vt refert idem Couar. Petr. Nauar. libro secundo,de restit.cap.3. numero 419. Iacob de Graff. libro secundo.cap.65.nume. 15. Alphons. Viuald. tract.de irreg.num.228.& fauet Henriquez libro 14.cap. vndecimo. §.2.versi.tertio,& facit l. 5.§. item Diuus.ff. de sicarijs. Vbi dicitur homicidium illud esse impunitum,

tum, quod quis ad defensionem propriam, vel suorum committit, aut ad propulsandam iniuriam a se, vel a suis; & quia in capitulo si verò, 1. de sentent. excommunic. non incurrit excommunicationem, qui percutit clericum ad suorum iustam defensionem, immo extraneorum, secundum communem DD. sententiam ibi, & c. dilecto, de sentent. excommun. libr. 6. vbi Pontifex docens licitum esse defendere proximum ab iniuria, & morte inferenda, etiam cum occisione aggressoris, vtitur hac ratione, quia vim vi repellere licet. quæ ratio æquè militat in defensione sui. Fundamentum aliud pro hac opinione potest esse, quia pater, vxor, & filius, vt ait Henriquez reputantur, quasi vna persona cum defendente: & præterea, quia non est credibile fieri irregularem eum, qui iure naturali, & ex lege charitatis obligatur defendere proximum innocentem, præsertim si defendat Regem, Principem, patrem, matrem, vxorem, filium, fratrem; dominum, Episcopum, vel alium huiusmodi hominem, vel vrbem, vel Rempub. Ob quæ omnia licèt prima opinio sit communis, tutior & in praxi consulenda, & sequenda; Hæc tamen opinio secunda mihi valde probabilis esse videtur: quia non videtur credibile, vt ego teneat lege charitatis, & naturali defendere alium cum tanto detrimento, scilicet, reddendo me inhabilem ad ordines recipiendos. Quod si dicas hanc irregularitatem incurri absque culpa; Respondeo ita esse, sed non videtur incurri, quando ego non omninò voluntariè occido, sed iure naturali, & præcepto charitatis coactus. Vnde aliud est, quando quis occidit ex officio etiam iustitiæ, quod officium voluntariè assumpsit, vt Iudex, vel quicunque alius publicus iustitiæ minister occidit; aliud quando coactus iure naturali, & lege charitatis.

22 Dubium vndecimum est, an qui ob honoris, vel bonorum suorum defensionem aliquem occidit, vel mutilat, irregularis sit? v. g. inuaditur quis iniustè ab alio, vt bonis suis spolietur, nec potest illa defendere nisi occidendo, vel mutilando inuasorem, an occidendo, vel mutilando sit irregularis? Item inhonoratur quis, nec potest honorem suum tueri, nisi alterum mutilet, vel occidat, an incurrat hoc casu irregularitatem?

Prima, & communis opinio ait esse irregularem. sic Panormit. in cap. sicut dignum. numero 14. de homicid. & cap. 2. numero tertio de vita, & honest. cleric. S. Anton. tertia par. tit. 4. cap. 3. §. vltim. in fine, & tit. 29. cap. 2. §. homicidium facto. Angelica, verbo, homicidium, 3. num. 1. Syluest. verbo, bellum, 2. §. septimo, num. 12. vers. & notandum, & verbo, excommunicatio, 6. §. 4. casu 9. in fine. Tabiena, verbo, irregularitas, §. vigesimoquinto, & §. vlt. Armilla, eodem, num. 41. Naua. in Manual. cap. 27. num. 213. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. tract. ve irreg. pag. 364. colum. 4. Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. nume. 7. Mich. Salon in 2. 2. q. 64. art. 8. controuersia 2. Cosmus Philiatchus lib. 4. capit. 11. §. 3. Summa Corona tract. de irreg. num. 13. Sebast. Medic. par. 2. Summæ, tit. 9. q. 34. §. 10. Greg. de Valentia, tomo 3. disput. 5. quest. 8. puncto 4. & Petrus de Artagon. 2. 2. quæst. 64. art. 8. dub. primo. Fundamentum est, quia irregularitas huius speciei est, quodcunque homicidium, aut mutilatio etiam iusta, nisi in casibus a iure expressis; sed in iure non est casus nisi in vitæ propriæ defensionem; ergo citrà hunc casum occidens, aut mutilans in defensionem honoris, aut bonorum fortunæ irregularis est, & quia in hoc casu non tenetur iure naturali, aut lege charitatis bona tueri, vel honorem, cum occisione alterius.

Secunda opinio docet non esse irregularem; sic Sotus libro quinto de iustit. quest. prima art. 8. vltra medium in hanc potius opinionem inclinat. & expr. Fortunius in l. vt vim, ff. de iustit. & iure, quem refert ac sequitur Couar. in clement. si furiosus, par. 3. §. vnico, num. 6. de homicid. & Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. num. 418. & fauet Caiet. in 2. 2. q. 64. art. 7. & expresse Henriquez libro decimoquarto. capit. 3. §. 7. & cap. 11. §. 3. Ratio pro hac opinione est, quia natura dictat licitum esse cuique vim vi repellere, qui igitur vim vi repellendo bona propria, vel honorem tuetatur, nihil minus intendens, quam inuasorem occidere, cum homicidiũ respectu huius sit omninò per accidens, & per se tantum sit tutatio honoris, & rerum, non videtur irregularis. Præterea quia iure ciuili, & canonico licitum est domino inuasorem bonorum suorum interficere, si aliter bona tutari non potest, vnde in l. duodecim tabularum habetur, *Si in manifesto furto deprehensus fuerit fur, & si quidem hoc nocte contingat, aliter non valens bona sua tutari, vel interdiu, ita tamen, vt se telo defendat, impunè occidito* & idem habetur in l. furem. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. & in l. 4. ff. ad legem Aquil. Quæ leges tum a Cic. in orat. pro Milone, tum a Quintiliano libro quinto, de orat. capitulo duodecimo, referuntur. Quod etiam in iure Canonico videtur comprobatum, nam in capitulo olim. 1. de restitut. spoliat. Innocent. III. ait, *Cum quidam domino ignorante possessionem esset ingressus, & procurator domini inuasorem vim vi repellendo eiiceret, absoluendus est procurator ille, nec ad satisfactionem tenetur nisi defendendo ius domini forsitan modum excesserit*, & apertius in cap. dilecto. de sentent. excommunic. lib. 6. vbi Innocent. III. probat factum Decani Aurelian. quo licuit, ait ipsi Decano si Balinus, cum iniuriosè bonis suis spoliare intendebat, vim vi repellendo se tueri. Et hoc quod diximus non solum in laicis, sed etiam in clericis locum habet, siquidem, principium illud naturale, *vim vi repellere licet*, etiam in illis bona sua tutantibus procedit. Quibus addo, quod ita occidens in necessariam defensionem bonorum & honoris, non solum euadit pęnas in homicidas latas, sed etiam in foro cõscientiæ non peccat. Si enim peccatum esset occidere talem raptorem, certè iustissimè leges hoc non permitterent. Vnde percutiens clericum, vt honorem suum, vel bona defendat, non est excommunicatus, vt authores etiam primæ sententiæ fatentur.

23 Ob quæ, & alia, quæ tum in huius opinionis, tum prioris sententiæ confirmationem afferri possent argumenta, vtramque opinionem probabiliter defendi posse puto, & inter se conciliari, facta distinctione tum honoris, tum rerum ablatarum. Duplex enim honor est, vnus qui ex spirituali bono resultat, siue ex parte intellectus, vt sapientia, prudentia, scientia, &c. siue voluntatis, vt virtutes, & ratione horum vir verè tum apud sapientes, tum apud omnes insipientes honorabilis dicitur, & est. Alter, qui ex corporali bono procedit, vt ex viribus, valetudine, pulchritudine: pro tuẽdo honore primi generis, cum aliter eum tueri nequeat, quam occidendo, aut mutilando, nec peccat, nec irregularis erit, & sic intelligitur secunda opinio. Pro tuendo autem honore secundi generis, licet aliquando non peccet occidendo, irregularis tamen erit, nisi cum necessarius esset honor ille, vel vtilis ad alia bona consequenda. Forma enim, & nomine sanitatis, virium, pulchritudinis assequi potest officia, & alia necessaria bona, a quibus impediretur talis famę, propterque honoris ablatione iniusta: occidens igitur vel pro honore primo modo, vel etiam secundo modo, cum sit necessarius ad alia bona consequenda nec peccat, nec irregularis erit, habita ratione personarum, cum hoc ipsum natura dictare videatur: vt enim Prouerb. 22. dicitur, *Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ*. Et iterum. *Ecclesiastici 41. Curam habe de bo-*

no nomine hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.

24 Quoad bona vero fortunæ itidem distinctione opus est, si enim res, quæ auferuntur, parui momenti sit, aut sine mutilatione, vel occisione tutari, aut recuperari possit, vera erit opinio prima, lege enim charitatis eo in casu tenebitur quis vitam proximi, bonis suis temporalibus anteferre, sin autem res illæ magni momenti essent, aut necessariæ actu ad vitæ sustentationem, hoc est, quod illis sublatis immineret periculum vitæ, tunc eas defendendo, & occidendo cum non moderamine inculpatæ tutelæ non incurritur irregularitas, vt authores secundæ sententiæ docuerunt, & expressè Sotus, Petrus Nauar. & Henriquez vbi supra, & etiam Tabiena, verbo, irregularitas, secundo §. vigesimoquinto, & Maiol. libr. quinto capitulo 48. in princip. numero septimo, & Mich. Salon, 2. 2. quæstione 64. articulo septimo, controuers. secunda conclus. prima, quia in hoc casu non tam res ipsas, quam vitam suam defendere dicitur; propria verò vita ordine charitatis præferenda est vitæ proximi. Id quod intelligi debet non solum de eis rebus, quæ ad præcisam vitæ conseruationem, sed etiam quę ad statum, & decentem vitæ cursum agendum sunt necessariæ. Res enim propriæ, vt ait Caiet. secunda, secūdæ quæstione 64. articulo septimo, pertinent ad vitam, & virtutem, & fœlicitatem consequendam, quæ hominis curæ sunt commissæ, at vita inuasoris in eo casu, cum non sit in articulo necessitatis, quam vitare non valeat, non est curæ proximi commissa, ideoque sine vllo peccato, aut irregularitatis nota res suas defendens etiam occidendo iniustum raptorem occidere potest.

25 Neque valet quod obijcitur ab authoribus primæ sententiæ, teneri scilicet hominem lege, & ordine charitatis vitam proximi bonis temporalibus anteferre; cum tamen præferri bona, qui vitam proximi adimit ob res suas tutandas. Respondetur enim, tunc solum lege charitatis proximi vitam corporalem rei meæ familiari præferendam esse, quando ille in necessitate est constitutus, nec in sua est potestate periculum euadere; secus autem, quando ex malitia, & voluntaria iniquitate in eo periculo constituitur. Deinde dispar longe est vtriusque ratio: quia vnicuique imminet cura non solum in vniuersali, sed etiam in particulari tuendi vitam propriam, & ea etiam omnia, quæ in adminiculum vitæ propriæ concessa sunt, qualia sunt bona fortunæ; cura verò vitæ proximi, vnicuique tātum incumbit in communi. Potest igitur quis raptorem bonorum suorum cum moderamine inculpatæ tutelæ occidere, quando non datur casus particularis tuendi vitam proximi, maxime cum sponte se tali periculo committere velit.

26 Nec obstat, quod Exod. 22. dicitur, *quod is, qui nocturnum furem occiderit, non erit reus homicidij, si verò occiderit orto iam sole, imputabitur ei homicidium*, & idē habetur in capit. si perfodiens, de homicid. vbi significatur, quod si discerni potest ad furandum venire, nō ad occidendum, occidi non posset. Respondetur enim ex Caietan. in dict. articulo septimo, & Petr. Nauarr. numero 402. quod textus ille tanquam pertinens ad legem iudicialem, ideo damnat eum homicidij, quia cum non constaret, an fur ille expelli potuerit, & bona recuperari absque eius morte, est præsumptio contra occidentem, quod excesserit moderamen inculpatæ tutelæ; quia dum fur diurnus est, iure præsumunt leges aliud remedium saluandi, vel recuperandi res furtim sublatas; quam occidendi, fuisse. Nos autem hic agimus in foro conscientiæ, in quo cognita veritate, cessat præsumptio.

27 Nec similiter capit. Interfecisti de homicid. obstat, vbi dicitur, *Te, tuaque liberando*. ex quo loquendi modo insinuatur non licere ob puram rerum defensionem occidere, nisi cum simul admisceatur personæ periculum, & damnum. Respōdetur enim primò, quod licet olim in omnibus codicibus tum apud Burchardum, Iuonem & Decretale Gratiani, 13. quæst. 2. cap. final. ex quo d. cap. interfecisti desumptum est, tum in pœnitentiali Romano defuerint illa verba *& capi poterat* nunc tamen ex editione Gregoriana, quæ emendatior est, verba hæc addita sunt. Quo satis datur intelligi Concilium Aurelianense, ex quo est acceptus ille Canon & prædictum cap. Interfecisti, solum iudicare homicidam, quando eum occidit, qui aliter capi poterat, id quod nos fatemur, sic enim moderamen inculpatæ tutelæ exceditur, & irregularis occidendo efficitur. Secundo particula illa (*Te, tuaque liberando*) vt ibi exponit Felin. & Caiet. 2. 2. quæst. 64. articul. 7. Couarr. in clem. si furiosus, 3. part. §. vnico, numer. 6. vers. sed, & de homicid. intelligi debet disiunctiue, vt sensus sit, *Te, tuave defendendo, & inuasorem occidendo homicida non es, si aliter capi non poterat*. Quia vero hęc expositio nonnullis fortassis non placet, quasi contraria verbis textus, melior est expositio Petr. Nauarr. libro secundo de restit. capit. 3. numero 406. quod copulatiue sumatur, prout verba significant. Siquidem copulatiue sumpta propositione, verificatur prædicatum de singulis, cum coniunctione tamen, vt cum dico, omnis homo est animal; sensus enim est, & hic homo est animal, & hic est animal; sic ergo copulatiue sumpta, (*Te, tuaque liberando*) sensus est, si interfecisti te liberando, non peccasti, & si interfecisti tua liberando non peccasti, subintellige, si aliter inuasor capi non poterat, copulat enim propositiones, non terminos tantum; si enim terminos tantum coniungeret, vt authores primæ sententiæ volunt, quasi alterum non sufficeret, sequeretur quod ob solam vitam tuendam non liceret occidere, nisi etiam simul res cum vita defenderetur, quod est ab omni ratione alienum. Addi potest & alia nec incommoda expositio horum verborum (*Te, tuaque liberando*) cum enim bona fortunæ media sint ad vitæ sustentationem, status, & honoris, sicut vita fundamentum est omnium bonorum: ita est & eorum tutrix: Ideoque & *te*, idest, vitam, & *tua*, idest, quæ ad vitam, & decentem statum pertinent defendendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ nō peccasti, nec irregularis effectus es.

28 Nec demum obstat, quod in capit. suscepimus. de homicid. obijciunt, vbi duo fratres comprehenderunt latrones volentes illos de nocte expoliare, eosque fortiter ligarunt; cumque abijsset vnus ad consulendum Abbatem, alio in eorum custodia manente; interim qui mansit occidit illos, qui volebant vincula confringere, timens ne ab eis occideretur; vbi consultus Alexander Papa III. docet illos fuisse irregulares, *Quoniam* (inquit) *expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus transitorijs tam acriter in alios exardescere*.) Respondetur enim fratres illos excessisse moderamen, cum potuerint res suas alio modo recuperare, immo iam recuperauerant, vnde potius vindicare se volebant, quam defendere, prout denotat verbum illud (*exardescere*) Deinde frater ille, qui remansit, cum iam res suas saluas haberet, fugere potuit, quamprimum vidit illos vincula confringentes, cum monacho infamia non sit ab hoste fugere. Hæc eo latius prosecuti sumus, quod nonnullos eius opinionis esse accepimus, vt existimarent hanc secundam opinionem nulla ratione sustineri posse.

29 Dubium duodecimum est, quid sentiendum sit de homicidio, aut mutilatione facta ab homine carente vsu rationis, an efficiat irregularem? Respondetur,

quamuis

quamuis nullum requiratur peccatum ad incurrendam irregularitatem, quæ ex homicidio procedit, requiritur tamen, vt operationes illæ, a quibus oritur irregularitas, sint humanæ, ex iudicio rationis, & non ex sola sensualitate procedentes. Cum enim homo irregularitatem incurrat, non quatenus sensitiuus, sed quatenus rationalis, necessarium est ad eam incurrendam, vt operationes illæ, propter quas infligitur, sint rationales, idest, ab homine habente vsum rationis factæ, vt optime Alphonsus a Castro libro 2. de potest. leg. pœnalis, cap. 14. vers. prima principalis cõclusio. & Couar. in clem. si furiosus. par. 3. in princip. de homicidio, tradunt. Ex qua doctrina colligitur, quam rationabiliter in clement. si furiosus, de homicidio, definitum a Clemente V. fuerit, non esse irregularem furiosum, aut infantem, aut dormientem, si dormiens, vel in furia, vel infantia hominem mutilet, vel occidat; quia scilicet hi omnes vsu rationis carent. & ideo tales effectus eis non imputantur, quoniam non voluntarij, nec deliberati sunt & est communis omnium Doct. opinio.

30 Quia vero in iure infantia durare dicitur ad septennium, dubium esse potest, an si quis ante septennium sit doli capax, id est, vsum habeat rationis, occidendo alium fiat irregularis? In qua re Host. & Panorm. in cap. 1. de delictis puerorum, & Villadiego tract. de irreg. in cap. de percussore. colum. 12. & Couar. in clement. si furiosus. par. 3. in princip. nume. 5. de homic. Angelica, verbo, irregularitas, 1. §. 20. vers. quinta regula, & Nauar. in Manual. cap. 27. num. 230. & libr. 4. tomo 2. consilio 1. nume. 5. de cognat. spirit. & citat Hyppol. in l. infans. ff. ad legem Corneliam de sicarijs, (qui testatur se vidisse, & scire, quod multi infantes in sexto, aut septimo anno hodie plus doli, & malitiæ habent, quam olim in 14. aut 15. Id quod testatur B. Gregor. in 4. Dialog. cap. 18. vbi ait filium quinq; annorum blasphematorem, arreptum a Diabolo de vlnis patris in gehennam, cuius meminit S. Thom. in addir. 4. par. q. 43. art. 3. ad 2.) docent esse irregularẽ, si constet esse doli capacem, quia sic homicidium potuit illi esse voluntarium. Alij tamen, vt Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. & Perez in addit. ad capit. 6. Villadiego annot. 50. & 67. rectius, docent non esse irregularem, tum quia, cum irregularitas sit de iure humano, & eius libertas sit absque præiudicio tertij, non incurritur sine expresso iure, tum quia pœnæ proprium casum excedere non debent, eo maxime, quod intentio non faciat hominem irregularem huius speciei. vnde & hanc opinionem veriorem putat Ioan. de Anania in cap. pueris. de delictis puerorum.

31 Quibus adde, quod etiam maior septennio ante annos pubertatis, (quæ in iure a septennio ad 14. annum extenditur) si hominem occidat nesciens, quid faciat, nec doli capax, irregularis non erit; sic Anchara. Bonifac. & Imola in clem. si furiosus, quos refert, ac sequitur Couar. ibi, 3. par. in princip. num. 5. de homicid. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. cap. de percussore. col. 12. qui ait esse communem. Socin. in cap. ad audientiam. de homicid. Syluest. verbo, homicid. 3. q. 2. vers. 3. qui etiam refert Anchar. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. 6. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 361. colum. 3. in fine, & Henriquez libr. 14. cap. 3. §. 4. Quia oportet, vt occisio sit libera, & voluntaria homini saltem in causa: quicquid glo. in cap. 2. in verbo multum. de delictis puerorum & Maiol. libro 5. cap. 48. in princip. num. 11. vers. infans quoque. falso dicant talem esse irregularem.

32 Et quod de infante dictum est, etiam de furioso dicẽdum est, ex dicta elementina si furiosus. vbi dicitur, furiosum occidentem aliquem non esse irregularem, cum hic careat vsu rationis, & ideo actio illa est ei inuoluntaria, & sine consensu, & immunis a culpa, cum voluntas dari non possit sine intellectu, & cognitione, furiosus autem intellectu caret. Vnde Bald. in l. 1. furiosum. C. qui testamen. fac. possunt, ait, quod qui ante furorem crimen commiserit, & processus legitimus factus sit, antequam in furorem inciderit, si ante iudicij, & sententiæ executionem in furorem incidat, in furore puniri non potest. Ratio est, quia ratio pœnæ potissima est, vt ipsum puniendum afflictione afficiat. Quæ ratio deficit in furioso.

33 De dormiente verò, si sit similis furioso, dicendum etiam est, irregularem non esse, si dormiens hominem occidat, quia hic intellectu, & ratione caret, vt habetur in clem. si furiosus. de homicid. vbi Couar. 3. p. art. in princ. nu. 1. Maiol. libr. 5. cap. 48. in prin. nu. 11. & citat Soc. in cap. ad audientiam, in 5. q. principali, q. 12. & Henriquez lib. 14. cap. 15. num. 7. & communis DD. opinio, & facit c. merito, & cap. sane, 15. quæst. 1. & cap. maiores, §. item quæritur. de baptismo.

34 Dubium decimum tertium est, an ebrius in ebrietate carens vsu rationis occidat alium, sit irregularis?

Prima opinio docet esse irregularem. Sic Cardin. in d. clement. si furiosus, Syluest. verbo. homicidium, 3. 4. vers. quantum. Palud. 4. dist. 12. q. 1. art. 3. Rich. 4. dist. 15. artic. 3. q. 7. ad 1. & 4. dist. 25. art. 5. q. 3. in fine. Rosella, verbo, homicidium, 4. num. 5. Villadiego tract. de irreg. c. 6. de percussore, col. 2. Maiol. lib. 5. c. 48. in princ. nu. 11. Tabiena, in verbo, ebrietas, nu. 9. §. 8. & Barth. Medin. 1. 2. q. 76. artic. 3. ante finem. & allegat c. inebriauerunt, & cap. sane, q. 1.

Secunda opinio negat esse irregularem. Angelica, verbo, ebrietas, num. 3. Castro, libr. 2. de lege pœnali, cap. 14. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 230. qui citat Bonifac. in d. clem. si furiosus, q. 26. & Maior. 4. dist. 15. quæst. 8. Idem tenent Couarr. in clement. si furiosus. par. 3. in principio, numero 3. de homicid. & Petr. Nauarr. libr. 1. de restit. capitulo 1. dub. 8. & Toletus lib. 2. instruct. cap. 27. & cap. 29. & Henriquez libro capit. 15. §. 7. Prima opinio fundatur in hoc, quod d. clem. si furiosus. solum excipit furiosum, infantem, & dormientem. & nihil dicit de ebrio, potuisset autem Pontifex illum excipere, si voluisset. Secunda opinio fundatur in hoc, quod ebrius occidit carens vsu rationis, & ideo eadem est ratio in eo, ac furioso, & dormiente. Et hæc opinio videtur esse verior, maxime quando quis absque sua culpa inebriatus est, sed dolo alterius, & si ignorans vim vini captus est sapore illius (vt Loth, aut Noe,) aut si nihil tale de se expertus sit, sed propter gulosam delectationem vini absque dolo inebriatus occidit. Ratio est, tum quia pœnæ sunt restringendæ, tum quia ebrietas non est causa periculosa homicidij, sed remote, & per accidens se habet, causa vero propinqua est priuatio vsus rationis; tum, quia ebrius similis est furioso, capitulo venter, distinct. 35. furiosus autem occidens non est irregularis.

Dubium decimum quartum est, an qui culpa sua, & voluntarie factus est ebrius, & postea carens omni vsu rationis aliquem occidit, irregularis sit?

Prima opinio est eorum, qui supra in dubio præcedent. & Caiet. 2. 2. quæstione 150. articulo 4. in fine. dicentium esse irregularem, nec excusari ab homicidio.

Secunda docet non esse irregularem, sed ab omni culpa in ebrietate commissa excusari, sic citati supra pro secunda sententia, & fauet Gabr. secunda dist. 22. q. 2. artic. 2. conclus. 3. In hac re duo mihi dicenda videntur.

Primum est, quando quis culpa sua sit ebrius, & ante ebrietatem aduertit se in ebrietate solitum capere arma, & alios lædere, & periculum esse occidendi

alios,

alios, tunc occidendo alium in ebrietate, irregularis est, nisi diligentiam adhibuerit, ne tale periculum sequeretur; quia satis est, quod se voluntarie inebriauerit, & cum periculo præuiso occidendi alium, eo ipso enim, quod vult se inebriari cum præuisione talis periculi secuturi, in ebrietate tanquam in causa vult homicidium, & per consequens irregularis est propter tale homicidium sibi in causa voluntarium, & sic intelliguntur capit. inebriauerunt, & cap. sane, 15. quæstione prima, vbi habetur ebrium delinquentem in ebrietate non esse omnino liberum a culpa, & pœna. Idem dicitur in l. respiciendum, §. delinquendum, ff. de pœnis, vbi Bart. ex communi DD. sententia docet, delinquentem in ebrietate puniendum esse pœna arbitraria. Vide Arist. 3. Ethic. & iuxta præceptum Pittaci vnius ex septem sapientibus Græciæ, duplicem pœnam ebrijs statuit, vnam pro ebrietate, alteram pro delicto commissu.

Secundum est, qui ex culpa sua ebrius redditur, si vere non aduertit prædictum periculum, aut si aduertit, diligentiam debitam adhibuit, vt periculum prædictum euitaretur, tunc in ebrietate hominem occidẽdo irregularitatem nõ incurrit; quia in hoc casu mors sequitur absque voluntate ipsius, & absque vllo vsu rationis, & ita cum homicidium nullo modo sit intentum, nec voluntarium sibi, irregularis occidendo in ebrietate non erit; sic Petr. Nauarr. Henriquez & Toletus vbi supra capit. 27. & capit. 29. versi. obseruo primo.

36 Hinc sequitur quid dicendum sit, si quis culpa sua incidit in amentiam, vel culpa sua somnum capit, & postea in furore, vel in somno aliquem occidit, an sit irregularis? Quamuis enim communiter dormiens non sit irregularis, ex d. clement. si furiosus, de homicid. & DD. ibi, si tamen vigilans aduertit se consueuisse in somno arma capere, & homines offendere, & non adhibuit debitam diligentiam vt huiusmodi periculum euitaret, puta includens se cubiculo obserato) si dormiens aliquem occidit, irregularis erit; & grauius peccat, & clarius fit irregularis, qui somno vtitur, vt instrumento liberæ malitiæ ad executionem mali ab ipso vigilante excogitati, & deliberati, ita vt per somnum, tanquam instrumentum exequatur scelus præcogitatum. Tunc enim actus in somno contingens peccatum est eo modo, quo actus exterior est peccatum in executione: sic enim peccatum inchoatur in vigilia, & consummatur per instrumentum somni exequutiue. Quo sensu vera erit opinio Palud. 4. dist. 32. quæst. 1. artic. 4. conclus. 3. & Caiet. 2. 2. quæst. 150. art. 4. in fine. Qui enim in vigilia irascitur, & dat operam somno, vt aliquem occidat dormiens, aut qui vigilans homicidium procurauit nec perficere potuit, & ea cogitatione dormiens in somno aliquem occidit, cum non adhibuit diligentiam debitam, vt occisio illa vitaretur, sed somno potius vsus est, tanquam instrumento, quo solitus est alios offendere, occidendo in somno, vere homicida est, vt talis castigandus, & irregularis iudicandus, cum homicidium illud sibi voluntarium, & præuisum sit? sin autem in vigilia optabat occidere aliquem, & sciat etiam se solitum in somnis arma capere, & abijt cubitum cum ira, & forti imaginatione illius, si tamen debitam diligentiam adhibuerit, præcauendo, ne dormiens alicui noceret, secuta morte irregularis non erit, quia huic homicidium non imputatur, tanquam voluntarium, & quia illa
37 imaginatio in vigilia non est omnino certa, nec causa propinqua, vel efficax homicidij, ratio enim solet contingere, & ex altera parte adhibita est diligentia, ne accideret, vnde non sufficit ad irregularitatem causandam, vt expresse docent Villadiego tract. de irreg. c. 6. de percussore, colum. 13. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, numer. 14. de homicid. Castro lib. 2. de lege pœnali, capit. 14. versic. primo principalis conclusio Couar. in clem. si furiosus. par. 3. princip. numer. 6. de homicid. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 230. in fine. & Henriquez libro 14. cap. 15. §. 7. Petrus de Aragon. 2. 2. quæst. 64.

De irregularitatibus Clericorum ex homicidio, vel mutilatione prouenientibus. Cap. XVIII.

SVMMA.

1 *Clericus quocunque modo cooperator sit ad homicidium, vel mutilationem, secuta morte, vel mutilatione, irregularis est.*

2 *Clericis sanguinis causæ, non præmissa potestatione se immiscere prohibitum est.*

3 *Protestatio, quam pro rebus suis clericus in causa sanguinis præmittere debet, quando facienda.*

4 *Clericus denuncians præmissa protestatione, sed animo ficto, secuta morte, irregularis non est.*

5 *Protestatio humana ex animo conformi ei, quod dicitur in verbis, fieri debet, aliter tamen facta irregularitatem non inducit, & quare.*

6 *Clericus si causam ciuilem ad iudicem deferat, an necessario præmittere debeat protestationem, vt euitet irregularitatem.*

7 *Clericus reum capiens, eumque iudici tradens, si prius protestatus non sit, secuta morte, irregularis efficitur.*

8 *Clericus, cuius domum fur nocte ingressus est, si ab eo vulneratus sit, ita vt postea ab alijs captus sit, & iudici delatus, secuta morte, non est irregularis.*

9 *Clericus videns furem cum rebus suis fugientem, si ex suo clamore ab alijs accurentibus occidatur latro, etiam si protestationem præmiserit, irregularis efficitur.*

10 *Clericus aliquem accusans de furto, vel iniuria alteri illata, secuta morte alterius, etiam præmisso potestatione, irregularis erit.*

11 *Clericus accusatus, si se defendendo, mors alterius sequatur, an, & quando irregularitatem incurrat.*

12 *Clericus crimen proditionis patriæ ad iudicem sæcularem deferens, secuta morte irregularis non est, dummodo protestationem permittat.*

13 *Ius Ecclesiasticum ius diuinum non destruit, sed perficit.*

14 *Protestatio ad vitandum irregularitatem necessaria non est, quando clericus crimen ad iudicem Ecclesiasticum defert.*

15 *Inquisitoris fidei, tradendo hæreticum brachio sæculari, etiamsi pro eo non intercedant, irregularitatem non incurrunt.*

16 *Iurisdictionem clerici temporalem habentes iudices sæculares in causa sanguinis, absque irregularitatẽ constituere possunt.*

17 *Iurisdictionam temporalem habentes clerici delegare alicui etiam specialiter super causa sanguinis possunt absque incursu irregularitatis.*

18 *Iurisdictionem temporalem habens clericus, sicut princeps sæcularis legem, qua aliquid sub pena mor-*

tis

tis prohibetur, nec tamen morte secuta, irregularis erit.

19 *Clericus præsentiam suam exhibens, vbi quis pœna mortis mulctatur, an, & quando irregularis efficiatur.*

20 *Clericus, religiosus, & beneficiarij ex curiositate, & sine iusta causa interessentes, vbi exercetur pœna sanguinis peccant.*

21 *Clericus, & alij, quando ex curiositate interesse censeantur executioni sanguinis.*

22 *Clericus causam sanguinis nec cognoscere, nec dictare potest.*

23 *Episcopus delinquentem aliquem in carcerem conijciens, vbi breui ob carceris squalorem, aut ciborũ subtractionem moritur, irregularis est.*

24 *Carcerem meliorem iudex reo dare non tenetur, quã sit carcer communis.*

25 *Confessarius, vel Theologus a iudice interrogatus de crimine aliquo, an mortem mereatur, nec ne, an, & quando respondendo affirmatiue irregularitatem incurrat.*

26 *Confessarius dicendo iudici, se non posse illum absolnere, nisi reum morte puniat, secuta morte, non est irregularis, & quæ huius sit ratio.*

27 *Clericus adiuuans chirurgum, vel medicum ad iuste secandum ægroti membrum, irregularis non est.*

28 *Chirurgis, & Medicis membra abscindentibus, quare Ecclesia irregularitatem nõ imponit, sicut iudicibus iustè reos punientibus imposuit.*

1  Vamuis, quæ hactenus dicta sunt, ad laicos spectent, possunt tamen ferè omnia etiam clericis accommodari, quocunque enim modo clericus cooperator iudicij fuerit, vel vt iudex, vel vt accusator, vel alio modo extra casus sibi à iure concessos, secuta morte, vel mutilatione, irregularis erit. Quia vero nonnulli casus sunt, qui magis propriè clericos attingunt, vt si mors sequatur, ex eo, quod clerici res suas apud iudicem sæcularem petant, aut es bello iusto, in quo clerici nonnunquam adesse solent, de his omnibus in hoc capite & sequenti agendum nobis erit.

2 Antequam verò dubia proponamus, sciendum est clericis prohibitum esse immiscere se causæ sanguinis. capit. clericis. & cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, quod intelligitur non præmissa protestatione; siquidem, in cap. Prælatis, de homicid. libro sexto. Bonifacius Papa VIII. apertè definiuit licitum esse clericis absque vlla irregularitate apud iudicem sæcularem querelam proponere de malefactoribus suis, & debitam satisfactionem, & pœnam petere, etiam in causa criminali, & causa sanguinis, idest, in criminibus dignis pœna mortis, dummodò id faciant, hac præmissa protestatione, quod ad vindictam, seu pœnam sanguinis non intendant, idest, mortis, seu mutilationis pœnam, sed ad satisfactionem damni, & punitionem malefactorum. Hoc autem ius Canonicum concessit, ne clerici, vel in suis personis, vel in bonis suis impune a sæcularibus vexarentur. Hac autem protestatione præmissa, irregularis non erit, etiamsi postea Iudex ad mortem, vel mutilationem delinquẽtis procedat, immò etiamsi certo sciat iudicem mortem accusato illaturum, ex Felin. & Ioan. Andr. & Panormit. in capit. postulasti, numero tertio, de homicid. summa Confess. lib. 2. titul. 1. quæstione 46. & Couar. in clement. si furiosus, part. secunda, §. quinto numero primo, versi. quarto, de homicid. & Soci. capit. ad audientiam, numero 54. de homicid. & Angelica, verbo, homicidium, secundo num. sexto, & Syluest. verbo, homicidium, secunda quæstione 8. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. octauo, & S. Ant. tertia par. titul. 19. capit. secundo, §. homicidium casuale, quicquid Vincent. vt refert Panormit. contrarium in hoc casu senserit, summa Corona, titulo de irreg. numero septimo, Cusinus Philiarchus de offic. sacerd. par. prima, lib. quarto, capitulo 11. §. quarto ratio est quia aliàs daretur materia trucidandi clericos, & bonis suis spoliandi, vt rectè Panormit. vbi supra. ex capit. prælatis, de homicid. libro sexto. colligit. Et quamuis S. Anton. Angelica, & Syluest. vbi supra, hoc dictum limitẽt, vt scilicet possit Clericus res suas præmissa protestatione apud Iudicem sæcularem petere solum, quando non poterat alias vias recuperare, secus autem quando alia via possit eas recuperare; vt tamen rectè notant Tabiena, vbi supra, & Henriquez lib. 14. capit. 11. §. 4. in annot. littera M. etsi hæc limitatio vera esse possit quoad peccatum, quoad irregularitatem tamen falsa est, satis enim est sic haberi in dicto capit. prælatis, de homicid. lib. 6. non esse irregularẽ, si præmissa protestatione res suas petat; quod, vt diximus procedit, siue alia via res suas habere possit, siue non, & siue dubitet, quod interficietur, siue sciat.

3 Neque est necessum, vt protestatio, quam protestibus suis Clericus in causa sanguinis præmittit, simul fiat, dum accusat, sed satis est eam iudici proponere, antequam sententiam proferat, vt optimè, & subtiliter Couarr. in clement. si furiosus, par. 2. §. 5. numero 1. versic. quarto, de homicid. & Henriquez libro 14. cap. 11. §. quinto tradunt. Quod si crimina, quæ pœnam mortis, aut mutilationis merentur, absque præmissa protestatione denunciant Clerici, sobsecuta pœna mortis, aut mutilationis in denuncians, irregulares fiunt. Quibus omnibus addo, quod licet Clericus in Sacris denuncians oblitus sit præmittere protestationem iuris, & consequenter irregularis sit, & vsu officij priuetur, & facile dispensationem obtinebit, non tamen propterea peccasse mortaliter censebitur, vt Caiet. in verbo, irregularitas, in princip. & Henriquez lib. decimoquarto, capitulo duodecimo, §. quarto, in fine, animaduertunt, nec Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 213. in fine, & num. 226. in fine, dicit peccare mortaliter, sed solum ait peccare. His breuiter annotatis.

4 Primum dubium est, an si Clericus denunciat protestatione præmissa, sed ficto animo, idest, protestatus se non velle vindictam, nec intendere causam sanguinis, sed solum suæ iniuriæ satisfactionem, & tamen reuera intendit, & desiderat pœnam mortis, aut mutilationis, sit irregularis?

Prima opinio dicit esse irregularem. Sic Hostiens. in summa, libro quinto, titulo de homicid. §. qua pœna feriatur, numero quinto, versiculo verum circa hanc materiam. summa Confess. libro secundo, titulo primo, quæstione 46. summa Astensis, part. 2. libr. sexto, titulo decimoquarto, artic. octauo, quæst. tertia, S. Anton. tertia part. titulo vigesimonono, capit. secũdo, §. homicidium casuale, versicul. item si Clericus. summa Confess. libro secundo, tit. primo, quæstione 49. Angelica, verbo, homicidium, secundo, §. 6. Syluest. verbo, homicidium, 2. quæst. octaua, & homicidium, 3. quæst. 3. vers. sextum. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 226. vers. duodecimo. & citat pro se Ioan. Andr. Dominic. & Petusin. in cap. prælatis, de homicid. libro sexto, Maiol. libr. 5. cap. 48. a. 6. num. 4. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 253. summa Corona tit. eod. nu. 7. versi. limitant Doctores. Sebast. Medic,

dic.par.2.tit.9.quæst.34.§.decimotertio. Ratio est, quia ficta protestatio non est verè protestatio, ergo perinde est, ac si protestationem non præmitteret. Item, quia Clericus sic accusans ratam habet animo, & consensu pœnam mortis in accusando, at qui ratam baber mortem alterius, si sit Clericus, est irregularis, cum ratihabitio retrotrabatur, & mandato comparetur, ff. de vi, & vi armata, l. 1. §. quoties.

Secunda, & verior opinio ait non esse irregularem: sic Felin. in capit. postulasti, de homicid. & ibi Anan. quos refert, ac sequitur Couar. in Clement. si furiosus, part. 2. §. 5. numero 2. vers. sexto, fauet Sotus, libro 5. de iustit. q. 1. artic. 9. in fine, vbi absoluiè tradit Clericum petentem rei suæ restitutionem præmissa protestatione non esse irregularem: & expressè Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. octauo. & Martin. Ledesm. 2.4.q.26.artic.2.tract.de irreg.pag.365.col.3. Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 62. num. 41. qui falso dicit talem in foro interiori esse irregularem, & Cosmus Philiarchus par. 1. lib. 4. ca. 12. §. 4. Cordub. addit. ad Sotum, in relect. de tegen. secreto, memb. 4. quæst. 3. conclus. 5. quem refert, ac sequitur Henriquez lib. 14. ca. 3. §. 4. in annot. littera. O. & capit. 11. §. 5. Ratio est; quia pœnæ sunt restringendæ; & quia nemo est habendus irregularis, nisi sit in iure expressum; at hoc non est in iure expressum. Immò, contrarium habetur iure, siquidem in capit. prelatis, de homicid. lib. 6. Pontifex ait non incurri irregularitatem, si Clericus accuset præmissa protestatione; & actus interior non est sufficiens ad causandam irregularitatem; sed neque probabile est, Ecclesiam ob occultam mentis intentionem, vellequem tam graui pœna irregularitatis damnare. Hoc tamen, vt notat Philiarchus, intelligi debet, quādo iuste sit, nam iniustè denuncians, secuta morte, vel mutilatione, irregularis est, etiam si protestationem præmiserit.

5 Quod si dicas cum Nauar. fictam protestationem, non esse protestationem? Respondetur; quamuis propriè loquendo, non sit protestatio, quia protestatio humana debet esse ex animo conformi ei, quod dicitur in verbis; tamen in communi hominum acceptione vera protestatio censetur, dum actu exteriori cum denunciatione malefactoris protestetur, & ius prædictum solum requirere videtur protestationem exteriorem; & Ecclesia non punit actus internos; ergo nec punit irregularitate malum illum affectum; vt enim optimè docet Cosmus Philiarchus vbi supra. non sufficit quæcumque complacentia, & voluntas pœnæ ad irregularitatem; si quidem accusatio ad hoc tendit, vt puniantur delicta, & Ecclesia tradens Curiæ sæculari cum prædicta protestatione ideo facit, ne delicta maneant impunita, & ne detur occasio delinquendi; sed satis est, quod principalis, & formalis intentio accusantis, non sit pœna sanguinis, licèt sit, quod iustitia locum suum habeat & delicta non maneant impunita, & sic protestatio non est mendax, ficta, aut fraudulenta. Quod verò dicant Clericum ratum habentem homicidium alterius esse irregularem, quando est nomine suo factum, & iste vt supponitur, approbat pœnam mortis? Respondetur esse in hoc casu opiniones diuersas DD. & verior opinio negat in hoc casu incurri irregularitatem, quia non est expressum in iure; de qua re in sequentibus agemus.

6 Secundum dubium est, an Clericus, si causam ciuilem deferat ad iudicem sæcularem, necessario præmittere debet protestationem, vt euitet irregularitatem? Ratio difficultatis est; quia aliquando contingit, vt causa ciuili delata ad Iudicem sæcularem, fiat transitus ad causam criminalem, qua accusatus morte punitur. Respondetur cum Richard. 4. dist. 25. art. 5. q. 3. ad quintum Panorm. in c. postulasti, nu. 1. & nu. 3. de homicid. & glos. in capit. prælatis. in verbo Iustitia, de homicid. lib. 6. & glos. in cap. Maximianus, in verbo, consilium. 23. quæst. 3. Speculat. tit. de dispensat. §. iuxta. vers. & sunt hæc. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 214. vers. quinto Martin. Ledesm. 2.4.q.26. artic. 2. tract. de irreg. pag. 365. colum. 3. Armilla, verbo, irregularitas, §. 21. Maiol. lib. 2. cap. 7. num. 3. Summa Corona tract. de irregu. num. 7. vers. notandum tamen. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 5. & cap. 12. §. 8. & Cou. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 5. nu. 3. vers. octauo. & vers. nono, de homicid.

Primo, ex iure communi, quando causa est ciuilis tantum, at de leui delicto accusat, quod nō est dignum pœna mortis, aut mutilationis, non tenentur Clerici protestationem vllam præmittere in denunciando, nec irregulares erunt, si absque protestatione denunciant, secuta morte illata per iudicem iustitiæ limites excedentem; vel ob aliquam contumaciam delinquentis, vel ob aliquod aliud crimen in delinquente deprehensum, de quo nullo modo cogitauit Clericus, dum denunciaret.

Secundo, si Clericus ciuiliter accusans præuidet probabiliter delinquentem periculum incurrere pœnæ sanguinis, tunc requiritur protestatio ne fiat irregularis, quia est periculum probabile pœnæ sanguinis, cui periculo denuncians obuiare debuit. Quod procedit, etiamsi in animo haberet, quod non occideretur, aut mutilaretur ille accusatus. Sicut enim actus interior, seu animus prauus non inducit irregularitatem, vt dictum est; ita nec ab ea quemquam liberat, cum actus exterior ad homicidium tradens irregularem agentem constituat, ex Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 5. nu. 2. versic. septimo, de homicid. & hoc tam in foro iudiciali, quam in foro conscientiæ, in hoc enim, qui est irregularis in foro exteriori, est etiam in interiori, & econtra. Quare glo. in cap. prælatis, in verbo, protestando expresse, de homicid. lib. 6. Cosmus Philiarchus, lib. 5. cap. 11. §. 4. & Maiol. lib. 2. c. 7. num. 3. suadent, vt denūcians, de hac sua protestatione publicam scripturam confici faciat, ad maiorem cautelam, arg. cap. ex diligenti, in fine, de simonia.

7 Tertium dubium est, an si Clericus reum capiat, & Iudici tradat, secuta morte, vel mutilatione, irregularis sit? Respondeo, si non præmiserit protestationem, irregularis erit, secus vero, si eam præmiserit. Sic Fran. & Vanchelius, in c. prelatis, de homicid. lib. 6. Soc. in cap. ad audientiam, num. 52. & 53 de homicid. Angelica, verbo, homicidium, 2. nu. 6. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 47. Summa Corona, tit. de irreg. nu. 7. vers. notandum tamen. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 5. nume. 3. vers. decimo, de homic. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 8. Maiol. lib. 2. c. 7. nu. 1.

8 Quartum dubium est, an Clericus, cuius domum fur ingressus nocte, eumque vulnerat, si postea fur a socijs illius clerici captus, & ad iudicem ductus sit, & iudex mittat ad eundem clericum petens, vt exponat, si qua de fure prædicto sciret intersignia, qui Clericus furis, & rerum ablatarum signa iudici mittit, se super facto furis illius nihil amplius intromittens, sub secuta morte, aut mutilatione furis, irregularis sit? Ratio difficultatis est, quia Clericus iste videtur causa mortis illius, & testis furti, quod non licet clerico in causa sanguinis, capit. testimonium, 11. quæstione 1. & cap. sententiam, ne Clerici, vel monachi. Respondetur clericum hunc nullo modo irregularem esse, quamuis non præmiserit protestationem, quia tunc solum requiritur protestatio hæc, quando ipsemet Clericus reum denunciat apud Iudicem sæcularem, in hoc autem casu ipse eum non denunciat, sed socij eius. Sed neque Clericus iste inductus est tamquam testis contra reum, quia non accessit ad præsentiam Iu-

dicis, quod ſit in criminalibus, in Auth. de teſtibus, §. quoniam in fine, collat. 7. Nec per hoc, quod Clericus inter ſigna tradidit, conuulſus eſt aliquis de furto: non enim eo ipſo eſt fur, quod animo furandi domum intrauit. ff. de furtis, l. vulgaris. §. qui furtum. Vnde cum nullo modo ſit cauſa mortis ſecutæ, aut ad plurimum valde remota, & inſufficiens, non erit irregularis, vt colligitur ex capitulo ſuſcepimus, §. ad vltimum, & ibi gloſ. in verbo, nonnos, & ibi Panorm. numero 8. de homicid. Summa Aſteſ. par. 2. libro 6. tit. 14. artic. 8. quæſt. 4. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 5. verſic. ſextum. Maiol. lib. 2. ca. 7. nu. 2. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 8. in fine.

9 Quintum dubium eſt, an Clericus videns furem fugientem cum rebus ſibi furto ſublatis, ſi clamet, & vocet vicinos, & ipſi venientes furem occidant, etiam contra proteſtationem clamantis, irregularis ſit? Ratio difficultatis eſt, quia ſi detuliſſet eum apud Iudicem ſæcularem, & Iudex eum occidat contra proteſtationem eius, non fit irregularis, vt diximus; ergo pari ratione nec ſi vicini eum occidant contra eius proteſtationem. Reſpondetur cum Panorm. in capit. ſignificaſti. 2. numero 12. de homicid. Angelica, verbo, homicidium, 2. numero 4. Summa Confeſſ. libro 2. titulo 1. quæſtione 48. Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 17. & Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 236. verſic. vigeſimo quarto. Couar. in Clem. ſi furioſus. par. 2. §. 5. nume. 5. verſic. octauo, de homicid. Henriquez libro 14. capit. 11. §. irregularem eſſe ſecuta morte, aut mutilatione furis, quia proteſtatio nihil iuuat, ſi fiat ad alios, quàm ad iudicem, qui non præſumitur tam facilè leges, & iura violaturus, nec in flagranti occiſurus reum contra proteſtationem, ideo in eo caſu Clericus proteſtationem præmittens, ſecuta morte non erit irregularis. Quia vero aduertere debuit ſic clamans, quod priuati homines concurrentes contra furem, vix ſolent in occiſione rei ſe temperare, ſecuta morte etiam contra proteſtationem ſuam irregularis erit.

10 Sextum dubium eſt, an Clericus accuſans aliquem de furto, vel iniuria non ſibi, ſed alteri illata, vel teſtis, aut aduocatus ſit accuſatoris in cauſa criminali, præmiſſa proteſtatione, irregularis ſit, ſecuta morte, aut mutilatione alterius? Et præſens dubitatio eſt, quando hæc facit pro aliqua perſona priuata, & ſibi conſanguinitate coniuncta non eſt. Reſpondeo irregularem eſſe, ſi denunciat ob alterius cauſam tantum, aut teſtis ſit, ſeu teſtimonium præbeat, vel aduocatus ſit accuſantis, ſiue præmittat proteſtationem, ſiue non; imò, quamuis graui metu ductus, denunciat. Sic Nauar. in Manuali, capitulo 27. numero 213. in fine. Couarru. in Clement. ſi furioſus, par. 2. §. 5. numero 4. & nu. 5. de homicid. vbi refert Felin. in cap. poſtulaſti. de homicid. & glo. in cap. teſtimonium, 11. quæſtione 1. Panorm. & Felin. in capitulo de cætero, de teſtibus, & Villadiego tract. de irregularitate, capitulo de percuſſore, & expreſſe Henriquez libro 14. capitulo 11. §. 4. Coſmus Philiarchus, libro quarto, capitulo 11. §. 4. Summa Corona, tract. de irregularitate, numero 7. verſiculo, & quamuis, & Sebaſt. Medices parte 2. titulo 9. quæſt. 14. §. decimotertio, & eſt communis opinio, vt notat Couarru. vbi ſupra. Ratio eſt, quia capitulo Prælatis, de homic. lib. 6. ſolum locum habet, cũ accuſatio proponitur pro iniuria ipſi Clerico accuſanti illata.

11 Septimum dubium eſt, quid dicendum ſit de Clerico accuſato, aut ſit aduocatus accuſati? Reſpondeo ex Couar. in d. Clemen. ſi furioſus, par. 2. §. quinto, nu. 9. verſic. duodecimo, de homicid.

Primo, ſi Clericus accuſatus ſit in cauſa ſanguinis, & defendendo ſe petat abſque proteſtatione præmiſſa accuſatorem calumniantem puniri, & accuſator ex talionis pœna per iudicis ſententiam damnatur, irregularis erit; ſin autem ſe defendens non petit accuſatorem pena talionis puniri, ſed ſolum ne, quod accuſator ſibi obijcit, quamuis accuſator poſtea tanquam calumniator à iudice occidatur, irregularis Clericus non erit, etiamſi nulla proteſtatione vſus ſit.

Secundo, Clericus accuſatus defendendo ſe, ſi præmiſſa proteſtatione, petierit accuſatorem puniri morte per talionem, ſecuta eius morte, irregularis non erit.

Tertiò, Clericus aduocatus rei accuſati, ſi petat puniri vi talionis morte accuſatorem, ſecuta morte per iudicis ſententiam, irregularis erit, etiamſi proteſtationem præmiſerit, vt notat Panorm. in capit. ſententiam, num. 15. ne Clerici vel monachi.

Quartò, Clericus aduocatus rei accuſati, ſi ſolum patrocinando defendat accuſatum, non petendo punitionem calumniatoris, irregularis non erit, etiam ſi nulla proteſtatione ſit vſus, ſi per iudicis ſententiam accuſator poſtea occidatur, vt etiam fatetur Panorm. vbi ſupra, de laico, & Clerico in minoribus, ſiquidem defenſio accuſati per ſe non tendit ad mortem accuſatoris, nec ad eam ordinatur, ſed ſolum ad ipſius accuſati innocentiam tuendam; & ſolum damnatur accuſator, ex eo quod per calumniam alterum in iudicium ſanguinis iniuſtè detulerit. Quæ omnia ex Couar. vbi ſupra colliguntur.

12 Octauum dubium eſt, an Clericus, ſi crimen proditionis patriæ, vel crimen aliud contra Rempub. Regem, aut Principem ad iudicem ſæcularem deferat præmiſſa proteſtatione irregularis ſit; Et idem dubiũ eſt, ſi deferat crimen homicidij intentatum contra aliquem innocentem, & præſertim ſi hoc homicidium ſit contra parentem ſuum, fratrem, vel cognatum &c. proteſtetur ſe deferre eo animo, vt delicto imminenti, & futuro poſſit obuiari, & non vt de reo ſupplicium ſumatur, ſit irregularis, ſi facta inde inquiſitione mors, aut mutilatio delinquentis ſequatur.

Prima opinio dicit incurri irregularitatem, fundamentum eſt, quia in capit. Prælatis, de homicid. lib. 6. ſolum permittitur Clericis in cauſa ſanguinis denunciare proteſtatione præmiſſa, in cauſa, & iniuria propria, hoc eſt, pro iniurijs ſibi factis, vel rebus, & bonis ſuis, v. g. pro iniuria facta ſuo mancipio, vel ſeruo, vel famulo, vel ſaltem ſuis cognatis, vel propinquis ſcilicet, parentibus, & fratribus ſuis (hi enim omnes ſui dicuntur ex Panorm. in ca. de cætero, num. 7. de teſtib.), non autem pro iniuria facta alteri perſonę; ſic Felin. in cap. poſtulaſti, de homicid. vbi ait eſſe communem ſententiam DD.

Secunda opinio dicit non eſſe irregularem, ſi in prædictis caſibus præmiſſa proteſtatione denunciat malefactores, etiam ob defenſionem alicuius à tertius tertij innocentis. Ratio eſt, quia nimis durum eſſet Clericos ſic accuſantes poteſtatione præmiſſa incurrere irregularitatem, quia & iure naturali, & lege charitatis accuſare tenentur in prædictis caſibus. Non ergo irregularitatem incurrunt; non enim conſeuit Eccleſia velle eos inhabiles facere ad vſum Clericalem propter officium charitatis ex lege naturali debitũ, & ob opus vnde pax, & quies Reipub. & Eccleſiæ conſequitur; ſic Caietan. in 2. 2. quæſt. trigeſimatertia, articu. ſeptimo, Sotus, libro quinto de iuſtit. quæſtion. quinta artic. 1. ad 4. & in relect. de regen. ſecreto, membr. ſecundo, quæſtio. tertia, ante concluſio. 3. Martin. Leдеſm. 2. 4. quæſtione 26. articulo 2. fol. 364. col. 4. Nauar. in Manuali, capit. 18. nu. 54. & cap. 24. nume. 11. & capit. 27. nume. 213. in fine & in capit. inter verba, 11. q. 4. corol. 57. 58. Couar. in Clem. ſi furioſus, part. 2. §. 3. num. 4. de homicid. Maiol. lib. 2. cap. 3. nume. 4.

verſ.

vers. delatores. Polanc. in direct. conf. tit. de irreg. Iacob. de Graff. lib. 2. capit. 62. num. 34. Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 11. §. Summa Corona, tit. de irregu. num. 7. versi. notandum tamen. Henriquez lib. 14. capit. 3. §. 7. & in annot. littera R. vbi docet malum imminens in futurum, tum priuatum, tum commune praemissa protestatione denunciari posse. & capitulo 51. §. 4. vbi ait id posse fieri pro rebus propinquorum, quae reputantur quasi propriae. Bannes in 2. 2. q. 33. artic. 6. & ibi S. Thom. & in quodlib. 1. quaest. 8. art. 16. ad 1. & Mich. Salon. in 2. 2. q. 68. artic. 1. controuersia 3. Et secundum hos omnes DD. est regula generalis, non incurri irregularitatem, quando quis tenetur accusare lege naturali, & lege charitatis ob rationem dictam. Aliud verò est de iudice, qui fit irregularis, etiamsi ex officio, & iustitia occidat, quia voluntariè suscepit illud officium, & non ex lege aliqua praecipiente.

13 Ad rationem verò primae opinionis respondet Caiet. vbi supra, quod ius naturae, Diuinum, & Ecclesiae, ita se habent, quod sicut gratia perficit naturam, & non destruit illam; ita ius Ecclesiasticum perficit ius Diuinum, & non destruit illud, vnde sicut nullum praeceptum Diuinum est contra praeceptum iuris naturae; ita nullum praeceptum Ecclesiae est contra praeceptum iuris Diuini. Cum igitur tam rationalis natura, quam charitatis lex mandet, vt non solum Reipub. sed etiam innocentibus, & propinquis subueniamus, consequens est, vt nulla Ecclesiae lex intelligatur mandare oppositum idcoque quamuis Ecclesiastica lex aliquid prohibeat Clericis, quod aliàs licitè fieri posset, nunquam tamen prohibet eisdem, aut alijs, ad quod aliàs lege naturali, & charitatis tenentur. Et ideo quamuis prima opinio probabilis sit, & satis conformis iuri communi Canonico, & in praxi tutior, haec tamen secunda mihi videtur communior, probabilior, & magis consona aequitati, & satis tuta, quae in praxi obseruari possit sine scrupulo; maximè cum poenae restringendae sint potius, quam ampliandae.

14 Nonum dubium est, an necessaria sit protestatio ad euitandam irregularitatem, quando Clerici crimen deferunt ad iudicem Ecclesiasticum? Respondeo nullam tunc protestationem requiri, quia iudex Ecclesiasticus non potest imponere poenam sanguinis, vnde protestatio haec solum necessaria est, quando denunciant, aut accusant in causa sanguinis malefactores apud iudicem saecularem; & ita si Clericus denunciat haereticos apud Inquisitores fidei non tenetur facere praedictam protestationem, nec erit irregularis: si postea haereticus denunciatus, & conuictus apud Inquisitores tradatur curię saeculari, et comburatur: sic Henriquez lib. 14. capit. 11. §. 5. post Felin. in capit. postulasti, de homicid. vbi Felin. hoc dicit in genere, quod quando causa incipit in iudicio Ecclesiastico, & finitur in iudicio saeculari, siue cum causa incipit coram Iudice Ecclesiastico, & finitur apud iudicem saecularem, non requiritur protestatio. Ex qua Felini doctrina soluitur quaestio illa, de qua Maiol. lib. secundo, ca. septimo, numero quarto, olim interrogatum se fuisse scribit, nimirum, an Clericus deferens ad Episcopū incestuosum diffamatum, aut de alio crimine suspectum, aut canonicè corrigeretur, & si Episcopus testes examinat, si acta furtim sublata, & delata ad iudicem saecularem fuerint, & incestuosus ille postea hac de causa morte mulctatus sit, irregularis sit? Respondet, & benè, nec deferentem, nec testes ex actis coram Episcopo fuisse irregulares, secus si iudicem saecularem adijssent.

15 Decimum dubium est, an Inquisitores fieri irregulares fiant tradendo haereticum brachio saeculari, si non intercedant apud iudicem saecularem pro eo, vt mitius se gerat erga illum? Respondeo esse, si consideretur solum ius commune: sic Couar. in Clemen. si furiosus, part. 2. §. 5. num. 6. vers. decimo quarto, de homicid. ait fore irregularem, nisi pro eo intercedat, id quod satis manifeste colligi videtur ex capitulo nouimus, de verb. signific. vbi habetur, quod iudex Ecclesiasticus tradendo brachio saeculari aliquem, intercedere debet pro eo, quod est dicere, quod protestationem faciat in tradendo cum brachio saeculari, vide Felin. & Henric. in cap. ad abolendam, de haeret. citati à Couar. docent facta hac intercessione, seu protestatione irregularem non esse secundum ius Canonicum commune, quos etiam sequitur Armil. §. 24. Caeterum Medina lib. primo instruct. Confess. capit. 11. §. 10. Polanc. in direct. Confess. titulo de irregular. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 5. & Maiol. lib. 2. ca. 9. num 8. & capitulo 10. num. 5. & lib. quinto, capit. 48. §. 2. numero 9. et Tabitna, verbo, irregularitas, 2. §. nono, & §. decimoquinto. Alphons. Vuald. tract. de irreg. numero 237. Thom. Zerula Episcopus Minorensis, in sua Praxi Episcopali, part. 1. in verb. Haeretici, dub. 12. Cosmus Philiarchus lib. 4. c. 11. §. 6. & Angelica verbo, homicidium 1. numero 24. tradunt speciali iuris fauore, & priuilegio censores fidei, & illorum consultores absque culpa, & periculo irregularitatis simpliciter damnare posse haereticos, & per sententiam declarare incurrisse poenas auctoritate Pontificum, & legum impositas, & expresse Polanc. Medina, Philiarchus, & Henriquez addunt non fieri irregulares, etiamsi absque protestatione eos comburendos iudici saeculari tradant, & solum prohibentur ipsimet inquisitores, & alij praelati exequi sententiam sanguinis in cap. sententiam ne clerici, vel monachi, & ca. 3. eod. tit. lib. 6. Immò Tabiena, & Maiol. & Henriquez vbi supra tradunt, quod postquam Inquisitor haereticae prauitatis aliquem damnatum iudici saeculari puniendum tradidisset, & iudex saecularis tentaret differre executionem, posset apud iudicem instare sub graui comminatinne, vt haereticum illum comburat, absque vllo periculo irregularitatis, & Maiol. vbi supra id probat ex Bulla quadam Pauli IIII. 29. Aprilis, anno 1557. quę habetur in iudicial. Inquisit. in decreto 4. vbi praefatus Pontifex ad omnem dubitationem, & scrupulum tollendum decreuit, quod quicumque Clericus vel regularis, Episcopus, vel Cardinalis, aut quiuis alius, qui interesse solet in congregationibus sacri officij Inquisitionis, vbi tractatur de aliqua causa, in qua veniat imponenda poena sanguinis, nec ex consilio, nec ex voto dato in dicta congregatione fiat irregularis.

61 Vndecimum dubium est, quid dicendum sit de Episcopis, & alijs Clericis habentibus iurisdictionem temporalem; an possint absque irregularitate iudices, & magistratus constituere, qui inquirant delicta, vt ea puniant secundum leges? Respondeo ex c. fin. ne Clerici vel monachi. libro 6. Summa Confess. libro 2. tit. 1. quaest. 53. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. capit. 2. §. 2. summa Astensi, part. 2. lib. 6. titu. 14. art. 4. q. 1. Angelica, verbo, homicidium, 1. numero 10. Syluest. verbo, homicidium, 3. quaest. 5. vers. primū. Tabiena verb. irregularitas, 2. §. quarto, Couar. in Clem. si furiosus parte 2. §. 5. numero 8. de homicid. Maiol. libro 2. ca. 6. num. 11. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 6. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 4. & §. 6. quod licet Clericis causas sanguinis agitare non liceat, si tamen temporalem iurisdictionem habeant, possunt, & debent constituere iudicem saecularem, qui audiat causas praecipuè sanguinis, cui possunt, & debent praecipere, quod faciat vnicuique iustitiam. Et si iudex ille quaerat ab eis, quid agi debeat de aliquo, qui mere-

tur pœnam sanguinis, si abstinere debent ab omni consilio, verbo, scripto, iussu, aut mandato ipsi iudici faciendo, ex quo iudex reum occidendum tradat; sed tamen in tali euentu respondere possunt, quod consulat peritos; si enim propter prælati alicuius responsionem directam, vel indirectam, iudex ille intelligat, quod debet eum sanguine punire, puta quia Episcopus dixit malum esse hoc facinus esse imponitum, si iudex illum occidat, vel mutilet, erit irregularis sicut iudex ferens sententiam: sin verò ex tali responsione, scilicet quando respondet quærenti in particulari casu occurrente, dicendo consule peritos vel hoc consilium non pertinet ad nos, vel nobis non licet interficere quempiam, vel non possum super hoc consulere, vel similia, & iudex, qui petit consilium concludit in se, dicendo, si non mereretur, diceret absolutè, quod non; sed quia meretur, ideo non vult respondere, ne fiat irregularis; etiamsi ex tali responsione iudex eum occideret, aut mutilaret non erit irregularis Episcopus, quia non est in culpa, nec causa mortis illius. Vnde Tabiena ubi supra, dat hanc regulam generalem, quando quis quærit consilium, an propter tale delictum quis mereatur mortem, siue in generali, siue in speciali, & non imminet tunc casus in præsenti, respondere potest veritatem sine nota irregularitatis, si verò tunc imminenet, debet respondere, quod consulat peritos, & faciat secundum quod iura volunt, aliàs esset irregularis. Quam regulam desumpsi. ex Panorm. in capit. ex litteris, numero quinto, de excess. prælat. vbi addit, quod quando ex sola sua responsione non sequeretur mors, puta, quia omnino iudex est dispositus ad illum decapitandum, & iste fuit interrogatus à quodam alio, quæ pęna debeatur pro illo delicto, & illo respondit, quod pęna capitis, ex hoc non fit irregularis; quia non est secuta mors ex illa sua responsione, & eadem habet Syluest. verbo, homicidium, 3. quæstione quinta, versicu. quartum.

17 Potest etiam talis prælatus iurisdictionem temporalem habens delegare alicui etiam specialiter super aliquo maleficio, puta homicidio, in sua iurisdictione commisso, vt inquisita veritate iustitiam exequatur, & quamuis ipse delegatus postea exequatur & occidat, non propterea prælatus ille irregularis erit, capit. fin. ne cler. vel monach. lib. 6. Angelica, verbo, homicidium, 1. nu. 10. S. Anton. & Syluest. cit. & Cottar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 5. nu. 8 de homicid. & gl. in ca. fin. in verbo, super hoc. ne cler. vel Monach. lib. 6. summa Astens. lib. 6. part 2. tit. 14. artic. 4 q. 1. & Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 7. vers. secundum. Quicquid Henriquez lib. 14. c. 12. §. 6. vers. nec debet Episcopus, neget posse Episcopum delegare vnam causam criminalem sine irregularitate, citans pro se Nau. tom. 2. consil. vlt. nu. 2. de homicid. qui tamen id non dicit, solum enim eo in loco Nau. ait, quod licet committere poterit generaliter iurisdictionem criminalē, non tamen dicere potest Commissario qui condemnauit iam reum malefactorem ad mortem, vt mane illum occidat, quia sic sine dubio esset causa vt reus ille citius occideretur. Vnde alius est casus noster, alius casus ille à Nauar, positus, vt constat.

18 Potest etiam Prælatus Iurisdictionem temporalem habens, sicut, & Princeps secularis legem, & statutum condere, quo aliquid sub pœna mortis prohibetur, nec tamen fit irregularis, si Iudex ea lege ductus aliquem postea occidat, quia postea homo non infert pœnam, sed lex, & quia in certam personam non animaduertit. Sic Archid. in capit. officia, 23. quæst. 5. San. Anton. 3. par. tit. 29. §. 1. in fine. Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 7. versic. nonum, & Henriquez lib. 14. cap. 12.

19 Duodecimum dubium est, an Clerici exhibendo præsentiam suam, vbi executioni mandatur pęna mortis, irregulares fiunt? Respondeo cum glo. in cap. sententiam, in verbo, sanguinis, & Innoc. & Panorm. ib. num. 6. ne clerici vel monachi, & eodem Panorm. in cap. ex litteris, num. 2. de excess. prælat. Angelica, verbo, homicidium, 1. nu. 23. Summa Astensi, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. q. 2. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 5. versic. Tertium. Tabiena, verbo, irregularitas, §. quinto. Nau. in Manuali, cap. 27. num. 214. versic. quinto Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. tract. de irregul. pag. 364. colum. 4. Alphons. Viuald. tract. de irreg. numero 274. & numero 275. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 53. Summa Corona, tit. de irregular. num. 15. & Maiol. lib. 2. cap. 6. num. 12. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 7. Quotiescumque Clerici in sacris, regulares, & alij beneficiarij, & alij quicumque Clerici licet non sint in sacris, intersunt sententiæ, aut executioni pœnæ mortis, quasi auctoritatem, consilium, auxilium, fauorem, aut operam præstantes, irregulares sunt, vt ex ca. ex litteris, de excess. pręl. & capit. sententiam, ne Clerici, vel monachi, colligi potest, & tales censentur prælati iurisdictionem temporalem ibi habentes, si quidem præsentia sua opem, & auctoritatem præstare videntur negotijs iudiciorum suorum. Sic etiam Clerici, qui intersunt ad custodiam eius, qui punitur pœna mortis, ne ab ea liberetur, irregulares sunt.

Dixi temporalem iurisdictionem ibi habentes, nam Episcopus, & Clerici, si extra propriam iurisdictionem

20 intersint, vbi exercetur pęna sanguinis, nullam præstando auctoritatem, irregulares non sunt, peccant tamen, vt notant Nauarr. Ledesm. & Henriquez vbi supra, & vt Panorm. in d. ca. ex litteris, nu. 2. Astensis, Angelica, Syluest. Tabiena, & Maiol. cit. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 22. & Viuald. vbi supra, nu. 276. addit, grauiter, id est, mortaliter si adsint ex causa nulla puta curiositate, *Crudelis enim est, qui latus ad spectacula mortis vadit, ex Greg. lib. 3. Dialog. cap. 37.* quod Nauar. & Henriquez limitant ad Clericos sacrorum ordinum, & religiosos, & beneficiarios; secus autem, si ex iusta causa adsint, puta, vt audiant confessionem rei, & allectant eum, ne incidat in desperationem, & consolentur, & hortentur ad patientiam, prout in multis locis obseruatur. Ideo verò peccare mortaliter Clericos interessendo executioni sanguinis docent, quia faciunt contra capit. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi. Nonnulli tamen solum putant esse veniale, nec aliud colligi ex illo textu; sed altera opinio communior est, & tutior.

21 Non autem assistere ob curiositatem censetur ille, qui tantum animo videndi furem, vel cognoscendum decapitandum, assistit, vel qui, vt audiat, quare suspendatur, adest; sed qui tantum adest, vt aliquam pulchram mulierem occidendam videat, vel vt verba aliqua ab executoribus iocosè solita dici, audiat, aut aliud simile, ex Alphonso Viualdo loco proximè allato, num. 277.

22 Decimum tertium dubiū est, an c. sententiā sanguinis, ne Clerici, vel monachi. locum habeat in Clericis qui iurisdictionem temporalem non habent. Respondeo cum Panormita. & communi DD. ibi caput illud omnes clericos comprehendere, id quod verba illa *Nullus Clericus* & illa. *Nec quisquam Clericus* manifestant, vnde nullus Clericus cognoscere, vel dictare sententiam sanguinis potest, sed neque litteras scribere, aut dictare pro vindicta sanguinis possunt, si enim aliquid horum fecerit, secuta morte, vel mutilatione, irregularis erit. Immò, si Clericus in causa sanguinis nihil omnino faciat, vt iudex, aut tabellio, sed aliqua simpliciter scribat, vt puta testium dicta recipiat, etiam in forma non authen-

thentica, si sequatur mors, vel mutilatio, irregularis erit, tanquam cooperator iudicij, ex Ioann. Andr. & Marian. in cap. sententiam, membro, 4. versic. quinto quæritur. & Panorm. ibidem, numer. 13. ne Clerici, vel Monachi. Maiol. lib. 2. capit. 6. num. 7. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 2. Item Clericus assistens Principi, vel iudici, si deferantur literę principi, vel iudici, quibus continetur, vt aliquem capiat, & ad mortem damnet, vel mutilet; iudex vero aut Princeps ignatus eorum, quæ in litteris continentur, has litteras Clerico suo tradit, eique iubet, vt eas aperiat & legat, eas aperiendo, & legendo secuta morte, vel mutilatione irregularis erit ex Ioan. And. Innocent. Host. & Marian. Panorm. in d. capit. sententiam, num. 14. qui dicunt ita responsum fuisse per Clementem Papam IIII. & Maiol. lib. 2. capit. 6. num. 9. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 2. in annot. littera N. Quia ex lectura sua secutum fuit homicidium, & pręstitit auxilium, seu opem ad mortem ipsius. Nec prodest, si dicat se ignorasse tenorem; quia vt ait Panorm. debuit literas sibi potum legere, aut saltem quam citò peruenit ad captionem, subijcere debuit. & litteras domino reddere, & dicere, quod tales litteras lege non erat officij sui. Sic etiam Clericus mittens legere ad Iudicem criminalium, quibus illum moneat, roget, aut mandet, vt aliquem expresso certo delicto in carcerem tradat, ex qua captura, vel carceratione illo comperto delicto, mors, aut mutilatio sequitur, irregularis est, ex Host. quem refert, ac sequitur Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 4. versic. septimum, & Simon. Maiol. libro secundo, capit. sexto, nu. decimo, & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 11. Quod procedit, siue suo, siue alieno nomine illas scribat, scilicet vt scriba, vel secretarius; est enim cooperator, argum. d. cap. sententiam. Et multo magis irregularis erit Clericus, qui accusator est in causa sanguinis, non præmissa protestatione, capit. prelatis. de homic. lib. 6. aut alio modo causa sit mortis, aut mutilationis, vt ex dictis constat. (Sic etiam irregularis est Clericus qui consilio, aut auxilio causa est, vt citius terminetur lis criminalis, & notabiliter acceleretur mortis, aut mutilationis executio, vt notat Hēriquez li. decimoquarto, ca. 12. §. 7. vbi addit excusari ab irregularitate, qui faceret, aut diceret aliquid pium, vt si carnifici dicat, permittitur tibi facere officium tuum, quia ego feci officium meum in confessione, vel exhortatione. Sed nec irregularis erit secundum eundem, qui parum cooperatur, cum non censeatur causa moralis, & propinqua causa influens, quia parum pro nihilo reputatur.) vnde Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 1. artic. 9. circa medium irridet scrupulum illius confessarij, qui cum reum quendam ad patibulum comitaretur, & casu iumentum eius, qui ad patibulum ducebatur, pepulisset, inde scrupulum irregularitatis concepit, quod sua causa properantius ad mortem venerat; sed neque irregularis esset, qui reum non potentem incedere nisi ægrè, & difficile, ex pietate, & absque vlla intentione mortis, vel mutilationis, eius ad incedendum cum iuuaret. Nec si indeliberatè diceret, properemus cito, aut qui ob vitandum dedecus impetrat a iudice, ne reus ducatur per plateam, & domum vxoris, aut parentum, quamuis per accidens ex breuiori via sequatur aliqua acceleratio mortis, ex Henriquez vbi supra, §. 7. Nec denique, si reo dicat, vt ascendat alterum gradum scalæ, aut inexpertum lictorem docet modum, quo dandus est nodus funi, aut voluendus cippus (parum est enim, quod docet) vt nec qui docet artem, & modum digladiandi, vt idem Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 7. tradit.

23 Decimum quartum dubium est, an Episcopus delinquentem aliquem in carcerem conijciens, vbi breui moritur ob nimiam carceris humiditatem, fętorem, vel squalorem, vel alimentorum subtractionem, irregularis fit? Respondetur, ex communi opinione irregularem esse, si breui ob prædictas causas moritur: sic Ioan. de Lignan. in Clem. 1. de penit. & remiss. quem refert, ac sequitur Panorm. in cap. cum non ab homine, num. 31. de iudicijs & in capit. nouimus, numer. 4. de verb. signific. Zabar. in Clem. prima. de homicid. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, versic. quid si aliquis tenet seruum. S. Aoron. 3. par. tit. 29. de irreg. ca. 2. §. vlt. in fine. Marian. Socin. in capit. ad audientiam, nu. 57. post Panorm. & Anan. de homicid. & in capit. de cætero, tit. eo. quos refert, ac sequitur Couar. Clem. 1. part. 2. §. 5. num. 7. de homicid. Angelica, verbo, irregularitas, 1. num. 21. Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 5. versic. decimum. & quæst. 7. versic. duodecimum, Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. octauo. Maiol. libro 5. capit. 48. §. 3. nu. 12. & Henriquez lib. 14. c. 2. §. 7. & cap. 15. §. quarto. Per breue tempus aliqui, vt Cardinal. in Clem. 1. de penit. & remiss. quæst. 7. & Laud. ibi, & Ioan. Bernard. Diaz in Pract. Crim. Can. c. 139. Panorm. in cap. presbyterum nu. 3. & facit capit. continebatur, de homicid. decem dies intelligunt, si tamen transactis his diebus moritur, docent Episcopum irregularem non esse. Alij paucos menses intelligunt; & Syluest. vbi supra, q. 7. extendit ad sex, vel octo menses. Sed prima videtur communior, & certior, secunda nimis extendit, & meo iudicio hæc arbitrio viri prudentis relinquenda est consideratis circumstantijs loci, temporis, personarum, & criminis. Quamuis enim propter asperitatem carceris, & tenuitatem ciborum, vita sit attenuanda, non tamen taliter, quo minus possit sustentari; nam in d. cap. nouimus, de verb. signific. dicitur, quod debet sustentari pane doloris; non ergo consumi, & occidi debet, vnde Panor. notat, quod panis, & aqua debent administrari carcerato in tanta quantitate, vt verisimiliter ex his natura sustentari possit. Addo tamen duo.

24 Primum est, si carcer ille non sit plus aptus ad mortem, quam carceres communes, esto ibi moriatur, non erit irregularis secuta morte. Quia sicut quis licite potest aliquem in carcerē detrudere ad agendam pęnitentiam, sic etiam ob delictum potest Episcopus, vel Prælatus aliquem in carcerem conijcere, vt vbi pœnas peccati soluat; nec tenetur iudex reo meliorem carcerem dare, quam sit carcer communis.

Secundum est, si illa pœnitentia, aut pœna canonica sit, per canones, legem, vel religionis constitutiones præscripta, quibus certæ erratorum pęnæ imponuntur, si Episcopus, vel Prælatus regulæ suæ, & legis obseruator pęnam imponat, etiamsi delinquens per illā pęnam moriatur, non efficitur irregularis, tunc enim executor solum est legis, & regulæ, vt Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 8. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 12. & Henriquez lib. 14. c. 5. §. 4. arg. c. quid culpatur, 23. q. 1. recte annotarunt.

25 Decimum quintum dubium est, an confessarius, vel Theologus, aut alius interrogatus a iudice, numqui huius, vel illius criminis reus est, mereatur pęnam mortis, irregularis sit, secuta morte, vel mutilatione? Panorm. in capit. ex litteris, num. 5. de excess. prælat. Summa Astensia, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. q. 1. Angel. verbo, homicidium, 1. numero 11. & verbo irregularitas, 1. num. 4. Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 5. vers. quartum. Rosella, verbo, homicidium, 4. num. 9. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimo. Maiol. lib. 2. cap. 9. num. 6. & 7. & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 4. Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 64. num. 6. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 256. Summa Corona titul. eod. num. 7. versi. & quamuis. Cosmus Philiarchus li-

bro 4. cap. 11. §. 4. Respondent irregularem esse, si casus interrogatus a Iudice sit de præsenti aliquo reo, & delicto deducto in iudicium; non tamen esse irregularem, si casu interrogatus a iudice non sit de præsenti aliquo reo. Alij vero absolute docere videntur non esse irregularem, quia tantum declarat veritatem, & quid Iudex ex officio, & de iure facere teneatur. *Ego* in hac re characteris gratia hæc quatuor dici posse existimo.

Primum est, quotiescunque quis interrogatur in genere de aliquo delicto, aut malefactore, respondet id, quod ex iure fieri debet, in genere, vt exempli causa, si rogetur quis, an ob tale crimen quis mereatur mortem, & respondet mereri, secuta morte in aliquo, non incurrit irregularitatem; & ita Concionatores, & Doctores, concionando, & legendo in generale, vt Iudices suum officium exequantur, & improbos debitis pœnis coërceant, & castigent, nullam irregularitatem incurrunt. Neque componentes libros & tractatus, & commentarios, vel consilia criminalia, quibus instruunt alios pro futuris casibus de infligendis pœnis corporalibus de modo, & forma procedendi, & iudicandi, irregulares sunt, etiam si Iudices eorum sententiam sequentes vindictam sanguinis exerceant. Sicut nec Clericis interdictum est ferre leges, & statuta, aut Principi consulere, vt certis delictis pœnam mortis, aut mutilationis infligat, hoc enim sine vlla irregularitatis non facere possunt, vt notant Innocen. in cap. ad audientiam, de homicid. Speculat. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. Quid si iudex. Archid. in capit. officia, 23. quæst. 5. & idem Archid. & fauet glos. in capit. omnis, in verbo, vt qui cędem, distinct. 3. & glo. in capit. ex litteris, in verbo, consuluit, de excess. prælat. Hostiens. in cap. ex litteris, de excess. prælat. Panorm. in capit. 1. de furt. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. 1. in fine, fauere videtur, Syluest. verbo, homicidium, 5. q. 7. vers. nonum. Maiol. lib. 2. c. 9. num. 9. & 10. & Henriquez. lib. 14. c. 12. §. 6.

Secundum est, si quis interrogatur a Iudice, vel Principe, an hic reus in particulari suspendendus, vel decapitandus sit, tunc declarare potest veritatem, sed caute eo modo quo dicemus, sine eo, quod irregularitatem incurrat, non tamen respondere potest, quod sit suspendendus, vel decapitandus; vel suspendatur, vel decapitetur, vel malum est si hic impunitus euadat, & hoc est quod Panorm. Angel. Syluest. & alij relati dicunt. Nam in d. capit. ex litteris, de excess. prælat. Episcopus Albiganensis censetur irregularis, quia de fure quodam præsentialiter accusato ad Iudicem dixit malum esse, quod fur illo euadat, non esse bonum, vt impunitus permaneat, ex cuius Episcopi verbis Iudex illam suspendit.

Tertium est, si cófessarius, aut alius Clericus interrogetur a Iudice in particulari, an iste reus suspendendus, aut decapitandus sit, nec ne; tunc respondere debet in genere, vt faciat officium suum, vel in genere dicat, quod fures, & homicidæ secundum leges pœna mortis puniuntur, quo modo respondendi non incurritur irregularitas, quamuis iudex faciendo officium suum, illum pęna mortis puniat. Quia tunc responsio non est in particulari adhibita, vt hic reus decapitetur, vel suspendatur, sed solum in generali facta est declaratio iuris, & eius, quod secundũ leges fieri debet.

Quartum est, Clericus sic interrogatus a Iudice in particulari, an hic reus sit suspendendus, respondere officium faciat secundum leges. Similiter si interrogetur, quid agendum sit de eo, qui probatus est fur, aut homicida, respondeat, vt consulat iurisperitos, sic Angel. Syluest. Henriquez & alij citati communiter. Quæ omnia procedunt extra causas sacri officij inquisitionis; nam neque inquisitores mandantes comburi hæreticos, nec eorum consultores ex votis in iudicio sanguinis, irregulares fiunt, vt superius dubio decimo expositum est.

26 Decimum sextum dubium est, an si iudex dicat Confessario nolle se pœna mortis puniri reum, qui vere secundum leges mortem meretur, Confessarius irregularis fit, si iudici dicat, non posse se ei absolutionem impendere, nisi reum illum morte puniat; Quidam irregularem esse putant in hoc casu, quia in particulari dicit, vt Iudex reum morte puniat. Alij tamen, & rectius, quos sequitur Henriquez lib. 14. capit. duodecimo, §. quarto, in annotat. in litera R. & cap. decimosexto, §. quarto, in annotat. litera S. docent non esse irregularem, quia tantum declarat, quid ex officio, & de iure facere teneatur Iudex. Nam si Iudex reuera mortaliter peccat non condemnando reum pœna mortis, quam meretur, confessarius ex officio suo tenetur absolutionem illi denegare, quia iudex non habet propositum faciendi, quod debet; & credibile non est, quod Ecclesia irregularitatem imponat Clerico ex officio suo declaranti pęnitenti iudici id, ad quod iudex ex officio est obligatus. Quare dicendum est aliud esse, si Confessarius dicat, suspende illum, vel interfice illum, sic enim cooperator esset cum iudice ad mortem malefactoris; aliud vero esse, si dicat, fac officium, quod debes, vel ego non possum te absoluere, nisi feceris, quod leges pręcipiũt, vel nisi punias reum pœna, secundum leges debita. Denique sic respondendo declarat tantum ius, & obligationem, quam habet iudex ex officio suo, non incurrit irregularitatem, licèt postea iudex moueatur ad puniendum reum pœna mortis, Si tamen respondendo aliquo modo sit causa, vt iudex exequatur pœnam mortis, tunc irregularitatem incurrit, quia illud non esset declarare ius, & obligationem, quam habet iudex, sed eum mouere ad pœnam mortis exequendam, & vna cum eo ad pœnam mortis cooperari. Neque irregularis est confessarius qui reo consulit consentire in sententiam mortis iustam, aut in confessionem delicti debitam, & ne iniusta appellatione differat fieri in se executionem; at si appellationem iure concessam consulat omittere, esset causa accelerationis, & irregularis, vt notat Henriquez d. §. 4.

Decimum septimum dubium est, an Clericus, qui
27 adiuuat chirurgum, vel medicum ad iuste secandum ægroti membrum, fiat irregularis? Ratio dubij est, quia is, qui adiuuat iudicem in exequenda iusta pœna mortis, aut mutilationis membri, est irregularis ergo & qui adiuuat chirurgum, vel medicum. Respondetur tamen istum Clericum non esse irregularem: sic Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 217. §. decimo tertio. versic. an autem, & to. 2. cons. 18. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 1. Et dispar ratio est huius, & illius casus; nam sententia iudicis est ad vindictam, & punitionem malefactorum, vnde ius Canonicum constituit, vt iudices mortis pęnam imponentes, & iuuantes eum sint irregulares, quia non imitantur
28 Christum mitem, & mansuetum, cum potius crudeles sint; at vero chirurgus, vel medicus, non secat membrum ad vindictam, vel punitionem alicuius delicti, sed ex pietate, & misericordia, ad salutem ægroti: & iure Canonico non est imposita irregularitas hæc chirurgo, vel medico, nisi sit in culpa, & ex culpa eorum moriatur ægrotus, & ideo sicut chirurgo, vel medico irregularitatem Ecclesia non imposuit, sic Clerico, qui adiuuat chirurgum, vel medicum, irregularitatem imponit, sed solum prohibet, ne ipsemet secare possit.

De

De Irregulatitatibus Clericorum, ex morte, vel mutilatione in bello iusto secuta, prouenientibus. Cap. XIX.

S V M M A.

1 *Bellum vt licitum sit, quæ conditiones requirantur.*

2 *Clericis propria manu in bello iusto pugnare prohibitum est.*

3 *Clerici etiam in sacris constituti ad suam propriam defensionem occidentes, aut mutilantes, si aliter vitam suam tueri nequeant, irregularitatem non incurrunt.*

4 *Prælati ecclesiastici res ecclesiæ defendere tenentur.*

5 *Clerici pugnantes, & occidentes ad defensionem Regis in bello iusto irregulares non sunt.*

6 *Clerici hortantes milites in genere, vt pugnent, morte, vel mutilatione secuta, irregulares non sunt.*

7 *Clericus in bello iniusto pugnans, aut fauorem, vel auxilium præstans, secuta morte, vel mutilatione, irregularis est.*

8 *Clericus bello iniusto si intersit ad pacem componendam, vel ad confessiones audiendas, secuta morte, non est irregularis.*

9 *Clericus hortans, aut consulens alteri, vt pro fide Christi moriatur, secuta morte, irregularis non est.*

10 *Clericus hortans, aut consulens alteri, ut pro reipub. aut patriæ defensione moriatur, morte secuta, irregularitatem non incurrit.*

11 *Clericus in bello iusto arma, quæ habet militi non habenti tradens, si deinde miles pugnando occidit aliquem, quando irregularis efficiatur.*

12 *Clericus militi arma præbens, vt se, & bona sua tueatur, dummodo alicuius occisionem in particulari nō intendat secuta morte, irregularis non est.*

13 *Clericus vna cum alijs in bello iusto cum armis existens, secuta morte alicuius, an, & quando irregularis erit.*

14 *Papa dans clerico facultatem eundi ad bellum iustum, & pugnandi, eo ipso cum illo dispensare censetur, ne irregularis occidendo fiat.*

15 *Papa cum homicida iusto solus dispensat.*

16 *Prælatus regularis per priuilegia religionum, cum sibi subditis in homicidio iusto dispensare potest.*

1 QVamuis bellum licitum sit, si fiat ab habente auctoritatem indicendi, & cum causa iusta, & proportionata fiat, & recta intentione, & denique adhibita moderatione in damno hostibus inferendo, vt communiter authores tradunt, Clericis tamen, ijs maxime, qui in sacris constituti sunt, propria manu in bello iusto pugnare prohi-
2 bitum est, vt ex cap. Clerici, & capit. quicunque, 23. q. 8. constat, quod idem in cap. ex multa, §. de Clericis, de voto. Innocentius Papa iij. declarauit. Qui vero in minoribus tantum ordinibus constitutus, & beneficio Ecclesiastico carens in bello iusto pugnat, nullo modo peccat, cum sit in statu imperfecto Clericatus, & neuter horum, id est, nec existens in sacris; nec in minoribus, erit irregularis, si pugnent in bello iusto, dummodo non occiderint, aut mutilauerint quenquā, etiamsi in eo bello plures occisi, aut mutilati ab alijs fuerint. Panormit. in cap. petitio, num. 3. de homicid. summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 49. & q. 50. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. fina. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 6. vers. sextum. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 6. Nauar. in Man. cap. 27. num. 215. vers. 6. Couar. in clem. si furiosus, par. 2. §. 3. num. 2. versic.
3 12. de homicid. Maiol. lib. 5. cap. 49. num. 3. Henriquez lib. 14. cap. 13. §. 1. Immo vero qui in sacris constituti sunt, etiam si occidant, an mutilent ad suam propriam defensionem, irregulares nō erunt, si aliter vitam suam tueri non possunt, Panorm. in capit. petitio, num. 2. de homicid. S. Anton. vbi supr. Syluest. d. q. 6. vers. 6. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. 21. conclus. 1. & 6. Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 7. & cap. 10. §. 2. in fine, & est communis opinio Doctorum. Neque incurrunt irregularitatem, si in bello iusto hortentur milites, vt officium suum faciāt, vt patriam, aut fidem defendant, vt iustitiam tueantur, vt fortiter se gerant, dummodo ipsi Clerici non pugnent. Sic Panorm. cap. petitio, num. 5. de homicid. S. Anton. 3. par. tit. 29. capitulo 2. §. fin. Syluest. verbo. homicidium. 3. q. 6. ver. 6. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 4. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 215. 217. Couar. in element. si furiosus, par. 2. §. 3. num. 2. vers. 12. de homic. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. tract. de irreg. pag. 364. colum. 3. & Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 7. & cap. 12. §. 10. & cap. 13. §. 1. & gloss. in cap. scitatis, in verbo, prodire. 7. q. 1. & citat. cap. igitur, & cap. vt pridē, 23. q. 8. & hoc etiam post S. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. ad 2. probat Henriquez d. capit. 13. exemplo Iosue 6. additque posse Clericos etiam cum armis defensiuis, vt thorace, clypeo, & galea munitos præesse exercitui, & præire cum vexillo crucis, quod etiam docuit Maiol. lib. 6. cap. 49. num. 2. vbi ait posse deputari commissarios exercitus, & habere officium prouisoris, nempe vt militibus ministrēt sumptus, & annonam, & etiam consilium præbeant circa res bellicas, quale officium habuit Gulielmus Duranti, qui Speculator dictus est, in bello, quod Martinus IIII. gesserat aduersus Ciuitates Romandiolæ, quæ ab Ecclesiæ ditione defecerant, & tamen postea Episcopus Mimatensis factus est? Non tamen licitum est eis pugnare in bello, neq; dicere possunt militibus in bello, occidite, percutite, iacite tela in hunc, aut illum sine irregularitate, si exinde aliquis occidatur, aut mutiletur, quia hoc esset mouere propinque milites ad executionem mortis.

Possunt etiam Prælati Ecclesiastici, immò tenen-
4 tur ob defensionem rerum Ecclesiæ, vel fidei inuocare brachium sęculare, & hortari non quidem, vt occidant, mutilent, aut vulnerent, quia hoc esset directè ad homicidium prouocare, sed vt Ecclesiam liberent, & terram ab infidelibus occupatam reducant ad Christum Regem, super quo Ecclesia facit magnas remissiones, & si hinc inde aliqui occidantur, non imputatur Prælato ad irregularitatem, immò peccaret, nisi contra tales se opponeret: ex summa Confess. libro 2. tit. 1. q. quadragesimanona, Astensi in summa, par. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 8. q. 6. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. homicidium, Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 5. versu 2. & Tabiena verbo, irregularitas, 2. §. 24. & verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 4. Maiol. lib. 5. cap. 49. num. 1. Nauar. in Man. cap. 27. nume. 217. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 10. in fine & cap. 13. §. 1. in fine & facit cap. postulasti, de homicid. & cap. Maximianus, 23. q. 3. & ibi glos. in verbo, consilium, in fine, & cap. de occidendis 23. q. 5. & cap. igitur, & cap. Scire, & cap. Omni. & cap. Hortatu, & cap. vt pridem, 23. quæst. 8.

5 Dubium primum est, an si Clerici pugnent, & occidant ad defensionem Regis, vel Principis in bello iusto, vel ad defensionem patris, vel cognati, quē vident occidendum ab hostibus, incurrant irregularitatem; In hac rediuisi sunt authores inter se, sicut supra, cap. 17. dub. 10. in simili casu diximus, quādo quærebatur,

an irre-

an irregularitas incurratur in his casibus, in quibus iure naturali, & lege charitatis obligatur quis innocentem ab inuasore defendere; nam eadem ratio est illius casus, & præsentis. Caiet. 2.2.q. quadragesima, art. 2. & Nauar. in Man. cap. 27. nume. 215. docent in hoc casu non peccare, incurrere tamen putant irregularitatem. Alij tamen vt Couar. in clemen. si furiosus, par. 1. §. 3. num. 2. vers. sed si quis in bello iusto. de homicid. vbi refert. Panorm. & Anani. in cap. petitio, de homicid. & idem Couar. par. 3. §. vnico, num. 5. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 2. & §. 3. & cap. 12. §. 9. in fine, & capit. 13. §. 1. docent irregularem non esse, quoties vrgente præcepto pugnent pro defensione patriæ, nempe quando aduertunt, quod alias vrbs caperetur, aut patria euerteretur ab hostibus, vel exercitus deleretur, nisi ipsi pugnent; Sin autem id periculum cessaret, pugnare eis non licet, quamuis necessarium esset ad consequendam victoriam de inimicis, nisi ex parte victoria speretur pax, & bonum vniuersalis Ecclesiæ, & fidei Catholicæ. Eodem modo, qui ad necessariam defensionem parentum, vxoris, aut filiorũ, in bello iusto aliquem occideret, irregularis non erit, cum hæ personæ in ea necessitate perinde habeantur, ac si essent vna persona cum ipso, & iure naturali, & lege charitatis tenetur eos defendere in tali casu. Et hæc opinio mihi magis placet, tum quia ex eo, quod non incurritur irregularitas in defensionem vitæ propriç clem. si furiosus. de homicid. argui potest à maiori, non incurri in defensione Reipub. in casu necessitatis, tum quia videtur omninò irrationabile, quod quis priuetur officio suo faciendo id, ad quod aliquãdo ex præcepto, & ex iure naturæ tenetur. Quam ob causam ipsemet Caiet. cum S. Thom. 2.2.q.33. art. 7. docet, non fieri clericum irregularem, qui reuelat proditorem patriæ, & Reipub. aut malum imminens in futurum, facta protestatione. etiãsi inde sequatur mors, cum nullum præceptum Ecclesiasticum legi naturæ, aut præcepto diuino repugnet: Tum, quia non incurritur irregularitas ex aliquo actu clerici, nisi quia est inconueniens statui clericali; at hic actus in hoc casu non est inconueniens, cum potius iure naturali, & diuino debitus sit, vt diximus.

Nec obstat fundamentum Nauarr. & Caiet. quod scilicet clement. si furiosus. de homic. excipit tantum casus propriæ defensionis, non alios casus: & quia irregularitas incurri potest sine peccato. *Hoc* inquam, non obstat, quia lex humana debet rationabiliter intelligi, vt Caietan. d. art. 7. docet. & incurritur irregularitas sine culpa, vel ex solo defectu, qui non est voluntarius, vel ex actu voluntario, qui fit ab eo qui ad illum actum exercendum non est alias obligatus ex iure naturali, & quia est statui clericali inconueniens, qualis tamen non est iste, de quo controuertitur, vt ex dictis manifestum est.

6 Dubium secundum est, an clerici hortantes milites in genere, vt pugnent, irregulares sint, morte, vel mutilatione secuta? Respondetur non esse, si solum hortentur in genere, vt pugnent, vt vincant, vt bellent. Sic Martin. Ledesm. 2.4.q.26. art. 2. in tract. de irreg. pag. 364. colum. 3. Nauar. in Man. cap. 27. num. 216. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 10. in fine, & cap. 13. §. 1. & cap. 16. §. 4. & Couar. in clem. si furiosus, par. 2. §. 3 num. 2. de homicid. & Toletus libr. 1. instruct. Confess. cap. 27. in fine. id quod verum est, non solum ante belli conflictum, in quo etiam consentiunt Innocent. & Host. in cap. quod in dubijs de pęnis, & Henriquez in cap. petitio. de homicid. & Syluest. in verbo, Bellum, 3. §. 2. sed etiam in ipso belli iusti conflictu, vt Couar. vbi supra recte annotauit contra Innoc. Host. Syluest. & alios, & colligitur ex d. cap. petitio. de homicid. vbi Pelagius presbyter, etsi præsens esset in bello iusto cum ipsis militibus, & pugnauit, non tamen eum irregularem iudicauit Honorius Papa III. dummodo propria manu neminem interfecerit; & tamen vix potest quis in prælium, & pugnę conflictum exire, quin in eo bello socios ad strenue & fortiter præliandum hortetur.

7 Nec contra hoc est capit. quod in dubijs, de pœnis, quod astruere videtur irregulares esse Sacerdotes adhortantes milites ad pugnam. Si quidem, vt recte notant glo. in cap. petitio, in verbo, remordet, de homic. & in d. cap. quod in dubijs, in verbo, incitant, & Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 5. in fine, cap. illud, quod in dubijs, intelligitur solum de bello iniusto; Clericus enim in bello iniusto pugnans, aut præstans fauorem, vel auxilium, vel consilium, siue timorem incutiat aduersarijs, siue nõ, siue interficiat, siue non, dummodò inde secuta fuerit mors hostis, aut membri mutilatio, etiam per alios, irregularis erit, capit. sicut. dignum. §. vlt. de homicid. & DD. ibi, & Panormit. in cap. petitio. & ibi Panormit. num. 3. de homicid. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. nonagesimo, de homicid. Gonsaluus a Villadiego, tract. de irreg. cap. de homicida colum. 4. summa Astensis, par. 2. libro 6. tit. 14. art. 8. q. 6. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. vlt. Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 6. vers. 6. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 20. & §. 21. conclus. 3. Nauar. in Man. cap. 27. num. 224. vers. 10. Couarr. in clem. si furiosus. part. 2. §. 3. nu. 2. vers. quod si bellum iniustum sit, de homicid. Maiol. lib. 5. cap. 49. nu. 5. & Henriquez lib. 14. cap. 13. §. 3. Quia dat operam rei iniustæ, quam vitare tenetur, & hoc verum esse docet Maiol. vbi supra etiamsi clericus sine armis pręsentiam suam, vel assistentiam exhibeat, dummodo ali-
8 quis occidatur, aut mutiletur. Excusabitur tamen ab irregularitate Clericus in bello iniusto, vt præfati authores vbi supra, & Panorm. in d. cap. petitio, num. 3. de homicid. Syluest. verbo, homicid. 3. q. 6. versi. 4. & citat Innocen. & Host. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 13. Martin. Ledesm. 2.4.q.26. art. 2. de irregul. pag. 365. colum. 2. Nauar. in d. c. 27. num. 224. & Henriquez lib. 14. cap. 13. §. 3. tradunt, dummodo non intersit bello iniusto, vt faueat, sed ob aliquam bonam causam, puta, vt pacem componat, confessiones audiat, quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militum, timor incutiatur inimicis, quia dat operam rei iustæ, & licitæ.

9 Dubium tertium est, an si quis alium hortetur, vel consulat alteri, vt pro fide Christi, vel pro ecclesia Romana moriatur, irregularis sit morte secuta? Respondetur cum Panorm. in cap. ad audientiam. num. 5. de homicid. Summa Cõfess. lib. 2. tit. 1. q. 9. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. homicidium, Angelica, verbo, homicidium, 1. num. 15. Syluest. verbo, homicid. 1. q. 8. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 15. Rosella, verbo, homicid. 2. num. 3. Couar. in clem. si furiosus, part. 2. §. 5. num. 6. de homicid. Henriquez libr. 14. cap. 16. §. 4. & Innocen. & Hostien. non esse irregularem. Quia hic non est causa mortis illatæ a persecutore, sed ardentis charitatis, quis mortem, & tormenta contemnit pro Christo, & sancta Ecclesia.

10 Dubium quartum est, an qui hortatur, vel consulit, vt quis moriatur pro patriæ, aut Reipub. defensione, secuta morte, sit irregularis? Innocent. & Hostien. vt referunt, ac sequuntur Anton. Angelica, & Tabiena, in locis proxime dubio tertio allatis, significare videntur esse irregularem, si sciret eum verisimiliter moriturum, & mors sequatur, secus si consulens hoc non æstimabat. Alij tamen, vt Panorm. in cap. ad audientiam, nu. 5. de homicid. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 8. versi. 8. in fine, & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 4. & fauet Angelica, saltem in defensione patriæ, quã-

uis

uis non in defensione proprij iuris, docent non esse irregularem, tum quia bonum commune præferri debet priuato, & bonum totius melius est, quam partis; tum quia solum consulit actum virtutis, & vt scilicet, quis vitam suam exponat probabili periculo pro defensione Reipub. & hæc opinio est verior.

11 Dubium quintum est, an Clericus in bello iusto, arma, quæ habet apud se, præbeat militi non habenti, vt pugnet, & deinde miles pugnat, & occidit, irregularis fit? Respondetur, ex Nauar. in Man. cap. 27. nu. 215. vers. 7. Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 4. & commun. DD. irregularem esse, si præbet, vt alter mortem alterius exequatur, v.g. si præbendo arma dicat, cape arma, & occide illum, vel istum, vel dicat, vt sclopum in illum iaciat in particulari; vel si miles petat arma, vt aliquẽ occidat, & Clericus illi arma subministret.. Nomine autem armorum veniunt non solum balista, sclopi, ensis, & huiusmodi, sed etiam lapides, & fustes, ff. de verborum signifi. l. armorum, Summa Astens. part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 24. scilicet pro machinis, secus de lapidibus, ex quibus fiunt domus, ex Tabiena, verbo, excommunicatio, 6. §. 1. & verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclusione 14. in fine, & Angelica, verbo, irregularitas, 1. §. 15.

12 Tota vero difficultas est, si præbeat militi, vt se, & bona sua defendat. Item si præbeat solum in genere, intelligendo vt miles suum officium faciat. Angelus, in verbo, irregularitas, 1. nu. 15. quamuis dubius, tandem tamen ait esse tutius, vt habeatur irregularis, si in bello iusto ministret balistam, ensem, vel lanceam alicui, vt se, & sua defendat tantum, quamuis non credat illum, aliquem velle occidere, & citat Hostiens. in capit. sententiam. ne clerici, vel monachi. & expresse S. Anton. 3. part. tit. 29. cap. 2. §. vlt. Summa Astens. vbi sup. art. 8. q. 24. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 51. & idem docet Syluest. verbo, homicid. 3. q. 6. vers. 5. & citat Hostiens. Veruec. & Archid. & Tabiena fauet, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 14. dummodo, inquit, hæc præstet in ipso conflictu, secus, si ante progressum mutuaret. Mihi tamen magis placet opinio Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregul. pag. 364. colum. 3. ad medium: Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 215. Cosmi Philiarchi lib. 4. cap. 11. §. 5. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 4. non incurrit irregularitatẽ in hoc casu, dummodo non intendat occisionem alicuius in particulari, quamuis intendat occisionem hostium in generali. Quia perinde est hortari militem, vt pugnet, vt vincat, vt bellet, atque præbere illi arma solum, vt pugnet, vt se, & bona sua in bello iusto defendat, vt autem supra dub. 2. contra Innocent. Host. & Syluest. diximus, non incurritur irregularitas, si hortentur in bello iusto milites, vt pugnent, & vt vincant, ex sententia gloss. Nauarr. Ledesm. Couarr. Henriquez, & aliorum; ergo nec incurrunt, etiamsi præbeant arma, vt pugnent, & vincant, & se, & sua, & bellum iustum contra hostes tueantur, id quod etiam Angelica, verbo, homicid. 1. §. 27. absolute, & simpliciter concedit. Talis enim concessio armorum, vt docet Nauar. cit. non est propinqua causa occisionis alicuius in particulari, vt authores illi falsò arbitrãtur, sed per accidens huic est, quod hic, vel ille postea his armis occidatur.

13 Dubium sextum est, an Clericus vna cum alijs existens in bello iusto cum armis defensiuis, & offensiuis, & aliqui in eo bello vulnerantur, & occiduntur, ignoratur tamen, a quibus occisi sint, an a Clerico, vel alijs, censendus sit Clericus in tali casu irregularis? Respondeo eum Angelo verbo irregularitas, 1. num. 6. & 12. & S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. fin. & Syluest. verbo, homicidium, 3. q. 6. versic. 6. & Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 7. 8. & seq. si certus sit, quod ipse nullum occiderit, irregularis nõ erit, quamuis alij occiderint, sin autem dubius sit, an aliquem occiderit, & magis credit se neminem occidisse, non debet se reputare irregularitatem, vt docet Henriquez lib. 14. capit. 3. §. 4. Tabiena cit. conclus. 8. sin autem maneat omnino dubius, ita vt non habeat maius indicium ad vnam partem, quam ad aliam, tunc tutior pars eligenda est, vt præfati authores, S. Anton. Syluest. & Tabiena, & Polanc. in Directorio, cap. de irregularitate; tradunt, & se irregularem reputare debet, arg. cap. ad audientiam. de homicid. & cap. illud, & cap. Apostolicæ. de cler. excomm. ministr. Eodem modo si in eo bello aliquem vulnerauerit, non tamẽ occidit, aut mutilauit, si postea occisus sit ab alijs, irregularis erit, si animum occidendi habuit, secus; si non habuit animum occidendi, arg. cap. significasti, 2. ibi, *& percussor voluntate*. ex S. Anton. Syluest. & Tabiena, vbi supra, conclu. 9. quod intelligitur, dummodo vulnus eius non fuerit mortale, tunc enim, si illud inflixit sine animo occidendi, & vulnus illud ab eo inflictum distingui potest ab alijs, etiamsi occidatur ab alijs, non erit irregularis; si verò sic vulneratus occidatur ab alijs, & ipse occidendi voluntatem non habuit, discerni tamen non potest, si vulnus ab eo inflictum sit mortale, in dubio irregularis iudicatur, arg. cap. significasti. 2. de homic. ibi, *Quod si discerni*. vt S. Anton. Syluest. & Tabiena cit. conclus. 11. notant.

14 Dubium septimum est, an si Papa det alicui Clerico licentiam, vt eat ad bellum iustum, & propria manu pugnet contra hostes, eo ipso dispensare censeatur cum eo, ne irregularis fiat, si in eo bello manu propria hostes interficiat? S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. vlt. vers. notat tamen. Syluest. verbo homicidium, 3. q. 6. vers. 6. & Maiol. lib. 5. cap. 49. num. 5. dicunt esse irregularem, cum in tali concessione solum concessa censeatur licentia vtendi armis ad se defendendum, non autem ad occidendum, etiam paganum, & S. Anton. citat pro se Ioan. de Lignan. Syluester refert pro hoc Archid. Alij tamen, vt Caldertinus in cap. petitio. de homicid. quem refert, & sequitur Panorm. cap. 2. nu. 5. de vita, & honest. cleric. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 21. conclus. 2. Couar. in elemen. si furiosus, par. 2. §. 3. num. 2. vers. 12. in fine, qui ait esse communem opinionem omnium, de homicid. Barth. Medina lib. 1. instruct. cap. 11. §. 11. Polanc. in Directorio, capitulo de irregularitate, §. vt autem. Cosmus Philiarchus libr. 4. de officio Sacerd. capit. 11. §. 6. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 4. verius docent, non esse irregularem quia Pontifex, qui est supra humanas constitutiones, cum eo dispensat, dando ei licentiam, vt pugnet in bello iusto, sine incursione irregularitatis. Sicut, inquit, Medina, si Papa venderet alicui beneficiũ Ecclesiasticum, consequenter dispensetur alter in pœnis simoniacis.

15 Quoad dispensationem vero in hac quinta specie irregularitatis ex defectu lenitatis, de qua a capit. 15. huc vsque tractatum est, sciendum est contra Caietanum in Summa, & verbo, irregularitas, solum Papam dispensare tam ad sacros ordines, quam ad minores, non autem Episcopum: sic Nauarrus in Man. cap. 27. num. 194. §. 7. & nu. 218. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irregul. pag. 304. colum. 4. Alphonsus Viualdus tract. de irregularitate num. 323. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 8. Gregor. de Valentia tom. 4. disput. 7. q. 18. punctu 3. §. 4. in fine; Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali, par. 1. verbo, irregularitas, §. 8. Summa Conf. libr. 2. tit. 1. q. 62. Petrus de Arragona 2. 2. q. 64. art. 8. in fine. & Michael Salon. ibi, controuers. 4. in fine.

16 Quoad regulares autem, Prælatus per priuilegia religionum, (in quibus conceditur generaliter dispen-

satio

satio in omni irregularitate exceptis irregularitatibus bigamiæ, & homicidij voluntarij) dispensare potest cum subditis suis, quandoquidem sub nomine excepti homicidij voluntarij (in quo non dispensat Prælatus) non comprehenditur irregularitas, quæ sine vlla culpa procedit ex solo defectu lenitatis ob iustam occisionem, vt Polanc. in Directorio, capit. de irregular. §. notandum, Martin. Ledesm. 2.4.q.26.art.3. de irregul. pag. 366. colum. 2. Nauarr. in Manual. cap. 28. num. 240. versi. 3. nota Caietanus, in Summa, verbo, irregularitas, in fine, Alphons. Viuald. tract. de irregularitate, num. 327. vbi ait, sic fuisse resolutum Romæ in sacra Pœnitentiaria in facti contingentia. Thom. Zerula supra, & fauet S. Thom. 1.2. quæst. 88. artic. 6. ad 3. vbi ait, quod Iudex, qui occidit latronem, vel miles, qui occidit hostem Reipublicæ, secundum D. August. lib. 1. de liber. arbitr. cap. 4. non appellantur homicidæ. Ioannes Chapanillus de casibus reseruatis, cap. 3. quæst. 3. in fine. Henriquez lib. 14. cap. 9. §. 3. & cap. 19. §. 4. annotarunt, quicquid Arragona, & Salon locis citatis contradicant. Et de irregularitatibus, quæ ex aliquo defectu, sed sine delicto contrahuntur, hæc sint satis.

Finis Sexti Libri.

DE IRREGVLARITATIBVS EX DELICTO PROVENIENTIBVS.

Liber Septimus.

Authores de Irregularitate tractantes vide in præludio Libri Sexti.



De Irregularitate ex Homicidio voluntario iniusto proueniente. Cap. I.

S V M M A.

1 *Homicidium quid nam propriè sit.*

2 *Abortum causans, antequam partus animatus sit, nec homicida, nec irregularis est.*

3 *Partus, si masculus sit, die quadragesimo, si verò fœmininus, octuagesimo die animatur.*

4 *Homicidium iniustum contra septimum Decalogi præceptum est.*

5 *Homicida omnis, vel mutilator iniustè post baptismum irregularis est.*

6 *Homicidium voluntarium, vel casuale, etiamsi occultum sit, irregularitatem inducit.*

7 *Mutilans seipsum, quamuis id recta intentione faciat, irregularis est.*

8 *Homicidium iniustum, & iustum qualiter inter se differant.*

9 *Homicidium iniustum duplex est; voluntarium, & casuale.*

10 *Voluntarium quidnam sit, & quis voluntariè agere censeatur.*

11 *Voluntas qualiter in actum homicidij tam directè, quam indirectè ferri possit.*

12 *Casualis effectus duplex est, scilicet, simpliciter, & secundum quid, & quid vterque sit, & quomodò ab effectu fortuito differat.*

1 NTER alia multa delicta, quibus in Iure Canonico irregularitas imposita est, meritò annumeratur homicidium, seu mutilatio illicita, cùm per huiusmodi homicidium vita hominis sublata sit; definitur enim homicidium corporis humani animati occisio, vt docet S. August. libro 10. contra Faustum, capitulo 23. & refertur in cap. homicidium. de pœnit. d. 1. & idem S. August. lib. 1. de lib. arbitrio, c. 4. & habetur in capit. si homicidium, 23. q. 5. vnde qui corpus mortuũ percuteret, aut corpori inanimato caput, aut membrum abscinderet, nec homicida verè esset, nec irregularis, etiamsi animum haberet eum occidendi, si eum viuum comperisset, vt latius docent Archid. in cap. periculosè. de pœnit. dist. 5. & cap. vlt. 15. q. 1. & Felin. in c. sicut dignum, de homic. & DD. in capit. sicut ex litera. & in cap. si aliquis, tit. eod. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. vlt. Marian. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. pag. 365. col. 1. Albert. Trouius libr. 2. de vero, & perfecto Clerico, cap. 20. num. 7. & Couar. in clem. si furiosus, par. 2. in princip. nu. 1. de homicid. & Ludouic. Carer. in Pract. Crim. tit. de homicidio, 1. num. 21. & 22. & alij omnes, quos cap. 26. libri præcedentis ad hoc propositum enumerauimus. Qua etiã
2 de causa, qui causat facere abortiuum, antequam partus sit animatus, quocunque modo talis abortus procuretur, siue cum herbis, siue quibuscunq; medicinis, talis nec homicida est, nec irregularis censebitur, quãuis grauiter peccet, vt expresse tradunt S. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 8. ad 2. & Scholastici 4. dist. 31. & DD. & glo. in cap. si aliquis, in verbo, vt homicida, & DD. & glo. in cap. sicut ex literarum. in verbo, viuificatus, de homicid. DD. & glo. in cap. consuluisti. in verbo, per abortum. 2. q. 5. & DD. in capit. quod vero, & capitulo. Moyses, 32. quæst. 2. Card. in Clemen. 1. quæst. 12. de homicid. Summa Astens. parte secunda libro 6. tit. 14. articulo 8. quæstione vndecima & 12. Zacharias in annotationibus ad Panormit. in capitulo. Quæsitum, de temp. ordin. Albert. Trouius libro secundo, de vero & perfecto Clerico, capitulo 14. numero 6. Ludouic. Carrer. vbi supra, §. 1. numero 24. & Couar. in clement. si furiosus, par. 2. §. 3. numero primo, de homicid. Alphons. Viuald. tract. de irreg. numero 230. & 231. Cosmus Philiarchus de officio Sacerd. parte
3 prima, lib. 4. capitulo 11. §. 1. Et quamuis varient authores, quando partus sit animatus, siquidem Aristot. libro septimo hist. animal. cap. 3. & 9. & Plinius libro septimo, cap. 6. putant in fœminneo partu animam die nonagesimo infundi, & Auicenna lib. 9. de natura animal. cap. 3. vult marem animari trigesimo die, S. Augustinus autem animari vult, diebus quadraginta sex; communis tamen DD. opinio est, fœtui masculo infundi animam die quadragesimo, id quod etiam fatentur Aristot. & Plinius, quod intelligitur post susceptum semen, & S. August. exponi potest de formatione plena & apparenti in 46. diebus, sicut & Auicenna intelligi potest de die trigesimo nimirum a tempore, quo femina sentit grauedinem coagulato iam semine, quod contingere solet octo, aut decem diebus elapsis post concubitum, feminæ vero infunditur die octuagesimo, vt verior opinio tradit.

4 Illud autem aduertendum est per homicidium hoc in loco intelligi occisionem hominis, prout est contra iustitiam proximo debitam factam, scilicet, vt est delictum cõtra quintum Decalogi præceptum, commissum; & hoc modo homicidium committi potest opere, vel mandato, vel consilio, vel auxilio, & fauore, vel cooperatione aliqua, vel permissione, vel approbatione, & complectitur quoscunque ministros, aut officiales, quorum actiones ipso iure in homicidium, vel membri abscissionem diriguntur; de quibus omnibus

nibus agendum est. Vbi etiam, vt supra diximus, per mutilationem intelligitur membri alicuius abscissio; per membrum autem intelligitur, id quod habet officium in corpore per se separatum ab alijs; per homicidium verò intelligitur occisio iniusta cuiuscunque hominis, siue pagani, siue Iudæi, siue excommunicati, siue banniti, vt de pagano habetur in cap. excommunicatorum, 23. q. 5. vbi licèt excusari videantur ab homicidio, qui occidunt excommunicatum, id tamen intelligitur solum quoad peccatum, si id faciunt zelo Catholicæ fidei, vt ibi Vrbanus Papa II. docet; ab irregularitate tamen non excusantur, vt Maiol. libro 5. capit. 48. in princip. numero 2. & communiter DD. tradunt.

5 Regula generalis igitur in hac materia est, Irregulares sunt, quotquot sunt homicidæ, vel mutilatores iniustè occidentes, vel mutilantes, idest, quotquot vel mortem inferunt, vel membrum amputant contra quintum Decalogi præceptum, dummodo is, qui occidit, vel mutilat, id faciat post baptismum, vt habet communis DD. opinio. Non tamen placet quod Nauar. in Manual. ca. 27. nu. 219. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art 6, tract. de irreg. pag. 365. colum. 1. dicit, irregularem esse eum, qui côcurrit, vt causa finalis ad homicidium, si enim intelligunt propriè causam finalem, sic certum est, quod is, cuius gratia mandatio, aut homicidium committitur, non est irregularis, dummodò non concurrat aliquo modo ex illis, qui his versibus numerantur;

Iussio, consilium consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans,

Neque enim exemplum ab eis allatum, de eo scilicet qui promittit præmium, aut receptationem deformatori, verè & propriè de causa finali intelligi potest, cû hic potius consilio, & consensu tanquam in genere, causa efficientis moraliter loquendo, quam in genere, causæ finalis, ad huiusmodi homicidium, aut mutilationem concurrere censeatur.

6 Intelligitur etiam hæc regula, non solum quando homicidium publicum, & manifestum est, sed etiam si sit occultum, dummodò sit voluntarium, vel casuale in ijs casibus, in quibus homicidium casuale hancirregularitatem inducit, vt infrà dicemus, quantumuis enim occultum sit, semper impedit, ne promoueri possit, argum. eorum, quæ tradunt glo. & DD. in cap. inquisitionis, de accusat. Syluest. in verbo, homicidium, 3. quæst. 8. versi. quartum. Maiol. libro quinto, capitulo 48. in princip. numero secundo, & Concil. Trid. sess. 14. de reform. capitulo septimo, & sess. 24. de reform. cap. 6. Nauar. in Manua. cap. 27. numero 194. vers. sexto, & vers. septimo, & num. 239. vers. secundo Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione 26. articulo secundo, de irreg. pag. 366. colum. prima S. Anton. tertia parte. tit. 29. cap. 2. §. penult. Couar. in clem. si furiosus, parte secunda, §. tertio, numero quarto, de homicid. & Henriquez libro 14. capit. 3. §. 2. & cap. 5. §. Cordub. libro 1. quæst. 35. & casu 41. quicquid Alphons. a Castro lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. vlt. versi. tertia principalis conclusio, falsò putat, nullam in hac specie, contrahi irregularitatem ex homicidio occulto, quod probari non potest aliter, quam ex ipsius homicidæ confessione.

7 Et denique intelligitur non solum, quando quis alterum occidit, aut mutilat, sed etiam quando seipsum mutilat, quia cum nemo membrorum suorum dominus sit, irregularis est, qui seipsum mutilat, quamuis id recta intentione faciat; sicut qui seipsum castrat, ad melius seruandum castitatem, cap. si quis abscidit, & cap. hi qui, dist. 55. & faciunt, quæ tradunt S. Thom. 2. 2. quæstione sexagesima quarta, articulo quinto. Syluest. verbo homicidium, 1. quæstione prima. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione vigesima sexta articulo secundo, de irregul. pag. 364. colum. quarta. Nauar. in Manual. capitulo vigesimoseptimo, numero 219. §. tertio, vers. sic. seipsum. Maiol. libro quinto, capitulo quadragesimo octauo in princip. num. quinto, Alphons. Viuald. tract. de irregul. num. 201. Summa Corona. tit. eod. numero nono. Cosmus Philiarchus lib. quarto, capit. 11. §. Sebast. Medices, parte secunda, tit. nono, q. 34. §. 1.

8 Hæc autem irregularitas ex homicidio iniusto, differt a superiori; illa enim dicitur irregularitas ex defectu lenitatis, hæc ex delicto homicidij: illa contrahitur ex morte alteri illata, vel mutilatione absque vlla culpa, vt contrahit iudex per sententiam mortis, aut mutilationis, & miles, qui in bello iusto occidit; hæc verò semper contrahitur cum peccato; illa est facilior ad dispensandum, hæc verò difficilior multo, vt notat Nauar. in Manual. capitulo vigesimo septimo numero 218. quamuis post Concil. Trident. sess. vigesimaquarta de reform. capitulo sexto in illa Episcopus dispensare non possit in hac autem poterit, si homicidium occultum sit. Et licet vtraque irregularitas ex homicidio contracta satis antiqua sit, hæc tamen antiquior est, quæ ex voluntario homicidio nascitur; nã Exod. 21. proponitur his verbis; *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur;* Cuius verba transcribit Côcil. Trident. sess. decimaquarta de reform. capi. sexto id quod etiam apud Gentiles in vsu fuit, qui vt author est Seneca libro declam. capitulo primo homicidas a Sacerdotio expellebant, quem refert. Maiol. lib. quinto, capit. 38. in princip. numero primo, eosque Concilium Trident. sess. 24. de reform. capitulo septimo, ab omni beneficio, etiam simplici, & ab omni ordine, & officio Ecclesiastico excludit, & hoc tam in foro interno, quam externo, quamuis occultissimum sit, vt ex d. cap. 7. innixo, cap. 6. sess. 24. de reform. colligit Maiol. vbi supra.

9 Homicidium verò iniustum, ex quo irregularitas iure Canonico contrahitur, est duplex, vnum dicitur *voluntarium*, alterum *casuale*: Rursus voluntarium, aliud est simpliciter, & directè; aliud secundum quid, indirectè, seu reductiuè: Similiter casuale, aliud simpliciter, & directè; aliud secundum quid, seu indirectè.

10 Illud dicitur *voluntarium* est Aristot. 3. Ethic. cap. 1. & S. Thom. 1. 2. q. 6. artic. 1. quod procedit ab aliquo principio intrinseco seipsum mouente: sicuti violentum est illud, quod procedit a principio extrinseco; nihil conferente passo. Hinc constat actum voluntarium esse illum, qui in se est ab agente intentus, non potest autem esse intentus, nisi cognitus, idemque in effectibus moralibus est, & dicitur effectus voluntarius simpliciter, & directè, qui simpliciter, & absolutè intenditur ab agente. Is vero secundum quid, & indirectè voluntarius dicitur, qui licèt nô sit intentus in seipso, intentus tamen est in sua causa.

11 *Potest* enim voluntas ferri in actum homicidij tam directè, quam indirectè, directè quidem, & per se fertur voluntas in homicidium, quando quis habet animum occidendi, vt qui intendit occidere Petrum, & hæc est vera, & propria malitia, & peccatum homicidij: Indirectè verò, & secundum quid fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè, & per se sequitur homicidium, vt ad propinationê veneni, mors; ad percussionem prægnantis, abortus, ad grauem percussionê in capite, aut iuxta cor, mors; ad applicationem ignis homini viuo, eius combustio, & interitus, applicans enim causam, quæ naturali vi est efficax mortis, moralis causa mortis efficitur. Quamuis enim ex eo, quod voluntas non feratur directè, sed

indi-

indirectè in homicidium, minuatur aliquantulum culpa, ex S. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 8. & Couarr. in Clement. si furiosus, part. 2. §. primo, numero 1. de homicid. non tamen exinde tollitur irregularitas, vt verbi gratia quamuis voluntas directè, & per se feratur ad percussionem, propinationem veneni, percussionem prægnantis, & non ad occisionem, aut abortum, si ex ea propinatione, aut percussione sequatur mors, culpa non ita grauis est, ac esset si directè occisionem aut abortum intendisset, nihilominus tamen incurritur irregularitas; satis enim est, quod illud directè voluit, & intendit, vnde immediatè & per se homicidium sequitur. Quoad rationem verò peccati, vt sciamus, quantum fuerit indirecta, aut directa minus voluntas ad occidendum, considerare oportet modum percutientis, & instrumentum, quo illatum est vulnus, ex eo scilicèt, quod vel instrumentum aptius erit, vel qualitas vulneris magis propinqua ad homicidium, quod ex ipso vulnere immediatè subsequutum est; ex hoc enim sumitur præsumptio voluntatis, vel magis indirectè, vel minus, ad ipsam occisionem.

12 Casualis autem simpliciter est ille effectus, qui nec in se, nec in sua causa est intentus ab agente, qui potius dici debet fortuitus, quam casualis effectus; Casualis enim effectus dicitur respectu agentium sine cognitione, fortuitus vero effectus dicitur respectu agentium, qui cum cognitione operantur, & sic est casuale homicidium. Casualis effectus secundum quid is est, qui aliquo modo est intentus, non quidem in se, sed in aliqua causa, & circumstantia. Quæ omnia colliguntur ex doctrina S. Thom. 1. 2. quæstio. 20. artic. 5. & 2. 2. q. 64. art. 8. & Caiet. & alijs interpretibus, et ibi Palud. 4. d. 25. q. 5. artic. 2. & Couar. in Clem. si furiosus, pat. 2. in principio, nu. 2. de homicid. & alijs DD. communiter. Et hæc de irregularitate ex homicidio voluntario in vniuersum dicta sint, nunc de singulis eius modis agendum est.

De Irregularitate ex opere, & mandato proueniente. Cap. II.

S V M M A.

1 *Homicidium iniustè committere quis censetur.*

2 *Occidens hominem excommunicatum iniustè, irregularis est.*

3 *Concurrens vt causa propinqua mortis, aut abscissionis membri, irregularis efficitur.*

4 *Iudex, Pretor, ac alij Officiales iustitiæ ad homicidiū iniustum concurrentes, irregulares redduntur.*

5 *Percutiens mulierem pregnantem, si sequatur abortus animati, irregularis est.*

6 *Mandans alicui, vt seipsum, vel alium occidat, vel mutilet, secuto effectu, irregularitatem incurrit.*

7 *Mandans alicui, vt aliquem verberet illicite, quamuis expresse prohibeat, ne occidat, vel mutilet, irregularis est, si mandatarius excedens mandatum percutiendo, alterum occidat.*

8 *Mandans licitè alium percuti, aut verberari, irregularis non est, si mandatarius excedens mandatum mutilet, aut occidat.*

9 *Dominus si seruo, aut pater filio dicat, caue ne occidas Petrum, non tamen reuertaris domum, donec aliquid noui de te audiam, secuta morte, irregularis est.*

10 *Prælatio, aut iudex dicens militibus ite, & adducite mihi talem, vel talem, viuum, aut mortuum, secuta morte illius per manus militum, irregularis efficitur.*

11 *Mandans homicidium alicui, qui alias illud commissurus erat, an, & quando secuta morte, irregularis sit.*

12 *Mandās aliquem occidi, aut mutilari irregularis est, si ipsemet mandatarius occidatur.*

13 *Mandans homicidium fieri, si reuocet mandatum suum, an, & quando irregularis sit, si postea mandatarius occidat.*

14 *Mandati reuocatio, vt mandantem ab irregularitate excuset, qualiter mandatario nota esse debeat.*

15 *Mandator, quousque mandatum reuocat, in priori crimine, quod mandauit, perseuerare censetur.*

16 *Adulterium vxoris marito deferens, si mors adulteræ sequatur, an, & quando irregularis erit.*

1 INTER alios modos, quibus homicidiū iniustè committitur, aut mutilatio, is est qui facto & opere exercetur, de quo hæc breuiter dicenda sunt.

2 Primo, Quicunque occidit, vel membrum abscindit homini viuenti siue fideli, siue infideli, siue excommunicato, siue banito irregularis est, non solum huius speciei, quando id fit iniustè, sed etiam illius alterius, quę ex homicidio iusto promanat, vt ex dictis constat.

Secundo, Quicunque ad homicidium iniustum, vel iniustam membri abscissionem incurrit, vt causa propinqua, irregularis est. Erit autem causa propinqua, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 220. & Martino. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. de irregul. pag. 365. col. 1. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 1. dictum, vel factum alicuius sufficienter directum in tales effectus inde secutos, vel saltem vt citius sequantur.

Tertio, Iudices, Prætores, & alij ministri, & officiales Iustitiæ concurrentes in homicidium iniustum, vel membri abscissionem iniustam, tanquam causa propinqua fiunt irregulares huius speciei: vnde Iudex, qui prætextu publicæ authoritatis occidit illicitè, vel ob causam leuiorem damnat iniustè ad mortem, vel ad grauem pœnam, ex qua reus iniustè mutilatur, fit irregularis huius speciei, ex Nauar. cap. 27. nume. 225. versic. 11. & Henriquez lib. 14. cap. 14. §. 5. & qui in bello iniusto pugnat, si aliquis occidatur, ex Nauarr. vbi supra num. 224. & Henriquez d. capit. 14. §. 5. quæ omnia ex se satis sunt manifesta, & communiter ab omnibus asseruntur.

Quarto, Qui percutit mulierem pręgnantē, vel dat ei aliquid, vt faciat abortum, ex huiusmodi percussione, vel rei datione illa aboritur, irregularis est, si fœtus animatus fuerit, secus tamen, si nondum animatus fuerit, quod si dubium sit, an ex illa datione, vel percussione secutus sit abortus, vel alia causa, vel an fœtus animatus fuerit, nec ne, vel armas fuerit, nec ne, tunc irregularis censeri debet, argumen. capitulo ad audientiam, de homic. Specul. tit. de dispens. §. iuxta, ver. itē qui homini. Sum. Pisan. verbo, homicidium, 3. ver. quid si quis. Sum. Astens. p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 12. S. Anton. 3. par. tit. 29. c. 2. §. prin. Angelica, verbo, homicidium, 1. nu. 7. Martin. Ledesm. 2. q. 26. art. 2. de irregul. pag. 365. col. 1. Nauar in Man. ca. 27 nu. 225. vers. sexto. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 1. num. 4. Alphons. Viuald. tract. de irregul. numero 230. & 231. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 1. Toletus lib. 1. instruct.

Sacerd.cap.19.§. Vivum,& Henriquez lib.14.ca.15. §.6. Qui verò medicinas, aut venena sterilitatis præbuit, ita vt nec homo generare, nec mulier prolem concipere possit, irregularis non erit; sicut nec qui abortum ante animationem procurauit; vt præfati authores Nauar. Ledesm. Angel. & Anton. & Henriquez vbi supra,& Tabiena verbo, irregularitas, 5. §. 14. & 15. testantur, quicquid Maiol. libro 5.cap.48.§. 1. nu. 3. & 4. falso dicat irregularem esse, qui sterilitatem procurat etiamsi fœtus non sit animatus,& solum differentiam poni in hoc, quod si fœtus animatus fuerit, a solo Papa dispensatio petenda sit, si verò animatus non erat, Episcopus dispensare poterit; verum, vt diximus, si fœtus animatus non fuerat, nulla incurritur irregularitas.

Quoad Irregularitates ex mandato prouenientes hæc statuenda sunt.

6 Primò, Præcipiens seu mandans alicui, vt alium, vel seipsum occidat, mutilet, præcipitet, & immergat aut aliquid simile, secuto effectu irregularis est, etiam si alter parendo rem stultissimam facit. Ratio est, quia sic mandans verè causa est illius effectus. Sic Specul.tit. de dispensat.§.iuxta, versic.sed si aliquis, & ibi Ioan. Andr.in addit.& Simon. Maiol. lib.5.capit.48. §.2.num.7.& facit capit. Henricus, de Cleric. pug. in duello.

7 Secundo, Præcipiens aliquem verberari vel percuti illicitè, quamuis expresse inhibeat, vt occidat, vel mutilet, irregularis est, si mandatarius excedens mandatum percutiendo, vel verberando, alterum occidat, vt habetur in cap.finali, de homicid.lib.6. Innocen.& Panorm.in cap.ad audientiam, num.6. de homicid. Alberic. verb. homicidium, 2. versic. quid si mandauit. Summa Astens.par.2.libro 6.tit.14.art.8.quæstio.16. Summa Pisanella, verbo, homicid.3.vers.quid si mandauit. S. Anton.3.par.tit.29.de irregul.cap.2.§.1. Angel.verbo, homicidium, 2.§.20. Syluest. verbo, homicidium, 1.q.7.vers. tertium. Tabiena, verbo, irregularitas, §.secundo. Martin. Ledesm.2.4.quæst.26.art.2. de irreg.pag.365.colum.4. Nauar.in Manuali, ca.27. numero 233.& numero 240.& consi.27. de homicid. Iacob.de Graff.lib.2.c. 64.num.8. Alphons. Viuald. tract. de irreg.numero 260.& Couar.in Clem. si furiosus, par.2.§.1.num.2. de homicid. Maiol.lib.5.ca.48. §.4.& 5.& Henriquez lib.14.cap.14.§.2.contrarium insinuet. Cuius ratio datur in d.cap. finali, quia in culpa fuit, & hoc euenire posse debuerit cogitare, vnde mandans alicui, vt verberet Titium, vel eum eo rixetur, prohibendo, ne occidat, si mandatarius Titium occidat, vterque, tam mandans, quam mandatarius, irregularitatem incurrit, ex Tabiena, verbo, irregularitas, secundo,§. 12. Maiol. libro quinto, capitulo quadragesimo octauo,§. secundo numero quinto. Et idem dicendum est si quis mandet illicitè alium capi, monendo, ne occidat,& tamen mandatarius capiendo occidit. Ratio vtriusque casus est, quia vt ait Couar. vbi supra, tale homicidium est indirectè mandanti voluntarium, fertur enim voluntas in id, ex quo immediatè mors secuta fuit, & ideo irregularis est: voluntas enim indirectè fertur in homicidium propter illam culpam, quam habuit mandator, non præcauendo, quod ex huiusmodi percussionibus, & ictibus, soleat mors immediatè, & vt plurimum contingere. Non enim excusatur ex eo, quod non habuerit animum occidendi, sicut nec excusatur, qui malo animo ense alterum percuteret in capite, aut iuxta cor, nolens eum occidere, si ex vulnere mors sequatur: vnde Couarru. vnum notatu dignum addit, quod cum homicidium istud sit voluntarium, indirectè scilicet occidendi voluntate commissum, & non casuale, qui potestatem haberet dispensandi irregularitate ex homicidio casuali contracta, non posset in hoc casu dispensare, vnde pari ratione non potest dispensari cum hoc irregulari virtute Concilij Tridentin. sess.24.de reformat.capit.6. Eadem ratione mandans capere iniustam possessionem castri, aut beneficij cum strepitu armorum, vt balistarum, bombardarum, secuto homicidio sit irregularis, ex Specula.titulo, de dispensat,§. iuxta, versic. sed quæritur quando, Innocent.& Panormitan.in capit. ad audientiam, numero quinto, de homic.summa Astensi. libro secundo, tit. primo, quæstion. sexta. Maiol.lib.5.cap. 48.§. 2.num.4.& Henriquez libro 14.cap.16. §. 1. & patet ex dictis.

8 Dubium tamen est, an idem dicendum sit, si quis licitè mandet alium percuti, vel verberari, v.g. si magister, vel pater, vel dominus correctionis, & disciplinæ causa discipulum, filium, aut seruum percuti, aut verberari mandet, & mandatarius excedens mandatum mutilet, vel occidat? Syluest. in verbo, homicidium, 1.quæst.7.versic.quartum, ait mandantem esse irregularem. Verum contraria opinio est communis, scilicet in hoc casu non esse irregularem: sic gloss. in capit. finali, in verbo, culpa, de homicid. libro sexto. Tabiena, verbo, irregularitas 2.§.secundo. Nauar. in Manuali, cap.27.numero 233.versic. vigesimo, vbi ait opinionem Syluestri esse periculosam. Martin. Ledesm.2.4.quæst.16.art.2.de irreg.pag.365.col.4. Maiol.libro 5.cap.48.§.2 numc. 5. Alphonsus Viualdus tract.de irreg. num. 260. & sic intelligi potest Henriquez, vbi supra, lib.14.cap.14.§.2.& clare, cap. 16.§. 1.in annot. littera G. dum dicit irregularem non esse, qui licitè mandat accapere possessionem castri, aut beneficij, secuta morte. Ratio est, quia irregularitas hæc non incurritur nisi ex delicto, vnde cum percussio, aut verberatio sit licitè facta a mandante, non incurritur irregularitas hæc, si mandatarius excedat mandatum: Quando vero mandans illicitè mandauit percussionem aut verberationem, puta in vindictam, & iniuriam, tunc incurritur irregularitas, quantumuis dicat, & moneat, ne mutilet, aut occidat, quia dedit operam rei illicitæ, scilicet vindictæ, & probabiliter ex verberatione, & alijs circumstantijs aduertere debuerat posse sequi talem effectum homicidij, vel mutilationis, ex Summa Confessi. libro secundo, tit. primo quæstio.sexta.

9 Tertiò, Non solum præcipiens expresse, sed etiam tacitè aliquem occidi, aut mutilari secuto effectu, immò etiamsi inhibeat, ne occidat, aut mutilet, secuto tamen effectu, irregularis erit; vt v.g. si pater læsus iniuria dicat filio, aut dominus seruo, caue ne occidas Petrum, qui nihil iniuriam intulit, non tamen recuertatis domum meam, donec aliquid noui de te audiam,& filius, aut seruus postea illum occidat, vel mutilet, irregularis est mandans, sicut & mandatarius: sic Panormit.in cap.ex litteris, num.3. de excess. prælat. Angelica, verbo, excommunicatio, primo numero 34. Tabiena, verbo, irregularitas, secundo,§. tertio, & verbo, excommunicatio, 1. casu 2.§.36. Couar. in Clem. si furiosus, par.2.§.1.num.3.de homicid. Ludouic. Carrer.in pract.crimin.tit.de homicidio,§.circa, numero 37. qui ait esse communem opinionem. Marian. Socin.in cap.ad audientiam, nume.74. de homicid. Nauar. in Manuali, cap.27.numero 233.versic. vigesimo. Alphons. Viuald.tract.de irreg. numero 255. Maiol. libro quinto, capit. 48. §. 2. numero 8. Henriquez lib.14.ca.14.§.2.& cap.16.§.1.& Bartol. in l. si quis mihi bona.§. sed quid si mandauit. ff.de acquir. hæred. Decius, consil. 234. ad finem. Hippol. consilio 132.colum.3. Anania cons.59.addit. ad Panotm.in d. cap.ex litteris. Qui omnes volunt his verbis contineri mandatum tacitum, de offendendo illum, à quo

Pater

pater, vel Dominus accepit iniuriam, & ideo imputatur mandanti illicitè, quia debuit cogitare tale quid euenire posse.

10 Quarto, Prælatus, aut Iudex dicens militibus quos misit ad capiendum reum, Ite, & adducite illum ad me, viuum, aut mortuum, si milites illum reum occidant, vel mutilent, irregularis efficitur, si Maiol. lib. quinto cap. 58. §. 2. numero octauo. & Henriquez libro decimoquarto, capit. 17. §. prim. Quia verbis illa ad minimum præstiterunt animum militibus, vt talia perpetrarent. Hoc tamen intelligendum censeo, quando reus ille nec fugit, nec resistit vi, & armis militibus tentantibus capturam; imò etiamsi fugeret, dummodò non resisteret vi, & armis; sin autem resisteret armis, nec caperent, sicut milites non valentes aliter capere eum, nisi occidant, aut mutilent, non erunt rei homicidij, vt potè, quibus iure id permittitur; ita nec Iudex, aut Prælatus homicidij reus erit, nec irregularis. Eodem modo irregulares sunt, vt notat Maiol. vbi supra, qui propositis edictis præmium permittunt, si quis reum aliquem viuum, vel mortuum attulerit, aut aliquod eius membrum, quod sæpe numero fit.

11 Dubium est, quid dicendum sit, quando quis mandat fieri homicidium ei, qui alias erat facturus: & idem dicendum de eo, qui consulit homicidium ei, qui alias facturus erat? Respondeo cum Couarru. in Clement. si furiosus, par. secunda, §. secundo, numero primo, de homicid. vel mandatarius erat alias facturus, vel non, si non, tunc certum est mandantem irregularem esse, secuto effectu; si sic, tunc vel ex mandato citius occidit, vel non; si sic, tunc erit irregularis, cum sit causa propinqua accelerationis, vt patet ex communi DD. sententia; si non, tunc irregularis non erit, & est communis opinio ex Couarru. vbi supra, & faciunt, quæ tradunt glo. in capit. sicut dignum, §. qui vero, verbo, prouocassent, de homicid. & glo. in capi. nuper, §. in secunda verò, in verbo, consilium, de sentent. excommun. Panorm. in simili casu, cap. ex litteris, numero 5. de excess. prælat. Tabiena, verbo, irregularitas, secundo, §. quarto, in fine. Sylest. verbo, homicidium, 3. q. 5. vers. quartum Henriquez lib. 14. cap. 16. & 4. versic. at si iudex, & optimus text. in l. sæpè. ff. de verb. signific.

12 Dubium aliud est, an mandans aliquem occidi, vel mutilari irregularis sit, si iplemet mandatarius occidatur? Respondeo esse irregularem, argum. cap. fin. de homicid. lib. 6. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 7. Syluest. verbo, homicidium, 1. quæst. 7. vers. quartum. Nau. in Man. c. 27. num. 233. Maiol. lib. 5. ca. 48. §. 2. nu. 4. & Alphons. Vi ald. tract. de irreg. nu. 259. Ratio est quia mandans homicidium dat operam rei illicitæ sic mandando, & ita nihil refert si præter eius intentionem accidat mors mandatarij, cogitare enim debuit talia contingere posse.

13 Dubium maius est, an si mandans homicidium, aut mutilationem fieri, reuocat mandatum suum, irregularis fit, si postea mandatarius occidat, vel mutilet? Respondetur, si occidat, aut mutilet, antequam nota sit mandatario reuocatio, tunc mandans est irregularis: sin autem occidat, postquam nota est ei reuocatio mandati, tunc mandans non est irregularis; quia facta reuocatione, & innotescente mandato, si occidit, aut mutilat, id non facit ex alterius mandato. Sic communis DD. opinio, sic Summa Confess. libro secundo, tit. 1. quæst. 6. S. Anton. 4. par. tit. 29. de irregul. ca. 2. in princip. Summa Pisanella, verbo, homicidium, 2. versic. quid si quis mandauit. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. 14. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 7. versic. tertium, Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 1. Nau. in Man. ca. 27. nu. 233. vers. vigesimo. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 465. col. 4. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 3. Fr. Lopez par. 1. instruct. ca. 63. Alphons. Vi ald. tract. de irreg. numero 252. & 257. Summa Corona, tit. eod. num. 10. & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 2. Ratio prioris partis est, quia antequam mandatum reuocat, vere censetur causa illius homicidij, aut mutilationis. Ratio secundæ partis est, quia qui reuocauit mandatum, nullo modo videtur causa illius homicidij. Vnde qui non potuit monere mandatarium, (vt si longè distet) aut eum qui periculum patitur (puta infantem, cuius abortum fieri mandauit matri) fit irregularis, secuto homicidio, quamuis pœniteat facti, vt qui postquam iecit sagittam in aliquem, pœnitet, antequam feriat; non excusatur ab irregularitate. Et qui bibit multum vinum eo animo, vt ebrius impune occidat, fit irregularis occidens, quamuis in eo interuallo, antequam ebrietate capiatur, doleat, & confiteatur. Satis enim est effectum in causa non impedibili fuisse voluntarium, vt doctè, subtiliterque Henriquez vbi supra annotauit. Et quæ in hoc dubio sunt dicta, procedunt, siue mandatarius statim post mandatum occidat, siue post longum tempus; parum enim, aut nihil refert, quod post paruum, aut longum tempus occidat, aut mutilet; quoties enim id facit non facta reuocatione mandati, aut non manifestata illi, semper mandans est irregularis secuto effectu, vt præfati authores communiter tradunt: quia semper factum hoc mitti censetur à mandatario causa ipsius mandantis, donec mandatum fuerit reuocatum, & illud mandatario notum fecerit.

14 Quod si quæras, quomodo nota esse debeat reuocatio mandatario? Respondeo, id fieri posse vel expressè, scilicet, si expressis verbis, vel per Epistolam, vel per nuncium monuerit mandatarium, vt cesset à tali facto, vel tacite, nimirum, si mandans reconcilietur ei, cuius homicidium mandauit, vel cum eo reconciliatus sit, & amicitiam, aut affinitatem contraxit, & hoc notum fit mandatario, Syluest. verbo, homicidium, 1. quæst. 7. vers. tertium. Tabiena, verbo, irregu. 2. §. primo. Summa Confess. libro secundo, titulo primo, quæstione 6. Alphons. Vi ald. tract. de irregular. numero 257. vel si mandans re integra, & infecta moriatur, argumen. cap. relatum, & capit. gratum, de offic. deleg. Palud. 4. distin. 17. quæstione quarta, artic. 3. conclus. 7. Angelica, in verbo, mandatum, numero 4. & numero 6. & Summistæ, in verbo, mandatum, & Henriquez libro decimoquarto, capitulo decimosexto, §. secundo, & facit l. mandatum, C. mandat. Satis enim est tacite reuocasse mandatum suum, dummodo reuocatio constet mandatario, vt diximus, nec tenetur monere eum, qui periclitatur, vt notat Henriquez cit. etsi Maiol. libro 5. capitulo 48. §. 2. numero tertio, velit teneri ad monendum occidendum, quando verisimiliter credit mandatarium nolle desistere ab homicidio propter reuocationem, quia cum adhuc maneat mentis corruptio ipsius mandatarij, non videtur sufficienter reuocasse mandatum in hoc casu, nisi etiam moneatur occidendus, quæ opinio sine dubio tutior est, illa tamen Henriquez est communis DD. quando autem monet occidendum, nullo modo personam mandatarij nominare debet, vt rectè notat Tabiena, verbo, irregularitas, secundo, §. decimotertio.

15 Hoc autem quod diximus de mandante, non solum procedit, qn mandatarius à principio acceptauit mandatum, sed etiam, quando repudiauit mandatum, & postea mutata sententia exequitur mandatum, quod prius repudiauerat, semper enim mandans, quousq; reuocat mãdatum, in priori crimine, quod mandauit, perseuerare censetur, & ideo secuto effectu, irregula-

ris erit, vt notant Bald. in l. prima, C. de seruis fugit. colum. 2. ad finem. Innoc. in capitulo ad audientiam, de homicid. Maiol. libro 5. capit. 48. §. a. numero secundo, & addit. ad Panormit. in cap. ex litteris. de excess. prælat. Alphons. Viuald. tract. de irregularit. numero 254.

16 Quinto, Deferens marito adulterium vxoris, ob quod maritus vxorem occidit, vel in adulterio deprehensam, vel extra, si ad arbitrium viri prudentis talis delatio sit causa propinqua illius mortis, erit irregularis; econtra vero si per leuitatem, & loquacitatem id dixerit, contrarium dicendum est, non esse irregulatem, ex Maiolo libro 5. cap. 48. §. a. num. 7. qui hoc idem docet de eo, qui defert amantium perfidiam, id est, amatori dicit, amasiam ei fidem non seruare, vel è contra. Idemque docere videtur Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 261.

De Irregularitate ex illicito consilio prouueniente. Cap. III.

S V M M A.

1 *Consulens illicitè homicidium, aut membri abscissionem irregularis est.*

2 *Dubium cum sit, an quis ob consilium præstitum homicidium commiserit, necne, qui consuluerit, sit irregularis.*

3 *Consulens alteri, vt occidat, vel mutilet, si is, cui consilium datum sit, occidat, vel mutilet, si is, cui consilium datum sit, occidatur, consultus irregularis efficitur.*

4 *Irregularis est is, ob cuius consilium secutum est homicidium, etiamsi consilium reuocauerit.*

5 *Consulens homicidium monere tenetur eum, cuius homicidium consuluerit, vt sibi caueat, alias secuto effectu, irregularis efficitur.*

6 *Consulens homicidium, & consilium suum reuocans quando excusetur ab irregularitate, etiam secuto effectu.*

7 *Consilium pium præbentes, ex quo præter intentionem homicidium sequitur, irregularitatem non incurrunt.*

8 *Consulens alteri, vt se morti pro fide Christi, aut Ecclesiæ exponat, secuta morte irregularis non est.*

9 *Consulens alteri, ne hostes fugiat, si exinde alter occidatur, an, & quando ab irregularitate excusetur.*

10 *Consulens transeunti fluuium rapacissimum, vt descendat, si exinde descendens submergatur, ab irregularitate quando sic consulens excusatur.*

11 *Consulens alicui, vt patrem suum periclitantem defendat, irregularis non erit, quamuis is, cui consilium sit datum, interficiatur.*

12 *Consulens alicui, vt bona sua tueatur, si alter se defendendo occidatur, quando ab irregularitate sic consulendo excusabitur.*

13 *Consulens alicui omninò parato inferre graue damnum, vt potius minus damnum faciat, secuto damno minori, irregularis consulendo non erit.*

14 *Consulens non homicidium, sed aliud aliquid, vnde verisimiliter homicidium sequi poterat, eo secuto irregularis efficitur.*

1 VANTVM vero ad irregularitatem ex consilio iniusto, & illicito prouenientem, hæc ex communi DD. sententia dicenda sunt.

Primo, quicumque consulit illicitè homicidium, aut membri abscissionem, irregularis est, argumen. cap. si quis viduam, distinct. 50. & cap. sicut dignum, §. Clericos, de homicid. & cap. secundo, de Cleric. pugn. in duello, quod intelligitur secuto effectu. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 6. Summa Astens. par. 2. lib. 6. ti. 24. art. 3. quæst. 1. Summa Pisanella, verbo, homicidium, 2. in princip. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 7. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimo. Nau. in Man. ca. 27. num. 223. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. de irregul. pag. 365. columna 4. S. Anton. 3. par. tit. 29. ca. 2. §. 2. Alphonsus Viualdus tract. de irregul. num. 249. Summa Corona, tit. eodem num. 11. Sebastianus Medices, par. 2. tit. 9. quæst. 34. §. 1. & communis DD. quia consilium se habet, vt causa efficiens moralis; & quia secundum omnes tenetur quis ad pœnam criminis commissi, ex Couarru. in Clement. si furiosus. parte secunda, num. 1. de homicid. Vnde fit, vt quandocũque dubium sit, an quis ob consilium præstitum homicidium commiserit, nec ne, hoc casu, qui consuluerit, 11
2 irregularis erit, quia in dubio nemo præsumitur delictum commissurus. l. merito. ff. pro socio. Couar. cit. §. 2. numero 1. versic. sed si quis. Quamuis vt recte notat Henriquez libro 14. capit. 16. §. 3. in tali dubio vir prudens vti poterit coniecturis, interrogando eum, cui consilium dedit, si enim alter dicat, se nec ad substantiam facti, nec ad illius accelerationem motum esse ex consilio, consulens irregularis non erit; sin autem non fuisset facturus homicidium, nisi ipse consilium dedisset, tunc certum est consultorem esse irregularem, secuto effectu, ex Hostien. & Panormit. num. quinto, in cap. ex litteris de excess. prælat. Felin. in 2. sicut dignum, nu. decimosecundo, & DD. communiter, in ca. ad audientiam, de homicid. vbi Socin. num. 70. & Alto Trono, libro 2. de vero & perfecto Clerico, cap. 21. num. 7. & Couar. in dicto §. 2. numero 1. Immo verò licet alter facturus esset homicidium sine eius consilio, si tamen ea eius consilio, ex iniquo factus sit deterior, aut nouo alio modo homicidium perpetrauerit, erit irregularis propter homicidium inde secutum, argumen. cap. sicut dignum, §. qui verò, de homicid. Couar. in Clemen. si furiosus, parte secunda. §. 2. numero primo, versic. est igitur, de homicid. & Henriquez libro 14. capit. 16. §. 3. & faciunt, quæ traduntur ab Innocen. & DD. communiter in capit. nuper, de sentent. excommunic. & a Syluest. verbo, excommunicatio, 8. num. 12. versic. tertio, & verbo, excommunicatio, 10. quæstio. 4. versic. quartum, dum dicunt tale consilium sufficere ad incurrendam iuris Canonici excommunicationem. Præstatur autem consilium suadendo, rogando, mandando, instruendo, vel vtilitatem inde secuturam ostendendo, ex Syluest. d. quæstione quarta, versic. quartum, & Henriquez libro 14. capitulo 16. §. tertio.

3 Dubium tamen est, an si ille, cui datum est consilium, vt occidat, vel mutilet, non occidit alium, sed ipsemet vice versa occiditur, irregularis sit dans consilium? Ratio difficultatis est, quia consulens non consuluit in mortem illius, sed in mortem alterius. Vnde nullo modo censetur causa mortis, nec facto, nec consilio, nec præcepto. Innoc. in cap. ad audientiam, num. 4. & 5. de homicid. & Hostiens. dicunt, quod si verisimiliter iste poterat occidi ab inuaso, tunc est irregularis, quia debebat cogitare hoc posse euenire, secus, si cessaret illa præsumptio, seu verisimilitudo, puta, quando ille, cui datum fuit consilium, erat illo longè fortior. Communior autem, & verior opinio est, in

in omni euentu consultorem esse irregularem, si occidatur is, vel mutiletur, cui datum est consilium, vt alium occideret, vel mutilaret, sic vt supra diximus de mandante, quando mandatarius occiditur, vel mutilatur. Sic Ioan. Andr. cap. fin. de homicid. lib. 6. Panormitan. in capit. ad audiennam, nu. 6. de homicid. Summa Confess. libro 1. tit. 1. quæstio. 7. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 14. ar. 3. quęst. 1. Summa Pisanella, verbo, homicidium, 2. §. 2. in fine. Angelica verbo, homicidium, 1. num. 12. Cardin. in cap. ad audientiam, nu. 5. de homicid. Anchar. Dominic. & Franc. in capit. finali, de homicid. lib. 6. Felin. in cap. 1. de offic. deleg. num. 22. & in cap. sicut dignum, de homicid. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 8. versic. quintum. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. duodecimo. Albert. Trotius, lib. 2. de vero, & perfecto Clerico, cap. 21. numero 9. Ludouic. Caret. in Pract. Crimin. tit. de homicidio, §. circa, numero 140. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. de irregular. pag. 365. col. 4. Nau. in Man. ca. 27. num. 233. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 1. vers. quod si ex prauo, de homicid. Maiol. lib. 5. capit. 48. §. 2. num. 4. Marian. Soc. in cap. ad audientiam, num. 20. de homicid. & Henriquez libro 14. ca. 16. §. 1. & §. 3. quidquid Spec. tit. de dispensat. §. iuxta. num. 43. vers. quid si aliquis consuluit. contrarium velit, cuius opinionem Maiol. vbi supra, & merito, periculosam appellat.

4 Dubium grauius est, an ad euitandam hanc irregularitatem sufficiat consilium semel datum reuocare? Ratio difficultatis est, quia, vt diximus, hoc satis est in mandante, dummodo reuocatio expresse, vel tacite nota sit mandatario. Respondeo; tamen cum communi opinione, non sufficere reuocare prius datum consilium, etiamsi id manifestet ei, cui consilium dedit. sic Summa Confess. libro secundo, titulo primo, quæst. 6. Innocen. in c. ad audientiam, num. 3. de homicid. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 7 vers. tertium. fauet Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. quartodecimo, & expresse Angelica, verbo, homicidium, 1. numero 14. Martin. Ledesm. 2. 4. quęstio. 26. art. 2. de irregul. pag. 365. col. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 233. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 2. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 24. art. 3. q. 1. Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 258. Summa Corona, tit. eod. nume. 11. & Henriquez libro 14. cap. 16. §. 5. qui omnes docent consulentem esse irregularem, etiam post reuocatum cōsilium, si sequatur homicidium, propter prius consilium datum. Ratio diuersitatis inter mandantem, & consulentem est, quia mandans in mandando vim, & obligationem imponere videtur mandatario, adeo vt quicquid agit mandatarius, in gratiam ipsius mandantis agere videatur: vnde ad hanc obligationem tollendam satis est, quod reuocet mandatum prius factum, & illud mandatario manifestet, post quam reuocationem si mandatarius postea occidat, non imputabitur mandanti, cum non in gratiam eius occiderit; at verò consilium est in fauorem eius, cui datur, vnde consulens quasi veneno volūtatem eius infecit; ideoque non satis erit ei, qui consuluit homicidium, reuocare consilium, sed conari debet precibus importunis, & contrario consilio, & suasione, ne consilium a se datum

5 mandetur executioni. Quod si hoc illi persuadere nequeat, tunc Maiol. lib. 5. capit. 48. §. secundo numero 3. Syluest. Angelica, Astensis, Alphonsus Viualdus, & Henriquez vbi supra, bene docent teneri monere eum, cuius homicidium consuluit, vt sibi caueat, alias irregularis erit secuto effectu. Non tamen reuelare debet nomen personæ, cui consilium dedit, sed bono modo seruata eius fama inimicum moneat, vt sibi caueat, quo facto, irregularis non erit etiamsi postea consequatur effectus. Quod si illum, contra quem datum est consilium, de periculo monere non potest, secuto effectu, irregularis erit, vt notat Henriquez vbi supra, capitulo 16. §. 5. vnde Clericus, qui mulieri adulteræ prægnanti, vt crimen celaret, consuluit, vt assumeret certa remedia ad expellendum fœtum iam viuum, irregularis erit, si ipsa patiatur abortum, quantumuis ipsemet Clericus pœnitentia ductus dixerit postea mulieri, ne id faceret, significans ei esse graue peccatum. Quia licet satis fuerit dissuasisse verbo, & animo ad euadendum postea subsequutum peccatum, ad effectum tamen euadendi irregularitatem non sufficit illi dissuasisse malum consilium, nisi impediat efficaciter, ne abortum procuret, vt notant Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, num. 233. in fine. Cordub. casu 173. §. 4. Frat. Ludouic. Lopez parte 1. instruct. capit. 63. & Henriquez libro 14. c. 16. §. 2. etsi §. 5. eiusdem capitis sibi contrarius id negare videatur.

6 Dubium tamen in hac re potest esse, an consulens, qui reuocauit consilium, & satis probabiliter credidit hoc sufficere, (credidit enim sic reuocato consilio, mortem non subsecuturam) irregularis sit, si subsequatur homicidium? Respondetur, si bona fide putauit sufficere reuocationem, non erit irregularis, etiāsi sequatur homicidium, argumen. capit. sicut tuis, de simonia, & 1. quæst. 4. cap. quia præsulatus. Sin vero aliqua ratione dubitauit, aut dubitare debuit non sufficere reuocationem, tenetur indicare ei, contra quem consilium datum est, vt sibi caueat, alias secuto homicidio, irregularis erit; sic Innocent. quem referunt, ac sequuntur Summa Pisanella, verbo, homicidium, 2. §. quid si aliquis consuluit. S. Anton. part. 3. tit. 29. ca. 2. §. 2. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 3. vers. tertium. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimoquarto, Maiol. libro quinto, capit. 48. §. 2. nu. tertiu, & Henriquez libro 14. cap. 16. §. 2. Et sicut de mandante dictum est; ita etiam in consulente dicendum est, qui consuluit alicui, vt aliquem occideret, etiamsi hic non statim, sed longo tempore interposito, memor tamen consilij interficiat, consulens irregularis erit, quia debebat consilium reuocare, & si putabat illum non obtemperaturum in reuocatione, debebat hoc intimare illi, contra quem consuluit, vt sibi caueret, alias irregularitatem non euadat, ex Innoc. in cap. ad audientiam: num. 2. de homicid. quem refert, ac sequitur Panorm. in c. ad audientiam, nu. 7. de homicid. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimotertio. Siluest. verbo, homicidium, 1. q. 8. vers. sextum. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. sed quæritur quando. Maiol. lib. 5. ca. 48. §. 2. nu. 2. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 3. Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 252.

7 Secundo, Præbentes consilium pium, ex quo præter intentionem homicidium, vel membri abscissio sequitur, siquidem actus cum non sit ordinatus in talem effectum, nec a consiliario intentus, irregularitatem nō incurrunt, vt docet Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 9. & varia exempla ad hoc propositum afferunt.

8 Prima, in eo, qui dat consilium in rebus fidei, vt scilicet se exponat indubitanter morti, pro Christi honore, pro fide, vel pro statu Ecclesiæ, talis enim non fit irregularis, etiamsi mors inde sequatur, ex Innocent. in cap. ad audientiam, nu. 6. de homicid. & communi, quia Christus pro nobis mortem subijt, & Sancti Martyres pro Christo, pro fide, & Ecclesia mortui sunt. Summa Confess. libro 2. tit. 1. q. uæst. 9. Summa Astensi, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 10. Alberic. verbo, homicidium, 2. Summa Pisan. verbo, homicidium. 2. §. quid si suadet. Angel. verbo, homicidium, 1. numero 14. Syluest. verbo, eod. 1. quęst. 8. vers. octauum. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimoquinto, S. Anton. tertia, par. tit. 29. cap. 2. §. 2. Maiol. libro 2. c. 4. §.

2.num.9. Couar.in Clem.si furiosus,par.2.§.5.nu.6. de homicid.& Henriquez lib.14.cap.16.§.4. summa Corona,tit.de irreg.nu.11.

9 Secundò exemplificant in eo,qui cum videt Petrum fugientem manus hostium, qui eum conabantur occidere,consulit ei ne fugiat,existimans hostes, qui illum insequuntur, ob suam præsentiam non eum occisurum, puta,quia amici sunt, vel affines ipsius consulentis,vel quia consulens est vir grauis authoritatis apud hostes Petri; tunc enim si contingat oppositum, quod illi nihilominus Petrum occidant, qui fecit sistere Petrum, non erit irregularis: secus autem si consulens nec amicus, nec affinis, nec vllius authoritatis erat apud hostes Petri, tunc enim mors Petri imputabitur consulenti,& erit irregularis. Specul.titulo de dispens. §.iuxta,vers.quid si aliquis mori.summa Confess. lib. 3.titulo.1.quæstione 11.summa Astens.part. 2. lib. 6. tit.14.art.3.quæstione 5.Summa Pisan.verbo, homicidium,2.versic.quid de illo.S. Anton.3.par.tit.29.§. 2 in fine.Syluest. verbo,homicidium, 1. quæstione 8. versic.nonum.Tabiena verbo,irregularitas, 2. §.vigesimoseptimo,Maiol.lib.5.capit. 48.§.2.numero 9. summa Corona,tract.de irregul. num. 11. & Henriquez lib.14.cap.16.§.4.

10 Tertiò, si quis transeunti fluuium rapacissimum equo, vel iumento debili, & equus in medio fluminis subsistit, vnde fit, vt ipse sit in periculo euidenti submersionis;dicat descende, & melius pertransibis putans verè illum tutius euasurum, etiamsi postea descendens vi fluminis fuerit submersus,qui consuluit, vt descenderet,non erit irregularis;sic Specul. tit. de dispensat.§.iuxta,vers.sed pone rusticus super asino. Maiol.lib.quinto,capit.48.§.2.num.9.& Henriquez lib. 14.cap.16.§.4.

11 Quartò, qui consulit alicui, vt patrem suum periclitantem defendat,etiam cum periculo vitæ suæ,quando ad id præcepto tenetur; Immò & qui consulit alicui vt exponat se periculo pro virtute quadam vt pro amici defensione,quem hostes occidere tentant, irregularis non erit,quamuis is, cui consilium dedit,interficiatur,ex Henriquez lib.14.cap.16.§.4.hoc enim licitum esse communis Theologorum schola docet, vt S.Thom.3.distinct.29.q.1.art.5.ad 3.& ibi scholastici DD.& latè Sotus libro 5.de iustit.quæst.1.artic.6. concl. 3. Et apud Gentiles celebrantur exempla Damonis,& Pythiæ, Piladis & Orestis, quæ etiam à nostris laudantur. S.Ambr.lib.3.Offic. cap. 12.S.Hier. in cap.7.Micheæ.S.Aug.de Amicit.capit. 10.& lib.4. Confess.cap.6.Lanctani.lib.5.Diuin.Iustit.cap.18.S. Thom.lib.1.de regim. Princip.cap.10.& lib. 4.c.22. & Sotus vbi supra,& alij.

12 Quinto, si consulens alicui, vt iure suo, aut bonis tutandis periculo se exponat, quando sunt res magni momenti, & ad vitam sustentandam necessariæ & ille se exponat periculo, & occumbat, siquidem non cogitabat consulens probabiliter illum moriturum, non erit irregularis,vt latius docuimus capit. 17.dub. 11. libri præced. & expressè tradunt Summa Astensis part.2.lib.6.tit.14.art.3.quæst.9.& citat Innocent.& Hostiens.in capit.ad audientiam, de homicid.summa Confess.lib.2.tit.1.quæstion.8.& summa Pisanella verbo, homicidium,2.§.quid si mandauit.& citat Innoc.& Host.& Maiol.lib.5.capit.48.§.2.numero 9. qui tamen docent forte eum irregularem, si verisimiliter crediderit eum ibi moriturum, quod etiam dicunt Syluest.verbo,homicidium,1.quæst.8.versi.octauum Tabiena,verbo,irregularitas,1.§.Quintodecimo,& Henriquez lib.14.capit.16.§.4. quia qui sic consuluerat, præuidit secuturum talem effectum, sed certe intelligi debent hi authores, vel quando res, pro quibus tuendis se periculo exponit, sunt parui momenti, vel quando aliter ruere eas posset, vel intelligi debent solum velle quod sit consulens sit irregularis, forte irregularitate ex homicidio iusto proueniente, non enim in casu nostro consulens aliquod peccatum committit.

13 Sextò, consulens homini omninò parato inferre graue malum, vt faciat potius minus malum, ad euitandum maius, vt si parato occidere Clericum adulterum in delicto deprehensum consulat,& roget, vt potius sit facere exectum, aut mutilatum, quam quod eum occidat,etiamsi eum mutilet, consulens irregularis non erit, nec excommunicatus, quia non peccat in hoc bono consilio, nec consilium eius influit moraliter,vt fiat mutilatio, sed ne fiat homicidium, nec consulit malum, sed proponit tantum materiam minoris mali, vt eum a maiori malo retrahat, quod est licitum,vt pluribus tradunt Ioan. Driedo,lib.3.de libert. Christiana,in fine,Caietan.tom.1.opusc.tract.31.responsione 13.dub.3.& 2.2.q.95.art. 8. in quinta causa duelli,in fine, & in summa,in verbo, tyrannis versic.respondetur. Sotus lib.6.de iustit.q.1.art.5.Adrianus quod l.1.art. 3. ad octauum, litera P.& quod l.3. art.2.§.his præmissis. litera G.& quodl.9.art.3.princip,litera E. E. Barth. Medina,in 1.2.q.15.ar.1.Nam in Man.cap.14.nu.40.vers.decimo tertio.& c. 17.nu. 263.Specul.coniug.par.1.art.15.dub.5. vbi id probat varijs Sacræ Scripturæ exemplis, & Henriquez lib. 14.cap.16.§ 4.in fin.& cap.nerui.in fine,& ibi glo. in verbo,minimis,d.13.& facit c.considera,22.q.1.& c. bi,qui.de paganis, & ibi glo.expresse,in verbo,potius, 26.q.2.& cap.si quod verius,33.q.2. & alibi sæpe, de qua re nulla est apud authores difficultas.

14 Tertiò,qui non consulit homicidium, sed aliquid, vnde sequitur homicidium, si verisimiliter potuit æstimare,quod inde sequeretur mors, Irregularis est, vt qui suadet iactum machinæ,vel balistæ, vel quod eat ad iniustam castri,aut beneficij capiendam possessionem, quod non poterit de facile capi sine morte hominum, & sic mors secuta est: sin autem non potuit æstimari,nec erat verisimile, quod mors sequeretur, tunc quidem licet consulens rem licitam, subsecuta morte, irregularis non sit, consulens tamen rem illicitam, semper irregularis erit,si mors inde subsequatur, arg. cap.continebatur,de homic.& c.fin.de homicid.libro 6. Summa Pisan.verbo,homicid.2.§. quid si non consulit,citans pro hoc Innoc.qui in c.ad audientiam,nu. 1.de homic.id expresse docet. Summa Confess. lib. 2. tit.1.q.6.& S.Ant.3.p.ti.29.c.2.§.2.circa medium,& Henriq.lib.14.c.16.§.1.et Panor.in c.ad audientiam. de homic.Summa Corona tract.de irreg. nu.11.

De Irregularitate ex Permissione, Cooperatione, & Ratihabitione, vnde sequitur homicidium illicite factum. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Mutus, & tacens ex sola taciturnitate simpliciter irregularis non est.*

2 *Non obstans homicidio, quamuis commodè poterat, si vir priuatus fuerit,secuto homicidio, irregularis non est.*

3 *Omissio,quæ contra iustitiam est,secuto homicidio,irregularitatem inducit.*

4 *Iudex,vel gubernator non obstans homicidio iniusto, secuto effectu,irregularis efficitur.*

5 *Medicus,qui publico,vel priuato stipendio conductus,officium suum non exequitur, secuta morte infirmi irregularis est.*

6 *Me-*

6 *Medicus medicinas non bonas dans, secuta infirmi morte irregularis efficitur.*

7 *Medicus tempore pestis, aut grauis necessitatis ad medicandum ex iustitia compelli potest.*

8 *Impediens malitiose volentem defendere innocentem secuta morte innocentis, irregularis est.*

9 *Auxilium homicidio cuicunque iniusto præstans, eo secuto, irregularis est.*

10 *Milites omnes in bello iniusto, si exinde mors, aut alicuius membri mutilatio sequatur, irregulares fiunt.*

11 *Armatus assistens alicui homicidio, quamuis arma non educat, nec operatur, si tamen opem ferre paratus sit, secuto effectu, irregularis est.*

12 *Consilio se mutuo iuuantes, secuto homicidio, non solum qui occidit, sed etiam cæteri omnes, irregularitatem incurrunt.*

13 *Vulneratus in communi rixa a pluribus, & ex vno solo vulnere mortuus, an, & quando vnus, vel omnes irregulares sint.*

14 *Percussus quis sit a pluribus, & exinde mortuus; an omnes irregulares sint.*

15 *Concurrentibus multis ad homicidium, an & quando omnes secuto effectu irregularitatem incurrãt.*

16 *Percussus iniuste, sed leuiter, propter illam percussionem ex propria culpa percussi, aut Medici, aut Chirurgi imperitia moriatur, an, & quando percutiens irregularis sit.*

17 *Ratum habens homicidium iniustum irregularis non est.*

18 *Ratihabitio, & mandatum æquiparantur quoad peccatum, sed non quoad irregularitatem.*

19 *Ratum habens percussionem clerici excommunicatus est, & quare.*

20 *Ratificatio quando peccatum mortale, aut veniale sit.*

QVantum ad permissionũ materiã satis vniuersalis est, nec in ea certa regula dari potest, quando quis exinde irregularitatem incurrat, nec ne;

1 Primo mutus & tacens, ex sola taciturnitate simpliciter, & absolute sumpta, non fit irregularis, secuta mutilatione, vel homicidio, cum mortaliter in effectũ illum non concurrat.

2 Secundo, nec quicunque non obstans, secuto homicidio, irregularis erit, si enim Petrus vir priuatus videt aliquem occidi, & per negligentiam, ignauiam, aut quia non vult se rebus alienis inmiscere, illum non defendit, non propterea habendus erit irregularis, etiamsi tuto, & commode occisum defendere potuisset. Summa Astensis, par. 2. libr. 6. tit. 14. artic. 8. quæstione nona, Summa Pisanel. verbo, homicidiũ, 4. §. penult. S. Anton. tertia part. tit. 29. capit. secundo in princip. Angel. verbo, homicidium, 1. numero 17. Maiol. libro 5. cap. 48. § 5. num. 2. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. & est, communis opinio. Vt autem clarior multorum casuum solutio in hac materia habeatur, etsi vt diximus, difficile sit certam regulam assignare, nos tamen hanc non improbabiliter statui posse censemus.

3 Regula. Quotiescunque omissio, seu permissio est solum contra charitatem, & non contra iustitiam, nõ incurritur irregularitas, licet omissio illa peccatum sit; sin vero omissio sit contra iustitiam, qua quis vel ex officio, vel ratione stipendij, vel ratione obligationis ex iuramento factæ alium a morte, vel mutilatione defendere tenetur, tunc incurritur irregularitas ex homicidio secuto, ob illam omissionem. Quæ doctrina colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 62. art. septimo ad 3. Summa Confess. lib. 2. titul. 1. q. 32. & quæst. 33. Angel. verbo, homicidium, 1. num. 17. Summa Astẽs. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 9. Syluest. verbo, homicidium, 1. q. 10. ver. primum, & verbo, homicidium, 3. q. 5. ver. quintum. Nau. in Manu. c. 27. nu. 231. & nu. 232. vers. decimonono, & cap. 24. num. 18. Couar. in clem. si furiosus, par. 2. §. 2. num. 7. de homicid. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 5. Alphons. Vuald. tract. de irreg. num. 285. & num. 286. Summa Corona tit. eo. nu. 14. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 29. ver. Rursus tertio, & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. Specul. tit. de dispens. §. iuxta, vers. quid si potui, & Marian. Socin. in cap. ad audiẽtiam, de homicid. Vt enim rectè notat Nauar. in Manual. cap. 24. num. 18. & in cap. non inferenda, num. 14. 23. quæst. 3. post Syluest. in verbo, restitutio, secundo. 2. 16. & Sotum libr. 4. de iustit. quæst. 7. art. 3. ante finem, aliqui tenentur defendere se, & alios non solum lege charitatis, sed etiã iustitiæ; Reges enim, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere se, & suos subditos, & cõtra, subditi suos superiores, argum. cap. Regum, cap. administratores, 23. quæstione quinta, & capitulo ego, de iureiur. præsertim feudatarij eorum, cap. de forma. 22. quæst. 5. vbi pulchre declarantur, quæ in fidelitate observanda sunt; Item Iudex, dominus circa vasallos, pater, maritus, tutor, curator, pædagogus, parochus, custos viarum, & alij similes, & e contrario vasallus, seruus, filius, pupillus, minor, famulus, mancipium, parochianus, custodiuus suos superiores defendere tenentur, ex Alphonso vbi supra, nume. 289. & alijs. Sic etiam testis iam præsentatus, si non vult fateri veritatem, aduocatus, & procurator, si deserat causam cœptam, peccant contra iustitiam, vt notant Panorm. in cap. 1. nu. 9. de restit. spoliat. Nau. Syluest. & Henriquez vbi supra.

4 Hinc Iudex, vel Gubernator non obstans, & per iniustam omissionem innocentes non defendens (si id potest sine graui damno suo) moraliter concurrit cõtra iustitiam, & fit irregularis, si quis iniuste occidatur, aut mutiletur. Idem de alijs ministris iustitiæ, qui ex officio tenentur. Sic etiam irregulares sunt illi, qui ex officio, & proprio iuramento assumpserunt custodiam viarum, vt viatores tuto possint itinerari, si dolosè quenquam occidi, aut mutilari permittant. Et similiter, qui ex promissione se obligauit ad defendendum (quod intelligitur de promissione mercenaria, si enim esset liberalis tantum oblatio defendendi, seu iactatoria, non esset irregularis) alij vero, quos diximus, non defendentes, quia ex officio, & promissione mercenaria obligati sunt, nõ defendentes, cum ad defendendum teneantur, sunt in culpa, & concurrere censentur moraliter cõtra iustitiam ad homicidium, seu mutilationem, & ideò irregulares erunt, ex Maiolo, libro quinto, capitulo 48. §. quinto, numero tertio, & quarto. Intelligitur autem defensio in hac materia, non quidem, vt penitus teneantur eripere a morte, sed vt faciant; quantum in ipsis est, adiuuando verbo, vel facto, ne occidantur, tunc enim cum sint sine culpa consequenter irregulares non erunt. Idem dicendum de alijs personis, quę ex subiectione defendere tenentur suos superiores, vt sunt filij, serui, vasalli, vt diximus; & econtra, dominus, & parentes tenentur suos inferiores defendere, immo Dominus, qui nouit famulos, aut seruos, aut pater filios velle vindicare eius iniuriam, si non contradixit, sed dolose tacuit, secuto homicidio, irregularis erit, quia ex officio tenebatur efficaciter prohibere, ex Couarr. in clement. si furiosus, parte secunda, §. secundo numero octauo,

verf.

vers. quarto. de homicid. Maiol. libro quinto, cap. 48. §. quinto, num. 4. Henriquez libro 14. cap. 12. §. 7. Sic etiam irregularis est pater, vel maritus, qui filium, vel vxorem contemnit, & debita alimenta non administrat, & homicida, si filius, aut vxor moriatur; & idē de Domino si omittat alere seruum. Item aduocatus, vel procurator assumptum patrocinium rei dolosè deserens, si reus ob desertionem damnetur, & morte puniatur, irregularis erit, etiamsi ob eius ignauiam vel imperitiam occidatur. Hostiens. in cap. primo, de postulat. Specul. tit. de aduocato, §. vlt. Maiol. lib. 2. cap. nono, numero secundo, & libr. quinto, cap. 48. §. quinto, numero 4. Idem dicendum de teste, qui productus, vel legitime citatus dolosè tacet veritatem, vnde postea reus morte punitur, ex Maiolo, & alijs, vbi supra.

5 Medicus etiam qui publico, vel priuato stipendio conductus officium suum non exequitur, si quis eius negligentia, vel ignorantia moriatur, fit irregularis, talis enim dicitur à medico occidi, argum. cap. Absit. distinct. 50. & homicidia illa dicuntur quodammodo illi voluntaria, fauent Summa Astensis, par. secunda. libro 6. tit. 14. artic. 8. quæstione decimaquarta, Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 32. in fine. Syluest. verbo, homicidium. 2. versi. decimotertio, & verbo, Medicus, quæst. 1. vers. secundo, & verbo restitutio, 3. q. 5. vers. secundum. Armil. verbo, Medicus, numero secundo, & verbo, homicidium, q. 6. Maiol. lib. 5. capit. 48. §. 5. num. 4. Toletus, lib. 1. Instruct. Sacerd. capit. 29. vers. rursus tertio, & versi. idemque dicendum. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 7. Sicut enim gubernator nauis, qui ab initio curam nauis suscepit, si postea ex eius negligentia, vel eam deserendo, vel eam committendo alicui imperito, dicitur causa mortis omniū eorum, qui in naufragio moriuntur, & eorum mortes meritò illi imputantur; ita & medico mortes hominum pari ratione imputantur, si eorum curam non habet, & exinde moriuntur. Quod etiam verum est, etiamsi medicus eos deserat, quia mercedem ei non soluant; nam post conualescentiam, vel mortem eorum potest sumptus, & stipendia petere, & obtinere. glo. in princip. d. 83. in verbo, inferas Nauar. in Man cap. 25. no. 64. vers. septimo. Maiol. lib. 2. cap. 12. nu. 4. & lib. 5. cap. 48 §. 5. num. 4. & Henriquez libr. 14. cap. 12. §. 7. Nec valet ratio Nauar. in Man. capit. 27. num. 231. vers. decimo nono, quod scilicet non astringitur medicus ad perseuerandum in cura; quia sicut gubernator nauis, qui ab initio non tenetur curam nauis suscipere, post curam tamen susceptam tenetur eā conseruare, & non deserere; ita medicus qui semel curam infirmi suscepit, perseuerare tenetur, quia cōtractus, qui ab initio sunt voluntarij, ex post facto sunt necessarij. Nec excusatur ex eo, quod alij Medici aduocati possint, quia nisi ipse alium æquè bonum aduocet, tenetur in cura perseuerare; Et a fortiori ad id tenetur, quando sit vnus tantum Medicus in villa, aut Castro, & alius haberi non possit. vt enim notat Henriquez in d. §. 7. in annot. littera S. fit tacitè cōtractus inter infirmum, & Medicum qui cœpit curare, ratione cuius in cura perseuerare tenetur. Immo verò si non reperiatur alius Medicus in Castro, & ipse requisitus negligeret adire aliquem infirmum, & ex eius inhumanitate infirmus moreretur irregularis erit, etiamsi curam eius nondum incœperat. ex Maiol. lib. 2. cap. 12. numero 4. & lib. 5. cap. 48. §. quinto, nume. 4. Nec excusabitur ex eo prætextu, quod ægrotus nolebat confiteri peccata sua iuxta præceptum, cap. cum infirmitas. de pœnitent. & remiss. Non enim ob hoc debet Medicus infirmum deserere, ex Syluest. verbo, medicus, quæstione tertia, versi. secundum. Maiol. & Henriquez vbi supra, sic nec excusabitur, si æger noluit ei obedire. Quamuis enim in hoc casu ægrotus peccet nolendo recipere medicamenta opportuna, vnde si moriatur, non medico, sed sibijpsi culpa imputanda est, quia tamen in hoc casu medicus inuitum curare tenetur, in culpa erit, si inuito ægroto medicamenta non dederit, ex gloss. in princip. distinct. 83. in verbo, inferas & Maiol. locis citatis, sicut inuitum extrahere posset de domo ruitura, argum. cap. ipsa 6 pietas. 23. quæstione quarta. Sic etiam irregularis erit Medicus dando medicinas non proprias, ex Innocē. in cap. tua nos. colum. 1. de homicid. & ibi Panormit. §. ad vltimum, num. 4. Summa Confess. libro 2. tit. 1. quæstione 35. Secus autem, si ipse medicamenta ritè ordinauerit, sed aromatarius aliquid noxium intermiscuerit, tunc enim solus aromatarius secuta morte, irregularis erit, ex Panorm. in d. §. ad vltimum. num. 4. Summa Astensis, par. 2. lib. sexto, tit. 14. artic. octauo, quæst. 25. Summa Confess. lib. tertio, tit. 34. q. 36. Maiol. lib. 2. cap. 12. numero 2. Immo verò cum Epi- 7 scopus, aut Iudex tempore pestis, aut vrgente alia necessitate compellere possit Medicos ex iustitia ad medicandum, si quis eius negligentia tunc periret, irregularis esset, iuxta ea, quæ tradit Henriquez, libro decimo quarto, capit. duodecimo, §. 7. in annot. littera R. Sic etiam chirurgi, & venæ sectores, id est, phlebotomantes, si ob eorum imperitiam, vel negligentiam mors, aut mutilatio sequatur irregulares erunt, cum & ipsi etiam aliquādo Medici vocentur, iuxta ea, quæ notant Alexand. lib. 1. consi. 15. num. 11. colum. vlt. Summa Confess. lib. 2. versic. decimoquarto, & Maiol. lib. 2. cap. 12. num. 2. & Summa Astens. par. 2. libro 6. tit. 14. art. 8. q. 17.

8 Pari ratione irregularis erit, qui malitiosè defendere volentē innocentes impedit cōsilio, aut per vim; quia contra iustitiam facit, nisi bono animo amicum non diuertit, ne periculis se objceret, vt si pater, vel mater, vel alius consanguineus seu amicus, vellent retrahere, timentes ne ipse adiuuando occidatur, quia tale consilium non est contra iustitiam, sed ex amore vitandi periculum amici. Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. decimosexto. Maiol. libro 5. capitulo 48. §. quinto, num. 3. S. Anton. 3. part. tit. 29. capit. 2. in princip. Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. irregularis etiam est, qui ligat dolosè arma, eique surripit, ne occidendus se defendere possit. Et qui noctu per loca periculosa incedens cum lumine, si illius lumen quis ioco vel dolosè extinguat, illeque præceps ruat, irregularis erit, ex Maiol. citat. Sic etiam qui flumine immersus ramum manu apprehēderet vnde saluari posset, si quis ramum illum abscindat, & alter mergatur, abscindens ramum homicida, & irregularis erit: Item si quis rixas excitans, postea in periculo positus mortis occurrat in domum tuam, & tu ei ostium occludas, vt sic ab inimico facilius occidatur, irregularis eris ex illo dolo, quia obicem posuisti saluti eius; secus autē, si ostium occluseris, vt rixam euitares, & ne in domū tuam, totus rixantium impetus rueret, tunc enim non erit talis irregularis sine dolo caueat [?] sibi. ex Maiolo libro quinto, capitulo 48. §. quinto, numero tertio. Et idem dicendum de illo, de cuius turbata voluntate processit homicidium, nisi prohibuit, & impediuit quantum in se fuit, puta si parentes eius, qui verberatus est, conueniant, & dicant, quod volunt iniuriam eius vindicare, si, qui iniuriam passus est, non contradicat expressè, & impedit, quantum in se est, irregularis erit secuto homicidio, argumen. capit. Petrus de homicid. Hostiens. in capit. ad audientiam, tit. eodē. Summa Astens. parte secunda, libro sexto, tit. decimo quarto, artic. 8. quæstione decima Angelica, verbo, homicidium, primo §. vigesimo Couarr. in element, si furiosus, parte secunda, §. secundo, versiculo. Secundus

cundus

cundus.de homicid.& Syluest. verbo, homicidium, t.quæst. 10. versic. tertium, talis enim contra iustitiā facit. Et idem dicendum si quis videat alios tractare de vindicando,& non impedit, semper enim videndum est, an contra charitatem, vel contra iustitiam peccet non impediendo, ad hoc vt irregularis, nec ne, censeatur, si exinde ab alijs occidatur, vel mutiletur. Sicut enim vt in cap. quantæ, de excommun. & glos. Panormit. & alijs ibi colligitur, non quicunque non defendit clericum, cum possit, excommunicatus est, sed qui habet potestatem publicam, aut priuatam iure familiæ in ipsum percussorem, aut alio quouis modo ex iustitia,& officio defendere tenetur. Et idem erit in eo, qui dolosè desinit obuiare percutienti Clericum; nam ex eo dolo, cum posset commodè a clerico iniuriam auertere, excommunicatus erit, propter manifestam percussionis culpam, ex Innocent. Panormit.& Henriquez in d.cap. quantæ,& Ludouic. Carrerio in Pract. Crimin. tit. de homicid. §.4. nume. 19. & §.93.& Couar. loco inferius citādo, ita etiam, quoad irregularitatem dicendum erit: vnde Couar. in clement. si furiosus. par. 2. §. 2. nume. 7. de homicid. ait, quod, in quibuscunque casibus canon ille locum habet in excommunicatione, in ijsdem etiam incurretur irregularitas, propter eandem rationem, & auctoritatem,& facit text. in cap. sicut dignum, §. illi etiam. de homicid. id quod Viualdus tract. de irregul. numero 288. docere videtur. Ex quibus omnibus colligitur, quid sentiendum sit de non manifestante mortis tractatum. Syluest. verbo, homicidium. t. quæstione 10. & Ioan. Andr. & Panorm. quos citat & Angelica, verbo, homicidium, t. §. 19. volunt scientem tractari de aliquo homicidio, nisi eum in quem fit machinatio, moneat, irregularem esse, Qui tamen intelligendi sunt, vel quando potest admonere sine periculo aliquo vitæ propriæ,& bonorum, vel quando malo animo,& cum teneretur ex iustitia,& officio propalare, non admonet, ex Nauarr. in Manual. capitulo 25. numero 232.

9 Quantum ad homicidium,& irregularitatem, quæ ex illicito auxilio,& cooperatione proueniunt, dicendum est hanc irregularitatem incurrere quicunque est simul cum alio causa homicidij iniusti, aut mutilationis iniustæ,& qui fauorem, auxilium, & opem dederit. argum. cap. sicut dignum. §. qui vero, & §. clericos. de homicidio, quod intelligitur, quando vel qui auxiliatur, vel cooperatur homicidio, aut mutilationi, fit causa propinqua illius effectus, ita scilicèt, vt sine eius auxilio, vel ope delictum non fuisset perpetratum, vel quando quis verè cooperatur delinquenti, vel denique, quando ex auxilio præstito homicida aut actior est effectus, vel citius homicidium committit, vt ex d. cap. sicut dignum colligitur, & tradit Couar. in clement. si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 2. de homicid. Quæ omnia intelligenda sunt de auxilio in actu proximo, non autem remoto; vnde qui ei, quem scit occisurum alium, tradit gladium, erit irregularis, secus autem si nesciat, etiamsi occidat, quia tunc est causa remota.

10 Hinc infertur primo milites omnes in bello iniusto, immo exercitum totum esse irregularem, si aliquis occiditur, aut mutilatur in illo bello iniusto, vt communiter traduot authores, quos sequitur Summa Corona, tit. de irregul. num. 15. Pari ratione hanc irregularitatem incurrunt, quicunque assistunt auctoritatem dando homicidio iniusto, & qui subministrant arma, vt fiat bellum, aut homicidium iniustum, non tamen, qui dant in genere ad omnes vsus. Similiter, qui dant pecuniam ad bellum iniustum, aut pugnam aliquam iniustam; sic etiam qui accusant, iudicant, testificantur iniustè, & qui produnt aliquem iniustè, vt occidatur.

11 Secundo, Qui armatus assistit alicui homicidio, nec educit arma, nec operatur, paratus tamen ferre opem, irregularis est, ex Felino in cap. sicut dignum. de homicid. Couar. in clement. si furiosus, par. 2. §. 2. numero 2. vers. quatenus, de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 14. §. 2.& facit capit. continebatur. de clerir. percuss. quia ex præsentia illius alter animatur,& actior ad pugnam efficitur, vnde auxiliatur videtur nocenti. Sic etiam qui volentem occidere comitatur, vt eum defendat, etsi dissuadeat illi, ne occidat, & dissuadendo eum comitatur, quousque ille occidat aduersarium, irregularis est, quia licet dissuaserit occidere, eo ipso tamen, quod armatus homicidam comitatus sit, furatus est vitam homicidæ, eique animum adiecit,& ita auxiliatus est in mortem alterius, vt bene notat Henriquez libro 13. capit. 16. §. 1. post alios Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 1. Summa Altés. par. 2. libro 6. tit. 14. art. 8. q. 6. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta. vers. quid si aliquis vadit. Tabiena, verbo irreg. 2. §. 10.

12 Tertio, quando multi ex communi consilio se mutuo incitant, vel inuitant aut iuuant, tunc non solum ille, qui occidit, aut, mutilat, est irregularis, sed etiam cæteri omnes, argum. cap. sicut dignum. §. illi autem. & §. qui vero. Innocent. & DD. in cap. significasti. 2. de homicid. Couar. in Clem. si furiosus. p. 2. §. 2. nu. 3. vers. primus casus, de homicid. & Henriquez libro 14. cap. 14. §. 2.

14 Quartò, Quando vnus a pluribus in rixa subito cōtingenti, non præmisso consilio vulneratus est, & in occiso reperitur vnicum lethale vulnus, si constet, quis id intulerit, in hoc casu is, qui vulnus illud lethale intulit, tenebitur de homicidio, cæteri de percussione. l. item Mela. §. sed si seruum, ff. ad leg. Aquiliam, & l. si in rixa, ff. de sicar. vnde ille solus irregularis erit, cæteri verò vt ab homicidio, ita etiam ab irregularitate excusantur. DD. communiter, in cap. significasti. 2. de homicid. Ludouic. Carrer. in Pract. Crim. tit. de homicid. §. 2. num. 68.& 75. & §. circa, numero 446. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 3. vers. Secundus casus. de homicid. Henriquez lib. 14. cap. 14. §. 5. Quando autem dubium est, quis vulnus illud inflixerit, tunc maius dubium est, an omnes sint irregulares, quam quæstionem mouent glo. in capit. quiescamus, in verbo, sed quoniam omnes distinc. 42. & Specul. tit. de dispens. §. iuxta, num. 52.& Host. in Summa lib. 5. tit. de homicid. Summa Altens. part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 3. non tamen soluunt, sed vnumquemque suæ conscientiæ relinquendum esse volunt addentes tutius esse in tali dubio se homicidas, & cōsequenter irregulares reputare, cum nullum sit in hac parte periculum, in alia vero esse potest periculum; & idem docent Marian. Socin. in capit. ad audientiam. num. 46. de homicid.& Nicol. Plouius, de irregul. regula 28. Alij verò,& rectius docent, omnes esse irregulares, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori; sic glo. in cap. si quatuor. in verbo, quicunque eorum. 23. quæstione 8. & in cap. cupientes, §. cæterum, in verbo, qui culpabiles, de elect. lib. 6. Barthol. Brixiens. in q. Dominic. 15. Ioan. And. Goffred. & Anan. numero 22. Card. colum. penult. Anton. Panormit. in capit. significasti. 2. de homicid. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 31. Albert. Trotius, lib. 2. de vero & perfecto clerico, ca. 16. num. 6. Couar. in Clem. si furiosus par. 2. §. 2. num. 5. vers. quod irregularitatem. de homicid. & fauet Henriquez lib. 14. capit. 14. §. 3. qui horum DD. sententiam veram esse docet, quando, vt ait Couar. constat omnes istos percussisse occisum,& quando non fecerit debitam diligentiam, vt scirent, quis vulnus illud lethale inflixit: nam post debitum

debitam diligentiam factam manet in æquilibrio, & nihil certi habere potest, nunc illum ab irregularitate immunem in conscientia esse putat, dummodò practicè dubium deponat, quia in dubio æquali melior est conditio possidentis; vnde addit; quod si omnes ita dubitant, & neminem certo remordet conscientia, potest quisque se liberum existimare, quando vnus in alterius animum non influxit consilio, aut auxilio, quæ limitatio sine dubio contraria est communi opinioni DD. vt ipsemet fatetur, & contra eum est communis illa regula Canonistatū, quam in initio libri præcedentis cap. 2. regula 3. tradidimus, scilicet, in dubio facti tutiorem partem eligendam esse, vt se potius irregularem reputet; quæ regula, vt ibi diximus, & in foro conscientiæ, & in foro exteriori procedit, vt in vtroque foro pars tutior eligenda sit, & consequenter omnes in casu proposito irregulares habendi sunt, neque enim, in possessione innocentiæ sunt, cum omnes culpabiles sint in percussione iniusta. Addo tamen ex Goffred. Hostiens. & Astens. quod si aliquis vnus eorum esset se non lethaliter vulnerasse, nec animo occidendi percussisse, aut venisse, nec alios ad occidendum prouocasse, hic nec de occiso tenetur, nec ordinari prohibetur, etsi alij percusserint, & occiderint.

14 Quinto, Quando vnus est à pluribus percussus, & tandem ex vulneribus illis moritur, nec constet eum potius ex vno, quàm ex alio vulnere mortuum esse, tunc omnes tenentur de homicidio, & irregulares sunt, argum. cap. significasti, 2. versi. quod si discerni, & Card. Anan. & Felin. ibi, num. 10. de homicid. & cap. fin. 23. quæst. 5. & Alex. consi. 15. lib. 1. Ludouic. Carer. in Pract. Crim. tit. de homicid. §. 2. numer. 59. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 2. numero 4. ver. 4. de homicid.

15 Sextò, quando plures concurrunt, non tamen se mutuo incitant, aut iuuant, sed vnus primus percussit, deinde alius superueniens occidit, si primus solum leuiter percussit, etiam animo occidendi, & debilitauit, & nihil in animum secundi influxit, solus secundus, qui occidit irregularis erit, non primus, capitulo significasti. 2. de homicid. & Henriquez libro 14. §. 2. si tamen primus lethaliter percussit, aut eo fine debilitauit, & detinuit, vt alter superueniens occideret, aut id verisimiliter præcogitare debuit euentutum, licet alter superueniens occidat, vterque irregularis erit, quia vterque est vna causa moralis mortis, cap. significasti, 2. de homicid. & Ioan. And. & Panormet. ibi. Villadiego tract. de irreg. cap. de percussore, colum. 3. Syluest. verbo, homicidium, secundum versic. decimo sexto. & verbo, homicidium, tertium, quæstione septima, vers. secundum. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 9. Nauar. in Manual. capit. 27. numero 223. versi. octauo. Couar. in Clement. si furiosus, par. 2. §. 2. num. 4. ver. 3. de homicid. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 6. & Henriquez lib. 14. ca. 14. §. 2. in fine. Item, si primus non sufficiens fuit ad occidendum, nec secundus etiam fuit sufficiens, sed tamen secunda percussio simul cum prima sufficiens causa mortis fuit, vterque est irregularis, quia vtriusque percussio iuuit percussionem alterius, vt homicidium sequeretur. Idem dicendum est, quando prima percussio fuit causa, vt citius moreretur ex secunda percussione, aut causa fuit, ne fugeret percussus, & sic non fugiendo occisus est à superuenientibus, vt communiter tradunt Doctores.

16 Dubium solum est, an si quis iniuste percussit, leuiter tamen, & non mortifere, si propter eam percussionem, vel ex negligentia medici, aut chirurgi imperitia, vel culpa, & malo regimine ipsius percussi, sequatur mors, irregularis sit percutiens? Quam difficultatem alij ad homicidium casuale, alij ad hanc homicidij voluntarij rationem trahunt, de qua parum refert, dummodo rei veritas innotescat, an hoc loco, aut alibi tractetur. In qua sunt duæ opiniones contrariæ, vna ait esse irregularem, & intelligunt, etiam si percutiens non habuerit animum occidendi, sed vulnerandi. Ratio est, quia cum mors secuta sit ex vulnere, & non secuta fuisset, si vulnus illud inflictum nō fuisset, percutiens causa satis propinqua mortis esse videtur, quod verò non fuerit adhibita diligentia in medicamine vulneris, volunt esse per accidens respectu mortis, percussionem vero, seu vulnus directè, & per se ad mortem pertinere putant & per consequens irregularis erit sic percutiens. Sic Henric. in cap. significasti, 2. de homicid. Ludouic. Carer. in Pract. Crimin. tit. de homicid. §. 6. num. 312. S. Anton. 3. part. titul. 29. de irreg. cap. 2. in princip. & citat Laudun. in cap. Petrus, de homicid. & Petr. Anchar. Syluest. ver. homicidium, 2. q. 2. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 6. post medium, & citat Rosellam, verbo, homicidium, 3. §. 8. Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 223. versi. octauo, in fine, Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. de irreg. pag. 395. colum. 2. in princip. Maiol. libro quinto cap. 48. §. 4. numero 6. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 141. Alia opinio negat esse irregularem, sic Hostiens. in summa libro quinto, titu. de homicid. §. quæ pœna. versi. item secus, & Caier. 2. 2. q. 64. art. 8. in princip. in sua regula 2. & Sotus libr. 5. de iustit. quæst. 1. art. 9. ante medium, & fauet potius huic opinioni, quàm præcedenti Henriquez libr. 14. cap. 14. §. 4. & expresse tradit Mich. Salon, in 2. 2. q. 64. ar. 8. in princip. post Angelicam, verbo, homicid. 2. §. 17. & Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 29. in te finem. Ratio est, quia illa percussio non est causa immediata mortis; & certè quamuis prima opinio videatur communior, hæc tamen secunda videtur rationi magis consentanea, cui etiam plurimum fauet capi. exhibita, de homicid. iuncta glo. ibi, in verbo, correens.

In hac re hæc mihi probabiliter dici posse videntur:

Primo, si vulnus illatum adeò leue erat, vt nullo, vel modico medicamine percussus posset sanus, & liber euadere, tunc quidem, si venenum aliquod leui illi vulneri loco medicaminis adhibitum sit, tunc sane percussor non erit iudicandus irregularis, quia ex veneno potius, quam ex vulnere percussus mori indicatur.

Secundò, si vulnus leue fuerat, & medicus facile illud curare posset, vt tamen aliquid lucri acquireret, curationem prolongauit, vnde postea vulnus crescere incœpit, & ita vulneri superuenit febris;) & idem dicendum, quando vulnus initio facilè curari potuisset, si infirmus debitam sui curam habuisset, ex cuius negligentia superueniens febris mortem infert) tunc quidem cum mors sequens medico potius, aut malo regimini ægroti, tanquam causæ efficaci, & propinquæ, quam vulneri imputanda sit, ab irregularitate excusabitur vulnus illud leue inferens, tunc enim mors hæc non ex vulnere, nisi valde remote, sed ex alijs hisce causis extrinsecis immediate, & sufficienter sequi censetur.

Tertiò, si vulnus initio leue fuerat, quod tamen postea temporis successu, etiam adhibita debita diligentia medici, & aliorum, succrescere cœpit, cui cum superuenerat febris, mors addita fuit, percutiens irregularis erit, satis enim est, quod dederit operam rei illicitæ, scilicet iniuste percutiendo, & causa sufficiens fuerit vnde mors subsecuta sit, & hoc etiamsi occidendi animum non habuerit, erit autem homicidium hoc casuale in tali euentu, vnde, qui in homicidio casuali dispensandi facultatem habet, cum eo in hoc casu

casu dispensare potest.

Quartò, licet vulnus leue fuerit, & sine animo occidendi inflictum, & facile curari posset, quia tamen non inuenit percussus medicum, aut chirurgū, a quo sanaretur; aut non nisi post longum tempus, in quo vulnus incœpit esse mortale, secuta morte, percutiens irregularis erit, quia sine eo inflicto vulnere mors, aut acceleratio eius non esset secuta, & ad irregularitatem ex homicidio casuali incurrendi illi imputari debet, quod operam rei iniustæ, & illicitæ percussione dederit. Plura tractare non est huius loci, cum huius rei examen ad prudentum, & medicorum iudicium spectet, vt sciatur, quando ex vulnere inflicto mors secuta sit, nec ne, tanquam ex causa propinqua, & sufficienti, vt exinde irregularis iudicetur, vel ab ea, prudentium consilio adhibito excusetur, habita ratione vulneris, & qualitatis, instrumenti, & aliarum circumstantiarum.

17 Quantum ad ratihabitionem homicidij illiciti, aut abscissionis membri, an scilicet, si Petrus ratum habeat homicidium Ioannis iniuste factum a Paulo, nomine tamen Petri, irregularis sit, & dubium sit, non quidem, si Petrus iusserit, aut consuluerit, aut incitauerit, sed solum, quando post factum sciat homicidium illud nomine suo commissum esse, ratum illud habet, id est, approbat illud nutu, vel signo aliquo exteriori. In qua re duæ sunt authorum opiniones;

Prima est dicentium esse irregularem, quoties homicidium perpetratum erat nomine ipsius, qui ratum habet, secus autem, vbi non esset commissum nomine ratum habentis, sed alterius. Sic Felin. in cap. sicut dignum, colum. 4. de homicid. Albert. Trotius, libro secundo de vero, & perfecto Clerico, capitulo duodecimo, Ludouic. Carrer. in Pract. Crimin. §. circa, num. 190. Nicol. Plouius, de irreg. regu. 26. & Syluest. verbo, homicidium, 2. quæst. 7. vers. quintum, vbi ait esse irregularem in conscientia. Rosella, verbo homicidium, 2. num. quinto. Maiol. lib. 5. capit. 48. §. sexto, numero primo. & quinto. & Nauar. in Manual. cap. 27. numero 233. vers. vigesimo. & consil. 19. numero secundo de homic. Primo, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. reg. ratihabitionem, de reg. iur. libro sexto. est enim ratihabitio facti nomine nostro gesti comprobatio, regul. ratum, de reg. iur. libro sexto. sed mandans homicidium est irregularis, ergo etiam & ratum habens. Secundo, quia ratum habens percussionem clerici nomine suo factam irregularis est, sicut is, qui percussit. cap. cum quis. de sentent. excommunic. libro sexto. Ergo & ratum habens homicidium suo nomine factum, irregularis erit.

Secunda tamen, & verior opinio docet, non cōtrahi irregularitatem ex sola ratihabitione homicidij ab alio commissi, suo tamen nomine; fauet glo. in cap. si quis viduam, in verb. aut consilio, distinct. 50. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. sed quid si agenti. Archid. in capit. omnes, 17. quæstione quarta, Angelica, verbo, homicidium, 2. numero septimo, Hostiens. in summa libr. quinto, tit. de homicid. §. qua pœna feriatur, vers. sed & propter ratihabitionem; Tabiena, verbo, irregularitas, 2. §. septimo. Couar. in Clement. si furiosus, par. 2. §. 1. nume. 4. de homicid. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 299. & num. 301. Henriquez libr. 14. cap. 16. §. 2. & probari potest primo, quia pœnæ sunt restringendæ, & quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus a iure expressis, cap. is qui de sent. excommun. lib. 6. In iure autem non habetur ratihabitione incurri irregularitatem. Secundò quia ad irregularitatem incurrendam necessaria est actualis culpa homicidij. cap. si aliquis. de homic. At vero ratum habens homicidium, quod nec præcepit, nec consuluit, licet peccet peccato mentis, & volūtate, non tamen peccat peccato homicidij actualis. Sola autem voluntas non sufficit ad constituendam irregularitatem in eo casu, quo in exteriorem actum non fuerit deducta; nec etiam in eo, quo actus exterior ab eo animo procedere non potuit, nec causam deducere, qualis est hic casus noster, de quo agitur.

Nec valent, quæ in contrarium afferuntur; Ad primum enim respondetur regulam illam iuris, non esse vniuersaliter veram, vt optime tradunt gloss. in cap. primo, in verbo, procurauerint, & ibi Panor. numero 10. de conuers. in fid. & maxime in illis casibus, in quibus necessarium est vel speciale mandatum, vel specialis expressio, & constitutio iuris. Vnde, licet ex

18 mandato contrahatur irregularitas, non tamen idem erit in ratihabitione, cum de mandato hoc sit in iure expressum, non autem de ratihabitione. Ratihabitio igitur, & mandatum æquiparantur quo ad peccatum, non autem quoad irregularitatem. Et quicquid de hac re sit, falluntur Syluest. & Maiol. in eo, quod docent satis esse ad istam irregularitatem incurrendam, si quis ratum habeat homicidium nomine suo factū solo actu interiori, scilicet consentiendo, vel delectationem capiendo, quod factum sit. Conueniunt enim omnes hoc satis non esse, nisi verbis, aut nutu, aut aliquo corporis signo exteriori declaret ratum se habere homicidium nomine suo factum; v. g. si præmium det afferenti nuncium de homicidio suo nomine facto, vel signo, aut verbis ostendat se lætari de illo homicidio, & vt rectè docet secunda opinio, nec talis expressio sufficit ad irregularitatem incurrendam.

19 Ad secundum respondetur hoc expressum esse de excommunicatione, non autem de irregularitate, cum tamen hæc, non nisi in casibus iure expressis incurratur. Præterea magna est inter excommunicationem, & irregularitatem differentia, excommunicatio enim fertur in percutientes clericum ob iniuriā ipsi percusso, & ordini ecclesiastico illatam, hæc verò iniuria infertur etiam per ratihabitionem eius percussionis, quæ nomine ratum habentis fuerit illata; ideò rectè in d. cap. cum quis, de sent. excommun. lib. sexto excommunicatio statuitur aduersus ratum habentem percussionem clerico illatam: secus autem circa irregularitatem, quæ in hac materia homicidij actum occisionis, vel mutilationis membri, culpa præuia contingentem requirit, qui sane actus non contingit vere per ratihabitionem, nec vera culpa ratum habentis actum occisionis præcedit. Vbi obiter aduertendum est, quod ad hoc, vt excommunicatio locum habeat, requiritur, quod ratificatio illa sit expressim facta; si enim solo interiori cordis consensu ratum habuerit, excommunicatus non erit, cum excommunicatio non nisi ob actum exteriorem incurratur. Ra-

20 tificatio tamen hæc tam in materia excommunicationis, quam in homicidio eius nomine facto erit peccatum mortale, vel veniale ratione actus mortalis, aut venialis. Nam delectatio de culpa mortali est mortale peccatum, sicut & delectatio de actu veniali culpa venialis est, ex communi Theologorum opinione, iuxta ea, quæ traduntur a S. Thom. 1. 2. q. 74. art. 8. & 2. 2. q. 154. art. 4. & Caiet. ibi, & in Summa verbo, spectacula, & Nauarr. in cap. inter verba, 11. q. 3. colum. 46. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. num. 6. de homicid. Maiol. libr. 5. cap. 48. §. 6. nu. 3. & alij.

De homicidio Casuali. Cap. V.

S V M M A.

1 *Homicidium casuale quidnam sit.*
2 *Casuale duplex est, aliud voluntarium, aliud inuoluntarium, & quid vtrumque sit.*
3 *Irregularitas ex homicidio casuali proueniens an ex peccato mortali tantum, an etiam ex veniali incurratur.*
4 *Culpa lata, leuis, & leuissima quid, & quanam censenda.*
5 *Homicidium casuale mortale solum irregularitatem inducit.*
6 *Irregularitas grauior pœna est, quam excommunicatio minor.*
7 *Voluntarium etiam in peccato veniali reperitur.*
8 *Homicidium casuale quando irregularitatem causet.*
9 *Dans operam rei licitæ, & omnem adhibens diligentiam, ne sequatur homicidium, eo secuto, non est irregularis.*
10 *Dans operam rei licitæ, debitam tamen non adhibens diligentiam, ne sequatur homicidium, eo secuto, fit irregularis.*
11 *Diligentia ad euitandum homicidium, & irregularitatem inde prouenientem quæ, & quanta esse debeat.*
12 *Dans operam rei illicitæ, aut sibi prohibitæ, quamuis omnem operam adhibeat, ne sequi possit homicidium, an, & quando eo secuto, irregularis fit.*
13 *Homicidium ex illicito opere quot modis sequi possit.*
14 *Dans operam rei illicitæ, ne irregularis fit, ex homicidio inde secuto, quid requiratur.*
15 *Irregularitas per homicidium non contrahitur, quoties illud aliquo modo voluntarium non sit.*
16 *Argumentum à contrario sensu, in materia irregularitatis, & censurarum quando validum.*
17 *Descrimen quodnam sit inter dantem operam rei licitæ, & illicitæ quoad irregularitatem.*

1 CVM in superioribus dictum sit, homicidium aut voluntarium dici, aut casuale, absolutis ijs omnibus, quæ ad volútarium pertinent, de casuali hoc in loco agendum est, vbi ante omnia sciendum est, homicidium casuale esse illud, quod præter intentionem, & voluntatem occidentis contingit; siquidem Philosopho teste secúdo Phys. tex. 49. & 50. effectus casualis proficisci dicitur a causa preter intentionem agentis, quæ causa dicitur, *Casus*, vnde sicut effectus casualis, & accidentalis; ita causa eius causalis, & accidentalis erit; Quamuis melius causa, & effectus huiusmodi fortuitus dicitur, quam casualis, cum procedat ab agente ex proposito, & per electionem; effectus verò casualis propriè loquendo est ab agente non ex proposito, nec per electionem, vt Arist. vbi supra exposuit. Hoc ve-
2 rò casuale est duplex, alterum nullo modo intentum nec in se, nec in causa, vnde nullo modo est voluntarium, & consequenter sine peccato, cum peccatum esse non possit, nisi sit voluntarium, vt S. August. lib. de vera relig. c. 14. & lib. 1. retract. cap. 13. & 15. & lib. 4. quæstionum, q. 24. ad cap. 25. numerorum, & refertur in cap. merito 15. quæst. 1. testatur & S. Tho. 2. 2. quæstione 64. artic. 8. S. Augustinum secutus luculenter expressit, dum affirmet casualia, in quantum huiusmodi, non esse peccata; cui consequens est, homicidium hoc casuale non producere irregularitaté, quæ, vt communis DD. sententia docet, peccatum necessariò præsupponit. Alterum casuale est voluntarium, non quidem directè, sed indirectè, non enim volitum est in se neque proprie in causa, sed quodam modo, vt loquitur Caiet. 2. 2. q. 64. artic. 8. Cuius ratio est, quia non potest esse homicidium casuale, quod inducat irregularitatem, nisi saltem sit indirectè voluntarium, & cum peccato; Hoc autem habet se, sicut effectus, proueniens ab aliqua causa nó propriè sumpta, sed vt remouens prohibens, vnde ille, qui non remouet ea, ex quibus sequitur homicidium, si remouere debeat, erit quodámodo homicida voluntarius, & de casuali hoc modo accepto disputatur in præsenti, circa quod duæ præcipue difficultates, quæ ad exactam huius rei notitiam acquirendam pertinent, explicandæ sunt.

3 Prima difficultas est, an irregularitas ex homicidio casuali proueniens, incurratur ex peccato mortali tantum, an verò sufficiat peccatum veniale? Variæ sunt DD. de hac re sententiæ: nam glo. in capit. significasti. 1. in verbo, prius sciuisset. de homicid. ait sufficere culpam leuissimam; quam glossæ opinionem Canonistæ non admittunt vniuersaliter, sed distinguunt, si enim detur opera rei licitæ, vel culpa, & negligentia est in committendo, vel non omittendo, si in committendo, tunc dicunt etiam culpam leuissimam sufficere ad inducendam irregularitatem, quandoquidem culpa leuissima in committendo, (id est, si non cogitauerit id, quod vir acutissimus cogitare potuisset) est culpa leuis, ex glo. in l. Cornelia, ff. ad Sillan. & glo. in cap. consuluisti, in verbo, homicidium, quæstione quinta, & Couar. de sponsa. parte secunda. capitulo sexto, §. octauo. numero 33. in omittendo autem non satis est culpa leuissima ad causandam irregularitatem, sed requiritur leuis; est enim maius crimen, quod in facto committitur, quam quod in omissione perpetratur, ex S. Thom. 1. 2. q. 79. art. 1. Hanc distinctionem, & doctrinam communiter tradunt Canonistæ, & Summistę, vt Panormit. in cap. quæsitum, numero tertio, de pœnitent. & remiss. vbi ait culpam leuissimam in homicidio non inducere irregularitatem, intelligit in omittendo, de hoc enim loquitur capit. quæsitum, & Villadiego de irreg. capit. de percussione, colum. 7. Angelica, verbo, irregularitas, primo numero tertio, & vigesimo Syluest. verbo, homicidium, 2. in princip. in regula 4. & §. 23. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. 4. & irregularitas, 3. §. 1. Couarr. in Clement. si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 9. de homicid. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 2. Alphons. Vuald. tract. de irregul. num. 265. & num. 266. Summa Corona, tit. eod. nume. 16. & 17. dans autem operam rei illicitæ, etiam ex negligentia leuissima irregularis est, ex opinione istorum. Quid autem Canonistæ per
4 culpam latam, leuem, & leuissimam intelligant, optimè explicant Syluest. verbo, culpa, quæst. 1. & Nau. in Manual. cap. 17. num. 178. lata culpa est incircunspecta deuiatio ab ea diligentia, quam communiter habent homines eiusdem professionis, vt si librum tibi commodatú extra domum, aut in scamno reliquisti, & sublatus est, est. n. hæc negligentia lata, eo quod homines tuæ professionis hoc non fecissent, sciétes ibi librú periculosè locari: leuis verò est, quá regulariter homines diligentes suæ professionis euitát, qualis est eius, qui librú aliqué in suo cubiculo, ostio tamen non clauso relinquit: leuissima, quá homines diligétissimi vitare solent, qualis est eius, qui librú commodatum intra cubiculum relinquit, quod claue obseraust non

tamen

tamen manu, an bene obseruatum esset, tentauit. Cum igitur istæ negligentiæ, vel culpæ, leues, & leuissimæ, possint contingere sine vlla culpa mortali, aut veniali, vt constat consequenter fateri deberent isti authores incurri posse irregularitatem ex homicidio casuali sine vllo peccato mortali, aut veniali, quod est absurdum, quia vt dictum est, irregularitas non incurritur, quin sit aliquis consensus in homicidium, ratione cuius peccatum sit mortale, aut veniale, vnde reiecta hac Canonistarum, & Summistarum opinione, inter Theologos, qui res omnes ex solidis & firmis principijs, & rationibus colligunt, duæ aliæ sunt sententiæ, quarum.

Vna est asserentium incurri ex peccato veniali; sic Caiet. 2.2. quæst. 64. art. 8. & verbo, irregularitas, Conradus, 1.2. quæst. 73. art. 8. Petrus de Arragona, 2.2. q. 64. art. 8. Corduba, in Summa, quæst. 27. & Toletus in Summa instruct. Sacerd. libro 1. cap. 29. notab. 1. tum quia excommunicatio minor est maior pœna, quam sit irregularitas; excommunicatio verò minor ex solo peccato veniali incurritur, ergo & irregularitas; tum quia satis est, vt ex homicidio contrahatur irregularitas, quod sit aliquo modo voluntarium; at si quis peccat venialiter in non remouendo causam, homicidium illud secutum est aliquo modo voluntarium, quia alioquin non esset peccatum veniale; cum peccatum veniale eo ipso, quod est peccatum, sit voluntarium. Et hanc sententiam colligunt aliqui recentiores in scriptis suis, ex capit. continebatur. capit. ad audientiam, & cap. tua nos, & cap. sicut ex litteraturm, de homicid.

5 Altera, quæ & communior, & verior est, docet incurri tantum ex peccato mortali: Sic Sotus libr. quinto, de iustit. quæst. prima, art. 9. in fine. Nauar. in Manuali. cap. 27. num. 252. versic. octauo dico. Frat. Michael Salon in 2.2. q. 64. artic. 8. controuersia 3. in fine, & Henriquez lib. 14. cap. tertio, §. primo, & capit. 25. §. primo, & §. 7. in fine, Francisc. Suarez in quæst. 71. art. 4. S. Thomæ, par. 3. distinct. 31. sect. 6. dub. 6. & Petrus Nauar. lib. secundo, de restitut. cap. primo, dubio 6. Coroll. 2. num. 69. Gregorius de Valentia, tomo 4. disput. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. & Ioannes Chapauillus de casibus reseruatis, capit. decimo, quæst. prima, in fine, & probatur, quia irregularitas ex culpa contracta, cum sit pœna grauis, priuans vsu, & susceptione ordinum non nisi ob culpam grauem, & mortalem imponenda est. Deinde, vt notant Panormit. in cap. pastoralis, §. verum, num. 15. de appellat. & Nauarr. vbi supra, irregularitas semper præsupponit contemptum, contemptus autem semper est peccatum mortale. Præterea irregularitas non est imponenda, nisi expresse habeatur in iure, capit. is, qui, de excommun. lib. sexto, nullibi autem in iure imponitur irregularitas ob culpam contracta, nisi pro culpa graui, vt pro celebratione in excommunicatione, & similibus, & semper dicitur homicidium illud esse culpabile, ex quo incurritur irregularitas, quod vt ait Sotus, intelligitur culpabile mortaliter, non enim solent leges punire actus leues, & imperfectos, culpa vero venialis est leuis, & imperfecta in genere culpæ, & peccati, ideoque verisimile non est tam grauem pœnam, qualis est irregularitas, pro veniali culpa imponi a iure; cum pœna proportionata debeat esse culpæ.

6 Neque valent rationes pro contraria sententia. Quamuis enim excommunicatio minor priuet receptione Sacramentorum omnium, qua non priuat irregularitas, quia tamen irregularitas priuat actiua, & collatiua potestate, nec non omni vsu, & exercitio ordinum, & etiam receptione beneficij, censetur pœna grauior, quam excommunicatio minor. Preterquam quod excommunicatio minor facilè sol uitur, multique ab ea absoluere possunt; irregularitas verò difficilius soluitur, & vt plurimum a solo Papa. Immò Sotus, 4. distinctio. 1. quæst. quinta, artic. 6. conclus. 8. in fine, ait irregularitatem grauiorem esse, quam sit excommunicatio maior, sed vt rectè notat Henriquez lib. 13. ca. primo, §. 3. in annotat. littera R. & libro 14. cap. 3. §. 1. in annot. littera L. in hoc deceptus est.

7 Ad alterum respondetur, quod licet in peccato veniali reperiatur voluntarium, hoc tamen adeo leue, & imperfectum est, tam in genere voluntarij, quam in genere culpæ, vt pro tali voluntario, pœna tam grauis, qualis est irregularitas, non sit imponenda. Et in locis citatis, semper præsupponitur culpa, & negligentia mortalis, vt legenti textus illos manifestum esse poterit; nam Clericus ille, de quo in capit. continebatur, peccauit mortaliter, ludendo cum laicis, loco satis indecenti vt patet. Et presbyter ille, verberando famulum indiscrete cum cingulo, non remouendo cultellum, non erat immunis a peccato mortali, vt in dicto cap. ad audientiam, iuncta glo. ibi, in verbo, corrigere, habetur. Et monachus ille chirurgiam exercens, de quo in cap. tua nos, multum deliquit, id est, mortaliter exercendo alienum officium, & maximè tam periculosum, quale erat apertio tumoris in gutture. Sicut etiam monachus ille Cartusiensis, de quo in cap. sicut ex literarum, mentio fit, mortaliter deliquit mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, ab strictè faciens, ex eo quod per zonam illam arripuerit, dum inhonestè cum ipsa ludere vellet.

8 Secunda difficultas est, quando incurratur irregularitas ex homicidio casuali? In hac re obseruandæ sunt tres regulæ, quarum duæ priores pertinent ad homicidium casuale prouenientes ex opere licito, tertia verò ad idem spectat, quando datur opera rei illicitæ, & colliguntur ex S. Thom. 2.2. quæst. 64. art. 8. Caietan: ibidem & Soto libro 4. de iustit. quæst. 1. artic. 9. Summa Astensi par. secunda lib. 6. tit. 14. art. 6. Syluest. verbo, homicidium, 2. in princip. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. § primo, Couar. in Clemen. si furiosus, part. 2. §. 4. num. primo, & seq. de homicid. Frat. Mich. Salon in 2.2. quæst. 64. art. 8. Controuersia 3. & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 1. S. Anton. 3. par. tit. 29. ca. 2. §. homicidium casuale, & glo. in c. sicut dignum, §. clericos, in verbo, consilium, de homicid. & glo. in capit. de his, dist. 50.

9 Prima est, quando quis dat operam rei licitæ, & adhibet omnem diligentiam, quam adhibere debet, ne homicidium sequatur, etiamsi tunc subsequatur, non est irregularis, & colligitur ex cap. lator, cap. dilectus filius, capit. ex litteris, 2. cap. significasti, 1. cap. Ioannes, & cap. finali, de homicid. & cap. hi qui, ca. sæpe. & cap. si duo fratres, distin. 50. Ratio est, quia tale homicidium est omninò inuoluntarium, & sine vlla culpa.

Secunda est, qui dat operam rei licitę, non tamen omnem curam adhibet, quam adhibere debet, ne sequatur homicidium, irregularis est, si homicidium sequitur, & colligitur ex cap. presbyterum, & capit. ad audientiam, de homicid. nam voluntarium sit indirectè, satis est, quod omiserit id, quod tenebatur non omisisse, & consequenter peccat mortaliter, ex Caiet. vbi supra artic. octauo, versic. ad proprias autem conditiones.

10 Circa quas duas regulas aduertendum est, vt ait Caiet. non ita intelligendas esse, quod requiratur summa, & exactissima diligentia qualè adhibuisset vir diligentissimus, & maximè circumspectus, sed satis est, quod talè adhibeatur diligentiā qualè considerata rei qualitate, & personarum, & negociorū, & temporis, ad viri

prudentis arbitrium adhibere debuisset, l. 1. ff. de iure deliber. quo fit, vt si postea appareat aliquid fuisse omissum, quod diligentissimus, & perspicacissimus tantum non omisisset, ob cuius omissionem secutum est homicidium, non dicetur irregularis, argumento eorum, quæ docent Panormitan. in capit. quæsiuim, numero 5. de pœnitent. & remiss. Syluest. verbo, homicidium 2. in princip. regul. 4. Tabiena, verbo, irregularitas, 1. §. 5. verbo, irregularitas, 3. §. sexto, & in his regulis duabus consentiunt omnes DD. nec in illis aliqua difficultas esse poterit.

11 Tertia est, Qui dat operam rei illicitæ, vel saltem sibi prohibitæ, etiamsi adhibeat diligentiam sufficientem, ne sequatur homicidium, vel mutilatio, si tamen homicidium, aut mutilatio subsequitur, irregularis erit. Circa hanc verò regulam non ita consentiunt authores; aliqui enim existimant vniuersaliter veram esse, adeò vt quicumque dat operam rei illicitæ, si ex illo opere sequitur homicidium, aut mutilatio, irregularis sit, & fauet S. Thom. in addit. 3. part. quæst. 39. artic. 4. ad 3. & 12. quæst. 73. art. 8. & 2. 2. quæstio. 64. articu. 8. Quibus in locis statuere videtur hanc regulam generalem, quod qui dat operam rei illicitæ, est irregularis, si sequatur homicidium; quam etiam colligunt Iurisperiti ex cap. dilectus filius, & cap. ex litteris, 2. de homicid. à contrario sensu. Ibi enim Innocentius Papa III. definit quosdam casus non imputari ad irregularitatem, quia in illis dabatur opera rei licitæ; ergo colligunt illi, à contrario sensu, si dabatur opera rei illicitæ, imputabitur ad irregularitatem; & hanc sententiam sequuntur Syluester verbo, homicidium, 2. in princip. regula. 3. & quæst. 1. 2. & 18. Conrad. in 1. 2. quæstio. 73. art. 8. Caietan. in 2. 2. quæstione 64. artic. 8. Cosmus Philiarchus libro 4. capit. 11. §. 7. Alphonsus Viuald. tract. de irreg. numero 148. Summa Corona tit. eod. numero 16. & est communis inter Iuristas, & Summistas. Ratio est, quia si is, qui dat operam rei illicitæ, non fit irregularis, nisi deficiat in debita diligentia, & eodem modo dans operam rei licitæ non est irregularis, nisi deficiat in debita diligentia, sequeretur nullum esse discrimen inter occidentem dando operam rei illicitæ, & occidentem dando operam rei licitæ, quod est absurdum. Alij verò docent regulam hanc vniuersaliter, & absolutè sumptam esse falsam, id est, non sufficere ad incurrendam irregularitatem, quod sit subsecutum homicidium ex opere illicito, sed necessarium esse quod opus illud vel sit ex se, & sua natura inductiuum saltem probabiliter, & vt plurimum mortis, aut mutilationis; vel periculosum; aut prohibitum ex iure Diuino, vel humano, adeò vt hæc necessariò requiratur, nimirum, quod opus illud sit illicitum, periculosum, vel ab operante fieri prohibitum. Sic Sotus libro 5. de iustit. quæst one prima, articulo 9. Alphonsus à Castro, libro 2. de lege pœnali, capitulo decimoquarto, paulo ante finem, §. hic tamen admoneo. Soein. in capitulo ad audientiam, numero 49. de homicid. Franc. in capitulo vlt. de homicid. libro septimo, Gonsaluus à Villadiego, tract. de Irreg. capit. de percussore, colum. 3. Nauar. in Manua. cap. 22. numero 22. versic. tertio, infertur, vbi requirit, vt sit causa propinqua sufficienter directa respectu talis effectus. Corduba, in quæst. de ignorantia, quæstio. 26. Couar. in Clem. si furiosus, part. 1. §. 4. numero 10. de homicid. Barthol. Medina. in 1. 2. quæst. 73. art. 3. Frat. Michael Salon, in 2. 2. quæst. 64. artic. 8. controuersia 3. & Henriquez, lib. 14. cap. 15. §. 1. & 2. Petrus Nauar. lib. 2. de restit. capit. 1. dub. 6. coroll. 2. num. 69. Gregor. de Valentia tomo 2. disp. 6. quæst. 3. puncto 3. & tomo 3. disput. 5. quæstio. 8. Puncto 5. & tomo 4. disput. 7. quæstio. 19. puncto. 4. §. 5. dub. 1. Petrus de Arragona, 2. 2. quæst. 64. art. 8. dub. 2. & Toler. lib. 1. instr. Sacerd. capit. 29. versic. Secundo. Nauar. lib. 2. Quæ sententia, vt communior, ita verior est, & simpliciter sequenda ad multorum scrupulos deponendos, quæ vt melius intelligatur.

12 Notandum est, homicidium duobus modis sequi posse ex opere illicito;

Vno modo ex opere illicito, & prohibito, quia fit de se, & natura sua periculosum ad homicidium, vel mutilationem: sic prohibitum est Clericis mittere bombardam ad arcem, aut sagittam, aut lanceam in exercitu, & officium chirurgici cum incisione, vel adustione. Et quoque ipsis prohibita venatio aprorum, & vrsorum, & aliorum animalium, quæ dentibus, vnguibus, aut alio modo vitam in periculum afferre possunt. Et ita, qui exercet opus hoc modo illicitum, & prohibitum, quia periculosum ex se, & natura sua, vt plurimum ad homicidium, vel mutilationem, quantumcunque diligentiam adhibeat secuto effectu, erit irregularis. Ratio est; quia eo ipso quod tale opus exercet, quod ex se, & sua natura periculosum est ad homicidium, velle censetur illud homicidium indirectè saltem, & quasi in sua causa, ex illa Regula, *Qui causam damni dat*, & cæter. Nec tollitur talis consensus implicitus, & indirectus per diligentiam, quæ adhibetur, si opus sit ex sui natura periculosum, quia diligentia nostra non mutat rerum naturas.

Alio modo sequi potest homicidium ex opere illicito, & prohibito, non eo titulo, quia sit de se periculosum ad homicidium, sed aliundè, nimirum, vel quia non decet talem statum, vel quia est in iniuriam tertij, vel alio modo, quo modo prohibita est Clericis venatio clamorosa, & cum strepitu etiam animalium mansuetorum, quia non decet statum Clericalem; prohibetur etiam furtum, & adulterium, quia sunt in aliorum iniuriam: vnde qui exercet opus hoc modo prohibitum, dummodo non sit periculosum, si adhibet omnem prudentem diligentiam; ne mors, aut mutilatio sequatur, si fortuito sequatur, non erit irregularis. Ratio est quia irregularitas hæc non incurritur nisi ex peccato homicidij opus autem illicitum, & non ex se ordinatum, aut periculosum committens, etiamsi faciat opus illud, ex quo sequitur homicidium, non censetur committere peccatum homicidij, quia exercens illud nullo modo vult homicidium, nec in se, vt constat, cum non intendat illud; nec in causa sua, aut indirectè, vt patet, quia tunc dicitur quis velle homicidium in causa, quando vult opus, quod habet in se periculum homicidij, aut quando ex parte operantis potuit, & debuit prohiberi, & non erat prohibitum, At verò in casu nostro, quamuis opus ex eo titulo sit illicitum, quia prohibitum, non tamen est ex se periculosum; & ex parte operantis adhibita est omnis diligentia, ne accideret homicidium: vnde cum homicidium hoc nullo modo voluntarium sit, nullo modo ex fortuito, & casuali homicidio subsecuto incurritur irregularitas. Cum igitur irregularitas sit odium & pœna, & consequenter restringenda, dicendum est in hac materia solum actum illum dici illicitum, quantum ad irregularitatem incurrendam pertinet, qui prohibitus fuit ratione huius periculi ad mortem, vel mutilationem: adeo vt si non ratione huius periculi, sed alia ex causa prohibeatur, talis prohibitionis transgressio, nullam omninò culpam homicidij facta debita diligentia habebit, quæ tamen necessaria est; vt homicidium huius speciei ad irregularitatem alicui imputetur, vt Couarru. & alij DD. doctè, subtiliter senserunt. Ex quibus & hæc nostra opinio satis explicata, & comprobata est, & rationes aduersæ facilè soluuntur, & iura omnia rectè explicari possunt.

Ad

14 Ad rationes in oppositum, respondeo, tunc regulam illam veram esse.

Primo, quando datur opera rei illicitæ, ex qua communiter sequitur mors, vt si Clericus admoueret ignem machinæ bellicæ in populi frequentia, aut arcem expugnaret, aut vacaret venationi, quæ fit rhetis, & ferocibus armis, ex quibus operibus communiter solet mors sequi, tunc enim cum det operam rei illicitæ, & periculosæ, & ei prohibitæ, etiamsi adhibeat omnem diligentiam, secuta morte, imputabitur ei ad irregularitatem, cæterum, si daret operam rei illicitæ, quæ non erat periculosa, si adhibeat debitam diligentiam, secuta morte irregularis non erit; quia mors hæc nullo modo ei voluntaria est, nec directè, nec indirectè.

Secundo, dans operam rei illicitæ in qua directè, vel indirectè vult homicidium, est irregularis, si sequatur.

Tertio, dans operam rei illicitæ, si sit negligens in cauendo homicidio, est irregularis, si sequatur. Et sic intelligenda est regula, vt vera sit, sicuti etiam intelligitur S. Thomas in locis citatis. Quamuis enim videatur loqui in vniuersum de quacunque re illicita, si tamen attente consideretur, solum loquitur, quando datur opera rei illicitæ, quæ de se periculosa est, aut quando non adhibetur debita diligentia; quia ex eo-

15 dem S. Thom. irregularitas non contrahitur per homicidium, nisi sit aliquo modo directè, vel indirectè voluntarium, vbi autem opus ex se non est periculosum, & alioquin adhibetur debita diligentia, homi-

16 cidium secutum nullo modo censetur voluntarium. Argumentum verò à contrario sensu infirmum est, cum sit quasi arguere ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis: & maxmè argumentum hoc in materia irregularitatis non valet, cum hæc non incurratur, nisi exprimatur in iure, collectio verò à contrario sensu non est expressa iuris decisio.

Quoad textus verò citatos respondeo clericum illum, de quo loquitur capitulo dilectus filius, excusari ab irregularitate, tum quia dabat operam rei licitæ, tum quia omnem diligentiam adhibuit, si quidem ascendit illum equum, & currebat consilio medici, & sanitatis gratia, & omnem pariter diligentiam adhibuit, ne quem in eo cursu obuiam haberet, & occideret. Et monachus ille, de quo mentio fit in cap. ex litteris, 2. excusatur ab irregularitate, non tam quia faciebat rem licitam, quam quia non faciebat rem periculosam, deponebat enim campanam in loco, in quo non credebat aliquem transire, existere, aut venire. Vnde nihil ex his textibus pro aduersa sententia colligi potest.

17 Ad rationem, quam afferunt, respondetur discrimen maximum esse inter eum, qui dat operam rei licitæ, & eum qui dat operam rei illicitæ; dans enim operam rei licitæ, ac nullo modo ei prohibitæ, quæcunque illa sit, modo debitam diligentia adhibeat, excusatur ab irregularitate: dans verò operam rei illicitæ, quicquid sit de diligentia, quam adhibet, si res illa non sit periculosa homicidii, non est irregularis, si verò sit periculosa, efficitur irregularis, ex Couarr. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. num. 10. de homicid. Mich. Salon. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. controuersia 3.

Corrolaria ex supradictis Regulis deducta. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Equum ferocem equitans, & omnem diligentiam adhibens, si casu aliquis ab equo occidatur, clericus equitans non est irregularis.*

2 *Magister percutiens discipulum, si in percussione non excedat, etiamsi exinde mors sequatur, irregularis non erit.*

3 *Pulsans campanas, aut eas tollens, si quis casu absque culpa eius occidatur, non est irregularis.*

4 *Pulsans campanas in signum, quod aliquis à ministris iustitiæ occidendus sit, irregularis non est.*

5 *Lapidem ludendo mittens aliquem, si is à lapide fugiens, in alterum lapidem caput offendat; & culpa medici moriatur, irregularitatem non incurrit.*

6 *Clericus cum laico ludens, si exinde quis occidatur, irregularis efficitur.*

7 *Clericis in sacris chirurgi officium tam adustione, vel incisione prohibitum est, & quare.*

8 *Medicus vt de morte infirmi non teneatur, quæ requiruntur.*

9 *Monachi, & Clerici in sacris artem chirurgiæ cum adustione, vel incisione exercentes, si mors inde sequatur, quamcunque diligentiam adhibuerint, sunt irregulares.*

10 *Monachus, aut clericus artem chirurgiæ an in necessitate licitè exercere valeant absque irregularitate.*

11 *Clericis in sacris, nec non monachis qualiter artem chirurgiæ exercere liceat.*

12 *Medicinam, aut potionem dantes absque medici consilio, subsecuta morte, irregulares sunt.*

13 *Agonizantem infirmum zelo pietatis adductus in aliud latus vertens, secuta morte citius, quando irregularis censendus.*

14 *Sagittam à vulnerato extrahens, si mors inde citius sequatur, irregularis est.*

15 *Clericus cũ femina pragnante ludens, si exinde casu abortio fœtus animati contingat, irregularis erit.*

16 *Clericus pregnãtem ad se venire faciens secuto abortu, quando irregularis censendus.*

17 *Clericus venationi periculosæ operam dans, secuta morte irregularis est, etiamsi omnem diligentiam adhibeat.*

18 *Venatio quænam clericis beneficiariis, aut monachis prohibita sit.*

19 *Vrsum, leonem, aut aliud animal indomitum incante domi tenens, subsecuta morte alicuius, irregularis efficitur.*

20 *Parentes, & nutrices in lecto infantes tenere prohibentur propter mortis periculum, quod exinde contingere solet.*

21 *Parẽtes sub excommunicationis, pœna infantes apud se in lecto tenere multis in locis prohibentur.*

22 *Clericus arborem alienam cædens, an si casu exinde aliquis occidatur irregularis fit.*

23 *Monachus campanas tempore prohibito pulsans, an si casu aliquem occidat adhibita debita diligentia, fit irregularis.*

24 *Monachus contra superioris obedientiam mercando irregularis non est, & si post debitam diligẽtiam aliquis casu occidatur.*

25 *Monachus Franciscanus equitando contra regulam suam peccat.*

26 *Inducens socium, vt intret vineam alienam causa furti irregularis non est, etiamsi socius à custode vineæ occidatur.*

27 *Tectum reficiens, & inde tegulas deiiciendo aliquem occidens quando irregularis censendus.*

28 *Mittens puerum pro asportanda aqua ad fluuium secuta morte pueri, irregularis efficitur.*

29 *Lapidem ludendo proijciens in aliquem, aut sclopum explodens, si is, in quem lapis conijcitur, ne percutiatur fugiens, cadat, & moriatur, quando irregularis censeatur.*

30 *Lapidem in Petrum proijciens, si Petrus alterum impellat sine dolo, & alter occidatur, irregularis efficitur non Petrus, sed qui lapidem in Petrum proiecit.*

31 *Perterrefaciens virum meticulosum, aut mulierem prægnantem ioco; secuta morte, vel abortu fœtus animati, irregularis est.*

32 *Irregularitas ex homicidio casuali proueniens, non solum quoad ordines suscipiendos, sed etiam quoad susceptos impedit.*

1 EX his, quæ io superioribus regulis dicta sunt, plurima inferri possunt.

Primo infertur, non esse irregularem eum, qui equitans equum ferocem, & debitam diligentiam adhibens, si equus ille casu aliquem occidat, etiamsi clericus fuerit, qui equo illi insidet, vt colligitur ex c. significasti, t. & cap. dilectus filius. de homicid. Ratio est, quia dat operam rei licitæ, & absque culpa eius occisus est aliquis, maxime, si crederet equum benè duci fræno, & ipsemet equitare nouerat. Angelica, verbo, irregul. §. 17. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 4. ar. 6. quęst. 10. Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. de homicid. num. 5. ver. posterior.

2 Secundo infertur, quod magister percutiens discipulum, si non excedat in percussione, etiamsi ex ea mors subsequatur, non erit irregularis. Ratio est, quia moderate, & absque culpa verberando dat operam rei licitæ, vt patet cap. 1. & cap. cum voluntate, de sent. excommunicat. & capit. presbyterum, de homicid. & quia talis percussio communiter non solet esse causa homicidij. Dixi *si non excedat in percussione*, quia si excedat modum, & mors inde sequatur post paucos, dies, v. g. octo, vt colligitur ex capit. continebatur, & Panorm. in cap. presbyterum, de homicid. est irregularis ob culpam in excedendo modum. Et idem dicendum est de tempore longiori, dummodo reipsa constaret, vel medicorum iudicio mortem ex illa percussione contigisse, & Panorm. in d. cap. presbyterum, num. 3. quia in hoc casu licet daret operam rei licitæ simpliciter loquendo, quia tamen non adhibuit debitam diligentiam præcauendo talem excessum, subsecuta morte irregularis efficitur, vt Panorm. & DD. in d. cap. presbyterum, communiter notant, vbi iudicatur irregularis, quia periculose percussit, nimirum in loco periculoso, id est, in capite, vnde presbyter ille non adhibuit diligentiam, licet daret operam rei licitæ, simpliciter, & absolute loquendo, sic Syluest. verbo, homicidium, 2. quæstiu. 2. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. sexto. Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 235. versic. vigesimosecundo. Maiol. libro 5. cap. 48. §. 3. numero 12. Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. numero 5. de homicid. Summa Corona titul. de irregular. numero 16. regula. 3. & Henriquez libro 14. capit. 15. §. 3. & facit l. præceptoris, ff. ad leg. Aquil.

3 Tertio infertur, quod pulsans campanas, aut eas tollens, si casu absque eius culpa aliquis occidatur non erit irregularis, cap. ex literis. 2. & cap. Ioannes, de homicid. Ratio est, quia dedit operam rei licitæ. & debitam diligentiam adhibuit. Sin vero pulsatio campanatum esset illicita, puta quia pulsaret ad seditionem, & arma, si exinde in illa pugna quis occidatur irregularis erit, quia dedit causam huic motui, & præcauere debuit simile quid euenturum. Couarru. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. num. 5. versic. tertio, de homicid. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 235. versic. vigesimotertio. Maiol. libro 5. cap. 48. §. 3. numero 11. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. decimonono. Syluest. verbo, homicidium, 2. quæst. 10. Colmus Philiarchus libro 4. capit. 11. §. regula 3. Summa Corona

4 tract. de irreg. numero 16. regul. 1. Addit autem Couar. vbi supra, non esse irregularem, qui campanam pulsauerit in signum, quod aliquis sit a ministris iustitiæ occidendus, quod idem docet Maiol. lib. 2. capit. 10. num. 4. Clericus vero id faciens, vel fieri concedens peccat, si campana sit consecrata, vt constat ex Conc. Mediolan. I. sub Pio IIII. celebrato per RR. Card. Borromæum, par. 1. tit. de Eccles. & earum cultu, in fine.

5 Quarto infertur, recte iudicari non esse irregularem illum in cap. eahibita, de homicid. qui misit ludendo lapidem in altum, & is à lapide fugiens, & demum procidens in alterum lapidem caput offendens, culpa Medici mortem obierit. Quia qui misit lapidem dedit operam rei licitæ, (ludus enim ille inter pueros licitus fuit) nec aliquam culpam habuit, quam ipse præuidere potuit; vnde homicidium casu contingens ei non imputatur; sin autem culpam habuisset, quia scilicet lapidem ita grauem misit, vt non fugienti vulnus posset periculosum inferri, irregularis esset, qui lapidem mitteret. Innocent. Panorm. & DD. ibi, & Couar. in Clemen. si furiosus, part. 2. §. 4. numero 6. de homicid.

6 Quinto infertur, quam recte Clericus cum laico ludens, cuius ludi consuetudo erat, vt obtinens ludum equitaret socium, & cum laicus ludum obtinuisset, prosiliuit super clericum equitaturus eum, qui falce illius clerici, qua fuerat accinctus, vulneratus, & post paucos dies mortuus, irregularis indicatus est; in capit. continebatur, cum tamen clericus cum alio clerico ludens quem ille alius clericus ad terram proijciens a cultello, quem ad latus habebat, grauiter vulneratus, & mortuus excusatus sit ab irregularitate, in cap. lator, de homicid, cum tamen eadem ratio in vtroque casu esse videatur: siquidem in priori casu dabat operam rei illicitæ ludendo cum laico, quod non licebat, argumen. capit. laicos, 2. quæst. 7. vel si licitum fuisset, non adhibuit debitam diligentiam; quia cum sciret falcem, & ludi conditionem, non remouit a se falcem, & sic in culpa fuit; in secundo autem casu ludebat cum clerico, & ludo licito, nec aliquid mali probabiliter in futurum de cultello illo putabat, vnde hic in culpa non fuit, sed alter, qui potius ingessit se proijciendo illum ad terram: sic glos. io capit. continebatur, in verbo, Romani Pontificis, de homicid. Summa Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 4. artic. 6. quæstio. 3. Angelica, verb. homic. 2. §. 9. Syluest. verb. homicidium, secundo, §. 3. & 4. Colmus Philiarchus, lib. 4. ca. 11. §. 9. tertia regula. Toletus, lib. 1. Instruct. Sacerd. c. 27. ver. non calu. Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. numero octauo, de homicid. vbi notat Couar. ex d. capit. lator, prolati palestræ ludum licitum esse etiam Clericis. Imò addit ludos causa exercendarum virtutum, & vitium tunc clericis etiam in factis constitutis licere, quoties hi ludi non sunt communi hominum iudicio ad mortem, vel vulnera periculosi, iuxta ea, quæ norant DD. in cap. 1. & capit. scotoriam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi, & in capit. 2. de torneamentis. Quæ omnia ex duabus regulis prioribus colliguntur.

7 Sexto, infertur resolutio illius quæstionis, qua quæritur, an laici, clerici, & monachi, chirurgiæ vel

vel medicinæ operam dantes irregulares sint, si inde sequatur homicidium? sciendum enim est Clericis in sacris constitutis prohibitum esse officium chirurgicum adustione, vel incisione, in cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi. Qui textus etiamsi loquatur tantum de constitutis in sacris, vt constat, dum nominat solum Subdiaconos, Diacones, & Sacerdotes; tamen Panorm. ibi, num. 21. & Syluest. verbo, medicus, quæst. 2. & verbo, homicidium, 2. quæstio. 12. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. vndecimo, & verbo, medicina, §. 3. Maiol. lib. 2. capit. 12. numero 7. Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. num. 3. de homicid. Petrus de Arragon. 2. 2. quæst. 64. art. 8. dub. 2. in argumento 1. & citat Paulum Parisium, consil. 96. lib. 4. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 1. extendunt ad existentem in minoribus, si sit beneficiatus, & idem de monachis manifestum est, ex cap. tua nos, de homicid. his enim prohibetur officium chirurgiæ, etiam si periti sint in arte chirurgiæ, ob periculum mortis, quod exinde euenire solet: at verò laici in arte chirurgiæ periti, & clericis in minoribus, qui beneficium non habent, licitum est officium chirurgiæ exercere cum adustione, vel incisione: vnde, iuxta nostram sententiam superius positam sequitur, laicos, & clericos in minoribus non beneficiatos artem chirurgiæ cum adustione, vel incisione nec non medicinæ artem exercentes irregulares non esse, si obseruatis illius artis præceptis, mors subsequatur, sed licite ad ordines promoueri posse. Quamuis enim Clemens Papa III. in capitulo ad aures, de ætat. & qualitat. ordin. consuluit Medico, ne ad ordines promoueatur, id tamen non ea de causa consuluit, quia mors ex illius artis exercitatione subsecuta sit, sed ex dubitatione de aliqua negligentia commissa in illius artis exercitio, vnde monet, ne promoueatur, si conscientiam læsam haberet alicuius culpæ, quasi libere permissum iure sit ad ordines sacros promoueri, vbi artem medicam absque culpa exercuerit, etiamsi casu aliquo fortuito, mors aliunde subsecuta sit.

8 Vt autem medicus non teneatur de morte infirmi tria præcipuè sunt necessaria, vnum est, vt sit peritus in arte illa, & professione. Alterum est, vt adhibeat omnem diligentiam secundum artis præscripta. Tertium est, vt admoneat infirmum, vt præcaueat ab his, quę sibi sunt nocumento futura, text. in capit. tua nos. de homicid. & ibi Panormit. num. 3. Host. in Summa, lib. 1. tit. de ætat. & qualit. ordin. §. ordo. Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 18. Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 13. Tabiena, verbo, medicina §. 2. & verbo, irregularitas, 3. §. vndecimo. Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4 num. 2. de homicid. Immo vero, si aliquis laicus chirurgus peritissimus aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiam artis, sed pœnam aliunde inflictam, prohibitus esset a iudice ad tempus vti chirurgi officio, & is non obstante prohibitione hac, secreto eadem arte vteretur, & ob aliqui adustionem, vel incisionem peritissime factam culpa ægroti mors secuta sit, non erit irregularis. Hæc enim transgressio illicita præcepti Iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis, cum prohibitio hæc illi facta non sit propter homicidij periculum, vnde quamuis peccet faciendo contra iudicis præceptum, irregularis non erit, etiam si aliunde mors subsequatur, ex Couar. in Clement. si furiosus, part. secunda, §. quarto, numero 10. versic. tertio, de homic. & Henriquez lib. decimoquarto, ca. 15. § 1.

9 E contra vero Monachi, & Clerici in sacris, nec non in minoribus existentes beneficiati, cum illis prohibitum sit exercere artem chirurgiæ cum adustione, vel incisione, propter periculum homicidij, si mors inde sequatur, irregulares erunt, quantumcunque diligentiam adhibuerint, & hoc ratione operis illiciti sufficienter in talem effectum ordinati. Quo fit, vt vtrumque necessarium sit, scilicet quod inciderint, vel combusserint, & quod mors inde subsequatur; si enim non inciderint, vel combusserint, aut si combusserint, vel inciderint, non tamen ex illa incisione, vel combustione subsecuta sit mors, sed aliunde, scilicet ex malo regimine, aut alia de causa irregulares non erunt. Hinc constat, quam recte monachus, qui rumorem pietatis causa ferro aperuit, in capit. Tua nos, de homicid. ab Innocentio Papa III. irregularis iudicatus sit, quamuis omnem dilligentiam adhibuit, monendo fœminam illam, vt a vento caueret, & ipsa vento se exponens, mortem obierit; quia dedit operam arti chirurgicæ illi prohibitæ ob periculum homicidij, quod solet frequenter exinde sequi, maxime, quando quis non est in arte peritus, qualis præsumitur monachus communiter non esse, vt recte docet Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. num. 3. de homicid. quamuis enim vere sit peritus in arte, in foro tamen exteriori præsumitur non esse satis peritus, & hic sensus est illius capit. tua nos, de homicid. In cuius expositione fallitur Sotus, libro 5. de iustit. quæst. prima, art. 9. ante finem, primo in eo quod ait monachum illum non fuisse irregularem: quod falsum esse constat, siquidem Innocentius Papa III. vbi vult cum illo facilè dispensandum adhibita pœnitentia, & satisfactione, quia curabat ex pietate, non ex quæstu; qui vero dispensatione eget, irregularis est. Secundo errat in eo Sotus, quod velit illum fore homicidam, si lucri gratia officium illud exercuisset, secuta morte, existimans prohibitum monachis, & Clericis hoc officium, solum ob lucrum; quia vt diximus, officium chirurgiæ cum incisione, vel adustione non est illis prohibitum ob lucrum, sed generaliter etiam ob pietatem, eo quod est officium periculosum, vt recte docent Ioan. Andr. & Panormitan. vbi supra, in capit. tua nos. numero quinto, de homicid. & alij, quos refert, ac sequitur Nauarrus in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 222. versic. quarto, vnde & monachus ille, cuius mentio fit in dicto capit. tua nos. iudicatur a Papa irregularis, non quia dabat operam rei illicitæ, & prohibitæ simpliciter, sed prohibitæ illi, quia periculosæ: vulnus enim illud quod illi fœminæ intulit in gutture ad curandum tumorem, fuit opus ex se periculosum, & ideo subsecuta morte, quamuis culpa etiam mulieris, induxit irregularitatem. Quando autem clericus, aut monachus vere peritus esset, & vrgeret necessitas, nec alius laicus peritus adesset, qui id facere posset, si clericus hac vrgente necessitate, officio hoc chirurgi in casu aliquo particulari vteretur, excusaretur fortassis a prohibitione iuris, & ab irregularitate, etiamsi mors aliunde subsequatur, vt docet Henriquez libro decimoquarto, cap. 11. §. primo, cuius sententia probabilis est; non enim existimandum est velle Ecclesiam, vt in tali necessitate obliget suum præceptum, vnde sicut tunc in homicidio casuali excusatur a culpa, & voluntario, ita etiam excusatur ab irregularitate.

Et quæ hactenus diximus de clericis, & monachis, intelliguntur solum de exercitatione chirurgiæ cum adustione, vel incisione, siquidem clericis etiam in sacris constitutis, & Monachis licitum est exercitium artis medicinæ, dummodo nec incisio, nec adustio, nec etiam probabile periculum mortis, interuenerit, & hoc maxime erga personas miserabiles, & cognatas personas, argumen. capit. primo, & 2. de postul. quibus sit eis facultas postulandi, seu aduocandi pro huiusmodi personis. Vnde si monachus, vel clericus exercet medici artem, & peritus esset tanquam alter medicus

peritus, & absque eius culpa, casu infirmus, & ægrotus moreretur, non esset is irregularis, ex Cardin. in cap. tua nos. colum. prima, de homicid. Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. numero tertio, de homicid. Quia daret operam rei licitæ. Nam vt constat ex capit. ad aures, de ætat. & qualit. Pontifex consuluit, ne promoueatur ad ordines, qui habet conscientiam læsam alicuius culpæ, & negligentiæ, hinc significans promoueri posse, vbi artem medicam absque culpa exercuit, & idem docent Nauar. in Manuali, capit. 25. numero 111. versic. Clericus verò, & Henriquez lib. 14. capit. 11. §. 1. in annotat. littera F. nullo iure prohiberi Clericos, vt arte chirurgiæ, vel medicinæ vtantur absque incisione, vel adustione, & Panormit. in capit. sententiam sanguinis, num. 22. ne Clerici, vel monachi, potius in hanc sententiam inclinat, quia, inquit, non ita contingit periculum mortis directè in Physica, sicut in chirurgia, quæ per adustionem, vel incisionem fieri solet.

12 Septimo infertur dantem medicinam, aut potionem absque medici consilio contra eius prohibitionem alicui ægrotanti, si inde mors subsequatur, esse irregularem, quia rei sibi prohibitæ & periculosæ, ex qua mors subsecuta est, operam dedit. sic Innocent. & Doctor. in capit. tua nos, & Marian. Socin. in cap. ad audientiam. numero trigesimosecúdo, de homic. Summa Confess. libro secundo, tit. 1. quæst. 39. & 41. & Couar. in Clemen. si furiosus, par. 2. §. 4. num. 3. versic. ex his etiam, de homicid. & Henriquez libro 14. capitulo 15. §. 5. & alij.

13 Octauo infertur, eum, qui ægrotum agonizantem zelo pietatis, & compassionis adductus in aliud latus vertit, vt moriatur, vel mors eius acceleretur, fore irregularem. Circa hoc autem aduertendum est, non satis iure locutum esse Pelagium libro 2. de planctu Ecclesiæ, capit. 48. dum absolute docet voluentem in aliud latus, etiam sine culpa, irregularem esse, vnde consuluit Clericos abstinere omnino ab officio infirmarij. Cæterum, communis opinio DD. est eos, qui ex officio, aut ex Prælati obedientia inseruiunt ægrotis, non incurrere irregularitatem, nisi acceleretur mors ægroti ex aliquo facto ipsorum notabili ob euidentem, aut notabilem eorum negligentiam: sic Astensis in Summa, parte 2. lib. 6. titu. 14. artic. 3. q. 4. & art. 8. quæst. 18. & Summa Confess. libro 2. tit. 1. q. 10. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. cap. 2. §. homicidium casuale, in fine. Angelica, verbo, homicidium, 2. num. 14. Specul. tit. de dispensatio. §. iuxta. versic. quid si alius infirmum. Villadieg. tract. de irregular. cap. de percussore, colum. 5. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, numero 32. de homicid. Syluest. verbo, homicidium, 2. quæst. 15. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 12. & 15. Caiet. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. Sotus, libro 5. de iust. quæ. 1. art. 9. Nauar. in Man. cap. 27. numero 228. versic. decimoquinto, & numero 129. versic. decimosexto. Couar. in Clemen. si furiosus. par. 2. §. 4. num. 3. versic. pari sanè ratione, de homicid. Summa Pisanella, verbo, homicidium 2. §. penult. Martin. Ledes. 2. 4. quæst. 29. artic. 2. de irregular. pag. 346. colum. 3. Alphons. Viuald. tract. de irregul. nume. 246. & nu. 247. Summa Corona tit. eod. versic. quarta regula Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 2. & §. 4. num. 4. & Henriquez lib. 14. c. 15. §. 5. & capit. 19. §. 3. in fine. Quæ autem sit culpa notabilis, & acceleratio, iudicat peritus artis. Id quod procedit non solum in eo qui hoc facit, sed in eo etiam, qui id iubet, rogat, aut consulit, vt faciat: & ita iudicandum est quid sit dicendum in sequentibus casibus, si quis inseruiens ægroto, eum ex vno latere vertit in aliud, ita vt mors eius acceleretur, quia vel apostema frangitur, vel anhelitus impeditur, vel quia eo motu suffocatur. Item, si quis ad iram pro-

uocauerit ægrotum, vel ei malum nuncium dat, aut ad tristitiam excitet, vel verbis asperioribus commouerit, aut perturbauerit, Item, si aut vinum, aut aquam, vel aliquid cibi ægroto dederit, ad preces eius, aut consilio alterius, præterquam Medici. Item, si ægrotum sinat vel lecto surgere, vel cubiculo egredi, aut domo exire, & inde acceleretur mors. In his omnibus, & alijs similibus, si non sit euidens, aut notabilis negligentia, (qualis esset si aliquid scienter contra præcepta medici ægroto porrigeretur; aut qualis esset notabilis motus, quo ægrotus ad iram, vel tristitiam commoueretur, & qualis esset, si custos infirmi vocaret minutorem, vel porrigat ei vinum, aut aquã, aut non bene custodit infirmum; & qualis esset, si custos phrenetici, vel furiosi dimittat eum, vt ipse eat ad ludendum in platea, vel aliàs daret operam rei illicitæ, aut ex nimia crapula, vel ebrietate vigilare non potuit, & ægrotus vel se præcipitaret, vel alium in phrenesi, occideret) non est cur irregularitas timeatur, maxime quando hæc fiunt ex obedientia superioris aut ex pietate, & charitate erga infirmum & absque vlla intentione nocendi infirmo; quia ad hoc vt sit homicidium voluntarium, indirectè, & casuale, non sufficit ex opere commisso, aut ex quacunque minima negligentia mortem subsecutam esse, sed necessarium est aliquam notabilem culpam in committendo, aut negligentiam in omittendo fuisse, ex qua indirectè actus voluntarius, & peccatum mortale sit. Quod si infirmarius, aut peritus artis de propria culpa dubius sit, & bona fide, & intentione id fecit, puta versat infirmum, ne angustietur, vt quietius dormiat, emollit lectum, ministrat aliquem cibum, aut potum, potest ad viri boni arbitrium omnes scrupulos deponere, & se non putare irregularem, quia in dubio, sine dolo existens, non est culpandus de irregularitate. Nec magis prohibetur Sacerdos curam infirmorum agere, quam laicus, vt rectè Caietan. & Henriquez vbi supra, capit. 15. §. primo, in annota. littera M. docent, vbi autem Sacerdos esset perplexus, maxime, dum agonizat infirmus, tutum consilium est, quod dicat laico infirmario, vt officium suum exequatur, iuxta medici præscriptum, & infirmi necessitatem.

14 Nonò infertur irregularem esse eum, qui à vulnerato sagittam extraxit, si non sit medicus, aut chirurgus artis peritus, si ex hoc ipse vulneratus citius moriatur; quod verum est, quando extrahens sagittam culpam commisit in extrahendo, eo quod non seruauit modum ab huius artis viris peritis præscriptum, dedit enim operam rei sibi illicitæ, & periculosæ, ideoque si culpam commisit, irregularis erit, alias irregularitatem non incurrit. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versicul. si autem aliquis sagitta. Nauarr. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 229. Couar. in Clement. si furiosus, par. 2. §. quarto, numero 3. in fine, de homicid. Maiol. libro quinto, cap. 48. §. 4. nume. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. de Irregularit. pag. 365. columna 3.

15 Decimo infertur, quod si Clericus, aut monachus cum fœmina prægnante ludat, etiamsi affinis, vel consanguinea sit, & quantumuis modeste cum ea ludat, & siue ex causa honesta, aut inhonesta cum ea saltet, aut choreas ducat, censebitur irregularis, si casu contingat abortio fœtus animati ex eo lusu, quia lusus ille cum fœmina prægnante periculosus est, saltem frequenter occasionem præbens abortioni? & talis ludendi leuitas a clerico, & monacho indigna est, & illicita propter periculum abortionis; secus autem, si laicus, puta maritus, frater, affinis, aut persona, coniuncta ludat, & ludus sit leuis, tunc enim, si casu sequatur abortio, irregularis non erit;

quia

quia leuis ludus, vt choreas ducere modestè, etiã cum muliere prægnante, non est prohibitus laicis, sicut clericis, & religiosis, & ideo non imputatur abortus laico, qui monacho, aut clerico imputaretur. sic Panor. in cap, sicut ex literarum. numero sexto, de homicid. Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 5. Syluest. verbo, homicidium, 2. §. vndecimo, Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 14. Nauarr. in Manuali. cap. 27. numero 236. §. vigesimo quarto. & Couar. in Clement. si furiosus, par. 2. §. 4. nume. 4. & num. 10. versic. quinto. de homicid. Maiol. libr. 5. cap. 48. §. 3. nu. 8. Cosmus Philiarchus, lib. 4. capit. 11. §. 7. vers. 3. regula. Summa Corona, tit. de irregul. num. 17. Petrus de Arragona, 2. 2. q. 64. artic. 8. dub. 2. ad 2. quicquid Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 4. velit clericum, aut monachũ irregularem in hoc casu non esse, si cautè ludat, aut saliet cum prægnante, qui fallitur, cum enim concedat esse illicitum propter periculum, etiam fatendum est irregulares esse clericos, & monachos ita cum prægnante saltantes, si sequatur abortus, quia dant operam rei illicitæ, & prohibitæ, ex eo quod sit actus ad abortionem periculosus; sicut etiam laici secuto abortu, irregulares essent, si incautè cum prægnantibus ludant, ob periculum abortus. Et hac de causa
16 clericus, qui ad se venire facit prægnantem per loca periculosa, vt per tecta domus, aut per fenestram, si illa cadens moriatur, aut aboriatur irregularis est, secus verò si introducat per viam planam, puta per ostium, & idem contingat; quia licet vtrumque opus sit illicitũ, & ex vtroq; secutus sit abortus, vel mors, prius tamen est periculosum, & sufficienter ordinatum ad abortum, vel mortem, non autem posterius: sic Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 7. citans Guliel. Laudun. Tabiena, verbo, irregularitas, §. 14. Nauar. in Man. cap. 27. num. 235. vers. vigesimo tertio, & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 4.

17 Vndecimo infertur, quod si laicus incumbens venationi periculosæ, qualis est ea, quæ fit armis, adhibeat sufficiẽtem diligentiam, ne sequatur homicidiũ, & tamen sequitur, non est irregularis, quia illi nõ est prohibitum venari; clericus verò in sacris constitutus, prædictæ venationi incumbens, irregularis erit secuto homicidio, etiamsi diligentiam omnem adhibeat, ne sequatur, quia est illi prohibitum sic venari. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. quarto, Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 13. Syluest. verbo, homicidium, 2. §. quinto, Socin. libro primo, consil. 58. Alphons. a Castro, libro 2. de potesta. leg. pœnal. ca. 14. vers. nec refert, & Caietan. 2. 2. quæstione 64. artic. 8. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 235. vers. vigesimo secundo Couar. in Clem. si furiosus. part. 2. §. 4. nu. 10. versi. quarto. de homicid. Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. Qui tres vltimi authores meritò cum Soto libro 5. de iust. q. 1. art. 9. quibus consentit Petrus de Arragona, 2. 2. q. 64. artic. 6 dub. 2. Coroll. 3. hoc quod diximus solum verum esse docent, quando clericus daret operam venationi, quæ illi prohibetur, quia de se est periculosa.

18 Sciendum enim est Clerico beneficiario, aut sacris initiato, & monachis, aliquam venationem prohiberi tanquam periculosam, vt est venatio aprorum, & ea quæ clamorosa est, & fit cum armis. cap. qui venatoribus, & seq & cap. Esau. & ibi glo. in verbo, piscatores, dist. 86. & cap. 1. & 2. & ibi glo. & Panorm. de clerico venatore, & de hoc venationis genere procedunt, quæ hactenus dicta sunt. Alia venatio prohibetur istis solum ob honestatem, & status decentiam, vt venatio cuniculorum, & animalium mansuetorũ, ac auium captio sine strepitu, & clamore, neque enim status eorum permittit, vt his se frequenter exerceant & ita monachis nigris prohibetur venatio frequens, dum fit ex proposito, & cum canibus simul, & auibus, Clement. ne in agro, de statu monach. Si tamen raró, & recreationis causa id faciãt, nõ peccant, dummodò absit scandalum, ex Syluest. verbo, venatio, & Henriquez vbi supra, cum alijs multis, quos refert, quod intelligo, quando cum silentio, & modestia id faciant, & tempore non prohibito, si enim id facerent in Quadragesima, grauiter peccarent, sicut etiam, si alijs temporibus ieiuniorum id facerent, argumen. capit. quid prodest, & cap. an putatis. distinct. 86. & capitulo si nulla, 23. quæstione 8. & Syluest. vbi supra. Vndè si clericus venationi huius generis operam daret, etiam tempore interdicto, vt diximus, & etiam cõtra Prælati præceptum, si nulla alia culpa accedat, sed debitam diligentiam præmittat, casu occideret hominem, quem putabat feram; aut si se exercens in balista saggittam in volucrem dirigens casu incidat in hominem, aut si clericus porcos de agro pulsurus lapidem iaciat, & puerum interficiat, præmissa debita diligentia, irregularis non erit, argumen. capit. Clerico, & glo. ibi dist. 50. & Syluest. verbo, homicidium, 4 §. quinto, & Tabiena, verbo, irregu. 4. §. 19. in fine. Henriquez libr. 14. capit. 15. §. 3. Quia vt rectè docet Couarr. vbi supra, vbi venatio interdicta est propter honestatem solum, si nulla alia culpa in ipso actu cõtingit, quam quod det operam rei interdictæ, irregularis non erit. Non enim culpa illa venationis illicitæ ad homicidium pertinet, sed tantum ad transgressionem præcepti de non venãdo constituti, quæ non sufficit ad irregularitatem ex homicidio casuali sine alia culpa subsecuto. Ex quibus constat Caietani dictum 2. 2. quæstione 64. artic. nono, vbi ait clericum mortaliter venationi vacantem ab homicidij culpa excusari quando nobilis laicus venationi vacans ab homicidij culpa excusatur, quia scilicet adhibita est omnis diligentia, ne cuiquam noceret venatio falsum esse, nisi cũ distinctione prædicta subintelligatur; si enim clericus venationem exercet, quæ non est ex se prohibita tanquam periculosa, sed propter decentiam status, sic verum affirmat, sin autem venatio illi prohibita sit tanquam periculosa homicidij, sic falsum est; tunc enim laicus adhibita diligentia, ab irregularitate homicidij iniusti casualis excusatur, cum hic omni culpa careat, hæc autem non nisi ex culpa contrahitur; Clericus verò etiam omni diligentia adhibita irregularis censendus erit, secuto homicidio, cum sit culpabilis, vt subtiliter post Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimo septimo, numero 237. versic. 26. Fr. Mich. Salon in 2. 2. q. 64. artic. 8. controu. 3. annotauit, & ex doctrina in superiori capite a nobis tradita euidenter deducitur.

19 Duodecimo infertur irregularem esse eum, qui habet vrsum, leonem, canem, si aliquod ex his animalibus hominem occidat; quod intellige, si non cautè, & benè ligata hæc animalia tenuerit, aut si ea ligata in via, vel in itinere aut in alio loco publico custodierit, ex Inn. in c. ad audientiam. de homicid. & Sum. Cõfess. lib. 2. tit. 1. q. 28. Sum. Asten. p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 6. q. 9. S. Anton. 3. p. tit. 29. c. 2. § homicidium. casuale Sum. Pisanel. verbo, homicid. 3. §. 2. Angelica, verbo, homicid. 2. §. 16. Syluest. verbo, homicid. 2. versi. 24. Tabiena, verbo, irreg. 3. §. 17. Spec. tit. de dispens. §. iuxta, vers. quid si aliquis tenet ceruum. Sum. Confess. lib. 2. tit. 1. q. 28. Nau. in Man. cap. 27. num. 227. ver. 14. Couar. in Clem. si furiosus. p. 2. §. 4. num. 10. vers. 4. de homicid. Henriquez lib. 14. cap. 15 §. 3. in fine. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 3. nu. 13. Toletus lib. 1. Inst. Sacerd. c. 29. in fine. Si enim ea cautè, & bene ligata custodierit, nec in via, vel loco publico, sed in priuato, tunc si casu aliquem occidant, ab irregularitate excusatur, cũ sit absq; omni culpa, vt præfati DD. tradũt.

20 Decimo tertio infertur, parentes, & nutrices tenentes infantes in lecto irregulares esse, si nocte in somnis, dum dormiunt, suffocentur, cum hoc eis prohibitum sit propter probabile periculum homicidij, quod inde euenire solet; vt cap. consuluisti, 2. quæstione quinta, vbi Stephanus V. id prohibet in vniuersum omnibus parentibus, & in cap. quæsitum, de pœnit. & remiss. Clemen. III. id in speciali Sacerdotibus Græcis prohibet, & est communis DD. Panorm. in d. ca. quæsitum, & facit cap. de infantibus, de his qui fil. occid. Summa Confessl. lib. 2. tit. 1. quæstione 57. Summa Pisanella, verbo, homicidium, 3. §. fin. Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 15. Syluest. verbo, homicid. 3. §. 23. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. sexto. & §. sexto, & §. 14. Nauar. in Manual. cap. 27. nume. 220. versi. 25. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. nono, Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 7. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 243. Summa Corona, tit. eod. num. 17. in regula quarta. Cosmus Philiarchus libr. 4. cap. 11. §. 7. regula tertia. Toletus libro primo. Instruct. Sacer. capit. 29. notab. 1. Ioannes Capanillus, de casibus reseruatis, casu 10. Quod procedit, vbi probabile periculum talis euentus præcaueri poterat, & negligentes fuerint in præcauendo. Siquidem vt plurimum tenere infantes in lecto, statim offert periculum oppressionis, ideoque nisi debitis circumstantijs honestetur, est illicitum, & periculosum, quia est contra curam debitam vitæ proximi. Sin autem honestetur ex iustis causis, debitis circumstantijs, puta quia lectus extensus, & infans satis distat a parente, vel nutrice, & nutrix consueuit semper inuenire in eodem loco, aut situ, quo se incipiendo dormire posuit, aut implacabilitas infantis hoc exigat; vel si parentes tam inopes sint, vt ob commodum infantis ita reponant, vt in frigore foueant, excusati videntur ab homicidio, & irregularitate, si casu infans suffocetur, quia non est rationabile his concurrentibus periculum timere. Vnde in cap. consuluisti, secunda quæst. quinta, non absolute præcipitur parentibus, ne tenellos infantes in lectulis proprijs collocent, sed admonendi sunt, &

21 protestandi, vt cum aliquo periculo, aut negligentia eos sic ponant. Si igitur ex circumstantijs consideratis nulla periculi ratio supersit, certe euentus sinister casualis omnino censebitur, nec quicquam omnino voluntarij etiam indirectè habebit, & proinde nec ad homicidium, nec ad irregularitatem imputabitur. Addunt tamen Tabiena, in dict. §. decimoquarto. Maiol. Viuald. & Henriquez vbi supra, quod si adesset censura excommunicationis, vt communiter fulminatur ab Episcopis in suis diœcesibus contra eos, qui culpabiliter suffocant infantes in lecto, (constat enim experientia multos pueros suffocari) tunc nullo modo possunt apud se tenere. Talis excommunicatio reseruata habetur in Concilio Prouinciali Mediolanensi, quarta, par. secunda, tit. de Baptismo, §. graue, Concilio Prouinciali Mediolan. VI. tit. de baptismo, §. grauissimo. & in Episcopatu Sauonæ, vt refert Alphons. Viuald. tract. de irreg. numero 243. vbi prohibetur, ne infantes, qui nondum ætatis suæ annum expleuerunt, in lecto teneantur, & in Synodo Casinensi sessione tertia, n. de secularium reformatione, cap. septimo, decreto V. cui nos interfuimus, idem sub eadem pœna prohibetur, ne ante triennium expletum in lecto teneantur, vbi errore impressoris. *Triennium pro annum* habetur: quem impressoris errorem hic annotare voluimus, ne quis talem prohibitionem tanquam nimis rigidam, & insolitam reprehenderet, sic enim in nostro libro manuscripto, *Idcirco sub excommunicationis pœna, & alijs arbitrarijs, præcipimus, ne infantes ante annum expletum in lectis dum dormiunt, tenere præsumant*, habetur, lata namque fuit illa excommunicatio propter periculum suffocandi paruulos, vt constat, quod quidem periculum post annum expletum, ante triennium cessat, vt experientia docet.

22 Decimo quarto infertur, non esse irregularem clericum, qui arborem alienam cædendo casu occidit aliquem, adhibita omni diligentia, ne mors alicuius sequatur; quia licet in hoc peccet clericus, quod arborem alienam cædat, quia tamen non est periculosa res, nec ex se ad alicuius mortem ordinata magis, quam si arborem suam cæderet, non est irregularis, nisi sequatur mors ex defectu diligentiæ adhibitæ, vt communiter tradunt DD. Sotus lib. 5. de iusti t. quæstione prima, artic. nono, vltra medium. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 237. versi. vigesimo sexto. Barth. Medina; in 1. 2. q. 73. art. 8. §. tertia regula. Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. Mich. Salon in 2. 2 q. 64. art. octauo, controuersia 3. quicquid Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 18. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. numero primo, putent irregularem esse, si cæderet lignum alienum, secus, si arbor esset sua: quæ opinio omni caret probabilitate, vt præfati authores tradunt. Eodem modo non erit irregularis, si cadat arborem contra obedientiam superioris.

23 Decimo quinto infertur non esse irregularem monachum, qui pulsando campanam tempore prohibito; si adhibita debita diligentia, casu aliquem occidat, ex eo quod tintinnabulum cadit. Sic Sotus, Nauar. Medina, Salon locis proxime citatis, contra eundem Syluest. vbi supra: Quamuis enim pulsando tempore sibi prohibito; peccet contra obedientiam, quia tamen non est res periculosa, aut ad mortem ordinata, non erit irregularis si casu quispiam occidatur.

24 Decimo sexto infertur non esse irregularem clericum, vel monachum qui mercando aliquid contra superioris obedientiam, casu inopinato, facta debita diligentia aliquem occidit. licet enim peccet sic mercando, non est tamen res periculosa, vel ad mortem ordinata, ex Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 237. vers. vigesimo septimo, & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. contra Syluest. verbo, homicidium, 3. quæstione 1. §. sexto.

25 Decimo septimo infertur non esse irregularem monachum Franciscanum, qui equitando casu inopinato puerum occidit: etsi enim peccat contra regulam suam equitando, non est tamen res periculosa, vel ordinata ad mortem, dummodo diligentiam debitam adhibeat, ex Nauar. in Manua. capitulo vigesimo septimo, num. 238. §. vigesimo octauo. & Barth. Medina, in 1. 2. q. 73. art. 8. §. tertia regula Henriquez libr. 14. cap. 15. §. 4.

26 Decimo octauo infertur nõ esse irregularem eum, qui inducit socium, vt furetur vineam alienam causa furti, si occidatur socius cane, vel custode vineæ, ex Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. & Mich. Salon in. 2. 2. q. 64. art. 8. controuers. 3. contra Nauar. in relect. de furto, numero 24. cuius opinio tunc solum vera erit, quando probabiliter inducens nouit tale furtum esse opus periculosum homicidij, & eo fine, vt ille morti exponeretur, tunc enim, cum ex illa inductione sequatur mors, & cum consensu inducentis erit homicidiũ simpliciter volitum ab inducente, & consequenter homicidio secuto irregularis est, qui alium ad opus illud licitum, & periculosum ex mala intentione induxit. Pari ratione, si quis mandet famulo, vt rapiat feminam in suam libidinem, & famulus rapiendo aliquẽ occidit, mandans non est irregularis, quia tale mandatum non est ordinatum sufficienter ad mortem; sic Henriquez libro decimo quarto, capit. decimo quinto, §. tertio, quod limitatur, quando non erat periculum

lum probabile homicidij ex tali raptu, secus autem si periculum aliquod erat homicidij ex illo opere illicito, quod mandator ex qualitate personarum, loci, & actus, cogitare debuisset, tunc enim irregularis erit mandator, vt recte Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. primo numero 2. versi. sic sanè, in fine, de homicid. annotauit. Et qui fabrum lignarium fecit incedere per tectum, vt illud componat, non erit irregularis, si ille expertus forte cecidit, & mortuus est. ex Syluest. verbo, homicidium, 2. §. nono. Henriquez libro 14. capitulo 15. §. 4. Angelica, verbo, homicidium, 2. §. octauo.

27 Decimonono infertur irregularem esse eum, qui reficiens tectum, & inde deijciens regulas aliquem occidit, nisi verbis monuit, aut signum posuit, vt transeuntes sibi caueant ab ictu tegularum: sic Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 19. Nauarr. in Manual. capit. 27. num. 237. vers. vigesimo secundo Maiol. libro quinto, cap. 48. §. tertio, numero decimo, Henriquez libro 14. cap. 15. §. 4. post S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. homicidium casuale. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 21. §. 7. regula 1. Summa Corona tract. de irreg. num. 16. reg. 1.

28 Vigesimo infertur irregularem esse eum, qui puerum pro asportanda aqua mittit ad flumen, aut puteum discoopertum, qui suffocatus est. Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 236. versi. vigesimoquinto. & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 4. Nam mittens præcogitare debuit de verisimili periculo. Pari ratione irregularis est, qui mittit puerum ad aquandum equum, etiamsi moneat eum, vt caueat a flumine, si puer flumen intret, & submersus sit, quod intelligitur, quando probabiliter præcogitare debuit fore periculum, vt contingere solet, Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 26. Summa Astensis par. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 8. quæstione 8. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. homicidium casuale. Angelica verbo homicidium, 2. §. 22. Syluest. verbo; homicidium, 2. §. 17. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 1. & §. septimo, & Maiol. libr. 5. cap. 48. §. 3. nume. 14. Albericus, verbo, homicidium, 6. in fine, & citant Host. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 7. regula 2.

29 Vigesimo primo infertur irregularem esse eum, qui ludêdo lapidem proijcit in aliquem, aut sclopum in aliquem explodit, si is in quem lapis conijcitur, ne percutiatur fugiens cadat, & moriatur; quod intelligitur, quando fugiens timebat sibi de graui malo sibi infligendo, nisi fugeret; & quando proijciens grauiter percuteret, vel iactus potuisset grauem percussionem facere, nisi alius fugisset, quia tunc proijciens tenetur de homicidio; tunc enim noxius, & periculosus est ludus etiam in pueris, secus autem si fugiens timebat solum de percussione, & leui, & percutiens, & proijciens intendit solum leuiter percutere, vel si proijciens a longe lapidem misit, & terrefecit hominem eo modo, qui non solet perturbare, aut nocere, tunc enim licet alius timens fugeret, & corruens interiret, proijciens irregularis non esset, Innocent. & Host. & Panormit. in cap. exhibita, numero quarto, & quinto, de homicid. Summa Astens. par. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 6. quæst. 4. Angelica, verbo, homicidium. 2. §. 11. Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 21. Hugu. in cap. sæpe, distinct. 50. Alberic. verbo, homicidium, 6. Summa Confess. tit. eod. q. 19. & 27. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. quarto. S. Anton. par. 3. tit. 29. capit. 2. §. 3. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. nu. 4. Alphons. Viuald. tract. de irregul. num. 267. & Henriquez lib. 14. cap.

30 15. §. 3. Eodem modo qui proijcit lapidem in Petrũ, & Petrus alterum impellit sine dolo, & alter occiditur, irregularis efficitur, non Petrus, sed qui lapidem proiecit in Petrum. Item, si Ioannes lapidem in Petrum inijciat, Petrus autem declinans ictũ, lapis percutit Paulum, si Paulus occidatur, irregularis est Ioãnes, qui proiecit lapidem, non Petrus, qui ictum declinauit: & si Paulus, qui occisus est, clericus fuerit, Ioãnes & excommunicatus, & irregularis erit. Hugul. in cap. sæpe, distinct. 50. Summa Confess. libro secundo tit. primo. quæst. 27. Summa Astens. par. 2. libr. 6. tit. 14. artic. 6. quæst. 8. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. 3. Angelica, verbo, homicidium, 2. §. 9. Syluest. verbo, excommunicatio, 6. numer. 6. §. sciendum est quarto, vers. Secundo, vbi citat, & sequitur Alan. & Hostiens. quoad casum prædictum de excommunicatione, quia dat operam rei illicitæ, & hoc non sine diabolica suasione: & verbo, homicidium, 2. §. 26. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 236. versi. vigesimoquinto. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 2. Maiol. lib. 5. capit. 48. §. 3. num. 5. & 6. & Henriquez lib. 14. capit. 15. §. 3. qui duo vltimi idem docent, quod Syluest. tam de excommunicatione, quam de irregularitate: sin autẽ ictus lapidis directus fuisset in naues, vel quadrupedem, non autem in hominem, & fortuito hominem occiderit, vel mutilarit, non incurritur irregularitas, cum actio licita sit, & nullo modo ex se ad hominis occisionem periculosa, vt colligitur ex gloss. in capit. Clerico, distinct. 50. Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. 5. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 19. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 5. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 170.

31 Vigesimo secundo infertur irregularem esse eum, qui loco perterrefacit virum meticulosum aliquo motu subitaneo, si ipse eo metu percussus se præcipitet, aut mutiletur, ex Maiol. libro 5. cap. 48. §. 3. nu. 8. & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. exemplum esse potest in circulatore, aut alio deferẽte serpentes, aut angues, quos subito motu ostendat, vt metum incutiat, & ob id mors, aut mutilatio contigerit; & iure ciuili extraordinaria pœna punitur, pro modo culpæ, l. vlt. ff. de extraord. crimin. cuius culpæ ratione inducitur irregularitas, vt præfati authores tradunt. Item iuuenes lasciuientes, si vesicam turgidam porci subito rumpant, aut aliquid aliud, vnde subitus ille fragor, & crepitus mulieri prægnanti causam abortus dederit, si hoc fecerint causa perterrefaciẽdi, irregulares sunt, si scire potuerunt eam mulierem prægnantem fuisse, cum sint in dolo, & causam sufficientem abortus dederint, sic Innocent. Abbas, & Vinc. Maiol. lib. 5. capit. 48 §. 3. num. 8. Summa Corona tract. de irregul. num. 16. regula 2. & Henriquez. libr. 14. cap. 15. §. 3. & faciunt quæ tradit Caiet. 2. 2. q. 64. artic. 8. in fine, maxime considerata feminarum natura, quæ admodum timida est; quamuis Angelica, verbo, homicid. 2. §. 12. & Syluest. verbo, homicidium, 2. §. 22. & Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 14. contrarium in hoc vltimo exemplo doceant in pueris, qui ludendo id faciunt sine dolo, & ignorantia probabili talis euentus futuri, & fauet Maiol. vbi supra, & est rationabilis opinio, cum dent operam ludo licito, & dolo careant. Et ex his casibus facile colligitur, quid in alijs similibus iudicandum sit.

32 Addo etiam hæc, quæ de homicidio casuali dicta sunt, intelligenda esse non solum, vt irregulares constituantur quoad ordines suscipiendos, sed etiam quo ad susceptos, vt espresse docent Panorm. in cap. dilectus, nume. 3. & Ioan. Andr. quem Panor. ibi citat, & Anan. & idem Panor. in cap. significasti, 1. de homicid. & Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. nu. 11. in fin. de homicid. quicquid glo. in cap. dilectus, in verbo, nec actu. & Felin. in cap. presbyterum, nu. 3. de homicid. velint impedire solum quoad ordines suscipiendos, non autem quoad susceptos.

De

De dispensatione in irregularitate ex Homicidio voluntario, vel casuali prouueniente. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Dispensatio in irregularitate ex homicidio post Cōcilium Trid. a quo facienda.*

2 *Irregularitas ex homicidio iniusto prouueniens baptismo tollitur.*

3 *Papa in omni irregularitate ex homicidio voluntario etiam notorio dispensare potest, & quæ huius sit ratio.*

4 *Papa cum homicida voluntario difficulter, & etiam additis quibusdam conditionibus dispensare solet.*

5 *Homicidium duplex est, aliud voluntarium, aliud casuale.*

6 *Voluntarium quidnam censendum.*

7 *Casuale quid, & quotuplex sit.*

8 *Casuali in homicidio alia est ratio quoad culpam, alia vero quantum ad facultatem dispensandi in eo.*

9 *Dispensare potest Episcopus in omni irregularitate ex delicto occulto prouueniente, excepto homicidio voluntario.*

10 *Dispensare non potest Episcopus circa irregularitates ex delicto ad forum contentiosum deducto.*

11 *Tempus datum pro ordinibus suscipiendis, pendente lite circa delictum irregularitatem inducens, quodnam sit.*

12 *Episcopus inquisitus ordines conferre, & alia Pontificalia exercere potest.*

13 *Dispensare non potest Episcopus in irregularitate ex homicidio manifesto procedente.*

14 *Dispensare non potest Episcopus ad ordines minores, aut ad beneficium simplex obtinendum cum homicida voluntario occulto, aut manifesto.*

15 *Delictum publicum irregularitatem causans, in quo Episcopus non dispensat, vt sit, quid requiratur.*

16 *Homicidium voluntarium etiam occultum irregularitatem inducit.*

17 *Alphonsi de Castro, & Couarruuiæ opinio de homicidio occulto, eiusque dispensatione, quænam sit.*

18 *Lex Canonica, & humana actum humanum purè internum non comprehendit, & quæ huius sit ratio.*

19 *Crimina grauia, & depositione digna quænam sint.*

20 *Dispensare potest Episcopus in irregularitatibus ex homicidio casuali prouuenientibus ad ordines minores, & simplex beneficium.*

21 *Dispensare potest Episcopus cum homicida casuali ad beneficium curatum retinendum.*

22 *Dispensare potest Episcopus in irregularitate ex homicidio causa defensionis propriæ vitæ etiam culpabiliter perpetrato,*

23 *Dispensare potest Episcopus in delictis occultis solum in sua diœcesi circa subditos suos.*

24 *Dispensare possunt Prælati regulares cum suis subditis regularibus in homicidio casuali virtute priuilegiorum suorum.*

1 QVamuis olim disceptatio non parua inter DD. erat circa dispensationem huius irregularitatis, quia tamen hodie, maxime post Concilium Tridentinum materia hæc facilior, clariorque facta est, quid circa hoc sentiendum sit, breuiter in sequentibus exponemus.

2 Primo irregularitas hæc per baptismum tollitur. Quamuis enim nonnulli, quos superiori libro capitulo tertio, dub. 2. & capitulo decimoquinto, dub. 5. retulimus; existimauerint irregularitatem ex homicidio iusto, & absque culpa prouenientem non tolli per baptismum, quos latius illis in locis confutauimus; omnes tamen irregularitatem ex homicidio iniusto, & culpabili procedentem baptismo deleri docuerunt, & docent gloss. in capitulo deinde, in verbo, inter peccata, distinctione vigesimasexta, vbi ait omnem irregularitatem ex proprio delicto prouenientem tolli in baptismo. Et expresse in capitulo, si quis viduam. in verbo, post baptismum. distinctione 50. ait homicidium voluntarium, & culpabile, & irregularitatem inde prouenientem per baptismum tolli. & Archid. & Domin. ibi. & Hugol. Tancred. & Ioann. Calder. quos refert, ac sequitur Panormit. in capitulo gaudemus. numero decimoseptimo, de diuortijs. Innocent. in capitulo presbyterum. de homicid. Henriquez in dicto capitulo gaudemus, Hostiens. in Summa libro quinto, titulo de homicid. §. quę pœna, numero quinto. Palud. quarto, distinctione quarta, quæstione prima, articulo primo, versicul. quarto. Summistæ communiter Summa Pisanella, verbo, homicidium, quarto §. primo, in fine, & S. Anton. tertia parte, titulo vigesimonono, capitulo secundo, §. vltimo in fine, Angelica, verbo, homicidium, quinto in princip. Syluest. verbo, homicidium, tertia quæstione octauo versiculo primo, & verbo, irregularitas, quæstione vigesima octaua, versiculo primo, Tabiena, verbo, irregularitas, 5. in princip. Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimo septimo, numero 219. versiculo tertio. Martin. Ledesm. secunda, quarta quæstione vigesima sexta, articulo secundo, de irregul. pag. 364. column. 4. Couarr. in Clement. si furiosus, parte prima, §. secundo numero quinto, de homicid. Maiol. libro quinto, capitulo 61. numero vndecimo. Henriquez libro decimo quarto, capitulo decimoseptimo, §. secundo, & Toletus libro primo, instruct. Sacerd. capitulo vigesimonono, in princip. Ratio est, quia irregularitas hæc solum oritur ex illo horrore occisionis, qui horror tollitur per baptismum, dū homo, qui prius erat quasi lupus Saulo similis, per regenerationem baptismi deposita feritate, fit ouis mansueta, & mutatur in virum alterum, & plane homo nouus efficitur, argum. capitulo primo, distinct. 26. & cap. ferrum, & ibi glo. in verbo, quod non fuit, distinct. 50. & consequenter irregularitas ratione homicidij contingens, siue homicidium peccatum fuerit, siue non, tollitur per baptismum.

3 Secundo, Papa in omni irregularitate ex homicidio voluntario etiam notorio dispensare potest, vt communis DD. opinio testatur; sic Innocent. & Hostiens. Anan. & Panor. in capitulo sicut dignum, numero decimosecundo, & idem Panormit. in capit. continebatur, numero tertio, & in capitulo ad audientiam. numero quarto, vbi Socin. numero 95. de homicid. & Hostiens. in Summa, libro tertio, titulo de homicid. §. fina. Summa Confess. libro secundo, titulo primo quæstione 64. Summa Astens. parte secunda, libro sexto, titul. decimoquarto, artic. nono. Sanctus

Anton.

Anton. 3. par. titul. 29. capit. secundo, §. vlt. in fine, Summa Pisanella, verbo, homicidium, 4. §. 2. Angelica, verbo, homicidium, quinto, §. primo Syluest. verbo, homicidium, tertia quæstione octaua, versic. tertio, Tabiena, verbo, irregularitas, 5. in principio. Villadiego tract. de irregul. capit. vlt. Albert. Trotius, tract. de vero & perfecto Clerico, libro secundo, capitulo vigesimoseptimo, Ludouicus Gomez. in tractat. expectatiuarum, numero 88. Nauar. in Manual. cap. vigesimoseptimo, numero 239. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione vigesima sexta, articulo secundo, tract. de irreg. pag. 236. colum. 2. Couar. in Clement. si furiosus, parte secunda, §. tertio, numero tertio, de homic. Maiol. libro quinto, capitulo 51. numero secundo, & tertio, & Henriquez libro decimoquarto, capitulo decimoseptimo, & decimonono. Ratio, quia irregularitas homicidij voluntarij, sicut & omnis alia irregularitas solo iure humano introducta est, ex Innocent. & alijs, in capitulo ad audientiam, de homicid. Paludan. 4. distinct. vigesima quinta quæstione tertia, articulo secundo, conclus. 3. Syluest. verbo, irregularitas, quæstione vigesima octaua, versiculo tertio. vbi ait esse communem Doct. Couarr. in Clement. si furiosus, parte secunda, §. tertio, numero tertio, de homicid. & Henriquez libro decimoquarto, capitulo primo, §. tertio, Mich. Salon in 2. 2. quæstione 64. articulo octauo, in principio. Viuald. tract. de irregul. numero decimoquarto, & numero 212. & 213. Etiã si gloss. in capitulo sicut dignum, §. vlt. in verbo, consilium, & ibi Panormit. numero decimosecundo, & idem Panormit. in capitulo ad audientiam, & ibi Marian. Socin. tertia quæstione principali dicant cõtrarium existimantes irregularitatem hanc esse de iure Diuino, propter illud 1. *Paralip.* 22. *& Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinis es.* Quorum fundamentum falsum est, non enim quæcunque in scripturis dicuntur, de iure Diuino sunt, & indispensabilia, sed ea solum, quæ Deus præcepit, vel qui scripturas scripserunt, a Deo immediate tanquam præceptũ diuinum Ecclesiæ tradendum susceperunt. Illud verò de Salomone templum ædificaturo, figura fuit mansuetudinis Christi, & Ecclesiæ Christianæ, quæ in pacis vnione, concordia, & charitate fundata est. Ephes. 4. Adde etiam quod ipse Salomon homicida fuit, nam & Adoniam, & Ioab, & Semei, & alios interfecit, vt patet 3. Reg. 2. Et quamuis in lege veteri prohibitum fuisset, illud tamen iudiciale fuit pertinens ad illum populum; post Christi verò passionem cæremonialia, & iudicialia legis illius cessant, nisi quantum Ecclesia illa prohibeat.

4 Nec obstat capit. miror. distinct. 50. vbi Ioannes Papa VIII. insinuare videtur non posse dispensari cũ homicida; siquidem vel intelligi debet textus ille de Prælatis inferioribus, & non de summo Pontifice, vel vt communiter præfati DD. tradunt, intelligitur Papam difficulter, & non nisi ex magna causa cum homicida voluntario dispensare solere, nisi cum eo qui religiosus sit, vel esse velit, vel nisi homicidiũ voluntarium sit omnino secretum, saltem vt in susceptis ordinibus ministrare possit. Immo Gomez vbi supra, & Ioannes Staphilæus de litteris gratiæ, & iustitiæ fol. 193. & Couarr. loco proximè allato docent Papam quandoque quidem dispensare cum homicida voluntario etiam publico, quoad alteris ministerium, hoc tamen addito, quod intra trienniũ minime altari ministret. Neque etiam post illud triẽnium permittitur, vt in loco perpetrati delicti ministret, sed in alio tantum, ad scandalum euitandum. Quæ etiam dispensatio post Concil. Trident. Sess. 14. de reformat. capitulo septimo, & Sess. vigesimaquarta, de reformat. capitulo sexto, difficilior effecta est cum dicatur ibi, *quod nullo modo cum eo dispensetur.* Quo sensu intelligi debet Summa Confess. libro 2. tit. primo, quæst. 62. vbi ait, circa homicidium voluntarium nunquam inueniri cum aliquo dispensatum, sed potius depositio cum aspera pœnitentia, hoc est, non dispensetur facilè cum tali, & non nisi iniuncta aspera pœnitentia.

5 Tertio sciendum, est pro intelligentia Conc. Tri-
dent. Sess. decimaquarta, capitulo septimo, & Sess. vi-
gesimaquarta, capitulo sexto, homicidium aliud esse
6 volũtarium, seu ex proposito, per industriam, aut per
insidias commissum; aliud casuale. Voluntarium
dicitur illud, quod est cognitum, & intentum vel per
industriam, vel per insidias, vel voluntate, & ex pro-
posito factum, vel in causa propinqua, & ordinata ex
se ad mortem, quale est verbi gratia, porrigere alicui
venenum læthiferum; aut ferire ense punctim circa
præcordia, vel circa caput etiam cæsim. Et hoc modo
intelligitur Concil. Trident. Sess. decimaquarta, de
reformat. capitulo septimo, in prima parte, vbi statui-
tur, vt nunquam dispensetur cum homicida volunta-
rio, & sess. vigesimaquarta, de reformat. capitulo sex
to, vbi prohibetur Episcopo, ne dispensare possit in
homicidio voluntario. Casuale verò est duplex, vno
modo, quando omnino sequitur præter aliquam
7 culpam, & præter omnem intentionem, & de hoc nõ
agitur in præsentiarum. Alio modo dicitur casuale,
quod tamen est voluntarium in causa, & solum est
volitum indirectè, & dicitur casuale, prout distingui-
tur contra voluntarium, quia non est directe voli-
tum. Et in hoc casuali homicidio alia est ratio quo
8 ad culpam, alia vero quantum ad facultatem dispen-
sandi in eo: nam quantum ad culpam satis est, si sit
intentum in sua causa ordinata ad illud, vel ex natu-
ra rei, vel saltem vt plurimum: hoc est, homicidium
casu factum, tunc culpæ imputatur, quando sequitur
ex aliqua causa, ex qua vel semper, vel vt plurimum
solet accidere: at verò quantum ad facultatem dispẽ-
sandi in homicidio casuali, diuersa est ratio, satis
enim est vt homicidium sit casuale quomodocunque,
ad hoc vt Episcopus in eo dispensare possit, ideo enim
casuale dicitur, quia opponitur voluntario directè.
Et de hoc intelligitur Concil. Trident. sess. decima-
quarta, de reformat. capitulo septimo, in parte vlti-
ma, vbi postquam dixit, *non dispensetur ad ordines in
homicidio voluntario;* subdit, *si vero homicidium non
ex proposito, sed casu, &c.* intelligit enim Concilium
homicidium casuale, quod est voluntarium solum
indirectè, & in causa; sicut etiam vigesimaquarta, de
reformat. capit. sexto, vbi datur facultas Episcopis,
*Vt dispensare possint in irregularitate prouenienteex de-
licto occulto, etiam ex homicidio casuali nondum deducto
ad forum contentiosum.* Ex quibus sequitur quod si
aliquis occidit hominem, non intendens occidere:
item si quis mandat alicui, vt verberet, vel percutiat,
ita vt non occidat illum, si mandatarius occidat, est
homicidium casuale dispensabile ab Episcopo. Na-
uarr. in Manual. capitulo vigesimoseptimo, nume-
ro 240. & consilio vigesimoseptimo, de homicidium
Henriquez libro decimoquarto, capitulo decimono-
no, §. tertio, in annotat. litiera E. Item, si quis fa-
cit aliquid, vnde secuta sit mors, non tamen fecit
animo inferendi mortem, incurrit irregularitatem
ex homicidio casuali prouenientem. Sic etiam
si quis defendat se, & se defendendo alium occidat
excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, solum
homicidium dispensabile, & irregularitatem inde
prouenientem incurrit, ex Nauarr. in Manual. capi-
tulo vigesimoseptimo, numero 240. & consilio 8. de
homicid.

9 Quartò, Episcopus dispensare potest in omnibus irregu-

irregularitatibus prouenientibus ex quocunque delicto occulto in foro conscientiæ, excepto homicidio voluntario etiam occultissimo ex Trident. sess. 24. de reform. cap. 6.

10 Quinto, Episcopus dispensare non potest circa irregularitates propter delictum deductum ad forum contentiosum, ex Concil. Trident. sess. vigesimaquarta de reformat. capitulo 6. quod intelligitur lite durante. Vnde, si quis vel denunciatus fuerit iudici de aliquo delicto graui, quod irregularitatem inducit, vel de eodem inquisitus sit, vel etiam de tali delicto accusetur, dispensare non potest Episcopus, sed solus Papa, vt pendente denunciatione, inquisitione, aut accusatione promoueri possit, argum. capitulo omnipotens, & ibi gloss. de accusat. & argument. capitulo tantis, distinct. 81. & specul. titul. de dispens. §. iuxta, versi. item denunciatur, & versi. item accusatus. Maiol. libro tertio, capitulo decimoseptimo, numero 8. & Henriquez libro decimoquarto, capitulo decimo septimo, §. tertio in text. in annotat. littera H. & capitulo decimo octauo, §. primo, in fine, & capitulo vigesimo, §. Quod intelligitur ex Maiolo, de delicto post baptismum commissu, & de quo non pœnituerit, tunc enim delictum, vtpotè deletum, non debet impedire, quo minus promoueri possit; ex gloss. in princip. distinct. 49. in verbo, si adhuc, sed & ille, qui neque inquiritur, neque accusatur, sed etiam modum exceptionis tale crimen obijcitur, promoueri non debet, nec cum eo dispensare potest Episcopus, donec super exceptione fuerit planè discussum. Quod intellige de graui crimine, quod inducit irregularitatem, de quibus criminibus infra dicetur, vt docet Maiol. vbi supra, capitulo decimoseptimo, numero nono

11 argum. capitulo si fortè, de elect. libro sexto, & tempus datum ad litem terminandam, in ordinibus suscipiendis; pro Episcopis est trimestre, pro alijs ordinibus Episcopo inferioribus, annus expectatur, infra quod tempus, si denunciatio, inquisitio, accusatio, vel exceptio non expediatur, potest Episcopus talem ordinare; vt notat gloss. in capitulo tantis. in verbo, obrepsit, distinctione 81. & citat Authent. de sanct. Episcop. §. 3. Collat. 9. & gloss. in capitulo omnipotentis, in verbo, nuntiantur, de accusat. & idem docet Maiol. vbi supra, numero nono. Hæc autem procedunt in promouendis, at in promotis secus est: nam Sacerdos, aut alius etiam accusatione, vel exceptione pendente, ordines suos exercere potest; non enim illis oberit, donec per Iudicem ante, vel post sententiam interdicatur, cum hoc iure nõ sit prohibitum. Et ideo

12 Episcopus suspectus, inquisitus, vel accusatus potest ordines conferre, & alia Pontificalia exercere, & Sacerdos munera Sacerdotalis peragere, si illis inhibitum non fuerit, quod tamen Maiol. libro 2. capitulo decimoseptimo numero 10. Henriquez libr. decimoquarto capitulo 17. §. 3. in annotat. littera I. benè limitant, nisi accusatio esset de delicto enormi, & cum scandalo; tunc enim Iudex prohibere potest sic infamatum ne in ordinibus susceptis ministret, argument. capit. ex tuarum, de purgat. canon. sodreiale Inquisitorum in verbo, purgatio. §. primo. Quod si reus medijs etiam deprauatis causam vicit, & absolutus sit, ita vt cesset ratio deducti criminis ad forum contentiosum, tunc delictum reuertitur occultum, & in quo dispensare potest Episcopus virtute Concilij Trident. sess. vigesimaquarta de reformat. capit. 6. vt tradunt Alphonsus Viuald. tract. de excommunicatione, numero quadragesimosecundo vbi ait, grauissimos Doctores Salmanticenses ita censuisse; & Henriquez lib. 14. capit. 20. §. 4. citans ad hoc Nau. in Manual. capit. 27. numer. 24 1. vers. primo, in fine, vbi fauere videtur huic sententiæ. Addunt autem Maiol. libro 3. capitulo decimoseptimo numero 10. & Henriquez libro decimoquarto capitulo 17. §. 3. in annot. littera H. quod si delictum, de quo accusatur, aut denunciatur, tale sit, in quo Episcopus præueniendo potest dispensare, tunc quidem etiam causa pendente poterit Episcopus in irregularitate illa dispensare. Papa verò in quocunque delicto etiam ad forum contentiosum deducto, quantumuis enormi dispensare potest, vt quis non obstante accusatione delicti pendente, initietur sacris, aut beneficium obtineat, & vt sic dispensato nihil noceat exceptio per accusatorem opposita, vt Specul. in titu. de accusat. §. 1. Zabar. in cap. vlt. de schismat. Borgas. de irregu. titulo de dispensat. par. 3. Conclos. 4. nume. 14. Maiol. lib. 3. cap. 17. numero 10. & Henriquez libr. 14. capit. 17. §. 3. in annot. littera H. & capit. 18. §. 1. in fine tradunt.

13 Sextò Episcopus dispensare potest in irregularitatibus ex homicidio manifeste prouenientibus, vt colligitur ex Conci. Tridentin. sessio. 24. de reformat. capitulo sexto, & est communis DD. opinio, & certa.

14 Septimò, Episcopus post Concil. Trident. dispensare non potest in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad ordines minores, neque ad simplex beneficium obtinendum, vt colligitur ex Concil. Trident. sess. 14. de reformat. capit. septimo & sess. 24. de reformat. cap. 6. Nauar. in Manual. capitulo vigesimo septimo, numero 194. versi. septimo, & numero 240. versic. quarto, & Tomo 2. conclus. 17. numero 2. de homicid. Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. numero vndecimo in fine. & §. 3. num. 18. Frat. Lud. Lopez 2. par. instruct. cap. 93. circa medium, & Henriquez libro 14. capit. 19. §. primo & in annot. littera D. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 325. Summa Corona tit. eo. num. 22. Colmus Philiarchus lib. 4. cap. 11. §. 8. Greg. de Valentia, tom. 4. disput. 7 q. 19. puncto 3. §. 5. Petrus de Arrag. 2. 2. q. 64. art. 8. in fine. Toletus libro 1. instruct. Sacerd. cap. 31. & expressè habetur in d. sess. 14. cap. 7. vbi dicitur. *Nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi, aliqua Ecclesiastica beneficia etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat; sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuo careat.* ergo caret vsu etiam ordinum minorum. Vnde sequitur falli Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. 2. de irregul. pag. 316. colum. 2. dum vult Episcopum dispensare posse cum isto ad beneficium simplex, & citat capit. 2. de cleric. pugn. in duello, nam, vt notant Nauarr. in Manual. capit. 27. numero 140. vers. quarto, & Henriquez lib. 14. cap. 19. §. 1. in annot. littera F. in fine. cap. illud 2. de cleric. pug. in duello, solum agit de homicidio casuali & fauet Angelica verbo, homicidium 5. numero quarto. Et quicquid de hac re senserint DD. antiqui, iam post Concil. Trident. res est certa. Et pari ratione deceptus est Bart. Medina libro primo capit. vndecimo, §. decimosecundo, vt Henriquez vbi supra notat, dum dicit Episcopum dispensare posse ad minores, non obstante Concilio Tridentino sess. 14. capitulo 7. eo quod Trident ibi solum ait. *Nullo tempore ad sacros ordines, promoueri possit*, quasi velit posse ad minores ab Episcopo dispensari. Siquidem Concilium paulo post subdit, *omni ordine careat*. ergo & ordinibus minoribus carere debet. cum hi verè ordines sint, & Sacramentum. Vnde Panorm. in capitulo secundo nume. 7. de cleric. pugn. in duello dubius est, an iure antiquo Episcopus dispensare poterat ad minores, & potius in partem negatiuam inclinat, & expressè negat Innocen. vt ibi notat Panor. Couar. in Clem. si furiosus, part. 2. §. 3. numero 5. de homic. ait, nulli-

nullibi probari quod Episcopus in homicidio voluntario ad minores dispensare possit, non solum vt non inijciatur minoribus denouo, sed etiam vt nec in susceptis ministret.

15. Dixi, *ex delicto, seu homicidio voluntario occulto, aut manifesto*. Siquidem non satis est factum esse publicum, sed oportet, vt delictum propter quod incurritur irregularitas ex homicidio, sit occultum, vel manifestum, vt latius in cap. 11. dicemus. Vnde quamuis hoc parum refert, quoad homicidium voluntarium, cum in nullo possit Episcopus dispensare, in alijs tamen delictis id plurimum refert, vt ibidem latius exponemus, cum in occultis dispensare possit, non in manifestis.

16. Dixi, *post Concilium Trident.* Quia ante Tridentinum dissensio erat inter DD. circa homicidium voluntarium occultum, & eius dispensationem. Nam Castrus libro 2. de potest. leg. pœn. capit. vlt. in conclus. 3. (qui tamen in vltima editione id retractat, ob Concilium Trident. Sess. decimaquarta, de Reformat. capitulo 7.) docuit irregularitatem prouenientem ex homicidio occulto omninò, & per se non indigere etiam dispensatione Episcopi; ea ratione ductus, quia delictum ita occultum non videtur subijci punitioni, & legibus ecclesiæ; ne alioqum reus cogatur prodere crimen suum occultum extra confessionem, aut cessare a celebratione Missæ cum scandalo, & infamia sui, contra regulam, S. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 6. ad secundam. Quam suam sententiam probare conatur ex c. ex tenore, de temp. ordin. Ad caput vero fina. tit. eod. & cap. inquisitionis, de accusat. quæ videntur contrarium dicere, respondent loqui in homicidio, seu delicto occulto per accidens, hoc est, quando crimen non est omninò occultum, sed in iudicio paucis saltem testibus probari possit. Eandem sententiam etiam tenuerunt Archidiaco. capit. de his, 3. distinctio. 50. & Angelica, verbo, homicidium, 5. §. 1. Alij vero omnes verius tradunt ex huiusmodi homicidio occulto omnino contrahi irregularitatem, & indigere dispensatione; sic glos. in capitulo finali, in verbo, homicidij, de tempor. ordinand. & in capit. inquisitionis, in verbo, si homicidium. Ancharan. in regula peccati venialis, de regul. iur. libro 6. colum. 3. Innocent. in cap. dilectus, de tempor. ordin. Panorm. in cap. finali, num. 3. de accusat. Syluest. verbo, homicidium 3. quæstion. 8. versic. quartum, in fine, Corduba in Summa, quæstio. 41. dub. 1. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 194. versic. septimo, & num. 239. vers. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. de irregul. pag. 366. colum. 1. Sotus 4. dist. 16. quæst. 2. art. 3. vers. duæ priores. Couar. in clemen. si furiosus, par. 2. §. 3. num. 4. de homicid. Maiol. lib. 5. in princip. num. 2. & Henriquez libro 14. ca. 19. §. 1. & cap. 20. §. 4.

17. Differunt tamen hi DD. quoad dispensationem in tali homicidio occulto; nam Ancharan. & Innocent. vbi supra voluerunt Episcopum posse dispensare in homicidio occulto quoad ministerium altaris, & ordinum susceptorum tantum, non autem suscipiendorum. Panormit. vero, in capit. at si clerici. §. 1. num. 5. de iudic. in cap. ex tenore. de tempor. ordin. & Angelica: verbo, Homicidium, 5. §. 1. existimant si dispensatione indigeat, posse Episcopum in eo dispensare absolute, hoc est, tam quoad suscipiendos, quam quoad susceptos, non enim vllam restrictionem addunt. immo Couar. in Clemen. si furiosus, part. 2. §. 3. num. 3. versic. hoc ipsum euidentius, in fine, de homicid. existimari posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario occulto, non obstante Concil. Trident. Sess. 24. capit. 7. vnde ait Concilium intelligi solum de homicidio occulto per accidens, & non occulto omnino, & per se, adeo vt Concilium prohibeat solum Episcopis, ne dispensare possint quoad ordines suscipiendos in homicidijs, quæ licet sint occulta, possunt tamen probari, nec sunt omnino occulta.

18. Cæterum hęc Castri opinio ante Concil. Tridentinum, vt ex dictis constat, improbabilis erat, quamuis enim lex Canonica, & humana nullo modo comprehendat actum hominis pure internum, ex eo quod lex humana tantum punit eos actus, quos vel cognoscit, vel cognoscere potest, actus autem internos lex non cognoscit, nec cognoscere potest: si tamen actus ille, ob quem irregularitas in aliquem actum, vel signum exterius prodijt, quamuis actus ille externus sit occultus, punitioni Ecclesiæ subijcitur. Pro con-
19 cordia vero textuum, capituli ex tenore, & capituli vltim. de tempor. ordin. & capitulo inquisitionis, de accusat. qui videntur subijnuicem contrarij, sciendum est, quædam esse crimina grauia; & enormia, & depositione digna ab ordinis ministerio, vt v. g. periurium, adulterium, falsi crimen, Simonia in beneficio acquirendo commissa, de quibus in cap. at si Clerici, §. vltim. de iudic. & cap. tua, de pœnis, & hęc, si occulta sint, non efficiunt eorum authorem irregularem; & de his intelligitur d. capit. ex tenore, de temp. ordin. vbi decisum est non esse quemquam prohibendum a ministerio ordinis suscepti, nec a promotione ad alios, si crimen occultum sit, idest, nondum in iudicium deductum per probationem, nec notorium; nec publicum, id quod etiam in d. capit. fin. de tempor. ordin. expresse habetur, id quod procedit, ex Couar. in Clemen. si furiosus, parte secunda, §. tertio, versic. hoc ipsum euidentius, de homicid. etiamsi hæc crimina non essent omnino occulta, sed duobus, aut tribus probari possent, modo non sint notoria, nec iudicio probata. Alia vero crimina sunt enormia, & depositione digna, propter quæ etiamsi sint occulta, & probari nequeant, ipso iure incurritur irregularitas, ita vt nec ordines denouo sumere, nec in susceptis ministrare possit, eo quod ius Canonicum ita expressit, vt est homicidium voluntarium etiam occultum, immò aliqui idem dicendum putant de Simonia in ordine, vt glos. in capit. Nisi cum pridem, in verbo, sed duntaxat, in fine, de renunciat. & eadem glos. in capit. inquisitionis, in verbo, homicidium, de accusat. & Couarru. in Clement. si furiosus, part. 2. §. tertio, numero quarto, versic. hoc ipsum euidentius. de homicid. At certe de Simonia occulta id non habetur iure aliquo expressum; quamuis enim Simoniacus in ordine etiam occultus, ipso iure suspensus sit, ex glos. in cap. reperiuntur, in verbo, anathematis, prima, quæstione prima, & glos. in capit. tanta, in verbo, omnis peccator, & ibi Innocent. numero primo, de Simonia, de qua re latius in sequentibus capitulo 14. numero 19. agemus; vt tamen talis irregularis sit, nullibi in iure expressum est; irregularitas autem non nisi in casibus iure expressis incurritur, cap. is, qui, de sent. excommun. lib. 6. At vero de homicida occulto ius Canonicum id satis expressit, c. fin. de temp. ordin. notata glos. in verbo, homicidij, Postquam enim enumerasset quędam crimina, quæ non impediunt ordinis susceptionem, aut suscepti executionem post pęnitentiam, nisi notoria essent, aut in iudicio comprobata, excipit statim Gregorius Papa IX. reos homicidij, Homicidium ergo etiam occultum irregularitatem inducere satis manifeste docet, prout Doctores communiter tradunt. Cum igitur lex Canonica inducens irregularitatem ob actum homicidij non distinguat inter homicidium occultum, & publicum, sed simpliciter imponendo irregularitatem homicidio includit & illud, quòd est omninò occultum, dummodo sit externum, vt Couar. vbi supra, d. vers. Hoc ipsum euidentius, rectè contra Alphonsum a Castro infert: ita & nos contra eundem

Couarruuiam colligimus, quod eo ipso quod Concil. Trident. prohibet Episcopis, ne in homicidio voluntario dispensent. sess. 24. de reform. 6. intelligitur Concilium eis prohibere, vt non solum in homicidio publico, sed neque etiam in occulto dispensare queant, sicut in sess. 14. de reformat. capitulo 7. prohibuit, *vt qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiamsi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit.* Vnde sicut post Concil. Trident. certum est ex homicidio occulto externo incurri irregularitatem; ita etiam certum esse debet post idem Concil. Episcopos cum homicida voluntario manifesto, vel occulto dispensare non posse; & quidem Syluest. verbo, homicidium, tertia, quæstione octaue, versicul. quartum, in fine, & Tabiena, verbo, irregularitas, quinto, §. primo, ante præfatum Concilium docuerunt Episcopum dispensare cum eo non potuisse; & post idem Concil. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 194. versic. septimo, & num. 239. versic. secundo, & num. 240. versic. quarto. & Maiol. lib. 5. cap. 48. initio, num. 11. in fine, expresso testantur Episcopos nec homicidis manifestis, nec occultis beneficia simplicia, nec ordines, nec officia Ecclesiastica conferre posse, si quidem Papæ semper hæc dispensatio reseruatur, ex Trid. sess. 14. capit. 7. & sess. 24. ca. 6. Quare licet Alphonsus Vitaldus tract. de Irregular. nuio. 325. velit hanc communem esse tenendam, malè tamen addit opinionem Couarruuiæ practicari posse.

20 Octauò, in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio casuali, id est, voluntario indirectè, potest Episcopus dispensare ad ordines minores, & beneficium simplex obtinendum: facit capit. Henricus, de clerico pug. in duello. & Hostiensl. & Panormit. ibi, numer. 3. 4. & 7. Innocent. in cap. 2. de cler. excommun. ministr. Panormit. in cap. continebatur, nume. 3. & in c. ad audientiam, nume. 4. de homicid. Hostiens. in summa, libro 5. titu. de homicid. §. fi. Summa Astensis, par. 2. titu. 14. artic. 6. quæst. 2. Angelica, verbo, homicidium, 5. num. 2. & numero 4. Syluest. verbo, homicidium, 3. quæst. 8. versicu. quintum, & versic. sextum. Tabiena, verbo, irregularitas, 5. in princip. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. articulo 2. de irregul. pag. 366. col. 2. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 240. vers. quarto. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 18. vbi id limitat de homicidio occulto, ex Trident. sess. 24. cap. 6. Siquidem id casuali manifesto, quantumuis careat culpa, semper egebit declaratoria per commissionem Papę, committendam Episcopo, vel alteri delegato, cum plena causæ cognitione, ex Concil. Trident. sess. 14. de reform. capitulo 7. Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 3. num. 6. de homicid. Cosmus Philiarchus libro quarto, capit. 11. §. 8. Ioannes Chapauillus de casibus reseruatis. cap. 3. quæst. 3. dub. 8. §. secundo, & capitulo 10. 3. & Henriquez lib. 14. cap. 19. §. 2. vbi docet Episcopum iure antiquo dispẽsare potuisse cum homicida casuali culpabili etiam publico in vtroque foro, vt in minoribus susceptis ministraret; quod etiam docuit Couar. vbi supra, addit secundo Henriquez iure antiquo dispensare potuisse Episcopum, vt reciperet minores; & denique tertio idem Henriquez libro 16. cap. 9. §. 3. & cap. 17. §. 5. & in annot. littera M. & capit. 19. §. 2. & in annot. littera X. docet nouo iure Concil. Trident. sess. 14. de reform. c. 7. & sess. 24. de reform. capit. 6. Episcopum in homicidio casuali in vtroque foro dispensare posse ad ordines minores, etiam in casuali publico, & sic exponit Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 240. versic. quarto, ad sacros vero ordines dispensat, si homicidium casuale sit occultum, sess. vigesimaquarta, capit. 6. quod verò sess. 14. cap. 7. de reform. habetur, *ne ad sacros dispenset*, intelligitur in homicidio casuali, si delictum publicum sit, id quod te consulta cum sapientibus in praxi docet

21 esse receptum. Quibus omnibus addo ex Panormit. in cap. 2. num. 3. de Clerico pugn. in duello. & Decio, & in capitulo. at si Clerici, §. 1. num. 16. de iudicijs & Nauar. in Manua. cap. 27. num. 240. versic. quarto, & tom. 2. consil. 46. in nouis, alias tom. 1. in antiquis. consil. 13. de offic. iudic. ordin. versicul. secundo. Vitaldo tract. de irreg. num. 319. Thom. Zerula, par. 2. in verbo, dispensatio, §. 3. Barth. Medina libro 1 instruct. Confess. capit. 12. §. 12. Episcopum dispensare posse ad retinendum beneficium curatum, quod ante homicidium obtinuerat, non verò, vt beneficium curatum de nouo obtineat.

22 Nono, Episcopus dispensare potest in irregularitate proueniente ex homicidio causa defensionis propriæ vitæ perpetrato, sed culpabiliter, quoniam scilicet aggressus aggressorem occidit excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, vnde iniustum, & voluntum homicidium commisit, & colligitur ex Concil. Trident. sess. decimaquarta de reform. capitulo septimo, vbi dicitur, *posse Episcopum dispensare cum eo qui occidit in defensionem vitæ suæ.* Per quod apparet Concilium non loqui de illo homicida, qui occidit ob ineuitabilem necessitatem defendendi vitam, quia talis nullatenus est irregulares, ex Clement. si furiosus, de homicid. sed de illo homicida; qui eget dispensatione, & per consequens de eo, qui in se defendendo excessit moderamen inculpatæ tutelæ; talis enim fit irregularis, quamuis non ea irregularitate, quæ est dispensabilis nisi a Papa, ergo illa, quæ ab Episcopo dispensari potest: & ita expresse docent Gregor. de Valentia, tomo quarto, disput. 7. quæst. 19. puncto 3 §. 5. Toletus libro primo, instruct. Sacerd. capit. 31. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 239. versic. secundo, vbi ait ita decisum fuisse in Sacra Pœnitentiaria ob prædictum locum Concilij Trid. & tomo 2. consil. 36. in nouis, alia in antiquis consilio 8. de homicid. idemque tradit Henriquez libro decimoquarto, capitulo 10. §. 2. & capit. 19. §. 3. qui ambo affirmant posse dispensare etiam in Sacris, id est, vt in susceptis sacris initietur, quod intelligitur, quando constat excessisse mortaliter in defensione sua: si enim reus sit occultus, & constet excusatum a peccato mortali in defensione, non eget vlla dispensatione, aut declaratoria sententia; quando autem dubium est, an mortaliter excesserit moderamen in defensione, potest & debet iudex dispensare, id quod colligi potest ex illis Concilij verbis *iure quodammodo dispensatio debetur* Episcopo autem dispensationem negante, vt ministret in susceptis, dum delictum sit occultum, causa ipsa committitur Metropolitano, aut Episcopo viciniori, vt in dubio declaret.

23 Decimò, Quæ a Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. conceduntur, vt Episcopi in delictis occultis, exceptis irregularitatibus, quæ ex homicidio voluntario proueniunt, dispensent, intelligenda sunt, vt ita dispensare solum possint in Diœcesi sua, vt ibi Concil. addit, siquidem extra diœcesim, & territorium non conceduntur hæc Episcopis, sicut nec exercere Pontificalia, iuxta Concil. Trident. sess. sexta, de reformat. capitulo quinto, aut excommunicare extra territoria sua possunt, vt rectè Henriquez libro decimoquarto, capitulo vigesimosecundo, §. 5. annotauit; additque Concilium in d. capitulo sexto, quod hæc solum possunt circa subditos suos, vnde & Monachos non exemptos, aut moniales non exemptas, sicut absoluere, ita etiam cum eis dispensare potest Episcopus, cum hi sibi subditi sint iure communi. Et quamuis monachos exemptos in sua diœcesi habitantes nec absoluere, nec cum eis dispensare valeat, si tamen a Prælatis suis subijciantur Episcopis in eum finem, vt dispensentur, tunc quidem cum eis dispensare possunt, cum regulares

gulares, omnes iure communi subiecti sint Episcopo, in cuius diœcesi degunt; adeò, vt licet ob priuilegia regularibus concessa; Episcopus in odiosis iurisdictionem in illos vti nequeat, in causa tamen fauorabili Episcopo loci a proprijs Prælatis subijci possunt. Debet autem per seipsum Episcopus dispensare in casibus prædictis, in quibus potest, nisi id velit Vicario specialiter deputato committere, vt ex dicto Concil. sess. 24. de Reformat. cap. colligitur, & faciunt, quæ a Nauar. tom. 1. consil. 1. num. 88. de constitut. & tom. 2. consil. 21. de priuilegijs in nouis, alias in antiq. consil. 15. ou. 5. de sent. excomm. & Henriquez lib. 14. ca. 19. in fine, & alijs traduntur.

24 Vndecimo, quamuis Petrus de Arragona, 2. 2. quæstio. 64. artic. 8. in fine, & Michael Salon ibidem, controuersia 4. in fine, dubij sint, an superiores, seu Prælati religiosorum dispensare possint cum subditis suis regularibus in homicidio casuali, virtute suorum priuilegiorum, & in eam partem potius inclinent, quod non possint. Alij tamen docent huiusmodi priuilegiatos quibus concessum est dispensare cum irregularitatibus in omni irregularitate, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario, & bigamia contrahitur, virtute illius priuilegij dispensare posse in irregularitate contracta per homicidium casuale, quamuis culpabile, etiam mortale, siue dando operam rei licitæ, siue debita abhibita diligentia, siue dando operam rei illicitæ. Sic expresse Caietan. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. in respons. ad 3. & in Summa, verbo, irregularitas. Anton. de Corduba in Summa, quæstione 34. Alphonsus Vualdus tract. de irregul. nume. 329. citans etiam Didacum de Perez in rubrica, de homicidio, tit. 13. libr. 8 ordinan. Ioann. Chapauillus libro de casibus reseru. capit. 20. quæst. 3. in fine. Henriquez libro 14. cap. 9. §. 5. littera A. vbi ait regulares in Hispania ita practicare citat etiam Magistrum Pennam 2. 2. fauent etiam Maiol. libro 5. de irregul. cap. 51. numero 12. & Couar. in Clem. si furiosus, par. 2. §. 4. in fine, de homicid. Et quidem, cum Episcopus dispensare in ea possit, vt diximus nihil mirum si Prælati religiosorum, qui episcopalem, aut quasi iurisdictionem Episcopalem habent, id possint cum suis subditis, maximè cum hoc in fauorem religionis redundet, cui certum est Summos Pontifices in concessionem huiusmodi priuilegiorum fauere plurimum voluisse. Quæ omnia ex priuilegijs eisdem concessis manifesta esse possunt, quæ legi possunt in compendio priuileg. Mendicant. in verbo, *Absolutio ordinaria quoad frater, nu.* 40. vbi Martinus V. concessit Monachis S. Benedicti vallis oliueti, vt a suis superioribus, *super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat (in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) valeant dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum. Dispensatio,* numero vigesimoquarto, vbi Antoo. Corduba expresse docet, posse Prælatos dispensare in homicidio casuali; & idem docet Cappucinus in annotatione eiusdem loci. Simile priuilegium concesserunt Sixtus IIII. & Iulius II. Fratribus ordinis Minorum, vt habetur ibidem, in verbo, *Dispensatio, numero nono, & nu.* 12. *& num.* 21. Et Eugenius Papa IIII. Patribus Congregationis nostræ Casinensis concessit, *vt cum omnibus, & singulis monachis, nouitijs, tam præsentibus, quam futuris, super irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis, homicidio, seu membri mutilatione propria manu commissis, aut falsificatione litterarum Apostolicarum, & bigamia duntaxat exceptis, semel tantum dispensare possint; super irregularitatibus vero, si quis ex censuris excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, vel earum aliqua Diuina celebrando officia, dum tamen non in contemptum clauium) forsitan incurrere contigerit, quoties opus fuerit, valent similiter dispensare: ita vt omnes, & singuli, cum quibus super irregularitatibus supradictis dispensari contigerit ad omnes sacros ordines promoueri valeant, & in ordinibus susceptis ministrare.* De qua re plura legi possunt in Compendio Priuilegiorum, & alijs vbi supra.

De Irregularitate ex iteratione Baptismi contracta. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Baptismi iteratio tam iure diuino, quam humano est prohibita.*

2 *Baptismi iteratio irregularitatem inducit, & quæ huius ratio sit.*

3 *Rebaptizanti, & rebaptizato scienter irregularitas iure Canonico imposita est.*

4 *Rebaptizanti, & rebaptizato scienter ius ciuile pœnam capitis imponit.*

5 *Baptismi iteratio non solum ascensum ad ordines superiores, sed etiam susceptorum vsum impedit.*

6 *Baptismi iteratio siue publica, siue occulta sit, irregularitatem inducit.*

7 *Baptismi iteratio quando censeatur occulta.*

8 *Ignorantia duplex est, vna iuris, altera facti; et quid vtraque sit.*

9 *Infans rebaptizans irregularitatem non incurrit, & quare.*

10 *Ignorantiam facti probabilem quis habere censeatur.*

11 *Baptizans filios infidelium, aut filios expositos an iustam ignorantiam prætendere possit.*

12 Capit. qui bis. de consecratio. distinctio. quarta *quantæ sit authoritatis ad causandam irregularitatem.*

13 *Ignorantia iuris in rebaptizante, vel rebaptizato ab irregularitate non excusat.*

14 *Ignorantia iuris in rebaptizantibus an in aliquo inculpata esse possit.*

15 *Ignoranter rebaptizatus, & postea secundum illum baptismum ratum habens an sit irregularis.*

16 *Rebaptizans, aut rebaptizatus ex motu mortis incusso an sit irregularis.*

17 *Coactio absoluta, & conditionata quanam dicenda.*

18 *Lex humana communiter ad sui obseruantiam cum metu in virum constantem cadente non obligat.*

19 *Baptismum primum fictè recipiens, & verè secundum non est irregularis.*

20 *Rebaptizans cum conditione, quem certo scit esse baptizatum, an sit irregularis.*

21 *Baptizans debitam diligentiam adhibere tenetur vt an quis, nec ne baptizatus fuerit, sciat.*

22 *Baptizans cum conditione non præmissa debita diligentia, peccat mortaliter.*

23 *Baptizans cum conditione, nulla adhibita prius diligentia de prioris baptismi veritate, irregularis est.*

24 *Rebaptizans cum conditione verè* irregularis censetur.

25 *Irregularitas ex baptismi iteratione in odium, & detestationem hæreticorum imposita est.*

26 *Rebaptizanti ministrans ex officio irregularis est.*

27 *Sacramenta confirmationis, & ordinis iterans irregularis non est.*

28 *Irregularitas ex baptismi iteratione potius, quam confirmationis quare incurratur.*

29 *Irregularitas ex rerum Sacramentalium iteratione non incurritur.*

30 *Baptismum ad mortem differentes irregulares sunt.*

31 *Dispensare in irregularitate ex baptismi iteratione procedente solus Papa potest.*

1 SEcundum crimen, ex quo incurritur irregularitas, est baptismi iteratio, Quæ sanè iteratio baptismi tum iure Diuino tum iure positiuo prohibita est; Diuino *Ioan.* 3. *Nisi quis renatus fuerit &c.* Sicut enim in vita animali, vt optimè ibi dixit Nicodemus, capit. 3. *Impossibile est iterato hominem in ventrem matris introire posse*; ita per baptismum vita spiritualis semel suscepta, iterum suscipi nequit, & *Ephes.* 4. *vna fides vnum baptisma*. Iure item positiuo prohibetur, vt patet ex toto tit. de baptismo, & eius effectu, & de consecrat. distinctione quarta, Sæpius Sanct. Thom. tertia parte, quæstione 66. articulo nono, & quarta, distinct. 6. & Scholasticis ibi. & Summistis in verbo,

2 Baptismus Cuius rei variæ assignantur rationes; vna est, quia baptismus imprimit characterem indelebilem.

Secunda est, quia datur contra peccatum originale, quod semel tantum contrahitur.

Tertia est, quia per Baptismum homo configuratur morti Christi, Christus autem semel mortuus est.

Quarta est, quia est regeneratio spiritualis quæ semel facta est, sicut & animalis generatio, ex S. Thom. 3. parte quæstione 66. articulo nono, Palud. 4. distin. 6. q. 4. artic. 2. conclu. 1. Rich. 4. d. stin. 6. artic. quarto, q. 1. Summa Astensi, par. 1. lib. 4. tit. 4. art. 8. & alijs communiter.

3 Immo, tam ingens est iniuria, quæ fit baptismi Sacramento, quando iteratur, vt scienter rebaptizans, & scienter rebaptizatus, non solum mortaliter peccent, sed etiam vterque irregularis efficiatur, capitulo secundo, de apostat. & cap. afros, distin. 98. & cap. qui in qualibet, 1. quæstion. septima, & capit. qui bis, & capit. eos, quos, cap. non licet, & cap. Rebaptizare, de consecrat. distinct. quarta Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versi. item rebaptizatus Summa Confess. libro tertio, titulo vigesimoquarto quæstione 7. Panorm. in capitulo secundo de apost. Palud. 4. distinct. 6. quæstione quarta, articulo primo, conclus. 2. Scot. 4. distinctione sexta quæstione octaua. Gab. 4. distinct. 6. articulo tertio, dubio octauo, quæstionis secundæ. Sotus 4. distin. 3. quæst. vnica, articulo nono ante finem, & distin. 25. quæstione prima, articulo 3. S. Anton. 3. parte, titulo decimoquarto, capitulo decimotertio, §. decimosecundo, & tit. 29. de irregular. ca. 6. §. iterat. susceptio. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstione vigesimasexta, artic. secundo, de irregul. pagin. 366. colum. quarta Nauar. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 246. Couar. in Clement. si furiosus, parte prima, initio, numero octauo, de homicid. Syluest. verbo, irregularitas, quæstione quarta, & verbo, baptismus, 5. quæst. 3. Angelica, verbo, baptismus, 7. §. 9. & verbo, irregularitas, §. vigesimoquarto, Summa Pisanella, verbo, baptismus, 4. §. 6. Tabiena verbo, irregularitas, 4. §. septimo. Summa Astensis, parte prima, libro quarto, tit. primo, artic. sexto, quæstio. prima. Alphons. Vinaldus, parte prima, titu. de baptismo, numero quadragesimosexto, & tractat. de irreg. numero 39. Summa Corona, titulo

3 eod. numero decimonono, §. quarto. Sebast. Medices; parte secunda, titulo nono, quæst. trigesimoquinto, §. primo, Cosmus Philiarchus, libro quarto, capitulo decimoquarto, Gregor. de Valentia, tomo quarto, disput. septima, quæstione decimanona, puncto, 3. §. 5. versic. quartum. Tolet. libro primo, Instruct. Sacerd. capit. vigesimo, Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali, par. prima, verbo, irregularitas, dub. vndecimo. Maiol. libro secundo, capitulo decimoquarto, numero primo, & Henriquez lib. de baptismo, capitulo 31. § 1. & libro decimoquarto, capitulo quarto. §. 1. & : Franciscus Suarez in 3. part. dispu. 31. sect. 6. Ratio vero cur Ecclesia irregularitatis pœnam huiusmodi viris imposuit, secundum Richard. 4. distin. 6. art. 4. quæst. 2. est baptismi reuerentia, & detestatio iniuriantium Sacramentum.

4 Adde, quod iure ciuili tam rebaptizanti, quam culpa sua rebaptizato, pœna capitis imponitur l. secunda, C. ne sanctum baptisma iteretur, & hæc quæ diximus, ex communi omnium DD. sententia certa sunt, alia vero, quia controuersa sunt, in sequentibus dubijs exponemus.

5 Dubium primum est, an hæc irregularitas impediat solum ascensum ad ordines superiores, an etiam ordinum susceptorum vsum; Ratio difficultatis est, quia cum Irregularitas simpliciter dicta, vtrumque impedimentum includat, & DD. communiter dicant ex hoc peccato incurri irregularitatem, insinuare videntur exinde impediri, quo minus aut in susceptis ministrent, aut ordines de nouo accipiant. In hac re Franciscus Suarez. vbi supra, dub. 1. affirmat solum impedire ascensum ad ordines superiores; & ratio est, quia in capit. 2. de apostat. solum prohibetur Acolytus ille ad ordines superiores ascendere, pœnæ autem restringendæ sunt, & ad verba legis præcisa limitandæ. Et quia Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, num. 191. ait aliquas irregularitates impedire solum acceptionem ordinum, & non vsum susceptorum, ob quas rationes ait partem affirmatiuam sufficienter persuaderi. Alij tamen vt Mart. Ledesm. 1. 4 q. 7. art. 9. dub. 2. & Maiol. lib. 3. de irreg. c. 14. nu. 3. ver. Eodem quoque irregularitas. docent, nec susceptos ordines exercere, nec alios de nouo suscipere posse sine dispensatione. Quæ sententia mihi videtur probabilior & communior. Et ad hoc facit, ca. confirmandum, iuncta glo. ibi in verbo, rebaptizati, d. 50. & c. dictum, de consecr. dist. 5. iuncta gl. ibi, in verb. amplius, vbi ait, tales licèt habeant vestem Clericalem, non tamen fore clericos, intellige, quantum ad vsum ordinum: & hoc ipsum docent Hostien. & Panormit. in cap. 2. de apostat. numero 2. & Angelica, verbo, irregularitas, §. 24. dum affirment tales secundum Canones, si clerici sint, deponendos esse, si laici, excommunicandos, quibus verbis proculdubio volunt non posse in susceptis ministrare, & in cap. qui bis, & ca. eos quos, de consecrat. dist. 4. pœnitentia septem annorum, immò & quibusdam per totam vitam imposita est, & gl. in cap. secundo de apost. in verbo, non valebit, expressè docet tales in susceptis ministrare non posse, nisi post actam debitam pœnitentiam. Quæ omnia satis clare meo iudicio probant etiam vsum ordinum susceptorum illis prohiberi. Quid quod ipsemet Suarez vbi supra, §. circa rebaptizatũ, his tis verbis affirmat irregularitatem hanc colligi ex Epistol. Felcis III. capitulo quinto habetur in cap. qui in qualibet, 1. q. 7. ibique aperte declarari, hanc irregularitatem non solum a susceptione, sed etiam ab vsu ordinum impedire. Quam

Quamuis igitur prohibitio vsus ordinum non ita elarè ex capitulo secundo de apost. colligatur, quia tamen teste ipsomet Suarez apertè ex d. cap. qui in qualibet, 1. quæst. 7. deducitur, dicendum erit irregularitatem hanc etiam vsum ordinum susceptorum impedire.

6 Dubium secundum est, an irregularitas hæc incurratur propter rebaptizationem, solum quando delictum est publicum, an etiam quando est occultum? Scot. 4. distinctione sexta, quæstione octaua, ait vtroque modo incurri, cum hac tamen differentia, quod si crimen sit publicum, solus Papa dispenset, si verò occultum sit, Episcopus dispensare valet. Cum Scoto sentit Sotus, 4. distinctione 3. artic. nono in fine, in eo quod dicit contrahi irregularitatem siue publicum, siue occultum sit, quamuis in eo differat, quod velit Episcopum in neutro casu dispensare posse, sed solum Papam. Alij vt Panormit. in capitulo 2. de apost. numero primo, & Syluest. verbo, irregularitas, quæstione quarta, & Francisc. Suarez in parte 3. tract. de bapt. disputat. 31. sectio. 6. dub. 3. docent nullam irregularitatem contrahi quando delictum est occultum. Communis tamen, & recepta sententia est, irregularitatem contrahi siue crimen publicum sit, siue occultum, vt docent Scotus, & Sotus vbi supra, & Henriquez libro 14. capitulo quarto, §. quinto, & capitulo 20. §. 3. Nam cap. qui in qualibet, 1. quæstione 7. & capit. qui his, & cap. eos, quos, de consecrat. distinct. quarta non distinguunt inter eum qui publicè, vel occultè delinquit, ergo nec nos distinguere debemus, maxime cum in materia morali standum sit vsui, & consuetudini communi, quæ est optima legum interpres; hanc verò communem, & receptam esse sententiam ipsemet Suarez vbi supra, vel inuitus fateri videtur. Nec obstant verba dicti capit. secundi vbi Papa Alexander III. ait, *Ad superiores ordines promoueri (si publicum est, quod proponitur) non valebit, nisi ad Religionem transire voluerit; si verò occultum est, promoueri poterit.* quasi velit Pontifex promoueri posse absque dispensatione, si crimen occultum sit. Sensus enim est, quod cum aliàs si acolytho illo, qui rebaptizanti ministerium præbuit, si delictum publicum fuerit, nullo modo dispensandum esset, nimirum ab Episcopo, sed a solo Papa; si tamen acolythus ille ad religionem transire voluerit, permittit Pontifex, vt fauore religionis ipsius, circa eum valeat dispensari, scilicet ab Episcopo; secus autem si religionem intrare noluerit, tunc enim si delictum publicum fuerit, non poterit Episcopus cum eo dispensare. sin verò delictum occultum fuerit, etiamsi noluerit religionem intrare, poterit Episcopus cum eo dispensare, vt sic excessum suum postea dignis pœnitentiæ fructibus expiare possit. Et hunc sensum genuinum illius capitis esse puto. Et certè Episcopum cum eo dispensare posse, si delictum occultum sit, colligitur euidenter ex Concil. Triden. sess. vigesimoquarto, de reforma. capit. sexto, occultum autem censetur, quamuis rebaptizatio fuerit publica, si ratio culpæ sit occulta, argument. eorum, quæ tradit Nauarr. in Manual. capit. 27. numero 255. vt si occultè excommunicatus celebret publicè coram populo, sit irregularis ex

7 occulto delicto, ex Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 241. §. primo, in fine. Immò si clericus iustè accusatus sit de rebaptizatione, vel excommunicatione, sed iam euasit, eo quod se defendit per falsos testes, occulta censetur irregularitas, & cum eo Episcopus dispensare potest, vt docet Henriquez libro decimoquarto, capitulo quarto, §. quinto, & cap. 20. §. 4. vers. at si reus.

8 Dubium tertium est, an sicut irregularitas hæc contrahitur ex rebaptizatione scienter facta, vt expositum est, ita etiam contrahatur, quando quis ignoranter baptizat, aut baptizatur? Antequam vero sententias DD. afferam, sciendum est duplicem esse ignorantiam, alteram facti, alteram iuris: ignorantiam iuris is habere dicitur, qui ignorat ius irregularem facere rebaptizantem, vel rebaptizatum: ignorantiam facti is habet, qui legitimè ignorat se esse baptizatum. His suppositis de vtraque ignorantia dicendum, & in hoc dubio agentes de ignorantia facti, in qua.

Prima opinio est dicentium, quod si quis per ignorantiam facti ignorans se esse baptizatum rebaptizetur, est irregularis, & intelligunt etiam, quando ignorat probabiliter. Sic Richard. 4. distinct. 6. artic. 2. Palud. 4. distinctione sexta, quæstione quarta, articulo primo, conclus. 2. S. Anton. 3. parte, titulo decimoquarto, capitulo decimotertio, §. 12. Syluest. verbo, baptismus, 5. quæstione 3. & Goffred. vt refert. Angelica, loco inferius citando. Maiol. lib. 3. capit. 14. numero 1. 3. & 4. Alphons. Viuald. tract. de irregul. num. 40. Quorum fundamentum est, cap. qui bis. de consecrat. distinct. 4. quod caput desumptum est ex pœnitentiali Theodori Archiepiscopi Cantuariensis. Quoad rebaptizantem vero ignorantia facti, si ignorantia sit probabilis, docent irregularem non esse. Quod si quæratur, quare rebaptizans in tali casu non fit irregularis, cum pro eo facto illicito magis debeat puniri agens, quam patiens? Respondent, quod hoc ideo est, quia non inuenitur in iure cautum, quod baptizans, qui probabiliter nescit baptizatum, fiat irregularis, sicut inuenitur de ipso rebaptizato, in d. c. qui bis. & pœnæ non sunt extendendæ.

Secunda opinio, quæ & verior, & communis est, ait non esse irregularem rebaptizatum, aut rebaptizantem, quando adest probabilis ignorantia facti, quando vero culpabilis adest ignorantia, incurritur irregularitas. Sic Scot. 4. distinctione sexta, quæstione octaua, Bachon. quarto, distinctione sexto, quæstione secunda, articulo secundo, Gabr. quarto, distinctione 6. quæstione secunda, articulo tertio, dub. 8. Sotus quarto, distinctione tertio, quæstione vnica; articulo nono, ante finem, vbi ait primam opinionem esse intolerabilem. Martin. Ledesm. secunda, quarta, quæstione 26. articulo secundo, de irregularitate, pag. 366. col. quarto, & pag. 367. column. 1. Henriquez libro decimoquarto, capitulo quarto, §. tertio, vbi id docet de rebaptizato, & §. quarto, vbi agit de rebaptizante, qui tamen malè docet excusari ab irregularitatis pœna rebaptizantem ob ignorantiam mortalem. Francisc. Suarez in 3. part. de Sacrament. disput. 31. sectione 6. ante finem. Summa Astensis, parte prima, libro quarto titulo primo, artic. 6. quæstio. 2. Angelica, verbo, irregularitas, §. 24. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. septimo. Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 246. Couarr. in Clem. si furiosus, par. 1. in princi. numero 8. de homicid. vbi etiam citat Cardin. a Turrecrem. in d. capit. *qui bis*, numero septimo, Sebastia. Medices par. 2. titul. 9. quæstione 35. §. primo, Summa Corona titul. de irregu. numero decimonono. Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæstione decimanona puncto 3. §. 5. versic. quarium, Cosmus Philiarchus lib. 4. capitulo decimoquarto, Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali par. 1. verb. irregularitas, dub. vndecimo. Ratio est; quia irregularitas hæc contrahitur ex culpa, & delicto, ergo vbi non est culpa mortalis, non incurritur pœna irregularitatis, vbi autem est ignorantia probabilis siue in rebaptizante, siue in rebaptizato, nulla est culpa; ergo nec irregulares sunt. Et certè cum ipsi concedant rebaptizantem ex ignorantia probabili non incurrere irregularitatem, idipsum de rebaptizato concedere deberent, cum rebaptizans magis, aut saltem non minus in culpa sit quam rebaptizatus.

9 Vnde sequitur infantem etiam rebaptizatum non esse irregularem, cum enim hic vsu rationis careat, vtique & culpa caret, & per consequens irregularis non erit, cum hæc irregularitas pœna sit pro culpa inflicta; & colligitur euidenter ex cap. placuit. & cap. qui apud, 1. quæst. 4. vbi habetur infantes, qui ab hæreticis baptizantur, non ideo manere irregulares. Tales enim voluntario, & culpa carent. Ideoque c. qui in qualibet. 1. quæstio. 7. vbi dicitur, rebaptizatos in qualibet ætate extra Catholicam Ecclesiam, irregulares esse, intelligitur solum de ijs, qui doli capaces sunt aut in adulta ætate rebaptizantur, sicut & capit. qui bis de consecr. distin. 4. de solis adultis rebaptizatis intelligitur.

10 Is autem in præsenti materia ignorantiam facti probabilem habere censetur, qui adhibita debita diligentia scire non potuit, an is, qui offertur, sit baptizatus, talem autem ignorantiam prætendere non potest is, qui scit infantem natum esse ex parentibus Christianis, & inter Christianos educatum, talis enim certo credendus est esse baptizatus; cum soleant Christiani intra diem octauum infantes baptizare, vt Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, numero 246. Martin. Ledesm. 2.4. quæst. vigesimasexta art. secundo, de irreg. pag. 367. colum. prima, & Henriquez libro decimoquarto, capit. quarto, §. quinto, post summam Astensem, par. prima, lib. quarto, tit. primo art. sexto, in fine. S. Anton. tertia part. titulo decimo quarto, cap. decimotertio, §. duodecimo, & Palud. 4. distinctio. sexta, quæst. quinta, artic. primo, conclus. testante, quod verum esse docent hi duo posteriores, & benè, nisi non baptizatus euidentissime probaretur, argumen. ca. veniens, de presbyt. non baptizato, tunc, enim non rebaptizare, sed baptizare eum debet. Similiter hanc ignorantiam probabilem prætendere non potest, qui scit vetulam quamcumque aliquem baptizasse, aut quando vno teste, puta ipsa obstetrice assetente baptizatus probetur, tunc enim vt Palud. & S. Anton. vbi supra notant, credendum est baptizatum esse, & diligenter inquirere, in quo defecit. Et si inueniat omnia, quæ sunt de substantia Sacramenti concurrisse, licet cætera, quæ sunt de solennitate defuerint, puta quod vetula verba debita protulit, & in vera aqua baptizauit, quamuis Catechismus, & Exorcismus defuerint, nullo modo nec simpliciter, nec sub conditione rebaptizandus est, sed cautè, & prudenter supplendum est, quod pro necessitate, vel incaute fuerat prætermissum.

11 Excusabitur autem baptizans, si baptizet filios infidelium, nam iuste ignorare potuit eos fuisse baptizatos; quod intelligitur post factam debitam diligentiam, nec tam magna diligentia opus est in istis, ac in illis, qui de Christianis nati sunt, argum. cap. placuit, de infantibus, cap. cum itaque, cap. si nulla, de consecrat. dist. 4. Et idem de infantibus expositis sine vllo signo, aut scripto testificante de baptismo eorum, in his enim iusta potest prætendi ignorantia, vt docet Maiol. lib. tertio, capit. decimoquarto, numero quarto post summam Astensem part. prima libro quarto. titulo primo, articulo sexto, quæstione secunda, vbicunque igitur ignorantia facti est inculpabilis, siue in rebaptizante; siue in rebaptizato, excusat ab irregularitate, crassa verò, & negligens ignorantia non excusat ab irregularitate, sicut nec à culpa mortali excusat.

12 Ad illud cap. qui bis. de consecrat. distin. 4. vbi dicitur, *Qui baptizati sunt bis ignoranter, secundum Canones, promoueri non possunt.* Respondent Scot. summa Astens. Suarez, & alij, vt Couar. vbi supra, textum illum non valere, nec habere per se auctoritatem ad hanc irregularitatem inducendam; cum non sit alicuius Roman. Pontificis, vel Generalis Concilij, nec adhuc alicuius alterius qui habeat potestatem condendi Ius Canonicum; sed sumptum est caput illud solum ex Pœnitentiali Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, vt testatur Burchard. lib. 4. decreti, ca. 51. & relatum à Gratiano, in d. ca. qui bis, auctoritas autem vnius Archiepiscopi non satis est ad irregularitatem inducendam. Quod si Theodorus dicat veteres Canones talem irregularem facere, gratis asseritur, cum nullus Canon talis reperiatur; aut si quis esset, intelligendus est, de rebaptizatis scienter, non de his, qui iusta ignorantia rebaptizantur; vel denique intelligi debet de eo, qui ex ignorantia culpabili, supina, & crassa rebaptizatus fuerit, ex Couarruuia, vbi supra.

13 Dubium quartum est, quid dicendum sit de ignorantia iuris, verbi gratia, cum quis scit se esse baptizatum ignorat tamen esse peccatum, aut iure diuino prohiberi, baptismum iterari, aut pœnam irregularitatis impositam esse ab Ecclesia, an sit irregularis, qui baptizat, aut qui se rebaptizari permittit? Huic difficultati DD. ferè omnes absolute respondent, hanc ignorantiam iuris, siue diuini, siue humani, non excusare ab irregularitate, satis enim esse putant, vt sciat quis se esse baptizatum, vel quod minister sciat alium esse baptizatum. Sic Scot. quarta, distinction. sexta, quæstio. octaua, Richard. 4. distinct. sexta, articulo quarto, quæst. secunda Palud. 4. distinct. sexta, quæst. quarta, articulo primo, conclus. secunda, Ioan. Bachon. 4. distinct. sexta, quæstio. secunda, articulo secundo Gabr. 4. distinct. sexta, quæst. secunda artic. tertio, dub. 8. Summa Pisanella, verbo, baptismus 4. summa Astensis par. prima libro quarto, titulo primo, articulo sexto, quæst. secunda, Angelica, verbo, irregularitas, §. vigesimoquarto. S. Anton. tertia part. titulo decimoquarto, capit. decimotertio, §. duodecimo, Syluestr. verbo, baptismus, 5. quæst. tertia, Tabiena, verbo, irregularis, quarto, §. septimo, & Maiol. libro tertio, capitulo decimoquarto, numero 3. & glo. in capit. qui bis, in verbo ordinari, de consecrat. distinctione 4. & Summa Corona, tractat. de irregularit. numero 19. versic. quarto. & intelligunt hi authores, vt notat Gabriel, hoc procedere, etiamsi ignorantia esset inuincibilis. Ratio est, quia ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire, non excusat a culpa, intellige in his, qui ex officio baptizare tenentur. Deinde reiteratio baptismi est prohibita iure diuino, cuius iuris ignorantiam nemo iuste prætendere potest, nec etiam pœnæ per legem positiuam impositæ in illum, qui contra ius Diuinum agit, ignorantia excusat; ex eo enim, quod dat operam rei illicitæ, faciendo ea, quæ ex iure diuino prohibentur, pœnam iuris positiui contra delinquentem incurrit, etiamsi pœnę illius ignorantiam iustam habeat; sicut verbi gratia, cum furtum, homicidium, & huiusmodi iure Diuino prohibita sint, si quis ea committeret, etiamsi pœnas lege positiua contra sic delinquentes impositas ignoraret, vtique illas incurreret. Et qui hominem occidit, licet ignoret inuincibiliter irregularitatem inde exurgere, irregularis tamen efficitur, eiusmodi enim pœnæ consequuntur culpam, quam cuique scire tenetur: addunt Scot. & Gabr. aliud exemplum de excommunicatione, scilicet, quod percutiens Clericum, quia facit contra diuinum præceptum de fraterna charitate, etsi nesciret excommunicationem latam à Canone super tali facto, tamen incurreret eam. De quo exemplo nos diximus capitulo vltimo, libro primo, de excommunicatione, vbi id falsum esse probauimus.

14 Hanc autem de ignorantia iuris communem Doctorum sententiam, rectè meo iudicio tres celebres autho-

thores, quos ex recentioribus viderim, nimirum Sotus 4. distinct. tertia, quæst. vnica, artic. nono ante finem, Henriquez lib. decimoquarto, capit. quarto, §. tertio, qui pro hac etiam refert Canum, & Pennam, & Franciscus Suarez in tertia part. S. Thom. de Sacramen. disput. trigesimaprima, sect. sexta, dub. 6 limitant, & veram esse docent solum in eis, qui ex officio baptizare tenentur, & in eis, qui ius diuinum scire obligantur; quia fieri potest, vt quis inuincibilem habeat ignorantiam ipsius iuris diuini rebaptizationẽ prohibentis, etsi enim fundetur in Euangelio, non est tamen ita per se notum quin plebeius, & rusticus, seu idiota illud præceptum inuincibiliter ignorare possit. Quacunque ergo ratione contingat hanc ignorantiam esse inuincibilem, excusabit a culpa, & consequenter etiam ab irregularitatis pęna, cum hæc nõ nisi ob culpam imposita sit. Ideo autem DD. citati communiter damnant irregularitatis eum, qui baptismum iterat ex ignorantia iuris, quia ea iuris diuini ignorantia vix in aliquo præsumitur inculpata. Qui verò sciens iure diuino prohiberi rebaptizationem etiamsi ignoret irregularitatis pœnam iure Ecclesiastico imponi, irregularis efficitur, si rebaptizet, aut rebaptizetur.

15 Dubium quintum est, an si quis ignoranter rebaptizetur, & illum secundum baptismum ratum habeat, postquam scit se rebaptizatum esse, fit irregularis? Huic etiam quæstioni Doctor. communiter respondent esse irregularem. Sic Richar. 4. distinctione sexta, articulo quarto, quæstione secunda, Palud. 4. distinctione sexta, quæstione quarta, articulo primo, conclusione secunda, in fine. Summa Confess. libro tertio, titulo vigesimoquarto, quæstione septima, S. Anton. tertia parte titulo decimoquarto, capitulo decimotertio, §. duodecimo, & titulo 29. de irregularitate, cap. sexto, §. tertio, Angelica, verbo, irregularitas, §. 24. Summa Astensis, par. prima, libro quarto, tit. primo, articulo sexto, quæstione secunda, Summa Pisanella verbo, Baptismus, 4 §. sexto, Syluest. verbo, Baptismus, 5. quæstione tertia, & verbo, irregularitas, quæstione quarta, Maiol. lib. tertio, capit. decimoquarto, numero tertio, & sexto, Couar. in Clement. si furiosus, par. prima, in princip. numero 8. de homic. & Alphons. Viuald. tract. de irreg. nume. decimoquarto. Hæc tamen communis opinio non est admodum certa, quia in iure non exprimitur hæc irregularitas, & pœnæ non sunt extendendæ; Immo mihi videtur omnino falsa, vt rectè docent Henriquez libro decimoquarto, cap. quarto, §. tertio, & Francisc. Suarez in tertia par. S. Thom. de Sacram. Disput. 31. sect. sexta, ante finem. Ratio est, quia subsecuta ratihabitio, & consensus non est causa facti præteriti, nec priorem actionem vel potius passionẽ voluntariam, aut culpabilem reddit, sed solũ est peccatum de nouo commissum, cui nulla est irregularitas in iure imposita. Sicut supra diximus, capit. quarto, irregularitatem non contrahi ex ratihabitione, qui enim casu hominem occidit, & absque omni culpa, sicut nec tunc est irregularis, ita neque postea, si viso effectu gaudeat, & tantum habeat, cum ratihabitio illa homicidium prius factum non reddat voluntarium, cui est irregularitas imposita, sic ergo est in præsenti.

16 Dubium sextum est, an qui metu mortis incusso ab alio, rebaptizat, vel rebaptizatur, fit irregularis? In qua re vnum certum est, quod si quis coactus absolute, idest per vim, & attractionem rebaptizet, aut rebaptizetur, vt narratur de Episcopo, cui nomen fuit, *Habet Deum*, quem Arriani ligatis manibus, & pedibus inuitum rebaptizarunt, vt refert Victor Episcopus Vticensis de persecut. Vuandalica, libro tertio, & simile refert Cyprianus Epistola 19. ad compresbyteros Carthaginenses, de venerabili femina, cui nomen, *Bona*, quæ tenus manibus coacta est sacrificare, lingua hæc verba exclamante, *Non feci, vos fecistis*. talis inquam, coactio exterior non facit irregularem, ex gloss. in capitulo eos quos, in verbo, seu coactos, & Innocent. in dicto capitulo eos quos, vt refert, & sequitur Syluest. verbo, irregularitas, quæstione quarta, in fine. Maiol. libr. tertio, capitulo decimoquarto, numero tertio, & Alphonsus Viualdus, tract. de irregularitate, numero quadragesimosecundo. Quod tamen dictum bene limitat Frãciscus Suarez in tertia parte S. Thom. de Sacrament. disputat. trigesima prima, sectione sexta, in fine, quando qui sic rebaptizatur, non habet intentionem, si enim talem intentionem haberet, peccaret peccato rebaptizationis, & ideo irregularis erit; & merito, quia nec ille eam habere debet, nec ad hanc vlla ratione cogi potest.

17 Quando autem non est talis coactio absoluta, sed conditionata, puta quando ponitur hæc conditio, si non patiaris rebaptizari, statim occideris; tunc glos. in capit. eos quos, in verbo, seu coactos, de consecrat. distinct. quarta, & Innocent. & Syluest. Alphonsus Viualdus & Maiol. locis proximè allatis, etiam in tali metu cadente in virum constantem, irregularem esse volunt, quia magis est eligenda mors, quam consentire rebaptizari. & fauet Couar. in Clem. si furiosus. par. prima, in princip. numero octauo, in fine, de homicid. post Angel. verbo, irregularitas, §. vigesimosexto.

Contraria tamen opinio verior est, non esse irregularem, si solum per talem metum grauem cogatur ad receptionem exteriorem ablutionis, dummodo nõ habeat intentionem, vt rebaptizetur, sed neque peccabit non resistendo, si exterius non significat se cõsentire, cum hac ratione nihil agere, sed pati potius censetur. sic Henriquez lib. decimoquarto, cap. quarto, §. tertio, & §. quarto, & Francisc. Suarez insul. dispu. trigesimaprima. sect. 6. in fi. post S. Anton. tertia
18 par. tit. 26. de irregul. cap. sexto, §. 3. Communis enim opinio est leges humanas non obligare, quando metus cadit in virum constantem, & sine dubio talis est metus, cum dicitur, occidam te, nisi rebaptizeris, vel rebaptizes; quamuis enim tunc quis rebaptizet externa prolatione verborum, aut externa receptione ablutionis rebaptizetur, dummodo non adsit interna intentio, nec vere rebaptizat ille, aut rebaptizatur iste, quia fictè, & non serio rebaptizat, nec iste verè rebaptizatur, cum incapax sit vt denuò baptismum
19 recipiat; sicut nec fictè primum baptismum recepit, & verè secundum baptismum recipit cum intentione, irregularis est, quia hic verè non est rebaptizatus. Cum igitur in hoc casu neuter peccet, consequenter nec irregularitatem ob peccatum impositam incurrit. Hoc autem, quod diximus intelligi debet, quando non fieret in contemptum ecclesiæ, & opprobriũ Religionis Christianæ, tunc enim obligatio est moriendi potius quam, vt quis rebaptizet; aut se rebaptizari permittet; quamuis etiam, tum forte excusabitur ab irregularitate, etsi non excusetur a culpa; vnde solum vera est Syluestri. & aliorum opinio, quando quis aut intentionem rebaptizandi, aut iterum baptismum recipiendi, aut leui metu inductus hoc faceret.

20 Dubium septimum est, an si quis certo sciat aliquem esse baptizatum, rebaptizet eum sub conditione, dicendo, *Si es baptizatus, ego non rebaptizo, si non es baptizatus, ego te baptizo*, fit irregularis? In hac re aliqua certa sunt, aliqua verò controuersia?

21 Primo

21 Primo enim certum est; teneri hominem adhibere debitam diligentiam, vt sciat, an quis baptizatus fuerit, nec ne, qua facta, si adhuc dubium sit, baptizare potest, cum conditione illa, *Si baptizatus es, ego non te baptizo, si non es baptizatus, ego te baptizo*, & talis nec peccat, nec vllam irregularitatis pœnam incurrit; cum mens eius sit non rebaptizare baptizatum, sed non baptizatum baptizare, & verè non rebaptizat; immo & qui post debitam diligentiam dubius manens baptizat absque conditione, non fit irregularis, ex Nauarr. in Manuali, capitulo vigesimoseptimo, numero 246. versiculo secundo, & Henriquez libro decimoquarto, capitulo quarto, §. quarto, & Syluest. verbo, irregularitas, quæstione 4. in fine; quia non dicitur iteratum, quod dubitatur factum, argum. cap. Solennitates, de consecr. distin. 1. & cap. si nullam. de consecr. dist. 4. & capit. veniens. de presbyt. non baptizato. Greg. de Valent. tomo disput. 7. quæst. 19. punct. 3. §. 5. vers. 4.

22 Secundo certum est peccare mortaliter, qui sine delectu aliquem cum tali conditione baptizant, non prius quærentes, an baptizatus fuerit, ex communi DD. consensu, & tradit expresse Catech. Romanus in tract. de baptismo, in capit. de effectibus baptismi in fine.

23 Dubium solum est, an in casu proposito incurratur irregularitas, quando quis temerè, & nulla diligentia adhibita, aut certò sciens aliquem esse baptizatum sub conditione rebaptizat? In qua re sunt duæ opiniones.

Prima est dicentium non incurri in tali casu irregularitatem, & intelligitur hæc opinio etiamsi non haberet intentionem rebaptizandi; (si enim talem intentionem haberet, & sciens aliquem prius baptizatum rebaptizet, non est dubium quin irregularis sit) intelligitur etiam procedere in foro exteriori, ita vt nec in foro exteriori censendus sit irregularis: sic Nauar. in Manual. cum vigesimoseptimo, num. 246. qui concedit tamen eos peccare, etiam si bona fide fecissent: eandem sententiam tenent Palae. 4. distinct. 6. quæstione sexta, colum. tertia & Henriquez libro secundo, de baptismo, cap. trigesimoprimo, §. primo, & libro decimoquarto, cap. quarto, §. quarto, Alphonsus Vuald. tract. de irregularitate, numero 43. & parte tertia, cap. decimoquarto, numero 57. Cosmus Philiarchus libro quarto, capit. decimoquarto, & Francisc. Suarez in tertia part. S. Thom. de Sacramen. disput. trigesimaprima, sect. sexta, dubio 4. & dub. 5. & pro hac sententia refert Maiol. libro tertio, de irregular. cap. decimoquarto, numero quinto. Sed falso; hic enim author disertis verbis eo in loco contrariam sententiam tenet. Fundamentum horum authorum est, tum quia talis non intendit rebaptizare, cum sub ea conditione rebaptizet, actus autem agentium non operantur vltrà intentionem eorum, l. non omnis. ff. de rebus cred. Et quia conditio adiecta suspendit actum; tum quia pœna hæc irregularitatis solum imponitur, quando sine conditione rebaptizat, & pro solo actu consummato, & perfecto rebaptizationis, cum tamen hic actus imperfectus sit. tum, quia hic non est imitator hæreticorum, cum sub tali conditione rebaptizet; & quia non videtur in iure expressum.

Secunda sententia est dicentium esse irregularem, qui sic baptizat, sic Franciscus a Victoria in Summa eius, in quartum, §. trigesimoquinto, de materia baptismi. Sotus quarta distinctione tertia, quæst. vnica, artic. nono, in responsione ad quartum. Cordoba, in Summa, quæst. 37 Maiol. lib. 3. cap. 14. num. vbi hęc habet verb. *Propterea Sacerdos sciens puerum in necessitate fuisse baptizatum domi, si ille postea deferatur ad Ecclesiam vt seruentur ritus solennes, non potest cum ea clausula, (scilicet si non es baptizatus, ego te baptizo) eum baptizare; quinimmo si hoc faciat, efficiatur irregularis.* Quæ verba retuli, eo quod Henriquez, & Suarez hunc authorem pro prima sententia adducunt, sed malè, vt constat; & eandem sententiam habent Martin. Ledesm. 4. quęst. septima, artic. nono. dub. tertio, & Thomas Zerula Episcopus Minorensis, in sua Praxi Episcopali, parte prima, in verbo, irregularitas, dubium 12. Immo, hęc sententia expresse habetur in Catechismo Romano nuper edito ad parochos iussu Pij V. in tract. de baptismo. cap. de effectibus baptismi, in fine, his verbis; *Non desunt, qui nullum scelus admitti posse arbitrentur, si quemuis sine delectu, cum adiunctione illa baptizent: Quare si infans ad eos deferatur, nihil prorsus quærendum putant, an is prius ablutus fuerit; sed statim ei baptismum tribuunt. Quin etiam quamuis exploratum habeant, domi Sacramentum administratum esse, tamen sacram ablutionem in Ecclesia, adhibita solemni caremonia, cum adiunctione repetere non dubitant. Quod quidem sine sacrilegio facere non possunt, & eam maculam suscipiunt, quam Diuinarum rerum scriptores irregularitatem vocant. Nam ea Baptismi forma ex Alexandri Tertii Papæ auctoritate, in capit. De quibus dubium. de baptismo, & eius effectu, in illis tantum permittitur, de quibus re diligenter perquisita, dubium relinquitur, an Baptismum rite susceperint, aliter verò nunquam fas est, etiam cum adiunctione Baptismum alicui iterum administrare.* Hactenus Catechismus Romanus: In quibus verbis meo iudicio hæc secunda opinio satis manifeste declaratur, & simul refellitur aduersæ sententiæ fundamentum; quandoquidem cum iure expressum sit, non esse licitum baptismum reiterare sine sacrilegio, & irregularitatis pœna; & etiam expressum sit, non licere sub conditione rebaptizare, nisi quando adhibita diligentia debita dubium sit, an sit baptizatus, nec ne, consequenter expressum est eum, qui eum eadem conditione baptizat eum, quem certò scit baptizatum esse, graue sacrilegium committere, vt etiam primæ sententiæ authores fatentur, & contra Ecclesiæ statutum, immo contra Diuinum præceptum baptismum reiterare, ac proinde irregularitatem hanc, quæ ob culpam imponitur, incurre-
24 re. Adde quod certum est baptismum non esse reiterandum, at certum etiam est eum, qui sub conditione rebaptizat, & vere rebaptizare, sicut enim conditionata voluntas est volontas, 3. Ethicor. sic etiam conditionatum baptisma est baptisma. Immo cum ipsemet Suarez vbi supra dubio sexto, ex communi Doct. sententia hanc regulam ponat, quod vbi ignorantia facti non excusat a culpa mortali, non excusat ab irregularitate; a fortiori concedere debet, quod cum conditio hæc adiecta non excuset a temeritate, & culpa sacrilegij eum, qui cum ea conditione aut verbis expressa, aut mente concepta, baptizat eum, quem sine delectu, aut certo scit esse baptizatum, nec excusare ab irregularitatis pœna: sicut enim illa culpa est simpliciter talis in sua specie, & eiusdem rationis cum rebaptizatione scienter facta, vt ipsemet fatetur, ita etiam & in casu proposito, culpa eiusdem rationis erit, ac propterea irregularitatem non minus, quam illa inducet. Sed præterea sic baptizatum rebaptizans intentionem sufficientem rebaptizandi habere conuincitur, cur enim aliàs prius baptizatum rebaptizat, nisi, vt denuò eidem baptismum impendat; vnde etiam quoad hoc satis conuenit cum hæreticis in ipso facto, etiamsi
25 in animo fortè non conueniat, quod satis est; quamuis enim irregularitas hæc præcipue imposita sit in odium, & detestationem hæreticorum, non tamen est.

est imposita solis hæreticis, sed omnibus hæreticos in rebaptizatione imitantibus; immo etiam imposita est hæc pœna propter Sacramenti reuerentiam, & ita cum sic sub conditione rebaptizans, sacrilegium committit, vt Catechismus Romanus vbi supra docet, & ipsemet Suarez fatetur, consequenter irregularitatis pœnam huiusmodi sacrilegis inflictam incurrit. Ex quibus etiam refellitur fundamentum Henriquez vbi supra, qui putat iure Canonico tantum esse irregularem, quando sine conditione rebaptizat, cum tamen vt ex Catechismo Romano, Soto, & alijs vbi supra manifestum sit illam baptismi formam in illis tantum permitti, de quibus, re diligenter perquisita, dubium relinquitur, an baptismum ritè susceperint, aliter verò nunquam fas est, etiam cum adiunctione Baptismum alicui iterum administrare.

26 His omnibus addendum est irregularitatis pœna non solum affici rebaptizantem, & rebaptizatum eo modo, quo expositum est, sed etiam qui sic rebaptizanti ex officio ministrat, vt de acolytho, qui Sacerdoti rebaptizanti, & orationibus respondet, colligitur ex capit. 2. de apostat. Maiolo libro tertio, de irregularitat. capitulo decimoquarto, numero quinto, & Summa Corona tractat. de irregular. numero decimonono, versic. quarto. Ratio autem huius est cooperatio ad iteratum baptismum; quamuis enim acolythus non concurrat proximè ministrando aliquid substantiale, quia tamen ministrat illi actioni morali, ad totam illam actionem cooperari censetur, sicut cooperatur sacrificio, qui Sacerdoti offerenti ministrat. Et à fortior Diaconi, vel Subdiaconi officio fungentes in rebaptizatione, irregulares erunt, vt Maiol. libro tertio, capit. 14. numero quinto, annotauit: Hoc tamen non debet extendi, vt extendit ibi Maiolus ad patrinos, seu compatres, qui scienter adsunt in baptismo iterato, cum hoc in iure non sit expressum, & pœnæ non sunt extra casum à iure expressum extendendæ, sed potius restringendæ, cap. odia, de regul. iur. lib. 6.

27 Dubium octauum est, an qui iterat alia Sacramenta characterem imprimentia sit irregularis; vt si v.g. confirmatum, vel ordinatum reconfirmet, vel reordinet, vel si confirmatus, aut ordinatus se iteratò confirmari, vel ordinari permittat.

Prima opinio affirmat, sic Richar. 4. distinct. septima, artic. 6. quæst. prima, & Ioan. Maior ibi in fine distinct. Hostiens. in summa lib. primo, tit. de Sacramen. non iterandis, §. vltimo, numero duodecimo, in fine, Summa Confess. lib. tertio, tit. vigesimoquarto, quæstione septima, Archid. in cap. primo, distinct. 68. & in cap. qui bis. de consecrat. distinct. 3. & in capit. dictum, de consecr. distinct. 5. & fauet gl. ibidem, in verbo, amplius. S. Anton. tertia parte, tit. 29. de irreg. cap. sexto, §. tertio, Nauar. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, numero 247. Albert. Trotius lib. secundo, de vero, & perfecto Clerico, capit. nono, Iacob. de Graffis lib. quarto, cap. vigesimoseptimo, nume. 15. Alphons. Viuald. tract. de irregul. numero 44. Cosmus Philiarchus lib. quarto, capit. decimoquarto, & Maiol. libro tertio, cap. 15. qui omnes parem faciunt confirmationis, ordinis, ac baptismi iterationem, quoad irregularitatem incurrendam, & fundant se in dicto capitulo. Dictum, de consecrat. distinct. quinta, vbi eodem modo prohibetur confirmationis, quo baptismi iteratio, & eadem pœna pro vtroque delicto imponitur, scilicet vt qui ita delinquit, *Non sæculo, sed solum Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famuletur.*

Secunda opinio docet non esse irregularem, sic Scotus 4. distinct. 5. quæst. 5. Palud. 4. distinct. septima, q. 2. artic. primo, conclus. secunda, Gabr. 4. distinct. septima, quæst. vnica, artic. tertio, dub. 5. Palacius 4. distin. 7. disput. 4. Sotus 4. distinct. septima, quæst. vnica, artic. 5. Martin. Ledesm. 1. 4. quæst. 13. artic. 5. dub. 1. Sebastian. Medices in Summa parte secunda, titulo nono, quæst. 35. versic. Primo. Summa Corona tract. de irreg. nu. 19. versic. Nota quod. Henriquez lib. 3. de Confirm. cap. quarto, §. secundo, & Franscisc. Suarez in tertia part. S. Thom. de sacramen. disp. 38. sect. 1. & sect. 2. Summa Astens. part. prima, lib. quarto, tit. 1. artic. 6. quæst. secunda, in fine. Angelica verb. irregularitas, §. 24. & S. Anton. 3. par. titulo decimoquarto, cap. 14. §. 4. vbi ait, quod qui ignoranter bis confirmatus est non est irregularis, sicut rebaptizatus ignoranter, quia, inquit, capit. qui bis, de consecrat. distinct. 4. loquitur de rebaptizato, & non de reconfirmato, & pœna non sunt extendendæ, maximè pœna irregularitatis, vt dicitur in capit. is qui, de sent. excommunic. lib. 6. Syluest. verbo, irregularitas, quæstio. 4. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. septimo, in fine, Castro lib. 1.
28 de potest. leg. pœn. cap. 7. documento tertio. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. in princip. nu. 8. ver. sed & illud, de homicid. Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 5. versic. quartum. Toletus libro 1. Instruct. Sacerd. cap. 28. & hæc opinio verior est, & sequenda. Ratio est, quia non est ponenda irregularitas, nisi sit in iure expressa, nullibi autem habetur iterantes hoc Sacramentum esse irregulares, quamuis proculdubio peccent mortaliter, & hoc maxime cum pœnæ restringendæ potius sint, quam ampliandæ. Diuersa autem ratio est in Baptismo, & Confirmatione, ex Soto, Castro, & Couarru. vbi suprà; cum irregularitatis pœna in odium Donatistarum fuerit rebaptizantibus imposita, quippe qui illam sustinebant hæresim, quod baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi; immo & Anabaptistæ nostri temporis volunt paruulos semel baptizatos, iterum fore rebaptizandos, cum ad vsum rationis accesserint, quæ tamen ratio de confirmatione, & ordine non militat. Nec valet Canonistarum ratio a simili de Baptismo, ad Confirmationem maxime ad irregularitatis pœnam constituendam, cum hæc necessario requirat expressam iuris Pontificij constitutionem, vt in capit. is qui, de sent. excommunic. lib. 6. habetur.

29 Illud vero cap. dictum, de consect. distinct. 5. eorum sententiam non probat, cum ibi solum habeatur, quod sic delinquens *soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famuletur*; Quibus verbis, vt Scotus, & Alphonsus de Castro vbi suprà notant, non innuit pœnam irregularitatis, sed magis oppositum; puta exercitium officij clericalis, nam in executione ordinum, & præcipuè in consectatione Eucharistiæ præcipuus Clerici famulatus consistit: Quod ministeriũ, (vt omnibus manifestum est) nullus, qui irregularis est, rectè exhibere, aut exercere potest. Ex quibus etiã sequitur contra Maiolum vbi supra, multo minus incurri hanc irregularitatem, & aliarum rerum Sacramentalium, vel consectanorum iteratione, quamuis in iteratione peccatum committatur; vnde si quis vel hostiam consecratam reconsecret, vel aquam benedictam rebenedicat, vel chrisma reconsecret, vel etiam oleum infirmorum rebenedicat, non propterea irregularis erit, cum id in iure non habeatur expressum.

30 Demum aduertendum est differentes susceptionem baptismi vsque ad ægritudinem vel senectutem esse irregulares, capit. si quis, distinct. 57. Summa Confess. lib. 3. tit. 20. quæst. 1. & 2. Si tamen post baptisma susceptum vitæ exemplaris existant, & sit necessitas ministrorum, ordinari possunt, si aliud non obstet. Ratio huius est ex glos. in d. capit. si quis. in verbo, sed ex necessitate, & S. Anton. par. 3. titulo 26. de irregular.

cap.

cap. 6. §. 2. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 23. Viuald. tract. de Irregul. num. 45. Toleto lib. 1. instruct. Sacerdot. cap. 30. quia non præsumitur fides voluntaria; nec tollitur irregularitas hæc per baptismum, ex glossâ & San. Anton. citat. quia baptismus ita dilatus, inducit eam; Idem autem non operatur contrarios effectus argumen. capituli, maiores, vltra medium, de baptismo & eius effectu, & Syluester verbo, irregularitas, quæstione vigesimaptima, Angelica, verbo, irregularit. §. quinquagesimoquinto, Alphonsus Viuald. tract. de irreg. num. 46.

31 Quoad dispensationem autem huius irregularitatis, communis Doctorum sententia est solum Papam in ea dispensare, Summa Confess. libro tertio, tit. vigesimoquarto, quæstione septima, Summa Pisanella, verbo, dispensatio, §. sexto, Angelica, verbo, Irregularitas, prima, §. vigesimoquarto, Tabiena, verbo, dispensatio, nu. 15. §. 13. versic. quartodecimo. Syluest. verbo, irregularitas, numero sexto, quæstione quarta, Maiol. libro 3. de Irreg. capitulo 24. in fine. Alphons. Viuald. tractat. de Irregul. numero 46. Si tamen delictum esset, occultum posset Episcopus dispensare iuxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. capit. 6. Vnde tollitur controuersia, quæ olim fuisse videtur in hac re.

De Irregularitate contracta ex delicto violandi Censuras Ecclesiasticas. Cap. IX.

S V M M A.

1 *Excommunicatus maiori, suspensus, vel interdictus officia diuina solemniter exercens irregularis est.*

2 *Violans Ecclesiæ censuras vt irregularitatem incurrat, quæ requirantur.*

3 *Officia diuina, quorum exercitio irregularitas causatur, quæ censenda.*

4 *Censura irretitus, & actum ordinis sacri solemniter exercens irregularitatem incurrit.*

5 *Episcopus censura irretitus, & Pontificalia exercens irregularis est.*

6 *Missam celebrans si excommunicatus sit maiori, aut alia censura irretitus, irregularis efficitur.*

7 *Diaconus censura irretitus Euangelium solenniter cantans irregularis est.*

8 *Baptizans solenniter aliqua censura irretitus irregularis efficitur.*

9 *Baptizans tanquam laicus omissis solitis cæremoniis, etiamsi excommunicatus sit, irregularis non est.*

10 *Iurisdictionis actum in excommunicatione exercens irregularitatem non incurrit.*

11 *Suspensus a beneficio, si qua iurisdictionis sunt exerceat, irregularis non est.*

12 *Diuina officia in excommunicatione audiens irregularis non est.*

13 *Sacramentum quodcunque excepto ordine censura innodatus recipiens irregularis non efficitur.*

14 *Diuina officia solenniter exercens, si verè censura ligatus non sit, irregularis non est, quamuis censura ligatum existimet.*

15 *Excommunicatione minori ligatus officia diuina solenniter exercens irregularis non est.*

16 *Excommunicatus, qui non est celebrando coram excommunicatis denunciatis irregularis non efficitur.*

17 *Excommunicato, aut aliqua alia censura innodato inseruiens irregularis non est, quamuis ipsemet censura innodatus sit, nisi &c.*

18 *Censura irretitus, quamuis ipsemet officia diuina non celebret, si tamen celebrationi auctoritatem præstet, irregularis erit.*

19 *Extrauagans,* Ad euitanda, *nihil vtilitatis censura irretitis affert.*

20 *Degradatus, aut depositus actum ordinis sacri solenniter exercens irregularitatem non incurrit.*

21 *Suspensus ab ordine superiori actum ordinis inferioris exercens irregularis non est.*

22 *Ignorantia probabilis alicuius censuræ actum ordinis sacri exercentem solenniter ab irregularitate excusat.*

23 *Ignorantia probabilis sicut a peccato, ita ab irregularitate ex peccato incurrenda excusat.*

24 *Excommunicatio contra pensionarium non soluentem pensionem lata quando valida censeatur.*

25 *Locantes bona Ecclesiastica vltra triennium an celebrantes irregularitatem incurrant.*

26 *Celebrantes in casu, quo credunt se ad censuræ alicuius obseruationem non teneri, an sint irregulares.*

27 *Excommunicatum se sciens, ex aliqua tamen causa id non animaduertens, contra censuram faciens irregularis non est.*

28 *Celebrans per ignorantiam iuris sciens se censura irretitum irregularitatem incurrit.*

29 *Dubitans, an censura, nec ne, irretitus sit, si dubium practicè deponat celebrando, ab irregularitate excusat.*

30 *Dispensatio ab irregularitate ex violatione censuræ incursa an, & quando ad Papam, vel ad Episcopum spectet.*

31 *Dispensatio regularium ab irregularitate ex violatione censuræ incursa a Prælatis fieri potest.*



QVoniam multa, quę ad pręsens institutum spectant, copiosè satis in materia de suspensione, & interdicto exposita sunt, satis erit in pręsentiarum pauca, quę supersunt, summatim afferre; ex quibus tamen quando, & quibus in casibus, irregularitas omnis, quę est ex delicto violandi censuras Ecclesię, incurritur, manifestum erit.

1 Primo igitur, omnis excommunicatus excommunicatione maiori, vel suspensus, vel interdictus, si facit officia Diuina, exercendo solenniter actum ordinis sacri, quem habet, irregularis est, si scienter vel scire debens id pręstet, id quod de suspenso colligitur ex capit. primo, de senten. excommunicatio. libro sexto, & capitulo primo, de sentent. & re iudic. libro 6. & latius exposuimus in materia de suspensione, & capitulo decimosexto, & de interdicto, habetur in cap. is cui de sentent. excommunicatio. libro sexto, & copiosius exposuimus in materia de interdicto, capit. decimotertio. in pœna duodecima, & de excommunicatione colligi potest, ex capitulo si quis episcopus, 2. 11. quęst. tertia, & tradunt DD. communiter, vt Innocent. in capit. primo, numero quarto, in verbo, irregularita-

laritatem,& ibi Gemin.§.si quis autem, numero quarto, versic. quæro. Franc.& Anchar.ibi.in d.§.fina.de sentent.excommunicat.libro sexto, Panorm.in capitulo secundo,numero 7.& ibi Marian.Soc.nume. sexto, de Cleric.excommunicat.ministr.& Felin.in ca.Apostolicæ,numero 17.de except. Henric. Bohic.in capit. finali,numero 9.de Cleric.excommunic. ministr. Palud.4.distinct. decimaoctaua, quæstione quarta, versic.quintus effectus.Gabr.4.distinct. decimaoctaua, quæstione secunda, articulo 3. Angelica verbo,excommunicatio,vltim.§.9.& verbo,irregularitas, t. §. 10. S. Anton.3.par.tit.vigesimonono,de irreg. cap. t.§.1. Syluest.verbo,irregularitas, quæst.decimatertia. Tabiena,verbo,irregularitas,4.in princip.Nauar.in Manuali, capit.27.numero 163.& numero 244.Couar.in capit.alma mater,parte 1.§. 2. numero vndecimo, & §.6.numero de sentent.excommunic.libro sexto. Martin. Ledesm.2.4.quæst. 26.artic.secundo de irreg. pag. 366.colum.4.Sotus 4.dist.22.quæst. prima, articul.4. conclus.2. Maiol. lib. 2. capit. vigesimoprimo Henriquez libro decimoquarto, cap.7. Alphonsus Viualdus tract.de excommunicat.numero 33. Sebast. Medices, part.secunda,tit.9.quæstio.3.§.quarto.Cosmus Philiarchus,lib.quarto,capitulo decimotertio, Summa Corona, tract.de irreg.numero 21.Thom. Zerula, in sua praxi Episcop.par.secunda, verbo, irregularitas, dub.2. Toletus libro primo,instructio.Sacerd.capitulo 30.Gregor.de Valentia tomo 4.disput.7.quæstion.10. puncto 3.§.5.versic.tertium delictum, & est communis omnium Theologorum, & Canonistarum opinio. Dixi, scienter, quia hæc irregularitas contrahitur ob contemptum alicuius censuræ Ecclesiasticæ, ideo qui celebrat sine illarum contemptu non est irregularis.

2 Secundò, multa necessaria sunt, vt sic censuras Ecclesiæ violans irregularitatem incurrat,prout ex dictis constat, quæ omnia explicanda sunt.

3 Primum est, vt sic excommunicatus, suspensus, aut interdictus faciat aliquod officium Diuinum:Per officia vero Diuina, intelliguntur actus annexi ordini clericali,quales sunt, Sacramenta administrare, celebrare Missam,legere Epistolam, vel Euangelium publice in Ecclesia,benedicere aquam,oleum,& alios fructus terræ cum precibus,& cæremonijs ad id ab Ecclesia institutis.

Secundum est, vt faciat illud opus Diuinum solemniter, tunc autem officia hæc fieri dicuntur solemniter, quando fiunt a Clerico illis cæremonijs, & vestibus,quæ competunt ei ex officio, & ordine, quem habet. Vnde non sufficit, si faciat aliquod opus Diuinum more laici.

Tertiò est,vt exerceat actum ordinis sacri. Quamuis enim nonnulli,vt Innocen.in cap. fin. nu. 1.versic. in officio,& ibi Panormit.numero 5.de excess.prælat. & idem Panormit. in capitulo secundo numero 10. de cler.excommun.ministr.Anchar. in capitulo cum medicinalis,nu. 2.& Philip. Franc.ibi,§.caueant,de sent. excommunicat.libro 6. Angelica, in verbo, irregul.§. 46.Syluest.verbo, irregularitas,numero 15.quæst.13. Nauar.in Manuali, capitulo vigesimoseptimo numero 163.versic.octauo,& Maiol. lib. 3. capitulo vigesimoprimo,numero 5. Cosmus Philiarchus lib. 4. capitulo 13.Summa Corona,tract.de irregul.numero 21. & Hugolin.de Censur.Ecclesiast. tab. 1. capitulo decimoquarto §.1.numero primo, velint incurri irregularitatem etiam solemni exercitio minorum ordinum; Alij tamen verius docent incurri solum,dum quis actum ordinis sacri solemniter exerceat, vt in materia suspensionis exposuimus, cum nullus actus ordinum minorum sit, qui non a laicis cum eadem solemnitate, qua a clericis fieri solet, exerceri possit;

& hanc sententiam expresse tenent Palud. 4. distinct. 18.quæst.quarta, versic.quintus effectus,& quæstionseptima,articulo tertio, conclus.secunda, Richard. 4. dist. 18. articu. 7. quæstione 5. Gabr. 4. distinct.decimaoctaua,quæstione secunda artic.3. Summa Astens. par.secunda, libro septimo,titu.decimo, quæstio. prima & citat Rodon.S. Anton. tertia, parte,titulo vigesimonono de irregular.capitulo primo, in princip. & refert S. Thom.& alios.Tabiena, verbo, irregularitas,4.in princip. qui etiam refert S. Thom. & alios DD.& in verbo, Suspensio,numero tertio, & numero 10.& refert Felin.Sot.4.distin.22. quæstio. 3. articulo primo conclus. 5. vbi att, notanda esse capitula decernentia irregularitatem, quia non loquuntur nisi de Clericis,qui funtiu sacris, & celebrant, vel officia diuinorum ordinum exequuntur,& 4.distin.25.quæst. prima articulo 3.versic.quotus,casus. Couar.in capit. alma mater,part.prima, §.6. numero nono, versiculo decimo,de sentent.excommunic. lib. 9. Toletus libro primo,instructio.Sacerd. capit. 30.Alphons. Viuald. tract.de excommun. numero 35. & benignior sententia est.

5 Tertio, Ex his multa inferuntur.

Primo infertur irregularem esse Episcopum, qui excommunicatus, suspensus, aut interdictus, chrisma conficit,aut baptizatus confirmat, aut ordines confert etiam minores, Abbates, aut virgines Deo dicatas, Ecclesias,aut altaria consecrat, aut Ecclesias, atrasue pollutas reconciliat, aut solennem benedictionem tribuit, aut precibus,& ritibus solemnibus adhibitis,qui habentur in capit.cum aliquis, 11. quæstio. tertia, excommunicatum absoluit, vt de hac absolutione expresse scribunt Innocen.in cap.fin.2.numero tertio, & Zabar.nu.12.de excess.prælat.Anch.io c.1.§.caueant,& ib Philip.Franc.de excommun.sent. libro 6. Et de solemni benedictione, quæ ab Episcopis tantum tribui potest, ex scilicet adhibita forma. *Sit nomen Domini benedictum*, de qua agitur in cap. Abbates, de priuileg. libro 6.& Clem.2. eod.docet Anchar. vbi supra, numero 3. Quorum omnium ratio est; quia hæc propria sunt Episcoporum,argum.cap.quod sicut,§.præterea, de elect.& capit. quanto, de consuetud.& gloss. in capitu. translmissam, versic. de talibus,de elect.& gloss. Extrauag.susceptì regiminis,in verbo, pontificalibus, de elect.

6 Secundo infertur irregularem esse Sacerdotem, qui excommunicatus maiori excommunicatione, suspensus, vel interdictus Missam celebrat, Christi corpus, & sanguinem consecrat. Gemin. in capitulo primo, §. caueant,& §.si quis autem, de sentent. excommunic. libro sexto,aut vt dicens orationem cum *Dominus vobiscum*,ex Ricard.quarta.distinct. decimaoctaua,artic.septimo,quæst.quinta, in fine Summa Astensi parte secunda,libro septimo,tit.decimo, quæst. tertia, Syluest. verbo,interdictum,5.quæst.4. versic. primum. Innoc.in capit.fina.in princip. de excels. prælat. Specul.tit. de irregul.colum.10.Maiol.libr. 3.capitulo de cimonono numero 7.capitulo vigesimoprimo, numero 6. Nauarrus in Manuali, cap. 27.nu. 163.& numero 244. Henriquez libro 14.cap.7.§.1.Hugolin.tabula 1.cap.14.§.1. num. 5. & Cosmus Philiarchus libro quarto,cap.13.aut aquam solemniter benedicit, capitulo aquam, de consecr. dist. 3. Summa Astens. Nauar. Henriquez & alij citati supra. Cosmus Philiarchus vbi supra, aut vestes,fruges,oliuas, cereos, paramenta,nuptias benedicat, aut mulierem post partum in Ecclesiam introducat cum precibus adhibitis, ex Maiolo lib. 3.capitu. 21. numero 5.& Hugol. vbi supra. Ratio est, quia huiusmodi functiones omnes ad Sacerdotes pertinent ex officio, & ab illis solum peraguntur.

7 Tertio

7 Tertiò infertur irregularem esse Diaconum, qui aliqua censura irretitus, Euangelium indutus Dalmatica, & Manipulo cantat, sicut etiam Subdiaconus censura aliqua innodatus, si Epistolam cum manipulo cantet, ex Paulo, in fine, num. 5. de excess. prælat. & cap. 2. nu. 4. de Cler. excommunic. minist. irregularis erit, idemque docent Palud. 4. distinct. 18. quæstion. 4. ver. quintus effectus, Rich. 4. distin. 18. art. 7. quæst. 4. Gab. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. Franc. in c. 1. §. caueant. versic. si vero. de sentent. excommuni. libro 6. Summa Astensis 2. par. lib. 7. tit. 10. quæst. 2. & quæstio. 2. Angel. verbo, irregularitas, §. 40. Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 4. versic. primum, & verbo, irregularitas, quæst. 14. & 13. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. in princip. & S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. cap. 1. §. 2. Nauar. in Manuali. cap. 27. numero 163. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 366. colum. 4. Maiol. lib. 2. cap. 21. num. 5. Henriquez lib. 14. cap. 7. §. 1. & §. 4. Hugolin. tab. 1. capit. 14. §. 1. num. 6. & idem si calicem, & patenam ad altare deferat, hoc enim munus est Subdiaconi, vnde & hæc ei dantur in ordinatione, & ita expresse testantur S. Anton. & Hugolin. vbi supra.

8 Quartò infertur irregularem esse, qui Sacramentum aliquod solemniter administrat, vt qui solenniter baptizat, qui extremam vnctionem administrat, quasi solemnes preces non adhibeat, ac superpelliceo, stolaque ornatus de more non sit: nam a laico, absque, qui Sacerdos non est, nulla ratione Sacramentum hoc administrari valet, ex Rich. 4. distinct. 18. artic. 7. quæst. 5. in fine; Sic etiam qui Sacramentum pœnitentiæ administrat, quicquid in hoc Richard. vbi supra contrarium senserit, quod Sacramentum hoc non solenniter exerceatur, cuius opinio falsa omnino est, vt recte docet Palud. 4. dist. 18. quæst. 4. versic. quintus effectus, nam absolutio pœnitentis in foro conscientiæ sicut & Missæ celebratio, siue publicè, siue priuatim fiant, actu ordinis Sacerdotalis sunt, neca quouis, qui Sacerdos non est, fieri possunt. Item Sacerdos, qui Eucharistiam iam consecratam in censura administrat, est irregularis, cum administratio huius Sacramenti actus sit ordinis Sacerdotalis. Sic Franciscus Suarez disputat. 72. sect. 4. in partem tertiam Diui Thomæ. Eodem modo irregularis erit excommunicatus, suspensus, vel interdictus Sacerdos, qui officiat Ecclesiam solenniter in matutinis, Vesperis, vel alijs horis, ex Palud. Richardo, & alijs, vbi supra, & Innocen. in cap. finali, de excess. prælat. & Specul. tit. de irreg. colum. 10. & alijs communiter. Item irregularis erit interdictus, qui sepelit solenniter cum officio in loco non interdicto, & non sacro, aut si interdictus ingressu Ecclesiæ, celebrat inter illam, cum excommunicatus, & interdictus non minus iure prohibetur exercere actum ordinis sacri, quam suspensus ab officio, vt notat Henriquez libro 14. cap. 7. §. primo. Immò etiam Clericus scienter violans interdictum speciali loci ministrans in ordine sacro (nisi id fiat in casu permisso, vt si octauo die celebret ad renouandam Eucharistiam, capit. permittimus, de sentent. excommunicat. & Nauarr. in Manuali, capit. vigesimoseptimo, nume. 179. & Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 13. Summa Corona tract. de irregular. num. 21. Sebast. Medices. par. 2. titul. 9. quæst. 35. in fine, Tolet. libro primo, de instruct. Sacerd. capit. 30.) fit irregularis, aut si in Ecclesia specialiter interdicta etiam die Paschæ celebret; cum speciale interdictum nullo festo suspendatur.

9 Quinto infertur irregularem non esse, qui presbyter excommunicatus, suspensus, vel interdictus baptizat tanquam laicus in articulo mortis, aut alio tempore extra necessitatem illam, dummodo baptismum, cæremonijs, precibusque solemnibus omissis, administrat, vt laicus, Specul. tract. de irregul. colum. 12. versic. quid si excommunicatus, vel suspensus baptizet: Anchar. in cap. cum medicinalis, numero 2. de sentent. excommunic. lib. 6. Rich. 4. dist. 19. artic. 7. quæstion. 5. ver. ille etiam irregularis. Summa Astens. part. 2. libro 7. tit. 10. quæst. 3. Syluest. verbo, irregular. numero 15. quæst. 13. Hugolin. tab. 1. cap. 14. §. 1. numero 10. Neque irregularis erit, qui excommunicatum absoluit omissis solennitatibus, quæ habentur in capit. cum aliquis, 11. quæst. 3. & in capit. A nobis, 2. de sentent. excommunic. cum sine illis absoluere, sit iurisdictionis. Neque irregularis erit, qui omisso, *Dominus vobiscum*, Matutinas, aut Vespertinas preces recitet, ex Rich. 4. dist. 18. art. 17. quæstio. 5. sicut nec irregularis erit Diaconus, qui Euangelium sine dalmatica, aut Subdiaconus qui Epistolam sine manipulo cantat, eo modo, quo clericus in minoribus cantare posset. Neque irregularis erit censura irretitus, qui ea, quæ ordinis sacri non sunt, exercet. Vnde cantans responsoria, vel dicens psalmos, aut officium non officiando principaliter Ecclesiam, sed vt quilibet alius laicus, irregularis non erit. Et idem in benedicente mensam, quod non est deputatum certo ordini, sed de consuetudine exercetur indistinctè etiam a non ordinato. Innocent. in cap. tanta num. 2. & 3. & Panorm. ibi, nume. 5. de excess. prælat. & idem Panorm. in ca. 2. num. 3. de cler. excommun. minist. & Philip. Franc. in ca. 1. §. caueant, & ibi Anch. num. 3. de sentent. excommunicat. minist. Rich. 4. dist. 18. ar. 7. q. 5. Summa. Astens. pat. 2. lib. 7. tit. 10. q. 3. Sylue st. verbo, interdictum, 5. q. 4. Henriquez lib. 14. ca. 7. §. 4. Cosmus Philiarchus lib. 4. c. 13. Hugol. tab. 1. c. 14. §. 1. num. 14. Neque irregularis erit, qui sepelit defunctum absque officio etiam in Ecclesia specialiter interdicta, vt notat Henriquez post alios vbi supra.

10 Sexto infertur irregularem non esse, qui censura quacunque irretitus ea, quæ iurisdictionis sunt, exercet, cum aliud sit actus iurisdictionis sunt, exercet, cum aliud sit actus iurisdictionis, aliud actus ordinis sacri exercere, & irregularitas solum ordinis vsum, vel susceptionem impediat, vt communiter tradunt DD. & expresse Nauar. in Manuali. capitulo 27. numero 191. & Hugolin. Tabiena 1. capit. 14. §. primo. numero 15. testantur; vnde si excommunicet, aut excommunicatum absoluat, absque stola, & solemnitate cap. a nobis, de sentent. excommunicat. & capitulo cum aliquis, 11. quæst. 3. iudicet, sententiam ferat, visitet, castiget, præsentet, eligat, aut electum confirmet, irregularis non erit. sic Panormit. in capit. finali, numero 5. de excess. prælat. Anchar. in cap. 1. numero 2. & Franc. ibi, §. caueant. de sentent. excommunic. libr. 6. Syluest. verbo, interdictum, 5. quæst. 4. Martin. Ledesm. 24. quæstio. 20. art. 2. de irregul. pag. 366. col. 4. Nauar. in Manuali, capit. 27. numero 144. Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 13. Henriquez libro 14. capit. 7. §. primo. & Hugolin. tabula prima, ca. 14. §. primo, numero 15.

11 Et multo minus irregularis erit suspensus a beneficio, aut etiam suspensus a temporalibus, si officia temporalia exerceat, cum hæc officia Diuina non sint, irregularitas autem non nisi ob exercitium diuinutum cum solennitate incurritur, vt sæpius dictum est.

12 Septimo infertur, non esse irregularem eum, qui censura irretitus diuinis interest, dum fiunt, eademque audit, quia diuinis interesse, & ea audire tam laicorum est, quam clericorum: & in capit. cum medicinalis, & cap. is, cui, de sentent. excommunic. lib. 6. & alibi, solum irregularitatem incurrere dicuntur, qui diuina officia exequuntur, & non qui audiunt, ex glossa in Clem. 2. verbo, celebrari, de priuileg. Gemin. in d.

cap.

cap.is,cui,numero 2. & ibi Anchar.nume.2.& Franc. in cap.cum medicinalis,§.caueant, de sentent.excommunic.lib.6. Panorm.in cap.illud. nume.8.de Cleric. excommun. ministr. & Innoc. in c.fin.& Panorm.de excess.prælat.& Hugolin.tab.1.cap.14.§.1.num.21. Cosmus Philiarchus lib.4.cap.13. Sebast. Medic.par. 2.tit.9.quæst.45. vers.nono, & Henriquez libro 14.c. 7.§.4. quamuis enim hic peccet, irregularitatem tamen non incurrit.

13 Octauo infertur, irregularem non esse, qui censura quacunque innodatus Sacramentum aliquod excepto ordine recipit, & hoc etiamsi specialiter a susceptione Sacramentorum suspendatur, ex Innocent. in capit. cum medicinalis,nume.3.& ibi Gemin.in §.si quis autem,nume.6.& Philip.Franc.ibi,§.fina.de senten.excommun.lib.6.Henriquez lib. 14.cap.7. §.4.& Hugol.tab.1.cap.14.§.1.num.22. & colligitur ex cap. fina. de Cleric. excomm. ministr. vbi excommunicatus minori excommunicatione, & consequenter priuatus passiua Sacramentorum communione excusatur ab irregularitate. Ratio est; quia Sacramentorum susceptio tam ad laicos, quam ad clericos pertinet. Dixi, *excepto ordine*; quia suscipiens ordinem in excommunicatione irregularis est, quod intelligo verum, si in susceptione alicuius ordinis sacri actum exercuerit,iuxta ea,quæ lib.4.cap.16.latius exposuimus: vt notauit Hugol.tab.1.cap.14 §.1.num.22.alias ex sola susceptione ordinis irregularis non est.

14 Nono infertur, irregularem non esse, qui verè censura ligatus non est, licet se irretitum existimet, & officia diuina solenniter celebret, cum hoc iure cautum non sit,argumen.capit.is,qui,de senten. excomm. lib.6. & ita expresse docent Federic.de Senis consi.13; & Panorm.in cap.si vero,2.nume.7.de senten.excom. & Felin. ibi, & Hugolin.tab.1.cap.14.§.1.nume.24. sicut nec excommunicatus est, qui laicum percussit, quem tamen Clericum esse putauit, vt ijdem authores tradunt; requiritur enim veritas clericatus ad incurrendam excommunicationem,capit.si quis suadente diabolo, 17. quæstione 4. & etiam veritas censuræ, vt quis diuina officia exercendo irregularitatem incurrat.

15 Decimo infertur non esse irregularem eum, qui minori excommunicatione ligatus diuina officia solenniter exercet,vt colligitur in cap. si celebret,de cleric.excommunic.ministr. Alphons. Viuald.tract.de excommunic.numero 55.Sebast. Medic.tit.9. quæst.35. Nec irregularis est,qui in Ecclesia polluta celebrat, cap. is, qui, de sentent. excommun. lib.6.quia pollutio non est censura,aut interdictum iuris. Henriquez lib.14. cap. 7.§.3.Cosmus Philiarchus lib.4.cap.13. in fine. Qua etiam de causa nec irregularis erit, qui violat cessationem a diuinis,vt tradunt Nauar.in Manu. cap.27.nume.188.vers.vigesimo, Cosmus Philiarchus lib.4. ca. 23.in fine,& nos latius suo loco exposuimus, quia non est censura, Neque etiam irregularis erit laicus violandi interdictum locale,quamuis peccet, Syluest. verbo, interdictum.6.q.7.Nauar.in Manual.num.187.vers. decimooctauo,& nu.243. vers. octauo,& Henriquez lib.14.c.7.§.3. Martin.Ledesm.2.4.q.26.art.2.de irregul.pag.367.col.2.

16 Vndecimo infertur non esse irregularem,qui cum ipse excommunicatus non sit,celebrat coram excommunicatis, etiamsi sint nominatim denunciati, peccat tamen mortaliter,cap.is qui,de sentent. excommunic. lib.6. Marian. Soc.in cap.sacris, num. 128.de sent.excom. Couar.in c.alma mater,par.1.§.6.num.9.versic. qui verò nulla, de sent.excom. lib.6. Palud.4.dist.18. q.4.versic.quintus effectus. Henriquez lib.14.cap.7. §.3.Hugolin.tab.1.capitulo 14.§.1.numero 25. Multoque minus irregularis erit Clericus non interdictus, vel non excommunicatus, & non suspensus, etiamsi scienter celebret in loco non interdicto, sed tamen coram personis ab homine, vel a iure interdictis,vel recipiat publice interdictos ad officia diuina, Sacramenta,vel sepulturam,vt præfati authores tradunt,& Syluest.verbo,interdictum,6.questione 2.versic. tertium. Nauarr. in Manuali, capitulo 25. numero 93. versic. & qui Missam, Alphons. Viuald.tract. de excommun. nume.38.est tamen interdictus illi Ecclesiæ ingressus, donec satisfaciat ad arbitrium eius, cuius sententiam contempsit, etiamsi exemptus esset, & prætextu exemptionis præsumit sic excommunicatos, aut interdictos admittere, ex capit. Episcoporum, de priuileg.libro 6. & si sic interdictus postea celebrat, aut officia diuina solenniter exercet, irregularis efficitur: sic glos. in d. cap. Episcoporum,in verbo,ingressum,& glos. in cap. is qui,in verbo,nodatis, de sentent. excommun. lib.6. Syluest.verbo, interdictum, 6. q.2.versic.tertium. Palud. 4. distin.18.q.4 vers.quintus effectus. Henriquez lib. 14. c. 7. §.3.& Hugolin.tab.1.cap.14.§.1.nu.25. Couar.in cap.alma mater.par.1.§.6.nu.9.de sent.excom.lib.6.qui alios refert,& nos lib.2.cap.15.num.6. exposuimus.

17 Duodecimo infertur irregularem non esse, qui censura innodatus excommunicato,suspenso, aut interdicto inseruit,dum celebrat,ex Henriquez libro 14.cap. 7.§.4.& Hugolino tab. 1. capitulo 14. § 1. nume.25. post Innocent. in capit. fina.nume.5 de excess.prælat. cum hoc non sit iure expressum, argum. cap. is, qui,de sentent.excommunic.lib.6. Quod intelligitur,nisi ministret in ordine sacro, cantans Euangelium, aut Epistolam solenniter. Peccat tamen qui sic excommunicato,interdicto,aut suspenso inseruit,vt communiter tradunt DD.in cap.sacris,de ijs, quæ vi,met. causa fiant, & notant Nau.in c.1.§.laboret.num. 18. de pœniten. d.6.& Hugolin. vbi supra.

18 Dubium autem est, an qui censura irretitus, diuina ipse non facit,sed solum author est,vt alius se præsente diuina faciat, irregularis sit, eo quod præstat auctoritatem celebrationi? Respondetur ex communi DD. sententia irregularem esse sic authorizando, sic glos. in clemen.2.in verbo,celebrari,de priuileg.& Ancha. ibi, numero 4. & capit. illud in fine, & ibi Panormit. num.8.& Marian. Soc. num. 15.de cleric. excom.ministr.& in c.fin.de excess.prelat. Henric.Bohic,in c.fi. num.9.de cleric.excomm.ministr.Gemm.in cap.cum medicinalis,§.caueant.num.5. & ibi Philip.Franc.de sent.excom.lib.6.Villadiego tract.de irreg.c.2.col.3. Syluest.verbo,irregularitas,q.13.ver. quartum. Nauar.in Manu.c.27.num.244.vers.Aut audit auctorando.Martin.Ledesm.2.4.q.26.art.2.de irreg.pag.366. col.4.Simon Maiol.lib.3.c.21.num.6. Couar. in cap. alma mater.par.1.§.6.num.9. vers.sed & præter ista, de sent.excomm.lib.6. Alphonsus Viuald.tract.de excom.num.39.Sebastianus Medices,par.2 tit.9.quæst. 35.in fine.Cosmus Philiarchus, par.1.libro 4.cap.13. Henriquez libro 14.cap.7.§.3.& Hugolin.tab.1.cap. 24.§.1.nume.11.Quod procedit,siue prælatus, & dominus aliqua censura ligatus, celebrare faciat coram se ligatum, aut non ligatum; siue ipse ligatus non sit, & tamen excommunicatum, suspensum, aut interdictum coram se celebrare facit, ex Nauarr. & Ledesm.vbi supra. Et quæ dicta sunt hactenus, quod censura irretitus, & actum ordinis sacri solenniter exercens, irregularis sit, procedunt, etiamsi sic excommunicatus, aut alia censura innodatus, nec notorius,
nec denunciatus fuerit, nam Extrauagan. Ad euitan-
19 da, nihil vtilitatis affert ipsis censura irretitis, nec
quicquam in eorum vtilitatem statuit, vt optimè docent Couar. in capitulo alma mater, parte prima, §.6. numero 9.de sentent.excommun.lib.6.& Hugol.tab.

1. capitulo 14. §. primo, numero vndecimo, & latius suo loco exposuimus vnde Panorm. in cap. fina. de excess. prælat. prælatos monet, ne tempore excommunicationis, suspensionis, aut interdicti diuina coram se celebrari faciant, aut celebrationi intersint, quia tunc videntur authorizare, & proinde irregulares redduntur.

20 Dubium aliud esse potest, an si depositus, vel degradatus celebrat, aut actum aliquem solenniter ordini Clericali deputatum faciat, irregularis sit; Respondeo non esse, quia irregularitas non incurritur, nisi sit in iure expressa, capit. is, qui, de sentent. excommunica. libro sexto, nullibi autem habetur hunc esse irregularem; sic Summa Astensis, parte 2. libro 7. titu. 10. quæst. 5.

21 Dubium item est, an Clericus suspensus ab aliquo ordine superiori sit irregularis, exercendo actum deputatum ordini inferiori; Respondeo non esse, quia suspensus a superiori non intelligitur suspensus ab ordine inferiori, vt diximus in materia suspensionis, & communiter tradunt authores.

22 Quartò aduertendum est ad irregularitatem hanc ex violatione censuræ Ecclesiasticæ incurrendam requiri, vt scienter officium diuinum solenniter exerceat in excommunicatione, suspensione, vel interdicto; si quis enim per ignorantiam probabilem, scilicet ignorans inuincibiliter se excommunicatum, suspensum, aut interdictum esse celebrat, irregularis non erit, colligitur ex cap. Apostolicæ, de Cleric. excommunic. minist. & ibi glos. in verbo, probabilis, & Panorm. ibi, in Summa, & idem Panorm. in cap. fina. numero quarto, de excess. prælat. Innocent. in cap. cum medicinalis, numero quarto, de sentent. excommunic. libro sexto. Henric. Bohic, in cap. fina. numero primo, de Cleric. excommunic. ministr. & Marian. Socin. in capit. per tuas numero 15. & in capit. cum illorum, numero 9. & in cap. sacro, numero 107. de sentent. excommunic. & Innocent. in cap. cum medicinalis, numero quarto, & Gemin. ibi §. caueant, numero 5. & Anchar. numero 2. de senten. excommun. libro sexto, Palud. 4. distinct. 18. quæstione 4. versic. quintus effectus. Alphonso de Castro, libro 2. de potest. legis pœnal. cap. 14. in fine. Couar. in capit. alma mater, part. 1. §. 6. nume. 9. versic. decimo, de senten. excomm. lib. 6. Alphonso Viualdo tract. de excomm. num. 36. Cosmo Philiarcho lib. 4. cap. 13. Syluest. in verbo, irregularitas, q. 13. versic. quintum Nau. in Man. cap. 27. num. 244. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. articulo 2. pag. 66. colum. 4. Henriquez libro 14. capitulo 7. §. primo, Hugolin. tab. 1. capitulo 14. §. primo, numero 11. Ratio est, quia talis ignorantia excusat a peccato, & consequenter ab irregularitate, cum irregularitas ista non nisi pro peccato præterito infligatur.

23 Hinc Cosmus Philiarchus vbi supra infert non esse irregularem eum, qui probabiliter credit se censura non ligari: dat exemplum in eo, qui celebrat post appellationem a sententia, qua declaratur eum incidisse in excommunicationem pendente appellatione, vt docent Felin. in cap. Rodulphus, de rescript. prope finem, glos. in cap. solet, in verb. in officijs, de sent. excomm. lib. 6. Quamuis enim appellatio ab excommunicatione lata illam non tollat, aut suspendit, & propterea illa non obstante seruanda sit, appellatio tamen a sententia, qua declaratur quis in excommunicationem incidisse, excommunicationem illam dubiam relinquit, sicut prius erat; vnde non est irregularis ille, qui vel ante excommunicationem latam appellat, vel qui post declaratoriam appellat, si fidens appellationi, celebrat ea pendente, etiamsi declaretur male appellasse, vt Nauar. in Manual. capitulo vigesimotertio numero 104. ante finem annotauit.

24 Sic etiam si feratur excommunicatio contra pensionarium non soluentem pensionem tempore debito, si pensionarius post lapsum terminum non solutæ pensionis celebret, antequam ille, cui debetur pensio declaret se vel eum esse excommunicatum, probabiliter credens, quod illum excusatum habebit ob impotentiam, vel eius benignitatem, & quod nolit eum esse excommunicatum, Nauarr. & Philiarchus vbi supra, talem irregularem non esse affirmant. Quod tamen dictum, vt verum sit, intelligi debet iuxta ea, quæ libro 1. capit. 11. numero 20. & capit. 16. numero 8. in simili casu diximus.

25 Eadem ratione non sunt irregulares, qui celebrant ex eo, quod credunt aliquam censuram non esse receptam, vel non esse amplius in vsu, vt est illa contra locantes bona Ecclesiastica vltra triennium, ex Caietan. verbo, excommunicatio, capitulo 75. Nauarro in Ma-
26 nuali, cap. 27. nume. 150. Cosmo Philiarcho, libro 4. capit. 13. Nec illi etiam, qui celebrant ex eo, quod credunt se in illo casu non teneri ad illius censuræ obseruationem, quia scilicet ne reuelarent peccatum suum omnino occultum cum honoris, & vitæ periculo, quod lege naturali vitare tenetur; hi omnes prædictis probabilibus rationibus celebrantes, non contemnunt Ecclesiasticam censuram, & consequenter non sunt irregulares, cum irregularitas hæc ob solum censuræ contemptum incurratur, vt diximus, & faciunt, quæ in similibus casibus tradit Nauar. in Manuali, capitu. 27. numero 138. §. trigesima quinta, versic. tertia, & numero 141. §. quadragesima versic. quarta, & nos libro 1. cap. 18. num. 35. & num. 36. latius exposuimus. Quæ omnia intelligenda sunt de ignorantia, seu credulitate probabili; si quis enim sibi potius blandiens, leui, & vana ratione mouetur ad celebrandum, non euitat irregularitatem, sicut neque culpam ob talem ignorantiam crassam effugit; vnde irregularis erit, si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebret, si modum verum comperit postea, dummodo fama sit aliquorum, qui fide digni sint, talis enim non habet probabilem ignorantiam, vt colligitur ex capit. illud, & ibi Panorm. nu. 4. & glos. in cap. Apostolicæ, in verbo, ignorantia probabilis, & ibi Panorm. Sylu. verbo, irregularitas, quæst. 13. versic. sextum. Hugol. vbi supra. Quamuis vbi probabilis sit, nec ne, ex facto iudex arbitrabitur, & in dubio ipsius iuramento stabitur. arg. cap. si verò, 2. & ibi glos. in verbo, propria manu, & ibi Panorm. & Felin. de sentent. excom. semper enim requiritur contemptus, & peccatum ad hoc, vt censura ligatus celebrando irregularitatem incurrat, cum hæc ob culpam, & delictum imposita sit, vt notant Innoc. & DD. in cap. 1. §. sciturus, ibi ingesserit, de sent. & re iudic. & facit c. latores, de cleric. excommun. ministr. ibi, præsumpserit.

27 Pari modo irregularis non erit, etiamsi se excommunicatum nouerit, si tamen ratione quapiam id non animaduertens contra censuram facit, vt pote perturbatione aliqua animi, ex Adriano in tract. de Clauibus. ar. 3. ver. septima exceptio, lib. 4. & Hugol. tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 12. & idem, si non recordatur.

28 Celebrans autem per ignorantiam iuris, irregularis erit, hoc est ad hanc irregularitatem incurrendam satis est, si sciat se excommunicatum, suspensum, vel interdictum esse, licèt ignoret ius, hoc est quamuis ignoret irregularitatem incurri, si quis excommunicatus, suspensus, vel interdictus celebret, vt DD. communiter tradunt, quos sequitur Sotus, 4. distinctione tertia, quæstione vnica, articulo 9. in fine, & distinct. 22. quæstione prima, articulo 1. in fine versicul. secundum argumentum; tenetur enim habere huius rei notitiam, & ideo crassa, & supina est ignorantia, quæ non excusat a peccato, aut irregularitate ex

te ex delicto imposita, vt notat Henriquez libro 24. cap. 7. §. 2.

26 Qui verò dubitat, an censura irretitus sit, necne, si deponat practicè dubium celebrando excusatur ab irregularitate, sicut etiam excusatur, si dubitans propendeat se non esse censura irretitum, vt idem Henriquez vbi suprà notauit, qui etiam in dicto capit. 7. §. 1. cum Thoma Zerula in sua Prax. Episcop. part. 1. verbo, irregularitas, dub. 15. & parte 2. vers. irregularitas, dub. 9. post Iosephum Angles in Florib. 4. sentent. tract. de susceptione Eucharistiæ, artic. 4. difficultat. 4. & Anton. de Cordub. in Summa Casuum Conscientiæ, quæst. 142. & Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 239. tradunt Sacerdotem excommunicatum, si propter vitandum mortis periculum, aut graue etiam infamiæ damnum, aut scandalum celebraret, aut Sacramenta in necessitate administraret, à peccato, & irregularitate excusari; quia ad irregularitatem hanc incurrendam requiritur contemptus, & huiusmodi nō præsumitur adesse, quando adest necessitas; de qua re legi possunt, quæ diximus libr. primo, capit. 18. num. 41. & 42. & libro secundo, capit. 3. numero 27. & 28. Ratio est; quia in necessitate cessat contemptus, & quia necessitas legem non habet. Deinde, quia concurrentibus duobus præceptis incompatibilib. ponus tenetur homo adimplere Diuinum, quam humanum; at verò præceptum de vitando scandalo, & propria infamia est diuinum, & naturale; præceptum autem de abstinendo, seu de non celebrando tempore excommunicationis, aut alterius censuræ propter incursionem irregularitatis, est tantum positiuum humanum, eo quod omnis irregularitas, vt patet, est de iure positiuo Ecclesiastico; præualet ergo præceptum primum; illudque seruare tenemur, hac tamen lege & conditione, vt prius conteratur, & si fieri potest animo obediendi Ecclesiæ confiteatur. Quequid Sotus, Couar. & alij, vt in d. cap. 3. annotauimus, contradicant.

30 Quintò dispensatio huius irregularitatis olim soli Summo Pontifici reseruata fuit, vt notant Innocen. in cap. 1. de senten. & re iudic. lib. 6. & Franc. ibi, & idem Innocen. in capit. 5. in fine, & ibi Franc. §. caueant, & Gemin. ibi, de senten. excommunic. lib. 6. Panormit. in capit. Cleric. num. 2. & ibi Marian. Socin. num. 8. de Cleric. excommun. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. officij, num. 172. & in capit. per tuas, nume. 25. & num. 22. de senten. excommunic. Palud. 4. distinct. 18. quæst. 4. vers. quintus effectus, & Syluest. verbo, irregularitas, quæst. decimatertia. versic. primum, in fine. Sotus 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. ante finem, versic. quintus casus Nauar. in Manuali, cap. vigesimoseptimo, nume. 245. versic. tertio dico Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. arti. 3. de irregularit. pag. 366. colum. 4. Alphonl. Viuald. tractat. de Excommunicat. numero 40. Sebastianus Medices, parte 2. nu. 9. quæstione 35. Greg. de Valentia tom. 4. disput. 7. quæstione 19. puncto. 3. §. 5. versic. tertium. Cosmus Philiarchus lib. 4. ca. 13. Summa Corona. tractat. de irregular. num. 22. Henriquez libro 14. cap. 7. §. 5. & Hugolin. tab. 1. cap. 14. §. 1. nume. 27. immo etiam & modo si procedat ex delicto publico, aut quamdiu manet deductum ad forum contentiosum, quamuis vno tantum teste probetur; vbi autem ex delicto occulto procederet irregularitas hæc, Episcopus in ea dispensare poterit, ex Concilio Tridentino sessio. 24. de reformat. capit. 6. Paulo Fusco, lib. primo, de visit. & regim. Eccles. capit. 29. num. 5. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 194. versi. septimo. Hugolin. tab. 1. cap. 14. §. primo, numero 27. & communi consensu DD. post Concilium Trid. vbi suprà.

31 Quod regulares verò, irregularitatem ex violatione censuræ Ecclesiasticæ incurrentes, sciendum est posse eum eis à suis Præsatis virtute suorum priuilegiorum in huiusmodi irregularitate dispensari, vt patet ex Compendio Priuilegiorum Mendicantium, in verbo, *Absolutio ordinaria quoad fratres, numero quadragesimo*, & in verbo. *Dispensatio, numero 9. 12. & 21.* Et in particulari Papa Eugenius IV. Anno Domini millesimoquadringentesimotrigesimoprimo, Kalen. Iulij, Pontificatus sui anno primo, Prælans Congregationis Casinensis, aliàs San. Iustinæ, concessit, *Vt omnes, & singulos dictæ Congregationis præsentes, & futuros monachos, Nouitios, conuersos, & commissos à quibuscunque excommunicationum, suspensionum, & interdictorum sententiis, aliisque pœnis Ecclesiasticis à iure, vel ab homine auctoritate Apostolica, vel quauis alia generaliter, vel specialiter promulgatis, & quarum absolutio esset etiam Sedi Apostolicæ generaliter, vel specialiter reseruata, quoties opus fuerit absoluere valeant. Ac etiam, vt super irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis (homicidio, seu membri mutilatione propria manu commissis, aut falsificatione litterarum Apostolicarum, & bigamia dumtaxat exceptis) semel tantum cum supradictis dispensare possint. Super irregularitatibus verò, ex censurarum suprà dictarum, vel earum aliqua violatione, diuina officia celebrando (dum tamen in contemptum clauium non celebrauerint quoties opus fuerit, similiter dispensare valent: ita vt omnes, & singuli, cum quibus super irregularitatibus supradictis dispensari contigerit, vt præmittitur, ad omnes sacros ordines promoueri, & in ordinibus susceptis liberè ministrare valeant.*

De Irregularitate ex delicto male exercendi, & accipiendi ordines contracta. Cap. X.

SVMMA.

1 *Ordines sacros, quibus caret, ac si eos haberet, indebitè exercens irregularis.*

2 *Ordines, quo quis caret, per ludum, aut ad repræsentandam festiuitatem vtens irregularis non est.*

3 *Clericus non Subdiaconus Epistolam solemniter cum manipulo cantans irregularitatem incurrit.*

4 *Baptizans solenniter, si sacerdos non sit, irregularis est.*

5 *Sacramenta Vnctionis extremæ, vel Pœnitentiæ, solus sacerdos ministrare potest.*

6 *Laicus ministrans in ordine sacro, quem non habet, irregularis non est.*

7 *Laicus solemniter baptizans, quamuis peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

8 *Laicus Sacerdotem se fingens, & serio absoluens à peccatis, irregularis non est.*

9 *Laicus more, ac modo, quo ex officio prædicatio exerceri solet, prædicans irregularis non est.*

10 *Ordinem sacrum secundum substantiam recipiens, omissis quibusdam accidentariis, ordine sic suscepto vtens, antequam omissa suppleat, peccat, suspensus tamen, aut irregularis non est.*

11 *Ordinis ex vsu non suscepti irregularis factus à quo dispensandus.*

12 *Excommunicatus maiori ordinem sacrum scienter suscipere irregularis est.*
13 *Excommunicatus minori recipiendo ordines peccat, irregularitatem tamen non incurrit.*
14 *Irregularitas ob solam iuris expressionem, & non ob rationis paritatem incurritur.*
15 *Ignorantia probabilis facti, non iuris excommunicatum ab incursu irregularitatis ab ordinis sacri susceptione excusat.*
16 *Delictum quando censeatur occultum, vt Episcopus in irregularitate ex indebita ordinis susceptione incursa dispenset.*
17 *Ordinatus ab Episcopo excommunicato maiori, & ab executione suscepti ordinis suspensus est, & peccatum mortale committit.*
18 *Consecratio calicis tamdiu manet, quamdiu eius forma perseuerat.*
19 *Absolutio sacramentalis, & ordinis Sacerdotalis, & iurisdictionis actus est.*
20 *Ordinatus scienter, aut ignoranter ab Episcopo excommunicato maiori a quo dispensandus.*
21 *Ordinatus per metum grauem, & cadentem in virum constantem ab Episcopo excommunicato maiori, sicut a culpa, ita etiam a pœna excusatur.*
22 *Ordines omnes minores vno eodemque die, vel vnum ex illis simul cum Subdiaconatu suscipiens, irregularis est.*
23 *Mendicantes virtute suorum priuilegiorum duos ordines sacros eodem die suscipere nequeunt.*
24 *Ordines sacros contra Episcopi prohibitionem sub excommunicatione lata sententiæ suscipiens irregularis est.*
25 *Ordines omnes quatuor minores eodem die suscipiens irregularis non est, nisi &c.*
26 *Ordines minores, & Subdiaconatus eodem die simul ex præscripta consuetudine sine irregularitate recipi possunt.*
27 *Ordinatus ab Episcopo, qui loco, & dignitati renunciat, irregularis est.*
28 *Ordine sacro ante legitimam ætatem, vel extra tempora canonica, vel absque litteris dimissorijs ordinatus ipso facto suspensus est.*
29 *Tempora canonica pro suscipiendis sacris ordinibus statuta quænam sint.*
30 *Dimissorias litteras qui dare possit.*
31 *Dimissorias litteras capitulum infra annum a die vacantis Ecclesiæ dare nequit.*
32 *Dimissorijs pro litteris Episcopus nihil accipere potest.*
33 *Dimissorijs pro litteris quando, & quid notarij Episcoporum accipere possint.*
34 *Ordinatus sine dimissorijs Episcopi, sed tamen cum eius licentia suspensus, aut irregularis non est.*
35 *Dimissorias litteras quibus in casibus capitulum concedere valeat.*
36 *Dispensare quis possit cum ordinato sacris ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel sine litteris dimissorijs.*
37 *Ordinatus furtiue irregularis est.*
38 *Ordinatus an sit qui furtiuè se ingerit, prohibente Episcopo, ne quis se ingerat, & dicente se non intendere ingerentem se furtiue ordinare.*
39 *Ordinatus per saltum & ab ordinis suscepti executione, & a promotione ad altiora suspensus est.*
40 *Ordinatus per saltum, si in superiori suscepto non ministrauerit, ab Episcopo dispensari potest.*
41 *Episcopus per saltum promotus irregularis, & suspensus est ab ordinis omissi collatione.*
42 *Ordinatus absque eo, quod prius Sacramentum confirmationis susceperit, quamuis mortaliter peccet, irregularitatem tamen non incurrit.*

1 Voad irregularitates ex indebito vsu, & exercitio ordinum prouenientes, communis DD. sententia est, quod omnis Clericus ministrans scienter, & seriò in aliquo ordine sacro, quem non habet, tanquam si esset ordinatus, fit irregularis, & colligitur ex capitulo primo, & secundo, de Cleric. non ordin. ministr. Summa Confess. lib. 3. titu. 22. quæstione 44. Martin. Ledesm. 2.4. quæst. 26. articulo 2. de irregul. pag. 366. columm. 3. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nu. 242. versic. septimo. Soto 4. distinctione 25. quæst. 1. art. 3. Sebast. Medice par. 2. tit. 9. quæst. 35. versi. octauo. Summa Corona tract. de irregul. numero 39. versic. tertio. Gregor. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 5. versic. quarto, Cosmo Philiarcho libro quarto, cap. 12. nu. 6. Toleto lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 28. versic. quarta. Henriquez lib. 14. cap. 6. §. 5. Maiol. lib. 4. cap. 13. & Sylu. verbo, irregularitas, quæstio. 12. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. secundo. Angelica, verbo, irregularitas, numero 38. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. capit. 1. §. 1. Summa Astens. par. 2. lib. 6. tit. 4. art. 3. & Spec. titu. de dispensat. §. iuxta. vers. item non ordinatus. Dixi *Scienter* quia si bona fide per ignorantiam probabilem facti putans se esse ordinatum ministraret, non esset irregularis; fiet tamen irregularis, si per ignorantiam affectatam, vel crassam ministraret. Item, si per ignorantiam iuris, id est sciens se non esse ordinatum ministret, quantumuis ignoret ius, scilicet, incurri irregularitatem, irregularis efficitur. Dixi *Seriò* quia si iocosè id faciat, per ludum, aut ad festiuitatem repræsen-
3 tandum, non erit irregularis, vt Martin. Ledesm. Nauar. Sotus Henriquez, Syluest. Tabiena, & reliqui doceni, & facit c. illud, 15. q. 1. Quidam autē, vt Hostiens. Summa de Cleric. non ordin. q. 3. Alberic. verbo, ordinatus, 2. & Summa Pisanella, verbo, ordinatus, 1. §. primo, Angelica, & Syluestr. & Tabiena, vbi supra, & Maiol. cit. num. 7. docent esse peccatum loci gratia sic ministerium ecclesiasticum exercere, qui authores intelligendi sunt, quando aut id faceret ad decisionem fidei Catholicæ, aut ex malitia aliqua, aut etiam ex leuitate aliqua, cum sit irreuerentia quædam rerum sacrarum, secus autem, si id facere, vt historiam aliquam sacram, & piam repræsentaret; quoad tamen non nisi rarò, & habita licentia, & ex consilio boni viri, ne alioquin res sacræ contemptu habeantur. Dixi *in aliquo ordine sacro* quia si in minoribus ministret, quos non habet, non fit irregularis, vt præfati Doctor. tradunt; cum in minoribus etiam cum solennitate vestium soleat laicus ministrare, & capit. 1. de Cleric. non ministr. intelligitur solum de initiato sacris, vt Doctores citati scribunt. Dixi *Si ministret, tanquam si esset ordinatus illo ordine*, quia si ministret more, & modo quo laicus, vt contingere potest in exercitio ordinum minorum, non fit irregularis, vt omnes præfati authores testantur.

3. Hinc fit primò, vt quicunque Clericus non Subdiaconus Epistolam solenniter cantat cum manipulo; aut qui non est Diaconus Euangelium solenniter cum Dalmatica cantat fit irregularis; secus autem si absque manipulo, aut sine Dalmatica Epistolam, aut Euan-

Euangelium in Ecclesia cantet, etiamsi intendat cantare quasi ex officio, & solenniter; quod intelligitur, quando clericus id faceret sine priuilegio; nam vt refert Nauar. in Manuali, cap. 27. nume. 242. verf. septimo, Fratres Mendicantes olim ex priuilegio habuerunt, vt accolythus Epistolam cum manipulo caneret; sed quia videtur obstare Concilium Trident. Sess. 23. de reformat. capitulo 17. vbi constitutum est, ne ministeria Ecclesiastica exerceantur, nisi per constitutos in ipsis ordinibus, ex prægnantia verborum colligi videtur, si copia fuerit eorum, qui in Subdiaconatus ordine constituti sunt, non licet vlterius inferiores ad id ministerium admittere, vt notauit Maiol. libro quarto, capitulo 13. numero 3. Vnde Fratres Prædicatores in Generali Capitulo Bononiæ anno Domini 1564. id suis vetuerunt, vt Passarel. de priuileg. Minim. cap. 28. & Henriquez libro 14. capit. 6. §. 5. in annot. litera L. testantur.

4 Secundo est, vt qui sine ordine presbyterij baptizat ea solennitate, qua presbyter solet baptizare, irregularis fit, etiamsi Diaconus Cardinalis esset, & etiamsi vrgente necessitate sic baptizaret, argum. capitulo primo, & ibi glos. de Cleric. non ordinato ministran. Palud. 4. distin. 5. quæst. 2. artic. 1. conclus. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 366. col. 4. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 242. verf. septimo. Michael de Palatio, in 4. d. 5. & 6. disput. 1. ad septimum, & Palud. 4. q. 2. artic. 5. conclus. 2. Gabr. 4. distinct. 6. art. 2. conclus. 2. Syluest. verbo, Baptismus. 3. principio, Cosmus Philiarchus lib. 4. ca. 52. num. 6. Maiol. lib. 4. capit. 53. num. 3. & Henriquez lib. 14. c. 6. §. 2. quia Sacramentum hoc solenniter administrare, ad solos Sacerdotes insignitos pertinet; secus autem, si in necessitate, vel extra necessitatem non adhibitis baptismi cæremonijs solennibus baptizaret.

Tertio fit, vt quicunque Clericus non Sacerdos ficte audit confessionem, fingens se Sacerdotem, & absoluere præsumit seriò a peccatis, fit irregularis; fauet Nauar. in Manual. cap. 27. nume. 242. versic. septimo. Maiol. lib. 4. capit. 53. nume. 5. & expresse Henriquez lib. 14. cap. 6. §. 2. & colligitur ex cap. 1. de Cleric. non ordin. ministr. Et idem si Sacramentum Extremæ Vnctionis ministraret, cum ministrare Sacramentum Pœnitentiæ, vel Extremæ Vnctionis actus sit proprius Sacerdotis, vt constat ex Concil. Trident. Sess. 14. cap. 6. de sacramen. Pœnit. & capit. 3. de sacramen. Extremæ Vnctionis. Item Clericus non Sacerdos, si Missam celebrare attentet, non solum est irregularis ex Scoto, 4. dist. 22. q. 2. artic. 1. versic. restat ergo, in fine, sed etiam brachio sæculari tradendus est, vt statuit Paulus Papa IIII. anno Domini 1557. decreto 5. die 20. Maij, & anno 1559. die 17. Febr. decreto 7. vt referunt Iudic. Inquisit. & Maiol. libro 4. capit. 13. nume. 5. vbi etiam docet irregularem esse Diaconum, qui publice benedicit, vt Sacerdos, sicut etiam irregularis erit Sacerdos, qui benedicit, vt Episcopus, cum illis verbis: *Sit nomen Domini benedictum*, & fauet capit. ministrare. 26. quæstione septima, & ibi glos. Cardinalis tamen nondum Episcopus ex priuilegio proprio benedictionem publicam dare potest. Doct. in capit. licet. de elect. Iacobat. tract. de Conc. libro 1. tit. de Cardin. & patr. versic. item aliud priuilegium. Simon Maiol. libro 4. cap. 53. num. 2.

6 Dubium tamen est, an purus laicus ministrans in ordine sacro, quem non habet, fit irregularis?

Prima opinio docet esse irregularem. Calderin. in capitulo 2. de Cleric. excomm. ministr. Palud. 4. d. 5. q. 2. art. 5. conclus. 2. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 12. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. in princip. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. c. 5. in princip. Nau. in Man. c. 242. verf. septimo. in fine, Sotus 4. d. 25. q. 5. artic. 3. post conclusionem 4. Maiol. libro quarto, capitulo decimotertio, numero quarto. Franciscus Suarez, de Sacramento Baptismi, disput. tertia, sect. 4. partis tertiæ. & Gregor. de Valentia, tomo quarto, disput. 4. quæstione 2. puncto 1. Cosmus Philiarch. lib. 4. cap. 52. numero sexto, & fundant se in capit. 1. de cler. non ordin. ministr. vbi dicitur, generaliter. *Si quis baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem nunquam ordinetur.*

Secunda opinio dicit non esse irregularem. Sic Angelica, verbo, irregularitas, numero 38. in fine, Rosella verbo, irregularitas, 2. in princip. Directorium lib. 3. tit. 8. S. Anton. in Summa defecerunt, capit. 1. Tabiena verbo, irregu. 4. numero 2. tandem docet hanc opinionem esse veriorem & Henriquez libro 2. de baptismo, capit. 29. §. 5. & lib. 14. cap. 6. §. 1. Panorm. in d. cap. 1. qui semper exemplificat in clericis, & non in laicis: & hæc videtur esse verior, quia iura videntur solum imponere irregularitatem hanc clericis. Nec obstat fundamentum contrariæ opinionis, quia textus ita generaliter loquentes intelligi debent iuxta titulum, sub quo ponuntur, ponitur autem hic textus sub titulo, *De clerico non ordinato ministrante*; immo hoc ipsum deducit Tabiena, vbi supra, verbo, irregul. 4. num. 2. §. 1. in fine, ex d. cap. 1. de cler. non ordin. ministr. eo quod ibi dicitur *Abijciatur de Ecclesia* quod pertinere videtur ad existentes in Ecclesia per ordines. & in cap. 2. de cler. non ordin. minist. dicit expresse de ordinato. Nec valet, quod respondet Franciscus Suarez vbi supra, saltem in codicibus antiquis, non legi *De clerico non ordinato ministrante*, Sed *de non ordinato*, & ita in septem manuscriptis codicibus legi, prout in Gregoriana editione notatur. Et quia textus ille, seu decretalis ista antiquior est, quam rubrica illius tituli, vt proinde textus per titulum non debeat restringi; præsertim, inquit, cum casu quodam & ex inaduertentia verbum illud facile excidere potuerit; quia quicquid olim in aliquibus codicibus legebatur, nunc in omnibus etiam in castigatioribus editionibus Gregorianis, tum in titulo, tum in Summa expresse ponitur, *De clerico non ordinato ministrante*, eò quod hic titulus receptior, & verior sit. Et quamuis decretalis antiquior sit titulo nihilominus tamen titulus appositum sensum decretalis explicat. Et sicut in titulo præcedente, & etiam in subsequentibus, de clericis solis agitur, ita etiam in hoc titulo de illis solis agitur. Et quod addit verbum illud ex inaduertentia, & casu omissum esse, hanc nostram potius, quam eius opinionem confirmat, siquidem facilè accidere potuit, vt verbum illud *De Clerico* ex scriptorum quorundam incuria omitteretur, vnde nunc in omnibus exemplaribus, & ab omnibus expositoribus, Hostiensi, Panormitano, & alijs apponitur.

7 Vnde laicus baptizans solenniter non fit irregularis ob rationem dictam, quia textus loquitur de Clericis, & pœnæ sunt restringendæ, & iura, quæ hanc irregularitatem imponunt, solum loqui videntur de Clericis, & docent Angelica, Rosella, vbi supra, S. Anton. in Summa, defecerunt, hoc enim colligitur ex Doctrina eorum, & fauet Bernard. Diaz in pract. crimin. capitulo duodecimo, vbi ait nullam pœnam adhuc constituisse Ecclesiam contra laicos exercentes actum ordinis. Couar. in clemen. si furiosus. par. 1. §. 1. nume. 5. versic. primum. de homicid. Henriquez vbi supra, libro 2. de baptismo, capit. 29. §. 1. etiamsi Palud. 4. dist. 5. q. 2. artic. 1. conclus. 2. & dist. 22. q. 3. conclus. 2. contrarium dicat, ob dictum capit. 5. de cleric. non ordin. ministr.

8 Simili ratione, si laicus fingens se Sacerdotem seriò absoluat a peccatis, non erit irregularis, cum hoc non sit in iure expressum; sic Palud. 4. distin. 17. q. 3. art. 1. conclus. 5. & distin. 22. q. 3. conclus. 2. S. Anton. 3. par.

tit. 17. ca. 1. §. 1. Syluest. verbo, confessor, 3. in princip. Victoria in Summa, in 4. Sentent. §. 144. & Armilla, verbo, Absolutio, §. 9. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 7. art. 3. dub. vlt. Henriquez, lib. 2. de bap. c. 29. §. 1. in annotat. litera H. Quicquid Sotus, 4. d. 18. q. 4. art. 1. & Nau. in Man. c. 87. nu. 242 vers. septimo, in fine, & Maiol. lib. 4. c. 13. nu. 5. & Gregor. de Valentia, tomo 4. disp. 7. q. 10. puncto 1. falsò citans pro se Palud. in 4. dist. 17. q. 4. art. 1. Cosmus Philiarchus lib. 4. cap. 12. num. 6. contrarium, dicant: talis tamen grauiter puniendus erit, immò etiam & curiæ sæculari tradendus, vt statuit Paul. Papa IIII. anno 1559. die 17. Febr. vt refert Iudic. Inquisit. Decreto 7.

9 Multoque minus irregularis erit purus Laicus prædicando more, & modo, quo ex officio solet exerceri prædicatio, cum non pertineat per se ad ordinem sacrum, nec in iure expressa sit hæc irregularitas, argum. c. is, qui, de sentent. excommun. lib. 6. & docet Henriquez lib. 13. c. 32. §. 5. & lib. 14. cap. 6. §. 2. in fine, & latius in materia de suspensione, c. 56. docuimus, quicquid Nauar. in Man. c. 27. nu. 163. versi. octauo, contrarium sentiat.

10 His addo omnia prædicta solum locum habere in eo, qui Clericus fuerit, & ministrauit solenniter in ordine sacro non suscepto, talis enim irregularis erit; secus autem dicendum erit, vbi suscepit quidem ordinem sacrum secundum substantiam illius ordinis, sed tamen aliqua omisit accidentalia, hic enim si ministret in illo ordine, antequam suppleat, quæ omisit, grauiter peccat, non tamen erit suspensus, aut irregularis. Angelica, verbo, irregularitas, num. 39. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 12. vers. quinto, & Nau. in Manual. cap. 28. num 242. versic. septimo, argumen. capit. primo, de Sacramen. non iterand. & Henriquez libr. 14. cap. 6. §. 1.

11 Cum prædictis autem, qui exercendo actum ordinis sacri irregulares facti sunt, vt ascendant ad altiores ordines Papa dispensat, vt vero in susceptis ministrent, proprius Episcopus dispensare poterit, ex Hostien. Goffred. Innocent. in c. dilectus, num. 3. de temp. ordin. Summa Confess. lib. 3. tit. 22. q. 44. & Panorm. in capit. 2. de cler. non ordin. ministr. num. 3. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 12. in fine, Angelica, verbo, irregularitas, num. 38. & Maiol. lib. 4. ca. 13. nu. 3. Toleto, libro 1. instruct. Sacerd. c. 28. versic. quarta.

Quantum verò ad irregularitates ex indebita ordinum susceptione prouenientes attinet, hæc breuiter statuenda sunt.

21 Primo, qui scienter, vel per ignorantiam crassam, aut affectatam ignorans se esse excommunicatum maiori excommunicatione, vel suspensum, vel interdictum interdicto generali, vel speciali, à iure, vel ab homine, ordines sacros suscipit, communiter a DD. dicitur esse irregularis, cap. 1. de eo qui furtiuè ordines suscep. & c. cum illorum, de sentent. excomm. Angelica, verbo, irregularitas, nu. 22. Syluest. verbo, irregularitas, q. 2. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. 5. Maiol. li. 4. c. 34. num. 3. & 4. Nau. in Man. cap. 27. nume. 241. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. de irregul. pag. 266. col. 2. Henriquez lib. 14. ca. 6. §. 4. Greg. de Valentia, tomo 4. disput. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. ver. secundum delictum. Cosmus Philiarchus lib. quarto ca. 12. num. 1. Summa Corona tract. de irreg. num. 20. Toler. lib. 1. capit. 30. Immò aliqui docent tam de ordinibus minoribus, quam de maioribus, vt expresse Tabiena vbi supra, & Henriquez citat. & Nauar. in Manuali, capit. 25. num. 72. versic. decimo, & Syluest. verbo, irregul. quæst. 13. versic. tertium, quia iura, & DD. non distinguunt inter ordines maiores, & minores & de excommunicatione maiori id colligi videtur ex d. cap. 1. & c. cum illorum. Dixi, *excommunicatum excommunicationi maiori*; quia si excommunicatione minori, peccat, cum recipiat ordines, non tamen municatione recipiat ordines, peccat, cum excommunicatur ab omni Sacramentorum susceptione, non tamen fit irregularis. cap. si celebrat. de cler. excommunicat. minist. & Nau. in d. cap. 27. num. 241. & Gregor. de Valentia vbi suprà. Immò nec excommunicatus irregularis est ordines sumendo, nisi actum ordinis Sacri exercuerit. Dixi, *communiter DD. velle non solum excommunicatum maiori, sed etiam suspensum simpliciter, aut interdictum simpliciter, aut ab officio, vel susceptione ordinis, aut talis ordinis, si ipsos recipiat, fieri irregularem*, quasi ea susceptione ordinis sacri exercere videatur actum ordinis sacri, cum vestibus, & paramentis eius ordinis sacri vtatur, sic enim docent Angelica, & Syluest. vbi supra verbo, irregularita. quæst. 2. & Maiol. libro 4. cap. 34. numero 2. & 2. & Couar. in cap. alma mater, par. 2. §. 3. num. 5. de sentent. excommun. lib. 6. Hoc tamen existimo esse falsum. Nam ca. 1. de eo, qui furtiuè ord. suscep. loquitur solum de excommunicato, non autem de suspenso, vel interdicto; & cap. cum illorum, solum agit de excommunicato ob Clerici percussionem: irregularitas autem non ob paritatem rationis, sed solum propter iuris expressionem incurri-

14 tur, capit. is, qui de sentent. excommunic. libro 6. & vt latius in materia de suspensione capit. 16. dictum est, suspensus ab ordine non fit irregularis nisi exerceat solenniter actum ordinis sacri; ipsa autem ordinis sacri susceptione non semper exercetur solenniter actus ordinis sacri, vt ibi exposuimus. & ideo sola susceptione ordinis sacri in suspensione, vel interdicto, non efficiuntur irregulares, cum id nullo iure sit expressum, pœna irregularitatis vltra casum expressum non extenditur, id quod expresse docet Henriquez libro 14. capit. 6. §. 4. *qui scienter, aut per ignorantiam crassam ignorans se excommunicatum maiori, ordines recipit*, qualis esset eius, qui sub pœna excommunicationis ad certum diem citatus, non compareret eo die, & postea tamen nesciret se esse excommunicatum; quia ignorantia facti inuincibilis, seu probabilis excusat, vt verbi gratia, si ignoret probabiliter se excommunicatum esse; hanc tamen ignorantiam non habebit, vbi fama, vel rumor

15 fuerit de sua excommunicatione; Ignorantia verò iuris non excusat. hoc est, qui sciens se excommunicatum esse recipit ordines, quamuis ignoret per hanc incurrei irregularitatem, irregularis tamen erit, argument. cap. cum illorum, & DD. ibi, de sentent. excommunic. Syluest. verbo, irregularitas, quæstione 2. Alberic. verbo, excommunicatio, 1. column. 4. circa finem. Spec. titul. de dispens. §. iuxta, versic. item excommunicatus. Maiol. libro 4. capit. 34. numero 5. Corduba. tract. de ignorantia. q. 27.

16 Cum hoc autem irregulari dispensare potest Episcopus, si ingressus monasterium ibi laudabiliter per aliquod tempus vixerit, vt ex capitulo primo, de eo, qui furt. ord. suscep. colligitur, & Abbas cum monachis suis, arg. c. illorum, de sentent. excommun. Angelica, verbo, irregularitas, num. 22. Syluest. verbo, eod. q. 2. Post Concilium verò Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. si delictum sit occultum, simpliciter poterit Episcopus in foro conscientiæ dispensare. Tunc autem delictum censetur occultum, quando etiamsi sit publica ordinum susceptio, delictum tamen excommunicationis, propter quod indebitè suscipit ordinem, fuerit occultum, prout stylus Pœnitentiariæ obseruat, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 241.

17 Secundo, Qui scienter ordinatur ab Episcopo excommunicato maiori excommunicatione, suspenso, vel interdicto, vel deposito, vel degradato, licet ordines & characterem suscipiat, peccat tamen mortaliter, & est suspensus ab executione susceptorum ordinum, & efficitur quodam modo, seu impropriè irregularis.

gularis. Angelica, verbo irregularitas, nu. 30. Syluest. verbo eod. q. 7. Tabiena, verbo irregularitas, 4. §. Sotus, 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. art. 2. de irreg. pag. 366. col. 3. Nau. in Manua. cap. 27. numero 241. versic. quarto. Maiol. lib. 4. capit. 25. Henriquez lib. 14. capit. 6. §. 6. Gregor. de Valentia tomo 4. dispu. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 5. Sebastian. Medic. par. 2. titu. 9. quæst. 35. versic. sexto. Summa Corona tract. de irreg. num. 20. Cosmus Philiarchus libro quarto, cap. 12. numero 2. Tolet. libro primo, cap. 30. versic. tertio post Summam Confess. lib. 3. tit. 22. quæstio. 37. Hoc tamen intelligitur iuxta extrauag. Martini V. quæ incipit, ad euitanda, de illis Episcopis qui excommunicati, suspensi, aut interdicti sunt, & tanquam tales nominatim denunciati, aut notorij Clerici percussores, hos enim solos euitare tenemur. Et eodem modo iura, quæ dicunt incurri irregularitatem, si quis ordinetur ab Episcopo simoniaco, hæretico, vel schismatico intelligenda sunt de eo, qui est vt talis nominatim denunciatus: vt Angelica, Syluest. & alij docent. Quod verò talis ordinem suscipiat, ex eo probari potest, quia sicut in Repub. ciuili debet esse potestas, quæ commune bonum in singulos distribuat; pari ratione in Ecclesiastica Repub. dari debet potestas, quæ bonum spirituale in singula membra secundum diuersos gradus, & officia, & ministeria distribuat: quæ potestas confertur Episcopis per Episcopalem consecrationem, cuius potestatis signum in ipsis existit, scilicet, character quidam, per quem significatur concessa illis potestas in corpus Christi mysticum. Sicut
18 igitur consecrato semel calice; tandiu manet consecratio quamdiu eius forma perseuerat; ita similiter concessa semel Episcopis potestate circa omnia Pontificalia per consecrationem, perpetuò in illis potestas illa remanet. Vnde fit ordinem verè suscipi à quocunque Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto deposito, aut degradato, quandoquidem in illo potestas conferendi ordines perseuerat; nec mirum, cum teste S. Augustino tract. quinto. in Ioan. potestas conferendi ordines, & Sacramenta ministrandi, non ex bonitate conferentis, sed ex Christi potestate dependeat; vnde malitia Ministri sicut potestatem non tollit, ita nec tollet effectum. Id quod certum est in omnibus Sacramentis excepta pœnitentia; cum enim absolutio Sacramentalis actus sit non solum ordinis Sacerdotalis,
19 sed etiam iurisdictionis, quam iurisdictionem ab Ecclesia recipit, ideo eum à præscissis iurisdictionem hanc tollat, absolutionem validè impendere nequit: collatio verò ordinis actus est solius ordinis, non iurisdictionis, & proinde non obstante censura quacunque ordines conferri poterit. Peccat tamen, vt diximus, sic conferendo, & recipiendo ordines, quia cum Episcopi tales à collatione ordinum suspensi sint, illos contra Ecclesiæ præceptum conferentes grauiter delinquunt, sicut etiam qui ab huiusmodi recipit ordines, cum eorum peccato communicat, grauiter peccat, & in statu mortalis peccati ad Sacramentum accedit. Quod verò sic ordinatus, sit suspensus, & largo modo, seu impropriè irregularis, ex eo colligitur, quia cum Episcopi tales illorum ordinum executionem non habeant, consequenter nec illam alij conferre poterunt, argumen. capit. gratiæ, & capit. statuimus, 2. quæstio. 1. & cap. Dalbertum, 1. quæst. 7. & fauet Innocentius Epist. decimaoctaua, capit. 3. & refertur in capit. Arianos, 1. quæstio. 1. dicens Clericos ab Arianis ordinatos non esse recipiendos, s. ad ordinum executionem, & communiter tradunt DD. vbi supra.

20 Potest autem Episcopus cum sic ordinato dispensare, si ignorantia non erat crassa, & hoc tam in ordinibus susceptis, quam suscipiendis; cum scienter vero sic ordinato solus Papa, vt colligitur ex capit. fina. de ordin. ab Episcopo, qui renunciat. Episcop. Summa Confess. lib. 3. tit. 22. quæst. 37. Angelica, verbo, irregularitas, num. 30 Syluest. eod. quæst. 7. Nauar. & Ledesm. Cosmus Philiarchus vbi supra. Et idem dicendum de ordinatis a Simoniacis, cap. statuimus, 2. & cap. si a Simoniacis. 1. quæst. 1. & etiam de ordinatis ab hæreticis, & schismaticis, c. fraternitati. de schisma. Angelica, Syluest. vbi supra, qui cum Toleto loco citato rectè hoc limitat de hæreticis, & schismaticis nominatis, iuxta Concilium Constantiense, & extrauag. Martini V. ad euitanda. Martin. Ledesm. Sotus Nauar. locis citat. & Henriquez lib. 14. cap. 6. §. 7. & communiter DD.

21 Qui verò ab huiusmodi Episcopis ordinatur per metum grauem, & cadentem in virum constantem vt excusatur à culpa iuris humani, & ab excommunicatione participantis in crimine, ita etiam à pœna irregularitatis: sic Goffred. & Hostien. quos referunt ac sequuntur Angelica, verbo, irregularitas, num. 30. Syluest. verbo, eod. quæst. 7. Tabiena, verbo, irregularitas 4. §. 5. Greg. de Valentia, tomo quarto, disput. 7. quæstio 19. puncto 3. §. 5. Nauar. in Manuali, capit. 27. nume. 241. ver. quarto, & Henriquez lib. 14. capit. 6. §. 6. quicquid Maiol. lib. 4. cap. 24. num. 2. & ca. 25. num. 2. contrarium sentiat. Quibus omnibus addo, si delictum in casibus præcedentibus fuerit occultum, Episcopus per Concilium Trident. sess. 24. de reformatio. capitu. sexto, in foro conscientiæ dispensare poterit, vt notauit etiam Henriquez libro 14. ca. 6. §. septimo, in fine.

22 Tertiò, qui vno, & eodem die omnes ordines Minores, vel vnum ex illis simul cum Subdiaconatu suscipiunt, sunt irregulares c. 2. de eo qui furt. ordin. suscep. & à fortiori irregulares erunt, qui plures ordines sacros eodem die suscipiunt, ex capit. fin. eod. tit. Summa Confess. lib. 3. tit. 22. quæst. 15. & quæst. 16. Greg. de Valentia tomo 4. disp. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 5. Sebast. Medic. par. 2. tit. 9. q. 35. versic. quinto. Summa Corona tract. de irregul. numero 20. Cosmus Philiarchus lib 4. c. 12. num. 4. Tolet. lib. 1. c. 30. Alphon. Viuald. tract. de suspens. num. 47. Nauar. in Manuali, capit. 97. num. 241. versic. secundo. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 16. art. 2. de irregul. pag. 366. col. 2. & Angelica, verbo, irregularitas, nume. 23. Quod intelligitur siue hoc faciat vno die vero, siue fictitio, sicut cum quis die Sabbati fiat Diaconus, & continuato ieiunio, in Dominica mox sequenti initietur Sacerdotio, reputetur enim dies vnus fictitius, argum. capit. litteras, de tempor. ordin.

23 Angelica, vbi supra, & Henriquez lib. 14. capit. 6. §. 5. immò nec licet Mendicantibus virtute suorum priuilegiorum duos ordines sacros eodem die suscipere, cum priuilegia hæc à Conc. Trid. sess. 23. de reformat. c. 13. reuocata sint.

24 Multoque magis, si Episcopus sub excommunicatione latæ sententiæ præciperet, ne quis simul eos susciperet, ex violatione censuræ accipiens illos esset irregularis, ex Angel. verbo, irregularitas, numero 23. Syluest, eod. q. 3. Toleto lib. 1. capit. 30. & Henriquez libro decimoquarto, cap. 6. §. 5. in fin. In qua irregularitate, quamuis Episcopus quoad vsum aliorum ordinum prius susceptorum dispensare poterit, in sic susceptis tamen, & multo minus, vt ad maiores ascendat, dispensare nequit, nisi Religionem ingredi voluerit, tunc enim non iure suo, sed auctoritate Papæ dispensare valet, argum. cap. primo. & ibi glo. in verbo, Misericorditer, & cap. 2. & ibi gl. in verbo, permittas, & capit. 3. & ibi glo. in verbo, non debent, & in verbo, licentia, de eo qui furt. ordin. suscepit, Angel. & Syluest. vbi supra, aliàs solus Papa dispensat, vt Cosmus Philiarchus lib. quarto, cap. 12. nu. quarto, & Toletus lib. 1.

lib.1.instruc.Sacerd.cap.30. vers.quarto ootarunt,&
fauet Nauar.in Manual.cap.27.numet.241. versic.se-
cundo.vnde quod habet Gregor.de Valen.tomo 4.di-
sput.7.quæst.19. puncto 3.§.5. Episcopum concedere
posse vsum ordinum sic susceptorum,vt verum sit,iux-
ta prædictam limitationem, scilicet, si monasterium
ingredi velit,intelligi debet. Abbas autem, & superior
eum subditis suis dispensare potest, vt ad maiores etiã
ascendant,ex Angelo,& Syluestro locis citatis,& Ma
iolo lib.4.c.11 num.2.argum.c.2.de eo,qui fur.ordin.
suscepit.

25 Non est tamen irregularis, qui eodem die omnes
quatuor ordines minores suscipit, argum.cap.2. & ibi
gloss.in verbo,minores, de eo qui furt.ordin.suscepit,
& gloss.in cap.de eo,in verbo,ad minores, de temp.or
din. & gloss.in cap.innotuit, in verbo, ordines, de eo
qui furt.ord.suscep. Quia licèt prohibeantur simul cõ-
ferri, committitur tamen iudicio Episcopi, ingruente
necessitate, ex Concilio Trident. sessio.23. de reform.
capit.11.nec imponitur pœna irregularitatis suscipien
ti illos. Si tamen prohiberet Episcopus, ne quis sub pœ-
na excommunicationis latæ sententiæ,omnes, vel plu-
res ordines minores eodem die suscipiat, ex violatione
censuræ Ecclesiasticæ illos accipiens irregularis erit,
ex gloss.in capit.innotuit,in verbo, ordines, de eo qui
furt.ordin.suscep. licèt enim conferre eos possit, si ta-
men aliquem ad duos minores, vel plures eodem die
promouere nolit,non compellitur,immo de iure in his
etiam interstitia temporum seruanda sunt, cap.in sin-
gulis,distinct.77.& Concil.Trident.sessi.23.de refor.
26 cap.11.

An,verò excusari possit, qui eodem die suscipit qua-
tuor ordines minores,aut vnum Minorem,& Subdia-
conatum, si alicubi esset talis consuetudo præscripta
suscipiendi simul minores, & Subdiaconatum, dubi-
tant DD.& quidem Maiol.libro quarto,cap.11.num.
1.docet talem consuetudinem abrogari per Cõcil.Tri-
dent.sessio.23. de reform.cap.11. vbi iubet omnes tam
minores, quàm maiores statutis certis temporum in-
terstitijs conferri. Cæterum consuetudo concedit si-
mul conferri quatuor minores, immo & cum minori-
bus Subdiaconatum,sic Nauarr. in Manual.capit.25.
num.71.ver.octauo,& cap.27.num.241.versic.secun-
do.Matt.Ledelm.2.4.q.26.artic.2. de irreg.pag.366.
col.2.Cosmus Philiarchus lib.4.cap.12.numer.4. Vi-
naldus in d.num.47. & Henriquez libr.14.cap.6.§.5.
& Nauar.vbi suprà citat S.Anton.3.par.tit.14. capit.
16.§.13. qui tamen solum docet consuetudinem face-
re,vt omnes ordines minores eodem die conferri pos-
sint,quod idem docet Syluester verbo, Ordo,2.quæst.
7.vers.tertium.non autem id docent de minoribus, &
Subdiaconatu,quamuis,vt diximus, id verum sit;solet
enim Episcopus feria sexta conferre tonsuram, & mi-
nores,ne præ multitudine impediatur sequenti Sabba-
to, in quo ijsdem, & alios confert Subdiaconatum,
aut maiores,in quo seruatur ius antiquum, capit.2.de
eo,qui furt.ord.suscep. cui non derogat Trident.sessi.
23.de reform.capit.11.vt Nauarr. in d.cap.25.nu.71.
Henriquez lib.14.cap.6.§.5.in annot. litera C.& Al-
phon.Vinal. in Candelabro part.1. de Sacram.ordi-
nis,numero 36. & Frater Hieronymus à Sorbo in Cõ
pendio priuilegiorum Mendicantium,verbo, ordines
sacri,in annot.tradunt, si quidem per Concilium Tri-
dentinum consuetudines antiquæ non tolluntur, nisi
quando id expresse declarat,vt sessio.23. de reform.c.
6.& c.9.

27 Quartò,qui ordinatur ab Episcopo, qui loco, & di-
gnitati renunciauit,est irregularis,capit.1.de ordin.ab
Episc.qui renunc. Episcop. Immo qui sic ordinatus est
etiam cum licentia sui superioris, sciens, aut scire de-
bens eius renunciationem est irregularis; quod intelli-

gitur de ordinibus sacris,ex Summa ... irregularitas, ...
22.quæst.26.Angelica, verbo,irregularitas, ...
31.Syluest.verbo,eod.quæst.8.Nauar. in Manuali,c.
27.num.241.versi.tertio. Mart.Ledesm.2.4.q.26.art.
v.de irregu.pag.366.col.3.Soto 4.d.25.q.2.art.3.post
conclu.4. Maiol.lib.4.cap.20.num.5.& 6.Summa Co
rona tract.de irreg.num.20.Grego. de Valentia,tom.
4.disput.7.quæstio.19.puncto 3.§.5.Cosmus Philiar-
chus,lib.4.cap.12.numer.3. Sebast.Medices,par.2.ti-
tul.9.quæst.35.ver.sexto. Toletus lib.1. capit.30.&
Henriquez libro 14.cap.6.§.6.secus autem, si ordine-
tur tantum minoribus,quia etiam non Episcopi mino-
res conferunt,vt probatur in c.abbatibus, de priuileg.
lib.6.& ibi glos.in verbo, quasi Episcopalem. Quoad
verò ordines Sacros,cum eo, qui ignoranter non igno
rantia crassa eos suscepit,Episcopus dispensare potest,
cum scienter recipiente eos solus Papa, si verò ordine-
tur ab eo qui solùm loco renunciauit, non autem digni
tati,quia sic remanet Episcopus, si ex licentia superio-
ris,aut Episcopi sui proprij quis ab eo recepit ordines,
non est irregularis: si verò non intercesserit proprij
Episcopi licentia,fit irregularis,c.1.de ord. ab Episco.
qui renunc. Episcop.

28 Quintò, qui aliquo sacro ordine ante legitimam æ-
tatem, vel extra tempora canonica, vel absque litteris
dimissorijs ordinatur, ipso facto suspensus est ab exe-
cutione ordinum sic susceptorum, quod si vtitur ordi-
ne suscepto, irregularis efficitur, vt habetur in extra-
uag. Pij II. quæ incipit: cum ex sacrorum. Et idem ho-
die per Bullam Sixti Quinti, quæ incip. Sanctum,& sa-
lutare,de ordine minori sic suscepto,dicendum est: sed
hæc constitutio per aliam Clementis VIII. posterio-
rem Bullam ad terminos sacrorum canonum, & præ-
dictæ constitutionis Pij Secundi,cum ex sacrorum, re-
ducta est, Tempora verò canonica statuta sunt qua-
tuor tempora, Sabbatum ante Dominicam Passio-
29 nis,& Sabbatum Sanctum,c.ordinationes, distin.75.
& capit.de eo autem. de tempo.ordin. Litteras autem
dimissorias nemo nisi proprius Episcopus, seu præla-
30 tus concedere potest. Proprius autem Episcopus di-
citur,

Primò, Episcopus originis;

Secundò, Episcopus beneficij;

Tertiò, Episcopus domicilij, vt colligitur ex ca.cum
nullus,de temp.ordin.libro sexto,vnde Prælati inferio
res huiusmodi reuerendis non nisi ex priuilegio con-
cedere possunt. Immo nec Capitula Ecclesiarum infra
31 annum à die vacationis,non obstante quacunque con-
suetudine, vel priuilegio in contrarium eas concedere
possunt,ex Trident. sessio.7. de reformat. capitulo de-
cimo,quod etiam locum habet in eo, qui succedit in lo
cum Episcopi; aliter & capitulum interdicitur, & su-
spenditur succedens, ordinatus autem à beneficio, &
ordine ad beneplacitum futuri prælati suspensus est,
ex Concil. Trident. sessio.7.de reform. capitulo 10. &
sessio.23.de reform. capit.10. Quibus addo Episcopos
32 nihil posse pro litteris dimissorijs accipere, nec dire-
ctè,nec indirectè,aliter pœnas grauissimas contra Si-
moniacos latas incurrunt. Notarij vero Episcopo-
33 rum si nullum habeant constitutum salarium, deci-
mam tantùm vnius aurei partem pro labore accipere
poterunt,ex Concilio Tridentino sessio.23.de reform.
cap.1.

Quod si quæras, an si quis ordinetur sine litteris di-
34 missorijs proprij Episcopi, sed tamen cum eius licẽtia,
suspensus, vel irregularis sit? Respondetur saltem in
foro conscientiæ non esse. Cuius rei ratio est: quia Cõ-
cil. Trident. vbi suprà vult, vt quis ordinetur vel cum
litteris dimissorijs,vel de licentia proprij Episcopi, &
prælati,de qua re plura legi poterunt apud Maiol. lib.
4.c.5.& c.20.& 21.

Quod

35 Quod si sedes Episcopalis vltra annum vacauerit; aut quis ratione obtenti, vel obtinendi beneficij arctatus sit ad ordines suscipiendos, bis quidem duobus casibus capitulum, vel singulares ordinario succedentes dimissorias iuridicè concedere possunt ex Concil. Trident. sessio. 7. de reform. cap. 10. quibus Maiol. vbi suprà cap. 5. num. 5. & ca. 10. nu. 9. addit tertium casum, quando scilicet sedes Apostolica vacauerit, tunc enim probabile est succedentes in iurisdictione non prohiberi concedere dimissorias, cum de ea sede Concil. Trident. vbi suprà non loquatur, saluo semper Sedis Apostolicæ iudicio.

36 Quoad dispensationem autem huius irregularitatis semel inentsæ aduertendum est, quod si sic ordinatus, antequam à prædicta suspensione absoluatur, celebrauerit, vel in ordine sacro ministrauerit, erit irregularis, & à solo Papa dispensari potest, vt communiter tradũt authores, Nauar. in Manual. capit. 25. numer. 73. Anton. de Corduba, in Summa, quæst. 144. & Alphon. Viuald. par. 1. tracta. de Sacram. ord. num. 37. & alij, de quare legenda sunt, quæ diximus lib. 4. cap. 14. numer. 11. si tamen delictum fuerit occultum, tam in dicta suspensione, quam in irregularitate inde secuta poterit Episcopus per se, vel per Vicarium ad hoc specialiter deputatum dispensare, ex Concil. Trident. sessio. 24. de reform. cap. sexto. Nec obstat Constitutio 9. Sixti V. quæ incipit. Sanctum, & salutare, in qua statutum fuit, vt etiamsi delictum occultum esset Episcopus, per decreta Concilij Tridentini nec ab illa suspensione absoluere, nec super tali irregularitate dispẽsare posset, quia hæc tanquam nimis rigida, & dura per aliam posteriorem Clementis Papæ VIII. Bullam, quæ incipit, Romanum Pontificem decet, quam in fine libri 4. posuimus, ad dispositionem decretorum sacri Tridentini Concilij reducta est.

37 Sextò, Qui furtiuè, id est, ignorante, nec examinante Episcopo, aut approbante se ordinationi ingerit, & ordinem accipit, irregularis, seu potius suspensus est, capit. primo. de eo qui furt. ord. suscep. Summa Confess. libro tertio. titu. 22. quæst. 15. Summa Corona, tracta. de irreg. numero 19. versiculo tertio. Maiol. libro quarto. capitulo octauo. & capit. nono, & Henriquez libro 14. capit. 6. §. quioto. & ita nec ordinibus prius susceptis, aut eo ordine sic. accepto vti poterit, nec ad superiores ascendere permittitur, ar. cap. innotuit. de eo qui furt. ordin. suscep. Summa Confess. de ætat. et ordin. quæstio. 13. & sequen. Maiol. vbi supra. In hac autem re adhibẽda est distinctio, si enim Episcopus prius in generali dicat, si quis furtiuè se ordinationi ingerat inter aliorum approbatorum multitudinem, aut fortè mutato nomine alicuius approbati nomen acceperit, sit excommunicatus, nec intendo eum ordinare,

38 & quis ita furtiuè accedat ad ordinationem, verè ordinatur, cum adsit materia, & forma, nec deest sufficiens intentio, dum enim in particulari facto ignoret Episcopus eum defectum ordinandi, recedere censetur à conditione posita in generali, & habet intentionem absolutè applicatam huic, quæ intentio satis est ad ordinem, sic tamen ordinatus irregularis est, nec in ordine suscepto ministrare, vel ascendere ad superiorem poterit sine dispensatione Papæ, nisi ad Religionem transire voluerit, tunc enim Episcopus cum eo dispensare valet, argument. capit. fina. de eo qui furt. ordm. suscep. Si verò Episcopus simpliciter dispensare poterit, & idem de Abbate dicendum est, vt patet ex capit. primo, secundo, & tertio, de eo, qui furt. ord. suscep. & Angel. verb. irregularitas numero vigesimotertio. Syluest. eod. quæst. tertia. Bernard. Diaz Pract. in Crimin. Canon. capit. 21. Maiol. libro quarto, cap. 8. semper autem habebit locum caput sextum, sessio. 24. de reform. Concil. Trident. quando delictum erit occultum, vt scilicet Episcopus in foro conscientiæ dispenset. Quod licèt olim verum fuit hodie tamen post Bullam Sixti Quinti incip. Sanctum, & salutare, nec Episcopus, nec Abbas dispensare valet. Quæ tamen Sixti Quinti, Bulla per aliam posteriorem Clementis VIII. quam in fine libri 4. posuimus quoad hanc clausulam iustis de causis reuocata est. Quæ omnia locum habent etiam in regularibus, qui ab Episcopo examinari, & approbari debent ex Concil. Trident. session. 23. de reform. cap. 12. non obstantibus litteris dimissorijs suorum prælatorum, quæ ab ordinatore recognosci debent, alioquin furtiuè se ingerentes ordinationi fiunt irregulares, argum. cap. fin. de eo, qui furt. ord. suscep. Et tam in secularibus, quàm in regularibus faciendum est examen, & ab eo, qui dimissorias concedit, si ordinandus sit præsens, & ab eo qui ordinat, si sit absens, vt constat ex Concil. Trident. sessio. 23. de reform. c. 3. & 7. & cap. si Episcopus, de præb. lib. 6. Maiol. lib. 4. cap. 9. num. 5.

39 Septimò, Quicunque per saltum siue scienter, siue ignoranter omisso aliquo ordine intermedio superiorem suscipiunt, vel ex laico immediatè fit presbiter, sũt irregulares, seu suspensi ab executione ordinis suscepti, & indigent dispensatione, vt in susceptis ministrẽt, omissum suppleant, & ad altiores promoueantur, cap. vnico, de Cleric. per saltum promoti. & facit ca. sollicitudo, distinct. 52. Syluest. verbo Irregularitas, quæstio. 11. Host. in Summa, tit. de Cleric. per saltum promoto, §. 1. Bernard. Diaz, in Practic. Crimin. Canon. capitulo 20. Nauar. in Manual. capit. 27. num. 242. versi. sexto. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pagin. 366. col. 3. Sotus 4. dist. 25. quæst. 1. art. 4. post conclus. quarta. §. tertius. Sebast. Medices p. 2. tit. 9. quæst. 35. versi. septimo, Alphon. Viuald. tract. de suspen. nume. 48. Summa Corona tract. de irreg. numero 19 versic. tertio Greg. de Valentia tomo 4. disput. 7. quæstio. 19. puncto 3. §. 5. Cosmus Pbilia rebus lib. 4. cap. 12. num. 5. Thom. Zerula in praxi Episcopali part. 1. in verbo Dimissoriæ. §. 3. & 4. & part. 2. verbo irregularitas, dub. 3. Maiol. lib. 4. cap. 12. nu. 1. & 2. Henriquez libr. 14. c. 6. §. 3. Vnde, non benè locuti sunt Arcbid. in d. c. solitudo, distin. 52. Angel. verbo, irregularitas, numer. 36. Tabiena, verbo, irregularitas, 4. §. 2. conclus. quinta, dicentes talem non esse suspensum ipso facto, nec esse irregularem nisi actu suspendatur, & deinde ministret; Nam, vt alij DD. citati tradunt, & colligitur ex d. ca. vnico, de cler. per salt. promot. committitur Episcopo dispensatio circa eos, qui in suscepto indebitè ordine ministrauerunt, vnde ipso iure sic promoti per saltum suspensi erant.

40 Circa dispensationem verò, vt colligi potest ex Concil. Trident. sessio. 23. de reform. capit. 14. si non administrauit in ordine superiori recepto per saltum, Episcopus dispensare potest, vt ordinem prætermissum suo tempore recipiat, (quæ suppletio ordinis, aut ritus omissi fieri debet per tempora ordinum, & cum solita solennitate, capitulo 1. de Sacrament. non iterand. ex Henriquez vbi supra, & etiam vt ad ordinem superiorem ascendat, quamuis delictum esset publicum) & vt in ordine prætermisso, ac etiam per saltum suscepto ministret; quicquid Thomas Zerula vbi supra, dub. 3. velit Episcopum dispensare non posse, si delictum esset publicum, cum enim Concilium Tridentinum vbi supra, capitul. 14. non distinguat inter publicum, & occultum, sed absolutè facultatem ei tribuat, vt cum eo dispenset, qui in ordine superiori per saltum suscepto non ministrauerit, nec nos distinguere debemus, maximè cum res hæc fauorabilis sit, & ideo potius amplianda quam restringenda, argum. cap. odia, de regul. iur. libr. 6. Si verò dispensatione non obtenta ministrauerit, siue in suscepto maiori, siue in prætermisso

missio inferiori, solus Papa dispensabit, scilicet, ad ma-
iorem ordinem suscipiendum, cum enim existens su-
spensus ministrauerit, factus est irregularis, capit. cum
medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. id quod licite Na-
uar. in Manuali, cap. 27. num. 242. vers. sexto. Solum
procedere vult, quando id scienter fecit, Maiolus ta-
men lib. 4. de irregular. cap. 12. num. 2. id etiam verum
esse putat, quando ignoranter fecerit, quandoquidem
Concilium eo loci absolutè docet Episcopum dispen-
sare non posse cum eo, qui sic per saltum promotus
ministrauerit, nulla facta distinctione de administran-
te scienter, vel ignoranter; & fauet Syluester verbo,
dispensatio, quæst. 10. versic. Septimo, & verbo, irre-
gularitas, quæst. 11. Cæterum, vt rectè docet Thomas
Zerula vbi suprà, & taudem fatetur Maiolus, si irre-
gularitas hæc ex delicto occulto processerit, Episco-
pus eum eo dispensare poterit virtute capit. 6. Concil.
Trident. sess. 24. de reformat. Ad vtendum verò accep-
to, siue scienter, siue ignoranter ministrauerit, Episco-
pus dispensat, sicut etiam vt prætermissum suscipiat,
vt præfati Authores testantur. Habet autem præfati
Concilij decretum sess. 23. capit. 14. de reformat. non
solum locum in omissione ordinum minorum, sed
etiam maiorum, prout Congregatio Cardin. 1588. re-
spondit, & nos lib. 4. capitul. 14. numero 26. diximus,
Quæ omnia procedunt solum secundum iura antiqua,
nam per nouam Bullam, seu Constitutionem Sixti V.
quæ incip. Sanctum & salutare, sub anno incarnatio-
nis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesi-
mooctauo, Nonis Ianuarij, personæ sic delinquentes
& ordinati à reatibus, & excessibus præfatis absolui,
præterquam in mortis articulo, aut cum ijs super irre-
gularitate exinde contracta, etiamsi crimen penitus
occultum fuerit, ab alio quam a Romano Pontifice
dispensari non possunt. Sed vt diximus rigorem huius
Bullæ Clemens Papa VIII. in alia sua constitutione
posteriori, quæ incipit, Romanum Pontificem decet,
pro sua solita elementia, & pietate paterna tempera-
uit, & in hac parte dispositionem decretorum sacri Tri
dentini Concilij reduxit.

41 Addo tamen, Episcopum per saltum promotum,
qui scilicet omisso ordine Diaconatus, presbyter fa-
ctus est, & Episcopus consecratur, fieri irregularem,
& suspensum à collatione ordinis omissi; quod si omis
so Sacerdotij ordine Episcopus consecretur, nullum
ordinem sacrum conferre potest, sicut neque aliqua
eorum quę Pontificalia dicuntur exercere, cum status,
& ordo Episcopalis fundamentum habeat in ordine
Sacerdotali ex Maiolo, lib. 4. cap. 12. nume. 3. Syluest.
verbo, ordo, 2. quæst. 1. & ordo, 5. q. 5. Raym. in tit. de
form. consecrat. versic. quid si Clericus, vbi ait omnes
DD. ferè idem sentire. Pisanella, verbo, ordinatus, 2.
§. 2. quicquid Hostien. Goffred. & Panorm. in ca. vni-
co, de cler. per salt. promoto, & Canonistæ falsò di-
cant consecrationem Episcopalem valere sine Sacer-
dotio, quam opinionem Theologi communiter dam-
nant, & refellunt.

42 An verò irregularis sit, qui omisso Sacramento Cō-
firmationis ordinem suscepit? Respondetur non esse,
quicquid Maiol. lib. 4. c. 12. num. 9. contrarium dicat,
propter Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 4. Cæte-
rum, quamuis peccent mortaliter, ob d. cap. 4. non ta-
men ibi, aut alibi apud DD. habetur mentio huius ir-
regularitatis. Adde, quod nec iure diuino, nec Eccle-
siastico, vt ait Sot. 4. d. 7. art. 8. in fine, est præceptum
suscipiendi hoc Sacramentum: non Ecclesiasticum,
arg. c. Spiritus sanctus, de consecrat. dist. 5. Non diui-
num, sic enim Ecclesia non diceret fideles non teneri
ex aliquo præcepto, sic Sotus vbi suprà, & S. Thomas,
4. d. 7. quæst. 1. artic. 1. quæstiuncula 2. & part. 3. q. 72.
art. 1. ad tertium, & art. 8. ad quartum, Adrianus in

4. in materia de Confirm. artic. 1. Victoria ...
nu. 47. Angel. verbo, Confirmationis Sacramentum,
num. 1. Richard. 4. d. 7. artic. 2. Nauar. in Summa, cap.
22. num. 9. Henriquez lib. 4. c. 6. §. 3. Suarez in 3. par.
S. Thom. disput. 38. sect. 1. vide etiam S. Thom. in ad-
dit. 3. par. quæst. 35. art. 3. Plura de his suspensionibus,
& irregularitatibus legi possunt in tractatu de suspen-
sione, cap. 12. 13. 14. & 15. nunc hæc breuiter attigisse
sufficiat.

De irregularitate, quæ contrahitur ex delicto, cui iure annexa est infamia. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Infamia quare homines ab ordinum susceptione, vel executione excludit.*
2 *Infames quinam censendi.*
3 *Infamia triplex est, alia* iuris; *alia* facti; *tertia* canonica; *& quid vnaquaque sit.*
4 *Infamia & a iure, & ab homine ob delictum imponi potest.*
5 *Infamis, & infamatus quis censendus, & qualiter hæc duo inter se differant.*
6 *Infames siue iure ciuili, siue canonico effectu irregulares sunt.*
7 *Infames ex proprio delicto quinam censendi.*
8 *Infames ex crimine alieno quinam sint.*
9 *Infames ex officijs, & obligatione quinam dicendi.*
10 *Duellum committentes tam de iure, quam de facto, infames sunt.*
11 *Raptores mulierum perpetuò infames sunt.*
12 *Infamia omnis baptismo tollitur, & quare.*
13 *Infamiam omnem Papa tollere potest.*
14 *Infamis factus a iudice, a quo in pristinum restitui possit.*
15 *Infamia quæcunque siue iuris ciuilis, siue iuris canonici a Papa tolli potest.*
16 *Infamia facti non nisi per factum omninò contrarium tollitur.*
17 *Infamatus, seu in iudicio publicè accusatus per canonicam criminis purgationem in integrum restituitur.*
18 *Infamia canonica, per cordis contritionem absque vlla dispensatione tollitur.*
15 *Pænitentia publica irregularitatem inducit, & quæ huius sit ratio.*
20 *Pęnitentia triplex olim in vsu fuit in Ecclesia, scilicet* secreta, publica; & publica, & solennis.
21 *Blasphemis quænam pænæ imposita sint.*

1 INter alia multa delicta, ob quæ meritò homines ab Ecclesiasticis ordinibus suscipiendis, & susceptis arceri solent, est infamia, vt notant DD. in capit. accedens, de accusat. & c. accusatum, de Simonia, et cap. qui in aliquo, distinct. 51. Ratio est, quia vt in reg. infamibus, de reg. iur. lib. 6. habetur, *infamibus portæ dignitatum patere non debent*; ordo autem Ecclesiasticus honor, & dignitas est, cap. 1. de oblig. ad ratiocinia. & c. admittuntur, dist. 54. & l. officiales. C. de Episc. & cler. cum etiam infames iure ciuil. a dignitatibus temporalibus repellantur. C. de dignit. l. 2. lib. 12. & capit. inter dilectos, de excess. prælat.

Infames

2 Infames autem dicuntur in hac materia, quorum nomen moribus, & vita est reprobatum; sicut econuerso fama est illæsæ dignitatis status, vita, ac moribus comprobatus, & in nihilo diminutus. glossa, in capitu. vestra, in verbo, notorium, de cohab. Cleri. & mulier. & glossa, in capit. infames, §. porro, in verbo, infamia, 3. quæstione 7. ff. de var. & extraord. cognitio. leg. cognitionum, §. existimatio, Summistæ, in verbo, infamia. S. Anton. tertia parte, titulo 29. de irregular. capitulo sexto, in fine, quæ famæ definitio Theologis quibusdam non placet, de qua re alibi, differendum erit.

3 Infamia verò triplex est, vna dicitur infamia iuris; altera facti; tertia verò canonica vocatur.

Infamia iuris est, cum quis committit delictum, cui à iure imposita est infamia, & per sententiam condemnatur, aut in iudicio reus ipse crimen illud confessus est. c. qui in aliquo. dist. 51.

Infamia facti est, cum quis committit delictum, vel factum ita manifestum, vt apud homines bonos, & graues reputetur infamis, cap. omnipotens, de accusatio. Distinguitur autem infamia facti ab infamia iuris, quod infamia iuris incurritur propter delictum, cui ex ipso iure per sententiam infamia imponitur, & reus vel conuincitur in iudicio, vel confitetur. Infamia verò facti incurritur propter delictum, aut factum, quod apud homines graues, & bonos infame censetur. Vnde infamia iuris requirit sententiam condemnationis; infamia vero facti non requirit sententiam in iudicio, sed solum, vt delictum vel factum sit publicum, seu notorium.

Infamia canonica incurritur ob quodcunque crimē mortale, arg. c. omnes verum, 6. quæst. 1. & 32. q. 5. ca. præceptum.

4 Rursus infamia duplex est, vel enim est inflicta à iure, vel à iudice: infamia à iure incurritur ob delictum, quod à iure infamia punitur. Infamia vero à iudice incurritur propter delictum, quod per sententiam iudicis infamia punitur. Vnde, si quis incidit in delictum, cui à iure imposita est infamia, & illud delictum sit in iure probatum, & per sententiam condemnatum, tunc ille dicitur infamis in iure. Si verò incidit in delictum, cui à iure non est imposita infamia, sed a iudice, nimirum supremo, qualis est Imperator, Rex, vel Princeps, imponitur infamia, Princeps enim supremus sicut constituit leges imponentes infamiam, ita ferre potest sententiam punientem infamia delictum, cui alias à iure infamia non est imposita, tunc reus ille dicitur infamis à iure.

5 Sciendum præterea est, aliud esse aliquem infamatum esse, aliud autem esse infamem. Infamis dicitur, cum crimen, in quod incidit aliquis, vel est confessum in iudicio, vel de eo conuictus quis est, vel est notorium in ciuitate, vel collegio, vel vicinia, vel loco, vel est à iudice tanquam infame punitum, & damnatum. Infamatus autem dicitur, cum quis est publice accusatus de aliquo crimine infami, sed nondum est vel conuictus illius criminis, vel crimen illud confessus, nec crimen illud notorium est notorietate facti.

6 Præterea infamia iuris alia est iuris canonici, alia iuris ciuilis; Infames iuris ciuilis, siue per sententiam irrogetur, siue ipso facto contrahatur, nisi restituti fuerint in integrum ab illo, qui potest, si sunt ipso iure irregulares, & priuati actibus legitimis, & repelluntur non solum ab ordinum susceptione, sed etiam ab accusatione, & testificatione, etiam post peractam pœnitentiam de illo crimine, pro quo facti sunt infames. Cuius ratio est, quia ea, propter quæ iura ciuilia, & canonica concorditer iudicant aliquem esse infamem, reddunt reum opprobriosum & vilem in reputatione hominum, quamuis egerit pœnitentiam. Vnde in cap. inter delictos, de excess. prælat. dicitur. *Personis vilibus, & indignis porta dignitatis patere non debent*, ex Richard. 4. distinct. 25. art. 6. quæst. 1. Summa Astensi, par. 2. libro sexto, tit. 27. quæstio. 5. Angelica, verbo, infamia, numero octauo, & verbo, irregularitas, num. 19. Syluest. verbo, infamia, quæst. 5. & verbo, irregularitas, quæst. 6. Maiol. libro tertio, capit. 1. num. 3. infames iuris Canonici etiam irregulares sunt, & denique infames facti, pari ratione repelluntur ab ordinibus, vt præfati authores testantur, & colligitur ex cap. infames. 6. quæstio. 1. Quæ verò personæ infames sint, habentur in dicto cap. infames, 6. quæstio. 1. & de ijs qui, notant. infam. per multas leges, & præsertim l. 1.

7 Infames verò multipliciter existunt in iure, tum ex facto, & delicto proprio; tum ex delicto, & infamia parentum; tum etiam aliquando absque delicto, ex officio infami, aut statu, & obligatione hominis.

8 Ex delicto proprio infames sunt, prout colligi potest ex capit. infames. 3. quæstio. 7. & capit. infames. 6. quæst. 1. & cap. illi, eadem causa, & quæst. & alijs cap. iuris, sequentes; qui operas suas locauerunt ad pugnandum cum bestijs in arena; item qui de furto conuicti sunt; qui muliebria passi sunt, & non per vim; item Apostatæ à fide; Statuta Ecclesiastica contemnentes; sacrilegi; sepulchrorum violatores; incestuosi; homicidæ, periuri, id est, qui fidem datam, vel promissionem violarunt; qui in iudicio mendacium iuramento confirmarunt; raptores; malefici; venefici; belli desertores; adulteri; hæretici; fautores, receptatores, defensores hæreticorum, credentes hæreticis; schismatici; blasphemi; simoniaci; vsurarij; duellum offerentes, vel acceptantes; omnes denique criminibus capitalibus irretiti, & in crimine notorio depositione digne existentes. Item infames sunt, qui ducunt vxores viles, & abiectas vel meretrices, eiectas, repudiatas, ioculatrices, saltatrices, scenicas, cap. si quis viduā. d. 34.

Infames sunt ex crimine alieno personæ coniunctæ, vt filius, & nepos per lineam masculinam hæretici dānati, & in hæresi morientis, aut de crimine læsæ maiestatis damnati, ex matre verò hæretica solus filius, nō autem nepos contrahit infamiam iuris. cap. statutum. 2. de hæret. libro sexto, & cap. si quis. 6. quæst. 1. Maiol. lib. 3. cap. 1. num. 4. & lib. 5. c. 47. nu. 5. Henriquez libr. 14. ca. 5. §. 4. quamuis, si occulta fuerit hæresis, aut in natione infecta pater decessit in publica hæresi absque nota infamiæ filius Catholicus non est infamis, aut irregularitas. Et qui post crimen læsæ Maiestatis restitutus est per Regem ad famam, non est irregularis; aut si parens brachio sæculari traditus resipuit, & reconciliatus obijt. Aut si ante crimen patris hæretici, qui pertinax decessit, natus quis est, non est irregularis, vt Henriquez vbi supra, & Calder. tit. de hæreticis, cons. 3. docent quicquid Castro lib. 1. de potest. legis pœnal. c. 7. contradicat. Item irregularis, & infamis est, qui ex meretrice matre, quamuis cōiugata natus est, dummodo notorium sit meretricium matris, & infamiam iuris incurrit.

9 Infames etiam sunt ex officijs, & obligatione, serui, curiales, & qui artem aliquam, & officium vile exercent, vt sunt mimi, histriones, scenici, ioculatores, carnifices, macellarij, tabernarij, cauponarij, aurigæ, & similes: Item aleatores, item condemnati tutelæ, & huiusmodi, de quibus legendus est Maiol. libr. 3. ca. 1. per totum.

10 Quoad duellantes vide Conc. Trid. sessio. 25. de refor. c. 19. qui tam de iure, quam de facto sunt infames,

Quoad

11 Quoad raptores mulierum vide Concil. Trid. sess. 24. de reformat. matrim. capit. 6. qui etiam perpetuo sunt infames. Hi omnes siue de iure, siue de facto infamia notati, durante infamia non sunt ordinandi, sicut neque durante accusatione de crimine, & pendente causa ad ordines admittendi sunt.

12 Quoad dispensationem vero sciendum est infamiam aliquando tolli, & in integrum restituitur quis famae suae. Et quidem baptismo tollitur omnis infamia, argum. eorum, quae tradunt glo. & DD. in capit. fine poenitentia, de consecrat. dist. 4. vbi gl. in verbo, in baptismate. Syluest. verbo, baptismus, 6. q. 2. & Tabiena, verbo, baptismus, 8. §. 8. Maiol. lib. 3. ca. 1. nu. 4. Ratio est: quia per baptismum tolluntur peccata, & ea, quae sequuntur ex peccatis sub ratione, qua peccata sunt. Et ideo cum infamia consequatur peccatum sub ratione peccati, per baptismum tollitur.

13 Item Papa infamiam omnem tollere potest, etiam eam, quae per iudicem ciuilem irrogata est; ex Rich. 4. distin. 25. art. 6. q. 1. Summa Astensi, part. 2. lib. 6. tit. 27. q. 2. arg. capit. Euphemium, §. Hinc colligitur, 2. q. 3. Syluest. verbo, infamia, q. 12. Maiol. lib. 3. cap. 1. nu. 15. & Henriquez lib. 14. c. 5. §. 3.

14 Si quis autem est infamis a iudice restitui potest in integrum per sententiam iudicis eiusdem, qui senten-
15 tiam tulit, vel superioris eius. Si sit infamia iuris, tolli potest a Papa, vt diximus, siue sit infamia iuris Canonici, siue iuris Ciuilis, si sit infamia iuris Ciuilis tolli potest per principem saecularem a laico, eumque in integrum ad omnes dignitates, & officia restituere potest, ex Richar. & Astensi vbi supra Panorm. in capit. cum te, de sentent. & re iudic. Syluest. verbo, infamia, quaest. 11. Henriquez vbi supra. Quod si sit infamia iuris Canonici, solus Papa dispensat, nisi quod Episcopus dispensando super delicto, ad quod sua facultas extenditur (vt quod non est grauius adulterio) accessorie abolet infamiam, ex Nauar. in Manuali, capit. 27.
16 nu. 204. & Henriquez lib. 14. cap. 5. §. 3. Si sit infamia facti, tunc non tollitur nisi per factum omnino contrarium, vnde sicut per factum erat infamis apud homines graues, & bonos, ita etiam apud homines bonos, & graues recuperat facto contrario, & mutatione vitae; quare si quis in longinquam regionem migrans acquisiuit bonum nomen ibi, deletur prior infamia, ex Rich. 4. d. 25. art. 6. q. 3. Summa Astens. 2. p. lib. 6. tit. 27. q. 4. Maiol. lib. 3. c. 1. num. 25. Henriquez
17 libro 14. c. 5. §. 3. Si vero infamatus sit, hoc est, in iudicio publice accusatus, restituitur in integrum per canonicam purgationem criminis, c. si quis, & c. ex tuarum, de purgat. canon. post quam purgationem non est ab ordinibus repellendus, licet eius fama saepe in opinione hominũ remaneat laesa, ex Richard. & Astensi, vbi supra, interim tamen, dum infamia durat, non est ordinandus.

18 Infamia vero Canonica, quam incurri diximus per quodcunque peccatum mortale, per cordis contritionem, & poenitentiam, absque vlla dispensatione tollitur, vt DD. communiter tradunt, & Nauarr. in Manuali, ca. 27. num. 204. quia omnis res per quascunque causas componitur, per easdem dissoluitur, capit. 1. de reg. iur.

19 Ad hoc caput etiam reuocari possunt irregularitates prouenientes ex poenitentia publica; qui enim publicam, & solennem poenitentiam ob delicto egerunt, irregulares sunt, non solum, vt non promoueantur, sed etiam, vt deponantur, capit. ex poenitentibus, distin. 39. Syluest. verbo, irregularitas, quaest. 17. S. Anto. 3. par. tit. 29. de irreg cap. 4. in princip. Maiol. lib. 3. cap. 2. & ca. 3. Sebastianus Medices, par. 2. tit. 9. quaest. 35. vers. secundo. Ratio autem, cur tales promouendi non sint, est; quia non sunt digni suscipere vasa Sacramentorum, qui dudum fuerunt vasa vitiorum, ca. ... Non enim imponitur talis poenitentia, nisi pro crimine vulgatissimo, & enormi, quod totam ciuitatem commouet. 26. q. 6. ca. vlt. Cuius scandali ratione merito ab Ecclesiasticis ordinibus repelluntur, praeterquam quod tales reprehendere non possunt alios delinquentes, cum ipsi pro grauissimis peccatoribus communiter habeantur.

20 Sciendum est enim, triplicem fuisse olim poenitentiam in vsu in Ecclesia; vna erat secreta, quae in confessione sacramentali a Sacerdote iniungebatur; alia publica, ob peccatum non tamen enorme, nec multum scandalosum, sed tamen publicum; tertia publica, & solennis, quae cum certa quadam forma, & solennitate verborum ob crimen publicum, & scandalosum imponebatur, de qua in cap. in capite, distinct. 50. habetur, quae tantum ab Episcopo, vel de eius mandato imponitur, nec, vt testatur. S. Anton. vbi supra, imponebatur clerico nisi deposito. Ex his tribus, prima solum hodie in vsu est, non autẽ duae posteriores, etiamsi media illa deberet imponi, de licentia tamen & voluntate ipsius poenitentis, vt pote, vt peregrinetur, vt ingrediatur ad tempus aliquod monasterium, quae sane poenitentia vt olim, ita hodie laudabilis est, ex Concil. Trident. sess. 24. capitulo 5. irregularitas autem haec non incurritur, nisi ex hac tertia poenitentia publica, & solenni.

21 Circa quam aduertendum est; in quibusdam Ecclesijs, ob crimina notoria, vt blasphemiam, & similia imponi poenitentiam quandam, quae publica & solennis esse videtur; siquidem; ad fores Ecclesiae in loco eminenti cum diademate in capite, ac cereis in manu accensis poenitẽntes, dum officia Diuina celebrantur, toti populo exponuntur, vt proinde huiusmodi merito dici possunt esse irregulares; de qua re plura legi possunt apud Palud. 4. distinct. decimaquarta, quaest. 6. & quaest. 7. S. Anton. 3. par. tit. 14. capit. 17. in fine, & tit. 29. ca. 6. Alberic. verb. ordinandus num. 14. Maiol. li. 3. capit. 1. & 3. Haec interim sint satis, Contra blasphemantes autem variae poenę a diuersis Summis Pontificibus editę sunt, scilicet a Leone X. in Concilio Lateranensi nouissimo, vt habetur in constitutione 11. eiusdem, quae incipit, superne, & a Iulio III. in constit. 43. eiusdem incipiente, in multis, & a Pio V. in Constitutione 5. eiudem, quae incipit, cum primum imo tales sunt infames.

De Irregularitate, quae contrahitur ex delicto enormi, notorio, & digno depositione. Cap. XI.

S V M M A.

1 *Crimen, aliud* Enorme; *aliud* Mediocre; *aliud* leue est.
2 *Crimen* Enorme *irregularitatem inducit secundum antiquos authores, etiam si occultum sit.*
3 *Crimen* Mediocre *quodnam censendum, & quando irregularitatem causet.*
4 *Crimen* leue *quodnam dicendum.*
5 *Crimen* Enorme *quodnam dicendum ex sententia authoris*
6 *Crimen* Notorium *quodnam, & quotuplex sit.*
7 *Crimen* Manifestum *quale censendum.*
8 *Crimen* Notorium *vt aliquod sit; quid requiratur.*
9 *Crimen* Infame *vt sit, quid requiratur.*
10 *Crimen* Depositione dignum *quodnam censendum.*

11 *Crimen quodcunque infamiam inducens irregularitatem causat.*
12 *Crimen* Enorme, *&* depositione dignum *irregularitatem inducit.*
13 *Crimen* Notorium *per facti euidentiam ante iudicis sententiam, vel confessionem rei in iudicio factam irregularitatem inducit.*
14 *Crimen quodcunque enorme, dummodo occultum sit, irregularitatem non inducit, nisi in iure sit expressum.*
15 *Homicidium voluntarium occultum irregularitatem causat.*
19 *Hæreticus an post peractam pœnitentiam, & absolutionem ab excommunicatione irregularis sit.*
17 *Simoniacus in ordine, & beneficio ipso iure excommunicatus est.*
18 *Simoniacus occultus excommunicationem incurrit, etiam si ob ingressum religionis Simonia commissa fuerit.*
19 *Simoniacus in ordine, quamuis occultus, ipso iure suspensus est.*
20 *Concubinarius notorius an, & quando irregularis sit, & quis vt talis habendus.*
21 *Concubinarius notorius ipso iure suspensus non est, nec celebrando irregularitatem nouam incurrit. Sodomiæ crimen si occultum sit, irregularitatem non causat.*
-; *Sodomiæ crimen exercere quis dicendus.*
24 *Sodomiæ crimen, quando irregularitatem inducat.*
25 *Religiosus monasterium exiens gratia audiendi leges, aut medicinam, an sit irregularis.*
26 *Dispensare quis possit in irregularitate ex delicto notorio, & depositione digno.*

1 QVoad irregularitates, quę ex hoc capite proueniunt, variæ regulæ ab authoribus ponuntur, & quidem Summa Confess. lib. 3. tit. 29. quęst. 3. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregul. cap. 6. & Syluest. verbo, irregularitas, quæstione 14. & Panorm. in cap. fi. de temp. ord. Alphons. Viual. tract. de irregul. num. 103. 104 & 105. facta distinctione criminis, in enorme, mediocre, & leue, ponunt tres regulas, quas ponemus in sequentibus.

2 Prima est, Crimen enorme, vt homicidium, simonia hæresis, inducit irregularitatem, ita vt impediat promouendum, & deijciat promotum, etiam post penitentiam, siue occultum, siue manifestum sit.

3 Secunda est, Crimen mediocre, vt adulterium, furtum, sacrilegium, periurium, falsum testimonium, si occultum sit, nec impedit promouendum, nec deijcis promotum, nec indiget dispensatione, sed satis est pœnitentia Sacramentalis, atque, capit. ex tenore, capit. vlt. de temp. ordin. sed si manifesta sint, inducunt irregularitatem. Manifesta vero erunt, vel per sententiam in iudicio latam, vel per confessionem partis in iudicio factam, vel per euidentiam rei, quæ nulla possit tergiuersatione celari. Addunt autem, quod si huiusmodi crimina sint manifesta per confessionem partis extraiudicialem, non inducere irregularitatem; cæterum si Clericus sit, deponendus erit, & suspendi ab officio, & beneficio, cap. quam sit graue, de excess. prælat. Quod si per famam, vel probationem constet de tali crimine, indici debet purgatio Canonica, in qua si deficiat, deponendus erit. capit. significasti. de adulterijs. Et denique addunt in huiusmodi mediocribus notorijs de iure, vel de facto episcopum in tali irregularitate dispensare posse.

4 Tertia est, Crimen leue, quod dicitur esse illud mortale, quod de se non inducit depositionem, nisi ex contumacia post admonitionem, vt ludus aleæ, ebrietas, capit. 1. distinctione 35. strepitus in synodo, capit. in loco, quinto, quæstione quarta, esus carnium in diebus prohibitis, contectam Eucharistiam non assumete, simplex fornicatio, percussio, & huiusmodi, siue occulta, siue manifesta sint, non inducunt irregularitatem, cap. vestra, de cohabit. Cler. & mulier. Quę sane regulæ, maxime prima, si vera esset, admodum duræ essent, sic enim dicendum esset quam plurimos esse irregulares, quamplurimos etiam beneficia obtinere, & possidere in statu damnationis, vtpote suscepta ab existentibus in irregularitate, quod tamen non ita facile, aut temere affirmandum est.

5 Priusquam vero aliquid certi statuamus in hac re, explicare oportet, quod sit crimen enorme, quod crimen notorium, & quod depositione dignum. *Enorme crimen est*, vtpote homicidium voluntarium vel casuale, præcedente culpa in tale homicidium sufficienter ordinata; similiter simonia in ordine, & beneficio, & Syluest. in verbo, crimen, quæstione secunda, secundum Goffred. quem sequitur Alphons. Viualdus vbi supra, numero 103. addit crimen hæresis, quod tamen absolute dictum non videtur verum, vt infra dicemus. Crimen notorium secundum glos. in capit. vlt. in verbo, notoria, de temp. ordin. & in cap. vestra, in verbo, notorium, de cohab. cleric. & mulier. est triplex, vel primo, quando crimen a reo confessum est in iudicio, vel secundo, per sententiam Iudicis in Iudicio; vel tertiò quando adeo manifestum, & patens est, vt nulla

6 possit tergiuersatione celari. Notorium primo, & secundo modo, dicitur notorium iuris, tertio autem modo dicitur notorium facti. Quod si reus extraiudicium fateatur se commisisse delictum, confessio illa communiter non parit præiudicium confitenti sic extra iudicium, vt colligitur ex S. Anton. 3. part. titul. 29. de irregular. capitulo sexto, §. sexto. Syluest. verbo, irregularitas, quęstione decimaquarta, Martin. Ledesm. secunda, quarta, quæstione vigesima sexta, de irregular. articulo secundo, pag. 367. columm. prima, & glos. in Summ. 15. quæstione octaua, in verbo, de vltima. Cosmo Philiarcho libro 4. capitulo 15. Toleto, libro 1. capitulo 28. Gregor. de Valentia, tomo 4. disput. 7 quæstione 19. puncto 3 §. 5. in fine. & Henriquez lib. 14. cap. 5. §. 1.

7 Illud autem crimen dicitur ita esse manifestum, quod nulla possit tergiuersatione celari, cuius scilicet testis est populus, & inficiationi non est locus, capit. final. de temp. ordin. hoc est, quod totus populus, vel maior pars populi, vel tota vicinia, vel collegium, vel monasterium, vel aliquis alius locus, vt est capitulum, vel maior pars viciniæ, collegij, Monasterij, capituli, vel loci sciat. Vtrum verò ad hoc requiratur, vt vicinia, collegium, vel locus constet numero decem personarum, in hoc sunt opiniones, de qua re legendi sunt Angel. in verbo, notorium, numero 1. Syluest. eo. quæstione 4. Nauar. in Manua. in cap. 25. numero 73. versicul. vndecimo. Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 15. In qua tamen re sciendum est, aliud esse loqui de crimine notorio, aliud de infami; si enim loquamur de notorio, ad hoc vt sit notorium, satis est, vt maior pars viciniæ, collegij, vel loci sciat, hoc est, quod plures personæ, quæ efficiunt maiorem partem illius loci, tanquam singulares personæ viderint illud crimen committi. Vnde non satis erit, si vnus, vel duo ex illa viderint, & cæteri omnes ex illo, vel illis audierint; hoc enim licet inducat infamiam criminis, non tamen euidentiam facti; at vero quando plures, qui omnes maiorem partem loci efficiunt, tanquam singulares personæ crimen ex visu sciunt, tunc vere ita mani-

manifestum dicitur, vt nulla tergiuersatione celari possit. Exempli gratia, si in vicinia, vbi sunt decem personæ, sex, vel septem, vel quinque videant clericum percuti ab alio, tunc percussio illa dicitur notoria: Item, si videant clericum simul habitare cum concubina, vel eam tanquam vxorem tractare, tunc concubinatus ille dicitur notorius. Sin autem de crimine infami loquamur, tunc quidem ad hoc, vt crimen sit notorium, vel per sententiam, vel per propriam confessionem in iudicio, vel per euidentiam facti, (quibus tribus modis crimen dicitur notorium) sed satis est, vt inducat infamiam, non est necesse, vt crimen sit notorium apud bonos, & graues viros infamia notetur, quod contingere solet, etiamsi crimen non sit notum multis ex visu, vel ex certa scientia, sed ex solo sermone accepto à tribus, vel duobus, imò etiam ab vno teste fide digno.

10 Crimen in iure depositione dignum, est adulteriũ, & cætera peccata carnis eo maiora; Item homicidiũ, blasphemia, periurium, sacrilegium, maleficium, hæresia, simonia, & alia peccata adulterio grauiora; Item concubinatus diu continuatus, sine fornicatio diu continuata, stuprum virginis, incæstus etiam cum filia spirituali, & similia, de quibus legendi sunt Doctores in c. & si clerici, de iudæis, & in c. nullus, & c. præter hoc, distinct. 3 a. & in cap. 1. distin. 81. & gl. in Summa 25. quæst. 8. & c. vlt. de temp. ordin. Nauar. in Man. c. 27. num. 248. ver. a. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 367. col. 1. Quibus expositis, hæ regulæ tanquam certæ, ex communi DD. consensu in hac materia statui possunt.

11 Prima est ex quocunque crimine inducente infamiam, si illa sequatur, incurritur irregularitas ratione infamiæ, vt in superiori capite dictum est, vnde clericus offerens, vel acceptans duellum, irregularis est, cap. porro. & ibi Panorm. numer. 1. de cleric. pugn. in duello. & Conc. Tridēn. sess. 25. cap. 19. de reform. & Bulla Clem. VIII. quæ incipit, illius vices. 1592. 16. Kalend. Septemb.

12 Secunda est ex quocunque delicto enormi, & depositione digno, si sit notorium, & manifestum, contrahitur irregularitas: sic Mart. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. de irregularitate pag. 367. col. 1. Nau. in Man. c. 27. num. 248. ver. tertio. Cosmus Philiarch. lib. 4. c. 15. Gregor. de Valentia, tomo 4 disp. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. in fine. Toletus lib. 1. c. 18. & Henriquez lib. 14. c. 1. §. 2. in fi. & c. 5. §. 1. & 2. & colligitur ex c. fi. de temp. ord. & in hac re consentiunt Doctores communiter, qui dicunt vtramque conditionem requiri, ad hoc vt crimen illud irregularitatem inducat, scilicet, vt sit enorme, & depositione dignum, & notorium. quibus duabus conditionibus concurrentibus, contrahitur irregularitas, quæ non tollitur etiam per pœnitentiam, & vitæ emendationem, sed indiget dispensatione, non solum, vt quis promoueri possit ad ordinem maiorem, sed etiam, vt in susceptis ministrare possit.

13 Dubium tamen est, an crimen notorium per euidentiam facti, irregularitatem inducat ante sententiam Iudicis, vel confessionem rei factam in iudicio? In qua re.

Prima opinio docet nullum crimen, licet depositione dignum, & quantumuis notorium, inducere irregularitatem, antequam sit notorium in iudicio, vel per confessionem rei, vel per sententiam iudicis, excepto crimine homicidij. Sic Gerson Cancell. Paris. quem refert, ac sequitur Petrus de Aliaco Cameracens. in quadam Synodali Homilia, super Euang. *Designauit Dominus, & alios septuaginta duos* Vt testatur Gabriel. 4. distinct. 13. quæstio. 1. artic. 3. dubio 4. quam opinionem ipse in fine illius dubij putat cautiorem.

Secunda tamen opinio, quæ est commu[nis] antiquorum, docet omne crimen, si sit notorium per euidentiam facti, & depositione dignum, inducere irregularitatem, etiam priusquam sit notorium in iudicio. Et sanè licet prima sententia sit probabilis, secunda tamen est sequenda, quia est communis omnium, & vt ait Gabriel. vbi suprà sanior, vbi etiam antiquos DD. refert, quam etiam secutus est Cosmus Philiarchus loco proximè allato, citans Panorm. in capit. vestra, de cohab. cler. & mulier. Si tamen aliqua posset tergiuersatione celari, aut excusari, debet præcedere monitorium.

14 Tertia est, Ex nullo crimine quantumuis enormi, dummodò occultum sit, contrahitur irregularitas, nisi in iure expressum habeatur, & siue ante, siue post peractam pœnitētiam. Quę regula est contra primam regulam S. Antonin. Syluest. Panorm. vbi supra. & Maiol. libro quinto. capitulo 12. numero tertio, qui putat colligi posse sententiam S. Antonini, & aliorum ex Concil. Trident. sessio. 24. de reform. capit. sexto. Intelligitur autem hæc nostra regula de criminibus, quibus ipso facto non est à iure imposita irregularitas, si enim à iure imposita sit irregularitas, tunc crimen illud quamuis sit occultum, inducit irregularitatem, etiam post peractam pœnitentiam illius, quale est homicidium, etiam occultum, vt colligunt DD. ex cap. miror, distinct. 50. & patet ex Concil. Trident. sessio. 24. de reformat. capit. sexto. & latius vbi supra docuimus, & hanc regulam tertiam confirmant glo. in capit. fina. in verbo, primum, in fine. distinctio. 25. & in capit. erubescant, in verbo, secretorum. distinct. 32. & colligitur ex cap. ex tenore, & gloss. ibi, in verbo, vitatur, & ex cap. vltim. & glo. ibi, in verbo, homicidij, de temp. ordin. Cordub. libro primo. quæstio. quæst. 35. & casu 41. qui refert Innocent. Hostien. Turrecrem. Archid. & alios. Martin. Ledesm. 2. 4. quæstio. 26. artic. 2. de irregularitate, pag. 367. colum. prima. Nauar. in Manual. cap. 27. numero 248. versic. tertio. qui refert Barthol. Brixiens. Henriquez libro decimoquarto. capit. quinto. §. primo, & §. secundo. Gregorius de Valentia, tomo quarto, disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. quinto. in fine, Cosmus Philiarchus, libro 4. capit. 15. Ratio est, quia ex nullo crimine contrahitur irregularitas, nisi in iure exprimatur, cap. is qui. de sentēt. excommun. libro sexto. Sed in iure exprimitur tantum homicidium voluntarium occultum, ergo citra casum illum in nullo crimine occulto, quantumuis enormi incurritur irregularitas: & consequentia patet, quia exceptio firmat regulam in contrarium, argum. capitulo secundo, de coniug. leprosorum, & dicto capitulo is, qui. Vnde ex hac regula sequitur duo esse necessaria ad hanc irregularitatem incurrendum; primum est, vt crimen sit notorium; secundum est, vt sit crimen depositione dignum, quale est omne enorme, id est, de quo in iure constitutum sit, quod puniatur depositione, vel quod puniri sic debeat, & si alterum horum desit, non incurritur irregularitas vt superius in regula 2. ex communi DD. consensu exposuimus. Sententia vero S. Antonini, & aliorum innititur tantum auctoritatibus eorum, qui non possunt pro libito irregularitates cōstituere. Ex quibus multi casus decidi possunt, Quorum.

16 Primus est de hæresi; An scilicet hæreticus post peractam pœnitentiam, & receptam absolutionem ab excommunicatione, adhuc maneat irregularis? In quo dubio, etsi Angelus in verbo, irregularitas, numero 28. & Syluester verbo, eodem, quæstione, quinta. absolute dicant esse irregularem, & probant ex capitulo saluberrimum, prima, quæstione septima, quos sequitur Nauarr. in Manual. c. vigesimoseptimo, numer. 205. versic. tertio, dico. & citat cap. si quis omnem,

nem.1.q.7.& c.quicumque,§.hæretici,& capit.statutum.2.de hæret. lib. 6. Nihilominus tamen dicendum est cum Cosmo Philiarcho,lib.4.c.15.et alijs,quod ob crimen hæresis secundum se, & simpliciter sumptum non incurritur irregularitas. Dixi, secundum se simpliciter, Quoniam multis modis ob hæresim aliquis fit irregularis.

Primo enim omnis hæreticus est ipso iure excommunicatus,(quod procedit, dummodo non sit omninò occultus) vt in die cœnæ Domini singulis annis legitur: Vnde si in excommunicatione celebret,erit irregularis cæterum hoc non ex hæresi, sed ex violatione censuræ Ecclesiasticæ promanat.

Secundò,si hæresis sit notoria; cum enim huiusmodi crimen sit depositione dignum, erit irregularis, ex regula secunda à nobis tradita; Pœnas autem hæreticorum vide apud Bernar. Diaz in pract. Crim. Canon. cap.10.

Tertiò si ex hæresi subsequatur infamia,erit irregularis,est enim hæreticus infamis,vt patet ex regula nostra prima,& habetur in c. excommunicans, 1.§.credentes,de hæret.& c.alieni,2.q.7.& c.difhnimus,4.q.1. Quæ omnia locum etiam habent in schismaticis, & apostatis à fide,vt patet ex toto tit. de schismaticis, & latius tradit Maiol.lib.3.cap.1.& lib.5.c.46.Quotiescunque enim quis ad Iudaismum, vel paganismum post baptismum est conuersus, licet iterum ad Christianam religionem reuertatur, manet irregularis, si laicus erat,vt ordines non possit suscipere,cap.presbyteros, dist.50.& si ordinatus erat, quoad vsum est irregularis. Syluest. vbi supra, Tolet. lib. 1. Instruct. Sacerd.ca.28.In qua irregularitate solus Papa dispensat. Syluest.verbo,irregularitas q.5. Martin. Ledes.2.4.q.26.ar.2.de irreg.pag.367.col.1. Nauar.in Man.c. 27. nu.203.vers.quarto.

Quarto,si sit hæreticus occultus,non est irregularis post pœnitentiam,& absolutionem ab excommunicatione, quia in iure non est expressum,& patet ex regula tertia à nobis tradita.

17 Secundus est de Simoniacis; In quo casu, quamuis S. Anton.3.p.tit.29.de irreg.capit.6.Syluest.in verbo, crimen,q.2.& Maiol.lib.5.cap.45.sentiant esse irregulares, ex ea fortassis quod simonia inter enormia crimina computetur,& ex prima regula eorum, quæ docet ex quocunque crimine enormi, quantumuis occulto incurri irregularitatem: hoc tamen ita generaliter dictum falsum est, vt ex dictis constat; In materia verò, & casu proposito hæc dicenda sunt ex communi DD. sententia.

Primum est, simoniacus in ordine etiam minore, vel beneficio,incurrit ipso iure excommunicationem, extrauag.2.de simonia. Nau.in Man.ca.23.num.111. ver.tertio dico,& cap.25.nu.68.versic.secundo, capit. 27. numero 106. versic. vigesimoprimo. Vnde si celebrauerit ante obtentam absolutionem excommunicationis irregularis erit, violando censuram Ecclesiasticam. Et hoc,quod diximus, procedit primo, in simoniaco quantumuis occulto,dummodo non sit mentalis tantum, sed qui in actum quemcunque exteriorem prodierit. Procedit secundò de simoniaco reali, hoc est; quando simonia ex vtraque parte est completa, ex dato nimirum temporali, & suscepto spirituali, vel annexo spirituali, in qua simonia secundum communem DD. sententiam, vt tradit Couarru. in regula, peccatum,de regul.iur.lib.6,par.1.§. 8.nume. 7. post. Nauar.in Man.c.23.nu. 106.& c.27.nu.106.& versi. vigesima prima, quod etiam praxis Curiæ Romanæ obseruat.

18 Secundum est, excommunicationis pœna procedit etiam contra, eos qui simoniam commiserunt in ingressu religionis, quantumuis simonia sit occulta, ad-modum explicatum, vt colligitur ex extrauagan.1.de Simonia.

19 Tertium est, quoad pœnam suspensionis contra Simoniacos; In qua receptum est, Simoniacum in ordine ipso iure suspensum esse, quantumuis occultum sit, vt patet ex extrauag.2.de simonia,& c. reperiuntur, c. eos qui,1.q.1. Innoc.& DD.in c.tanta, & Panorm. in ca.per tuas,2.nu.5.de Simonia. Host.in Summa,ti.de Simonia, §.qua pœna. Nauar.in Man.ca.23.nu.111. vers.sexto. Couar.in Clem. si furiosus,par.1.§.1.nu.7. de homicid. Alph. Viual.trac.de suspens.n.36.& Henriquez lib.14.c.5.§.1. qui hoc intelligit de eo, qui sua culpa sic ordinem recepit, & ideo si talis ministret in ordine,erit irregularis; si autem bona fide ordinatus sit (dum pater pro filio inscio dedit pecuniam Episcopo,aut mediator) non impeditur ab ordinum vsu,nec est irregularis, vt restatur Henriquez vbi supra, & lib.14.capit.6.§. 7. cum hic bona fide verum ordinem receperit.

Quartum est circa simoniacum in beneficio, in qua redissentiunt DD. Nam S.Tho.2.2.quæst. 100.art.6. ad primum, & Caiet.ibi, & Sotus li.9.de iustit. quæst. 8.art.1.& Panor.in c.accusatum,nu.4.& in c. insinuatum,nu.2.de Simonia, Viualdus vbi supra num.25.& alij docent simoniacum in beneficio si publica sit Simonia, suspensum esse ipso iure quoad se, & quoad alios: si vero secreta sit, suspensum esse ipso iure quoad se,non quoad alios,vnde volunt hi DD. siue Simonia publica sit,siue secreta, reddere hominem ipso iure suspensum. Alij verò, vt Innoc.in cap.tanta, de Simonia,& Nau.in Manuali,ca.23.nu.111.vet.tertio dico, dicunt non esse suspensum ipso iure, & per consequens per acta eius pœnitentia, potest tuta conscientia ministrare absque periculo irregularitatis, quod probant, quia contraria sententia nullo iure veteri, aut nouo probatur. Cæterum iuxta ea,quę superius à nobis tradita sunt, dicendum est, si crimen Simonię notorium sit, reddat simoniacum irregularem, quia Simonia est crimen enorme,& depositione dignum, argum. cap. fin. 1.quæst.7 & expr. sse in ca.de hoc, de Simonia, & c.cum super,de confessis,& latè tradit.Bernard. Diaz, Pract. Crimin. Canon.ca.85. & sequitur ex regula secunda nostra superius tradita; Si verò sit occultum, non est irregularis post pœnitentiam, & absolutionem ab excommunicatione,cum hoc in iure non sit expressum,& sequitur ex regula nostra tertia; Sin verò ante dictam absolutionem celebret,erit irregularis, quia celebrat in excommunicatione,& ideo irregularis erit violando censuram Ecclesiasticam, & à solo Papa dispensatur. Couar.in Clem. si furiosus, par.1.§.1.num. 7.de hom.vbi alios refert.

20 Tertius est de concubinario. In quo re certum est clericum concubinarium occultum non esse suspensum,aut irregularem, vt omnes DD. inferius citandi tradunt; si verò notorius sit, ita vt nulla possit tergiuersatione celari, tunc quidem secundum eosdem communiter traditur hunc post peractam pœnitentiam non esse irregularem, quia docent suspensum esse solum quousque pœniteat; ideoque post pœnitentiam celebrando non effici irregularem. Publici autem, seu notorij concubinarij (vt tradit Leo Papa X. in Bulla de Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Regem Franciæ in Conc. Lateranensi sess.11.1516. XIIII. Kal.Ian. & habetur in Bullario Constitutione eiusdem in ordine XVI. quæ incipit, *In eminenti*) *intelligendi sunt non solum ij, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est; sed etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam, & diffamatam teneri, & per suum superiorem admoniti ipsam cum effectu non dimittunt.*

solum dissentiunt, an irregularis sit, si ante pœnitentiā celebret, in qua re Innocent. & Ioan. Andr. in c. si celebrat. de cler. excommunicat. minist. Cardin. in ca. vestra. de cohabit. cler. & mulier. Nicol. Plouius, de irreg. cap. 41. Couar. in Clem. si furiosus part. 1. §. 1. nu. 5. in fine, de homic. decent non esse irregularem, cum id nullibi in iure sit expressum, consulit tamen Couaruuias, vt talis petat à Papa dispensationem.

Alij verò docent talem esse suspensum quoad se, & quoad alios, in qua tamen Episcopus ante celebrationem dispensare potest; sin autem ante pœnitentiam celebret, irregularem esse a solo Papa dispensabilem, eo quod talis ipso iure suspensus sit, tam quoad se, quā quoad alios ante peractam pœnitentiam, ad quod citant cap. præter hoc, dist. 32. & ca. si qui sunt, dist. 81. Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 1. & citat capit. vestra. de cohabit. cler. & mu. vbi Panorm. nu. 7. probat ipso iure suspensum esse, ex d. c. præter hoc, vbi dicit text. *ex auctoritate Dei & Beati Petri interdicimus sibi, vt Missam non cantet &c.* additque non esse differentiam inter hæc verba, *Suspendo te ab officio*, & ista, *interdico tibi officium*, sed per prima verba intelligitur suspensio, adeò quod celebrans efficitur irregularis, vt probatur ex c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. & c. 1. de sent. excomm. lib. 6. ergo & per ista secunda verba, quia non refert, quod per æquipollentia fiat. c. licet ex quadā, de testit. & sicut lex, non possent. ff. de legib. Idem docent Aluar. Pelagius de planctu Eccles. fol. 27. col. 4. Villadiego de irregul. c. de suspensione. col. 3. Summ. Confess. lib. 3. tit. 29 quæst. 3. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspen. ca. 3. Syluest. verbo, concubinatius, quęst. 4. Ioan. Bernard. Diaz in Pract. Crim. Canon. ca. 73. Archid. in c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. Henric. in c. si celebrat. de cler. excom. minist. col. pen. & Nau. in Manuali, c. 25. n. 76. vers. decimoquinto. Simon Maiol. lib. 5. cap. 37. nu. 2.

Alij tertiò docent, quod quicquid sit de veritate huius rei, scilicet an Clericus concubinarius notoriè suspensus erat iure antiquo, necne, (quæ suspensio intelligenda erat de officio, & beneficio) nunc tamen nec suspensio illa, nec canones illi in vsu sunt, sed per contrariam consuetudinem abrogati sunt, ita vt tales nisi post monitionem, & iudicis sententiam, seu suspensionem, virtute illorum canonum ex celebratione irregulares non sint: sic Franciscus à Victoria in Sum. ma, de Sacram. Eucharistiæ, quæst. 93. Adrianus Papa VI. in 4. in materia de Eucharistia, dub. penult. §. oritur quæstio. Michael de Palatio, in 4. dist. 5. & 6. disput. 3. Dominicus Soto in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. in respon. ad 2. conclus. 1. vers. in contrarium, & dist. 13. quæst. 1. art. 9. Barthol. Medina in Summa instru. Sacerdotum, li. 1. cap. 11. §. 8. Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 3. q. 5. punc. 3. paulo ante finem. Franc. Suarez, in 3. part. in tract. de Sacram. disp. 18. sect. 1. Henr. Henriquez in Summa, lib. 9. de Sacrificio Missæ, ca. 15. §. 12. Cosm. Philiarc. de offic. Sacerd. par. 1. lib. 3. ca. 9. & lib. 4. c. 15. in fine. Ioseph Angl. in Floribus 4. Sentent. q. 7. de ministro Euchar istiæ difficultate 5. Thom. Zerula Episcopus Minorensis in sua praxi Episcopali, parte 1. in verbo, concubinarius. Tolet. lib. 1. Instr. Sacerd. c. 15. vers. Nota tertio, qui omnes docent tales non esse ipso facto suspensos, & Canones antiquos in vsu amplius non esse, & nos latius in lib. 2. de Sacram. in com muni, cap. 8. art. 7. ad 2. & lib. 4. de censura suspensionis, cap. 15. num. 24. explicauimus. Id quod Conc. Triden. Sess. 25. de reformat. capit. 14. satis apertè declarauit, dum renouando pœnas ab antiquis canonibus contra huiusmodi concubinarios institutas statuit, *Vt si à superioribus moniti nō resipiscant, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum, beneficiorum, & pensionum ipso facto priuati sint; Et si in delicto eodem perseuerantes secunda monitioni non paruerint, tunc à beneficijs, & officijs suspendantur, quod si nec adhuc se emendauerit, ex communicationis gladio plectantur. Clerici verò beneficia Ecclesiastica aut pensiones non habentes iuxta delicti perseuerantiam, & qualitatem, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, puniantur. Episcopi verò si à Synodo Prouinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspensi.* Hactenus Concilium. Quibus

21 omnibus addo ex Cosimo Philiarcho locis allatis, qd licèt suspensio ipso iure eis incurrenda in vsu amplius non sit, & consequenter celebrantes non efficiantur irregulares ob contemptum Ecclesiasticæ censuræ, quæ est reseruata Papæ, nihilominus tamen concubinarij notorij irregulares verè sunt ratione enormitatis, & notorietatis delicti; sed celebrantes, non efficiuntur nova ratione irregulares, & hęc sententia vt communior, ita & verior est, & colligitur ex regula secunda à nobis tradita.

22 Quartus est, de crimine Sodomiæ, in qua re Couar. in Clemen. si furiosus, par. 1. §. 1. num. 6. de homic. vult Sodomitam quamuis occultum etiam peracta pœnitentia suspensum esse ab executione ordinum, & ideo interim celebrantem irregularem esse ea irregularitate, quæ à solo Papa sit delebilis, & refert pro hoc Anto. in ca. nisi cum pridem, §. 1. de renunc. & in c. vlt. de temp. ordin. & Host. et Ioan. And. ibi, & Marian. Soc. in c. ad audientiam, num. 27. de homic. Ratio eius est, quia est crimen grauissimum iuxta ea, quæ tradit S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. Cæterum dicendum est, quod licet Sodomiæ crimen enormissimum sit, vt habetur in cap. adulterij, 32. q. 7. exinde tamen dummodò sit occultum, non contrahitur irregularitas, aut depositio, vt probatur ex regulis 2. & 3. à nobis traditis, & expressè tradunt Nauarr. in Manuali, cap. 27. num. 249. Cosmus Philiarchus, lib. 4. cap. 15. & Greg. de Valentia, tomo 4. disput. 7. quæstio. 19. puncto 3. §. 5. in fine. Et quia grauius delictum est hæresis mentalis; item grauissimum delictum est odium Dei, & tamen hæc delicta nullam inducunt irregularitatem, nec depositionem. Præterea irregularitas non contrahitur nisi sit in iure expressa; huius autem criminis non reperitur talis pœna in iure: Et denique; quia cum satis frequens sit hoc vitium, nemo tamen petit dispensationē illius, vt tradit Nauar. in Manuali, ca. 27. num. 249. qui alios refert. & Henriquez lib. 14. cap. 5. §. 1. secus autem, si esset notorium, tunc enim irregularitatem constituet, vt patet ex regula nostra secunda, & docet Henriquez vbi supra.

23 Notandum autem est, Pium V. anno 1568. edidisse Bullam contra Clericos Sodomiæ crimen exercentes, quæ legi potest apud Nauar. in Manuali, c. 27. nu. 249. & 250. & Maiol. libro 5. cap. 43. in qua Bulla habetur, *Omnes & quoscumque Presbyteros, & alios Clericos sæculares, & regulares, cuiuscumque gradus, & dignitatis, prædictum crimen exercentes, omni priuilegio clericali, & omni officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentes canonis auctoritate priuamus: Ita quod per iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati sæculari statim tradantur,* In cuius Bullæ explicationem hæc breuiter annotanda sunt.

Primò eam non intelligi de laicis, vt ex contextu illius manifestum est.

24 Secundò intelligitur solum de exercente crimen illud, hoc est, qui quasi ex vsu continuato id exerceret, argum. eorum, quæ tradit Panorm. in cap. 1. num. 38. de iudic. qui locus malè citatur à Nauar. vbi supra, in numero 24. vnde non sufficit, quod semel, aut bis, aut ter in prædictum crimen incidat, sed vt cum vsu quodam continuato hoc crimen committat. ex Nauar. & Henriquez vbi supra. Quis autem dicendus sit exercere huiusmodi crimen, arbitrio boni, & prudentis viri relinquitur, arg. l. 1. ff. de iure delibet.

Tertiò,

Tertiò intelligitur de coitu siue cum masculo, siue cum femina extra vas naturale; quia hoc crimen siue cum masculo, siue cum fœmina ex communi DD. sententia dicitur Sodomia; requiritur tamen vt copulam Sodomiticam consummet; Non dicitur autem aliquis consummare copulam nisi semen emittat, arg. cap. extraordinaria, 35. q. 2. & c. fin. de sponsalib. & Nauarr. in Manua. cap. 27. num. 250. vers. 5.

Dubium autem est, an pœnæ huius Bullæ incurrantur ipso facto in foro conscientiæ ante vllam sententiam latam in iudicio? Nauarr. in Manuali, capit. 27. nume. 250. & vers. quarto, & vers. quinto, dubius est, & potius in hoc inclinat, quod incurratur in foro conscientiæ, quæ sententia admodum dura, & rigorosa est; vnde mihi probabilior videtur opinio Henriquez lib. 14. ca. 5. §. 1. in annot. littera F. non incurri in foro conscientię ante sententiam nouam Iudicis; nisi quod notandum sit, si crimen hoc fuerit notorium, vno ex illis tribus modis prædictis, aut fuerit infamia notatum, tunc inducit irregularitatem ipso iure ante vllam sententiam iudicis, non quidem propter Bullam præfatam, sed ex iure communi; quia hoc crimen, cùm sit depositione dignum, statim atque notorium est, irregularitatem inducit. Deinde cum omnis infamis, vt diximus, sit ipso iure irregularis, & hoc crimen admodum nefandum, & infame sit, eo ipso quod infamia est illius apud multos, & graues viros, inducit irregularitatem, sicut reliqua crimina infamiam, & hac de causa dubius fuit Nauarr. in hac re; sicut etiam est Cosmus Philiarchus, lib. 4. cap. 15. quandoquidem negari non potest Sodomitam Clericum fieri irregularem in foro conscientiæ ante sententiam iudicis, si notorius, aut infamia notatus fuerit. Et quod de irregularitatis pœna diximus, procedit etiam in alijs pœnis, si quidem priuatio beneficij etiam nouam iudicis sententiam requirit. De qua re legendus est Nauar. vbi supra, qui dubitat, sit ne prædicta Pij V. Bulla recepta in foro conscientiæ, & in partem negatiuam inclinare videtur.

25 Præter has irregularitates ex delictis præfatis prouenientes, reperiuntur nonnullæ aliæ ex delictis alijs venientes, vt si quis religiosus gratia audiendi leges, aut Physicam, hoc est, artem medicam monasterium exiret, nisi infra duos menses redierit, nonnulli irregularem illum esse docent, vt Angelica, verbo, irregularitas, num. 56. Syluest. verbo eod. q. 22. Sot. 4. distinct. 25. quest. 1. art. 3. post conclus. 4. §. ex his igitur, ver. tertium. Maiol. lib. 3. c. 5. num. 8. & Toletus lib. 1. ca. 28. qui id colligunt ex capitulo fin. ne cler. vel monachi. Eodem modo, si quis Archidiaconus, Decanus, Plebanus, Præpositus, Cantor, aut alius Clericus personatum gerens, & habens, nec non & quicunque Presbyter, si leges, vel physicam, hoc est, artem medicam audierit, nisi intra duos menses destiterit, irregularem esse putant, ob d. capit. fin. ne clerici, vel monachi. At certè in d. cap. fin. habetur solum, quod tales ipso facto sint excommunicati, vt colligitur ex capitulo non magnopere, & ibi glos. fin. & d. capit. fin. ne cler. vel monachi, vt rectè Henriquez lib. 14. capit. 4. §. 6. annotauit. Et quod ibi dicitur, *Totius spem promotionis admittant*, intelligi potest de promotione ad dignitates Religionis, vt notat glos. fin. & faciunt, verba, prædentia, vbi dicitur, *Quod reuersi, in Choro, capitulo, mensa, & cæteris, vltimi fratrum existant.*

26 Quoad dispensationem verò in his irregularitatibus, dicendum est, quod in irregularitatibus ex delicto notorio, & depositione digno prouenientibus si delictum illud sit adulterium, vel quodcunq; aliud minus adulterio, tunc quidem Episcopus dispensare poterit, dummodo quis ante dispensationem obtentam non celebrauerit, quia si celebrauerit, tunc Papa solus dispensare potest, & non Episcopus; sin autem delictum illud grauius adulterio fuerit, tunc solus Papa dispensat, etiam si quis ante obtentam dispensationem non celebrauerit, vt notat Henriquez lib. 14. capit. 19. §. 2. & cap. 2. §. 4. post Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. artic. 2. de irreg. pag. 367. col. 1. Maiol. lib. 5. capit. 51. nu. 4. Greg. de Valentia tomo 4. disp. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. in fin. Cosmus Philiarchus lib. 4. capit. 21. & Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 28.

Quibus modis tollatur Irregularitas. Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Irregularitas quot, & quibus modis tolli possit.*
2 *Baptismus quamnam irregularitatem tollere possit.*
3 *Bigamiæ irregularitatem baptismus non tollit, sicut nec eam, quæ ex defectu natalium nascitur.*
4 *Religionis professio irregularitatem tollit.*
5 *Religionis ingressu quid iure communi intelligatur.*
6 *Nouitius religionis priuilegijs gaudet, quamuis illius membrum non sit.*
7 *Votum simplex in societate Iesu religiosum verè constituit.*
8 *Religionis professio non omnem tollit irregularitatē.*
9 *Religionis professio quamnam irregularitatem tollat.*
10 *Religionis professio habilem addignitates non constituit.*
11 *Irregularitas quæcumque dispensatione tolli potest.*
12 *Delictum occultum quodnam censendum.*
13 *Delictum notorium vt dicatur, quid requiratur.*
14 *Prælati regulares, qualiter cum sibi subditis in irregularitatibus dispensare possint.*
15 *Prælati regulares in bigamiæ, & homicidij voluntarij irregularitatibus, cum sibi subditis dispensare nequeunt.*

1 Actenus qua ratione irregularitates incurrantur ostensum est, nunc quibus modis tollantur exponendum erit. Et quidem communiter, vt docent Angelica, verbo, irregularitas, 2. Sylu. ster verbo eod. quæst. 28. Tabiena, verb. eod. 5. Maiol. libro 5. cap. 51. Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 27. nu. 72. Tolet. lib. 1. ca. 31. & Henriquez lib. 14. ca. 17. tribus modis tolluntur, per Baptismum, per religionis ingressum, & per dispensationem.

2 Per baptismum quidem tollitur omnis irregularitas, quæ ex proprio delicto contrahitur; Item; quæ contrahitur ex infamia proueniente ex proprio facto, seu delicto, quia baptismus omnia delicta tollit, & quæ ex delicto consequuntur, Syluest. verbo, Baptismus, 6. quest. 2. Tabiena, verb. Baptismus, 8. §. 8. & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 3. post glo. in c. deinde in verbo, inter peccata, d. 26. Tollit etiam non solum irregularitatem, quæ procedit ex homicidio voluntario culpabili, aut mutilatione prius facta, vt omnes DD. fatentur, sed eā etiā, quæ procedit ex homicidio iusto, & licito, qualē facit iudex, aut miles in bello iusto, ex Angel. verbo, irregul. 2. in princip. Syluest. verbo, Baptismus, 6. quæst. 1. & verbo homicidium, 3. quest. 8. vers. primum, & verb. irregularitas, q. 82. vers. primo. Tabiena, verbo, irregularitas, 5. in princ. Maiol. lib. 5. ca. 51. nu. 11. & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 2. & latius suo loco demonstratimus; quorum ratio est: non quia hæc irregularitas contrahatur ex delicto, tollitur per baptismum, cum in hoc casu nullum sit delictum: sed quia iura, & canones volunt tolli omnem irregularitatē ex homicidio quocunque contractam, aut saltem non imponunt irregularitatem homicidis, nisi post baptismum occidētibus,

quicquid glo. in c. si quis viduam, in verbo, post baptismum, dist. 50. & aliqui pauci contradicant. Sunt ta-
3 men multi casus irregularitatum, quos baptismus non
tollit, Non enim aufert irregularitatem ex bigamia
prouenientem; nec eam, quæ ex defectu natalium nascitur; vnde tam bigami, quam illegitimi etiam baptizati irregulares manent. Sed neque eas irregularitates aufert, quæ ex defectu, aut vitio corporis procedunt, si tales sint, vt inhabiles efficiant ad ministrandum, vel si operi sit grauis deformitas, vt patet in cœco, muto, surdo, & similibus.

4 Secundo tollitur irregularitas religionis ingressu,
& professione, vt præfati authores vbi supra tradunt, & expressum est in auth. de monach. in princ. collat. 1. Circa quam materiam, notandum est, iure communi, & antiquo per ingressum religionis, intelligi professionem factam in aliqua religione approbata: Siquidem iure communi, & antiquo ingressus religionis dicitur
5 professio ipsius religionis approbatæ, eo quod per professionem religiosus in corpus religionis admittitur, & illius membrum efficitur; nouitius autem quam-
6 uis religionis priuilegijs gaudeat in multis, non tamen in corpus religionis admissus est, tanquam membrum illius, donec professionem emiserit. Quibus hoc
7 vnum addo, quod speciale est in Societate Iesu, in qua, cum per tria vota simplicia facta post biennium probationis, iuxta ipsius Societatis constitutiones, vere & proprie quis religiosus efficiatur, etiam per ea tollitur irregularitas, non quidem iure communi, & antiquo, sed iure nouo, quo sic vouentes, vere & proprie religiosi fiunt, vt patet ex peculiari constitutione Gregorij XIII. quæ est 192. eiusdem in ordine, incip. Ascendente Domino, §. & quamuis, edita anno 1584. 8. Kalend. Iunij. In qua hoc ipsum de ijs, qui in societate tria illa vota simplicia post nouitiatum emiserunt, declarauit, probauit, & definiuit, confutatis etiam luculenter ijs, quæ contra obijci possent, ac pœna excommunicationis latæ sententiæ, nec non inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrenda indicta ijs, qui contradicant, insuper reseruata ipsi Sedi Apostolicæ absolutione ab huiusmodi, vt latius in dicta constitutione habetur.

8 Dubium autem est, an per ingressum religionis tollatur omnis irregularitas? In qua re, nonnulli putant tolli omnem irregularitatem, quia in auth. cit. dicitur, omnem irregularitatẽ tolli per ingressum religionis. Alij vt gloss. in cap. 2. de apost. in verbo, religionis, aiunt non tolli omnem irregularitatem, sed eam solum, quæ non prouenit ex proprio delicto, vt in capit. primo, de fil. presb. ita vt promoueri possit ad ordines sine dispensatione, sed non ad dignitatem, vel prælationem sine dispensatione, capit. fin. de filijs presbyt. & fauet Host. in ca. 2. de apostat. & expressè Thomas Zerula, par. 2. Praxis Episcop. verbo, irregularitas, notab. vndecimo. Quidam vt glo. Bern. in capit. 2. de Apostat. dicunt nullam tolli, sed solum esse causam, vt facilius dispensationem obtineant. Verior autem, & communior in hac re opinio est solum illam iregularitatem per professionem religionis approbatæ tolli, quæ in iure expressa est: sic Panormit. in capitulo secundo, numero sexto, de apostat. Angelica, verbo, irregularitas, secunda, numero primo. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. vigesimaoctaua, versic. secundo, Maiol. libro 5. cap. 51. nu. 11. & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 2. In cæteris autem, quæ in iure non exprimuntur, facilior tantum dispensatio per religionis professionem habetur.

9 Quod si quæras, quænam irregularitas sit in iure expressa, quæ tollitur per religionis ingressum? Respondeo solum tolli eam, quæ non prouenit ex propria culpa, aut proprio facto, neque ex defectu alicuo corporis, vel animæ, tollitur enim ea, quæ ex defectu natalium prouenit, vel quæ ex infamia contracta est ob delictum parentum. Quod vero tollatur per religionis ingressum irregularitas illa, quę ex defectu natalium procedit, communis DD. sententia docet, glo. in cap. fina. in verbo, Sedis Apostolicæ, de filijs presb. Rich. 4. distin. vigesimaquinta, art. 4. quæst. 3. Sotus 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. conclus. 1. & citat cap. 1. de filijs presbyt. & c. 1. dist. 56. & ib gl. Nauar. in Manual. ca. 25. nu. 69. quarto. vbi ait ius commune ad omnes ordines etiam sacros dispensare cum intrante religionem, quod etiam expresse docet glo. in cap. 1. in verbo, maiores, de filijs presb. lib. 6. & idem Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 201. versi. decimo. vbi citat Palud. 4. dist. 43. sed malè, nam id docet d. 41. q. 3. art. 2. concl. 2. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 2. num. 6. de homicid. Maiol. lib. 1. ca. 10. nu. 2. & lib. 4. ca. 51. nu. 13. Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 2. in fine Rebuf. in praxi benefic. tit. de dispensat. in defectu natalium, nu. 44. & nu. 66. & citat Archid. & Oldrad. & alios, & colligitur ex c.
10 1. de filijs presbyt. & cap. 1. d. 56. Notandum vero est hanc irregularitatem per ingressum religionis ex iure communi tolli solum quoad ordines suscipiendos, non autem quoad dignitates, prælaturas, administrationes, aut officia habenda, vt habetur in capit. 1. de filijs presbyt. & glo. fi. in c. fi. tit. eod. Solent tamen religiones habere priuilegia, vt regulares subditi defectum natalium habentes promoueri possint ad officia, administrationes, prælaturas, ac dignitates in ipsis religionibus habendas. Irregularitas vero, quę oritur ex vitio corporis, per ingressum religionis non tollitur, quando vel impedit celebrationem, vel hominem deformem reddit.

11 Tertiò irregularitas tollitur, per dispensationem: In qua re certum est Papam tollere posse omnem irregularitatem, quia irregularitas iure canonico inducta est, & in ius canonicum Papa plenariam habet potestatem. Episcopi etiam, & Pręlati regulares in quibusdam etiam dispensare possunt, & in omnibus, etiam ex licentia Papę poterunt, in particulari verò Episcopi ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. dispensare possunt in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quę oritur ea homicidio voluntario, & exceptis alijs ad forum contentiosum deductis.

12 Dubium verò est, quid in hoc decreto intelligatur per delictum occultum. Quę difficultas necessario explicanda est, vt sciamus, quę irregularitates ex delicto occulto contractę sint, in quibus Episcopus dispensare possit. Respondetur, ex Maiolo, lib. 5. cap. 51. nu. 4. Nauar. in Manuali, ca. 37. nu. 255. & Henriquez lib. 14. cap. 20. §. 4. delictum occultum dici non solum, quod est per se occultum, sed etiam quod licet de se probabile sit per testes, non est tamen notorium, vel famosum, sic enim obuiatur scandalo, quod Concilium in hoc loco intendit. Vnde dicendum est ibi accipi delictum occultum, vt distinguitur cõtra notorium, & proinde quamuis sit duobus, vel tribus, aut quatuor personis notum, dicitur tamen occultum, quamdiu nõ est notorium. Est igitur occultum omne delictum, quod non est notorium, vel per confessionem criminis factam in iudicio; vel per sententiam iudicis; vel per facti ipsius euidentiam in ciuitate, populo, collegio, vicinia, vel loco ex Nauar. vbi supra, & capit. 25. numero 71. versic. vndecimo. & Syluest. in verbo lex, quæstio. 13. vers. 11. in fine.

13 Notandum tamen est non satis esse, vt delictum dicatur notorium, quod actus, qui est delictum, sit notorius, sed delictum ipsum debet esse notorium. Exempli gratia, si excommunicatus celebrat, cuius

excom-

excommunicatio est occulta, quamuis celebret notorie, & publice, non tamen dicitur delictum illud, quod est celebrare in excommunicatione, notorium esse. Quod enim celebret, est quidem notorium, non tamen est notorium, quod celebret in excommunicatione existens, vt Nau. in Mau. cap. 27. nu. 141. & nume. 255. duodecimo recte annotauit. Quib. addo ex Nau. tom. 1. cons. 2. de sent. & re iudic. in nouis, & Thoma Zerula, part. 2. in verbo, irregularitas, dub. 5. non dici irregularitatem publicam, & indispensabilem ab Episcopo, eo quod socius meus confessus est me commisisse, delictum modo nihil contra me probatum sit.

14 Prælati etiam regulares cum suis religiosis iure antiquo in quibusdam irregularitatibus, quæ proueniunt ex delicto, dispensare possunt: Ex Papæ vero priuilegijs habent amplam facultatem, vt cum sibi subditis in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente dispensent. Claud. in compend. priuileg. societat. Iesu verbo Prælatus, §. 3. & verbo dispensatio, ad finem, & simile priuilegium concessum est Prædicatoribus a Pio V. & Minimis, & Canonicis Regul. S. Saluatoris a Iulio II. & Cistercieusibus a Gregorio XIII. anno 74. Idemque priuilegium habent Minimi etiam pro externis, vt docet Henriquez lib. 14. ca. 9. §. 3. vbi ait, ita Romæ practicari; Imò dum regularibus con-

15 cessum sit, vt in quacunque irregularitate dispensare valeant, excepta ea, quæ prouenit ex bigamia, & homicidio voluntario (sub quo intelligitur excepta dispensatio mutilatoris) possunt dispensare cum homicida casuali culpabili, nec non in irregularitate, quæ procedit sine vlla culpa ex solo defectu leuitatis, v.g. cum milite, cum iudice, ob istam occisionem, quæ non intelligitur nomine homicidij excepti; per homicidium enim exceptum solum intelligitur factum iniustum, quod prohibetur in quinto præcepto Decalogi, argum. cap. si homicidium, 23. q. 5. quod desumptum est ex S. August. lib. 1. de lib. arbit. c. 4. vt expresse tradit Henriquez lib. 14. c. 9. §. 3 & c. 19. §. 5. vbi in d. ca. 9. addit, quod si prælatus Regularis ex priuilegio priori specia li possit cum homicida voluntario dispensare, non derogatur illi, dum in alio priuilegio excipitur dispen satio irregularitatis ex homicidio voluntario. Cum eo autem, qui intrare vult religionem, potest Prælatus dispensare, si censuras Ecclesiasticas violauerit, vt idem author testatur citans priuilegia multorum summorum Pontificum; sicut etiam ex priuilegio Sixti IIII. potest dispensare in foro conscientiæ in irregularitate homicidij, quando homo certus non est, quod occiderit, aut fuerit mandatur, & causa, sine qua non fieret homicidium.

Solutio quorundam dubiorum circa modos prædictos. Cap. XIIII.

S V M M A.

1 *Absoluendi facultas per Iubilæum, aut Bullas a quibuscunque casibus, censuris, pœnis, & sententijs, concessa an facultatem dispensandi in irregularitatibus Papæ reseruatis ex delicto tribuat.*
2 *Dispensatio in irregularitate ad absolutionem a peccatis non est necessaria.*
3 *Absoluendi facultas a censuris, non autem dispensandi in irregularitatibus per Iubilæum quare cõcessa.*
4 *Dispensatio res maior, & difficilior est, quam absolutio.*
5 *Dispensari ab irregularitatibus qualiter possint Episcopi, quæ non sunt Papæ reseruatæ.*
6 *Dispensandi facultas cõcessa ordinario a Papa si res ita se habeat, vt petitur, an morte Papæ expiret.*
7 *Gratia, & priuilegium morte concedentis non expirant.*
8 *Dispensandi facultas concessa ordinario an se extendat ad irregularitates ex obliuione inuincibili prætermissas.*
9 *Dispensationem, aut absolutionem ab irregularitate, vel censura petens, qualiter se gerere debeat.*
10 *Irregularitas an tacite, & sine vllis verbis tolli a quoquam possit.*
11 *Dispensare censetur Episcopus, aut prælatus in irregularitatibus, in quibus ipse de iure communi potest, eo ipso quod scienter aliquem ordinat, aut ad ordines recipiendos mittit.*
12 *Dispensare creditur Episcopus in irregularitate, in qua ex consuetudine, vel priuilegio dispensare potest, eo ipso quod scienter aliquem ad ordinem, vel beneficium promouet.*
13 *Dispensatio tacita per solam dissimulationem factam in foro contentioso non valet, si ab Episcopo, aut alijs inferioribus Papa fiat.*
14 *Dispensatio quidnam sit, & qualiter definiatur.*
15 *Dispensare non censetur quis in irregularitate, in qua quis potest, eo ipso quod irregularem aliquem quis ignoranter ordinet.*
16 *Dissimulatio, & tolerantia superioris in irregularitatem post ordines susceptos effectum dispensationis non inducit.*
17 *Dispensationis in materia an, & quando valeat argumentum a maiori ad minus, vel simili ad simile.*
18 *Forma verborum, sub qua irregularitas tolli debet, nulla certa præscripta est, & quanam adhibita valeat.*
19 *Absolutionis, vel dispensationis verbo an vtendum sit in tollenda irregularitate.*
20 *Dispensatus in vna irregularitate ob vnam causam contracta cæteris irregularitatibus contractis ob alias causas dispensatus non censetur.*
21 *Dispensatus in vno ad consecutiua eius dispensatus etiam censetur.*
22 *Dispensatus in irregularitate ad ordines recipiendos an ad beneficium illis ordinibus conueniens dispensatus intelligatur.*
23 *Irregularitas ex ætatis defectu proueniens solo temporis lapsu tollitur.*
24 *Irregularitas ex infamia contracta temporis lapsu, vel loci mutilatione tolli potest.*
25 *Infamia contra aliquem in iudicium deducta qualiter probari debeat.*
26 *Episcopus qualiter cum suis subditis pro irregularibus accusatis procedere debeat.*
27 *Serui matrimonio coniuncti, aut morbo vexati, eo ipso quod ab his vinculis, & defectibus liberi effecti sunt, irregulares amplius non sunt.*
28 *Debilitatus membris, siue per medicinam, siue per miraculum sanus factus sit, sine alia dispensatione ordines suscipere potest.*

1  Rimum dubium est, an quando per Iubilæum, vel Bullas aliquas conceditur facultas a Papa absoluendi a quibuscumque casibus, censuris, pœnis, & sententijs intelligatur

lent commissiones, & mandata; & hoc est, quod docet communis oppinio, Angel. in verbo, gratia, num. 2. & expresse Syluest. in verbo, gratia, quæst. 2. hanc nostrã sententiam defendit Tabiena, verbo, gratia, § 6. & facit c. si cui. de præb. lib. 6. At verò commissio, qua committitur alicui, vt cognita veritate dispenset cum aliquo, non est gratia facta ei, sed facta illi, cum quo est dispensandum, & proinde hæc commissio expirat morte committentis, si nondum facta sit dispensatio, quæ si
8 facta esset, non reuocatur per mortem committentis.

Tertio dubium est, an, si Papa committat ordinario, vel alteri, vt dispenset cum aliquo in omnib. irregularitatibus, & censuris, & per obliuionem inuincibilem aliquæ irregularitates, vel censuræ omittantur, possit ordinarius ille postea dispensare in illis, quę per obliuionem omissæ sunt? Respondetur posse, nec tenebitur amplius petere dispensationem. Semper. n. intelligitur durare facultas dispẽsandi, si irregularitas, vel censuræ ex obliuione omittantur. Angel. verbo, conf. 1. nu. 12. Rosella. verbo, confessio 2. §. 9. Sylu. uerbo, confessio. 1. q. 4. Nauar. in Man. c. 26. nu. 13. & Maiol. lib. 5. c. 51. nu. 6. & Henriquez lib. 14. cap. 17. §. 4. in fi. Quod irregularitas nata sit ex peccato mortali, facien
9 da erit confessio de peccato, non autem de irregularitate; vnde consulunt, & benè præfati Doctores, vt, cũ quis petit dispensari, aut absolui ab irregularitate, vel censura, addat clausulam. *& de omni alia censura, aut irregularitate oblita, vel incognita*; quia si deinde alicuius irregularitatis, aut censuræ meminerit, non tenetur superiorem postea adire, licet teneatur confiteri peccatum oblitum; generalis enim dispensatio extenditur ad oblita. Quæ doctrina diligenter notanda est.

Primò pro eligentibus sibi Confessorem auctoritate Apostolica, vt se faciant absolui, quantum extenditur eorum auctoritas; alias oporteret recurrere ad eũ, qui posset de iure absoluere, vel dispensare.

Secundo pro religiosis, qui in visitationibus, & capitulis à suis Prælatis absoluuntur a censuris, vel dispensantur in irregularitatibus; quia cum prædicta venerint ad memoriam, vel notitiam, iam confiteri nõ tenentur, nisi quoad peccat, si qua intersuere, quæ tamen iam non sunt reseruata.

Tertio pro eisdẽ quoad casus reseruatos, quia si super hac dant semel licẽtia confitẽdi alteri, non sunt amplius ei reseruati, nisi alia peccata de nouo cõmitãtur.

Quarto pro ijsdem, si tempore Iubilæi data sit facultas dispensandi generaliter in irregularitatibus reseruatis, potest elapso tempore per confessarium dispensari in oblitis, sicut & absolui à reseruatis oblitis, quasi iam hic casus non sit amplius reseruatus.

10 Quartum dubium est, an irregularitas tollatur tacitè, sine vllis verbis, Exempli gratia, an Episcopus concedendo literas dimissorias, vel facultatem, vt quis ordines recipiat, eo ipso tacitè dispenset in irregularitatibus, a quibus ipse dispensare potest. Item an ordinando aliquem, eo ipso dispenset in irregularitatibus, in quibus ipse dispensare potest. Item an promouendo irregulares ad beneficium eo ipso dispenset. Item an Prę latus regularium mittendo subditos ad Episcopum, vt ab eo recipiant ordines, eo ipso dispenset in illis irregularitatibus, in quibus ipse dispensare potest. In hac re duæ sunt Doctorum sententiæ.

Prima est asserentium eo ipso dispensare, sic S. Ant. 3. par. tit. 29. de irregularitate, ca. 6. §. vlt. Sylu. in verbo, dispensatio. q. 15. & citat Archid. & idem Sylu. in verbo, irregularitas. q. 28. vers. tertio. Angel. verb. irregularitas. nu. 34. Maiol. li. 5. c. 51. nu. 8. Polan. in Direct. Confess. tract. de irreg. in fi. Medina lib. 1. Instru. c. 11. §. 12. & Hẽriquez li. 14. c. 17. §. 4. per c. preterea. de off. deleg. Ratio est, quia concedens principale censetur concedere omnia illa, sine quibus id fieri licitè non potest. Item quia nemo pręsumitur velle peccare: si igitur Episcopus, vel Prælatus regularium potest dispensare, eo ipso tacitè dispensare videtur, dando facultatem vt quis ordines recipiat, quia alioquin peccaret, si non dispensaret. Intelligitur autem hæc opinio, quãdo Episcopus, vel Pręlatus sciens subditum esse irregularem ordinat illum, aut mittit ad Episcopum, vt ordinetur; aut saltem quando dando facultatem, vt ordinetur, simul habet intentionem dispensandi cum eo in irregularitatibus, in quibus ipse dispensare potest.

Secunda opinio docet non eo ipso dispensare; sic Angel. in verb. dispensatio, nu. 12. & Nau. in Man. ca. 25. nu. 74. vers. sed dubiũ est, vbi ait, quod licèt prima opinio fortassis locum habeat in foro conscientię, nõ tamẽ in exteriori Ratio istorũ est, quia communis est opinio Doctorum, ꝙ dissimulatio in Papa vim habet dispensationis tacitę, hoc est, si Papa sciens defectum, vel irregularitatem, alicuius, & nihilominus eum ad ordines promouet, vel ei beneficium confert, eo ipso tacitè dispensat: In alijs vero Pręlatis inferioribus, dissimulatio non habet vim dispensationis, nisi causę cognitione præmissa, hoc est, si sit Pręlatus Papa inferior, non eo ipso intelligitur dispensare circa ius commune, in quo aliàs posset, nisi exprimat causę cognitionem, & dicat expressè, *Dispenso tecum*, vt colligi potest ex ijs, quæ tradunt glo. in c. 2. in verbo, dispensatum, & Io. Andr. ibi, de schismat. Innoc. in c. veniens, de fil. presb. quos citat, & sequitur Selua de benefic. par. 3, q. 10. nu. 9. Rebuff. in praxi benefic. par. 2. de dispensat. nu. 15. ex Abbate, & Calderin. In hac re, vt veritas explicetur, & authores inter se concilientur, hęc dici possunt.

11 Primum est, Episcopus, seu prælatus dispensare tacitè intelligitur in his irregularitatibus, in quibus ipse dispensare potest ex iure communi eo ipso quod scienter aliquem irregularitatẽ ad ordines promouet, vel beneficia, vel eo ipso quod dat ei facultatẽ, vt promoueatur. Ratio esse potest, quia cùm iure cõmuni possit dispensare, & non præsumitur velle peccare, tacitè videtur dispensare, quicquid Nauar. contrarium sentiat.

12 Secundum est si irregulares sint, in quibus iure cõi Episcopus dispensare non potest, sed tantum ex priuilegio, vel consuetudine, vel commissione, vel ex licentia Papæ, tunc probabile est, quòd in foro conscientiæ dispensare tacitè intelligatur, eo ipso qđ scienter promouet aliquem ad ordines, vel beneficia, ex Sylu. Maiolo, & Rebuff. vbi suprà, & fauere videtur Nauar. vbi sup.

13 Tertium est in Episcopo, & alijs Prælatis inferioribus Papa quoad forũ contentiosum, nõ admittitur dispensatio tacita per solã dissimulationem facta, si non exprimitur in ea causæ cognitio, & in hoc sensu arbitror locutos esse DD. secundæ opiniones; in quo sensu veram esse censeo differẽtiam inter Papam, & alios inferiores prælatos, ꝙ in Papa dissimulatio vim habeat dispensationis tacitæ sine expressione causæ, etiam in foro contentioso: at verò in alijs Prælatis inferioribus vim illam non habet, cũ isti sine causa dispensare non possint in iure communi, in quo conceditur illis cum causa dispensare posse, Papa verò potest; & ita iure puniri potest in foro contentioso tacitè dispensatus ab Episcopo, vel prælato sine causæ expressione, si celebrat, quia in foro contentioso non admittitur tanquam dispensatus. Et quod de Episcopo diximus, etiã de Legatis à Sede Apostolica dicendum est, cum eadẽ in eis sit ratio & hanc differentiã inter Papam, & alios inferiores tradunt Panorm. in c. 2. nu. 3. & 4. de schism. & Io. And. ibi. & Fel. in c. pręterea, col. 3. de testib. & Innoc. in ca. cum ad monasterium, de statu monac. Nauar. in Man. c. 25. nu. 74. quam etiam probat Panor. quia di-
14 spensatio definitur esse iuris communis relaxatio, facta cum causę cognitione ab habente potestatẽ dispensandi, vt dicit gl. in c. requiritis, §. nisi rigor, in verbo,

vt ple-

vt plerisque. 1. q. 7. vnde si non præcessit causæ cognitio, non potest dici dispensatio, arguendo à definitione vocabuli; vnde inferior vt ait Panorm. arctatur ad causæ cognitionem præmittendam, alias non est dispensatio; Princeps autem non astringitur ad causæ cognitionem præmittendam, quia in Principe sufficit sola voluntas, vt Innoc. & Panorm. notarunt.

15 Quartum est hæc omnia, quæ dicta sunt, procedere, quando scienter ordinat, aut ad ordinādum mittit eū, quem irregularem nouit, vel litteras dimissorias concedit, si enim ignorabat talem defectum, tunc omnium opinione non censetur cum eo dispensare.

16 Quintum est, prædicta omnia solum intelliguntur ante factum, id est, ante ordinis collationem, siquidē certum, & indubitatum est apud omnes, quod post ordines iam collatos, vel beneficium collatum irregulari, talis scientia, & tolerantia siue dissimulatio in superiori non inducit effectum dispensationis. Exempli gratia, si aliquis irregularis existens, siue ob defectum natalium, vel ætatis, vel quemcunque alium defectum promotus sit, etiamsi defectus tales sint, in quibus Episcopus dispensare posset, si ipse patiatur hunc ita promotum non canonicè coram se celebrare, ex hac præsentia, & tolerantia non inducitur tacita dispensatio, vt docent Innocen. & Host. in ca. veniens, de fil. presb. quos refert, ac sequitur gl. in Clem. fin. in verb. approbare; de sent. excom. & Fel. in c. præterea, n. 6. 7. 8. & 9. de testib. & Simon Maiol. lib. 5. c. 51. nu. 8. Secus autē, si promoto præter canones scienter illi conferat beneficium, tunc enim tacitè videtur dispensare, eo ipso quod promouet scienter illum ad beneficium, vel aliquam Ecclesiam, aut ordinem.

17 Quintum dubium est, an in hac materia de dispensatione valeat argumentum à maiori ad minus, vel de simili ad simile, v. g. An si quis potest dispensare in maiori, eo ipso dispensare possit in minori, & an dispensatus in maiori, eo ipso intelligatur dispensatus in minori? Respondetur, valere, quando illud minus est annexum, vel inclusum in maiori tanquam pars illius, tunc enim dispensatus in maiori intelligitur esse dispensatus in minoribus annexis, vel inclusis, & illis, quæ sunt eiusdem rationis; vt dispensatus in maioribus beneficijs, etiam dispensatus censeatur in minoribus: & dispensatus ad promotionem, aut vsum superioris ordinis, censeatur dispensatus ad inferiorem ordinem. Sic text. & Panorm in c. per venerabilem, num. 6. qui filij sint legit. cum apostilla sua, & c. cum in illis, §. illis verò, de præbend. lib. 6. Maiol. lib. 5. capit. 51. num. 10. & citat Rotam deci. 45. in antiq. Henriquez lib. 14. capit. 17. §. 6. in fi. qui citat Molinam lib. 4. de primogen. c. 5, 28. Secus autē dicendum est in causis dissimilibus, & separatis, tunc enim non valebit argumen. a maiore ad minus, vt notant Ioan. And. in cap. postulasti de rescript. & in addit. ad Spec. de leg. §. 2. & Borg. de dispensat, p. 2. tit. de interpret. dispens. num. 17. & 24. & Maiol. vbi supra, quia dispensare est in materia odiosa. Vnde irregularis est plurib. causis diuersis, & imparibus, v. g. ex homicidio, & ex violatione censuræ Ecclesiasticæ, si obtineat dispensari super maiori, non propterea dispensatus censetur super causa minori.

18 Sextum dubium est, an sit aliqua præscripta forma verborum, sub qua irregularitas tolli debeat? respondeo cum S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. ca. 6. in fine, & Syluest. verbo, irregularitas, q. 28. versic. tertio, & Henriquez lib. 14. cap. 17. §. 4. & communi DD. consensu nullam certam, & determinatam formam dispēsandi in irregularitatibus reperiri, sed satis esse, si quibuscunque verbis vtamur significantibus irregularitatem tolli, vt plurimum tamen, & cōiter docent authores, vtendum esse hoc verbo, *Dispenso*: & ita ordinaria, & consueta forma est hæc; *Dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam vel quas contraxisti ob hanc vel ob has causas*; quod intelligitur quando res certa est, si enim dubium sit, an quis irregularitatem contraxerit, tunc sub conditione dicendum erit, *Dispenso tecum in irregularitate, si forte incurristi ob hanc, vel illam causam*, vt præfati authores tradunt.

19 Septimum dubium est, an in tollenda irregularitate, si vtamur hoc verbo, *Absoluo te ab irregularitate*, eo ipso sublata sit irregularitas; Quidam negant quia verbum absoluendi solum dicitur de peccatis, censuris, pœnis, & sententijs, irregularitas autem nihil istorum est. Alij vero docent, quod licet commune, & ordinarium verbum tollendi irregularitatem, sit hoc verbum *Dispenso*, nihilominus tamen, si quis vtatur verbo, *Absoluendi*, & habeat intentionem tollendi irregularitatem, vere tollit illam: Quia irregularitas contracta ex delicto est pœna, illa verò, quæ oritur ex defectu sine culpa, quamuis non sit pœna, est tamen impedimentum, & vinculum quoddam canonicum, quo quis impeditus, & ligatus est, ne ad ordines promoueri possit, vel in illis ministrare. Cæterum dicendum in hac re est, irregularitatem ex delicto contractam, per verbum, *Absoluendi*, tolli posse; illa vero quæ ex defectu, sine culpa contrahitur, cum nec sit pœna, nec censura, nec sententia, nec vinculum, sed tantum impedimentum, & inhabilitas, non propriè dicitur tolli per verbum, *Absoluendi*, sed propriè tollitur per verbum, *Dispensandi*.

20 Octauum dubium est, an dispensatus in vna irregularitate ob vnam causam contracta, dispensatus maneat in cæteris irregularitatibus contractis ob alias causas? Respondetur, si dispensatio fiat in vna irregularitate cum expressione causæ, vnde sit orta, tunc dispensatio illa ad alias irregularitates ex alijs causis contractas non extenditur; Potest enim quis in vna irregularitate dispensare, & non in alijs; siquidem potest Episcopus, aut alius habere facultatem dispensandi in quibusdam irregularitatibus, & non in alijs; Item potest quis ex multis defectibus, & causis esse impeditus ad ordines, & ad vsum ordinum, & potest reddi habilis sublato vno impedimento, & manere inhabilis ex alijs impedimentis. Ex quo sequitur, vt si quis habeat multas irregularitates, debeat dispensari in omnibus illis, & dispensans vtendo verbo, *Dispensandi*, habere debet intentionem dispensandi, & tollendi omnes irregularitates, vt dispensatus censeatur in omnibus.

21 Nonum dubium est, an dispensatus in vno, censeatur dispensatus ad consecutiua? Respondetur ex gl. in c. si quis in clero, in verbo, solemnibus, 7. q. 1. communiter recepta eum esse dispensatum ad consecutiua, v. g. dispensatus est quis, vt habeat duas Ecclesias requirentes residentiam, eo ipso intelligitur dispensatus ad residendum in vna sola, & poterit in qua voluerit residere, vel nunc in ista, nunc in ista, nunc in illa: sic gl. in ca. non potest, in verbo, retinere, de præbend. lib. 6. Item, Episcopus dispensatus ne intra annum consecrari teneatur, intelligitur dispensatus, vt non vacent eius beneficia vsque ad consecrationem, ex Panorm. in ca. cum in cunctis, §. cum vero, nu. 9. de elect. Item dispensatus est adolescens sexdecim annorum, vt possit habere Ecclesiam curatam, intelligitur dispensatus, vt non obligetur Sacerdotium recipere intra annum. fauet Panorm. in ca. at si clerici, §. de adulterijs, num. 8. 22. de iudicijs.

22 Decimum dubium est, an irregularis dispensatus in irregularitate ad ordines recipiendos intelligatur dispensatus ad beneficium illis ordinibus conueniens? In hac re, hæc mihi dicenda videntur.

Primum est, dispensatus ad ordines non intelligitur dispensatus ad beneficia, quæ sunt dignitates, vel

prælaturæ,

prælaturæ, vt colligitur ex ca. 1. de fil. presb. vbi illegitimus per ingressum religionis est dispensatus ad ordines, qui tamen ad dignitates, & prælaturas ordinis nó dispensatur.

Secundum est, illegitimus dispensatus à Papa, ad ordines sacros, non videtur eo ipso dispensatus ad beneficia parochialia, vel curata; quia multi promouentur ad ordines sacros, & tamen non habent sufficientem literaturam ad beneficia curata. Spec. in tit. de dispens. §. iuxta, ver. contrahitur autem. Gemin. in ca. is qui, de fil. presbyt. lib. 6. fauet Panor. in c. literas, nu. 6. de fil. presb. & expresse Syluest. verbo, beneficium, 3. q. 10. Maiol. lib. 1. c. 9. nu. 1. & nos latius docuimus in materia de illegitimorum dispensatione, c. 11. §. 6. vers. septimum, quia dispensatio non trahitur ad consecutiua nó necessaria eius, super quo dispensatur, hoc est, dispensatio non trahitur ad consecutiua eius, super quo dispensatur, quando dispensatio imprimit effectum validum super actu, in quo dispensatur, absq; eo quod extendatur ad illud consecutiuum, ex Gem. & Syl. cit. & Pan. in c. at si cler. §. de adulterijs, nu. 22. de iud. quomodo intelligitur, quod dubio præcedenti dictum est.

Tertium est, dispensatus ad ordines intelligi videtur dispensatus ad beneficia simplicia, quæ conferri solent, & conuenire clerico, hoc, vel illo ordine minori initiato, quia beneficium simplex non videtur aliquid amplius exigere, quam exigat ordo clericalis, propter quem beneficium illud simplex conferri solet; vnde, si illegitimus ab Episcopo dispensatus sit ad ordines Minores, eo ipso dispensatus censetur ad beneficia simplicia conferri solita clericis ordinib. initiatis. Archid. in cap. presbyterorum, distin. 56. glos. in ca. fin. in verbo, Sedis Apostolicæ, & ibi Panorm. nu. 2. de fil. presbyter. Maiol. lib. 1. cap. 8. nu. 8.

23 Vndecimum dubium est, an irregularitas, præter tres prædictos modos, quibus communi tollitur alijs remedijs, ac modis tolli possit? Respondetur posse, si quidem aliqua irregularitas est, quæ solo temporis lapsu tollitur sine vlla dispensatione, vel absolutione: vt v.g. irregularitas proueniens ex defectu ætatis solo temporis lapsu tollitur, cum quis legitimam secundum Canones ad ordines ætatem attigerit, nisi ante legitimam ætatem delictum aliquod commiserit, propter quod aliam irregularitatem incurrerit; vt si commisit delictum, & factus sit infamis: Item si ante legitimam ætatem sacrum ordinem suscepit, & in illo ministrauit; tunc enim eo ipso quod ordine sacro ante legitimam ætatem ordinatus est, mansit suspensus, et eo ipso quod celebrauit, mansit irregularis per irregularitatem ex delicto contractam, quo suspensus celebrauit, vnde talis etiam ad ætatem legitimam perueniens absolutione indiget à suspensione, etiamsi non celebrauerit, & præterea dispensatione indiget ab irregularitate, quam incurrit, si celebrauit suspensus, antequam à suspensione absolueretur. Sic etiam irregularitas ex
24 infamia cotracta, ex temporis lapsu, vel loci mutatione, tolli potest, si enim fuit infamia facti, sola loci mutatione nonnunquam tollitur; qui enim in vna ciuitate contraxit infamiam facti, desinit esse irregularis, alibi, & præsertim cum mutatione vitæ acquirat bonam famam: immò etiam si in eodem loco maneat, si fuerit infamia facti solo lapsu temporis recuperari potest fama per bona opera apud bonos, & graues viros, sicut fuit deperdita per factum proprium. Si verò fuit infamia iuris, vel iudicis, tolli potest si restituatur in integrum fama per sententiam Iudicis. Si enim in iudicium deducta sit infamia contra aliquem vel per accusationem, vel per exceptionem, tunc quidem duo probari debent, nimirum factum, propter quod prætenditur irregularitas ex infamia iuris proueniens, & ipsum ius, scilicet quod ex tali facto de iure nascitur irregularitas, quod si vnum istorum desit, absoluendus est accusatus. Vnde si non probetur factum, omninò absolui debet, nam ex facto ius oritur, l. si plagis, §. in clino, ff. ad l. Aquil. Quod si factum plenè probetur, & tamen dubitetur de iure, an scilicet, ex tali facto nascatur irregularitas, nisi hoc expresso iure probetur, absoluendus etiam est, quia in dubio iuris nemo iudicandus est irregularis, vt initio tractatus de irregularitate dictum est: qui enim alium petit declarari irregularem, adducere debet casum legis, vt scripsit Nicol. Dionysij de Perul. in c. is qui. de sentent. excommunic. lib. 6.

26 Ex quibus constat, quomodo Episcopus, vel superior procedere debeat cum suis subditis, quando accusantur pro irregularibus, vel simpliciter ad ipsius notitiam venit, quod sint irregulares; curare enim debet, vt accusatis irregularem illum probet, alioquin illum absoluere debet. Interim verò pendens probatione, quamuis regulariter prohibendus non sit denunciatus in ordin. susceptis ministrare, nisi accusatio esset de crimine enormi, & cum scandalo, quia tunc (secundum omnes) prohibere potest, ne interim in sacris ministret, vt notat Henriquez lib. 14. c. 17. §. 3. in annot. litera L. nihilominus tamen poterit superior, si illi placuerit ex officio sic denunciatum à diuinis suspendere, & à superiori promotione vlteriori impedire, donec constet de causa; & hoc etiam si delictum de quo accusatur, vel denunciatur, non sit grauius, sed minus adulterio, argum. cap. accedens, de purg. canon. Henriquez vbi suprà, & Maiol. lib. 5. cap. 51. num. 10. Potest enim iudex in huiusmodi causis animæ periculosis ab initio suspendere à Diuinis ipsum reum, donec se purgauerit, argum. ca. ex tuarum, de purg. cano. & tradit iudiciale Inquisitorum, in verbo, Purgatio, §. 1. & est communis sententia Doctorum, & hoc totum fit ad maiorem cautelam, ne permittendo administrare in ordine, peccatum aliquod in administrando committat, cui quantum in se est, superior obuiare debet.

27 Sic etiam irregulares, quia sunt serui, vel matrimonio coniuncti, vel quia sunt ad ratiocinia, vel curiam sæcularem obligati, eo ipso quod ab his vinculis liberantur, manent habiles ad ordines sine vlla alia dispensatione, dummodò aliquam irregularitatem ex alia causa prouenientem non contraxerint. Et qui morbo aliquo, aut defectu corporis laborauit, si euadat sanus, & cessauerit defectus, post longi temporis probationem, ad ordines admitti poterit. Bern. in cap. cum inter Canonicos, & ibi Ioann. Andr. de elect. facit quod tradit glo. in c. post translationem, in verbo, cessante, de renunc. & videtur fauere text. in cap. neophytus, dist. 61. iuncta glo. in verbo, causa. Maiol. lib. 5. c. 51. num. 15.
28 & Henriquez lib. 14. ca. 17. §. 3. Sic etiam illegitimus ex facto secuto fit legitimus, si parentes inter se matrimonium contrahant; aut si per medicinam, vel per miraculum homini debilitato membris, aut mutilato restituatur manus, aut aliud membrum, sine alia dispensatione ordines conferri possunt; & infinita alia sunt exempla, quæ nimis longum esset referre. Hæc igitur de modis, quibus irregularitas omnis tollitur, dicta sufficiant: quæ omnia iudicio, & censuræ Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, omni qua par est, humilitate, & reuerentia submittimus.

Laus Deo, Beatissimæ Virginis Dei Genitrici Mariæ, Patriarchæ Sanctissimo Benedicto & Diuo Gregorio, Tutelari, atque Anglorum Apostolo.





